Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

Digitized by Google

A

Digitized by Google

9.2.76.

Digitized by Google


B

Digitized by Google

3 2.75

Digitized by Google

Digitized by Google




J. G. Hoffmann. delin. Krugner. sc. Lips.

# BVRCARDI GOTTHELFFII STRUVII

# HISTORIA IVRIS

## ROMANI IVSTINIANEI GRAECI GERMANICI CANONICI FEVDALIS CRIMINALIS ET PVBLICI

EX GENVINIS MONVMENTIS
ILLVSTRATA

ACCESSERVNT

## PROLEGOMENA

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIAE IVRIS

ATQVE

INDICES AVCTORVM ET RERVM NECESSARII.

---

IENAE
APVD VIDVAM MAYERI
MDCCXVIII.

Digitized by Google

PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

# DN. FRIDERICO
# GOTTHILF MARSCHALL,
# DICTO GREIFF

EX NOBILIVM IMMEDIATORVM
FRANCONIAE ORDINE
TOPARCHAE IN ERLEBACH, EINOED, BAILBER
ET ILMSDORFF

SERENISSIMI SAXO-VINARIENSIS DVCIS REGENTIS
SVPREMO AVLAE MARESCHALLO ATQVE CONSILIARIO STATVS SANCTIORI SPLENDIDISSIMO, CVRIAE PROVINCIALIS SAXONICAE, QVAE IENAE EST, ADSESSORI GRAVISSIMO, NEC NON PRAEFECTVRAE ROSLAVIENSIS CAPITANEO

VT ET

PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

# DN. CHRISTIANO
# DE GRIESHEIM

LANGENEXLEBENAE TOPARCHAE
SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS REGENTIS CONSILIARIO STATVS PRIMARIO ATQVE CANCELLARIO EMINENTISSIMO SERENISSIMAEQVE CONIVGIS SVPREMO AVLAE PRAEFECTO, CVRIAE PROVINCIALIS SAXONICAE ADSESSORI PRIMO

*DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS*

Digitized by Google

NEC NON

ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO

VIRO

# DN. BARTHOLOMAEO KELLNERO

HAEREDITARIO IN MARCKVIPPACH ET DIELSDORFF

SERENISSIMI DUCIS SAXO-ISENACENSIS REGENTIS CANCELLARII VICES SUSTINENTI

*PATRONO SUO SUMMOPERE OBSERVANDO*

HOC OBSEQUII SUI MONUMENTUM

DEBITA REVERENTIA PONIT ATQUE CONSECRAT

BURCARD GOTTHELF STRUVE.

Digitized by Google

HIſtoriam veteres tertiam Iuris partem dixere, & altera eius pars ciuilis eſt prudentia. Quare non defuerunt viri, regendæ reipublicæ adhibiti, qui non, hiſtoriam tanquam vitæ magiſtram conſiderantes, multum ex eadem caperent & vtilitatis atque delectationis. In horum numero ſi, VOS etiam, VIRI SVMMI, re-

po-

Digitized by Google

ponerem, neminem ſane habebo contradicentem. Vos enim non tam fortuna, quam merita potius, in hoc, quo conſtituti eſtis, euexit faſtigium: Vos veneratur orbis litteratus: Vos colit Reſpublica, ſuſpicit, admiraturque noſtra Saxonia. Vos, inquam, inter Prudentiæ partes ad gubernandam Rempublicam perutiles, reputatis Hiſtoriam, hocque ipſo exemplum præbetis, quod imitentur prudentes. Neque tamen vnica eſt rerum geſtarum Hiſtoria, ſed quidquid in diſciplinarum ambitu, qui latiſſimus eſt, continetur, quidquid boni in ſe habet ſapientiæ doctrina, id omne abunde docent Hiſtoriarum monumenta. Ciuili potiſſimum forenſique doctrinæ hæc ipſa Hiſtoria eſt adiumento.

Con-

Digitized by Google

Concedite igitur, VIRI PERILLVSTRES, ILLVSTRIS, atque EXCELLENTISSIMI, vt, quæ de Origine Progreſſuque Forenſis Diſciplinæ conſcripſi, VOBIS offeram, & ſub VESTRA Tutela euulgem. Ipſam equidem materiam a VESTRIS curis minime eſſe alienam iudico, potiſſimum, quod per ſingulas Iuris partes procedat: quod ſi tamen in eadem pertractanda haut adeo feliciter fuerim progreſſus, indulgebitis gratioſe. Suſcipite PATRONI MAXIMI, hoc munuſculum, leuidenſe licet, nec VESTRA adæquans merita, vel beneficia in me collata, eademque plurima, cum obſequioſi tamen animi ſignificatione coniunctum. Suſcipite illud beneuole, eidemque in Bibliothecis VESTRIS inſtructiſſimis locum

concedite, meque VESTRA Gratia, VESTRAque Beneuolentia complecti haut deſinite. Mihi ſane nihil erit antiquius, quam, vt quouis obſequio teſter, quod ſim

VESTRORVM PERILLVSTRIVM NOMINVM ILLVSTRISQVE NOMINIS TVI

*Scribebam Iena Kl. Maii*
CIϽ IϽCC XVIII.

*cultor perpetuus*

BURCARD GOTTHELF STRUVE.

# BENEVOLO LECTORI!

Hiſtoriam exhibemus Iuris prudentiæ, in qua plures equidem deſudarunt, ſpicilegium tamen, prout arbitror, aliis adhuc reliquerunt. Non deſuerunt enim, qui Romani Iuris origines, progreſſumque exponerent, idque cum cura; præiuerunt varii in Germanorum Iuris prudentia: alii circa initia, ac incrementa Iuris Canonici fuerunt ſolliciti. Nec Feudorum origines, mutationesque, nec Criminalis vel Publici Iuris Hiſtoria deſerta manſit atque derelicta.



Digitized by Google

Haut tamen adhuc reperitur, qui ſingulas Iuris partes certa methodo, iuſtoque ordine abſoluerit. Hoc ipſum nunc, quantum quidem per vires licuit, fuimus conati. Omnes enim Iuris partes pertractamus, ſingulas a prima ſua infantia, vsque ad noſtram ætatem examinamus, quid circa originem, progreſſumque ſit monendum, demonſtrantes. In Romanorum Iuris prudentia non Legum ſaltim, Legislatorumque hiſtoriam expoſuimus, ſed ipſum quoque Ciuilem Statum, Magiſtratuum, Comitiorum, Iudiciorumque, breuiter quidem, aſt, quantum fieri potuit, curate, pertractauimus. Mutationem Iuris ſub Cæſaribus, ad Monarchiæ ſtatum accommodati, inde exhibemus. Vbi vero ad Iuſtiniani tempora deventum fuit, non denegauimus laudes debitas celebrato alias Imperatori, ita tamen, vt & vitia ipſius, Theodoræ prauitatem, artesque Triboniani

Digitized by Google

niani minime reticeamus. Veniam a Sacratiſſimi Imperatoris cultoribus adepturum me ſpero, ſi cognouerint, me in verba factaque ipſius nunquam iuraſſe. Breuior fui in Iure Græco, cum parcam de eodem notitiam nobis præbeant coæui Scriptores, Suareſium, Lambecium, Neſſelium in pleriſque ſecutus. Patrii Iuris Hiſtoriam nec ab aliis, nec a me etiam ſatis fuiſſe excultam, profiteor, cum probe mihi cognitum ſit, quales adhuc ſuperſint controuerſiæ de Iure in ſingulis prouinciis recepto. Dum autem hæc ipſa materia ex Actis potius atque Tabulariis illuſtrari debeat, ad quæ aditus difficulter ſatis conceditur, ea, quæ ad generalem Germanici Iuris Hiſtoriam neceſſaria, diuerſas eiusdem periodos, Iura quædam peculiaria, horum abolitionem ſenſim factam, enarraui, licet Conringius in diuerſis iamdum præiuerit. In Iuris Canonici Hiſtoria

)()( 3 Ger-

Gerhardum equidem a Maſtricht in plerisque ſecutus fui, qui in eadem multam adhibuit induſtriam, ita tamen, vt ſupplerem haut pauca, a Maſtrichtio non memorata, de vſu etiam atque auctoritate Iuris Canonici, Legibus adhæc eccleſiaſticis hodiernis exponerem, quæ neceſſaria. In Feudali Iure, circa originem, mutationesque Feudorum atque Vaſallorum diuerſitatem ſollicitus fui, vt eo ipſo in Leges Feudales certius introducerem. Criminalem Iuris prudentiam abominatus ſemper fui, eademque ſub initium difficilis admodum videbatur, poſtquam vero ad Germaniæ Antiquitates ventum fuiſſet, meliori ratione easdem indagaui, nec dum ſatis cognitas. In Publici Iuris Hiſtoria diuerſas periodos, mutationesque expoſui, & quis ſub iisdem periodis ſtatus fuerit Legum publicarum. In ſingulis partibus hoc mihi potiſſimum cordi fuit, vt quæuis capita ex fide

ſide dignis hiſtoriarum monumentis comprobarem, ne quid ſine ratione dixiſſe videar. Ipſa quoque Scriptorum verba ſubieci, vt ſtatim in promptu eſſet auctoritas. In rerum tractatione ad Scriptores remiſi, qui plenius materiam propoſitam pertractarent: de generalibus vero Scriptoribus, in Prolegomenis per ſingulas æque Iuris partes actum fuit, vt eo planius fieret, quid a ſingulis fuerit præſtitum. Denique Indices ſubieci Auctorum, qui in hoc Scripto recenſentur atque Rerum, locupletiores, in quibus concinnandis, doctiſſimus Iuuenis, Chriſtianus Gottlieb Buderus, Budiſſa Luſatus, qui iam publico haut vna vice prodeſſe coepit, induſtriam ſuam denuo probauit. Fateor equidem, hoc ipſum ſcriptum, non omnibus modis eſſe abſolutum, maxime, quod maioris adhuc longe vſus eſſe crederem, ſi ſingularum Iuris materiarum hiſtoria, mutationes &

peri-

Digitized by Google

periodi, diuerſæ de iisdem Leges, harum ratio, Legislatorum intentio, temporum circumſtantiæ pragmatica ratione exponerentur, prout in diuerſis iuris Criminalis materiis præuit illuſtris Vir, Chriſtianus Thomaſius; Verum, hac ratione per omnem progredi Iuris prudentiam, vix vnius hominis eſſet, otium etiam poſtularet a reliquis laboribus alienum. Si quid alias humani fuerim paſſus, quod in hoc & reliquis ſcriptis facile adgnoſco, id, Beneuolo Lectori relinquo emendandum.



Digitized by Google

# PROLEGOMENA.

## §. I.

*Hiſtoria Diſciplinarum eſt neceſſaria: atque Inſtituti Ratio.*

IMmenſus eſt Hiſtoriarum campus, quem, ſi vel omne vitæ Tempus impendamus, nunquam ſatis peragrare licebit. In huius autem cognitione non ſola, eademque nuda rerum geſtarum narratio ſufficit, ſed ad ſingula etiam ſe extendit Hiſtoria, quæ ad notitiam faciunt rerum humanarum. Inter hæc potiſſimum vſum habet Diſciplinarum Hiſtoria, cuius vtilitas tam egregia eſt, vt in ipſas, quæ tractantur, diſciplinas, plene introducat. Manca enim eſt & imperfecta ſingularum Diſciplinarum cognitio, niſi de earum origine plenius pateat, cum hac ipſa cognitione facilior detur ad diſciplinæ interiora aditus. Dolendum tamen, quod, dum, ſingularum Diſciplinarum Hiſtoriam plenius videamus excultam, ſola fere ſuperſit Iuriſprudentia, quæ multa caligine adhuc obfuſcata, cum tamen nulla diſciplina maiori indigeat illuſtratione, quam hæc ipſa. Hinc ob tam multas quas perpeſſa eſt immutationes, ex ipſis Hiſtoriæ Romanæ Germanicæque fontibus noſtri etiam campi erunt irrigandi. Hi ſi nobis fuerint ignoti, deficiet ipſa Iuris hodierni interpretatio. Licet autem non deſint, qui Iuris Hiſtoriam condiderint, & plurimorum commendanda ſit induſtria, iſti tamen ad Iuris Ciuilis plerumque faciunt periodos, quæ tantum, poſthabitis ſæpe Romanorum Antiquitatibus, exponuntur. Nec defuerunt noſtra ætate, qui Iuris Germanici origines progreſſumque multa cum cura indagauerint, quibus



Digitized by Google

quibus, licet debitam laudem haut denegemus, ſæpius tamen tempora confunduntur, nec ordo vbiuis ſatis certus obſeruatur. Nec defuerunt, qui Iuris quasdam Antiquitates ſparſim erudito ſermone illuſtrauerint. Nec etiam adhuc extat Hiſtoria, quæ ſingulas Iuris Periodos, partesque complectatur. Hoc igitur in præſenti auſi fuimus, & pro virium modo perfecimus. Initium facimus a Iure Ciuili, pertractantes ſtatum Iuris Romani, qualis fuit ſub Regibus, & libera Republica. Iurisprudentia ſub Cæſaribus inde nos occupauit, quam excipit Hiſtoria Iuris Iuſtinianei. Græca ſequitur Iurisprudentia; hanc Gothorum atque Longobardorum. Progreſſus inde fit ad Iuſtiniani Iurisprudentiam reſtauratam. Germanorum Iuris hiſtoria tunc locum occupat. Sequuntur Reliquæ Iuris Partes, Canonicum, inquam, Feudale, Criminale atque Publicum.

§. II.

*Scriptores Iuris Romani.* Plures equidem reperiuntur, qui ad hanc, quam nobis ſumſimus, Hiſtoriam faciunt, Scriptores, qui tamen certas tantum partes tradiderunt: nullum adhuc reperimus, qui omnes Iuris pericopas abſoluerit. Inter illos vero primum locum occupabunt Scriptores Iuris Romani. In ſcenam primus prodeat

*Car. Sigonii ſcripta.* CAROLVS SIGONIVS, Mutinenſis, qui apud Venetos & in Bononienſi Academia poſt medium ſeculi XVI. elegantiora fuit profeſſus. Huic Hiſtoria non ſolum Romana, ſed etiam Iuris antiquitates, quas e ſitu puluerulento, in quo oppreſſæ antea miſere iacebant, eruit, plurimum debent. Præter alia ingenii ipſius monumenta, ipſius induſtria prodierunt *de antiquo Ciuium Romanorum Iure Libri duo, de antiquo Italiæ Iure Libri tres*, qui *Venetiis 1560. & 1563. 4. & Pariſiis 1572. 4.* auctiores longe, *de antiquo Romanarum prouinciarum iure libri tres*, qui *Venetiis 1567. 4.* prodierunt. Dum autem Sigonius Nicolai Gruchii ſententiæ de Comitiis in quibusdam contradiceret, * anſam hoc GRVCHIO dedit, vt *Reſponſionem ad binas Caroli Sigonii reprehenſiones a. 1565.* euulgaret; vnam *de binis Magiſtratuum Comitiis*: alteram *de Lege Curiata*, cui Sigonius Bononiæ a. 1566. *de binis Comitiis & lege Curiata poſteriorem*

*rem cum Nicolao Gruchio diſputationem* oppoſuit, quam Gruchius ſingulari refutatione *Lutetiæ a. 1567.* ſcripta, euertere, atque cauſſam ſuam defendere fuit conatus. ** Sigonius igitur pro cauſſa ſua adſerenda, *de lege Curiata Magiſtratuum & Imperatorum & Iure eorum librum* ad Nicolaum Gruchium edidit, qui apud Zilettum, *Venetiis a. 1569. 4.* prodiit, qui deinde eiusdem Operi de Iure Prouinciarum adiectus, librum eiusdem tertium facit. *** Dum etiam Sigonius tres libros *de Romana Iurisprudentia Iudiciis* conſcriptos Bononiæ abſoluiſſet, eosdem cum reliquis ibidem *a. 1574.* fecit publicari. Secuta eſt alia editio ſub titulo *Librorum XI. de antiquo Iure populi Romani*, cum aliis Sigonii ſcriptis *Lutetiæ Pariſiorum* apud Iacobum de Puy proſtantia, ſed, prout in calce adnotatum fuit, Lugduni a Ioanne Tornæſio Typographo Regio impreſſa *1576. f.* atque alia Francofurti *1593. f.* apud hæredes Andreæ Wechelii, Claudium Marnium & Jo. Aubrium ac demum *Hanouiæ 1609. f.* Hæc igitur ad antiquum ius Romanorum ſcripta facientia Tomo primo atque ſecundo Theſauri Antiquitatum Romanarum æque inſeruit Græuius, qui Francofurtenſem atque Hanouienſem editionem fuit ſecutus, licet plura fuerint omiſſa, quæ in editionibus Venetis, Bononienſi atque Pariſienſi reperiuntur, quæ THOMASIVS in nupera editione animaduertit. Hic enim nouam haut ita pridem adornauit editionem, ſub titulo: CAROLI SIGONII *de antiquo Iure Populi Romani libri XI. Duo de Ciuium Romanorum, Tres de Italia, Totidem de Prouinciarum antiquo Iure. Reliqui de Romana Iurisprudentia Iudiciis, Lipſiæ & Halæ 1715 8.* Acceſſerunt nouæ huic editioni præter obſeruationes Latini Latinii, Animaduerſiones Io. Georgii Græuii, noua Diſſertatio Proœmialis Thomaſiana de vſu vario ſtudii Antiquitatum, inprimis in ſtudio Iurisprudentiæ Romanæ; in qua ſimul de Sigonii operum editione haut male iudicat. In his autem libris & ciuium & ſubditorum Romani Imperii iura explicat Sigonius, qui vel Latii iure vel Prouinciarum æſtimabantur. Potiſſimum vero de Iudiciis libri Tres noſtri ſunt inſtituti, quorum priori de Iudiciis priuatis, altero de publicis, tertio demon-



Digitized by Google

demonſtrauit, quemadmodum populi fierent iudicia. Quidquid igitur ad Iudiciorum facit ſubſtantiam, exponit, de iudice actore & reo agit, actiones item earumque formulas accurate perſequitur, leges etiam quæ ad iudiciorum faciunt illuſtrationem, rite explicat. Plurimum equidem in eruendis Romanorum Antiquitatibus ciuilibus præſtitiſſe Sigonium, ****, haut eo inficias, neque tamen omnia ipſius eſſe elimata auſim adſerere, maxime dum genio ſuo nimium indulgens Sigonius, ſine certa auctoritate, quæ hac in parte normam præbet, ſcribat.

* Factum hoc *lib. I. c. XVII.* licet hæc non niſi in Pariſienſi editione *a. 1572.* extent, ex qua addenda & mutanda calci Tomi primi Theſauri Antiquitatum Romanarum adiecit Græuius *pag 1021.* atque ex eo THOMASIVS *p. 10.* Verba autem, quibus contra Gruchium diſputat Sigonius, reperiuntur ſub initium reſponſionum ad binas Car. Sigonii reprehenſiones, apud GRÆVIVM *Tomo I. pag. 710.* & in *Addendis* apud THOMASIVM *pag. 827.*

** Extant hæc ſcripta contraria in GRÆVII *Tomo I. p. 709. ſqq.*

*** Demonſtrauit illud in ſua præfatione THOMASIVS *§. XXVIII. XXX.* Patet illud etiam ex inſpectione collationeque, auctus tamen in libro tertio eſt Capitum numerus, eademque aliter fuerunt diuiſa. Reuiſus etiam poſterioribus curis a Sigonio hic liber Tertius.

**** Sic etiam THVANVS lib. LXXXII. p. 61. de eo iudicat: *monumentis variis editis ad aeternitatem victuris, antiquitatem Romanam, iisdem, quibus Onufrius Panuinius, veſtigiis inſiſtens, & poſteriora tempora vnus poſt omnes maxime illuſtrauit.* Sic & IO. IMPERIALIS *in Muſeo Hiſtorico* p. 57. ait: *Carolus Sigonius Mutinæ natus perantiquo genere ac nobili multumque naturæ dotibus illuſtris, floruit apud omnes ſingulari doctrinæ ac virtutis opinione, præſertim vero in vetuſtatis arcanis eruendis, & annalibus recolendis; caeterorum ſui temporis facile princeps eſt habitus.* Quid vero de his libris ſenſerit GRÆVIVS, patet ex præfatione, Tomo primo Theſauri Antiquitatum Græuianarum præmiſſo, dum ait: *equidem hæc mea ſemper fuit ſententia, hos Sigonii libros permagnum emolumentum afferre iis, qui vel Romanæ hiſtoriæ ac eloquentiæ, vel iuri ſtudent; multis auctor fui, vt antequam elementa huius ſcientiæ delibent ex Iuſtiniani Imperatoris Inſtitutionibus, iſtos libros peruoluant.* Plura de eodem iudicia exponit MART. HANCKIVS *de Script. rer. Rom. p. I. c. LXX.* & THOMAS POPE-BLOVNT *Cenſura Celebr. Aut. pag. 760.*

Vitam

Digitized by Google

Vitam ipſius vna cum ſcriptorum recenſione exponit GIROL. GHILINI *Teatro d' Huom. Letterati Tom. II. p. 56.* & CLARMVNDVS *Vitis Clar. Viror. p. V. p. 9.* IO. IMPERIALIS *Muſeo Hiſtorico c. l.*

§. III.

Poſt Sigonium FRANCISCVS POLLETVS commendari meretur *in Hiſtoria Fori Romani,* quam morte præuento auctore, gener ipſius PHILIPPVS BROIDÆVS primum euulgauit *Duaci 1572. 8.* quæ poſtea *Francof. 1576.* & *Lugduni 1587. 8* prodiit. Labore ſane haut contemnendo, Hiſtoriam hanc in quinque libros diſtribuit, quorum priori ipſum forum conſtituitur, altero de aduocatis, cauſſidicis & horum claſſibus agitur; tertius magiſtratibus, quartus accuſatoribus & reis eſt relictus. Quintus actionibus & formulis iudiciorum priuatorum erat deſtinatus, quem auctor cœpit, aſt morte præuentus, non abſoluit. IACOBI RÆVARDI *Protribunalium liber ſingularis,* qui primum *Ienæ 1586. 8.* demum cura Henrici Hahnii, *Helmſtadti 1663. 4.* prodiit, pauciora ſaltim de cognitione & iudicio prætoris atque centumuirali exponit GEORGII OBRECHTI *Adumbratio Proceſſus in foro Romano, Argentorati 1585. 4.* perbreuis eſt & parum accurata. Noſtra ætate CHRISTOPHORVS CELLARIVS Iunior inaugurali diſſertatione *proceſſum* ſiſtit *Iuris Romani antiquum, Halæ 1708. 4.* qua ſeptem capitibus, de prætore, Iudicibus, in ius vocando, modo procedendi atque executione agit, quæ omnino legi merentur, niſi quod pleraque ex Pandectis potius depromſerit, quam ex ipſis Iuris Romani fontibus, ſcriptoribus antiquis. Breuiter ſaltim Iuris Hiſtoriam delineat VLRICVS HVBERVS, * atque ex eius argumento demonſtrat, litteras humaniores cum Iurisprudentia eſſe coniungendas. *Scriptores Fori Romani.*

* *Inter auſpicia domeſtica Orat. V.*

§. IV.

Subiicimus illos Scriptores, qui vel formulas vel rerum iudicatarum libros nobis reliquerunt. Inter hos BARNABÆ BRISSONII * *de formulis & ſolemnibus populi Romani verbis libri XIII.* prodierunt *Pariſiis 1583. f. Francofurti 1592. 4.* & *Moguntiæ 1649. 4.* Qua ratione opus ſuum diſpoſuerit Briſſonius, ipſe circa initium *Scriptores formularum & rerum Iudicatarum Fori Romani.*



Digitized by Google

tradit, dicens: *totam autem antiquarum Formularum tractationem, ut via atque ordine progrediatur oratio, in libros octo partiri ac diſtribuere commodum duxi. Quorum primus, quæ ad rem diuinam, precationes, vota, adium ſacrarum & ſignorum dedicationes, aliaque his continentia & adiuncta pertinent, Formulas complectetur. Alter Comitiorum, Rogationum, Legum, Sententiarum in Senatu dictarum eiusque ampliſſimi ordinis decretorum Formulas continebit. Tertius circa Edicta, Reſcripta, Mandataque Principalia, & Prudentum Reſponſa verſabitur. Quartus rei militaris: Quintus Fori, & Iudiciorum; Sextus rerum, obligationumque contrahendarum. Septimus Teſtamentarius & Funebres formulas perſequetur. Reliquas, quæ ad eiusmodi ſumma capita propter varietatem reuocari non poſſunt, in Octauum Librum conferam.* Quintus igitur atque Sextus Liber ad noſtrum potiſſimum faciunt inſtitutum, licet reliqui ad illuſtrandas Romanorum antiquitates haut parum conducant. Hæ autem formulæ, de ipſa Romanorum iudiciorum ratione plurimum edocent. Immo, inter ipſos veteres non defuerunt, qui fori Romani Proceſſum illuſtrarent. Teſtantur de eo CICERONIS *Orationes & de Legibus libri Tres*, e quibus Iuris Romani ratio ſatis eluceſcit. ** Faciunt huc M. ANNÆI SENECÆ ex decem libris Cauſarum Iudicialium, ſiue *Controuerſiarum* libri Quinque, quibus certos caſus proponit, veterumque Rhetorum, Græcorum Latinorumque qui Auguſti ætate vixerunt, argumenta in hanc vel illam partem exhibet. *** Nec omittendæ ſunt QVINTILIANI *Declamationes*, quæ vel M. FABIO QVINTILIANO, vel patri eius, vel auo etiam debentur. **** Licet Senecæ & Quintiliani ſcripta non tam ad antiquum fori Romani Proceſſum, quam ad ſtatum Iudiciorum ſub Monarchia immutatum faciant. Ex recentiori æuo addimus PETRI AERODII *Rerum ab omni antiquitate Iudicatarum Pandectas*, quæ primum *Pariſiis 1567. 12.* poſt *1580. 8.* inde *1588. f.* demum procurante PHILIPPO ANDREA OLDENBVRGERO, *Geneuæ 1677. f.* prodierunt. In his X. libris plerosque Iuris Titulos comprehendit, diuerſos ex antiquitate caſus proponit, horum deciſiones veterumque Iureconſultorum decreta tradit: Hæc licet antiqua videantur, ad Iuris Gentium tamen placita & Iudiciorum Romanorum rationem faciunt egregie.

* Sym-

* Symbolum ipſius erat: *nondum effugimus fortunæ laqueos.*

** Nolumus prolixi eſſe in recenſendis Ciceronis Orationibus, cui volupe eſt, adeat FABRICII *Bibliothecam Latinam lib. I. c. VIII.* & in *Supplemento p. 26.* vbi hoc ſaltim monere liceat, Fabricium p. 91. ſub finem dicere: *de inuento Ciceronis ſepulchro in Zacyntho inſula exſtat Epiſtola* DESIDERII LIGNANIMÆI, *Venetiis 1547.* Iterata huius ſcripti editio prodiit hoc titulo: *Sepulcbri facies M. T. Ciceronis, paucis ante annis in Zacyntho Inſula reperti, & a* F. DESYDERIO LIGNAMINEO *Patauino, in lucem editi, Venetiis Ioan. Gryphius excudebat 1557. f.* Acceſſit huic editioni epiſtola ipſius ad Hieronymum Mercatellum Venetum, Eccleſiæ Patauinæ Canonicum, de voce *Haue* ſcripta.

*** De his FABRICIVS *lib. II. c. IX.*

**** De his FABRICIVS *lib. II. c. XV.*

## §. V.

Præ cæteris vero ad Hiſtoriam Iuris Romani adlegari meretur POMPONIVS ICtus. De hoc equidem plures adhuc ſuperſunt controuerſiæ. Primum eſt, vt exponamus, quis iſte fuerit Pomponius, & qua ætate vixerit. Io. Bertrandus * Sextum Pomponium inter Papiniani diſcipulos & Alexandri Seueri Imperatoris familiares collocat, motus auctoritate Lampridii. ** Verum, dum antiqui Codices nec Pomponii nec aliorum in vulgatis Lampridii editionibus memoratorum faciant mentionem, *** vix eſt, vt Bertrando adſentiamur, dum Sextum Pomponium antiquiorem omnino faciamus Alexandro, qui paullo poſt Antonini Pii mortem, quem Diuum vocat, iamdum floruit, ſcripſitque, **** ſenex tamen vt ipſe ſcribit, factus longæuus. ***** Accedit & hoc, quod Vlpianus, Paulus, Marcianus, ICti, vbi Pomponii faciunt mentionem, de eo tanquam vetuſtiore loquuntur. Ipſe Pomponius, dum priorum Iureconſultorum recenſet ſucceſſionem, eam vltra Saluium Iulianum ****** non perſequitur, qui Antonini Pii vixit temporibus. Licet in eo etiam Grotio adſentiamur, fuiſſe alium ab hoc Sextum Pomponium, Iuliano adhuc antiquiorem. †

*Pomponius ICtus quis.*

* De

Digitized by Google

* *De Iuriſperitis lib. I. p. 86.* Neque tamen primus ad hæc tempora Pomponium refert Bertrandus, ſed ante eum iamdum idem fecerunt, Riuallius, Rutilius & Cocceius p. 6. & P. LAMBECIVS *Prod. Hiſt. Litter. pag. 245.*

** LAMPRIDIVS vita Alex. Seueri c. LXVIII. *& vt ſcias qui viri in eius conſilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui, Domitius Vlpianus iuris peritiſſimus, Aelius Gordianus Gordiani imperatoris pater, & ipſe re vera vir inſignis: Iulius Paulus iuris peritiſſimus, Claudius Venatus orator ampliſſimus: Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus, hi omnes iuris profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & ſocii, vt ſcribit Acholius & Marius Maximus.*

*** Sic enim CASAVBONVS in Notis ad dictum locum: *ſed abſoluunt culpa Lampridium veteres membranæ regiæ Bibliothecæ & Puteani: quæ nominibus omnium prætermiſſis, qui in vulgatis libris poſt Claudium Venatum recenſentur, Venato ſtatim Catilium Seuerum ſubiungunt: abſunt enim omnia hæc a veteribus illis codicibus: Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Marcianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus: hi omnes iuris profeſſores diſcipuli fuerunt ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & ſocii, vt ſcribit Acholius & Marius Maximus.* Sic etiam BERTRANDVS p. 86. *quamuis Cuiacius de fide auctoris dubitet: ego quidem de fide codicis potius dubitarem, cum in eo, qui in Bibliotheca regia ſeruatur, Pomponius non numeretur a Lampridio.* Plenius hoc demonſtrauit BERNHARDVS HEINRICVS REINOLDVS ICtus Herbornenſis *in Oratione de Sexto Pomponio, Herborna 1710. 4.*

**** Prout patet ex *l. 14. π. de Pollicitationibus*, quæ ex IV. libro Epiſtolarum Pomponii eſt deſumpta, quæ ſic finit: *& hæc D. Antoninus conſtituit.* GVILIELMVS GROTIVS *de Vitis ICtorum lib. II. c. VII.* demonſtrat, vixiſſe eundem poſt Saluii Iuliani tempora, id quod patet ex *l. 20. π. de fidei comm. libert.* quæ ex libro VII. Epiſtolarum deprompta eſt, quæ ita incipit: *apud Iulianum ita ſcriptum eſt.*

***** Patet hoc ex dicta *l. 20.* vbi dicitur: *nam ego diſcendi cupiditate quam ſolam viuendi rationem optimam in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi.* Et licet GROTIVS c. l. hæc verba non Pomponii eſſe putet, ſed ſenis cuiusdam, qui ex Pomponio quæſiuerit, quid ipſi-

de

Digitized by Google

de loco quodam Iuliani videatur, mihi tamen potius ipſius Pomponii verba eſſe videntur.

****** Hæc enim vltima verba ſunt *l. 2. π. de Or. Iuris: Iauoleno Priſco Aburnus Valens, & Tuſcianus item Saluius Iulianus.*

† De hoc GROTIVS *lib. II. c. V.* argumento ſumpto ex *l. 63. §. 9. pro Socio* vbi Vlpianus refert, & ait: *Iulianus Sextum Pomponium referre, Sabinum reſpondentem* ex quo ſatis patet, Pomponium quendam vixiſſe Iuliano anteriorem. BERTRANDVS equidem *pag. 87.* legem hanc ſic reſtituere conatur; *& ait Sextus Pomponius, Iulianum referre Sabinum reſpondentem.* Sed ex ſuo ſaltim genio.

## §. VI.

Inter plures quos Pomponius edidit libros, * etiam adlegatur Liber ſingularis ENCHIRIDII, ** ex quo deprompta dicitur *l. II.* Pandectarum de Origine Iuris. Verum, dum & ſcriptoris diligentia & Hiſtoriæ cognitio in dicta Lege deſideretur, non defuerunt, qui meliora ſibi de Pomponio perſuadentes, eandem ipſi legem perperam velint adtribui. *** Nec deſunt, qui Triboniano illum tribuant. **** Attamen, licet irrepſerint quædam a veritate hiſtorica aliena, multum veri continet, multaque memoranda, vt collatis tamen veterum Scriptorum monumentis, Hiſtoriæ Iuris Romani fundamentum exinde hauriamus. Prima tamen Lex eiusdem Tituli Gaio debetur Iureconſulto, ex libro eiusdem primo ad leges XII. Tabularum, quæ ſcopum docet & nexum eiusdem Tituli. *Pomponii Enchiridium.*

* In Synopſi quidem Auctorum, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt deſumtæ, referuntur *Pomponii ad Q. Mucium Lectionum lib. XXXIX. ad Sabinum librorum XLV. Epiſtolarum libri Septem; Variarum Lectionum Libri XV. ad Plautium Libri Septem. Fidei Commiſſorum Libri V. Senatusconſultorum libri V. Regularum liber vnus. Enchiridii libri duo,* quos plenius examinat BERTRANDVS *p. 89.* & GVIL. GROTIVS *p. 152.* qui etiam alios in dicto Indice non memoratos addunt. Leges vero ex Pomponii ſcriptis depromptas recenſet IACOBVS LABITTVS *Indice Legum p. 79. ſqq.*

** Sic enim in Rubrica dictæ legis: *Pomponius libro ſingulari Enchiridii.* Eandem rubricam habet *l. 2. π. de Iuſt. & Iure.* & *l. 239. de V. S.* Ex hoc coniectari licet, alium hunc librum fuiſſe ex dictis duobus libris in Synopſi memoratis. Rubricæ enim Legum ex iſtis deprom-

 ptarum

Digitized by Google

ptarum, libri numerum addunt, prout *l. 8. π. de Grad. & affin.* rubrica hæc eſt: *Pomponius lib. I. Enchiridii. l. 13. de tutelis Pomponius lib. II. Enchiridii. l. 107. de ſolutionibus, Pomponius lib. II. Enchiridii.* Id quod etiam BERTRANDVS *p. 91.* & GROTIVS *p. 152.* animaduerterunt.

*** Plurimum equidem Pomponio tribuit BERTRANDVS. p. 87. dicens: *Is eſt qui Magiſtratuum & Iuriſconſultorum ſucceſſionem, & quaſi Iuris Ciuilis proſapiam eleganti & breui ſtylo deduxit, tantaque in Iure Ciuili auctoritatis fuit, vt a multis Iureconſultis, tanquam auctor ſapientiſſimus nominetur, & præſertim ab Vlpiano plerisque in locis; cuius tamen, vt breuitati conſulamus, l. 32. ſi quis a filio D. de legat. 1. notabimus, quoniam purgatione non contemnenda illius legis hæc verba egent: quod ita verum eſſe, tam Sextus Pomponius putat, ſi repetitio legatorum ad eum modum concepta ſit, quæ ſic emendanda puto:* quod ita verum eſſe tantum Sextus Pomponius putat. E contrario BACHOVIVS *Comm. in* §. *VIII. Inſt. de I. N. G.* & C. falſa Pomponio tribuit. SITHMANNVS *Speculo Imperii Romani lib. I. c. I. §. 3.* ait: *Pomponius vtcunque veteribus ICtis hac in parte diligentior in Enchiridii ſui artificio infinitis ſcatens lacunis & maculis, aliunde ex bonorum Autorum monumentis, vel ſupplendis, purgandis, aut delendis genuinam antiqui Romani Imperii Ideam vix ac ne vix quidem ad viuum repræſentat.* GER. COCCEIVS pag. 6. *Huic ICto tribuitur hoc caput a Triboniano: an recte & vere, dubitare licet ſaltem propter errores euidentes & ἀσυστασίαν quæ occurrit; cum ignorantiam iſtiusmodi rerum Reip. ſuæ, in virum eximium, in conſilio Principis conſiſtentem, non cadere exiſtimandum ſit. Et tamen totus contextus, vt non refert ſtylum Pomponii vel alterius alicuius veterum ICtorum, ita nec plane ſapit ſtylum Triboniani.* IO. VINC. GRAVINA *de ortu & progr. Iuris Ciuilis p. 119. Sextus Pomponius, vt quidam putant, ex antiquiſſima Pomponii Attici familia, auctor ſertur l. 2. ff. de Origine Iuris: in qua non raro ſcriptoris diligentia, ne dicam, an hiſtoriarum cognitio deſideratur? vt non mirum, ſi ab eruditis non paucis ea lex Pomponio abiudicetur.*

**** HOTTOMANNVS equidem Anti-Triboniano c. XII. *nihil niſi fabulas & deliria Triboniani eſſe dicit.*

§. VII.

*Commentarii ad L. II π. de Orig. Iuris.*

Dum igitur dicta Lex fundamentum præberet Hiſtoriæ Iuris Romani, plures etiam fuerunt, qui eandem Commentariis ſuis vel emendare vel illuſtrare fuerunt adgreſſi. Inter antiquiores equidem

dem

dem, præter eos, qui in Commentariis ſuis ad Pandectas hunc etiam titulum illuſtrarunt, huc facit ANTONIVS GARRO *in Commentariis ſuper titulum de Origine Iuris, Baſileæ 1543. f. & Bremæ 1631. 12.* In his ad ſingulas Textus partes progreditur, Romanorum etiam Comitia & Magiſtratus exponit ſatis docte, circa Ius Romanum vero parum ſollicitus. M. ANTONIVS MVRETVS *in Commentariis ſuis in IV. Titulos lib. I. Digeſtorum de Origine Iuris, Legibus Senatusque Conſultis, Conſtitutionibus Principum & Officio eius, cui mandata eſt Iurisdictio,* nec non VENTVRÆ CÆCI *Catalexis in l. 2. π. de Origine Iuris Francofurti, 1601. & 1650. 8.* Muretus ad quædam Textus verba breuiſſimis ſaltim commentatur. Venturæ Cæci vero Commentationes tribus libris conſtantes, ad Politicam potius faciunt & Hiſtoriam quam ipſam Iuris Hiſtoriam. Addimus IO. LAVTERBACHII Commentarium in eundem titulum, *Lipſiæ 1606.* & GEORGIVM EBERLINVM *de Origine Iuris, Witteberga 1672. 4.* de quo infra plenius dicemus. IACOBI CVIACII Commentarius in hunc titulum, qui in Tomo I. Operum eius, editionis Fabrotti reperitur, perbreuis eſt. Vt taceamus Commentatores ad Pandectas, quorum tamen vnus alterum plerumque ſequi ſolet. Accuratior reliquis eſt GEORGIVS FRANTZKIVS in Commentario ſuo ad priores Pandectarum libros.

## §. VIII.

*Potiores Commentarii in hunc Titulum.*

Potiorem vero laudem meretur GERHARDVS COCCEIVS *in Commentariis Hiſtoricis Politicis Iuridicis ad Tit. Pandectarum de Origine Iuris & Omnium Magiſtratuum & ſucceſſione Prudentium, Gröningæ 1660. 12.* quo ipſo ſingulos Paragraphos dictæ Legis ex Scriptoribus antiquis haut incongrue illuſtrat. Sic etiam CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS *ad Enchiridion Pomponii de Origine Iuris, eiusque Interpretatione Animaduerſionum Libros Tres* euulgauit, iteratis curis *Ienæ 1661. 12.* qui tamen pro more ſuo multa intermiſcet aliena, licet multas Antiquitates illuſtrauerit. SIMON a LEVVEN *in ſuo de origine & Progreſſu Iuris Romani Tractatu, Lugduni Batauorum 1672. 8.* publicato, præter multa alia, hunc Titulum cum notis Arnoldi Vinnii, Gerh. Coccei, Iacobi Cuiacii, Dionyſii

Gothofredi, Guilielmi Budæi, Hieronymi Cagnoli, Ruſſardi, Bachouii & propriis exhibuit. Facit huc etiam VVERNERI THEODORI MARTINI *Diſſertatio Iuridica de Iure Ciuili Romano ante Iuſtiniani tempora, vel ſub Regibus, vel Magiſtratibus libera Reip. vel Imperatoribus condito, ad l. 2. §. 1. vsque ad 13. ff. de Orig. Iuris, Witteberga 1674. 4.* quæ tamen breuis eſt, & ſua potiſſimum Ruperto, Rittershuſio, aliisque ante ipſum Scriptoribus debet. GERHARDVS VON DER MVELEN *in Hiſtoriam quoque Pomponii de Origine Iuris* fuit commentatus, cuius Pars prima prodiit *Traiecti ad Rhenum 1691. 8.* * in qua varias antiquitates atque Iuris Gentium fundamenta illuſtrat.

* Recenſionem huius libri habent Acta Eruditorum Lipſ. *1692. p. 67.*

## §. IX.

*Leges Regiæ.* In Iure Romano primas occupant LEGES REGIÆ, a Sexto Papirio poſt exutos Reges in vnum Corpus collectæ, quod exinde dictum fuit IVS PAPIRIANVM, in quod commentatus eſt GRANIVS FLACCVS, * quod ſcriptum temporis iniuria nobis abripuit. ** Harum tamen Legum non niſi pauca ſuperſunt Fragmenta, quæ ANTONIVS AVGVSTINVS in ſuo *de Legibus & Senatus conſultis Romanis* exhibuit Tractatu, qui cum notis FVLVII VRSINI prodiit *Romæ 1583. 4.* & *Pariſiis 1585.* demum cum Lipſii libello, *Lugduni 1592. 4.* Hinc inſertus eſt Tomo ſecundo Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiano IVSTVS LIPSIVS etiam Leges Regias congeſſit & Decemuirales, quæ inter eius Opera extant, ex quo FRIDERICVS STLBVRGIVS ſuas hauſit; easdemq; cum breuibus notis Dionyſio Halicarnaſſenſi adnexit, & Wæchelianæ, Lipſienſi atque Oxonienſi editioni fuerunt adiectæ. Separatim vero LEGES ROMVLI cum Commentario edidit FRANCISCVS BALDVINVS, qui vel cum ipſius Commentario ad Inſtitutiones, vel ſeorſim *Lugduni 1555. f. Baſileæ 1557. 8.* *** prodiit. Hic etiam vanus homo adſerere non dubitauit, ſe octodecim Romuli Leges habere, ex columna quadam aurea, Romæ in Capitolio eruta. **** Exhibuit autem eas ex Bartholomæi Marliani tabula antiqua, ex hiſtoriarum monumentis in ſpeciem veri confictas.

* De

* De hoc l. 144. π. de V. S. *Granius Flaccus in libro de Iure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat.* Mentionem Granii facit MACROBIVS *lib. I. cap. XVIII.* FESTVS: *Ricæ & riculæ vocantur parua ricinia, vt palliola ad vſum capitis facta. Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur.* Plenius de hoc Granio BERTRANDVS *lib. II. p. 258.* GROTIVS *lib. I. c. IX. p. 71.*

** Extat tamen tale fragmentum apud MACROBIVM lib. III. c. XI. *In Papiriano enim iure euidenter relatum eſt, aræ vicem præſtare poſſe menſam dicatam: vt in templo, inquit, Iunonis Populoniæ auguſta menſa eſt, namque in fanis alia vaſorum ſunt & ſacræ ſupellectilis, alia ornamentorum. quæ vaſorum ſunt inſtrumenti inſtar habent, quibus ſacrificia conficiuntur, quarum rerum principem locum obtinet menſa, in qua epulæ libationesque & ſtipes reponuntur, ornamenta vero ſunt clypei, coronæ & cuiuscemodi donaria. neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra ſacrantur, at vero menſa arulæque eodem die quo ædes ipſæ dedicari ſolent. vnde menſa hoc ritu dedicata in templo aræ vſum & religionem obtinet puluinaris.*

*** Excerpta huius ſcripti exhibentur in BIBLIOTHECA ANTIQVA *M. Febr. 1706. p. 41.* Nouam Balduini Operum editionem meditatus fuit CHRISTIANVS THOMASIVS, prout ſingulari epiſtola fuit teſtatus *Lipſiæ 1689. 8.*

**** De his ita iudicat ER. MAVRITIVS *de Libris Iuris Communis §. I. Regias Leges, a Sexto Papirio olim collectas, & a Granio Flacco (quod docet l. 144. ff. de V. S.* COMMENTARIO ILLVSTRATAS, *ex Dionyſii Halicarnaſſei lib. 2. Antiquitatum plerumque, ſed & aliunde, plures reſtituere aggreſſi ſunt. Non dubitamus tamen accuratiſſimæ collectionis laudem cum Seldeno in Diſſertationibus ad Fletam, Fuluio Vrſino tribuere cuius extat Romana Editio in 4to Anni 1583. Neque tamen ipſe ſemper ipſa Legum Regiarum verba, ſed interdum aliis verbis mentem earum ſaltem expreſſit.* Breuiter illas, ſed cum cura recenſet & explicat PIGHIVS *libro I. Ann. cap. 15.* Franciſci vero Balduini, circa leges has inſignis plane temeritas eſt, qua aſſerere non veretur Octodecim Romuli leges, ſe ex columna Romana deſcripſiſſe, quod ab omni veriſimilitudine alienum eſſe, non dubitant viri docti. Et licent non deſint, qui nimia Balduino tribuant elogia, extat tamen ANTONII GVÆRINI *epiſtola ad Franc. Balduinum apoſtatam Ecebolium, 1564. 8.* in qua vel ſepties Balduinum religionem mutaſſe tradit, omne ingenium iudiciumque ipſi de-

denegat, quod Gabrielis Breſtani dictata, ſub titulo Commentariorum in Inſtituta pro ſuis venditauerit; ſcripta illius reliqua ſuggillat & p. 46. ſic loquitur: *tu vero cum neque vllam vnquam iuris ciuilis partem vel mediocri artificio tractaris: cum ſcripta tua nihil aliud ſint, quam vel ex Brectani praeceptoris Tui, vel ex aliorum libris emendicata, ſupplicata, ſuffarcinataque rhapſodia quemadmodum vir doctiſſimus Antonius Contius ſapius ſuis in literis teſtatus eſt.* Narrat quoque de Iureconſulto quodam, qui cum Tubingæ ius ciuile doceret, & montem quendam oppido propinquum auroræ, qua ex parte Bibliothecam habebat, oppoſitum animaduertiſſet, Principem repente adierit, & vel eum montem ſtatim excindi, vel ſibi miſſionem dari poſtularit. Verum cauillatorem ſæpe agit Guætinius nimium, licet omnia Balduini defendere non auſim Laudes. ipſius & uitam vide apud MASSONVM *elog. II. f. 255.*

§. X.

*LL. XII. Tabb. & in has Commentatores.*

Mutato Reip. ſtatu, LEGES ſecutæ fuerunt XII. TABVLARVM. Fragmenta harum Legum partim ex Ciceronis de Legibus libris, partim ex aliis antiquorum Scriptorum monumentis Dionyſio Halicarnaſſenſi, Pandectis, Plutarcho, Gellio, Macrobio, Plinio, Seruio, quaſi ex naufragio, varii collegerunt. FRANCISCVS PITHOEVS *Lutetiæ 1586.* id egit. Acceſſerunt inde Dionyſio Halicarnaſſenſi & pleriſque editionibus Corporis Iuris Pighii etiam Annalibus. * Plures ſunt, cum antiqui, tum recentiores etiam Scriptores, qui in easdem commentarios dederunt. ** Inter antiquiores equidem varii memorantur, qui in Leges haſce XII. Tabularum fuerint commentati. Index Scriptorum Iuris inter CAII ſcripta refert Δωδεκαδέλτε βίβλια ἓξ *** Præterea SEXTVS AELIVS **** & Q. ANTISTIVS LABEO, ***** quorum tamen labores plane interierunt. Addit Rittershuſius M. PORCIVM CATONEM, SERVIVM SVLPICIVM, SEXTVM POMPEIVM, FESTVM, immo ipſum CICERONEM. Inter Recentiores ****** vero huc faciunt: ATMARVS RIVALLIVS in libro ſecundo *Hiſtoriæ Iuris.* Deinde IO. OLDENDORPIVS *in libro Variarum Lectionum* ad Iuris Ciuilis interpretationem, VALENTINVS GVILIELMVS FORSTERVS in libro primo Hiſtoriæ Iuris, qui ex Oldendorpio omnia deſcribit, nulla plane ipſius mentione facta.

Idem

Digitized by Google

Idem egerunt FRANCISCVS HOTTOMANNVS, qui ad tria capita has Leges retulit, ius ſacrum, ius publicum & priuatum. Secutus eum IACOBVS RÆVARDVS & IO. CRISPINVS, eundem cum Hottomanno ordinem ſeruans. In easdem Leges commentatus quoque fuit FRANCISCVS PITHOEVS, *Pariſiis 1586. 8.* ADRIANVS TVRNEBVS, qui in Aduerſariis ſuis multa ex LL. XII. Tabularum explicat, & IVSTVS LIPSIVS, qui Leges Decemuirales cum Regiis edidit. FRANCISCI BALDVINI *Commentarius in Ll. XII. Tabularum extat Baſileæ 1557. 8. Argentorati 1616. 4.* quibus præter Origines & Hiſtoriam Legum XII. Tabularum reliquias collegit, easdemque in certa diſtribuit capita. † Dein DIONYSIVS GOTHOFREDVS *Epitomen fragmentorum* dedit ex Ll. XII. Tabularum, *Geneuæ 1686. 8.* IOANNES ROSINVS, qui Antiquitatum Romanarum †† librum VIII. Legibus deſtinauit, capite ſexto, has etiam cum breui ſed non contemnenda commentatione exhibuit. PARDVLPHI PRATEII *Iurisprudentia vetus Draconis & Solonis cum Romano Iure Legum Regiarum ac Decemuiralium diligenter collata*, prodiit *Lugduni 1559. 8.* Præ cæteris vero commendari merentur THEODORI MARCILII *Legis XII. Tabularum collecta & interpretamentum, Pariſiis 1600. 8. & 1603. 12.* quo Antiquitates Romanas egregie perſequitur, nimirum ſibi tribuit, ††† licet ad ipſam Iurisprudentiam parum conducat. Extat etiam ANTONII CLARI SYLVII *Liber ſingularis ad Leges Regias & XII. Tabularum, Pariſiis 1603. 8.* Subſequitur CVNRADI RITTERSHVSII *Dodecadeltos ſiue in Duodecim Tabularum Leges Commentarius nouus, Argentorati 1616. 4.* quo præter Hiſtoriam Legum, ipſum Proceſſum Iuris Romani erudite declarauit, Hottomanni ordinem ſecutus. Cui ſubnectendus eſt IACOBVS GOTHOFREDVS, qui *Fragmenta Ll. XII. Tabb. Legis Iuliæ & Papiæ, Edicti Perpetui, vt & Sabinianorum librorum* ſeparatim olim *Heidelbergæ 1617. 4.* edita, congeſſit in *Fontibus quatuor Iuris Ciuilis Geneuæ 1653. 4.* Opus poſthumum curante Eſaia Colladone, Senatore Geneuenſi in lucem denuo protractum. †††† Hoc non ſolum aliorum errores correxit, quæ omiſſa, ſuppleuit, reliqua additis obſeruationibus eruditis, atque gloſſario iuſte fuit interpreta-

Digitized by Google

pretatus. Eiusmodi collectionem procurauit etiam SIMON van LEEVVEN *de origine & progreſſu Iuris Romani, Lugduni Batauorum 1672. 8.* in qua Titulum Pandectarum de Origine Iuris, cum notis variorum, Feneſtellæ & Pomponii Læti de Romanis Magiſtratibus Librum, Legum XII. Tabb. Edicti Perpetui, Vlpiani, Iulii Pauli Sententiarum; Caii Inſtitutionum Fragmenta, Licinii Ruffini Moſaicarum & Romanarum Legum Collationem cum notis P. Pithoei & Sim. van Leevven Hiſtoricam narrationem de origine, progreſſu, vſu & autoritate Iuris videmus inſerta. Ad harum Legum explicationem addi meretur PAVLVS MERVLA *de Legibus Romanorum*, inter Opera ipſius Poſthuma, *Lugduni Batauorum 1684. 4.* Textus enim Legum cum Legibus aliis, Iure Iuſtinianeo & Scriptoribus antiquis probe confertur, ex iisdemque illuſtratur, vt non Hiſtoriæ ſolum, ſed Iurisprudentiæ etiam Romanæ ratio exinde deſumatur. Inter IANI VINCENTII GRAVINÆ haut ita pridem defuncti, *Orationes &* ††††† *Opuſcula* reperitur *Specimen Priſci Iuris*, in quo breuem ſaltim Legum iſtarum delineationem exhibet, ſimul docens, quinam actus apud Romanos dicti fuerint legitimi. Idem vero poſtea Librum Secundum Originum Iuris Ciuilis Legibus hiſce XII. Tabularum deſtinauit, in iisdemque illuſtrandis reliquorum curas ſuperauit.

* *P. I. p. 147.*

** Hos recenſet RITTERSHVSVS *in Prolegom. c. VI.* & SCHVBARTVS *Exerc. II. §. L.*

*** Ex Libro I. deſumpta eſt *l. 1. π. de Orig. Iuris l. 18. 20. 22. π. de in Ius vocando l. 6. π. ſi quis cautionibus in Iudicio l. 24. π. arbor. furtim cæſarum l. 233. π. de V. S.* Ex Libro ſecundo *l. 234. de V. S.* Ex Libro Tertio *l. 48. π. de Pactis l. 43. ad L. Iuliam de adulteriis, l. 235. de V. S.* Ex libro Quarto *l. 13. fin. regund. l. 9. π. de incendio, ruina, naufragio. l. 4. de Coll. & Corp. l. 236. de V. S.* Ex libro Quinto *l. 237. de V. S.* Ex libro Sexto *l. 19. de Vſuris l. 3. de Litig. l. 238. V. S.* BERTRANDVS *lib. I. pag. 11 ſ.*

**** POMPONIVS l. 2. §. 38. de Orig. Iuris. *Sextum Aelium etiam Ennius laudauit, & extat illius liber, qui inſcribitur Tripertita, qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur quoniam*

*lege*

Digitized by Google

*lege duodecim tabularum præpoſita, iungitur interpretatio, dein ſubtexitur legis actio.* Familia huius Aelii deſcribitur a NORISIO *in Cenotaphiis Piſanis diſſ. III. pag. 419.*

***** Sic enim GELLIVS Noct. Attic. lib. I. c. XII. *præterea in commentariis Labeonis, quæ ad duodecim tabulas compoſuit, ita ſcriptum eſt: Virgo Veſtalis neque hæres eſt cuiquam inteſtato, neque inteſtatæ quiſquam: ſed bona eius in publicum redigi aiunt. id quo iure fiat, quæritur?* Idem lib. VII. c. XV. *Labeo, in libro de duodecim tabulis ſecundo acria & ſeuera iudicia de furtis habita eſſe apud veteres ſcripſit.* Idem lib. XX. cap. I. *itaque quum eam legem Q. Labeo quoque veſter in libris, quos ad duodecim Tabulas conſcripſit, non probaret.* Egregium eſt, quod idem ipſi tribuit elogium lib. XIII. c. X. ſcribens: *Labeo Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publico reſponſitauit; cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit & in grammaticam ſeſe atque dialecticam litteraſque antiquiores altioreſque penetrauerat; Latinarumque vocum origines rationeſque percalluerat: eaque præcipue ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vtebatur.*

****** De his ſic iudicat ER. MAVRITIVS *de Libris Iuris Comm. §. II. Leges duodecim Tabularum (quas poſt Oldendorpii, Forſteri, Aymarii, Riualli, Balduini, Contii, Hotomanni, Reuardi, Calcagnini, Criſpini, Marcilii, Franciſci Pithœi, Iuſti Lipſii, ac Dionyſii Gothofredi curam, legitimo ordini reſtitutas, ac notis & gloſſario auctas edidit Geneuæ Anno 1653. Iacobus Gothofredus.* Plures etiam Commentatores adlegat FABRICIVS *Bibliotheca Latina lib. IV. c. IX. p. 806.* Bartholomæi Marliani, Antonii Contii, Iacobi Cuiacii, Iacobi Ræuardi, Iulii Pacii, Io. Criſpini, Io. Oldendorpii, Adr. Turnebi.

† ANTONIVS CONTIVS ſub finem Libri II. *ſubceſiu. lect. p. 70. & ſqq.* Balduinum oſcitantiæ arguit in hoc labore commiſſæ.

†† Prima Antiquitatum Romanarum editio facta fuit *Baſileæ 1583. f. apud Petrum Pernam,* prout olim iam adſerui. Sæpius hæc editio mihi viſa, extat in Bibliotheca noſtra Publica. Miror igitur, qui factum, quod Auctores Actorum Eruditorum Germanicorum, Lipſiæ per menſes editorum *p. XLI. p. 356.* tanta fiducia adſerere auſi fuerint, hanc editionem fieri non potuiſſe, cum Roſinus iſte, vti dicunt, demum a. 1584. fuerit natus. Seducti ſine dubio fuerunt ab Eruditorum Lexico, quod hunc natiuitatis annum indicat, ſtatim tamen ſibi ipſi contradicit, dum eundem anno ætatis LXVI. defunctum dicit an. 1619. Potius Roſinus anno 1560. fuit natus, a. 1626. defunctus.



Digitized by Google

††† De Marcilio ſic iudicat RITTERSHVSIVS Prolegom. c. VI. p. 15. *Marcilius autem ille, ſicut ordinem harum legum ab aliis omnibus diuerſum inſtituit; ita omnium, qui ante ipſum collectas iſtarum Legum fecerunt, auxilia extenuans plane ficulnea vocat: in quo certe mihi vir doctus videtur nimis ſuperbe ſentire, & loqui contemptim de Clariſſimis illis viris, quos antea nominaui; qui ſi non feciſſent initium eiusmodi collectioni, fortaſſe neque Marcilius neque alii in hoc genere tantum praſtare potuiſſent. Vtut enim & Fr. Pithaus, & eius veſtigia ſecutus Marcilius, omnes anteriores commentatores collectoresque ſuperaſſent, tamen & caeterorum quilibet & ſuam meretur laudem: quamuis alius alio maiorem vel minorem: prout ſc. quisque plus minusue praſtitit.*

†††† De hoc ita in præfatione loquitur Collado editor: *is eſt Iacobus Gothofredus ICtus incomparabilis, Reipublica noſtra Senator digniſſimus, Academia decus, Iuris & literarum lumen & columen, quem mortuum Muſa deflent, Themis luget, ereptum queritur Reſpublica, ſublatum dolent literati. Gothofredus ille eſt, quem Heluetia nouit, cuius praſentia inclyta Ciuitas veſtra lataeta eſt, qui legatione defungens in Magnifico Conſeſſu veſtro non ſemel verba fecit, magnoque cum applauſu auditus omnium in ſe ora conuertit.* Recenſionem Libri vide apud GEORGIVM BEYERVM *Not. Aut. Iurid. Specim. II. p. 17.*

††††† Prodierunt coniunctim *Traiecti ad Rhenum 1713. 8.* & inter Opera *Lipſia 1717. 4.* originibus adiecta.

## § XI.

*Scriptores & Commentatores ad Leges Romanorum.*

Poſt haſce duodecim Tabularum Leges aliæ ſequuntur, quæ Legislatorum libera Republica, ſecundum Gentes ipſorum & Familias, nomina ferunt. Generatim huc facit, quem ſuperiori iamdum Paragrapho laudauimus ANTONIVS AVGVSTINVS *de Legibus & Senatusconſultis Romanis*, cum notis Fuluii Vrſini. Iungendus ipſi eſt PAVLI MANVTII Tractatus *de Legibus Romanis* qui *Venetiis 1557. f. 1569. 8. Pariſiis 1557. 8.* prodiit, demum ſecundo Tomo Antiquitatum Romanarum Græuii eſt inſertus. Vtrique Legum Hiſtoriam & contenta haut incongrue perſequuntur. Auguſtinus equidem ordine Alphabetico, Manutius vero pro materiarum ſede, de quibus agunt Leges, procedit. Breuiores ſunt LVDOVICVS CHARONDAS *de Legibus Romanorum, Pariſiis 1555. 12.* & VDALRICVS ZASIVS in Tomo Primo Tractatus Tractatuum. FRANCISCVS HOTTOMANNVS varios Tractatus edidit *de Legibus Roma-*

Digitized by Google

*Romanis, tam certi quam incerti nominis, Iuriſconſultorum vitis qui a Pomponio commemorantur, de Magiſtratibus Romanorum, de Senatu Romano & inſignibus aliquot Senatusconſultis*, qui curante FRANCISCO MODIO, Barnabæ Briſſonii Lexico Iuris acceſſerunt, Francofurti 1587. f. Leges & Magiſtratus alphabetico ordine enumerat, ſed in iisdem eſt perbreuis. Nouiter hæc, vna cum *Partitionibus Iuris elementariis & de veteribus ICtis* in noſtra Academia recudi fecit EPHRAIMVS GERHARDVS, Altdorfenſium nunc Iureconſultus, ſub titulo: FRANCISCI HOTTOMANNI *Prima Iuris Ciuilis & Antiquitatum ad illud pertinentium elementa, Ienæ 1716. 8.* præmiſſa de antiquæ Iurisprudentiæ ſtudio Præfatione Potiſſimum huc facit PAVLI MERVLÆ *de Legibus Romanorum* libellus, quem ſupra iamdum commendauimus, qui præter LL. XII. Tabularum, etiam alias, ſed breviter ſaltim perſequitur.

§. XII.

*Commentatores ad ſingulares Leges Romanas.*

Ad ſingulares vero aliquot Romanorum Leges alii fuerunt commentati. Ad *Leges, Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Papiam Poppæam, Rhodiam, Aquiliam*, commentatus fuit FRANCISCVS BALDVINVS, * *Baſileæ 1559. 8.* qui hiſtoriam dictarum Legum plurimum illuſtrauit. IACOBVS RÆVARDVS *ad Legem Scriboniam* de Vſucapionibus, *Ienæ 1586. 8.* Ad *Legem Iuliam* de adulteriis, BARNABAS BRISSONIVS, *Pariſiis 1605. 4 Heidelbergæ 1664. 8.* & inter ipſius Opera Varia, *Lugduni 1558. 4. Pariſiis 1607. 4.* ** Ad *Legem Iuliam Maieſtatis* ANTONIVS CONTIVS *Spiræ 1594. 8.* & ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1607. 8.* Ad *L. Cinciam* de ſalariis, honoribus, & officiis cauſſarum patroni, FRIDERICVS BRVMMERVS, *Pariſiis 1668. 4.* quod ſcriptum vna cum Brummerianis reliquis, denuo edidit GEORGIVS BETERVS, *Lipſiæ 1712. 8.* præmiſſa præfatione de Iurisprudentia Formularia, Rituali & Symbolica. *Legem Iuliam & Papiam* inter *Fontes Iuris Ciuilis* IACOBI GOTHOFREDI videmus explicatas. Ad *Legem Clodiam* de vi, commentatus fuit SCIPIO GENTILIS, quod ſcriptum cum eiusdem iure publico Populi Romani extat *Altdorfi 1662. 4.* EPHRAIMVS GERHARDVS in noſtra Academia *Legem Furiam Caniniam* ſingulari diſſertatione illuſtra-



Digitized by Google

vit. Negandum tamen non eſt, Commentatores eiusmodi potius ad ipſam Iurisprudentiam facere, quid Legibus iſtis fuerit ſtatutum, plerumque tamen hiſtoria & contextus Legis ſolent præmitti. CHRISTIANVS THOMASIVS etiam in primo Libro *Nauorum Iurisprudentia Romana Ante Iuſtinianea*, Leges XII. Tabularum, & quæ libera Republica latæ, harumque næuos exponit.

* Recenſionem huius libri vide in GEORGII BEYERI *Notitia Auctorum Iur. p. I. p. 108.*

** In his Operibus editionis Pariſienſis, quæ ſcripta ipſius, quotquot ad Iuris Antiquitates faciunt, continent, poſt præfationem reperitur Briſſonii Icon, cum hoc diſticho:

*Quid mirum ſi exlex Briſſonem turba trucidat?*
*non potuit iuris gloria, iure mori*

Recenſentur hæc Opera in Bibliotheca antiqua, menſe Iunio 1706. *p. 257.*

## §. XIII.

*Collatio Legum Moſaicarum cum Romanis.*

Ad Pandectarum Hiſtoriam faciunt Scriptores iſti, qui vel fragmenta vel Indices veterum ICtorum collegerunt. Inter hos primum locum occupant *Fragmenta quædam Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaii, Modeſtini, aliorumque veterum Iuris Auctorum, ex integris ipſorum libris ante Iuſtiniani Imp. tempora collecta, & cum Moyſis legibus collata. Eiusdem Imp. Iuſtiniani Nouellæ Conſtitutiones III. Iuliani Anteceſſoris C. P. Dictatum de Conſiliariis. Eiusdem Iuliani Collectio de Contutoribus ex Bibliotheca & cum notis* PETRI PITHOEI, *Lutetiæ ex officina Roberti Stephani 1573. 4.* & inter Pithœi opera a IO. MERCERO collecta, *1609. 4.* atque ex recentiori editione *Pariſiis 1687. f.* & in Volumine octauo Criticorum ſacrorum Anglicanorum. Nouiter hæc Fragmenta cum Pithœi notis ANTONIVS SCHVLTINGIVS *in Iurisprudentia Ante-Iuſtinianea veteri* iterum collegit, *Lugduni Batauorum 1717. 4.* adiectis etiam IOSEPHI SCALIGERI variis lectionibus, ex apographo ipſius Leidenſi. Hanc autem Collectionem LICINIO RVFINO tribuit Bertrandus. * Aſt, dum Rufinus iſte Alexandri Seueri temporibus vixerit, ** in hac collectione vero conſtitutio Theodoſii Junioris adlegetur, *** vix eſt, vt ipſi adſentiamur. Siue igitur auctoris nomen adhuc igno-

Digitized by Google

ignotum, ſiue recentior quidam Licinius Rufinus auctor erit. Marquardus Freherus **** ſuſpicatur, auctorem fuiſſe Iudæum, qui ad gentis inuidiam auertendam, hanc exhibuerit Collationem, quaſi Moſaicæ Leges parum diſcreparent a Romanis. Fallitur Iacobus Ioſephus Imbonatus, ***** qui ſibi parum conſtans, hanc ipſi Pithœo tribuit collationem. Aſt, Iacobus Gothofredus rectius demonſtrauit, ipſum Chriſtianum fuiſſe, id, quod partim ex ſuſcepti argumenti ratione, partim ex adductis variis Sacræ Scripturæ locis ſatis clare patet. Deinde Iuriſconſultum eum non fuiſſe ex eo autumat, quod in præfatione tituli ſeptimi Iureconſultos ita adloquatur: *Scitote, Iureconſulti, quia Moſes prius hoc ſtatuit.* Vixiſſe eum putat inclinante ætate, ante tempora Iuſtiniani, eo tamen tempore, cum Hermogenianus & Gregorianus Codex, quorum diſſenſum inter ſe componit vna cum Theodoſiano, adhuc eſſent integri. Hunc autem ideo hæc Fragmenta collegiſſe putat, vt a Romana Iuriſprudentia, veterumque Iuriſconſultorum ſcriptis, atque Impp. Conſtitutionibus homines ad ſacram Scripturam, ceu fontem Iuris traduceret, & Iuriſconſultorum faſtum reprimeret. ****** Vtilitatem huius libri triplicem facit Gothofredus: ******* primum, quod perſpicue repræſentet, quid Tribonianus & Collegæ in excerpendis veterum ICtorum ſcriptis ſibi indulſerint; Dein, quod Iuris fragmenta quamplurima ex veteribus ICtis contineat, quæ alibi non occurrunt; Tandem oſtendit, qua ratione veterum ICtorum libri in certos titulos fuerint diuiſi.

* Lib. I. p. 181. *quo libro legum Dei cum legibus Romanis collationem fecit; quem librum debemus Petro Pithœo viro doctiſſimo atque ita ex eo apparet*, *Licinium Rufinum Chriſtianum fuiſſe.* Neque tamen primus hoc adſeruit Bertrandus, ſed idem ante eum egit Iacobus Cuiacius in Recitationibus ad Paulum, dicens: *Licinius Rufinus in l. 4. D. Quibus ad libert. proclamare non licet, conſulit Paulum Iuriſconſultum peritiſſimum: Is vero eſt Licinius Rufinus, qui contulit Leges Dei cum Legibus Populi Romani: fuit enim Chriſtianus: & illa Collatio, qua non ita dudum edita eſt, habet nomen Licinii Rufini.* Idem dicit *Obſeru. lib. VII. c. II. lib. XIII. c. X. & XVI. lib. XIV. c. IV. lib. XXI. c. XI.* Notatus ideo ab AEGIDIO MENAGIO *Amœnit. Iuris c. VII.*

** Patet hoc ex *l. 4. π. quibus ad libert. proclam. non licet*, quæ ſic incipit: *Licinnius Ruffinus Iulio Paulo.* Demonſtrauit hoc etiam GROTIVS *lib. II. c. XII. p. 194.*

*** Adnotauit hoc GROTIVS *c. l.* dicens: *addit Bertrandus huic* (Licinio) *nos acceptum ferre debere librum de collatione Moſaicarum Legum cum Romanis, verum optime ab Antonio Auguſtino annotatum eſt, eum librum huius Rufini non eſſe, cum illic ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, aliquamdiu poſt Alexandrum editis, aliquot referantur conſtitutiones, quas hic noſter per ætatem videre non potuit.* Sic etiam ipſe Pithœus in Notis *p. 66. inaudieram equidem antea fuiſſe ex priſcis ſcriptoribus aliquem qui cum Moyſis legibus Romanas contuliſſet: ac memini Io. Tilium antiquæ eruditionis hominem, cum de veterum Iuriſconſultorum reliquiis ſermo eſſet, narrare ſolitum, habuiſſe aliquando ſe eius operis fragmenta pauca, quibus ille Licinnii Rufini nomen tribuebat, an ex coniectura, an potius ex veteris libri fide non ſatis ſcio, illud affirmare liquet, quæ nunc damus, ex antiquiſſima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octingentos & amplius latuerunt, non eſſe Licinnii Rufini cuius nomine ad Iulium Paulum in libris noſtris conſultatio inſcripta eſt, vt quod ſentio, dicam, non fuit tanti hæc collectio, quæ aut Licinnii aut Iuriſconſulti alicuius paulo clarioris ingenium & acumen deſideraret.* Sequitur AEGID. MENAGIVS *Amœnitat. Iuris cap. VII.*

**** *Parergon Iuris lib. I. c. IX.*

***** Debeo hæc FABRICIO *Bibl. Latina lib. IV. c. IX. p. 811.* dum ait: *vehementer porro fallitur Iac. Ioſephus Imbonatus, qui in Bibliotheca Ebræo-Latina p. 200. a Pithœo hoc ſcriptum elucubratum eſſe affirmat, licet eandem legum collationem pag. 131. memorauerit ſub nomine* Licinii *Rufini, & p. 138. ſub nomine Iuliani Anteceſſoris.*

****** IAC. GOTHOFREDI *Proleg. C. Th. cap. III. f. 190.* MARQVARDVS FRIHERVS *Parerg. IX.* IACOBVS CVIACIVS *lib. VII. Obſern.*

******* Manuali Iuris c. VI. Excerpta libri extant in Bibl. Antiqua *M. Maio 1706. pag. 203.*

## §. XIV.

*Indices Veterum ICtorum.* Alii fuerunt, qui veterum ICtorum Indices exhiberent, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt deſumtæ, ex legum inſcriptionibus indicantes, quæ ex ſingulis libris fuerint excerpta. Præiuit in eo IACOBVS LABITTVS, qui primum *Indicem Legum*



Digitized by Google

*Omnium* edidit, *quæ in Pandectis continentur Pariſiis 1557.4. Lipſiæ 1616.8.* cum Notis Wilhelmi Smuccii & *Lugduni Batauorum 1674. 8.* * In hoc Indice vero ſingulæ Leges ad ſingulos Iuriſconſultorum libros ex quibus deſumtæ ſunt, referuntur. Locorum etiam omnium, quibus Iuriſconſulti in Pandectis, Codice, Inſtitutionum libro & Nouellis citantur, ratio habetur adiecto in fine Indicis vſu. ANTONIVS AVGVSTINVS *de propriis nominibus Pandectarum Florentinarum* ſingularem edidit libellum *Tarraconæ 1579. f.* & IO. VVOLFGANGVS FRETMONIVS *Indices Iuris* ſiue potius *Elenchum omnium auctorum, ſiue ſcriptorum, qui in Iure tam Ciuili, quam Canonico vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illuſtrando ad noſtram ætatem vsque claruerunt, ex editione tertia Francofurti 1585.4.* publicauit. Bibliotheca eſt Iuris Interpretum primum a IO. NEVIZANO, LVDOVICO GOMESIO, IO. FICHARDO & IO. BAPT. ZILETO collecta, cuius prima ſaltim pars Iureconſultorum veterum ſcripta recenſet: reliqua recentiorum Iureconſultorum Commentarios, Conſilia, & de diuerſis materiis Tractatus per tranſennam ſaltim indicat, noſtro æuo parum conducens. Coniunctim prodierunt *Indices Iuris Varii* IAC. LABITTI, ANT. AVGVSTINI & VVOLF. FRETMONII, *ad Pandectarum & Codicis leges huc & illuc diſperſas ſuis authoribus ac libris coniunctim reſtituendas, temporum, quibus veteres illi Iuris authores vixerunt, aut leges promulgarunt ratione ſeruata: anno, menſe & die adiectis. Geneuæ 1585. 8.* Initium fit a Q. Mutio Scæuola, & continuatur ICtorum ſeries pro temporis ratione vsque ad Marcellum. Præmittitur ſingulorum breuis vita, recenſentur inde ſcripta, legesque adlegantur ex iisdem depromptæ. Sequitur ** Catalogus Iureconſultorum, de quorum ætate vel vita nihil certi conſtat, aut ex quorum ſcriptis nihil in Pandectarum libros eſt translatum. Hos excipit *** Index ad Fragmenta Conſtitutionum Imperatoriarum, quæ per vniuerſum Iuris Corpus ſparſæ ſunt, eruenda, ita diſpoſitus, vt ſingulis Imperatoribus propriæ Conſtitutiones reddi poſſint, ordine annorum Conſulum, menſium ac dierum, præmiſſa etiam cuiuslibet Imp. vita. Adſignantur igitur ſingulis Impp. ipſorum Conſtitutiones in Iuris Corpore adlegatæ. Sequitur **** Index

alius

Digitized by Google

alius ex Antonii Auguſtini Libro de nominibus propriis τῦ πανδέκτυ Florentini, qui nomina Iureconſultorum comprehendit, tam ex quorum ſcriptis conſtant Pandectæ, quam qui referuntur in iisdem. Adiicitur ***** Claſſis prætermiſſorum a Pomponio, qui partim ipſi ſunt antiquiores, partim eiusdem aut poſterioris temporis. Hos excipiunt Reges & Imperatores, quorum nomina in Pandectis occurrunt, Leges & SCta. In fine ſubnectitur Nomenclatura Iurisconſultorum recentiorum, qui intra quadringentos annos proximos a reſtauratis per Irnerium Legibus Romanis, nominis famam ſunt conſecuti. Hæc igitur collectio præ cæteris vtilis eſt & æſtimanda. Poſt hos GEORGIVS EBERLINVS edidit *de Origine Iuris & omnium Magiſtratuum & ſucceſſione Prudentium Explicationem, Wittebergæ 1672. 4.* Commentarius hic eſt in dictam Pomponii Legem, in cuius priori membro Originem Iuris & Proceſſum, ſcilicet Leges Regias, XII. Tabb. Legum actiones, SCta, Magiſtratuum Edicta, demum Principum placita exponit, harum Hiſtoriam & Fragmenta hinc inde, ex Legibus etiam Romanis colligens. Altero membro Magiſtratuum nomina, diuerſitatem & officia, ex Scriptoribus partim & Legibus deſcribit. Tertium vero membrum Prudentum ſucceſſioni deſtinauit, in quo illorum Iureconſultorum, qui a Pomponio recenſentur, hiſtoriam, ſecundum ſeriem Impp. ſcriptaque recenſet, quoties illorum in Legibus fiat mentio, exponens, vt exinde reliqui Scriptores diuerſis in partibus poſſint ſuppleri. Eiusdem inſtituti ſunt HENRICI BRENKMANNI *Pandecta Iuris Ciuilis auctoribus ſuis & libris reſtituti, Amſtelodami 1709. 8.* Leuiſſimi momenti eſt IO. OLDENDORPII *Index Titulorum Iuris Ciuilis, Coloniæ 1543. 8.* in quo ſaltim præter Titulos Pandectarum, Codicis & Nouellarum, mutationem Iuris, in quo Nouellæ derogent Pandectis, & breuiter nomina Iureconſultorum veterum & Legum antiquarum exhibet.

* Recenſio huius libri extat apud GEORGIVM BEYERVM, *Notitia Auctorum Iur. Specim. I. p. 105.* Huius Labitti laudes ſatis digne prædicat IO. STRAVCHIVS in Programmate ſuo, quod Schubartus Fatis Iurisprudentiæ

dentiæ ſubnexit, *p. 650.* ſcribens: *Adeo, vt auſim cum Duareno, A. Auguſtino, Eguinario Barone, Octauiano Picenardo, P. Fabro, Ioh. Gœddeo, Gulielmo Smuckio, ſummis enimuero ICtis affirmare, neminem in interpretandis ff. ſententiis, eisque ſibi inuicem concordandis, ad mentem & intellectum cuiusque auctoris, felicius atque intimius penetrare poſſe, qui huius inuenti beneficio deſtituatur. Digna hæc res viſa Iacobo Labitto, ICto Gallico, quem Cuiacius alicubi vnum ex ſuis intimis, ſtudioſiſſimisque appellat, vt proprium indicem affabre adornaret, cuius vſu omnium ICtorum, quos continent ff. Iuſtiniana, reſponſa, ad quos libros, quas ſectiones, quæ corpora pertineant, repræſentantur atque compaginantur. Addit inſuper Dædalus ille, Labittus, artificii huius vſum quadruplicem, quo ſupra quam dici poteſt egregie inuenti ſui hecatomba digniſſimi, incomparabiles fructus exemplis vberrime oſtendit. Et fatentur omnes, huius myſterii ſcientes, pandectas hoc ipſo in longe meliori lumine collocari cœpiſſe. Ceterum numquid in Codice Iuſtiniano ſimile quid adornari e re ſit, forſan dubitari poſſit.*

** *p. 487.*
*** *p. 498.*
**** *p. 658.*
***** *p. 884.*

## §. XV.

Partim ad Hiſtoriam, partim etiam ad ipſam Romanam Iurisprudentiam faciunt ſcriptores illi, qui ſingulorum ICtorum veterum, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt deſumtæ, * Fragmenta collegerunt, eademque Commentariis ſuis illuſtrarunt. Horum quosdam ſaltim, eosdemque potiores, indicare licebit, cum reliqui ad ipſam Iurisprudentiam potius faciant, quam ad Hiſtoriam. CAII *Inſtitutionum* fragmenta, quantum adhuc ſuperſunt, iuſſu Alarici, Gothorum regis, Aniani manu deformata, plerisque Corporis Iuris editionibus præmiſſa videmus. Separatim eadem edidit IOANNES SICHARDVS & ALMARICVS BOVCHARDVS, *Louanii 1573. 12.* poſt, cum HIERONYMI ALEANDRI Iunioris eruditis Commentariis extant *Venetiis 1600. 4.* & cum notis IACOBI OISELII, *Lugduni Batauorum 1658. 8.* licet Oiſelius Aleandro pleraque ſurripuerit. Nouiter eadem Iurisprudentiæ Ante-Iuſtinianeæ inſeruit ANTONIVS SCHVLTINGIVS. IVLII

*Scriptores, qui veterum ICtorum Fragmenta collegerunt.*

PAULI *Receptarum Sententiarum* libros interpretatus eſt IACOBVS CVIACIVS, cui debemus Notas *ad Vlpiani Titulos XXIX. ad Africanum Tractatus IX*, quæ in Tomo primo eius priorum Operum, editionis Fabrotti, reperiuntur. In Tomo ſecũdo Operum Poſtumorum extat *Commentarius in libros Quaſtionum Papiniani in eiusdem libros XIX. Reſponſorum, libros Definitionum & de Adulteriis*. In Tomo ſecundo Operum Poſtumorum *Iulius Paulus, id eſt, ad Iulii Pauli libros ad Edictum, & Libros Quæſtionum Recitationes exactiſſima, Recitationes ſolennes ad Herennii Modeſtini Differentiarum libros nouem*. In Tomo Tertio reperiuntur *Recitationes ad Saluii Iuliani Digeſtorum libros XC. Pauli ICti Reſponſorum libros XXIII. Neratii Reſponſorum libros II. Marcelli Reſponſorum librum ſingularem, Vlpiani Reſponſorum Libros II. Modeſtini Reſponſorum libros XIX. Scauola Reſponſorum libros VI.* Præter Cuiacium FRANCISCO BALDVINO debemus Commentarium de Iurisprudentia Muciana, *Baſilea apud Io. Oporinum 1558. 8.* ** Nec omittendus eſt IO. SCHILTERI *Herennius Modeſtinus, ſiue fragmenta libri περὶ ἑυρηματικῶν Commentario illuſtrata, Argentorati 1687. 4.* in quo, præter antiquitates, varia ad hodiernam praxin forenſem facientia declarat. Secutus eundem fuit HENRICVS BRENKMANN cuius *de Eurematicis Diatriba*, ſiue *in Herennii Modeſtini librum ſingularem περὶ* Ευρηματικῶν *Commentarius*, prodiit *Lugduni Batauorum 1711. 8.* in quo præter ea quæ ad Modeſtini Hiſtoriam faciunt, materiam de remediis ac cautionibus Iuris erudite ac concinne exponit, multas antiquitates legesque illuſtrat, multam exinde laudem promeritus. In fine demum Epicriſin addit in dictum Schilteri Tractatum, cuius tradita breuiter recenſet, in quo ipſi cum Schiltero minus conueniat docet, quædam etiam in eodem notat. Hinc & ad MODESTINI ſcripta faciunt ANT. AVGVSTINI *Emendationes, & ad Modeſtinum, ſeu de Excuſationibus liber ſingularis, Lugduni 1574. 8.* IACOBI CVIACII *Modeſtinus, ſiue ad Modeſtini Differentiarum lib. 9. Commentarius, Hanoniæ 1593. 8. Sabinianorum librorum* ordinem atque ſeriem inter Fontes Quatuor Iuris Ciuilis exhibuit IACOBVS GOTHOFREDVS.

* Breuem eorundem recenſionem æque exhibuit FABRICIVS *Bibl. Latina lib. IV. c. IX. p. 811. ſqq.*

** Ex-

Digitized by Google

** Excerpta huius Tractatus reperiuntur in Bibl. Antiqua M. AVGVSTO *p.382.*

## §. XVI.

Præter Hiſtoriam Iuris, Pomponius etiam Veterum ICtorum & ſucceſſionis Prudentum facit mentionem. Harum Vitas plures deſcripſerunt. BERNARDINI RVTILII equidem *Vitæ antiquorum ICtorum* primum *Baſileæ 1537. 8.* poſtea *Lugduni 1538. 8.* fuerunt editæ. Rutilius non illos ſolum, quos Pomponius adducit, ſed alios etiam, qui libera Rep. inclaruerunt, recenſet, horumque vitam & inſtituta ex Scriptoribus antiquis illuſtrat. Leuioris momenti eſt CATELLIANI COTTÆ Tractatus *de Iuris peritis*, qui in Tomo primo Tractatus Tractatuum extat. Nec maioris æſtimanda eſt AYMARI RIVALLII *Hiſtoria Iuris Ciuilis, Moguntiæ 1533. & 1539. 8.* edita, in cuius libro quinto recenſet priſcos Iureconſultos, quos a Capitone incoat, cum Sextio Pedio deſinit. Inter FRANCISCI HOTTOMANNI Opera Tractatus reperitur *de ICtorum vitis, qui a Pomponio memorantur*, qui tamen breuis eſt. Secutus hoſce fuit NICOLAVS HENELIVS, *cuius de Veteribus Iureconſultis* Commentarius prodiit *Lipſiæ 1641. 8. & 1654. 8.* Non omnes ICtos, quorum in Pandectis fit mentio, commemorat, ſed illos ſaltim, quorum fragmenta in iisdem ſuperſunt. Subiungitur Mantiſſa, quæ comprehendit Commemorationem metricam iſtorum ICtorum, CASPARIS CONRADI diſticha in eosdem, & IOANNIS LORICHII *Catalogum ICtorum veterum*, carmine elegiaco expreſſum, cum notis Henelii. Verum, Panegyriſtas potius agunt hi auctores, quam biographos, multa etiam intermiſcentur, iucunda magis, quam vtilia. * Eundem ordinem ſecutus eſt VALENTINVS GVILIELMVS FORSTERVS in libro ſecundo *Hiſtoriæ Iuris Ciuilis*, qui tamen haut ſine næuis eſt. In libro tertio vero recentiorum ICtorum memorias refert. Prioribus præferendus IO. BERTRANDVS in libris duobus, quos inſcripſit Βίοι Νομικῶν *ſ. de Iuriſperitis antiquis Toloſæ 1617. & 1622. 4.* Sed cum Toloſana iſta editio deprauata admodum eſſet, Ioannes a Gelder Lugdunenſis Bibliopola apud Batauos nouam, *Scriptores de Vitis ICtorum Veterum.*



can-

Digitized by Google

eandemque emendatiorem procurauit *Lugduni Batauorum* 1575. 8. cui in fine adiectæ ſunt AEGIDII MENAGII animaduerſiones ex ipſius Iuris Ciuilis Amœnitatibus depromptæ, aliorumque ex quibus Bertrandi ſcriptum varie emendatur. Omnium tamen curas ſuperauit, Bertrandi aliorumque errores ſæpius emendauit GVILIELMVS GROTIVS *in Vitis Iuriſconſultorum*, quorum in Pandectis extant nomina, conſcriptis, quas filius ipſius, IACOBVS GROTIVS publicari fecit *Lugduni Batauorum* 1690. 4. AEGIDIVS quoque MENAGIVS in Hiſtoria veterum Iureconſultorum deſudauit, ** quæ tamen lucem non adſpexit. Haut leuem publico operam nuper demum nauauit IO. CHRISTOPHORVS FRANCKIVS, dum *Vitas Tripartitas Iuriſconſultorum Veterum a Bernardino Rutilio, Ioanne Bertrando, & Guilielmo Grotio conſcriptas*, antea perquam raras, denuo ederet *Halæ* 1718. 4. Vitam Bertrandi a Leickhero deſcriptam adiecit, notas Aegidii Menagii atque nondum editas Io. Reineſii, vna cum Laurentii Pignorii Epiſtola; Vitas in Capita & Paragraphos diſtinxit, atque locupletiores Indices ſubiecit.

* GEORGIVS BEYERVS *in Notit. Aut. Iurid. ſpecim. II. pag.* 53. ſic de eodem iudicat: *elaboratio talis eſt, vt rectius Panegyricos quam Vitas vocare poſſis: ſtylus multo comtior quam vitarum recenſio requirit; obſeruata pleraque non Iurisprudentiam, ſed alia omnia complectuntur, & magis iucundum eſt hoc opuſculum, quam Iuris ſtudio vtile; ſolum certe non ſufficit, ſed iuxta alios legi debet.*

** Teſtatur de eo ipſe MENAGIVS in epiſtola Iuris Amœnitatibus ad Ludouicum Nublæum præmiſſa, dicens: *tanti igitur tui beneficii memor, aliquas ex Lucubrationibus meis, teſtes tuorum erga me meritorum, meæque in te pietatis & obſeruantiæ, tibi inſcribere cogitaui. Quærenti autem mihi, quas potiſſimum inſciberem, Hiſtoria Veterum Iuriſconſultorum; quando eam tibi potiſſimum placere intellexeram; primum occurrebat. . Sed cum tam grande Opus breui ad finem perducere non liceret; grati autem animi mei teſtimonia publica diutius tibi deberi ægre ferrem; ex Notulis, quas olim Iuris Studioſus ad oram Corporis Iuris appoſueram, has Obſeruationes raptim tibi exaraui.* Reperitur etiam hæc Hiſtoria veterum Iuriſconſultorum in Serie opuſculorum ipſius manuſcriptorum Menagianis præfixo. Memoratur iſta in *Memoires de la Vie* quæ Tomo ſecundo præmittuntur.

## §. XVII. *

Subiungimus Scriptores illos, qui veterum ICtorum Sectas, eorundemque opiniones examinarunt. Elegantiſſimum eſt opuſculum CHRISTIANI OTTONIS A BOECKELEN *de diuerſis Familiis Iureconſultorum.* Diſſertatio hæc erat, quam primum Rebhahnii auſpiciis Argentorati ventilauit, in eademque diſſenſiones veterum ICtorum, harum Origines, indeque enatas diuerſas ſectas & cuinam potiores dediti fuerint ICti, examinat, eoque ipſo Hiſtoriam veterum ICtorum plurimum illuſtrat. Hæc autem cum aliis ipſius Opuſculis filius ipſius IO. GOTHARD de BOECKELEN edidit *Lugduni Batauorum 1678. 12.* Ex Hiſpanis Don PEDRO de VALASCO & Mediuilla Caii & Proculi aliorumque Iuris veteris Autorum apertas rixas & implacabiles concertationes concinnauit atque edidit *Salmanticæ 1625. 4.* Idem animus erat CHRISTOPHORO EHEMIO, qui in ſuo *de Principiis Iuris*, Tractatu Librum promittit *de ſectis ICtorum, eorumque opinionibus.* Huc quoque pertinet ANDREÆ OCKELII *ICtus Rationalis, ſ. de rationibus decidendi veterum ICtorum, Halæ 1704. 8.* quo Scripto de veterum ICtorum rationibus decidendi, quas vel ius explicando, vel de iure reſpondendo adhibuerunt, & a Triboniano Pandectis fuerunt inſertæ, eleganter diſſeruit, varia, quibus veteres in iure dicundo vſi fuerint, argumenta, recenſens. Addimus CORNELII van ECK, Anteceſſoris Traiectini *Orationem de Religione & Pietate Veterum ICtorum, habitam a. d. XVIII. Martii 1717.* cum Rectoris Academici munus tertia vice deponeret, *Traiecti 1717. 4.* Erudita eſt AVGVSTINI LETSERI *de Variationibus & retractationibus Iureconſultorum Diſſertatio, Helmſtadii* haut ita pridem publicata, quæ tamen non tam ad Veterum ICtorum, quam potius ad hodiernorum ICtorum atque Collegiorum exempla prouocat.

*Commentatores de ſectis & rationibus decidendi veterum ICtorum.*

* Sunt iſta præter hunc Tractatum *de Orationibus Principum in Senatu Romano, Exceptionibus tacitis in pactis publicis, æmulatione Imperiorum.*

§. XVIII.

*Scriptores Iuriſpru- dentiæ Ante Iuſtinianeæ.*

Poſt Ius Romanum vertimus nos ad *Iuriſprudentiam Ante-Iuſtinianeam.* In hac primo loco memorandus venit FRANCISCI BALDVINI *Conſtantinus M. ſiue de Conſtantini Imp. Legibus Eccleſiaſticis atque Ciuilibus Commentariorum Libri duo,* denuo editi cura IOACHIMI CLVTENII, *Argentorati 1612. 8.* Conſtitutiones Conſtantini M. examinat in priori quidem Libro Eccleſiaſticas, in ſecundo vero Ciuiles, harum hiſtoriam exponit, ipſasque leges erudite explicat. Huic ſubiungimus IACOBVM GOTHOFREDVM *in Commentario ad Codicem Theodoſianum.* Præmiſit enim iſte Conſularia Theodoſiana, ſeu Chronologiam nouam Conſtitutionum Codicis Theodoſiani ab A. D. CCCXII. ad A. D. CCCCXXXVIII. ſub ſedecim Imperatoribus. Hac autem Chronologia ſingulæ Leges ſub ſuis Conſulibus, annisque collocantur, iisdemque explicandis firmandisque ſubiectum eſt Chronicon Hiſtoricum. Eodem quoque relatæ ſunt Conſtitutiones nonnullæ Codicis Iuſtinianei. Sequuntur Prolegomena ad Codicem Theodoſianum, quæ ipſam Codicis Hiſtoriam & compoſitionem comprehendunt. Ad Perſonas autem & Loca in hoc Codice memorata potiſſimum facit Proſopographia & Topographia huic Codici ſubiecta. Deinde huc referri merentur CHRISTIANI THOMASII *Næuorum Iuriſprudentiæ Romanæ Ante-Iuſtinianeæ Libri duo, Halæ 1707. 4.* In præfatione equidem, Iuriſprudentiæ Romano-Germanicæ næuos ſigillatim oſtendit. In primo Libro Iuris Romani Hiſtoriam tractat, quale fuerit libera Republica vsque ad Iulium Cæſarem, in quo per certa capita Iuris Hiſtoriam breviter exponit, ex qua næuos quosdam, potiſſimum politicos deducit, explicatque. Secundo vero Libro de Iure Romano agit, a temporibus Iulii Cæſaris ad Iuſtinianum, vbi tamen de Sectis potiſſimum agit ICtorum, Edicto Perpetuo, & Codice Theodoſiano, eiusdemque Næuis. Acceſſit Eiusdem Diſſertatio Academica, de Næuis Iuriſprudentiæ Romanæ ex Hiſtoria Iuris ab eiectis Regibus ad publicatas LL. XII. Tabb. deductis & bina Pro-

Digitized by Google

Programmata, quarum prius de cauſis inutilium Doctrinarum in ſtudio Iurisprudentiæ agit; alterum de exiguo Pandectarum vſu in Foris Germaniæ. Haut ita pridem Lugdunenſium ICtus, ANTONIVS SCHVLTINGIVS *Iurisprudentiam Veterem Ante-Iuſtinianeam* publicauit, *Lugduni Batauorum 1717. 4.* qua continentur quæ ſuperſunt ex Caii Inſtitutionum libris IV. Iulii Pauli Sententiarum Receptarum ad filium libri V. & Fragmentum ex Inſtitutionum libris II. Tituli ex Corpore Vlpiani XXIX. Codicis Gregoriani & Hermogeniani fragmenta. Moſaicarum & Romanarum Legum Collatio. Conſultatio Veteris cuiusdam ICti. Papiani Reſponſorum Liber. Doſithei Magiſtri Liber III. continens Diui Adriani Imp. Sententias & Epiſtolas. Adiecit SCHVLTINGIVS Commentarios, Notas & Interpretationes virorum doctorum & proprias, quibus Iurisprudentiæ Veteris capita plurimum illuſtrantur. Acceſſerunt eiusdem Orationes duæ, quarum priori diſquirit: *culpandusne ſit Tribonianus, quod Iurisconſultorum, qui ſtante libera Republica Romana claruere, ſcripta ſuppreſſerit: ac poſteriorum, qui ſub Imperatoribus floruere, Reſponſa in Pandectas retulerit.* Altera eſt *de Iurisprudentia Hiſtorica.* Sane, multum vetus illa Iurisprudentia debet Schultingio, ob Fragmenta veterum ICtorum, quæ olim ſparſim reperiebantur, in vnum collecta, eademque ſolide illuſtrata.

## § XIX.

A Iure Romano pergimus ad Ius Iuſtinianeum, quod conſideraturi, Scriptores primum Hiſtoriæ Iuſtiniani nos occupabunt. Inter antiquiores primas fert PROCOPIVS, qui *de rebus Iuſtiniani* octo libros * conſcripſit, quorum editio eſt optima, quæ græce & latine, interprete CLAVDIO MALTRETO, cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus, prodiit, *Pariſiis* ex Typographia regia *1663. f.* His autem octo libris nouum poſtea ſupplementi quaſi loco addidit, quem ἀνέκδοτα inſcripſit. ** Primus eundem ex Bibliotheca Vaticana græce protulit, latine reddidit, notisque illuſtrauit NICOLAVS ALEMANNVS, *Lugduni 1623. f.* & cum aliis Procopii, *Pariſiis 1663. f.* *Procopii Hiſtoria Iuſtiniani.*

Re-

Reprehendit in hac Hiſtoria Iuſtiniani vitia Procopius, narratque ea, quæ parum probe a Iuſtiniano ac Theodora fuerint geſta. Dubitant equidem Iuſtiniani defenſores an Procopii labor ſit, & ſi ipſius fuerit, annon gentilis homo ex odio potius contra Imp. ſcripſerit. Sed, dum ſtylus cum reliquis ipſius ſcriptis conueniat, Codices, ad quos Alemannus prouocat, Procopii nomen præ ſe ferant, Scriptores veteres, ex quibus Suidas ſua excerpſit, hanc Anecdotorum hiſtoriam ipſi tribuant, *** minime de eo dubitamus. Licet haut ſit negandum, multa ipſum ex odio ſcripſiſſe, ea tamen, quæ de Imp. ambitioſo, auaro, vxorio tradit, haut eſſe a veritate aliena videntur, cum ex pruritu Theodoræ vxoris, cui nimium deditus, multa peregerit, quæ laudibus ipſius alias debitis plurimum derogent. Hoc etiam certum, Alemannum in Notis ſuis multa præſtitiſſe, quæ ad hiſtoriam vel antiquitates noſcendas faciunt. Non defuerunt autem Iuſtiniani defenſores. Primus inter hoſce fuit GABRIEL TRIVORIVS, **** qui in *obſeruatione apologetica ad inſcriptionem orationis ad Anteceſſores Digeſtis Iuſtiniani præpoſitos*, *Pariſiis 1631. 4.* varia illuſtrat, quæ ad vitam Iuſtiniani faciunt, ipſius laudes prædicat, titulos exponit, multa de Germanorum nomine, Francorum origine, inſerit, quæ tamen plerumque ſunt leuia, atque ad Procopii cauillationes in fine demum breuibus reſpondet, ita vt Procopium ex odio contra Iuſtinianum ſcripſiſſe, tradat. ***** Sic etiam THOMAS RIVIVS Regis Angliæ Aduocatus, defenſionem Iuſtiniani contra Alemannum ſuſcepit, & prolixius IO. EICHELIVS, qui Anecdota iſta denuo edidit, apologiam atque animaduerſiones in Procopium adiecit, vnâ cum dicta Riuii defenſione, *Helmſtadti 1654. 4.* ****** Totus in eo eſt Eichelius, vt Procopii auctoritatem euertat. Non enim ſolum de ipſo ſcripto dubitat, quod Procopii non ſit, eo quod coæui Scriptores de eodem plane taceant, ſed etiam paganum ipſum fuiſſe contendit, id quod variis comprobat argumentis, licet adſerere non dubitet, ipſum Chriſtianam religionem ſimulaſſe. Hinc ipſi imputat, quod ab aliis facta Iuſtiniano tanquam con-

conſulto facta tribuat, quæ laudanda ſint, reprehendat, quæ vituperanda probet, immo ſibi ipſi in aliis ſcriptis contradicat & coæuorum auctoritate deſtituatur. Malam etiam Alemanno fidem tribuit; qui paullo ante a Græcorum religione ad Romanam deſciuerat, quem non ſolum tanquam ſedi Romanæ adulantem exhibet, quæ Iuſtinianum ſemper habuerit aduerſum, ſed etiam mala fide agentem, eo quod in notis ſuis varia ſcriptorum loca plurimum detorſerit. Nouam vero Procopii editionem meditatus fuit CHRISTIANVS THOMASIVS, adiectis & Alemanni & Eichelii, propriis etiam adnotationibus, quibus vtriusque affectus detegere voluit, ****** quod tamen ad effectum deductum nondum fuit. IOANNES etiam CHIFLETIVS *in Apologetica Diſſertatione de Iuris vtriusque Architectis*, *Antwerpiæ* 1651. 4. edita, Iuſtinianum plurimum defendit. †

* De Libris hiſce octo probe iudicat ALEMANNVS in præfatione f. XV. *de huius porro libri ordine, deque tempore quo ſcriptus eſt, ſic habeto: Reliquos octo hiſtoriæ libros ipſe viuens Procopius emiſit, ac Iuſtiniano legendos tradidit: imo ſeptem illi primi nempe duo de Perſico bello, de Vandalico totidem, ac tres de Gothico, vt ipſemet affirmat,* ἤδη ἐξενεχθέντες, πάντα χύδην δεδήλωντο τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, *iam euulgati in vniverſo Romanorum imperio noti erant. Quoto vero quisque anno editus fuerit, certum non eſt; duo hæc tantum habeo explorata. Ante obitum Theodoræ, id eſt ante annum ſecundum & vigeſimum Iuſtiniani, Perſica, Vandalicaque bella, & bonam Gothicorum partem Procopium abſoluiſſe; nam in iis Amalaſunthæ ſtructas inſidias a Theodora, ob eius metum tacuiſſe, indicat in hoc commentario. Præterea ſeptem priores libros ante annum Iuſtiniani ſextum & vigeſimum diuulgatos fuiſſe. Idque Autor memorat initio libri octaui, quem anno Iuſtiniani ſeptimo & vigeſimo commentabatur. Cæterum octauus ille perperam inſcribitur de bello Gothico: complectitur enim quæ cum Perſis, Vandalis, & Gothis, poſt edita priora volumina Romanis contigiſſent, quæ quod* γράμμασι πῖς ἐς τὸ πᾶν δεδηλωμένοις οὐκέτι εἶχον τὰ ἐπιγενόμενα ἐναρμόζειν, *monumentis iam omnino in publicum datis addere, haud amplius commodum eſſe videret Procopius, in octauum illa omnia librum coniecit, qui ob id hiſtoria quædam* συμμικτὸς, *miſcella, vel vt ipſe ait,* ποικίλη, *varia, eſt. Hic liber editus eodem fere quo ſcriptus eſt anno, ſeptimo ſcilicet & vigeſimo Iuſtiniani pergit.*



** De

** De hoc ALEMANNVS in præfatione : *poſt hanc vniuerſam hiſtoriam licet animo Procopius moliretur* Ἀνέκδοτα, *vt vltimo libro declarat, tamen abſtinuit, idque operis reiecit in annum ſecundum & trigeſimum Iuſtiniani, quod hic ſæpius repetit, eosdemque anno abſoluit, totumque ſeptennium, id eſt, ad obitum Imperatoris, ac diutius abditum atque reconditum habuit.* Recenſionem vide in GEORGII BEYERI *Notitia Auth. Iurid. ſpec. II. pag. 41.*

*** Scrupulus enim oritur, circa titulum, auctorem atque fidem huius hiſtoriæ. Titulum Alemannus editor huius Hiſtoriæ hauſit ex Suida, cum in MSto Vaticano nec auctoris nomen, neque titulus fuiſſet præſcriptus. Sic autem SVIDAS : Προκόπιος Ἰλλούστριος ὁ Καισαρεὺς ἐκ παλαιστίνης ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς ἔγραψεν ἱστορίαν ῥωμαϊκὴν, ἤγουν τοὺς πολέμους βελισαρίου, τὰ κατὰ ῥώμην καὶ Λιβύην πραχθέντα. γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων, Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπογραφεὺς χρηματίσας βελισαρίου, καὶ ἀκόλουθος κατὰ πάντας τοὺς συμβάντας πολέμους τε καὶ πράξεις τὰς ὑπ' αὐτοῦ συγγραφείσας. ἔγραψε καὶ ἕτερον βιβλίον τὰ καλούμενα ΑΝΕΚΔΟΤΑ τῶν αὐτοῦ πράξεων, ὡς εἶναι ἀμφότερα τὰ βιβλία ἐννέα. Τὸ βιβλίον Προκοπίου τὸ καλούμενον ΑΝΕΚΔΟΤΑ ψόγους καὶ κωμῳδίας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως περιέχει, καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Θεοδώρας ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτοῦ βελισαρίου καὶ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ. *Procopius illuſtris Cæſarienſis, Palæſtinus, Orator & Sophiſta, ſcripſit Hiſtoriam Romanam, bella ſcilicet Beliſarii, res Romæ & in Africa geſtas. Fuit temporibus Iuſtiniani Imperatoris, a ſecretis Beliſarii dictus, & comes in omnibus bellis & rebus a ſe deſcriptis interfuit. Scripſit & alium librum qui* ANECDOTA *dicitur, de rebus Iuſtiniani vt eius libri omnes ſint nouem. In hoc opere vituperationes & inſectationes Iuſtiniani & Theodoræ eius coniugis, atque etiam Beliſarii & vxoris eius continentur.* Eundem titulum ANECDOTA, Codicem Io. Vincentii Pinelli ſupra ſe tuliſſe, auctor eſt ALEMANNVS in Notis *pag. 2.* Cur eandem Arcanam hiſtoriam dixerit Alemannus, rationem ibidem reddit, quod auctores hunc titulum prænotare ſchedis librorum voluerint, quas per ætatem ſuam celare volebant. Sic CICERO *lib. II. ad Atticum ep VI. itaque* ἀνέκδοτα *nobis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere aut etiam aſperiore multo pangentur.* Intelligit autem Hiſtoriam ſuam Romanam, quam ſcribere adgreſſus fuerat Cicero, quam Q. Fuſius Calenus apud DIONEM CASSIVM lib. XLVI. p. 306, tantum deridet. De Auctore profitentur SVIDAS & NICEPHORVS *Calliſtus Hiſt. Eccl. lib. XVII. c. XX.* ex verſione latina : *facta Iuſtiniani a Procopio Cæſarienſi eleganter admodum & docte in temporum ſuorum hiſtoria*

*ſtoria ſunt conſcripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis ſtylum accedentia compoſuit, quorum vnum Perſica nominauit in quatuor partes diuiſum opus, ſecundum pari diuiſione Gothica; quæ ſcripta, bella ab ipſo Iuſtiniano & Beliſario in orbe Romano feliciter geſta complectuntur. Tertium Aedificia inſcripſit, magnifice admodum commemorans, quæ opera Iuſtinianus conſtruxerit: templa ſcilicet, regias, oppida & vrbes, pontes, atque alia ad publicum vſum ſpectantia. Quartum opus retractatio ἀντίῤῥησις eſt orationum, quas apud Iuſtinianum laudibus eum vehens habuit: quaſi quædam palinodia, ſeu recantatio minus recte ab eo dictorum.* De prioribus libris omnia recte ſeſe habent. Scripſit enim Procopius iſte Cæſarienſis de rebus Iuſtiniani Imp. libros octo, quibus bella Iuſtiniani, Perſicum, Vandalicum, Gothicum perſequitur, de quibus MARTINVS HANCKIVS *de Scriptoribus Byzantinis p. I. c. V.* plenius egit. His igitur nonum hunc addit, priorum quaſi ſupplementum. Huius inſtituti rationes ipſe ſtatim ſub initium exponit: ὅσα μὲν οὖν ῥωμαίων τῷ γένει, ἐν τοῖς πολέμοις ἄχρι δεῦρο ξυνηνέχθη γενέσθαι, τῇδέ μοι δεδιήγηται, ᾗπερ δυνατὸν ἐγεγόνει τῶν πράξεων τὰς δηλώσεις ἁπάσας ἐπὶ καιρῶν τε, καὶ χωρίων τῶν ἐπιτηδείων ἁρμοσαμένῳ τὰ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔτι μοι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ξυγκείσεται. ἐπεὶ ἐνταῦθα γεγράψεται πάντα, ὁπόσα δὴ τετύχηκε γενέσθαι πανταχόθι τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς. αἴτιον δὲ, ὅτι δὴ οὐχ οἷόν τε ἦν περιόντων ἔτι τῶν αὐτὰ εἰργασμένων, ὅτῳ δὴ ἀναγράφεσθαι τρόπῳ. οὔτε γὰρ διαλαθεῖν πλ* οἷόν τε ἦν, οὔτε φωραθέντων μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτίστῳ. ὁ συγγενῶν τοῖς γε οἰκειοτάτοις τὸ θαῤῥεῖν εἶχον. ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν εἰρημένων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθην. τότε δ' οὖν καὶ τῶν ἔμπροσθεν δεδηλωμένων ἐντ ἀλλά μοι ἐς ἀγώνισιν ἑτέραν ἰόντι θεοδώρα βεβιωμένων, βα* ξυμβαίνει. ὅτι δήμοι τα φαινούμενα τοῖς ὅπι παλαιοτέραν τῆς ἀκοὴ εὔπορος ἀπὸ ἀμαθίας ἢ ἐς τῶν ὁ γεγενημένων τὰ κατὰ μίμησις. καὶ πρὸς τὰ ἡμαρτημένα τοῖς παλαιοτέροις, ῥαόντε, καὶ ἀπονώτερον, ἐσαεὶ τρέπονται. ἀλλά με ὕστερον ἐς τῶν δε τῶν ἔργων τῆς ἱστορίαν τοῦτο ἤνεγκεν, ὅτι δὴ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα τυραννήσουσιν, ἔνδηλον ἔσται ὡ μάλιστα μὲν καὶ τῆς τίσιν αὐτοῖν ἁμαρτανομένων περιελθεῖν οὐκ ἀπεικὸς εἴη. ὅπερ καὶ τοῖς δε τοῖς ἀνθρώποις ξυνηνέχθη παθεῖν: ἔπειτα δὲ καὶ ἀνάγκαστοι αὐτοῖν αἱ πράξεις, καὶ οἱ τρόποι ἐσαεὶ ἔσονται, ἀπ' αὐτῶ τε ἴσως ὀκνηρότερον παρανομήσουσιν. *Romanæ genti quæ ad hanc ferme diem in bellicis expeditionibus accidêre, ita plane narraui, vt rerum geſtarum euentus ſuis quiſque temporibus ac locis, quoad eius fieri potuit, diſponerentur. Nam reliqua haud libet ſimili ratione diſtinguere, cum in hunc locum coniicere ſit animus, quæ ſparſim in ditione Romana contigêre. Huiusce vero conſilii*

*ſilii eam habeo cauſam, quod illa ſcribere qua maxime ratione oportuiſſet, nequaquam expedire tam mihi videbatur, cum etiamnum ſuperſtites forent, qui ea perpetraſſent. Certe latere ipſe diutius non potuiſſem, neque ſupplicio crudeliſſimo non interire, iſthæc ſi palam & in lucem veniſſent, ſanguine propinquis fidere, id vero plenum erit diſcriminum, quin & aliis, huius hiſtoriæ libris nonnunquam geſtorum ſilere cauſis coactus ſum. incaute plerique ad imitanda maiorum facinorum, priſcorumque ſequenda ſcelera facile, nulloque labore dilabuntur. Me vero ad eas res hiſtoria prodendas induxit, quod qui tyrannidem inpoſterum exercebunt, facile ſibi horum hominum exemplo perſuadere poterunt, quæ ipſos etiam malefactorum maneat animaduerſio. Deinde fortaſſe veriti, ne vita moresque ſui æterna poſterorum memoriæ tradantur, haut ita ad peccandum præcipites erunt.* Accedit, quod huius libri ſtylus aliis Procopii libris plane conformis, eundem prodat auctorem.

**** Promiſit idem Triuorius in præfatione etiam Hiſtoriam Gallicam, dum ita ſcribit: *qui nunc Iuriſconſulti munere fungor hiſtoriarum haud imperiti, non infeliciori Minerua hiſtorici partibus propediem, Deo dante, perſungi potero. Nec dubitabunt illi, hac de re, quibus non eſt incognitus labor meus improbus, non eo tamen, fateor, eloquentiæ ſupremo genere, quo Auunculus meus Nicolaus Renoardus, in cuius locum Principis noſtri beneficio ſucceſſi, Francicam ornaſſet hiſtoriam, ſi longa valetudine, quam tandem mors eſt inſecuta, præuentus non eſſet; ſed idoneo ſatis, niſi propria me fallat φιλαυτία vt ea, quam tibi daturum ſpero, vera & dilucida narratione, pietate ac Iuſtitia Regis noſtri Chriſtianiſſimi non indigna cenſeatur, nec inutilis noſtris temporibus ac poſteritati, ſententiarum varietate atque diligenti rerum, locorumque deſcriptione.*

***** In Præfatione, quam huic ſcripto præmiſit, ſubdubitat, § XII. an hoc ſcriptum ſit Procopii, cum nemo coæuorum vel coæuis proximorum illud adleget, Suidæ auctoritas non ſufficiat, qui non ſolum ſequioris ætatis ſcriptor, ſed etiam ſaltim indicet, Procopium anecdota ſcripſiſſe, ex quo tamen non conſtet, an hæc ipſa, quæ Alemannus edidit, ſint genuina. Nec Nicephori Calliſti locum ad rem facere, hac ex ratione, vt Eichelius § XIII. loquitur: *orationum a Procopio in laudem Iuſtiniani habitarum nuſpiam, ne veſtigium quidem apparet, niſi earum, quas de ædificiis conſcripſit. Has vero ἀνεκδότοις retractare non potuit, cum illa Orationes ſeu Libri de ædificiis integris annis IV. poſt ἀνέκδοτα ſint conſcripti. Ea enim XXXII. Iuſtinianei Imperii anno conſarcinata eſſe, ipſe compilator tribus diſtinctis locis fatetur. De Aedificiis vero Libri anno*

XXXVI.

*XXXVI. circiter demum conditi ſunt. In his enim mentio ſit Longorum murorum a Iuſtiniano reparatorum, quod factum eſſe anno XXXVI. Iuſtiniani, Theophanes refert.* Verum HANCKIVS §. *XXX. & XXXI.* ſatis demonſtrauit, Procopium inedita hæc ſua non vno, ſed pluribus, iisdemque multis diſtantibus annis concinnaſſe. Maxime vero demonſtrat, dum Procopius inſolentem aquarum inopiam narret, quæ demum anno Iuſtiniani XXXVI. Chriſti 562. fuit facta. Alterum contra hanc Procopianam hiſtoriam Eichelii eſt argumentum a differentia huius & reliquorum Procopii ſcriptorum, dum ait: *ſi contra res ipſas, quas Anecdota habent, & reliqui Procopiani Codices, attendas; ſcilicet conſtantem ordinem, quem in reliquis ſeruat; contra confuſionem & indigeſtam molem huius ſcripti; præterea grauitatem & virtutem Scriptoris, quæ in aliis elucet, leuitatem e contra & malitiam, quæ vbique hic pellucet; candorem denique & libertatem, qua in reliquis vſus eſt; virulentiam econtra & propemodum diabolicam conuitiandi & maledicendi libidinem in hiſce perpendas; haud facile adduci poteris, vt credas, hæc ſcripta toto cælo in omnibus a ſe inuicem diſtantia ab vno eodemque homine fuiſſe profecta, niſi dixeris eum illa quidem ſcripſiſſe, quum ſana adhuc mentis, hæc vero, cum inſania & furore erat correptus. Licet, nec hoc argumentum ſatis firmum eſſe putem, cum in hiis, prout ipſe in præfatione teſtatur, plane alienis a prioribus vtatur rationibus.* Pergit §. XIV. atque hæc Anecdota, quorum Suidas facit mentionem, minime inter hiſtoricos libros eſſe referenda putat, quod in hoc opere ψόγυς ϗ κωμῳδίας περιέχει, cum Suidas velit multa Iudicia in iisdem fuiſſe propoſita, quod omnino ita ſe habet. Quartum Eichelii argumentum, §. XV. eſt de Codicum raritate cum quatuor ſaltim Codices extare dicat Alemannus, quorum duo, vnus ex altero deſumtus, in Bibliotheca adhuc extent Vaticana, tertius Ioannis Laſcaris, Conſtantinopoli ad Laurentium Medicem allatus, inde in Gallias adſportatus a Gallis, hodie in exteris Bibliothecis requiratur. Quartus Io. Vincentii Pinelli vna cum aliis in naufragio Neapolitano perierit. Neque tamen hoc ſufficere putem, cum arcana hæc hiſtoria haud ad omnium peruenerit manus. Vlterius Eichelius §. XV. contendit, hanc Hiſtoriam vel interpolatam fuiſſe, vel Procopium odio erga Iuſtinianum indulſiſſe nimium, idque quia Græcus & paganus quod §. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. plenius perſequitur, licet §. XXII. contendat, ipſum ſimulaſſe religionem Chriſtianam. MARTINVS HANCKIVS etiam *p. I. c. V.* ex aliis locis demonſtrauit, Procopium ſe multis in locis vt Chriſtianum & orthodoxum ſatis euidenter exhibuiſſe. Demum, demonſtrare nititur

tur Eichelius, Procopium falſa ſcripſiſſe, quæ vel fieri non potuerint, vel coæuorum, ipſius etiam Procopii fide deſtituantur, ab ipſo etiam in aliis ſcriptis aliter proponantur, vel quæ laudanda vituperet, omniaque ſcelerate facta, Iuſtiniano & Theodoræ tribuat. Recenſionem eius habet GEORGIVS BEYERVS *Not. Aut. Iurid. ſpec. II. p. 49.* Verum de Eichelio ſic iudicat GVNDLINGIVS *Obſ. ſel. Tom. I. obſ. VII. ſubtile in plerisque iudicium oſtendit Eichelius, Procopii & Alemanni inſectator acerrimus, quem tamen miratos eſſe noui non paucos. Confudit is ſemper fidem iudicialem cum fide hiſtorica, nec attendit, multa eſſe vera poſſe, & probabiliter admodum recenſeri, licet ad condemnationem alterius in foro non ſufficiant.* Hanc autem Procopii Hiſtoriam olim parum ſuiſſe cognitam ex eo patet, quod in Collectione Iuris Pontificii nihil ex eadem fuerit depromptum, cum tamen plurimum in eo Papæ laborauerint, vt auctoritatem Iuris Iuſtinianei ſupprimerent, in quo prodeſſe admodum potuiſſent Procopii Anecdota.

****** Sic enim THOMASIVS in Næuis Iurisprudentiæ Ante-Iuſtinianeæ n. 3. *Igitur Iohannes Eichelius, Vir in Ariſtotele & Iuſtinianeo iure valde eruditus, ſuppreſſis aut omiſſis Alemanni obſeruationibus nequaquam ſuſcepit, prolixiorem illam quidem & laborioſam, ſed ſi accurate inſpicias, nonniſi affectibus & ſophiſmatibus repletam ac ſingulis paginis a tramite iuſta ratiocinationis aberrantem. Effecit tamen viri autoritas & amor Noſtrorum erga Iuſtinianum, vt vtraque manu defenſionem hanc Iuſtiniani amplecterentur. Vt adeo fruſtra videantur proponi Lectoribus naui Iuris Iuſtinianei, niſi antea remoueatur illa Eicheliana defenſio atque falſa ratiocinationes & ſumma ſophiſticationum capita, atque iniuria hinc inde & Procopio & Alemanno facta, liquido oſtendantur. Quare nouam editionem meditor Hiſtoria arcana Procopii, coniunctis & Alemanni & Eichelii diſſertationibus ac notis, affectus vtriusque & aberrationes a regulis veroſimilitudinis indicantibus.*

† Male etiam de Procopio iudicat BALTHASAR BONIFACIVS in Epiſtola ad Dominicum Molinum, prout locum illius debemus CHIFLETIO *diſſert. apol. cap. IV. n. 4.* dum ait: *quod autem ad Procopium attinet, eiusque interpretem Alemannum, ego neutrum laudare poſſum. Primum enim Ἀνέκδοτα illa Procopiana, putidam potius rabidi cuiusdam ſyllographi ſatyram, quam incorruptum rerum geſtarum ſcriptoris monumentum eſſe pronuntio. Germanusne commentarius ille ſit, an commentitius & adulterinus, mihi, vt verum fatear, nondum ſatis liquet; & miror a Riuio non ei motam de ſtatu quaeſtionem non enim minus intereſt rei litteraria*

Digitized by Google

*rariæ certos & legitimos Auctores agnoſci, quam fictos & ſuppoſititios explodi. Tum deinde Hiſtorias notas Alemanni quamquam hominis vtriusque ſermonis intelligentisſimi, & bonorum Auctorum aſſidua lectione doctisſimi, eo nomine nequaquam laudauerim, quod tot Iuſtiniani dedecora vere an falſo prodiderit. Certe ſi librum hunc ſcripſit Procopius, ingratum & infidum ſe Principi ſuo fuiſſe negare non poteſt, a quo per omnes dignitatum gradus ad ſummum in Romana Republica honoris apicem ſit prouectus.*

## §. XX.

*Scriptores Vitæ Iuſtiniani.*

*Vitam Iuſtiniani* ex recentioribus ſcripſere HVBERTVS GIPHANIVS & FRANCISCVS GVINETVS, quæ cura CHRISTOPHORI ARNOLDI prodiit *Noribergæ 1665. 12.* Iſtius quidem Commentarius ſiue Oratio maiori adhuc æquitate fuit conſcripta; Licet enim Iuſtiniani facta militaria extollat, nec tamen & vitia reticet, Aſt, in Iuris hiſtoria perbreuis eſt. Acceſſit Index Hiſtoricus Rerum Romanarum Ciuilium & bellicarum ab V. C. vsque ad Iuſtinianum, in quo etiam variæ Iuris partes comprehenduntur. FRANCISCVS GVINETVS vero Iuſtinianum ad nauſeam vsque excuſat. Editioni Corporis Gloſſati Lugdunenſi a. 1589. acceſſit etiam Inſtitutionibus præmiſſa AEGIDII PERRINI, Fori Eccleſiaſtici Ioſaienſis apud Lutetiam Pariſiorum quondam Officialis, Vita Iuſtiniani ex variis collecta, in qua Iuſtinianum equidem commendat, neque tamen Theodoræ dominatum & Triboniani auaritiam reticet. *Iuſtiniani leges de Re Ruſtica & Nouellas Conſtitutiones*, primam de hæredibus & lege Falcidia ſingulari ratione interpretatus eſt FRANCISCVS BALDVINVS, acceſſit ANT. GARRONIS *Comment. ad Tit. de Or. Iuris Baſil. 1543. f.* FRANCISCI BALDVINI *Iuſtinianus* ſiue *de Iure nouo Commentariorum libri IV. Baſileæ ex Officina Io. Oporini 1560. 8.* ſingulas a Iuſtiniano a primo Regiminis anno in ſequentes latas Leges, pro ordine temporis examinat, Hiſtoriam Codicis, Inſtitutionum & Pandectarum exponit, pluresque næuos atque defectus Corporis Iuris vna cum Tribonianiſmis, cordatus ICtus, indicat, materiasque in Iuſtiniani Conſtitutionibus contentas dilucidat.

§. XXI.

Digitized by Google

## §. XXI.

*Scriptores de auctoritate Iuris.*

Plures ſunt, qui de auctoritate Iuris ſcripſerunt. Præter IOACHIMI HAGEMEIERI *de authoritate Iuris Ciuilis & Canonici* librum, ſupra iamdum memoratum, habemus HELFRICVM VLRICVM HVNNIVM *de auctoritate Iuris, Gieſſæ 1629. 8. De Libris Iuris Ciuilis & Canonici* tribus diſſertationibus egit ALBERICVS GENTILIS, *Hanouiæ 1605. 8. & Helmſtadti 1674. 4.* quibus ſententias potiſſimum veterum ICtorum de libris Iuris congeſſit. De *Librorum Iuris Romani quantitate & qualitate egit* ADAMVS RICCIVS, *Regiomonti 1635. 8.* De *authoritate Iuris Ciuilis* GVILIELMVS BENEDICTVS *Lugduni 1654. 4.* Omnium vero inſtar eſt ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctoritate Iuris Ciuilis Romanorum in Dominiis Principum Chriſtianorum, Londini 1653. 8. & Lipſiæ 1676. 12.* qui præter Hiſtoriam Librorum Iuris, quam cum induſtria tradit, non in genere ſolum, quæ Iuris Ciuilis fuerit auctoritas, demonſtrauit, ſed etiam quis eius adhuc in diuerſis Europæ regnis atque rebus publicis ſit vſus, licet maiorem plerumque Ciuili Iuri auctoritatem tribuat, atque hodie obſeruatur. Addi poteſt IOANNES VOETIVS *de vſu iuris Ciuilis & Canonici in Belgio vnito, Traiecti 1657. 12.* & CHRISTIANI THOMASII *diſſertatio de vſu Actionum pœnalium Iuris Romani in foro Germaniæ, Halæ 1693. 4. & in Vindiciis Corollarii de exiguo Pandectarum vſu in foris Germaniæ 1692.* publicatis, poſtea vna cum Programmate *de cauſis inutilium Doctrinarum in ſtudio Iurisprudentiæ*, Tractatui de Næuis Iurisprudentiæ Ante-Iuſtinianeæ adiectis. Faciunt huc etiam HENRICI ERNESTI KESTNERI *de defectibus Iuris Communis in Republica Germanica diſſertationes Rintelii 1708. 4.* quibus de reformandæ Iurisprudentiæ neceſſitate, auctoritate & receptione Iuris Romani, auctoritate Speculi Saxonici & Sueuici, paruo vſu Iuris Romani in controuerſiis illuſtrium & Næuis quibusdam Romanæ Iurisprudentiæ agit, ac ſimul demonſtrat, Ius Romanum deficiente Iure Statutario aut Prouinciali; non eſſe attendendum in caſibus, vbi aut rationi aut æquitati repugnet. Nec contemnendæ ſunt ipſius Meditationes. Acceſſit PHILIPPI BVRCHARDI *Diſcurſus de hodierna Iurisprudentiæ Næuis & Remediis.* Prodiit poſthæc

Eius-

Digitized by Google

Eiusdem *Diſcurſus de Iurisprudentia Papizante*, *Rintelii 1711. 4.* vbi multas adducit Leges, in quibus papizans aliquid aut ſuperſtitioſum comprehendi notat. Plenius infra dicendum erit, de controuerſia iſta an Ius Romanum adlegans, fundatam habeat intentionem, & de Scriptoribus eo facientibus, vbi etiam de Næuis Iurisprudentiæ plenius agemus. Idem cum Keſtnero, alia tamen ratione ac methodo egit CORNELIVS a RINTHELEN, cuius eſt *Iuriſta Romano-Catholicus*, *Coloniæ 1618. 8.* quo demonſtrare nititur, fidem eccleſiæ Romanæ Legibus Iuſtiniani adprobari: Lutheranorum vero, Caluinianorum & Anabaptiſtarum dogmata iisdem damnari, id quod variis exemplis declarare conatur.

## §. XXII.

*Scriptores qui Hiſtoriam Iuris Romani & Iuſtinianei ſimul illuſtrarunt.*

Plures ſunt, qui vtramque & Romani, & Iuſtinianei Iuris notitiam dederunt. Primus, qui Hiſtoriam Romanam protulerit, quem noui, eſt AIMARVS RIVALLIVS *in Hiſtoria Iuris vtriusque*, *Moguntiæ 1533. & 1539. 8.* atque in Tomo primo Tractatus Tractatuum. Potiſſimum Riuallii inſtitutum eſt, vt, poſtquam breuem Reipublicæ Romanæ ſtatum expoſuiſſet, in Leges XII. Tabularum commentetur, & leuem quandam de reliquis Romanorum Legibus, Principum decretis & Iureconſultis antiquis præbeat notitiam. MARTINVS LIBERGIVS *vniuerſæ Iuris Hiſtoriæ* deſcriptionem dedit *Pictauii 1567. 4.* DAVIDIS CHYTRÆI extat *Oratio de Iurisprudentiæ Romanæ origine & ſtudio iuris recte inchoando 1585. 8.* Breuis eſt hiſtoria Legum Romanarum, cui in fine ſubiicitur breuis Iurisprudentiæ Romanæ Chronologia. Nec defuerunt alii, qui circa eandem Iuris Chronologiam fuerunt occupati. IO. VVOLFGANGVS FREYMONIVS equidem, *Symphoniam ſcripſit iuris vtriusque Chronologicam*, *Francofurti 1584. f.* in qua perpetua ſerie, ſecundum Olympiades, annos vrbis conditæ, annos a nato Chriſto, Iureconſultos & leges præcipuas enumerat, licet non vltra Iuſtiniani tempora procedat. Secutus eundem fuit ANTONIVS CONTIVS & OBERTVS GIFANIVS qui Freymonium continuarunt, vsque ad Iuſtiniani tempora.

f Hos

Hos inde continuauit MARQVARDVS FREHERVS *in Chronologia Imperii vtriusque, Orientis & Occidentis, ſiue Græcorum & Germanorum & Iuris tam Canonici quam Ciuilis in vtroque conditi: ab exceſſu Iuſtiniani Imp. vſque ad excidium vrbis Conſtantinopolis & imperii Orientalis finem:* In hac autem Chronologia Freherus præter ſucceſſionem Regum atque Impp. Synodos etiam & potiorum Legum Romanarum Hiſtoriam recenſet.* Eiusdem inſtituti eſt FRANCISCVS BROEVS *in Chronologia Hiſtorica totis Iuris, Pariſiis 1622. 4.* VALENTINVS GVILIELMVS FORSTERVS *in Hiſtoria Iuris Ciuilis, Moguntiæ 1607. & 1615. 4.* edita, non ſolum originem & progreſſum Iuris, ſed etiam Iureconſultorum Hiſtoriam exponit, ſed parum eſt accuratus, a Conrado Rittershuſio etiam plagii accuſatus. ** Hos excipiunt THOMAS LINDEMANNVS *in Hiſtoria Iuris Romani, Roſtochii 1627. 4.* HENRICVS RAHLA *de origine & progreſſu Iurisprudentiæ Romanæ, Franeckeræ 1641. 8.* Breuem equidem, aſt accuratam Iuris Romani Græcique hiſtoriam exhibuit IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manuali Iuris, Geneuæ 1652. 12.* & qui cum eo prodiit IOSEPHVS MARIA SVARESIVS in editione vltima, *Amſtelodami* apud Elzeuirios *1663. 12.* quæ deprompta eſt ex notitia Iuris ante & poſt Iuſtinianum, quæ Corpori Iuris eſt præmiſſa. Iuris Hiſtoriam Gothofredus in certas epochas diſtinguit, Chronologiam ICtorum & ſectarum veterum exhibet accuratam, Fontes & editiones Corporis Iuris, & Iuris Græco-Romani demonſtrat. Demum Pandectarum & Codicis ſeriem nectit. SIMONIS van LEVVVEN libellus *de origine, progreſſu, vſu atque auctoritate Iuris ciuilis, cum Notis Vinnii* editus, *Lugduni Batauorum 1671. 8. Ienæ 1697. 8.* recuſus, quæ legum, librorum iuris & variorum editionum ſit ratio perſequitur. IOANNIS DOVIATII *Hiſtoria Iuris Ciuilis Romanorum, Pariſiis 1678. 12.* originem & progresſum Iuris Ciuilis, eiusdem auctoritatem atque vtilitatem, tum etiam Iuris Iuſtinianei partes atque ordinem declarat, Gallicani etiam Iuris origines exponit. *** Breuis introductio in Hiſtoriam iuris priuati, quo hodie in terris Germaniæ vtimur, quæ *Guelferbyti 1687. 12.* edita, modos quidem adlegandi docet, alias ob breuitatem non ſuffi-

Digitized by Google

ſufficit. Maioris omnino ſunt æſtimandæ GEORGII SCHVBARTI *Iurisprudentiæ Romanæ Exercitationes Academicæ, Ienæ 1696. 8.* Inauguralis ipſius erat diſſertatio, ſed breuior longe, publice ventilata, quæ poſtea in Tractatus formam excreuit. Tres iſta comprehendit Exercitationes, quarum prior Iurisprudentiam Romanam ſub Regibus, Altera ſub Conſulibus, Tertia ſub primis Romanis Imperatoribus erudite perſequitur, vbi ſimul variæ Leges & Scriptorum loca docte explicantur. In omnium hodie manibus verſatur IANI VINCENTII GRAVINÆ *de ortu & progreſſu Iuris Ciuilis* Liber, quem ad Clementem XI. ſcripſit atque edidit *Neapoli 1701. 8.* recuſum *Lipſiæ 1702. 8.* ex iterata eademque locupletiori editione, *Lipſiæ 1708. 8.* *** Hæc non librum primum ſolum continet, verum etiam libros duos poſteriores, qui in priori editione non comprehendebantur. Primo quidem libro ſtatum Ciuitatis & Iuris Romani, huius originem atque progreſſum, qui fuit vſque ad reſtauratam per Irnerium Iurisprudentiam Iuſtinianeam, demonſtrat. De Iureconſultis etiam non Romanis ſolum, ſed illis, etiam, qui poſt Irnerii tempora claruerunt, breuiter agit. Alter liber Iuris Naturæ & Gentium originem, legum etiam XII. Tabularum explicationem continet. Tertius Legibus & Senatusconſultis eſt deſtinatus. Fateor, elegans eſſe opus & reliquis facile præferendum; ob ſtyli etiam venuſtatem æſtimandum, in quo Hiſtoria Iuris Romani, quale fuit ante Iuſtiniani tempora, concinne illuſtratur. Verum parcus eſt in Iure Iuſtinianeo, parcus in iure Græco, parcior in progreſſu Iuris poſt reſtaurationem, de quo nil agit, niſi quod de potioribus Iureconſultis aliqua proponat. Primordia Iuris Naturæ & Gentium, quæ altero libro aperiuntur, breuia ſunt atque ieiuna; melior explicatio iuris Papiriani atque LL. XII. Tabb. In Legum etiam atque SCtorum explicatione prolixior eſt ac in earundem hiſtoria. Noua editio cum variis additionibus & correctionibus, adiecto etiam ipſius Tractatu de Imperio Romano prodiit *Neapoli 1714. 4. 2. Vol.* ***** Ad eandem directa eſt, Editio Nouiſſima, quæ *Lipſiæ 1717. 4.* prodiit,



Digitized by Google

in qua præter emendationes quasdam, Tomum Tertium adiectum videmus, Opuſcula & Orationes Grauinæ continentem. Breuem Iuris Romani Hiſtoriam Theologiæ ſuæ agit Moralis Epitomæ inſeruit GEORGIVS CALIXTVS vbi de Legibus agit. Addimus IO. EICHELII diſſertationem *de varia fortuna doctrinæ Iuris Ciuilis, Helmſtadii 1685. 4.* in qua potiſſimum diuerſam docendi methodum breuiter ſecundum tempora exponit.

* Extat in Sim. van Leuwen editione Corporis Iuris Codici ſubiecta. *pag. 381.*

** RVPERTVS Comm. in Enchir. Pomponii p. 30. ita de eo iudicat: *ſupereſt Hiſtoria prudentum, quam deſcribere quidam aggreſſi ſunt, ſed parce ac timide. Poſt hos Forſterus idem auſus, ſed infeliciter, vt quemque hortari poſſim ſerio, caueat illum. Miſeret ſane Chriſtophori Beſoldi qui plus illi tribuit, quam fas erat. Verba ſunt in Templo Iuſtitiæ, ſiue diſſert. de addiſcenda & exercenda iurisprudentia num. 58. p. 57. propter crebram Reip. legumque Romanarum mutationem; propter iuris Romani varia initia variosque progreſſus, opus ſane habemus Iuris hiſtoria ſingulari, quam attigit magis, quam expoſuit ſub Pomponii nomine Tribonianus, quam poſtea ſatis feliciter abſoluit Valentinus Forſterus, quamque vt ante Inſtitutiones Iuſtinianeas omnes, qui iuris ſe ſtudio addicere cupiunt, non ſegniter perlegant, auctor & ſuaſor extiterim ſemper. Hæc quidem vt dicunt Poëtæ, & qui Poëtis paria faciunt, permittere poſſumus; at veritatis ſtudioſum nihil minus legere volumus, quam vere miſellum illud ſcriptum, quod etiam multis in locis impoſuit Ampliſſimo Viro, cum Orationem ſcriberet de illo tritiſſimo: Turpe eſſe homini patricio, cauſasque peroranti ius, in quo verſatur, ignorare. Nec me cuiquam mentiri voluiſſe patebit ex hoc poſtremo Animaduerſionum mearum libro.*

*** Excerpta vide in Iournal des Sçauans *1678. pag. 293.*

**** Recenſionem libri habent Acta Eruditorum *a. 1703. p. 383. 1704. pag. 145. 1708. pag. 569.*

***** Iournal Litteraire *Mars & Avril 1714. p. 464. on voit ici une nouvelle Edition des Origines du Droit Civil de M. Gravina avec beaucoup d'Additions & de Corrections de ce ſçavant Auteur, & un Traité ſur l'Empire Romain qui n'avoit pas encore paru. Cet Ouvrage en deux Volumes in 4. eſt dedié au Pape Clement. XI.*

§. XXIII.

## §. XXIII.

Iſti ſunt, qui Romani ſaltim Iuris Hiſtoriam expoſuerunt. Alii vltra eandem quoque perrexerunt. Talis eſt DANIEL KETSER *in Hiſtoria Iuris Ciuilis, Feudalis, Canonici & Publici 1693. 4.* licet ſingulas Iuris partes breuiter ſaltim perſequatur. IOACHIMI HAGEMEIERI *de authoritate Iuris Ciuilis & Canonici liber vnus, Francofurti ad Mœnum 1663. 4.* editus, quo tamen potius breuem librorum Iuris Iuſtinianei non ſolum, ſed etiam Codicis Gregoriani, Hermogeniani, Theodoſiani, Authenticarum, Photii Nomocanonis, Conſuetudinum Feudalium & Iuris Canonici Hiſtoriam exhibet. Inter ERICI MAVRITII Opuſcula a IO. NICOLAO HERTIO coniunctim edita *Francofurti 1692. 4.* reperitur Diſſertatio ſecunda *de Libris Iuris Communis horumque vſu,* qua Iuris Romani, Iuſtinianei, Germanici, Feudalis & Canonici hiſtoriam breuiter quidem, accurate tamen declarat. Breuis admodum nec ſufficiens eſt, SAMVELIS RETHERI *kurtzgefaſte Allgemeine Rechts-Geſchichte oder Hiſtoria Iuris Vniuerſalis*, quæ *Hamburgi 1704. 12.* edita, acceſſit *des Eröffneten Ritterplatzes* parti ſecundæ. Addidit breuem delineationem Iurium diuerſarum Gentium.

*Scriptores qui præter Ius Romanum ad reliquas partes faciunt.*

## §. XXIV.

A Iure Romano pergimus ad IVS GRÆCVM. Plures equidem fuerunt Græciæ Legiſlatores antiqui, dum ſingulæ fere vrbes maiores ſpeciales haberent Legiſlatores. Talis fuit Zaleucus, Locrenſium Legiſlator, Zamolxes Getarum, Charondas Thuriorum, Lycurgus Lacedæmoniorum, Draco & Solon Athenienſium. * Generatim ad Græcorum politiam & Leges facit VBBONIS EMMII *Græcia, Lugduni Batauorum 1627. 8. & 1632. 12.* & in Bibliotheca ſua Hiſtoria DIODORVS SICVLVS. Inter hæc autem Atticum Ius ſemper reliquis habitum fuit præſtantius. Faciunt ad eiusdem explicationem Scriptores, qui de Republica Athenienſium egerunt, & præter hos ſpeciales quidam. Ad Iuris Attici Hiſtoriam egregie conducit PLVTARCHI *Solon,* qui inter reliqua ipſius Opera Hiſtorica, ex editione Guil. Xylandri

*Scriptores Iuris Græci antiqui.*



Digitized by Google

prodiit *Francofurti 1599. f.* atque IO. MEVRSII SOLON, *ſeu de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis*, *Hafniæ 1632. 4.* Ipſum Ius Atheni-enſium ex Legibus Ciuilibus & plebiſcitis maximam partem conſtabat, cum Senatusconſulta non niſi a populo adprobata, annua ſaltim eſſent. Ciuiles Leges primum a Regibus latæ, deinde a Dracone, & his abolitis a Solone. Has debemus PARDVLPHO PRATEIO, cuius *Iurisprudentia vetus, Lugduni 1559. 8.* Draconis ac Solonis leges cum legibus Regiis ac Decemuiralibus Romanis confert. Idem Prateius paralipomena Legum XII. Solonis ſubiecit ad calcem Librorum *de Iurisprudentia media, Lugduni 1561. 8.* Sic etiam Solonis Leges latine verſas vulgataſque cum additamentis VALENTINI GVILIELMI FORSTERI habemus *Witteberga 1616. 8* & GOTFRIEDI SCHMIDII *de Solone Legislatore* Diatribam, *Lipſiæ 1688. 4.* Accedit AVGVSTINI MILAGII Oratio *de Lege Solonis*, qua ignominia notarat eos, qui in ſeditione alterius partis non fuiſſent, *Helmſtadti 1655. 4.* Reliquas leges Atticas SAMVEL PETITVS Libris octo ſub certis titulis digeſſit, atque eleganti commentario illuſtrauit *Pariſiis 1635. f. & 1642. 4.* ** Addi meretur IOANNIS MEVRSII *Themis Attica*, ſiue *de Legibus Atticis libri duo*, *Traiecti ad Rhenum 1685. 4.* Breuis quidem eſt Tractatus, ſed ad hiſtoriam æque atque illuſtrationem legum Atticarum optime conducens. Huc facit etiam controuerſia, quæ inter CLAVDIVM SALMASIVM olim & DESIDERIVM HERALDVM interceſſit, de diuerſis ad Ius Atticum ſpectantibus materiis. Cum enim de modo vſurarum, mutuo, ſcribendis ſignandiſque teſtamentis antea inter illos eſſet controuerſia, prodierunt tandem *Miſcellæ defenſiones pro Cl. Salmaſio de variis obſeruationibus & emendationibus ad Ius Atticum & Romanum pertinentibus*, *Lugduni Batauorum 1645. 8.* quibus Heraldo reſpondet. Hic autem oppoſuit *Obſeruationes ad Ius Atticum & Romanum Pariſiis 1650. f.* Interim hæc controuerſia multum ad Iuris Attici illuſtrationem contulit. Ad Lacedæmoniorum Leges facit PLVTARCHVS *in vita Lycurgi.* Ad ipſas vero eorundem Leges faciunt NICOLAI CRAGII *de Republica Lacedæmoniorum libri quatuor*, *Lugduni Batauorum 1670. 8.*



Digitized by Google

in cuius libro tertio omnem legum Lacedæmoniorum rationem exponit. De iisdem Lacedæmoniorum Legibus quoque egit IO. MEVRSIVS *in Miſcellaneis Laconicis*, *** quæ cura Sam. Puſendorfii prodierunt, *Amſtelodami 1661. 4.* Leges quasdam Charondæ illuſtrauit ſingularibus diſſertationibus SAMVEL SKVNK, Theologus Vpſalienſis. ****

* De his Græciæ Legislatoribus in Bibliotheca ſua Græca plenius egit IO. ALB. FABRICIVS *lib. II. c. XIV.*

** Recenſionem libri vide in GEORGII BEYERI *Notitia Autor. Iurid. Specim. II. p. 13.*

*** Potiſſimum *lib. II. cap. V.*

**** Debeo hæc FABRICII *Bibliotheca Græca lib. II. cap. XIV. §. VIII.*

## §. XXV.

Iſti quidem antiquam Græcorum Iurisprudentiæ rationem exhibuerunt, ad Græcam vero Iurisprudentiam poſt Iuſtiniani tempora facit IOSEPHI MARIÆ SVARESII *Notitia Baſilicorum* quæ Baſilicis, editionis Fabrottianæ acceſſit, atque ad Hiſtoriam librorum Βασιλικῶν plurimum facit. Sic etiam IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manuali Iuris*, & IO. VINC. GRAVINA *de ortu & progreſſu Iuris* Græcorum etiam Iurisprudentiam perſequuntur. Potiſſimum huc facit MARQVARDVS FREHERVS in Præfatione, quam Iuri Græco-Romano præmiſit, qua Iuris Græci originem, vſumque hodiernum accurate declarat. * Plurimum etiam ad Scriptores Iuris Græci noſcendos confert PETRVS LAMBECIVS in Commentariorum *de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* Libro VI. & DANIEL NESSELIVS in parte ſecunda Catalogi, occaſione MStorum, qni in Bibliotheca Cæſarea reperiuntur frequentes.

*Scriptores de Iure Græco, poſt tempora Iuſtiniani.*

* De hoc Opere in ipſa Hiſtoria Iuris Græci agitur *pag. 347.*

## §. XXVI.

Nec defuerunt, qui Germanici Iuris Hiſtoriam nobis æque exponerent. Facit huc IOANNES SITHMANNVS *in Speculo ſuo Imperii Romani, Stettini 1661. 8.* edito, quo non ſolum Hiſtoriam Iuris ab Vrbis Origine, vsque ad Iuſtiniani tempora exponit,

*Scriptores Hiſtoria Iuris Germanici.*

ſed etiam de origine iurium Gothicorum, Longobardicorum, de iure Doctorum & academiarum, acceſſione iuris feudalis, Canonici, & Iuris Publici introductione agit. CHRISTIANI THOMASII *Delineatio Hiſtoriæ Iuris Romani & Germanici*, præmiſſa Franciſci Hottomanni Anti-Triboniano a Georgio Beiero *Lipſiæ 1704. 8.* edita, vtriusque Iuris breue quidem, aſt iuſtum exhibet compendium. Licet mediæ ætatis Hiſtoriam per tranſennam ſaltim tradat, nec ſatis ſit accuratus. Præſtat omnino HERMANNI CONRINGII Tractatus *de Origine Iuris Germanici*, ex editione tertia *Helmſtadii 1665. 4.* editus. Hic enim Iuris Germanici tam generalis, quam prouincialis, & diuerſorum populorum ante plane ignotam aut fabulis contaminatam Hiſtoriam, primus accurate explicauit, vt ipſi iuri antiquo facem hoc modo præferret, atque eruditis ſatisfaceret. * Addi poteſt IVSTI GEORGII SCHOTTELII Tractatus *von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland, Franckfurt 1671. 8. & 1702. 8.* In hoc Tractatu particularia quædam iura apud Germanos olim in diuerſis prouinciis, partim etiam nunc vſitata, vtpote *vom Mannrecht, Gutrecht, Hageſtoltzen Recht, Baarrecht*, & ſimilia, ſecundum originem ſuam & antiquitates illuſtrat, etymologiæ vocum antiquarum Germanicarum vbique rationem habens. Haut ita pridem IO. VVERNERVS GERICKE, edidit *Schottelium illuſtratum & continuatum*, ſiue Spicilegium ad dictum Schottelii Tractatum, *Leipzig und Wolfenbüttel 1716. 8.* quo tamen paucæ ſaltim additiones hinc inde conſarcinatæ, continentur. Haut ita pridem CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFMANNVS euulgauit *Specimen Coniecturarum Politicarum de Origine, Natura Legum Germanicarum priuatarum, antiquarum, earumque ad ſtatum præſentem Prouinciarum Germaniæ in primis ad Terras Proteſtantium habitu, Lipſiæ 1715. 4.* Hoc ipſo autem Tractatu non ſolum Hiſtoriam Legum in genere, ſed ſingularum etiam Gentium Germanicarum exponit, in harum naturam, quid in iisdem ſigillatim fuerit conſtitutum, inquirit, eademque ex principiis æqui ac iuſti examinat demum de illarum habitu ad ſtatum præſentem in Terris potiſſimum Proteſtantium, agit.

* Con-



Digitized by Google

* Controuerſiam quæ ipſi cum B...tholdo Nihuſio, apoſtata, occaſione Iuris Iuſtinianei, tempore Lotharii Imp. reſtituti interceſſit, expoſuimus Capite Quinto §. *X.* in notis. De controuerſiis cum Io. Ottone Tabore de vſu Iuris Romani in controuerſia Illuſtrium, egimus Capite Decimo §. *XXXVIII.*

## §. XXVII.

Nec defuerunt, qui Hiſtoriam Iuris certarum Germaniæ Prouinciarum ſigillatim expoſuerint. Ad Iuris Saxonici Hiſtoriam præter CONRINGIVM & HOFMANNVM, facit MATTHIÆ COLERI, in noſtra Academia Ordinarii, *Oratio, de Origine, Progreſſu, & vtilitate Iuris Saxonici, recitata & publicata Iena 1579. 4.* qua, nixus Magdeburgenſium priuilegio, de cuius fide tamen admodum dubitatur, eiusdem Iuris Originem Ottoni M. tribuit. Potiſſimum vero demonſtrare conatur, Iuris Saxonici Proceſſum ſtrictum eſſe & breuem. Alias IO. GRYPHIANDER in ſuo de Weichbildis Saxonicis Tractatu, * prolixe agit de Iuris Saxonici hiſtoria, progreſſu, auctoribus & ſeueritate, ſed confuſe admodum. PETRVS HEIGIVS de eodem eiusdemque auctore egit inter Quæſtiones Iuris Saxonici. ** Eandem Hiſtoriam ſingulari Diſſertatione exhibuit CHRISTOPHORVS SCHREITERVS, *Lipſiæ 1710. 4.* Licet Conringium potiſſimum fuerit ſecutus. Ad Iuris Alemannici vero Hiſtoriam ſigillatim facit IO. SCHILTERVS *in Præfatione ſua ad Codicem Iuris Feudalis Alemannici. Iuris Lubecenſis Hiſtoriam* atque Exegetas exponit in Iſagoge ſua Cherſonenſi Cimbricæ IO. MOLLERVS, qui etiam memorat IO. SIBRANDI *enucleationem Iurium vrbis Lubecæ & Hanſeaticarum, nec non Ciuitatum Imperialium.* Ad Iuris Holſatici vero Hiſtoriam & eo pertinentes Scriptores, facit idem MOLLERVS *** & poſt eum Cl. SIBBERN, in BIBLIOTHECA ſua DANICA, qui **** Molleri tradita in certum ordinem diſpoſuit. Facit huc etiam HENRICVS GISEBERTVS *in Periculo Statutorum Harmonia practica.*

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Saxonici.*

*Scriptores Iuris Alemannici & Lubecenſis.*

* *Capite XXXVII. & ſqq.*

** *Quæſtione VIII.*

*** *p. III. cap. VI.*

**** *Iſagoge ad Hiſt. Cherſ. Cinbr. p. I. c. XV.*

g §. XXVIII.

Digitized by Google

§. XXVIII.

Scriptores Hiſtoriæ Iuris Hiſpanici

Præter Iuris Germanici Scriptores, aliorum quoque Europæ regnorum ratio erit habenda. Ad *Arragoniæ* quidem *Iurisprudentiam* facit MICHAELIS MOLINI ſ. DEL MOLINO *Repertorium Fororum & Obſeruantiarum Regni Arragoniæ*, vna cum pluribus Concilii Iuſtitiæ Aragonum determinationibus practicis atque cautelis, *Cæſar-Auguſtæ 1533. & 1585. f.* quod poſtea Hiſpanico ſermone ibidem prodiit *Cæſar-Auguſtæ 1589. 8.* * Subnectimus IO. LVDOVICI CORTESII *Hiſtoriam Iuris Hiſpanici.* Præ cæteris vero GERHARDVS ERNESTVS de FRANKENAV *Sacra Themidis Hiſpanæ arcana, Iurium Legumque Ortus, Progreſſus, Varietates & Obſeruantiam, cum præcipuis Gloſſarum, Commentariorum, quibus illuſtrantur, Auctoribus & Fori Hiſpani praxi hodierna, publicæ luci expoſuit Hannoueræ 1703. 4.* In hoc ſcripto pleniorem habemus notitiam Iuris & Legum Hiſpanicarum, vna cum Gloſſis, & Commentatoribus.

* De hoc NICOLAVS ANTONIVS *Biblioth. Hiſp. noua Tom. I. p. 170. b. Tom. II. p. 112. b.* FRANKENAV *ſect. VIII. §. VII. p. 90.*

§. XXIX.

Scriptores Hiſtoriæ Iuris Gallicani

Ad Hiſtoriam Iuris Gallicani, faciunt Capitularia Regum Francorum, de quibus in ipſo contextu ſuo loco diximus. * Ad Origines vero Iuris Gallicani potiſſimum conducit IOANNES DOVIATIVS *in Hiſtoria Iuris Ciuilis Romanorum*, de qua ſupra iamdum fuit dictum. ** Potiſſimum huc facit IO. BOSCAGERIVS *de Iuſtitia & Iure, Pariſiis 1689. 12.* Tripartitus liber eſt, in cuius priori parte Boſcagerius fundamenta Iuris explicat, de Iure Naturæ & Gentium agit, Hiſtoriam Iuris Romani exponit. Altera pars Iuri Eccleſiaſtico & Canonico eſt deſtinata, cuius originem a lege diuina, Adamo data, ducit. Progreditur inde ad Moſen & Chriſtum, demum ad Concilia & Ius Canonicum. Tertia pars complectitur Hiſtoriam Iuris Gallicani, vbi primo Conſuetudinum Galliæ ante Romanorum aduentum, ex Cæſare, Strabone atque Ammiano facit mentionem, pergit deinde ad Leges Gothorum, Burgundionum, Francorum, Capitularia Regum Francorum & concludit demum cum Iure Gallorum particulari atque Prouinciali. Hanc iuris incertitudinem in-

incrementa dediſſe ait Iurisdictioni Epiſcoporum, quos ſæpe in Conſilium vocauerint Laici. *** FRANCISCVS LAVRATVS euulgauit *Inſtitution du Droit Romain, & du Droit François, à Paris 1686. 4.* in cuius libro primo c. XIV. etiam originem & progreſſum Iuris Gallicani breuiter exponit. Ad vſum Iuris Ciuilis in Gallia facit potiſſimum FRANCISCI HOTTOMANNI *Antitribonianus*, ſiue *Diſſertatio de ſtudio Legum.* Scripſit hunc libellum Hottomannus ex ſententia Michaelis Hoſpitalii, Galliæ Cancellarii a. 1567. **** verum iſte operibus auctoris quæ *Geneuæ 1599.* tribus tomis prodierunt, inſertus non fuit, ſed Gallico poſt ipſius obitum idiomate, anno *1603.* primum fuit editus, Et cum rarior eſſet, interprete Reinholdo Blomio ***** Hamburgenſi latinitate donatus prodiit *Hamburgi 1647. 8.* In hoc autem Hottomannus potiſſimum euincit, Leges Romanas & præcipue volumina Iuſtiniani in Gallia vſum haut adeo magnum præbere. Idque vt demonſtret, ſtatum reip. Romanæ multum differre a ſtatu Galliæ tradit, ideoque Ius Romanum male ad Galliam adplicari. Idemque variis exemplis ex Iure Perſonarum Rerum & Actionum petitis illuſtrat. Demum varios Iuſtinianei Iuris næuos & quod Tribonianus relictis veterum ICtorum ſcriptis, pleraque ex Græcis hauſerit demonſtrat, eiusdemque fata apud Gallos exponit. ******

* *Capite ſexto* §. *IX.*

** *Supra* §. *XXIII.*

*** Excerpta huius Libri vidimus in Iournal des Sçavans Avril 1689. p. 205. quæ hoc modo finiunt: *Mais enfin lorsque Hugues Capet parvint à la Couronne, la Coutûme particuliere des Villes abolit l'vſage des Capitulaires, & de la Loi Romaine l'eſpace de pres de trois ſiécles, ce qui cauſa vne telle confuſion dans les affaires, que les Laïques eurent ſouvent recours aux Evêques qui profitant de l'ignorance des Iuges ſeculiers, & de la patience peu eclairée & trop ſcrupuleuſe des Princes, ètendirent leur Iurisdiction au delà de ſes iuſtes bornes.*

**** Recenſionem huius libelli habet *Tomus I. obſ. IX. Halenſium.* Nouam huius libelli editionem nobis procurauit GEORGIVS BEYERVS *Lipſiæ 1704. 8.* præmiſſa CHRISTIANI THOMASII *Delineatione Iuris Romani & Germanici.*



Digitized by Google

***** Cogitabat enim prudens iſte Galliæ Cancellarius, qua ratione emendari reformarique Leges apud Gallos poſſint, idemque in Principum conſeſſu prolixa oratione a. 1566. expoſuerat, cuius contenta exhibet THVANVS *lib. XXXIX. p. 390.* vbi inter alia: *optimum factu videri, vt bonæ ac ſanctæ leges regia auctoritate ex optimorum ac prudentiſſimorum ſententia condantur, quæ religioſe & inuiolabiliter in poſterum ſeruentur, nec inficias ire, quod vulgo iactatur, abunde legum in Gallia eſſe, ex eaque multitudine, ſicuti nimio iudicum numero, litium copia abundare Galliam, ſed & hoc verum eſſe, nouis malis exorientibus ad ea comprimenda nouis remediis opus eſſe, & abolitis deſuetudine aut licentia antiquis legibus, nouas, quibus præſentia mala curentur, & miſeriæ publicæ proſpiciatur, condendas.* Hanc igitur ob cauſſam Hottomanno id negotii dediſſe videtur, vt demonſtraret, paruum adhuc iuri Romano apud Gallos vſum supereſſe.

***** Hunc enim interpretem exemplari ſuo adſcripſit, HERMANNVS CONRINGIVS.

## §. XXX.

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Anglorum.*

Anglorum Leges antiquæ triplices fuerunt, *Lex occiduorum Saxonum, Lex Merciorum & Danorum.* Inter has Leges etiam reperiuntur Molmutii, Ethelberti, Leges Offæ, Leges Aluredi, qui ex antiquioribus in ſuas potiora tranſcripſit. Ex iſtis tribus Legibus Sanctus Eduardus III. Communem edidit, quæ *Leges Eduardi* ad hodiernum vſque diem vocantur. Docet illud CESTRIENSIS MONACHVS dum ait: *has duas leges* (Molmutiam & Merciam) *Gildas hiſtoricus tranſtulit de Britannico in latinum: & rex Aluredus poſtmodum de latino in Saxonicum qua Marchenelaga dicebatur. Ipſe quoque Aluredus legem Anglice conſcriptam ſuperadiecit, qua Weſtſexenelaga vocabatur. Tandem Danis in hac terra dominantibus tertia lex emanauit, qua Danelaga dicebatur. Ex his tribus legibus Sanctus Eduardus tertius communem edidit, quæ Leges Eduardi vſque hodie vocantur.* * Prima Collectio Legum Anglicarum THORNTONII eſt, quam HENRICVS de BRACTON in epitomen redegit, quæ tamen adhuc in Anglorum Bibliothecis in MSto latet. ** Poſt hunc Anglorum Leges congeſſit GVILIELMVS LAMBARDVS in Ἀρχαιονομίᾳ, *ſiue de priſcis Anglorum Legibus* libris, qui ſermone Anglico, conſcripti, cum latina interpretatione, quæ primum *Londini 1568 4.* poſtea

Digitized by Google

poſtea pluribus locis caſtigata, vna cum Henrici I. Legibus & Gloſſario earum antiquo ex Manuſcripto Codice olim S. Auguſtini Dorobornienſis curante Abrahamo Wheloco, prodierunt, *Cantabrigiæ 1644. f.* Reperiuntur in hoc ſcripto Leges Aluredi, Eduardi, Aethelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, Canuti, Aelfrici, Eduardi, Guilielmi Conqueſtoris, Henrici I. Nec minima Iuris Anglicani pars eſt FLETA, ſeu *Commentarius Iuris Anglicani*, ſic nuncupatus, ſub Eduardo Rege Primo, vna cum IO. SELDENI *ad Fletam diſſertatione Hiſtorica*, *Londini 1647.* atque ex iterata eademque emendatiori editione, *Londini 1685. 4.* Commentarius hic ante annos quadringentos ab Anonymo conſcriptus, atque e Codice veteri, auctore ipſo aliquantulum recentiori, primum editus. In hoc autem ſtatum Officialium & Iuris antiqui Anglicani videmus comprehendi. Accedit Tractatulus vetus *de agendi excipiendique Formulis Gallicanus*, *Fet aſſavoir dictus*, & Io. Seldeni ad Fletam diſſertatio, in qua de hac ipſa Fleta, eius auctore & tempore quo fuerit conſcripta, vſu atque auctoritate Codicis Theodoſiani atque Iuris Iuſtinianei apud Britannos, plenius ediſſerit. Hodierno tempore prima, quæ apud illos Lex obtinet, dicitur *the Commun Law*, ſiue Conſuetudines Galliæ ex Legibus Saxonum, Danorum & Normannorum depromptæ. *** Multum ad Anglicani Iuris Hiſtoriam facit IACOBI TYRREL *The General Hiſtory of England*, ſiue Hiſtoria Angliæ Generalis, cuius Tomus Primus prodiit *Londini 1697. f.* Alter vero *1700. f.* qui non ſolum Hiſtoriam Legum ſub ſingulis Regibus vberius explicat, ſed etiam ad MATTHÆI Hiſtoriam & Analyſin Legum Angliæ nondum typis exſcriptam prouocat, ex qua multa ſe hauſiſſe profitetur. **** Extat etiam *Magna Charta & præcipua Statuta antiqua & recentia*, *Londini 1602. 8. cum Notis* IACOBI HOVVEL, *Oxonii 1660. 8.* Ad recentiora Angliæ Iura cognoſcenda conducunt FERDINANDI PLVTON *Statutes of England*, *London 1618. & 1632. f.* GVILIELMI LYNDVVOND *Prouinciale ſiue Conſtitutiones Angliæ 1669. f.* De laudibus Legum Angliæ ſcripſit IOANNES FORTESQVE, qui liber cum notis Io. Seldeni prodiit *Londini 1663. 8.* Quæ Iuris

 Ciuilis

Digitized by Google

Ciuilis apud Anglos ſit auctoritas, multum ſemper fuit diſputatum. Seldenus equidem ***** eiusdem vſum tum in Conſiſtoriis Pontificiis, tum in Tribunalibus binis Regiis (quorum alteri rerum Militarium, alteri Nauticarum cognitio propria eſt) vti etiam in Academiis Anglicanis ad recentiora vſque tempora durasse, tradit, in Tribunalibus vero cæteris regiis, tum in Iuriſperitorum ſtudiis ſcriptisque euanuiſſe ſub Eduardi III. initia. Multam etiam huic iuri auctoritatem tribuit ARTHVRVS DVCK, in eleganti Tractatu *de vſu & auctoritate Iuris Ciuilis, Londini 1653. 8.* Aſt, quam parua huic iuri relicta fuerit auctoritas, patet ex inſtituto IOANNIS COVVELLI in Cantabrigenſi Academia Profeſſoris Regii, qui dum Inſtitutiones Iuris Anglicani ad methodum & ſeriem Inſtitutionum Iuſtinianearum compoſitas, *Francofurti 1630. 8.* ederet, tantum in ſe odium concitauit, vt libris ipſius publico nomine combuſtis, ****** ipſe cuſtodiæ mandaretur. Sunt præterea apud Anglos, Leges Municipales, militares, nauticæ, Parlamentariæ, aliæque, de quibus Anglicarum rerum Scriptores plenius agunt. *******

* De his egit SPELMANNVS in Gloſſario, voce *Lex Anglorum.* De Aelfredi etiam Legibus prolixius in vita ipſius egit IO. SPELMANNVS libro ſecundo ſub initium.

** De hoc MSto plenius agit IO. SELDENVS *ad Fletam cap. II. § IV.* dicens: *Opus quod diximus Thorntonii, eſſe Henrici de Bratton (illud enim retinemus nomen quod Bryƈton apud eum ſit) Summam abbreuiatam palam eſt. — Verba Tituli integra damus. Incipit ſumma de Legibus & Conſuetudinibus Angliæ a Magiſtro Henrico de Bryƈtona compoſita tempore Henrici filii Regis Iohannis, quam quidem Summam dominus Gilbertus de Thornton, tunc Capitalis Iuſticiarius domini Regis in Anglia ſecundum ſtatuta & leges tunc vſitatas, ad vtilitatem poſterorum diligenti ſtudio poſtmodum abbreuiauit ſub compendio, anno regni regis Edw. filii regis Henr. viceſimo. Et ipſe idem dominus Gilbertus tempore illo ſcientia, bonitate & manſuetudine floruit eleganter.*

*** De hac Communi Lege prolixius CHAMBERLAYNE *p. I. p. 25.* Concinne MIEG *p. III. c. I. p. 417. ie commence par les Loix qu'on appelle the Common Law, qui eſt le Droit Coûtumier d'Angleterre. C'eſt vn ſommaire des loix établies par les Saxons & par les Danois aux quelles Guillaume le Conquerant aiûta quelques bonnes coûtumes de Normandie, & il en fit vn Code en Norman.*

**** Ex-

Digitized by Google

**** Excerpta huius libri extant in Actis Eruditorum *Iulio 1703. p. 311.*

***** Diſſ. ad Fletam *cap. VIII.* De hoc etiam CHAMBERLAYNE *L'Etat praeſent d' Angleterre p. I. c. II. p. 28. on ſe ſert de la Loy Civile dans les Cours Eccleſiaſtiques des Evêques, Archidiacres, Vicaires généraux, Chançeliers, & Commisſaires, quand il y quelque difficulté touchant les Teſtaments, Dimes, Offrandes, Mortuaires, Mariages, Divorces, Adultéres, Inceſtes, & Rapts, touchant les Ordres Sacrés, Fondations, Revenus des Beneſices, Celebration de l' Office divin, Reparation des Egliſes, Ruines ou Dilapidation des Presbyteres ou Maiſons des Curés, Procurations, Hereſies, Apoſtaſies, Atheiſme. Schiſme, Simonies, Blaſphémes, &c. On ſe ſert auſſi de cette Loy dans la Cour de l' Amirauté, dans les Affaires qui regardent la Flotte Royale & les Nauires Marchands. Par cette Loy on iuge tous les Differents qui naiſſent entre les Maîtres de Navires, les Mariniers & les Capitaines, les Répreſailles, Pirateries, & affaires des Marchands; qui traſiquent ſur Mer; comme auſſi des Contracts faits ſur Mer ou delà la Mer, toutes les Matieres de naufrage, Débris de Vaiſſeaux, iect de Marchandiſe, &c. Le Droit Civil a auſſi été introduit dans la Cour du grand Maréchal d' Angleterre, laquelle prend connoiſſance des Crimes commis hors du Royaume, des Contracts paſſés dans les Païs étrangers, des Affaires de Guerre tant au dedans qu' au dehors du Royaume, des Differents qui naiſſent parmi la Nobleſſe, des Armes tant des Seigneurs que de Gentilshommes, du Rang, Preſéance, &c. Mais on ſe ſert particulierement du Droit Civil dans les Traittez que l' on fait avec les Princes & les Etats étrangers, par lequel on decide pluſieurs points conſiderables qui ſe trouvent dans ces Traittez. C' eſt pourquoy les Princes étrangers prennent vn ſoin tout particulier d' envoyer pour Ambaſſadeurs des perſonnes fort ſçavantes dans le Droit Civil. Nos Roys ont long temps gardez cette Politique avec beaucoup de ſuccez. Enfin les deux Vniverſités d' Angleterre ne reconnoiſſent point d' autre Loy, car leurs Privileges diſpenſent Ecoliers de comparoître pour deptes, comptes, iniures &c. ailleurs qu' en la Cour du Vicechancelier.* Sic etiam GVY MIEG L' Etat Nouveau de la Gr. Bretagne p. 418. *Le Droit Civil, dont on ſe ſert particulierement dans la Cour de l' Amirauté, dans les deux Vniverſitez dans les Cours Eccleſiaſtiques, dant celle du grand Marechal, & dans les Traitez qui ſe ſont avec les Puiſſances étrangeres.*

****** Debemus hanc notitiam Dno IO. PETRO LVDEWIG *in Iuris Romani & Germanici Differentiis §. II. p. 6.* qui ad Spelmanni auctoritatem prouocat, loco tamen non adlegato.

******* CHAM-

******* CHAMBERLAYNE p. I. p. 27. *Là où la Loy Commune eſt muette, celle des Statuts ou des Parlements parle ; cette Loy eſt faite par les Roys d' Angleterre, avec l' avis & le conſentement des Seigneurs Spirituels & Temporels, & des Coûtumes d' Angleterre repreſentées par leurs Députés dans le Parlement. Le peuple n' a pas eu de la peine à s' y ſoûmettre volontiers, puisqu' elle eſt faite de ſon conſentement & à ſa Requête.* MIEG p. III. p. 417. *outre le Droit Coûtumier, qui paſſe pour le plus équitable, & pour être le mieux fondé ſur la raiſon, nous avons les Loix Parlementaires, qui ont été faites de tems en tems par le Roi & le Parlement, ſuivant l' exigence du fait, la où Droit Coûtumier n' a pas pourveu.*

## §. XXXI.

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Suecici.*

Gentes Septentrionales Iurisprudentiæ ſuæ Originem tribuunt Zamolxi. Licet enim iſte Græcorum Legislator, CAROLVS LVNDIVS tamen *Zamolxen primum Getarum Legislatorem* luci publicæ reſtituit *Vpſaliæ 1687. 4.* in quo demonſtrare voluit, Leges Gothicas ex Atticis fuiſſe deſumptas. Adlegat idem IO. SKYTTII *Orationem de Sueonum Gothorumque vetuſtate & fortitudine militari*, in qua de legibus hiſce Gothicis erudite diſſerat. In hoc autem ſcripto ſelectas Gothorum antiquitates & migrationes, multorum etiam populorum antiquitates, vocesque multas ex Scytharum, Getarumque etymo ducit, Legum Gothicarum antiquitatem contra Conringium defendit, hiſtoriam denique Zamolxis pluribus exponit. Ipſam Iudiciorum & Proceſſus Iudiciarii Hiſtoriam debemus IO. O. STIERNHÖÖK cuius ſunt *de Iure Sueonum & Gothorum vetuſto* Libri duo, *Holmiæ 1682. 4.* Primus quidem agit de Legibus, Iudiciis & eorum varietate, de Iudicibus, Proceſſibus Iudiciariis, Probationibus, deciſionibus, executionibus. Poſterior de actionibus ſiue cauſis Ciuilibus & Criminalibus, denique de Iure Sacrorum, Religione, & quæ Religioni inſeruiunt Legibus.

## §. XXXII

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Danici.*

Hiſtoriam Iuris Danici & Norvvegici plures fuerunt meditati, quorum tamen labores publicæ luci haut fuerunt expoſiti. Promittuntur autem SEVERINI VELLEII, Hiſtoriographi Regii *Nomographia Danica.* PETRI GALTHII, Thalasſiarchi Regii Tractatus *de Iuris Danorum* initiis, progreſſu & incrementis PETRI IOHANNIS RESE-

Digitized by Google

RESENII *Chronologia Iuris Ciuilis & Eccleſiaſtici, Danici, Norwegici, Iſlandici & Grenlandici, Danico-Latina.* OTTONIS SPERLINGII Iunioris, *Hiſtoria Iuris Danici* ab ouo repetita & Saxonica omnia ex iſto deriuans. BVSSEI Noruvegii ſummi Tribunalis Regii, quod Hafniæ eſt, Procuratoris, breuis *Danici Iuris Hiſtoria*, quam latino idiomate editurum ſe eſt pollicitus. * SAMVELIS RETHERI *Hiſtoria Iuris vniuerſalis, Hamburgi 1704.12.* germanice edita *c. XXII.* de Iure etiam Slesuicenſi & Holſatico. *cap. XXIV.* de Iure Danico breuibus ſaltim agit. Huc etiam ſpectat HARALDI HVITFELDI *Præfatio ad Leges terræ Scanicæ 1590. 4* & PETRI IO. RESENII *Prolegomena ad verſionem Iuris Iutici* ab ERICO KRABBIO concinnata. ** NICOLAVS PETRVS SIBBERN *in Bibliotheca Hiſtorica Dano-Norwegica*, qui integro capite VIII. non tam Hiſtoriam, quam potius Scriptores qui huc faciunt, Leges ſub Regibus latas, vel ſingulas, vel harum etiam Codices ſecundum temporis ſeriem exponit, de Commentatoribus Iuris Danici agit, & de ſingulis iudicat erudite. Ad Iuris Slesuicenſis Hiſtoriam & Scriptores eo facientes conducit IO. MOLLERVS in Parte Tertia Iſagoges ad Hiſtoriam Ducatus Slesuicenſis, *Lipſiæ 1692. 8.*

* Indicat hæc nobis MOLLERVS in Præfatione Apologetica ad Bibliothecam Septentrionis eruditi §. *XLV. p. 65.* & præcipue Clar. SIBBERN *Bibliotheca Dano-Norwegica cap. VIII. p. 245.*

** Debemus hæc eidem SIBBERN *c. l.*

## §. XXXIII.

Vltimo demum loco etiam de Biographis Iureconſultorum erit dicendum. BALDI quidem Peruſini *Commemorationes famoſiſſimorum Doctorum in vtroque Iure* editæ non ſunt. * Nec etiam THOMÆ DIPLOVATARII Patricii Conſtantinopolitani Libri XII. *de Præſtantia Doctorum & clariſſimis Iureconſultis.* ** IO. BAPTISTA a S. BLASIO Iureconſultorum Catalogum potius, quam Vitas recenſuit. IO. FICHARDI *Vitæ Iureconſultorum, Patauii 1565. 4.* prodierunt. Acceſſit MARCI MANTVÆ, qui alias Bonauidius, *epitome Virorum illuſtrium.* Nimis tamen breuis eſt vterque, cum præter patriam, officium ac ſcripta, vix quidpiam habeant. Ab Irnerio faciunt *Biographi ICtorum antiquorum*

h initium,

Digitized by Google

initium, & Mantua quidem ad medium ſeculi decimi ſexti vſque progreditur. Fichardus ad Zaſium Præceptorem olim ſuum. Maximam partem faciunt elogia Iureconſultorum, potiſſimum Italorum. VALENTINVS GVILIELMVS FORSTERVS in libro tertio Hiſtoriæ Iuris recentiorum ICtorum memoriam refert, licet plerumque circa Italos ſaltim fuerit occupatus. Sic etiam memoratur IO. BAPT. CACCIALVPI *de illuſtribus Iureconſultis libellus* & BERNARDINI GASNERI *Nomenclatura Doctorum in vtroque Iure.* Inter recentiores DIONYSII SIMON præſtat *Nouvelle Bibliotheque Hiſtorique & Chronologique des principaux auteurs & interpretes du droit Civil, Canonique & particulier de pluſieurs etats & provinces à Paris 1672. 12.* Ordine alphabeti Iureconſultos perſequitur, ita, vt antiquiſſimus, quem proponit, ſit Irnerius, atque ad recentiora tempora vſque progreditur. Cum autem plures omiſiſſet, alterum Tomum ſubiecit *Pariſiis 1695. 12.* *** IO. VINCENTIVS etiam GRAVINA in Libro de ortu & progreſſu Iuris Ciuilis ante iamdum laudato, vitam, doctrinam & inſtituta Iureconſultorum ab Irnerio vſque ad Gregorium Tholoſanum perſequitur.

* MICH. NEANDER in eruditiſſima præfatione Erotematibus Linguæ Græcæ præmiſſa *p.157.* eiusdem facit mentionem. GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpretibus lib. I. cap. I.* pag.3. *Baldus Vbaldus Legum Interpres celeberrimus, qui M. Varronis Tranquilli, D. Hieronymi & aliorum exemplo, de illuſtribus Doctoribus librum compoſuit. Sed neſcio, quo caſu nuſquam, quod ſciam, apparet, poſt eum Ioannes Baptiſta a S. Blaſio Patauinus, illorum Catalogum potius, quam vitas recenſuit.* Licet autem non omnes forſan ICtorum vitas a Baldo compoſitas habeamus, cum eiusdem tamen Commentario de Teſtibus extant vita Pauli Caſtrenſis, Iaſonis Magni & Bartoli de Saxoferrato, *Coloniæ 1596. 4.*

** De eadem MICH. NEANDER in dicta præfatione p.157. *Bernhardini Rutilii veterum Iuriſconſultorum vitæ, argumentum immenſi atque abditi operis: vt quod ſupra bis milleſimum repetatur annum, & ab infinitis prope autoribus iisque interciſis & mancis collectum, quod illi perpetui & quaſi ordinarii temporis iniuria periiſſent. Ioannis Fichardi Francofordenſis vita recentiorum Iureconſultorum celebrium, a Renerio vſque ad Huldrichum Zaſium: hoc eſt, qui poſt annum Domini 1190. claruerunt. Scripſit autem Baldus Peruſinus etiam de commemorationibus famoſiſſimorum do-*

*cto-*

Digitized by Google

*ctorum in vtroque iure : & Thomas Diplouatarius Patricius Conſtantinopolitanus, lib. 12. de præſtantia doctorum, & clariſſimis iureconſultis, in quibus diligentisſime vir ille ( teſte Baptiſta Egnatio ) & iuris ciuilis dignitatem explicauit, & authores eius interpretesque omnes, a Phoroneo ducta ſerie, ad noſtra vſque tempora deduxit: ſed vtrumque vtriusque opus aut periit iam olim, aut alicubi ab aliquibus ſupprimitur, ne in manus multorum veniat. Horum vero librorum deſiderium ſarcire videntur D. Valentini Forſteri Iureconſulti, de Iuris ciuilis Romani hiſtoria libri tres, qui iam ſub prælo ſunt apud Oporinum, hoc etiam Septembri in lucem prodituri.* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpretibus c. I. *Ioannes Ficardus Francofurtenſis, qui aliquorum quidam vitas latius deſcripſit: Sed quia homo Germanus res Germanas non facile ſcire poterat, nec fortaſſe auctores vnde plura eruere licebat, ad manum habebat, nonnullos ſolum obliqua imagine delineauit, atque non paucos omnino prætermiſit. Nouisſime vero M. Mantua Bonauidius vir multa lectionis plurimos libello comprehendit, ſed eorum nomina, & ingenia declaraſſe contentus, in moribus aut geſtis explicandis non eſt immoratus, & velut ex facie tantum notos facere voluiſſe videtur.*

*** Perbreuem Tomi primi recenſionem exhibet Iournal des Sçavans *1693. p. 246.* Tomi ſecundi vero *1695. p. 270.*

## §. XXXIV.

Præcipuam laudem promeritus fuit GVIDO PANCIROLLVS in ſuo, *de claris Legum Interpretibus* Tractatu, quod ſcriptum ex editione ſecunda prodiit *Venetiis 1655. 4.* hodieque rarum eſt. In quatuor Libros Auctor Opus hoc diſtinxit. Priori quidem agit de veteribus Legum Interpretibus, qui ſub Romanis adhuc claruerunt, & Iura ſcriptis vel ore fuerunt profeſſi. Alter comprehendit recentiores Doctores Iuris Cæſarei ab Irnerio vſque ad Dominicum Pinellum, Cardinalem Genuenſem. Liber Tertius illuſtres Iuris Pontificii Interpretes perſequitur a Fulgentio Afro ad Anaſtaſium Germonium vſque. Liber Quartus brevem Europæ Academiarum Catalogum exhibet. Multam laudem meretur Pancirollus, maxime, quod præter ortum & ſtatum Scriptorum, mores, animi caracteres, atque ingenium probe explicet, vbique etiam ad Scriptores, qui plenius de ſingulis egerunt, remittat. * *Guidonis Pancirollus vita ICtorum.*

* Audiamus ipſum de ſe Lib. I. cap. I. p. 3. ita loquentem. *Ex multorum itaque iuris commentariorum, & annalium lectione, doctiſſimorumque virorum fide, quæ cuiusque poſſem ingenia, mores, & vitæ inſtituta enarrare conſtitui, ac velut vndique conquiſitis coloribus ſingulas partes recta pictura omni conatu exprimere. Opus ſane difficile, ac deſperatum quod innumeri mihi auctores euoluendi fuere, vt quorum vix nomina retinemus, aliquas actiones eruerem. Neque tamen longo, diligentique ſtudio efficere potui, vt omnium notitiam habeam, plurium enim nulla extat memoria, & aliorum ne integra quidem nomina leguntur. Geographos itaque imitabor, qui notas regiones exactius demonſtrant, remota vero & ignota loca deſcribentes, ſolos fere montes & ſyluas delineant. Sic ego ipſe quoque iuniores quos plenius noſſe licuit, integriores oſtendam; priſcos autem quorum vix aliqua notitia ad nos peruenit, adumbraſſe ſufficiet; & alios obſcuriores ſat erit nominaſſe. Non omnium autem iuris Interpretum, ſed illuſtrium tantum vitæ inſtituta exponere decreui, eorumque patriam, genus, opera, ingenium, tempora, & loca, in quibus profeſſi ſunt, aut defuncti, modo hæc conſtare potuerint, explicare ſum conatus, additis etiam, quæ extant, vel ſcire licuit, epitaphiis. Multa alia vitæ acta adieci, quæ aliquam lectori vel vtilitatem, vel oblectationem allatura eſſe putaui. Ne tædio tamen legentes afficerem, aut longa narratione inutiliter remorarer, ſingula mihi breuiter præſtringenda eſſe duxi. Ac ne quid ex me comminiſci alicui viderer, & ſine certo auctore loqui, vnde quidque ſumpſerim, in margine annotaui. Quæ autem nulla aliorum fide ſubnixa apparebunt, ea vel a manuſcriptis annalibus, vel a viris ſpectatæ probitatis accepi. Cæterum, cum ius Pontificium in non paucis a Cæſareo differat, vtriusque Profeſſores ſeparandos eſſe cenſui, præſertim cum diſtincta lectio dilucidior ſit futura. Cum vero ius Ciuile vetuſtius ſit Pontificio (quanque minus dignum) eius Profeſſores veluti priores præponendos eſſe duxi. Qua ratione in ipſis collocandis ne ætatum ordinem confunderem, itidem obſeruaui, vt, prout quisque eſt antiquior, iunioribus ſemper præponatur.* De eo ſic iudicat THOMASIVS Delin. Hiſtor. Iuris §. CLIV. *ibi non ſolum de vitis Iurisconſultorum, ſed & de modo ac methodo ſtudendi iura eiusque origine, de modo & origine creandi doctores, & diuerſis doctorum officiis de variis modis interpretandi leges, de antagoniſtarum origine, de origine methodi ſingulas leges peruulgatum: præmitto, ſcindo &c. exponendi, de modo contrarias leges conciliandi, de modo tractandorum quæſtionum, de pronunciatione docentis, de diſcentibus, de veſtitu ac habitu Doctorum peculiaribus capitibus agit. Quin & in vitis Iuris Conſultorum multa notabilia ad iſta capita pertinentia inſpergit.*

§. XXXV.

§. XXXV.

Nec defuerunt, qui vitas ICtorum certæ ſaltim Nationis ſcriberent. MELCHIOR ADAMI quidem *Vitas Germanorum Iureconſultorum & Politicorum*, qui ſeculo XVI. claruerunt, deſcripſit, *Heidelbergæ* primum editas *1620. 8.* poſt, cum reliquis ipſius Vitis *Francofurti 1705. f.* recuſas. Hic etiam in ipſa vitæ, fatorumque deſcriptione laudem meretur, niſi, quod nimius quandoque ſit in elogiis, de ſcriptis fere taceat. Hunc quaſi continuauit HENNINGVS VVITTE, *in Memoria ICtorum noſtri ſeculi Francofurti 1676. 8.* edita. Sed, non niſi congeſta Programmata ſunt funebria, quæ parum rem exhauriunt. Paucos ante annos prodiit *Schauplatz berühmter Staats- und Rechtsgelehrten, Francofurti 1710. 8.* & celebriorum quorundam Iureconſultorum vitas recenſet, parum accurate. Hoc igitur amplius non continuato ad exemplum Clarmundi prodierunt CLAVDII SINCERI Vitæ & Scripta Magnorum Iuriſconſultorum, quarum Tomus primus & ſecundus prodiit *Wittebergæ 1713. 8. Tertius 1718. 8.* in quo Vitas Iureconſultorum quorundam Seculi XVI. & XVII. ſatis accurate exponit & eorundem ſcripta ſub finem recenſet. Vitas Profeſſorum *Iuris Academiæ Ienenſis*, ex ipſorum Programmatibus Funebribus ſelectam, ſcripſit IO. CASPAR ZEVMER, *Ienæ 1705. 8.* & cum reliquorum Profeſſorum Vitis *1711. 8.* neque hanc tamen ſufficientem. *Biographi ICtorum Germanorum.*

§. XXXVI.

Inter Biographos ICtorum Italorum rariſſimum eſt ſcriptum BERNHARDINI SCARDEONII *de antiquitate vrbis Patauii, Baſileæ 1560. f.* editum, in cuius libro ſecundo, claſſe octaua, de claris Iureconſultis Patauinis agitur. De *Bononienſibus* vero *Doctoribus* Italice commentatus eſt IOANNES NICOLAVS PASCHALIS ALIDOSIVS, *Bononiæ 1620. 4.* *Biographi ICtorum Italorum*

§. XXXVII.

Circa ſpecialium quorundam ICtorum vitas vel colligendas, vel deſcribendas alii fuerunt occupati. Huc faciunt MATTHÆI WESENBECII *Exempla Iuriſprudentiæ, Lipſiæ 1585. 8.* In his enim, non niſi celeberrimorum Iureconſultorum vitas congeſſit, *Scriptores Vitarum Specialium ICtorum.*



Digitized by Google

*Papiniani*, *Simonis Piſtoris*, *Gabrielis Mudæi*, *Franciſci Burcardi*, *Antonii Stralii Conſulis Antwerpienſis*, *Annæ Bourgii*, *Profeſſoris regii Pariſini*, *Io. Coraſii Cancellarii Nauarræi*. Præ cæteris vero æſtimandæ veniunt FRIDERICI IACOBI LEICKHERI *Vitæ Clariſſimorum ICtorum*, *Lipſiæ 1686. 8*. Continetur in hac collectione Vita *Nicolai Boërii* per IO. ALESMIVM ſcripta; *Guilielmi Budæi* per LVDOVICVM REGIVM; *Antonii Auguſtini* ex oratione funebri ANDREÆ SCHOTTI; *Antonii Goueani* per ANDREAM SCHOTTVM; *Franciſci Hottomanni* per PETRVM NEVELETVM DOSCHIVM; *Iacobi Cuiacii* per PAPIRIVM MASSONIVM; *Barnabæ Briſſonii* ex Thuano, Scæuola Sammarthano aliisque collecta; *Io. Bertrandi* per FRANCISCVM BERTRANDVM; *Petri Pithœi* per IOSIAM MERCERVM; *Guidonis Pancirolli* per IACOBVM PHILIPPVM THOMASINVM. Subiunxit Leickherus ſubinde notas haut inelegantes, & locupletem Scriptorum Catalogum, vt laudanda omnino ſit ipſius induſtria. Promiſit iſte alteram Virorum illuſtrium decadem, & in ea *Aemylii Ferreti*, *Hugonis Donelli*, *Guilielmi Marani*, *Iani a Coſta*, *Franciſci Florentis*, aliorumque Vitas, quæ tamen ob fatum ipſius interueniens lucem non vidit. Singulorum quorundam vitas oratione funebri vel per elogium alii expoſuerunt. *Vitam Modeſtini* & *Ioannis Schneidewini* duabus Orationibus expoſuit IOACHIMVS A BEVST *Wittebergæ 1585. 8*. *Io. Harprechti Vitam* expoſuit THOMAS LANSIVS, *Tubingæ 1640. 4*. *Nicolai Fabri* FRANCISCVS BALBVS, *Pariſiis 1614. 4*. *Franciſci Stypmanni* IO. POMERESCHIVS, *Northuſæ 1704. 8*. *Sebaſtiani Fabri* Procancellarii Würtenbergici vitam ſolenni oratione expoſuit IO. MARTINVS RAVSCHERVS, *Tubingæ 1625. 4*. ERNESTI CREGELII extat Laudatio funebris in obitum *Wilhelmi Ludwelli*, *Aldorfi 1664. 4*. BALTHASARIS ARENDS Laudatio funebris *Theodori Reinckings Argentorati 1665. 4*. Vitam *Henrici Linckii* ſcripſit MAGNVS DANIEL OMEISIVS, quæ ipſius Commentario in Decretales, *Noribergæ 1697. 4*. edito, fuit præmiſſa. *Georgii Frantzkii* Vitam & fata multa induſtria ſcripſit IO. HENRICVS ACKERVS *Lipſiæ 1714. 8*. cui ipſe præfationem præmiſi de illuſtribus Saxoniæ Cancellariis. CASPARIS PANSÆ extat Oratio Funebris in Obitum *Conradi Rittershuſii*, *Noribergæ 1614. 4*. ANDREÆ RAVCHBARI Oratio *de vita & obi-*

*tu*

Digitized by Google

*tu Matthai Weſenbecii, Witteberga 1587. 4.* REGNERI SIXTINI oratio *de vita & morte Io. Clotzii, Marpurgi 1589. 4.* ANTONII PERIANDRI *vita Franciſci Guineti.* Addimus *Pios Manes Struuianos*, ſiue vitam Parentis optimi *Georgii Adami Struuii*, pia mente a me ipſo compoſitam.

## §. XXXVIII

Hiſtoriam Iuris Canonici varii expoſuerunt. Inter hos primo loco memorandi ſunt iſti, qui de Canonum Collectoribus egerunt. Facit huc PETRVS de MARCA *de veteribus Canonum collectionibus*, qui cum aliis eiusdem opuſculis, cura Stephani Balutzii editis, prodiit *Pariſiis 1681. 8.* Hac autem tractatione potiſſimum de Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ & prolixius de Canonibus & Conciliis Eccleſiæ Africanæ agit. Acceſſit iſta, vna cum aliis Diſſertationibus Eccleſiaſtici argumenti Eiusdem Tractatui de Concordia ſacerdotii & Imperii, *Francofurti 1708. f.* Ad hanc Canonum collectionem plurimum etiam conducit FRANCISCVS FLORENS, doctus ille Pariſienſium Anteceſſor. Habemus Eiusdem *Orationem* in aperiendis ſcholis Iuris habitam VI. Non. Octobris 1632. *de recta Iuris Canonici diſcendi ratione*, quæ tamen breuis eſt & generalis. Potior omnino habenda eſt Eius *Diſſertatio de Origine, arte & auctoritate Iuris Canonici.* In huius parte prima agit de origine, diuiſione & generalibus Iuris Canonici fundamentis. In parte ſecunda vero Collectores Canonum antiquos æque ac nouos accurate examinat, horumque hiſtoriam exponit & diiudicat, adiecta etiam Decretalium Gregorii IX. Hiſtoria. Acceſſit alia Eiusdem Diſſertatio *de Methodo & auctoritate Collectionis Gratiani*, & reliquarum Collectionum Decretalium poſt Gratianum. Hæc igitur Florentis ſchediaſmata apud Gallos olim edita, cum rara admodum in noſtris potiſſimum oris eſſent, adiecta Florentis vita, a Io. Douiatio compoſita, inſerta videmus Nouæ rariorum Scriptorum Conlectioni, cuius Faſciculus primus prodiit, *Halæ 1716. 8.*

*Scriptores de Canonum Collectoribus.*

## §. XXXIX.

Alii quoque ſunt, qui ipſam Hiſtoriam, originem ſcilicet *Scriptores*

atque

Digitized by Google

*Hiſtoria Iuris Canonici* atque progreſſum Iuris Canonici expoſuerunt. Inter Pontificios equidem præter FRANCISCVM FLORENTEM ante iamdum memoratum, HVNOLDVS PLETTENBERGIVS S. I. illud præſtitit in ſua *Introductione ad Ius Canonicum*, quæ *Hildeſiæ 1692. 8.* prodiit. Agit in eadem potiſſimum *de Canonum Collectoribus & Conciliis generalibus*, ordinem librorum Corporis Iuris Canonici horumque Hiſtoriam exponit. Et licet Pontifici per omnia faueat, auctoritatem tamen Decreti Gratiani non adeo euehit. Commendari etiam meretur IO. DOVIATII *Hiſtoria Iuris Canonici*, *Pariſiis 1676. 12.* edita, in qua inſimul loca videmus explicata, in quibus Concilia fuerint celebrata. Addimus ZEGERI BERNHARDI von ESPEN *Tractatum Hiſtorico-Canonicum, exhibentem ſcholia in omnes Canones Conciliorum tam Græcos quam Latinos, vnanimi vtriusque Eccleſiæ græcæ & latinæ conſenſu probatos, nec non famoſiores Canonum Codices ſiue Collectiones tam veteres quam recentiores, quibus modernum Corpus Canonum conſtat. Vna tum variis reflexionibus, regulis & principiis, perueniendi ad veram & vtilem ſacrorum Canonum & Iuris Canonici notitiam*, *Leodii 1693. 4.* Elegans eſt Tractatus ANTONII AVGVSTINI *de emendatione Gratiani*, libris duobus conſtans. Dum enim Pius IV. Papa certos ſelegiſſet Cardinales, variosque Doctores, qui Gratianum ex fontibus ſuis reſtituerent, anſam hoc dedit doctiſſimo Tarraconenſium Archiepiſcopo varios Gratiani næuos detegendi, eosdemque in locis permultis emendandi. Licet in emendatione Gratiani, quæ ſub Gregorio XIII. fuit perfecta, harum Antonii Auguſtini Emendationum nulla fuerit habita ratio. Prior harum Emendationum editio facta fuit *Pariſiis 1607. 4.* Poſtea easdem GERHARDVS von MASTRICHT denuo edidit, recenſuit, ſuas & Stephani Baluzii in eundem & Gratianum notas, item in fine Orationem ANDREÆ SCHOTTI *de vita & ſcriptis Auctoris* adiecit, *Arnhemiæ 1678.** Vt taceamus ERNRICVM PIRRHINGIVM qui Commentario ſuo in Decretales præmiſit *Prolegomena* in Ius Canonicum, EMANVELEM GONTZALETZ TELLETZ, *in Apparatu de Origine & Progreſſu Iuris Canonici*, LVDOVICVM ENGELIVM *in Proœmio Collegii Iuris Canonici*, qui ſinguli hanc hiſtoriam, ſed breuiter ſaltim & per tranſennam expoſuerunt.

* De hoc libro plenius dictum fuit Capite ſeptimo §. XX.

§. XL.

§. XL.

Ex Proteſtantium ordine laudem meretur præter DAN. KEYSERVM, IOACHIMVM HAGEMEIERVM, ARTHVRVM DVCKIVM, ERICVM MAVRITIVM ante iam memoratos, qui hanc Iuris Canonici Hiſtoriam vna cum Ciuili expoſuerunt, CASPAR ZIEGLERVS *in Diſſertatione præliminari de Ortu & Incrementis Iuris Canonici*, quam Commentario ſuo ad Lancellottum præmiſit, nouiter etiam editioni Thomaſianæ adiectam, qua potiſſimum genuina Iuris Canonici fundamenta, Conciliorum Canones, Librorum Iuris Canonici Hiſtoriam, vſum atque auctoritatem eiusdem Iuris in Terris Proteſtantium exponit. Circa Canonum & Decretalium Collectores potiſſimum ſollicitus fuit IO. STRAVCHIVS, inter cuius Diſſertationes Iuris Canonici prima agit *de Origine, Libris, nec non auctoritate Iuris Canonici, Ienæ 1673. 4.* quæ poſtmodum in ipſius *Amœnitatibus Iuris Canonici* in capita diuiſa, Eclogam primam conſtituit. Prodierunt iſtæ nouiter iterata vice in noſtra Academia *1718, 4.* Omnium vero curas ſuperauit GERHARDVS von MASTRICHT *in Hiſtoria Iuris Eccleſiaſtici, Duisburgi* primum edita *1676. 8.* quæ poſtea cum Præfatione Chriſtiani Thomaſii *de neglectu ſtudii Iuris Canonici, eiusque vſu frequente & methodo* denuo prodiit *Halæ 1705. 4.* In eadem fontes Iuris Canonici a prima ſua origine, a Canonibus ſcilicet Conciliorum per temporum ſucceſſiones videmus indicatos, ita, vt ſingulos Canonum Collectores, Iuris Canonici compilatores, ex ipſis ſcriptorum antiquorum fontibus, examinatis Doctorum ſententiis, accurate declaret. Addimus CHRISTIANI THOMASII *Cautelas circa Præcognita Iurisprudentiæ Eccleſiaſticæ*, in vſum Auditorii Thomaſiani publicatas *Halæ 1712. 4.* Prioribus XVII. capitibus quid circa Hiſtoriam eccleſiaſticam tum generalem, tum in quouis ſeculo ſit animaduertendum, concinne traditur. Inde potiora capita Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in quouis ſeculo adducuntur. Vltima demum capita Originem, Progreſſum atque Auctoritatem Iuris Canonici complectuntur.

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Canonici Proteſtantes*

§. XLI.

Licet autem prædicti Scriptores Materiam de vſu atque auctoritate Iuris Canonici æque pertractauerint, fuerunt tamen, qui ſe paratim de eadem agerent. Inter hos præ cæteris æſtimatur HVLDARICI EYBENII Diſſertatio *de origine & vſu Iuris Canonici in terris Proteſtantium, Helmſtadii 1672. 4.* ventilata, qua potiſſimum com-

*Scriptores de vſu atque auctoritate Iuris Canonici.*



Digitized by Google

communes iſtæ regulæ, quæ hac de re proponi ſolent, examinantur. Addimus IO. FRIDERICI RHETII Diſſertationem *de auctoritate Iuris Canonici inter Auguſtanæ Confeſſionis conſortes.* De *Librorum Iuris Canonici quantitate & qualitate* egit ADAMVS RICCIVS, *Regiomonti 1637. 8.* Licet præferenda ſit ALBERICI GENTILIS Tractatio *de Libris Iuris Canonici, Helmſtadii 1674. 4.* *

* Vide etiam Caput Septimum §. XXXVIII.

§. XLII.

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Feudalis.*

In Hiſtoria Iuris Feudalis, præter DAN. KEYSERVM, IOACHIMVM HAGEMEIERVM, ARTHVRVM DVCKIVM, ERICVM MAVRITIVM, ante iamdum memoratos, nobis præiuit THOMAS CRAGIVS, cuius Ius Feudale tribus libris comprehenſum, prodiit *Londini 1655. f.* atque nouiter cum Præfatione Luderi Menckenii, Lipſiæ *1716. 4.* In huius enim libro diegeſi prima ad octauam, expoſitas videmus diuerſas quæſtiones, origines & Hiſtoriam Iuris Feudalis concernentes. Et licet ad ſtatum regnorum Britanniæ hæc potiſſimum dirigat Cragius, vſum tamen æque præbet circa Antiquitates Feudorum generales. Ad Hiſtoriam Iuris Feudalis Germanici potiſſimum facit IO. SCHILTERVS *in Præfatione ad Ius Feudale Alemannicum atque Antonium Mincuccium*, quas ipſius Codici Iuris Feudalis Alemannici, qui prodiit *Argentorati 1697. 4.* videmus inſertas. Eandem Iuris Feudalis Germanici Hiſtoriam plurimum illuſtrauit CHRISTIANVS THOMASIVS *in Selectis Feudalibus, Halæ 1708. 8.* In his enim priorem partem occupat Feudalis Iuris Hiſtoria, quam ex medii æui antiquitatibus ſecundum temporis progreſſum illuſtrat. Addimus eiusdem Diſſertationem *de Originibus Feudalibus, Halæ 1710. 4.* qua diuerſas de iisdem recenſet opiniones, easdemque demum Germanis Franciſque, variis adductis teſtimoniis tribuit, & diuerſos Interpretum Iuris Feudalis næuos declarat. Addimus Commentatores Iuris Feudalis, atque inter hos B. PARENTEM & B. CASPAREM HENRICVM HORNIVM, qui primo ſtatim Syſtematis ſui capite hanc Hiſtoriam expoſuerunt.

§. XLIII.

*Scriptores Hiſtoriæ Iuris Criminalis.*

Ad Criminalem Iuriſprudentiam præter IVSTVM GEORGIVM SCHOTTELIVM, qui inter diuerſa Germaniæ Iura, etiam ea, quæ huc ſpectant, examinauit, potiſſimum facit IO. PHILIPPVS DATTIVS *in Volumine Nouo Rerum Germanicarum*, quod *Vlmæ* proſtat *1698. f.* In hoc enim, potiſſimum vero capite primo libri primi atque integro libro

libro Quarto potiores Antiquitates Iuris Criminalis Germanici ex ipſis fontibus, licet nulla temporis ratione habita, atque turbato plerumque ordine, videmus explicatas. Præter hunc, induſtriam ſuam probauit CHRISTIANVS THOMASIVS, qui diuerſis Diſſertationibus ſtatum Iuris Criminalis apud Germanos plurimum illuſtravit. Eiusdem Diſſertatio Inauguralis *de Occaſione, Conceptione ac intentione Conſtitutionis Criminalis Carolinæ, Halæ 1711. 4.* qua Proceſſum Germanorum Criminalem antiquum, occaſionem atque rationem Conſtitutionis Carolinæ multa cum cura exponit. Hanc inſecuta eſt *de vera origine, natura, progreſſu, & interitu Iudiciorum Weſtphalicorum Diſſertatio*, quæ *Halæ 1711. 4.* prodiit & in germanicum ſermonem, ſine notis tamen translata, acceſſit IO. WILHELMI GERICKEN *Schottelio illuſtrato.* Succeſſit Eiusdem Diſſertatio *de Origine ac Progreſſu Proceſſus Inquiſitorii contra Sagas, Halæ 1712. 4.* qua potiſſimum Scriptores de Sagis diiudicat, demum Proceſſus inquiſitorii contra easdem rationes demonſtrat.

§. XLIV.

*Scriptores de Principiis Iuris Publici.*

In doctrina Iuris Publici, ſunt, qui vel ſubſidia atque adminicula Iuris Publici expoſuerunt, vel Scriptores eiusdem Iuris recenſuerunt, vel ipſam Hiſtoriam huius doctrinæ delinearunt. Ad priorem claſſem facit SAMVELIS RACHELII *Otium Nouiomagenſe*, * *Amſtelodami 1685. 4.* euulgatum, in quo non ſolum, ex quibus fontibus petendum ſit Ius Publicum edocuit, ſed etiam generales Scriptores, atque inter hos præcipue Rerum Germanicarum Scriptores, qui fundamenta huic doctrinæ præbent haut exigua, indicat. Eadem Iuris Publici principia exponit ERICVS MAVRITIVS *in Specimine Diſſertationum de Principiis Iuris Publici*, quod *Tubingæ* prodiit *1655. 4.* Hæc potiſſimum in Iure Naturæ ponit, atque hac occaſione de variarum gentium & Philoſophorum ſententiis de Iure Naturæ agit. Prodromum hoc Specimen eſſe voluit maioris Operis, in quo omnem Iuris publici doctrinam exponere ipſi animus fuit, cuius tamen non niſi ſingulares quædam Diſputationes prodierunt. Idem Inſtitutum fuit IOANNI WERLHOFIO, cuius *Notitia Sacri Romani Imperii enucleata & in ſuccinctas Theſes Memoriales digeſta Specimen primum, Helmſtadti 1695. 4.* publicatum, genium, diſciplinam, fontes & Periodos Iuris publici examinat, & ſingula obſeruationibus eruditis illuſtrat.

* Titulum liber ex eo habet, quod durantibus Pacis Nouiomagenſis Præliminaribus, controuerſiæ de Legatorum Principalium honoribus

bus, legatis præſentibus, inter quos Holſatiæ Ducis nomine Rachelius erat, legatis otia feciſſent.

§. XLV.

*Scriptores Bibliotheca Iuris Publici.*

Ad Scriptores Iuris Publici noſcendos, facit IO. GEORGII SVLPICII ſiue potius KVLPISII Diſſertatio *de ſtudio Iuris publici recte inſtituendo, & de Scriptoribus eo pertinentibus*, cuius editio ſecundo recognita *A. 1700. 8.* prodiit. In eodem de Scriptoribus, qui Acta Publica, Compendia atque Syſtemata Iuris Publici nobis dederunt, iudicat ſatis accurate. Acceſſit Epiſtola de ſtudiis academicis iuvenis nobilis recte inſtituendis, quæ tamen mutata temporum ratione, hodie parum obtinet. Imperfecta admodum eſt IO. HENRICI BOECLERI *de Scriptoribus Iuris Publici præcipuis conſignatio*, quæ Vitriario illuſtrato acceſſit. Neque omnia exhaurit CHRISTOPHORI LAVRENTII BILDERBECKS *Bibliotheca Iuris Publici* præfixa *dem Teutſchen Reichs-Staat*, atque alias inordinata. Ad hoſce etiam noſcendos faciunt IO. DECKHERRI & VINCENTII PLACCII *de Scriptoribus Pſeudonymis atque Anonymis* labores, IO. CHRISTIANI LVNIGII *Bibliotheca Deductionum* atque Diaria Eruditorum. Addi poteſt Bibliothecæ noſtræ Iuris Selectæ Caput decimum quartum.

§. XLVI.

*Scriptores Hiſtoria Iuris Publici.*

Ad ipſam vero Hiſtoriam facit IO. SCHILTERI *Diſſertatio de Natura & Origine Iuris Publici*, quæ ipſius Codici Iuris Feudalis Alemannici acceſſit. In hac Iuris Publici, eiuſdemque doctrinæ fundamenta a primis Germanorum Francorumque temporibus ducit, varias mutationes atque periodos eiuſdem declarat, de vſu Iuris Romani, Canonici, Germanici atque Interpretatione Iuris Publici haut proletaria proponit. Originem atque Periodos Iuris Publici nos ipſi ſpeciali Programmate primum expoſuimus, idemque *im kurtzen Bericht von Veranderungen Teutſchen Reichs*, *Iena 1711.* ex authenticis Scriptorum monumentis declarauimus. Facit huc etiam EVCHARII GOTTLIEBII RINCKII *Programma inaugurale*, dum Profeſſionem Iuris in Academia Altdorfienſi a. 1708. 4. adgrederetur, in quo, de pleriſque ad Ius Publicum pertinentibus Scriptoribus generalioribus haut male iudicat; IO. CHRISTIANI SCHELLII Oratio inauguralis *de Ortu & Progreſſu doctrinæ Imperii Germanici Lipſiæ 1709. 4.* Licet in eo ſaltim occupetur, vt generales Iuris Publici Scriptores indicaret.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT PRIMVM
## HISTORIA IVRIS ROMANI SVB REGIBVS ET LIBERA REPVBLICA.

§. I.

*Status Legum Romanarum ab origine Reip. repetendus, & Periodi Iuris Romani.*

IVs Romanum cum ordinato ſtatu Romano cœpit * atque a Romulo primum fuit introductum. Hinc quatuor potiſſimum oriuntur Iuris Romani Periodi: Iuris prudentia ſcilicet ſub Regibus, ſub Decemuiris, ſub Conſulibus, & ſub Imperatoribus. Initio autem ciuitatis populus adhuc militaris rudiſque, ſine lege certa, ſine iure certo primum agebat, omnia manu regis gubernabantur : ** arbitria pro legibus erant. Neque tamen exinde coniectari licet, ſine lege, ex ſolo Regum arbitrio vixiſſe Romanos, quin potius pro veterum Latii incolarum inſtituto, moribus vterentur & conſuetudine: iudiciorum poteſtate Regi relicta. Rebus autem diuinis conſtitutis, iura populo ſuo dedit ROMVLVS, aſſumpto externo ſplendore, maieſtateque. *** Et licet vel ipſe Iuſtinianus, **** aliique adſerere non dubitent, Romulum nouæ ſaltim vrbis, Numam vero Legum Romanarum fuiſſe auctorem, vix tamen eſt, vt dicamus, nouam Rempublicam ſine lege potuiſſe conſiſtere, quales etiam Scriptores antiqui Romulo tribuunt. ***** Hæ vero Romuli leges ſcriptæ partim, pleræque ſcriptis haut mandatæ, honeſtæ erant atque vtiles, quæ naturæ potiſſimum iura definiebant: ea ſcilicet, quæ faciebant ad matrimonia & coniugii ſocietatem, ex qua iura poteſtatis patriæ, liberorumque educatio profluebat. Hinc, duo ſaltim ingenuis adſignauit ſtudia, rei militaris, ac ruſticæ; reliquas opi-

*Leges Romuli*



Digitized by Google

ficum ac ſellularias artes tanquam turpium cupiditatum incitatrices ſerius relinquens. ****** Legum autem ſupremum penes Regem erat iudicium, ******* lectis tamen a Romulo patribus, conſtitutoque Senatu, huic eam conceſſit vim poteſtatemque, vt, de quibus ad ipſum referreretur a Rege, cognoſceret, ſuffragioque plurimum decerneret. † Dum igitur poſtea inconſultis Patribus multa decerneret, atque herilem poteſtatem exerceret, manibus patrum dicitur fuiſſe diſcerptus. ††

* Sic enim GAIVS Ictus l. 1. ff. de Origine Iuris: *facturus legum vetuſtarum interpretationem neceſſario prius ab Vrbis initiis repetendum exiſtimaui: non quia velim verboſos commentarios facere, ſed quod in omnibus rebus animaduerto id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtaret.*

** POMPONIVS l. 2. §. 1. ff. de Or. Iuris *& quidem initio ciuitatis noſtra populus ſine lege certa, ſine iure certo, primum agere inſtituit, omniaque manu a Regibus gubernabantur*, prout ex Florentina emendauit GERH. COCCEIVS *de orig. Iuris p.* 8. cum vulgata exemplaria haberent *manu Regis*. Manum autem hic notare poteſtatem auctoritatemque, alia Scriptorum loca nos docent. Sic Cicero XIV. Fam. ep. II. *Verum hac non ſunt in noſtra manu*, hoc eſt, poteſtate. Tacitus II. Hiſt. c. XXVI. *iuxta Deos in tua manu eſt poſitum.* Sic etiam *manu agere* idem eſt ac per vim agere, Tacitus Germ. c. XXXVI. *Vbi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt*, & Agricola c. IX. *caſtrenſis iurisdictio ſecura & obtuſior: ac plura manu agens calliditatem fori non exerceret.* Sic Seneca III. Controu. III. de filiofamilias, qui fratrem adoptavit: *nemo poteſt alium in ſua manu habere, qui ipſe in aliena eſt; aut in ſuam manum recipere.* Eadem ratione occurrit l. 4. ff. de Iuſt. & Iure *eſt autem manumiſſio, de manu miſſio, id eſt, datio libertatis: nam, quamdiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: manumiſſus liberatur poteſtate.* Eadem occurrunt pr. Inſt. *de Libertinis.* Eandem vero Romuli poteſtatem, idem POMPONIVS §. 14. ſic deſcribit: *quod ad Magiſtratus attinet, initio ciuitatis huius conſtat, Reges omnem poteſtatem habuiſſe.* Tacitus III. Hiſt. c. XXVI. hæc explicat, dicens: *nobis Romulus, vt libitum, imperitauerat.* Facit huc etiam DIONYSIVS HALICARN. lib X. ſub initium ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον οἱ βασιλεῖς αὐτῶν ἐτάττοντο τοῖς δεομένοις τὰς δίκας καὶ τὸ δικαιωθὲν ὑπ' ἐκείνων τοῦτο νόμος ἦν. *ſed olim quamdiu regnatum eſt in Vrbe, regum arbitrio lites dirimebantur, & quod iuſtum illi iudicaſſent, id erat pro lege.* Adſentitur VLR. HVBERVS *Digreſſ. Iuſtin. lib. I. c. I.*

*** LIVIVS lib. I. c. VIII. *rebus diuinis rite perpetratis, vocataque ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, præterquam legibus poterat, iura dedit: quæ ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſeipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, quum cetero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit.* Hic locus etiam nos docet, quo tempore Romulus leges ferre cœpiſſet, fratre ſcilicet Remo occiſo, ante raptum Sabinarum.

**** Nou. XLVII. præf. *Aeneas nobis Troianus rex, reipublicæ princeps: & nos quidem Aeneadæ ab illo vocamur, ſiue quis etiam ad ſecunda principia reſpexerit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruſcauit, reges eam conſtituerunt Romulus & Nu-*

Digitized by Google

*& Numa: ille quidem ciuitatem ædificans, hic autem eam legibus ordinans & exornans: ſiue etiam tertia principia ſumat quilibet imperii: Cæſarem & Auguſtum Pium: & ita rempublicam nobis inueniet hanc quæ nunc eſt valentem.* Verum, licet magis circa ordinandam per leges rempublicam fuerit ſollicitus Numa, neque tamen omnes plane Romulo leges erunt abiudicandæ. Nihilo minus ISIDORVS *lib. V. Etym. c. I.* & qui eum ſequitur, GRATIANVS *diſt. VIII. c. I.* idem adſerere non dubitant: *Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Leges Romanis edidit.*

***** CICERO IV. Tuſcul. ab initio: *a primo orbis ortu, regiis inſtitutis, partim etiam legibus, auſpicia, cærimoniæ, comitia, prouocationes.* Aurelius Victor Viris illuſtr. p. 714. *Romulus Vrbem prius legibus, quam mœnibus communiuit.*

****** Has Romuli leges prolixe recenſet DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p. 94.* præmittens: ἀλλ᾽ ὅ τε σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτοῖς ὑπεραχὼν, καὶ τὰ κυριώτατα καταστησάμενος τῶν περὶ τὰ θεῖα νομίμων, Ῥώμυλος ἦν. δοκεῖ δὲ καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας, ᾗ χρώμενοι Ῥωμαῖοι, διεφύλαξαν εὐδαιμονοῦσαν τὴν πόλιν ἐπὶ πολλὰς γενεάς, ἐκεῖνος ἄρξαι. νόμους καλοὺς καὶ συμφέροντας, ἀγράφους μὲν τοὺς πλείστους, ἔστι δ᾽ οὓς καὶ ἐν γράμμασι κειμένους καταστησάμενος· ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους οὐδὲν δέομαι γράφειν, οὓς δὲ πάντων μάλιστα τεθαύμακα, καὶ ἐξ ὧν ὑπείληφα καταφανῆ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς γενέσθαι νομοθεσίαν ὡς αὐστηρὰ καὶ μισοπόνηρος ἦν, καὶ πολλὴν ἔχουσα πρὸς τοὺς ἡρωικοὺς βίους ὁμοιότητα, δι᾽ ὀλίγης ὑπομνήσεως σημανῶ. *ſed ſeminaria & initia, probatiſſimaque de cultu deorum leges, debentur Romulo. Quin & cetera præclara inſtituta, per quæ Romani felicitatem ſuam retinuerunt tot ſeculis, ad illum referenda videntur, vt auctorem legum honeſtarum & vtilium; quarum ſcripta quædam, pleraque ſcriptis mandata non ſunt eas omnes percenſere non eſt opus: præcipuas tantum & admiratione digniſſimas, ex quibus aperte conicere licet de eius viri in ferendis legibus prudentia, quam ſeuerus fuerit, & infenſus vitiis, heroicarumque virtutum æmulus, paucis indicabimus.* Idem quoque ſecundum Dionyſium *lib. II. p. 83.* legibus latis præſcripſit, qua ratione patricii a plebeiis diſtinguerentur, vel vt verbis Halicarnaſſenſis vtamur: ἐνομοθέτει μὲν τοῦτο. Sic etiam LIVIVS lib. I. c. VIII. *Rebus diuinis rite perpetratis, vocataque ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nullare, præterquam legibus poterat, iura dedit.* Plenius de Romuli Legibus egit P. MERVLA *c. II. III. IV.* PIGHIVS *I. Ann. p. 15.*

******* DIONYSIVS HALICARN. *lib. X. ſub initium:* οὔπω γὰρ τότε ἦν οὔτε ἰσονομία παρὰ Ῥωμαίοις, οὔτε ἰσηγορία, οὐδὲ ἐν γραφαῖς ἅπαντα τὰ δίκαια τεταγμένα. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον οἱ βασιλεῖς αὐτῶν ἐτάττοντο τοῖς δεομένοις τὰς δίκας καὶ τὸ δικαιωθὲν ὑπ᾽ ἐκείνων, τοῦτο νόμος ἦν *nondum enim erat apud Romanos ius æquum omnibus ciuibus, nec omnibus ex æquo dicendi poteſtas erat, nec in tabulas relata erant iura omnia: ſed olim quamdiu regnatum eſt in Vrbe, regum arbitrio lites dirimebantur; & quod iuſtum illi iudicaſſent, id erat pro lege.*

† DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p. 87.*

†† Sic enim DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p. 118.* LIVIVS *lib. I. c. XVI.*

## §. II.

*Leges Numæ*

Hoc, quod Romulus cœpit, NVMA POMPILIVS, eiusdemque ſucceſſores, promouerunt plurimum. Iſte quidem, relictis Romuli legibus, ea ſaltim addidit, quæ ab ipſo prætermiſſa, * non PONTIFICIVM ſolum IVS publicauit, quo ſacra & cæremonias ſacrorum ordinauit, ſacerdotum claſſes inſtituit, idemque Pontificium dictum, eo quod ſub directione eſſet Summi Pontificis, * ſed etiam Leges tulit, quæ Gentium potiſſimum Iura conſtituunt. Feciales enim ordinauit, ne bellis deeſſet iuſtitia, lege de terminandis prædiis cauit, vt contenti ciues propriis, aliena non concupiſcerent, fidem publicam introduxit, funerum ſumtus prohibuit, & Dionyſio Halicarnaſſenſe teſte, multa alia tulit egregie. ** Suis autem Legibus vt auctoritatem conciliaret, ſibi cum Dea Egeria congreſſus nocturnos eſſe ſimulauit. ****

*Ius Pontificium*

* Sic enim TACITVS III. Ann. c. XXVI. *Numa religionibus & iure diuino populum deuinxit, repertaque quædam a Tullo & Anco. ſed præcipuus Ser. Tullius ſanctor legum fuit, queis etiam Reges obtemperarent.* POMPONIVS: *Leges quaſdam & Romulus curiatas ad populum tulit, tulerunt & ſequentes reges.*

** DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p.* 123. ἁρμοσάμενος δὲ τὸ πλῆθος ἅπαν, ὥσπερ ὄργανον, πρὸς ἕνα τὸν τοῦ κοινοῦ συμφέροντος λογισμὸν, καὶ τῆς πόλεως τὸν περίβολον αὐξήσας τῷ κυρίνῳ λόφῳ· τέως γὰρ ἔτι ἀτείχιστος ἦν. τότε ἄλλων πολιτεύματα ἥπτετο, δύο ταῦτα πραγματευόμενος, οἷς κοσμηθεῖσαν ὑπελάμβανεν αὐτὴν πόλιν εὐδαίμονα γενήσεσθαι καὶ μεγάλην· Εὐσέβειαν μὲν πρῶτον διδάσκων τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι παντὸς ἀγαθοῦ θεοὶ δοτῆρες εἰσι τῇ θνητῇ φύσει καὶ φύλακες· ἔπειτα δικαιοσύνην δι' ἣν καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἀπέφαινεν ἀγαθὰ καλὰς τὰς ἀπολαύσεις φέροντα τοῖς κτησαμένοις. ἐξ ὧν δὲ διεπράξατο νόμων τε καὶ πολιτευμάτων ἑκάτερον τούτων εἰς μεγάλην ἐπίδοσιν προελθεῖν. ἅπαντα μὲν οὐκ ἀξιῶ γράφειν, τὸ μῆκος ὑφορώμενος τοῦ λόγου, καὶ ἅμα οὐδ' ἀναγκαίαν ὁρῶν τὴν γραφὴν αὐτῶν Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις· αὐτὰ δὲ τὰ κυριώτατα καὶ φανερὰν δυνάμενα ποιῆσαι πᾶσαν τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς περὶ τὰ θεῖα Διακοσμήσεως ποιησάμενος. ὅσα μὲν οὖν ὑπὸ Ῥωμύλου ταχθέντα ἐν ἐθισμοῖς τε καὶ νόμοις παρέλαβεν, ἀπὸ τοῦ κρατίστου τετάχθαι πάντα ἡγησάμενος εἴα κατὰ χώραν μένειν. ὅσα δ' ὑπ' ἐκείνου παραλελεῖφθαι ἐδόκει, ταῦτα προσετίθει, πολλὰ μὲν ἀποδεικνὺς τεμένη τοῖς μήπω τιμῶν τυγχάνουσι θεοῖς, πολλοὺς δὲ βωμοὺς καὶ ναοὺς ἱδρυόμενος, ἑορτάς τε ἑκάστῳ αὐτῶν ἀπονέμων, καὶ τοὺς ἐπιμελησομένους αὐτῶν ἱερεῖς καθιστὰς, ἁγνείας

τε

Digitized by Google

τε καὶ θρησκείας καὶ καθαρμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας θεραπείας καὶ τιμὰς πάνυ πολλὰς νομοθετῶν, ὅσας οὐθ' Ἑλληνὶς οὔτε βάρβαρος ἔχει πόλις, οὐδ' αἱ μέγιστον ἐπ' εὐσεβείᾳ φρονοῦσαί ποτε: *Inſtaurata omnium ordinum concordia, Vt de communi conſilio prouideretur reipublicæ, & Quirinalem collem complexus ampliatis mœnibus, tum demum aliis inſtitutis animum adiecit, duarum rerum inprimis habita ratione, quas exiſtimaret magnopere pertinere ad felicitatem & incrementum ciuitatis. Pietatem ante omnia docuit homines, quod dii mortalibus omnium bonorum auctores ſint & conſeruatores: deinde iuſtitiam, per quam conceſſis diuinitus commodis belle frui liceat. Quorum Vtrunque quibus legibus ac inſtitutis fundauerit & auxerit, prolixum opinor eſſet ſcribere, & parum neceſſarium præſertim in Græca hiſtoria: attingam tamen præcipua quædam capita, Vnde ſatis apparebit illius Viri propoſitum: & a diuini cultus forma faciam initium. Ergo quicquid legum & conſuetudinum a Romulo traditum accepit, immotum reliquit, Velut optime ab auctore conſtitutum. quod ſi quid animaduertit ab illo prætermiſſum, id de ſuo addidit, multas areas iis aſſignans diis, quibus nulli dum honores tributi eſſent, multa etiam templa & aras erigens, attributo cuique numini feſto, & inſtitutis qui ſacra curarent ſacerdotibus, latiſque legibus permultis de caſtimonia, de ceremoniis, luſtrationibus, ceteroque cultu & honore deorum; adeo Vt hac parte longe a tergo relinqueret quamuis ciuitatem, ſiue Græcam ſiue barbaram, quantumuis pietatis nomine celebrem.*

*** DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p.* 124. περιλαβὼν δὲ ἅπασαν τὴν περὶ τὰ θεῖα νομοθεσίαν γραφαῖς, διεῖλεν εἰς ὀκτὼ μοίρας, ὅσαι τῶν ἱερῶν ἦσαν αἱ συμμορίαι. *Porro Numa omnia, quæ ad religiones ac ceremonias pertinent, octo libris iuxta totidem ſacrorum claſſes complexus eſt.* Huius Iuris ſeptem Latini libri A. V. C. 571. in arca lapidea vna cum ipſius Numæ monumento fuerunt reperti, qui tamen cum Q. Petillius animaduertiſſet, pleraque diſſoluendarum religionum eſſe, vel potius, ne diuulgaretur Romanorum religio, iuſſu Senatus in Comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt, ſecundum LIVIVM *lib. XL. c. XXIX.* Octauus igitur ſuperfuiſſe videtur, cuius recondita erat diſciplina, inter Pontificum myſteria ſaltim relata. Memorantur tamen Scriptores Veteres, qui de recondito iſto iure quædam delibarunt. Inter hos M. CATO eſt, quem CICERO de Senectute *cap. XI.* ita inducit loquentem: *Septimus mihi Originum liber eſt in manibus, omnia antiquitatis monuminta colligo: cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes: ius augurum, pontificum, ciuile tracto:* M. Varro Pontificales & antiquitatum diuinarum ſcripſit libros, ex quibus ſua hauſit Auguſtinus *de Ciuitate Dei.* Sic etiam L. CÆSAR Pontificalium libros ſcripſit, teſte Aurelio Victore. FENESTELLÆ Pontificales libros adlegat SENECA *epiſt. CVIII.* Ad hoc Pontificium Ius ſæpius prouocat Cicero, præſertim ſecundo de Legibus, ex quo etiam varia colligi poſſunt fragmenta. Sic etiam pro domo ſua c. XIV. *dixi apud pontifices iſtam adoptionem nullo decreto huius collegii prolatam, contra omne pontificium ius factam.* Idem Tuſc. Quæſt. lib. I. c. XII. *idque cum multis rebus, tum e pontificio iure, & cæremoniis ſepulcrorum intelligi licet.* Ex recentioribus potiſſimum huc faciunt IACOBI GVTHERII *de Veteri Iure Pontificio libri IV. Pariſiis* 1612. 4. & in Tomo Quinto Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani. In his ea quæ ad pontificum curam, officium & dignitatem, templorum conſtitutiones & differentias, ſacrorum atque ſacrificiorum

ritus & cæremonias faciunt, erudite enodat: licet non plane ſine næuis eiusdem eſſe laborem, ipſe Græuius in præfixa præfatione oſtenderit. Virum enim ait, diffuſæ fuiſſe lectionis, ſed, qui nonnunquam non ſatis, quæ legerat, concoxerat, nec ſatis, antequam quæ excerpſerat & obſeruarat, chartis mandaret, expenderat. Pluribus de Scriptoribus iis, qui faciunt ad religionem Romanam egi in Syntagmate Antiquitatum Romanarum capite ſecundo *p.* 189.

**** Hæc plenius illuſtrat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p.* 124. Ex hoc LIPSIVS, aliique Legum Regiarum Scriptores ſua ſumſerunt. MERVLA *c. V. VI.* Reliquiæ eiusdem reperiuntur in *l.* 2. *ff. de Mortuo inferendo:* negat lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur.

***** LIVIVS *lib. I. c. XIX. omnium primum rem ad multitudinem imperitam & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, Deorum metum iniiciendum ratus eſt, qui quum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum Dea Egeria congreſſus nocturnos eſſe: eius ſe monita, quæ acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere, ſacerdotes ſuos cuique Deorum præficere.* Plenius hæc enarrat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p.* 122.

## §. III.

*Leges Tulli Hoſtilii*

TVLLVM æque HOSTILIVM tertium Romanorum Regem, leges Romanis dediſſe, teſtantur antiqui Scriptores, * licet Romulo dicatur fuiſſe ferocior. ** Præcipue vero lex illius de Trigeminis ad pubertatem vsque ex publico alendis, memoratur. *** Auo ſuo Numæ Pompilio perſimilis ANCVS MARCIVS, multa ipſius inſtituta in vſum reuocauit. **** De TARQVINIO PRISCO tacent fere Scriptores, dum vero multa vrbi incrementa dederit, ***** vix eſt, vt ipſi leges quasdam latas denegemus. Memoratur maxime lex populi conſenſu lata, de corona aurea, ſceptro & ſella eburnea, toga picta, tunicata, palmata, paludamento, trabea curuli, annulis, phaleris, & duodecim pro ciuitatum numero faſcibus Regi concedendis. ****** De SERVIO TVLLIO Halicarnasſenſis teſtatur, ipſum leges Romuli & Numæ Pompilii vetuſtate neglectas in vſum reuocaſſe, & nouas tuliſſe alias. ******* Præcipue vero iuris dicundi etiam participem fecit rempublicam, de publicis delictis cognitionem ſibi reſeruando, priuatas autem cauſſas ad alios relegando iudices. Leges etiam tulit, quas tanquam regulam ſequerentur in iudiciis. ******** Idem Legem tulit, ne Patricii plebeios in contractibus circumuenirent, a Tarquinio Superbo poſtmodum ſublatam. Potiſſimum vero Seruii Tullii inſtituta ſunt, Lex † de Paganalibus & Ciuium numero annuatim in cenſum referendo †† Libertinorum Ciuitate ††† & Ciuium circa fœnera libertate †††† de Liberis

*Leges Anci Marcii*

*Leges, Tarquinii Priſci*

Liberis parentes verberantibus, ††††† Contractibus & priuatis iniuriis. †††††† Exinde non ſine ratione dicitur, Romulum ea quæ iuris ſint Naturæ, ordinaſſe, Numam, ea quæ ſunt Iuris Gentium, Seruium Tullium ea quæ ſunt Iuris Ciuilis. *

* DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p.* 93. ἔστι μὲν οὖν ἃ καὶ Νομᾶς Πομπίλιος ὁ μετὰ Ῥωμύλου ἄρξας τῆς πόλεως, κατεστήσατο μνήμης ἄξια καὶ λόγου, περιττὸς τὴν γνώμην ἀνὴρ, καὶ τὰ θεῖα ἐξηγήσασθαι σοφὸς ἐν λόγοις, ὑπὲρ ὧν ὕστερον ἐρῶ. Καὶ Τύλλος Ὁστίλιος ὁ τρίτος ἀπὸ Ῥωμύλου βασιλεύσας, καὶ πάντες οἱ μετ᾽ ἐκεῖνον γενόμενοι βασιλεῖς. *Sunt præterea quæ Numa Pompilius Romuli ſucceſſor memoratu digna inſtituit, vir ſapiens, & rerum diuinarum interpres excellentiſſimus, de quibus dicetur poſtea; ſicut & Tullus Hoſtilius rex tertius, ac deinceps reliqui.*

** LIVIVS *lib. I c. XXII. hic non ſolum proximo regi diſſimilis, ſed ferocior etiam Romulo fuit, tum ætas viresque, tum auita quoque gloria animum ſtimulabat. Seneſcere igitur ciuitatem otio ratus, vndique materiam excitandi belli quærebat.*

*** DIONYSIVS HALICARN. *lib. III. p.* 160. ἔστι δὲ καὶ νόμος παρ᾽ αὐτοῖς δι᾽ ἐκεῖνο κυρωθεὶς τὸ πάθος, ᾧ καὶ εἰς ἐμὲ χρῶνται, τιμὴν καὶ δόξαν ἀθάνατον τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις περιτιθεὶς, ὁ κελεύων οἷς γένωνται τρίδυμοι παῖδες, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρις ἥβης. *Quin & lex ob illum caſum ſancita durat hodieque ad perpetuam illorum iuuenum gloriam, iubens vt quoties naſcentur trigemini, alimenta ex publico vsque ad pubertatem accipiant: Lata autem iſta lex occaſione pugnæ Horatiorum Trigeminorum.*

**** LIVIVS *lib. I. c. XXXII. Numæ Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Marcius erat, qui vt regnare cœpit, & auitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, cætera egregium, ab vna parte haud ſatis proſperum fuerat; aut neglectis religionibus, aut praue cultis; longeque antiquiſſimum ratus, ſacra publica, vt ab Numa inſtituta erant, facere; omnia ea ex commentariis regis pontificem maximum, in album relata, proponere in publico iubet.*

***** DIONYSIVS HALICARN. *lib. III. ineunte.*

****** De hac DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. III. p.* 196. FLORVS *lib. I. c. V. inde faſces, trabea, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta; inde quod aureo curru, quatuor equis triumphatur; toga picta tunicaque palmata; omnia denique decora & inſignia, quibus Imperii dignitas eminet.*

******* Teſtatur de hoc DIONYSIVS HALICARN. *lib. IV. p.* 216. νόμους τε συνέγραφεν ἐκ τῶν ἀρχαίων καὶ παρημελημένων ἀνανεούμενος, οὓς Ῥωμύλος τε εἰσηγήσατο καὶ Νομᾶς Πομπίλιος, οὓς δὲ αὐτὸς καθιστάμενος. Idem *p.* 220. καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν ἱερῶν τούτων οὓς ἔτι διὰ φυλακῆς ἔχουσι Ῥωμαῖοι συνέγραψεν *ſimulque ſacrorum iſtorum leges, quæ nunc quoque ſeruantur conſcripſit.*

******** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS lib. IV. p. 228. ὁ δὲ Τύλλιος οὐκ ἐν μόνοις τούτοις τοῖς πολιτεύμασι δημοτικὸς ὢν ἐδήλωσεν, ἐν οἷς ἐδόκει τῆ

τι

τε τῆς βουλῆς ἐξουσίαν καὶ τὴν τῶν πατρικίων δυναστείαν ἐλαττοῦν ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν ἐμείωσε, τὴν ἡμίσειαν τῆς ἐξουσίας αὐτὸς ἀφελόμενος. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἁπάσας ἀξιούντων ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἄγειν τὰς δίκας, καὶ πάντα τὰ ἐγκλήματα τά τε ἴδια καὶ τὰ κοινὰ πρὸς τὸν ἑαυτῶν τρόπον δικαζόντων, ἐκεῖνος διελὼν ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν τὰ δημόσια, τῶν μὲν εἰς τὸ κοινὸν φερόντων ἀδικημάτων αὐτὸς ἐποιεῖτο τὰς διαγνώσεις τῶν δὲ ἰδιωτικῶν ἰδιώτας ἔταξεν εἶναι δικαστὰς, ὅρους, αὐτοῖς καὶ κανόνας τάξας οὓς αὐτὸς ἔγραψε νόμους. *ceterum Tullius in conſtituenda republica non eo tantum ad plebem fouendam viſus eſt proclinior, quod ſenatus ac patriciorum potentiam moderatus eſt, verum etiam quod de regia poteſtate detraxit dimidium. Cum enim priores reges ad ſe reuocarent iudicia omnium litium, & de omnibus criminibus tam ad priuatas iniurias, quam ad rem publicam pertinentibus ſuo more decernerent, ille ſeparauit hac, laſaque reip. criminum ſe fecit iudicem, priuatarum perſonarum querelas ad alios relegauit iudices, quibus leges a ſe condita ceu limites ac regulas praſcripſit, quas ſequerentur in iudiciis.* Plenius de reliquorum Regum Legibus P. MERVLA c. *VII.*

† DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p.*221. Ταῦτα κατασησάμενος ἐκέλευσεν ἅπαντας Ῥωμαίους ἀπογράφεσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας πρὸς ἀργύριον, ὀμόσαντες τὸν νόμιμον ὅρκον, ἦ μὴν τἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι, πατέρων τε ὧν εἰσι γράφοντας, καὶ ἡλικίαν ἣν ἔχουσι δηλοῦντας, γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὀνομάζοντας, καὶ ἐν τίνι κατοικοῦσιν ἕκαστοι τῆς πόλεως τόπῳ ἢ πάγῳ τῆς χώρας προστιθέντας· τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι· καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε παρὰ Ῥωμαίοις οὗτος ὁ νόμος. *His ita inſtitutis, iuſſit omnes ciues dare nomina, ſuaque bona cenſere, addito iuramento legitimo, ſe vere illa & bona fide æſtimaſſe; adſcriptis etiam ætatis annis, & parentum nominibus, atque adeo coniugum etiam ac liberorum: adhæc quam quisque vrbis regionem quemue agri Romani pagum incoleret: ei qui cenſum neglexiſſet, pœna propoſita, vt bonis in fiſcum redactis, virgis caſus, ſub haſta veniret: diuque lex ea Romanis ſeruata eſt.* Sic etiam FLORVS *lib. I. c. VI. ab hoc populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque collegiis diſtributus: ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, vt omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur; ac ſi maxima ciuitas minima domus diligentia contineretur.* Quam proficuum autem Reip. hoc fuerit inſtitutum LIVIVS docet *lib. I. c. XLII.* dicens: *cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisque munia non viritim, vt ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes centuriasque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum vel bello.*

†† DIONYSIVS HALICARN. *lib. IV. p.* 220. ἵνα δὲ καὶ τούτων πλῆθος μὴ δυσεύρετον ἀλλ᾽ εὐλόγιστον ἦ καὶ φανερὰ, βωμοὺς ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἱδρύσασθαι θεῶν ἐπισκόπων τε καὶ φυλάκων τοῦ πάγου, οὓς ἔταξε θυσίαις κοιναῖς γεραίρειν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἅμα συνερχομένους, ἑορτήν τινα, καὶ ταύτην

ἐν

ἐν ταῖς πάνυ τιμίαν, καταστησάμενος, τὰ καλούμενα παγανάλια· καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν ἱερῶν τούτων, οὓς ἔτι διὰ φυλακῆς ἔχουσι Ῥωμαῖοι, συνέγραψεν. εἰς δὲ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὴν σύνοδον ἅπαντας ἐκέλευσε τοὺς ὁμοπάγους κατὰ κεφαλὴν ὡρισμένον νόμισμά τι συνεισφέρειν, ἕτερόν τι τοὺς ἄνδρας, ἕτερον δέ τι τὰς γυναῖκας, ἄλλο δέ τι τοὺς ἀνήβους, ἐξ οὗ συναριθμηθέντος ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων τοῖς ἱεροῖς φανερὸς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀριθμὸς ἐγένετο κατὰ γένη τε καὶ καθ' ἡλικίας *Vt autem etiam ruſticana multitudinis facilius iniri poſſet numerus, per ſingulos pagos aras iuſſit dedicari diis tutelaribus, quos frequenti cœtu & communibus ſacrificiis quotannis coli volult, inſtituto cum primis religioſo feſto; qua vocant paganalia; ſimulque ſacrorum iſtorum leges, quæ nunc quoque ſeruantur, conſcripſit, ad id ſacrificium eumque conuentum omnes paganos iuſſit in ſingula capita conferre certum numiſmatis genus: ſed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes. quibus nummis per ſacrorum præſides connumeratis, apparebat hominum numerus per ſexus ac ætates diſtinctus.* Pergit deinde, atque ex L. Piſonis Annalibus tradit, qua ratione & vrbanæ multitudinis inire numerum voluerit, iubens, vt in Iunonis Lucinæ ærarium certi pretii nummi pro naſcentibus, in Veneris Libitinæ pro defunctis, in Iuuentutis pro togam virilem ſumentibus, inferrerentur.

††† DIONYSIVS HALICARN. *lib. IV. p.* 226. ὁ δὲ Τύλλιος καὶ τοῖς ἐλευθερουμένοις τῶν θεραπόντων ἐὰν μὴ θέλωσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀπιέναι, μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐκέλευσεν· ἐπιτρέψας γὰρ ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλευθερίαν καὶ τούτοις τιμήσασθαι τὰς οὐσίας, εἰς φυλὰς κατέταξεν αὐτοὺς τὰς κατὰ πόλιν τέτταρας ὑπαρχούσας, ἐν αἷς καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου ταττόμενοι διετέλουν τὸ τῶν ἐξελευθερικῶν φῦλον ὅσον ἂν ᾖ. Καὶ πάντων ἀπέδωκε τῶν κοινῶν αὐτοὺς μετέχειν, ὧν καὶ τοῖς ἄλλοις δημοτικοῖς. *Tullius etiam ſeruis manumisſis, niſi mallent redire in patriam, communicauit ius ciuium: iuſſos enim cum ingenuis bona in cenſum referre, in quatuor vrbanas tribus diſtribuit, in quas & noſtro tempore mos eſt referri quicquid eſt libertini generis. eosque omnium munium, quorum & ceteros plebeios, fecit participes.*

†††† De hac DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 215. huius autem erat tenoris, ne quis ob debitum fœnus in vincula traheretur; neue fœneratoribus ius eſſet in libera corpora, ſed iſti debitorum contenti facultatibus eſſent.

††††† FESTVS voce plorare. *Plorare, flere, inclamare, nunc ſignificat & cum præpoſitione implorare, id eſt, inuocare at apud antiquos plane inclamare. In Regis Romuli, & Tatii legibus: ſi nurus ſacra diuis parentum eſto, & in Serui Tullii hæc eſt: ſi parentem puer verberit, aſt olle ploraſſit parentes, puer diuis parentum ſacer eſto, id eſt clamarit, dixit.*

†††††† Earum mentionem facit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. V. p.* 278. qui eas a Tarquinio Superbo dicit fuiſſe ſublatas, a nouis Coſſ. in vſum reuocatas: de his aliisque Seruii Tullii Legibus plenius egit P. MERVLA *c. VII.*

* Tacitus *Ann. III. c. XXVI. nobis Romulus vt libitum imperitauerat: dein Numa religionibus & diuino iure populum deuinxit, repertaque quædam a Tullo & Anco: ſed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legum fuit, quis etiam Reges obtemperarent.*

B §. IV. Ne-

§. IV.

*de Legibus Curiatis & Centuriatis.* Neque tamen regia ſolum auctoritate Leges fiebant, ſed etiam populi accedente conſenſu. Prout autem iſte, aucta Ciuitate per Romulum in Tribus & Curias, * per Seruium Tullium vero in Centurias eſſet diuiſus, ** pro diuerſo hoc Statu Comitia erant vel curiata, vel centuriata, prout ſecundum curias atque centurias conuenirent. *** *Leges Seruii Tullii* SERVIVS TVLLIVS Curiatis Comitiis derogauit plurimum, & eorum loco centuriata introduxit, quæ vel in Magiſtratibus creandis, legibus ferendis vel abrogandis, pace bellove, locum haberent. **** Per P. Voleronem vero tribunum plebis pro Curiatis, Tributa in Rempublicam introducta fuerunt Comitia, eorumque ea erat differentia, vt Curiata tum demum rata haberentur, ſi re prius in ſenatu agitata, populique calculo per curias adprobata, diuina etiam ſigna atque auſpicia addixiſſent. Tributa vero, etiamſi nec Senatus conſultum præceſſiſſet, nec ſacra vel auſpicia addixiſſent, vna die peragebantur a tribubus. ***** Hinc, dum primitus centuriata Lex ſaltim Cenſoribus ferebatur, reliquis vero patriciis magiſtratibus Curiata, in tantum concidebat Curiatorum Comitiorum auctoritas, vt iſta auſpiciorum ſaltem gratia remanerent ****** quidem, ſed per triginta Lictores adumbrarentur. ******* *Lex Curiata* Curiata tamen Lex Dictatoribus, Conſulibus atque Prætoribus ad Imperium militare obtinendum requirebatur, † nec ſine ea equum adſcendere Dictator vel Conſul valeret. ††

* Hanc in Tribus atque Curias diuiſionem Romulus primus inſtituit, de quo DIONYSIVS HALICARNASSENSIS lib.II. p.82. ἐρῶ δὲ πρῶτον ὑπὲρ τοῦ κόσμου τῆς πολιτείας, ὃν ἐγὼ πάντων ἡγοῦμαι πολιτικῶν κόσμων αὐταρκέστατον ἐν εἰρήνῃ τε καὶ κατὰ πολέμους. ἦν δὲ τοιόσδε· τριχῇ νείμας τὴν πλῆθυν ἅπασαν ἑκάστῳ τῶν μοιρῶν τὸν ἐπιφανέστατον ἐπέστησεν ἡγεμόνα. ἔπειτα τῶν τριῶν πάλιν μοιρῶν ἑκάστην εἰς δέκα μοίρας διελὼν, ἴσους ἡγεμόνας καὶ τούτων ἀπέδειξε τοὺς ἀνδρειοτάτους· ἐκάλει δὲ τὰς μὲν μείζους μοίρας, τρίβους· τὰς δ' ἐλάττους, κουρίας, ὡς καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον βίον ἔτι προσαγορεύονται. εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι γλώττῃ τὰ ὀνόματα ταῦτα μεθερμηνευόμενα, φυλὴ μὲν καὶ τριττὺς ἡ τρίβος. φράτρα δὲ καὶ λόχος, ἡ κουρία. καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ μὲν τὰς τρίβων ἡγεμονίας ἔχοντες, φύλαρχοί τε καὶ τριττύαρχοι, οὓς καλοῦσι Ῥωμαῖοι Τριβούνους· οἱ δὲ ταῖς κουρίαις ἐφεστηκότες, φρατρίαρχοι καὶ λοχαγοὶ, οὓς ἐκεῖνοι Κουρίωνας ὀνομάζουσι. διῄρηντο δὲ καὶ εἰς δεκάδας αἱ φράτραι πρὸς αὐτοῦ, καὶ ἡγεμὼν ἑκάστην ἐκόσμει δεκάδα, Δεκουρίων κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν προσαγορευόμενος. ὡς δὲ διεκρίθησάν τε ἅπαντες,

ἅπαντες, καὶ συνταχθῆναι εἰς φυλὰς καὶ φράτρας, διελὼν τὴν γῆν εἰς τριάκοντα κλήρους ἴσους, ἑκάστῃ φράτρᾳ κλῆρον ἀπέδωκεν ἕνα, ἐξελὼν τὴν ἀρκοῦσαν εἰς ἱερὰ καὶ τεμένη, καί τινα καὶ τῷ κοινῷ γῆν καταλιπών. μία μὲν αὕτη διαίρεσις ὑπὸ Ῥωμύλου τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῆς χώρας, περιέχουσα τὴν κοινὴν καὶ μεγίστην ἰσότητα, τοιάδε τις ἦν *ac primum de concinna reip. forma, quam equidem omnibus ceteris rerumpublicarum conſtitutionibus prafero, ut paci aeque ac bello idoneam, ea ſic ſe habuit: in tres partes diviſa vniverſa multitudine, ſingulis ſingulos prafecit duces praclariſſimos. Deinde vnam quamque rurſum in decem partitus, totidem eis duces prapoſuit, ſingulis ſcilicet fortiſſimum quemque. Harum partium maiores, tribus; minores, curias appellauit, ſicut & hodie vocantur. Graci curias*, φράτρας *ſiue* λόχους; *tribus*, φυλὰς *ſiue* τριττῦς *dicerent; ſicut tribuum prafectos*, φυλάρχους καὶ τριττυάρχους *iidem nominarent, quos Romani tribunos: alteros, curiis prapoſitos*, φρατριάρχους & λοχαγοὺς; *quos Romani curiones appellant. Curia rurſum in decurias ab eo diſtributa ſunt, & ſuus cuique decuria prafuit rector, decurio vernacula lingua dictus. Ita digeſto per tribus atque curias populo, agro quoque in triginta ſortes aquales diuiſo, ſingulas curias ſingulos ſortiri agros iuſſit, exempto prius quantum fanis & templis ſufficeret, & quadam parte qua eſſet iuris publici. atque hac fuit vna diuiſio tam virorum quam agrorum; in qua rex ſummam reip. aqualitatem obſeruaſſe viſus eſt.* FESTVS: *Curia etiam nominantur, in quibus vnius cuiusque partis populi Romani quid geritur; quales ſunt ea in quas populum Romanum Romulus diſtribuit, numero triginta, ut in ſua quisque curia ſacra publica faceret, feriasque obſeruaret, hisque Curiis ſingulis nomina Curiarum Virginum impoſita eſſe dicuntur, quas Virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.* Singulas Tribus harumque nomina prolixe expoſuit ONVPHRIVS PANVINIVS *de Ciuitate Romana c. XLVII. ſqq.*

** DIONYSIVS HALICARN. *lib. IV. p.* 220. *lib. VII. p.* 464. LIVIVS lib. I. c. XLII. *aggrediturque inde pacis longe maximum opus. Vt quemadmodum Numa diuini iuris auctor fuiſſet, ita Seruium conditorem omnis in ciuitate diſcriminis, ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaque aliquid interlucet, poſteri fama ferrent. Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisque munia non viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes, centuriasque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello.*

*** Tria hæc Comitia diſtinguit CICERO *or. de Lege Agraria II. c. X. XI. XII.* GELLIVS *lib. XV. c. XXVII.* ex Lælii Felicis libro ad Q. Mucium: *quum ex generibus hominum ſuffragium feratur, curiata Comitia eſſe. quum ex cenſu & atate, centuriata: quum ex regionibus, & locis tributa.* CAR. SIGONIVS *de antiquo Iure Ciuium Romanorum lib. I. c. XVII.* qui ſic loquitur: *Comitiorum tria genera extiterunt: curiata, centuriata, & tributa. Curiata Romulus; centuriata Ser. Tullius; tributa tribuni plebis in remp. intulerunt. Et curiata quidem dicta ſunt, cum populus in curias; centuriata, cum in tribus deſcriptus ſuffragia iniit.* Singula probe diſtinxit NICOLAVS GRVCHIVS tribus *de Comitiis Romanorum* libris erudite exaratis.

**** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 224. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον ὅτι τριῶν πραγμάτων ὁ δῆμος ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων κύριος ἦν, τῶν μεγίστων τε καὶ ἀναγκαιοτάτων, ἀρχάς ἀποδεῖξαι τάς τε κατὰ πόλιν καὶ

τὰς ἐπὶ στρατοπέδου, καὶ νόμους τοὺς μὲν ἐπικυρῶσαι, τοὺς δὲ ἀνελεῖν, καὶ περὶ πολέμου συνισταμένου τε καὶ καλουμένου διαγνῶναι. τὴν δὲ περὶ τούτων διάσκεψιν καὶ κρίσιν ἐποιεῖτο κατὰ τὰς φράτρας ψηφοφορῶν· καὶ ἦσαν οἱ τὰ ἐλάχιστα κεκτημένοι τοῖς τὰς μεγίστας ἔχουσιν οὐσίας ἰσόψηφοι· ὀλίγων δὲ ὄντων, ὥσπερ εἰκὸς, τῶν πλουσίων, οἱ πένητες ἐν ταῖς ψηφοφορίαις ἐπεκράτουν, μακρῷ πλείους ὄντες ἐκείνων. τοῦτο συνιδὼν ὁ Τύλλιος ἐπὶ τοὺς πλουσίους μετέθηκε τὸ τῶν ψήφων κράτος. ὁπότε γὰρ ἀρχὰς ἀποδεικνύειν, ἢ περὶ νόμου διαγινώσκειν, ἢ πόλεμον ἐκφέρειν δόξειεν αὐτῷ, τὴν λοχῖτιν ἀντὶ τῆς φρατρικῆς συνῆγεν ἐκκλησίαν *dixi vero & antea, quod trium rerum, maximarum illarum & ſumme neceſſariarum penes populum ex priſco inſtituto arbitrium fuerit, creandi magiſtratus tam domi quam militiæ, leges confirmandi vel abrogandi, bellum pacemue decernendi. De his rebus a populo diſceptabatur latis curiatim ſuffragiis; & tantundem valebat pauperrimi quantum ditiſſimi calculus: cumque (vt par eſt) pauci eſſent diuites, pauperes in ferendis ſuffragiis illos numero longe ſuperabant. Quo animadverſo Tullius ad diuites vim ſuffragiorum tranſtulit; quando enim magiſtratus creare, aut de lege cognoſcere aut bellum inferre volebat, pro curiatis centuriata indicebat comitia.*

***** De hoc plenius DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IX. p.* 598. Quænam vero inter Tributa atque Centuriata Comitia fuerit differentia, Idem tradit *lib. XI. p.* 726. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον ὅτι ἐν μὲν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις οἱ δημοτικοὶ καὶ πένητες ἐκράτουν τῶν πατρικίων· ἐν δὲ ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις οἱ πατρίκιοι, παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἐλάττους ὄντες, περιῆσαν τῶν δημοτικῶν, *dictum autem antea quoque in tributis comitiis plebeios & pauperes patriciis fuiſſe potiores: at comitiis centuriatis, patricii tametſi ceteris longe pauciores eſſent, ſuperabant plebeios.* PIGHIVS *Ann. I. p.* 15.

****** CICERO *de Lege Agraria Or. II. c. XI. maiores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt. nam Centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum Curiata ceteris patriciis magiſtratibus: tum iterum de iisdem iudicabatur, vt eſſet reprehendendi poteſtas ſi populum beneficii ſui pæniteret. Nunc, quia prima illa comitia tenetis, centuriata, & tributa: curiata tantum auſpiciorum cauſa remanſerunt.* Exinde Cicero etiam explicari poterit, qui loco modo citato, de ſingulis Magiſtratibus Romanos bis ſententiam dixiſſe, ait, Comitiis Centuriatis & Curiatis, dum iſtis dignitas, his Imperium militare fuerit collatum. Patet hoc etiam ex LIVIO lib. V. c. LII. *Comitia curiata, quæ rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tribunosque militares creatis, vbi auſpicato, niſi vbi adſolent, fieri poſſunt?* Mire tamen iſte Ciceronis locus torſit interpretes, qui, Gruchius potiſſimum atque Sigonius, in eo conueniunt, pro Cenſoribus legendum eſſe Conſulibus, in reliquis vtrique diſcrepant. Gruchius enim *lib III.* de Comitiis *Cap. II.* hunc locum cum GELLIO confert, qui *lib. XIII. c. XV.* ita loquitur: *Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores, hi maiores magiſtratus appellantur. Minoribus creandis magiſtratibus Tributis comitiis magiſtratus, ſed iuſtius Curiata datur lege.* & demum ita concludit: *ex huius quæſtionis explicatione cum his locis Ciceronis & A. Gel. collata perſpicuum eſt, exceptis plebeiis magiſtratibus, Curiatis comitiis cæteros omnes magiſtratus ita creari ſolitos, vt imperium his comitiis non daretur, niſi qui aliis iam comitiis Centuriatis aut Tributis creati eſſent. Id quod in iis ſane*

magi

*magiſtratibus verum eſt, qui populi ſuffragiis creabantur: verum in Dictatore, quem Conſul dicebat, non populus deſignabat, idem dici non poteſt. Nam Curiata lex de eius imperio ferebatur, cum tamen nullis comitiis deſignatus eſſet.* Huic contradixit SIGONIVS *de antiquo Iure Ciuium Romanorum lib. I. c. XVII.* prout in præliminari diſſertatione iamdum §. II. fuit dictum, atque putat, Ciceronem ita eſſe intelligendum, Conſules centuriatis Comitiis fuiſſe creatos, dum cæteri patritii magiſtratus curiatis crearentur. *Quod autem* ait, *bis indicatum eſſe de omnibus magiſtratibus, id non habet eam vim, vt ſignificet, diuerſis comitiis eſſe iudicatum, centuriatis & curiatis: ſed illud vult intelligi, qui magiſtratus centuriatis comitiis creati erant, vt conſules, de his bis centuriatis comitiis eſſe iudicatum: qui curiatis, bis curiatis, vt qui prioribus comitiis aliquem creaſſent, iidem poſterioribus, ſi pœniteret, mutata ſententia, abrogare eundem poſſent.* Defendit tamen ſeſe NICOLAVS GRVCHIVS *reſponſione ad binas Caroli Sigonii reprehenſiones*: vnam, de binis Magiſtratuum comitiis, alteram de Lege Curiata, in qua tamen *p.* 711. ed. Græuianæ mentem ſuam ſic declarat: *neque ego id pro meo agnoſco, quod mihi placere ſcribit Sigonius curiatis comitiis obſoletis, magiſtratus omnes binis item comitiis declaratos, centuriatis & tributis: ſed, cum adhuc iuſta erant curiata comitia, ea in vſu fuiſſe cum centuriatis aut tributis exiſtimo: cum vero adumbrata illa per triginta lictores ſuperfuerunt curiata, illa ipſa dico ad centuriata etiam aut tributa acceſſiſſe*, id quod dicta reſponſione plenius declarat. Contra eum Sigonius poſteriorem emiſit diſputationem, cui Gruchius ſingularem obiecit refutationem, quæ ſingula in Tomo primo Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani reperire licet.

******* CICERO de Lege Agraria Or. II. c. XII. *ſint igitur decemuiri neque viris comitiis, hoc eſt populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atque ad vſurpationem vetuſtatis, per XXX. lictores, auſpiciorum cauſa, adumbratis, conſtituti.* Hinc GRVCHIVS *de Comitiis lib. III. c. III. ex his perſpicuum eſt, tempore Ciceronis Curiatis Comitiis de magiſtratuum imperio habendis, triginta tantum lictores ſuffragium iniuiſſe: cum ante omnes ciues, qui in Curias deſcripti erant, ſoliti eſſent ſuffragium dicere. Quanquam autem Ciceronis ætate, hoc modo lex Curiata ferretur per lictores, de magiſtratuum imperio; ego tamen dubito, an idem fuerit in cæteris curiatis Comitiis, quæ adoptionis aut ſacerdotum cauſſa habebantur.*

† Licet enim quis vel a Conſule Dictator eſſet dictus, vel centuriatis Comitiis Conſul atque Prætor eſſet electus, militari tamen imperio non vtebatur, vsque dum hoc ipſi lege Curiata fuiſſet datum. Sic enim LIVIVS lib. V. c. XLVI. *miſſique Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere: ſeu, quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam: quod nec iniuſſu populi mutari finibus poſſet, nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere; lex curiata lata eſt, dictatorque abſens dictus* lib. IX. c. XXXVIII. *Papirius C. Iunium Bubulcum Magiſtrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captæ vrbis, & Caudinæ pacis: quod vtroque anno eiusdem curia fuerat principium.* Factum autem hoc ob auſpicium militare, quia, vt ante dictum, reliqua Comitia ſine auſpiciis eſſent, curiata ſaltim ob auſpicia remanerent. Plenius hac de re egit CAROLVS SIGONIVS *ſuo de Lege Curiata* Tractatu, quo demum Gruchio reſpondet.

†† LIVIVS *lib. XXIII. c. XII. & dictator M. Iunius Pera, rebus diuinis perfectis latoque, vt ſolet, ad populum, vt equum eſcendere liceret, præter duas vrbanas legiones,*



Digitized by Google

*quæ principio anni a conſulibus conſcripta fuerant, & ſeruorum delectum, cohorteſque ex agro Piceno & Gallico collectas, ad vltimum prope deſperata republica auxilium, quam honeſta vtilibus cedunt, deſcendit.* Rationem huius rei reddit Plutarchus Fabio Maximo p. 175. ὡς οὖν ταῦτ' ἔδοξεν, ἀποδειχθεὶς δικτάτωρ Φάβιος, καὶ ἀποδείξας αὐτὸς ἵππαρχον Λεύκιον Μινούκιον πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατ. ίας. οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατὰ δή τινα νόμον παλαιόν, εἴτε τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ Φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν· εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τἆλλα καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος, ἐστὶν ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτωρα τοῦ δήμου Φαίνεσθαι δεόμενον *Vbi ea ſententia placuit, dicitur Fabius dictator: qui, magiſtro equitum M. Minutio dicto, primum a ſenatu poſtulat, vt ſibi in bello vti equo liceret, quod fas non erat, ſed lege quadam vetere interdixerant, id quod maximum robur ponerent in pedite, & ob id duci cenſerent in acie apud eum permanendum, neque deſerendum hunc, vel quia nimia alioqui & ingens eius imperii poteſtas foret, quod hac re certe vellent, vt populi eſſe indigens videretur.*

## §. V.

*Ius Papyrianum*

Licet autem a Regibus ſolis latæ Leges vna cum ipſorum tollerentur poteſtate, manſerunt tamen non Leges Curiatæ ſolum, ſed etiam illæ, quas de cultu diuino Numa ſtatuerat, vel quæ ad Magiſtratus, populique iura facerent, * quæ Sctis aut Plebiſcitis denuo fuerunt confirmatæ, quas C. Papyrius congeſſit, vnus ex principalibus viris & Summus Pontifex, qui poſt Reges exactos vixit. ** Is liber appellabatur *Ius Ciuile Papyrianum*, non quia Papirius de ſuo quidquam adiecit, ſed quod leges ſine ordine latas in vnum compoſuit. *** Neque tamen Leges iſtæ Regiæ ad Antiquitatis ſaltim notitiam, ſed etiam ad Iuſtinianei Iuris illuſtrationem vna cum iure Romano faciunt. **** Tanto magis, dum in ipſo iure Romano ad easdem quoque prouocetur.

* Leges Numæ de cultu diuino a Numa latas, poſt eiectos Reges minime defiiſſe, patet ex verbis Attici apud CICERONEM II. de LL p. 335. dicentis: *concluſa eſt quidem apte tam magna lex, ſane quam breuiter: &, vt mihi videtur, non multum diſcrepat iſta conſtitutio religionum a legibus Numæ, noſtriſque moribus.* Sic etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. Antiquitatum Romanarum p. 392.* ad legem Romuli prouocat, dicens: ἴστε δή που νόμον ἡμῖν ὑπάρχοντα ἐξ οὗ τὴν δε οἰκοῦμεν τὴν πόλιν, πάντων εἶναι κυρίαν τὴν βουλὴν πλὴν ἀρχὰς ἀποδεῖξαι καὶ νόμους ψηφίσαι, καὶ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, ἢ τὸν συνεστῶτα καταλύσασθαι. *Scitis legem nobis eſſe iam ab vrbe condita, qui omnia ponit in ſenatus poteſtate, præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli inferendi componendique arbitrium.* Sic etiam tribuni conſulari poteſtate creati, poſt vrbem a Gallis Senonibus liberatam,

ſecum-

ſecundum Liuium lib. VI. c. I. *fœdera, leges, inprimis conquiri iuſſerunt.* Varia ex legibus regiis in Decemuirales fuiſſe translatas infra patebit. Plenius hæc explicat SCHVBARTVS *de Fatis Iurisprudentiæ Romanæ Exerc. I. §. XLV. XLVI.*

** Non minor de Papyrii prænomine, quam etiam de tempore, quo vixerit, eſt controuerſia, quam tamen ſatis accurate definit Guilielmus Grotius. Pomponius equidem §. 2. eum vocat Sextum Papyrium, verum ſibi parum conſtans §. 36. dicit: *fuit autem inprimis peritus Publius Papirius, qui leges regias in vnum contulit.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *Antiquit. Roman. lib. III. p.* 178. C. Papirium memorat, ſummum Pontificem, tabulas, in quibus Numæ leges eſſent deſcriptæ, poſt exactos reges, rurſus in publicum vſum reuocaſſe. Ex tempore autem atque ſtatu coniectari licet, vnum eundemque eſſe Papirium. Coraſius equidem duo ipſi tribuit prænomina, Sexti & Publii, vt eadem forſan ratione Caii & Marii addi poſſet, quod tamen contra Romanorum morem eſſe facile adgnoſcit Rupertus, qui etiam cum Cuiacio *p.*62. coniectatur, legendum eſſe; *omnes conſcripta extant in libro ſexto Papyrii*, prouocans ad Codices quosdam manu exaratos, quem ſequi videtur Schubartus *Ex. I. p.* 84. Si autem concedamus, eundem hunc eſſe Papirium ab Halicarnaſſenſi memoratum, patet etiam tempus, quo vixerit, poſt reges exactos, & licet Pomponius Tarquinium Superbum Demarati Corinthii filium faciat, quod Tarquinio Priſco potius conuenit, fuit tamen eius vel nepos, vel pronepos, qui apud Iureconſultos ſub filiorum etiam veniunt adpellatione. De eo dubium adhuc ſupereſt, an hic Papyrius idem cum Manio Papyrio Patricio, quem Dionyſius Halicarnaſſenſis *lib. V. p.* 278. factum fuiſſe Regem Sacrorum dicit. Bernardinus equidem Rutilius & Franciſcus Hottomannus eundem eſſe putant. Verum, non ſine ratione eosdem diſtinguit Guilielmus Grotius, dum alterum dicat ſummum Pontificatum geſſiſſe, Manium vero Regem ſacrorum primum fuiſſe electum. Licet autem vno eodemque tempore vixerint, diſtinctas tamen fuiſſe perſonas, vel ex eo patet, quod Sacrorum Rex Pontifici maximo fuiſſet ſubiectus, prout Liuius nos docet *lib. II. c. II.* Halicarnaſſenſis, *lib. IV. p.* 269. vti etiam demonſtraui in Syntagmate Antiquitatum Romanarum *cap. XII. p.* 594.

*** Sic Pomponius dicto §. 2: Commentatus in illud fuit Granius Flaccius, prout iamdum in diſſertatione procemiali *§. VIII.* fuit dictum.

**** VDALRICVS ZASIVS equidem *ad l.* 1. *π. de Legatis n.*2. Leges Regias nihil vel parum vtilitatis habere dicit in Iure Iuſtinianeo, niſi quod ad explicandam *l. 6. C. de patria poteſtate* Leges Romuli faciant: Verum, licet ad vſum forenſem iſtæ nihil plane conducant, facile tamen crederem, Iuſtinianeum Ius, iis non æque adhibitis, parum rite explicari. Ipſe enim Imp. *l.* 2. *C. de Veteri Iure enucleando* ait: *erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab vrbe condita vsque ad noſtri Imperii tempora, quæ pene in mille & quadringentos annos concurrunt, inteſtinis præliis vacillantem, hocque & in imperiales conſtitutiones extendentem, in vnam reducere conſonantiam.* Si itaque Iuſtinianus ſanctionum ab vrbe condita facit mentionem, certe etiam Regiæ Leges ſub iisdem comprehenduntur. Sic, dum tempore belli Punici tertii Romanus populus Scipioni Conſulatum offerret, & conſules, eo quod iſte nondum legitimæ eſſet ætatis, contradicerent, legem obiicientes, populus ad Romuli Tulliique leges prouocabat, vti APPIANVS auctor eſt in Punicis p. 113. καὶ ἐκεκράγεσαν, ἐκ τῶν Τυλλίου καὶ Ῥωμύλου νόμων τὸν δῆμον εἶναι κύριον τῶν ἀρχαιρεσιῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτῶν νόμων ἀκυροῦν ἢ κυροῦν ὃν θέλοιεν *populus perſtabat in precibus, clami-*

tans

*tans ſe legibus a Tullio Romuloque latis factum comitiorum arbitrum & poſſe leges ad ea pertinentes vel ratas habere vel irritas.* Sic etiam Marcellus Iureconſultus l. 2. π. de Mortuo inferendo: *negât lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur: qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur.* Plenius hac de re SCHVBARTVS *Exerc. I. §. XLVI. XLVII.*

## §. VI.

*Lex Valeria* Præter Legum Regiarum reliquias, atque Curiatas, translata quoque ad Coſſ. fuit Legum ferendarum poteſtas. † Hinc novi Conſules L. Iunius Brutus atque P. Valerius Publicola reuocatis non ſolum prioribus per Tarquinium ſublatis, nouis etiam Legibus latis, populi libertati proſpicere conabantur. * Hic potiſſimum legiſlator popularis dictus, ** ſingulari lege lata, quæ ab eo Valeria dicta, A. V. C. CCXLV. prouocationem conceſſit, a Conſulibus ad populum, & ne magiſtratus ſine populi ſuffragio ſumeretur. *** Hæc lex, cum per decemuiralem poteſtatem fuiſſet euerſa, A. V. C. CCCVI. L. Valerio & M. Horatio Coſſ. fuit reſtituta. **** Demum A. V. C. CCCCLII. M. Valerio Coſ. tertio fuit ſancta. ***** *Leges Sacratæ* Anno decimo ſexto poſt Reges eiectos ****** propter nimiam potentiorum dominationem, populus, facta ſeceſſione, Leges Sacratas ſiue perpetuas, nunquam violandas ſibi conſtituit, duosque Tribunos Conſulari poteſtate ſibi creauit, qui populum ab omni iniuria defenderent. ******* Hi autem Lege Tribunitia leges Regias abrogarunt, niſi quod Iuri Pontificio ſua ſupereſſet auctoritas, & reliquis Legibus quæ Iuri Statuique Romano conuenirent: alias populus incerto magis iure vteretur & conſuetudine idque per quadraginta annos & vltra. ******** Tullii itaque Leges ius priuatum; Valeria & Sacratæ Ius Publicum comprehendebant.

† DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. ineunte* ὡς δὲ ἐπαύσαντο μοναρχούμενοι, τοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ὑπατεύουσιν ἀνέκειτο τά τε ἄλλα τῶν βασιλέων ἔργα, καὶ ἡ τοῦ δικαίου διάγνωσις, καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ὁτουδήτινος, ἐκεῖνοι τὰ δίκαια οἱ διαιροῦντες ἦσαν *translato deinde a regibus ad annuos conſulatus imperio, inter cetera officia regia, iuris quoque reddendi munus ad eos deuenit: ita vt quæcunque de re orta eſſet inter ciues controuerſia, illi de iure reſponderent.*

* LIVIVS *lib. II. c. I.* FLORVS *lib. I. c. IX.* Idem dicit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. V. p.* 278. qui etiam adnectit, qua ratione priores Regum Leges fuerint reuocatæ: τοῦτο δὲ τὸ πολίτευμα καταστησάμενοι, πρόθυμον ἐποίησαν εἰς τὴν διαμονὴν τῶν πραγμάτων τὸν δημότην καὶ ταπεινὸν ὄχλον, ἕτερα ἄλλα τούτοις παραπλήσια οὐκ ὀλίγα. καὶ γὰρ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων

τοὺς

τοὺς ὑπὸ Τυλλίου γραφέντας, φιλανθρώπους καὶ δημοτικοὺς εἶναι δοκοῦντας, οὓς ἅπαντας κατέλυσε Ταρκύνιος, ἀνενεώσαντο· καὶ τὰς θυσίας τάς τε κατὰ πόλιν καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἃς ἐποιοῦντο κοινῇ συνιόντες οἱ δημόται καὶ οἱ φυλέται, πάλιν προσέταξαν ἐπιμελεῖσθαι, ὡς ἐπὶ Τυλλίου συνετελοῦντο· ἐκκλησίαν τε καὶ αὐτοῖς ἀπέδοσαν ὑπὲρ τῶν μεγίστων, καὶ ψῆφον ἐπιφέρειν, καὶ τἄλλα πράττειν ὅσα κατὰ τοὺς προτέρους ἐθισμοὺς ἔπραττον, *Leges enim Tullii de contractibus, humanas admodum, & populares, quas in vniuerſum Tarquinius ſuſtulerat, reuocauerant in vſum: & ſacrificia quæ tam in vrbe quam in agris communi cœtu ab vrbanis & paganis fieri ſolebant, rurſus ea diligentia, qua ſub Tullio iuſſerunt peragi. reddiderunt eis etiam ius comitiorum & ſuffragiorum de rebus maximis; ceteraque omnia iuxta priſcas conſuetudines facere permiſerunt.* Sic etiam TACITVS XI. Ann. p. 231. *quæſtores, ait, regibus etiam tum imperantibus, inſtituti ſunt, quod Lex Curiata oſtendit, a L. Bruto repetita.*

** PLVTARCHVS *Publicola* p. 108. δημοτικὸς γενόμενος νομοθέτης καὶ μέτριος *popularis legislator factus & moderatus.*

*** PLVTARCHVS p. 102. 103. μετὰ δὲ ταῦτα νόμους ἔγραψεν, ὧν μάλιστα μὲν ἰσχυροὺς ἐποίησε τοὺς πολλούς· ὁ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδοὺς· δεύτερος, ὁ τοὺς ἀρχὴν λαβόντας, ἣν ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀποθνήσκειν κελεύων· *Leges ſcripſit, quibus plebem inprimis potentem efficit. altera dedit prouocationem a conſulibus ad plebem: altera iuſſit mori, qui magiſtratum ſine populi ſuffragio ſumſiſſet.* Idem prolixius declarat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. V. p.* 292. LIVIVS lib. II. c. VIII. *lata deinde leges non ſolum, quæ regni ſuſpicione conſulem abſoluerent, ſed quæ adeo in contrarium verterent, vt popularem etiam facerent. Inde cognomen factum Publicolæ eſt. Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniiſſet.* Sic etiam FLORVS lib. I. c. IX. *itaque ſubſtitutus Valerius Poplicola, ex ſummo ſtudio annixus eſt ad augendam liberi populi Maieſtatem. Nam & faſces ei pro concione ſubmiſit, & ius prouocationis aduerſus ipſos dedit. Et ne ſpecie arcis offenderet, eminentes ædes ſuas in plana ſubmiſit.* Agit de hoc etiam POMPONIVS l. 2. §. 16. de Or. Iuris *exactis deinde Regibus, Conſules conſtituti ſunt duo: penes quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. Dicti ſunt ab eo quod plurimum Reip. conſulerent: qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, neue poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi: ſolum relictum eſt illis, vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci iuberent.* VALERIVS MAXIMVS *lib. IV. c. I. n.* I. Exemplum prouocationis nobis refert LIVIVS lib. II. c. LV. *his vocibus alii alios quum incitaſſent, ad Voleronem Publilium de plebe hominem quia quod ordines duxiſſet, negaret ſe militem fieri debere, lictor miſſus eſt a conſulibus. Volero appellat tribunos. Quum auxilio nemo eſſet, conſules ſpoliari hominem, & virgas expediri iubent: Prouoco, inquit, ad populum, Volero; quoniam tribuni ciuem Romanorum in conſpectu ſuo virgis cædi malunt, quam ipſi in luto ſuo a vobis trucidari. quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor. Tum Volero, & præualens ipſe, & adiuuantibus aduocatis, repulſo lictore, vbi indignantium pro ſe acerrimus erat clamor, eo ſe in turbam confertiſſimam recipit,*

*clamitans prouoco, & fidem plebis imploro, adeſte ciues, adeſte commilitones! nihil eſt quod exſpectetis tribunos, quibus ipſis veſtro auxilio opus eſt. Concitati homines, veluti ad prælium ſe expediunt: apparebatque omne diſcrimen adeſſe, nihil cuiquam ſanctum, non publici fore, non priuati iuris.*

**** LIVIVS lib. III. c. LV. *de L. Valerio & M. Horatio Coſſ. aliam deinde conſularem legem de prouocatione, vnicum præſidium libertatis, decemuirali poteſtate euerſam, non reſtituunt modo, ſed etiam in poſterum muniunt; ſanciendo nouam legem, ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet. qui creaſſet, eum ius, faſque eſſet occidi: neue ea cædes capitalis noxa haberetur.*

***** LIVIVS lib. X. c. IX. *eodem anno M. Valerius conſul de prouocatione legem tulit, diligentius ſanctam. Tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt, ſemper a familia eadem. Cauſſam renouandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia tamen lex ſola pro tergo ciuium lata videtur: quod graui pœna, ſi quis verberaſſet necaſſetue ciuem Romanum, ſanxit. Valeria lex, quum eum, qui prouocaſſet, virgis cædi ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis aduerſus ea feciſſet, nihil vltra, quam improbe factum, adiecit.*

****** Sic enim LIVIVS lib. II. c. XXIII. *ſed & bellum Volſcum imminebat, & ciuitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter Patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos ob æs alienum. Fremebant, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes, domi a ciuibus captos & oppreſſos eſſe: tutioremque in bello quam in pace, inter hoſtes quam inter ciues libertatem plebis eſſe.* Inde ſequentibus capitibus, præcipue *c. XXXII.* ſeceſſionem plebis in ſacrum montem late deſcribit; de qua etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. p.* 367. plenius agit. Sic etiam Licinius apud LIVIVM *lib. VI. c. XXXVI. an placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius quam ſortem creditam ſoluat, corpus in neruum ac ſupplicia dare: & gregatim quotidie de foro addictos duci, & repleri vinctis nobiles domos? & vbicunque patritius habitet ibi carcerem priuatum eſſe.*

******* LIVIVS lib. II. c. XXXII. *agi deinde de concordia cœptum, conceſſumque in conditiones, vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet; neue cui Patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius & L. Albinius. Hi tres collegas ſibi creauerunt: in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem; de duobus qui fuerint, minus conuenit. Sunt qui duos tantum in ſacro monte creatos tribunos eſſe dicant, ibique ſacratam legem latam.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. pag.* 410. poſtquam prolixius hæc ſcripſiſſet, addit: ὁ δὲ Βροῦτος ἐκκλησίαν συναγαγὼν, συνεβούλευε τοῖς δημόταις ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀποδεῖξαι τὴν ἀρχὴν, νόμῳ τε καὶ ὅρκῳ βεβαιώσαντας αὐτῇ τὸ ἀσφαλές, ἐδόκει ταῦτα πᾶσι, καὶ γράφεται πρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν συναρχόντων ὅδε ὁ νόμος ἐστί. Δήμαρχον ἄκοντα, ὥσπερ ἕνα πολλῶν, μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω δρᾷν μηδὲ μαστιγούτω μηδὲ ἐπιταττέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ, μηδὲ ἀποκτιννύτω, μηδὲ ἀποκτείνειν κελευέτω. ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά· καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων, φόνου καθαρὸς ἔστω. καὶ ἵνα μὴ εἰς τὸ λοιπὸν τῷ δήμῳ ἐξουσία γένηται καταπαῦσαι τόνδε τὸν νόμον, ἀλλ' εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀκίνητος διαμείνῃ, πάντας ἐτάχθη Ῥωμαίους ὀμόσαι

ὀμόσαι καθ᾽ ἱερῶν, ἦ μὴν χρήσεσθαι τῷ νόμῳ καὶ αὐτοὺς καὶ ἐκγόνους τὸν ἀεὶ χρόνον· ἀρά τε τῷ ὅρκῳ προσετέθη, τοῖς μὲν ἐμπεδοῦσι τοὺς θεοὺς τοὺς οὐρανίους ἵλεως εἶναι, καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους· τοῖς δὲ παραβαίνουσιν, ἐναντία καὶ τὰ παρὰ θεῶν γίνεσθαι, καὶ τὰ παρὰ δαιμόνων, ὡς ἄγει τῷ μεγίστῳ ἐνόχοις. ἐκ τούτων κατέστη τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος, τὰ τῶν δημάρχων σώματα ἱερὰ εἶναι καὶ παναγῆ, καὶ μέχρι τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνου διαμένει. *Brutus vero concione aduocata ſuaſit plebi vt eum magiſtratum ſacroſanctum & inuiolabilem eſſe decerneret, lege in hoc lata & iureiurando addito, quo confirmaretur hæc ſecuritas. Placuit hoc omnibus, lexque ab eo & collegis ſcripta eſt hæc. Tribunum inuitum nemo, vt vnum e vulgo, quidquam facere cogito; nec verberato, nec alium verberare iubeto: nec occidito, nec occidere iubeto: Si quis contra fecerit, ſacer eſto; & bona eius Cereri dicata ſunto: & qui eum occiderit, purus a cæde eſto. Et ne in poſterum plebi poteſtas eſſet, abrogare hanc legem, ſed perpetuo maneret immobilis, adacti ſunt omnes ciues iurare per ſacra omnia, vtique lege in ſempiternum vſuros & ſe & poſteros: additaque imprecatio, vt eius obſeruatoribus ſuperi & inferi eſſent propitii: transgreſſoribus vero, a diis & dæmonibus accideret contrarium, tamquam grauiſſimo obſtrictis piaculo. Indeque mos apud Romanos obtinuit, vt tribunorum corpora ſacroſancta ſint; qui manet vsque ad noſtrum ſeculum.* Appianvs Lib. I. Ciu. p. 628. ὃ πρὸς ἐς ἣ τῶν δημάρχων ἔστι κώλυσιν ἁμαρτημάτων καὶ ἐς ἐπικούρησιν τῶν δημοτῶν γενομένη ἱερὰ καὶ ἄσυλος οὖσα τοιάδε ὕβριζε, καὶ τοιάδε ἔπασχεν *ſacroſancta poteſtas tribunitia cohibendis ſceleribus & protegendis plebeiis inuenta, nec iniuriis temperabat, & ipſa ferebat illatas ab aliis.* Quod autem hoc factum XVI. annis poſt exactos Reges patet ex eo, quod Reges A. V. C. 244. fuerint eiecti, cum Tribuni plebis demum a. 260. creati, ſecundum Dionysivm Halicarnassensem *lib. VI. p.* 367.

******** L. 2. ff. §. 3. de Or. Iuris: *Exactis deinde Regibus, lege Tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt: iterumque cœpit populus Romanus incerto magis iure, & conſuetudine ali, quam per latam legem; idque prope viginti annis paſſus eſt.* Multa equidem de hoc loco adhuc eſt controuerſia. Gerhardus Cocceius enim per Legem Tribunitiam intelligit a Tribuno Celerum L. Iunio Bruto latam, cum tempore Regum eiectorum Tribuni nondum fuerint. Aſt, cum Tribunitia Lex de illis ſaltim dicatur, quæ a Tribunis plebis fuerant latæ, & Pomponius non ita intelligendus, quaſi ſtatim poſt eiectos Reges Lex iſta fuiſſet lata, de eadem Pomponium agere haut dubitarem. Nec minor oritur difficultas, quod Pomponius dixerat, populum Romanum iuris hanc incertitudinem prope viginti annis fuiſſe paſſum, cum tamen inter dictam Legem Tribunitiam a. 260. latam atque Leges XII. Tabularum circa a. 300. cœptas, vel quadraginta interceſſerint anni. Verum, vel omnes adgnoſcunt, errorem hic ſubeſſe librarii, qui, vti quidem Gerhardvs Coccejvs autumat, pro LX. ſcripſerit XX, quod etiam contendit Rupertus. Sed cum Pomponius tempus reputet a Lege iſta ſacrata ad LL. XII. Tab. vsque, XL. potius annos ſubſtituendos eſſe crederem. Schvbartvs *Ex. II. §. VIII. & IX.*

## §. VII.

Lata inde A. V. C. CCLXXXII. per Voleronem Publilium *Lex Publilia*



Digitized by Google

de plebe hominem, ſed Tribunum plebis factum, lex Publilia, vt plebeii magiſtratus tributis Comitiis fierent, quibus plurimum derogabatur auctoritati Patriciorum.* Licet multa adhuc eſſet controuerſia, an populus etiam teneretur eiusmodi plebiſcitis, quod demum vt infra dicemus, per legem Horatiam fuit definitum. Dum autem arbitraria nihilominus Conſulum eſſet poteſtas, & Legum ſcientia penes ſolos Patritios,** Terentillus, aliis Terentius Arſa, Tribunus plebis, auctor fuit multitudini, vt crearentur quinque viri, ſcribendis de Imperio conſulari legibus, vti quod populus in ſe ius dederit, eo Conſules vterentur, non libidinem aut licentiam ſuam pro legibus haberent.*** Anno ſequenti, A. V. C. CCXCII. lex Terentilla contradicentibus licet patritiis fuit lata, & numerus eorum, qui legibus ſcribendis deſtinabantur, altero dimidio auctus fuit, vt decemuiri eſſent.****

*Lex Terentilla.*

* Livivs lib. II. c. LVI. *Voleronem amplexa fauore plebs, proximis comitiis, tribunum plebi creat, in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium Conſules habuit, contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni conſulibus permiſſurum tribunatum credebant, poſt publicam cauſam priuato dolore habito, ne verbo quidem violatis conſulibus, rogationem tulit ad populum; vt plebeii magiſtratus tributis comitiis fierent. Haud parua res, ſub titulo prima ſpecie minime atroci, ferebatur; ſed quæ patriciis omnem poteſtatem per clientium ſuffragia creandi quos vellent tribunos, auferret. Huic actioni gratiſſimæ plebi, quum ſumma vi reſiſterent patres; nec, quæ vna vis ad reſiſtendum erat, vt intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut conſulum aut principum adduci poſſet; res tamen ſuo ipſa molimine grauis, certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit.* Hoc etiam negotium latius deducit Dionysivs Halicarnassensis *lib. IX. p.* 598.

** Dionysivs Halicarnassensis *lib. X. ineunte.* ὧν (νόμων) οἱ πατρίκιοι τὴν γνῶσιν εἶχον μόνοι, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ Διατριβάς. οἱ δὲ πολλοὶ ἐμπορευομενοί τε καὶ γεωργοῦντες, διὰ πολλῶν ἡμερῶν εἰς ἄστυ καταβαίνοντες ἐπὶ τὰς ἀγορὰς, ἄπειροι ἔτι ἦσαν *& horum ipſorum ſcientia penes ſolos erat patricios, quod hi ſoli in eius cognitione verſarentur. At promiſcuum vulgus, quod negotiationibus & agriculturæ operam dabat, nec niſi mercatus gratia per interualla in vrbem veniebat, prorſus imperitum erat rerum talium.*

*** Livivs lib. III. c. IX. *ſic res Romana in antiquum ſtatum rediit: ſecundæque belli res extemplo vrbanos motus excitauerunt. C. Terentillus Arſa, tribunus plebis eo anno fuit. Is conſulibus abſentibus ratus locum tribuniciis actionibus datum, per aliquot dies Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus; maxime in conſulare imperium, tanquam nimium, nec tolerabile liberæ ciuitati, inuehebatur: nomine enim tantum minus inuidioſum, re ipſa prope atrocius, quam regium eſſe. Quippe duos pro vno dominos acceptos immoderata, infinita poteſtate: qui ſoluti atque effrenati ipſi, omneis metus legum, omniaque ſupplicia verterent in plebem. Quæ ne æterna illis licentia ſit, legem ſe promulgaturum, vt quinque viri creentur legibus de imperio conſulari ſcribendis.*

*Quod*

*Quod populus in ſe ius dederit, eo conſulem vſurum: non ipſos libidinem ac licentiam ſuam pro lege habituros. Qua promulgata lege, quum timerent patres, ne abſentibus conſulibus iugum acciperent, ſenatus a præfecto vrbis Q. Fabio vocatur.* PIGHIVS *Ann. lib. II. ad a.* 291.

**** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p.* 629. ἄνδρας αἱρεθῆναι δέκα ὑπὸ τοῦ δήμου, συναχθείσης ἀγορᾶς ἐννόμου, τοὺς πρεσβυτάτους τε καὶ φρονίμους, οἷς ἔστι πλείστη πρόνοια τιμῆς καὶ δόξης ἀγαθῆς· τούτους δὲ συγγράψαντας τοὺς ὑπὲρ ἁπάντων νόμους, τῶν τε κοινῶν καὶ τῶν ἰδίων εἰς τὸν δῆμον ἐξενεγκεῖν. τοὺς δὲ συγγραφησομένους ὑπ' αὐτῶν νόμους, κεῖσθαι ἐν ἀγορᾷ, ταῖς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδειχθησομέναις ἀρχαῖς, καὶ τοῖς ἰδιώταις, ὅρους τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων. *Decemuiros legitimis comitiis a populo eligi, qui ætate ac prudentia præſtantes, honoris quoque atque bonæ exiſtimationis rationem haberent maximam, eos viros leges de omnibus negotiis tam priuatis quam publicis conſcribere, & conſcriptas ad populum referre: hasque leges in foro poni. vt quid annuis magiſtratibus & priuatis ciuibus inter ſe iuris eſſet, ceu limites definirent.* Altercationes vero atque turbæ inteſtinæ, quæ exinde inter Senatum Populumque fuerunt ortæ, deſcribuntur a DIONYSIO HALICARNASSENSI *lib. X. p.* 629. & LIVIO *lib. III. c. IX. ſqq.* SCHVBART. *Exerc. II. §. XIV.*

## §. VIII.

Exortis vero in vrbe Romana variis diſſidiis, A. V. C. CCC. T. Romilio ſuaſore factum eſt SCtum, * idque per Plebiſcitum, Sicinio Tribuno plebis auctore, fuit confirmatum, vt Legati mitterentur, qui e Græciæ ciuitatibus Leges peterent. ** Miſſi etiam ad deſcribendas Græcorum Leges Legati tres, Sp. Poſtumius Albus, A. Manlius Vulſo, Seruius Sulpitius Camerinus, qui vtiliores ciuitatum ſingularum & Lacedæmoniorum & Athenienſium potiſſimum Leges deſcriberent. *** Hi, poſtquam inſequenti anno ex Græcia fuiſſent reuerſi, anno CCCII. ex SCto Decemuiri fuerunt creati, atque tribus legatis ſeptem alii fuerunt additi, Legum ferendarum, ceſſantibus interea Magiſtratibus reliquis, & Conſulibus. **** Iſti Leges, tum ex Græcorum Lacedæmoniorum potiſſimum atque Athenienſium, Iure, ***** tum e Legibus Regiis, ****** tum e patriis conſuetudinibus ******* conſcriptas in x. Tabulis propoſuerunt, cuilibet cognoſcendas. Hæ cum ſatis exacte eſſent examinatæ, nemine amplius contradicente, Senatus conſultum de iisdem factum, idque, poſtquam Comitiis centuriatis fuiſſet confirmatum, † leges iſtæ in tabulas eboreas †† fuerunt perſcriptæ, verbis ſatis obſcuris, ††† & pro roſtris propoſitæ, vt poſſent Leges apertius percipi, †††† datumque eſt Decemuiris ius

*Leges XII. Tabularum*



eo an-

eo anno in ciuitate ſummum: vti leges & corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis, ſicut a reliquis magiſtratibus, fieret. ††††† Inſequenti anno CCCIII. Appius Claudius cum Collegis ſuis, cum viderent, Legibus iſtis aliquid deeſſe, duas ad eaſdem Tabulas adiecerunt, †††††† vt exinde orirentur Leges XII. Tabularum, ††††††† quæ fons erant omnis publici, priuatique Romanorum Iuris. ††††††††

* Hoc prolixe narrat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p. 675.* Sed ſcrupulum mouet POMPONIVS l. 2. §. 4. de Orig. Iuris: *& ita ex accidenti appellatæ ſunt Leges Duodecim Tabularum, quarum ferendarum auctorem fuiſſe decemuiris Hermodorum quendam Epheſium, exulantem in Italia quidam retulerunt.* Verum ipſum auctorem fuiſſe legum ferendarum & Cicero tacet & Dionyſius. Hoc tamen ex Cicerone patet, Hermodorum Epheſium per Oſtraciſmum ex Epheſiorum vrbe fuiſſe eiectum, quod ex CICERONIS *Tuſculanarum Quæſtionum lib. V. c. XXXVI.* patet, dum ait: *eſt apud Heraclitum phyſicum de principe Epheſiorum Hermodoro, vniuerſos ait Epheſios eſſe morte multandos, quod cum ciuitate expellerent Hermdorum, ita locuti ſunt, nemo de nobis vnus excellat: ſed, ſi quis exſtiterit alio in loco, & apud alios ſit.* Sed potius Legum Græcarum interpretem Hermodorum facit PLINIVS *rerum naturalium lib. XXXIV. c. V. fuis* (inquit) *& Hermodori Epheſii* (ſtatua) *in Comitio, legum, quas Decemuiri ſcribebant, interpretis, publice dicata.* Prolixius de hoc Hermodoro diſputat SCHVBARTVS *Exerc. II. §. XXXIII. XXXIV.*

** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p. 671. ſqq.*

*** DIONYSIVS HALICARN. *p. 676.* γραφέντος δὲ τοῦ προβουλεύματος, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπικυρώσαντος τοῦ δήμου, πρέσβεις ἀπεδείχθησαν οἱ τοὺς παρ᾽ Ἑλλήνων νόμους ληψόμενοι, Σπόριος Ποστούμιος, καὶ Σερούιος Σουλπίκιος, καὶ Αὖλος Μάνλιος· οἷς τριήρεις τε παρεσκευάσθησαν ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ ἄλλος κόσμος εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἡγεμονίας ἀποχρῶν, καὶ τὸ ἔτος ἐτελεύτα. *S. C. facto & per plebiſcitum confirmato, legati deſignati ſunt qui a Græcis leges peterent, Sp. Poſtumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius. Iis triremes ex ærario inſtructæ ſunt, additusque ceterus ornatus pro maieſtate Rom. Imperii atque ita annus exiit.* Errat igitur Pomponius, dum ait: *poſtea vt diutius hoc fieret, placuit, publica auctoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur Leges a Græcis ciuitatibus.* Nec tamen decem, ſed tres ſaltim viri miſſi fuerunt in Græciam, quibus reuerſis ſeptem alii fuerunt additi, vt Decemuiros conſtituerent. Sic etiam LIVIVS *lib. III. c. XXXI. finem tandem certaminum facerent; ſi plebeiæ leges diſplicerent, at illi communiter legum latores, & ex plebe, & ex Patribus, qui vtriſque vtilia ferrent, quæque æquandæ libertatis eſſent, finerent creari. Rem non aſpernabantur Patres: daturum leges neminem niſi ex Patribus aiebant. Quum de legibus conueniret, de latore tantum diſcreparet; miſſi legati Athenas S. Poſtumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus, iuſſique inclitas leges Solonis deſcribere, & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, mores, iuraque noſcere.* Nugatur hic pro more Accurſius, dum in Gloſſa dicit, quod Græci, exploratum, an Romani digni eſſent legibus, miſerint Romam quendam ſapientem, cui, cum Romam veniſſet, Romani oppoſuerint ſtultum ad

diſpu-

diſputandum cum Græco, vt ſi perderet, tantum deriſio eſſet Græcis. Quodque ſapiens nutu diſputare cœperit, & eleuauerit vnum digitum, vnum Deum ſignificans, ſtultus, credens, quod vellet ipſum vno oculo excæcare, eleuauerit duos cum pollice, quaſi cæcare eum vellet vtroque, Græcus autem crediderit, quod Trinitatem oſtenderet. Item quod Græcus apertam manum oſtenderit, ſignificans, Deo omnia aperta & nuda eſſe; ſtultus autem timens maxillatam ſibi dari, pugnum clauſum quaſi repercuſſurum leuauerit; Græcus intellexerit, Deum omnia claudere palma, & ſic Græcus, credens Romanos dignos eſſe legibus, receſſerit. Subſcribit eidem quidem ROBERTVS MARANTA *de Ordine iudic. p.III. n.20.* & STEPHANVS FORCATVLVS in appendice *Penus Ciuilis*, ſed merito eam reiiciunt. RITTERSHVSIVS *Comment. ad LL. XII. Tabul. prolegom. cap. I. p. 4.* & COCCEIVS *notis ad h. l.*

**** LIVIVS lib. III. c. XXXII. & XXXIII. *Iam redierant legati, cum Atticis legibus, eo intentius inſtabant tribuni, vt tandem ſcribendarum legum initium fieret. Placet creari decemuiros ſine prouocatione, & ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet. Admiſcerenturne plebeii, controuerſia aliquamdiu fuit, poſtremo conceſſum patribus, modo ne lex Iulia de Auentino, aliaque ſacratæ leges abrogarentur. anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab conſulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus ante ad conſules venerat, translato imperio. Minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. Lata enim principia magiſtratus eius nimis luxuriauere, eo citius lapſa res eſt: repetitumque, duobus vti mandaretur conſulum nomen imperiumque. Decemuiri creati Ap. Claudius, T. Genucius, P. Seſtius, L. Veturius, G. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Poſtumius. Claudio & Genucio, quia deſignati conſules in eum annum fuerant, pro honore honor redditus: & Seſtio alteri conſulum prioris anni quod eam rem collega inuito ad Patres retulerat. His proximi legati tres habiti, qui Athenas ierant. Simul vt pro legatione tam longinqua præmio eſſet honos: ſimul peritos legum peregrinarum ad condenda noua iura vſui fore credebant. Supplevere cæteri numerum. Graues quoque ætate electos nouiſſimis ſuffragiis ferunt, quo minus ferociter aliorum ſcitis aduerſarentur. Regimen totius magiſtratus penes Appium erat, fauore plebis, adeoque nouum ſibi ingenium induerat, vt plebicola repente, omnisque aura popularis captator euaderet, pro truci ſæuoque inſectatore plebis. Decimo die ius populo ſinguli reddebant. Eo die penes præfectum iuris faſces duodecim erant: collegis nouem ſinguli accenſi apparebant. & in vnica concordia inter ipſos (qui conſenſus priuatis interdum inutilis eſſet) ſumma aduerſus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo vnius rei notaſſe, ſatis erit: Quum ſine prouocatione eſſent; defoſſo cadauere domi apud P. Seſtium patritiæ gentis virum, inuento, prolatoque in concionem, in re iuxta manifeſta atque atroci, C. Iulius decemuir diem Seſtio dixit; & accuſator ad populum exſtitit, cuius rei iudex legitimus erat: deceſſitque iure ſuo, vt demptum de vi magiſtratus, populi libertati adiiceret.* Idem dicit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p.* 680.

***** Diſquiritur adhuc, vnde Leges ſuas deſcripſerint iſti triumuiri. AVGVSTINVS equidem *Lib. II. de Ciu. Dei c. XVI.* auctor eſt, Romanos Lycurgi leges accipere noluiſſe, eo quod harum primordia ad Apollinem referret. Addit eiusdem interpres Ludouicus Viues, Lacedæmoniorum ingenia bellica cum Romanis minime conueniſſe. Aſt, Dionyſius & Liuius a Græcis leges fuiſſe petitas dicit, Pomponius a Græcis ciuitatibus. Iuſtinianus Imp. §. 10. I. de I. N. & G. *& non ineleganter in duas*

Digitized by Google

*duas ſpecies ius ciuile diſtributum eſſe videtur. Nam origo eius ab inſtitutis duarum ciuitatum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmoniorum, fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro Legibus obſeruabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero ea, quæ in legibus ſcripta deprehendiſſent, cuſtodirent.* Sic etiam VETVS SCHOLIASTES *ad Theophili Inſtitutiones pr. Inſt. de legitima tutela* ad verbum δυοδεκάδελτος νόμος commentatur. ὄνομα νόμου. εἴρηται δὲ δυοδεκάδελτος τούτῳ τῷ τρόπῳ. μετὰ τὸ ἐξελάσαι τοὺς ῥῆγας οἱ Ῥωμαῖοι νόμον ἔθεντο ὥστε καὶ τοὺς νόμους αὐτῶν, μὴ πολιτεύεσθαι. καὶ τοῦτο κ' ἔτη ἐκράτησεν. ἐλθόντες οὖν παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ Λακεδαιμονίοις δέκα ἄνδρες ἔλαβεν τοὺς ἐκεῖθεν νόμους. εἶτα νομίσαντες τούτους ἐλλείπειν. ἦσαν γὰρ ἐν δέκα δέλτοις ἐλεφαντίνοις γραφέντες, ἑτέρους προσεθήκασι δύο. καὶ ἐκ τοῦ συμβάντος ἐκλήθη δυοδεκάδελτος. *Nomen legis. Dicitur vero Lex XII. Tabb. hoc modo: Poſt eiectos Reges Romani legem conſtituebant, quod ipſorum Leges valere non debeant. Hoc itaque per viginti annos durauit. Venientes vero ad Athenienſes & Lacedæmonios decem viri ſumſerunt illic leges. Poſtea in legem ferentes iſtas reliquerunt. Erant autem in decem tabulis eboreis ſcripta reliquas addiderunt aliis duabus, & ex hinc dicuntur LL. XII. Tabb.* Sic etiam a Græciæ Ciuitatibus, quæ erant in Italia leges fuiſſe petitas, ex Romilii oratione diſcimus apud DIONYSIVM *lib. X. p.676.* dum ait: κεφάλαιον δέ ἐστιν ὧν ὑμῖν παραινῶ, πρέσβεις ἑλέσθαι, τοὺς μὲν εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις τὰς ἐν Ἰταλίᾳ, τοὺς δὲ εἰς Ἀθήνας· οἵτινες αἰτησάμενοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τοὺς κρατίστους νόμους καὶ μάλιστα τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττοντας βίοις. *quod vero ſuaſionis meæ caput eſt, cenſeo legatos mittendos partim ad Græcas vrbes quæ ſunt in Italia, partim Athenas; qui petant a Græcis leges optimas, & inſtituto noſtro conuenientiſſimas.* Plenius SCHVBARTVS *Exerc. XIX. ſqq.*

****** IACOBVS CVIACIVS *lib. III. obſ. c. XL.* eiusdemque ſucceſſor in Cathedra GVILIELMVS MARANVS *ad l. 2. π. de O. I. p.*109. 120. rectiſſime docent, Regias leges in tabulas decemuirales fuiſſe transfuſas, quod præter illos Papianus libro ſingulari de adulteriis, tit. IV. apud auctorem collationis. LL. Moſaicarum & Romanarum, ipſeque fons DIONYSIVS Lib. II. Antiquit. p. 97. καταλυθείσης δὲ τῆς μοναρχίας, ὅτε πρῶτον ἔφάνη Ῥωμαίοις πάντας τοὺς πατρικοὺς ἐθισμοὺς τε καὶ νόμους ἅμα τοῖς ἐπεισάκτοις ἐν ἀγορᾷ θεῖναι φανεροὺς ἅπασι τοῖς πολίταις, ἵνα μὴ συμμεταπίπτῃ τὰ κοινὰ δίκαια ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐξουσίαις, οἱ λαβόντες παρὰ τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν τῆς συναγωγῆς τε καὶ ἐπιγραφῆς αὐτῶν δέκα ἄνδρες, ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀνέγραψαν νόμοις. καὶ ἔστιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν λεγομένων δώδεκα δέλτων ἃς ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ. ὅτι δ' οὐχ' οἱ ἄνδρες δέκα, οἱ τριακοσίοις ὕστερον ἔτεσιν ἀποδειχθέντες ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν νόμων, πρῶτοι εἰσηγήσαντο Ῥωμαίοις τὸν νόμον, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ κείμενον παραλαβόντες οὐκ ἐτόλμησαν ἀνελεῖν, ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων καταλαμβάνομεν μάλιστα δ' ἐκ τῶν Νομᾶ Πομπιλίου τοῦ μετὰ Ῥωμύλου ἄρξαντος νόμων *poſt ſubla-*

*ſublatam vero monarchiam, cum primum viſum eſt Romanis patrias conſuetudines legesque omnes vna cum aſcititiis in foro proponere vniuerſis ciuibus, ne ius publicum mutaretur cum poteſtate magiſtratuum, decemuiri qui a populo acceperunt poteſtatem colligendarum legum & conſcribendarum, hanc quoque retulerunt inter ceteras, extatque in duodecim tabularum (vt vocant,) quarta, quas tunc in foro poſuere.* Quod autem non decemuiri, trecenteſimo poſt anno ſcribendis legibus creati, primi hanc legem in remp. Romanam introduxerint, ſed iamdudum receptam non auſi ſint tollere, cum ex aliis multis colligimus, tum præcipue e legibus Numæ Pompilii, ſucceſſoris Romuli. SCHVBARTVS *Exerc. I. §. XLVI.* Addimus GELLIVM *lib. XX. c. I. eas leges quum Sex. Caecilius, inquiſitis, exploratisque multarum vrbium legibus, eleganti atque abſoluta breuitate verborum ſcriptas diceret.* TACITVS Ann. III. c. XXVII. *creati Decemuiri, & accitis quæ vſquam egregia, compoſitæ XII. Tabulæ.*

******* HARMENOPVLVS ἐν προχείρῳ *lib. I. Tit. I. p. 17.* de Collegio Decemuirorum, inprimis Appio, Iuris præfecto ſic loquitur: πρῶτος δὲ Ἄππιος μετὰ ἑτέρων ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν δέκα τὸν ἀριθμὸν συναγαγὼν εἴτι νόμιμον ἦν παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ ἀγράφως, ἢ ἐγγράφως μὲν, ἀσυντάκτως δὲ καὶ σποράδην κείμενον, μετακοσμίσας καὶ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων τοὺς νόμους. *Primus vero Appius poſt reliquos viros ſelectos, quorum decem erant numero, colligens quidquid legale erat apud Romanos, ſiue ſcriptum hoc eſſet, ſiue non ſcriptum, ſine ordine etiam & ſparſim iacens: tranſtulit vero ab Athenienſibus aliisque leges.*

† LIVIVS *lib. III. c. XXXIV. de Decemuiris quum promptum hoc ius velut ex oraculo incorruptum pariter ab his ſummi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum exſpectatione, propoſitis decem tabulis populum ad concionem aduocauerunt, &, quod bonum, fauſtum, felixque reipublicæ, ipſis, liberisque eorum eſſet, ire, & legere leges propoſitas iuſſere. Se, quantum decem hominum ingeniis prouideri potuerit, omnibus ſummis infimisque iura æquaſſe. plus pollere multorum ingenia, conſiliaque. Verſarent in animis ſecum vnamquamque rem, agitarent deinde ſermonibus: atque in medium, quid in quaque re plus minusue eſſet, conferrent. Eas leges habiturum populum Romanum, quas conſenſus omnium, non iuſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſet. Quum ad rumores hominum de vnoquoque legum capite edito, ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt: quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici priuatique iuris.* DIONYSIVS HALICARN. *lib. X. p. 681.* οὗτοι οἱ δέκα ἄνδρες συγγράψαντες νόμους ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν νόμων καὶ παρὰ τῶν σφίσιν αὐτοῖς ἀγράφων ἐθισμῶν, προὔθηκαν ἐν δέκα δέλτοις τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν, πᾶσαν δεχόμενοι ἐπανόρθωσιν ἰδιωτῶν, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν εὐαρέστησιν ἀπευθύνοντες τὰ γραφέντα, καὶ μέχρι πολλοῦ διετέλεσαν ἐν κοινῷ μετὰ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν συνεδρεύοντες, καὶ τὴν ἀκριβεστάτην ποιούμενοι τῆς νομοθεσίας ἐξέτασιν. Ἐπειδὲ δὲ ἀποχρώντως αὐτοῖς ἐφαίνετο τὰ γραφέντα ἔχειν, πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν συναγαγόντες, οὐδενὸς ἔτι μεμφομένου τοῖς νόμοις, προβούλευμα περὶ αὐτῶν

ἐκύρωσαν. ἔπειτα τὸν δῆμον ἐκάλεσαν ἐπὶ τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν, ἱερομνημόνων τε καὶ οἰωνιστῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἱερέων παρόντων, καὶ τὰ θεῖα, ὡς νόμος, ἐξηγησαμένων, ἀνέδωκαν τοῖς λοχαγοῖς τὰς ψήφους. ἐπι κυρώσαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου τοὺς νόμους, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτοὺς, ἐφεξῆς ἔθεσαν ἐν ἀγορᾷ τὸν ἐπιφανέστατον ἐκλεξάμενοι τόπον. *Hi decemuiri leges tum ex Græcorum iure, tum e patriis conſuetudinibus conſcriptas, in decem tabulis propoſuerunt cuilibet cognoſcendas; ferentes admoneri ſe a priuatis hominibus, & ſcripta ſic conformantes vt placerent omnibus: diuque cum optimis quibusque in publico conſederunt, & ſingulas leges ad exquiſitiſſimum examen reuocarunt: Vbi vero viſa ſunt ſat recte habere, primum ſenatu coacto, nemine amplius de vlla lege conquerente, S. C. de eis fecerunt: deinde conuocato ad centuriata comitia populo, pontificibus, auguribus, ceteriſque ſacerdotibus præſentibus, & ſacra de more præeuntibus, calculos dederunt centuriis, tum plebiſcito quoque confirmatas, & in æreas columnas inciſas, vna ſerie propoſuerunt in loco fori maxime conſpicuo.*

†† Sic Pomponius, *quas in tabulas, eboreas perſcriptas pro roſtris compoſuerunt.* Sequitur vetus THEOPHILI SCHOLIASTES ἐν δέκα δέλτοις ἐλιφαντίνοις loco ſuperius adlegato. GOTHOFREDVS hic legit *roboreas*, taleſque vult primum fuiſſe, ſecutus BRODÆVM *IV. Miſc. c. XII.* Adſentitur COCCEIVS & RVPERTVS *ad h. l.* SCALIGER *animaduerſ. ad Melch. Guilandini Papyrum.* CVIACIVS etiam putat fuiſſe tabulas legum primum roboreas, deinde æneas, denique eboreas: Sub roboreis tabulis autem intelliguntur ligneæ, potiſſimum quernæ, prout ex DIONYSIO HALICARNASSENSI patet *lib. III. p.* 178. χάλκεαι γὰρ στῆλαι οὔπω τότε ἦσαν, ἀλλ' ἐν δρυΐναις ἐχαράττοντο σανίσιν οἵ τε νόμοι καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν διαγραφαί. *nondum enim in vſu erant columnæ æreæ: ſed in quernis tabulis incidebantur tam leges, quam ſacrorum ritus:* Retinendam autem priorem lectionem *eboreis*, ex FL. VOPISCI *Tacito c. VIII.* diſcimus, dum ait: *ac ne quis me Græcorum alicui vel Latinorum exiſtimet temere credidiſſe, habet bibliotheca Vlpia in Armario ſexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perſcriptum eſt, cui Tacitus ipſe manu ſua ſubſcripſit. Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur.* Sic etiam *l. 52. π. de legatis* 3. mentio fit Codicum eboreorum. IOSEPHVS SCALIGER equidem ad dictum Vopiſci locum, diſtinguit inter codices eboreos atque elephantinos; illos ex ebore, hos ex elephantorum omentis eſſe vult, ſecundum Iſidorum qui hiſtorias maiori modulo ſcribi ſolitas refert, non tantum in charta aut membranis, ſed etiam omentis elephantinis, quod tamen haut immerito reiicit Salmaſius. Dum igitur S. C. in libris elephantinis fuerint ſcripta, vel picta potius, facile etiam coniicere licet, has leges tabulis eburneis fuiſſe propoſitas. Aſt, ſcrupulum adhuc mouet Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui factum hoc dicit στήλαις χαλκαῖς *tabulis æneis.* Verum, probe diſtinguenda ſunt tempora. Tabulæ iſtæ, antequam publicarentur leges, primum in conſpectu omnium publice fuerunt propoſitæ in ebore, demum L. Valerio & M. Horatio Coſſ. A. V. C. CCCVI. in æs inciſæ, prout ſtatim dicemus, quo ſane opus non fuiſſet, ſi ante iamdum in ære propoſitæ. Licet ERICVS MAVRITIVS *de Libris Iuris communis §. II. III.* eas ſtatim in æs inciſas fuiſſe velit.

††† Patet hoc teſtimonio CICERONIS qui lib. I. de Oratore c. XLIII. *nam,*

*ſine*

*ſiue quem aliena ſtudia delectant, plurima eſt, & in omni iure ciuili, & in pontificum libris, & in XII. tabulis, antiquitatis effigies, quod & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quadam, maiorum conſuetudinem, vitamque declarant.* Idem *II. de LL. c. VII. ſunt certa legum verba, Quincte, neque ita priſca, vt in veteribus his, ſacratisque legibus, & tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulò antiquiora, quam hic ſermo eſt.* Hinc etiam SENECA ep. CXIV. ex *alieno ſeculo petunt verba, tabulas loquentia.* Sic etiam verbis Fauorini loquitur GELLIVS lib. XX. c. I. *non enim minus cupide Tabulas iſtas XII. legi, quam illos decem libros Platonis de Legibus. Sed quadam iſtic eſſe animaduertuntur aut obſcuriſſima, aut dura, aut lenia contra nimis & remiſſa; aut nequaquam ita, vt ſcriptum eſt, conſiſtentia.* Ab hac autem obſcuritatis nota Leges haſce abſoluere conatur Sextus Cæcilius. ISIDORVS IX. Origg. c. IX. *Latinam linguam dicit, quam ſub Latino & regibus Tuſcia ceteri in Latio locuti ſunt, ex quo fuerunt XII. tabula.* Vid. SCHVBARTVS *Ex. II. §. XLIV.* Sic etiam SYMMACHVS *lib. III. ep. XLIV.* Sibario ſcribens, ita exorditur: *Concedo in Leges Tuas &* ἀρχαϊσμὸν *non inuitus affecto.* Subiungit tamen: *ſi tibi vetuſtatis tantus eſt amor, pari ſtudio in verba priſca redeamus quibus Salii canunt, & Augures auem conſulunt, & Decemuiri tabulas condiderunt. Iamdudum his renuntiatum eſt, & ſucceſſio temporum placita priora mutauit.* Hæc tamen Sextus Cæcilius apud GELLIVM *lib. XX. c. I.* hoc modo defendit: *obſcuritates non aſſignemus culpa ſcribentium, ſed inſcientia non aſſequentium. Quamquam hi quoque ipſi, qui qua ſcripta ſunt minus percipiunt, culpa vacant. Nam longa atas verba, atque mores veteres oblitterauit, quibus verbis, moribusque ſententia legum comprehenſa eſt.*

†††† DIONYSIVS HALICARN. *c. l.*

††††† LIVIVS *lib. III. c. XXXII. placet creari Decemuiros ſine prouocatione.*

†††††† LIVIVS *lib. III. c. XXXIV. vulgatus deinde rumor, duas deeſſe tabulas; quibus adiectis, abſolui poſſe velut corpus omnis Romani iuris,* & c. XXXVII. *iam & proceſſerat pars maior anni, & dua tabula legum ad prioris anni decem tabulas erant adiecta.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS lib. X. p. 683. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄππιον τοὺς λοιποὺς συγγράψαντες νόμους ἐν δέλτοις δυσί, καὶ ταύτας ταῖς προτέραις ἐξενεχθείσαις προσέθηκαν. ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπιγαμίας συνάψαι, δι' οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἕτερον, ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς ὁμόνοιαν τὰ ἔθνη γάμων ἐπαλλαγαῖς καὶ οἰκειοτήτων κοινωνίᾳ συγκερασθέντα. *Sed Appius cum collegis ſuis, legibus qua deerant, in duas tabulas ſcriptis, addidit eas decem prioribus: inter quas & hac lex erat, ne patriciis cum plebeiis licita eſſent connubia: non ob aliam, vt ego interpretor cauſſam, quam ne per mutua familiarum connubia atque affinitates coaleſceret inter ordines concordia.*

††††††† Vocatur iſta LEX XII. TABVLARVM Græcis δυοδεκάδελτος, vt ſupra vidimus. Cicero eam abſolute vocat XII, dum II. de Legibus c. XXIII. dicit: *diſcebamus enim pueri XII, vt carmen neceſſarium, quam iam nemo diſcit.* GELLIVS *lib. XX. c. I.* de Legibus Decemuiralibus: *quas Decemuiri, eius rei gratia a populo creati, compoſuerunt, inque duodecim Tabulas conſcripſerunt.* Sic in Iure ſæpius vocatur Lex vipote l. 7. §. 14. ff. de Pactis *nam & de furto paciſci Lex permittit,*

*mittit*, quod ſit Tab. II. & FESTVS *percunctatum patris familiæ nomen ne quis ſervum mitteret, lege ſanctum fuiſſe ait Cato.* Idem eas vocat librum Legum Romanarum, dicens: *Erctum citumque ſit inter cohortes, vt in libris legum Romanarum legitur*, quod ſit tabula V. CICERO *VIII. ad Fam. ep. VII.* prouocat ad vnum & centeſimum Legis caput. Vocatur etiam LEX ANTIQVA *l. 2. §. 1. ff. de noxal. act. & l. un. C. de nudo Iure Quirit. tollendo* LEX ANTIQVISSIMA Nov. *XXII. c. 2.* IVS ANTIQVVM *l. 29. §. 7. de liberis & poſth. hæred.* IVS VETVS *l. 1. ff. de hæred. petit.* THEODORVS MARCILIVS p. 7. etiam Ius Ciuile eas adpellatas fuiſſe contendit, quod tamen nomen ex fori demum diſputationibus & Prudentum auctoritate fuit ortum Vid. etiam CONR. RITTERSHVSIVS *Proleg. c. II.*

††††††††† Miris ſane elogiis leges haſce XII. Tabularum prædicat CICERO dum I. *de Oratore c. XLIII. & XLIV.* ait: *ſiue quis ciuilem ſcientiam contempletur, quam Scæuola non putat oratoris eſſe propriam, ſed cuiusdam ex alio genere prudentiæ, totam hanc deſcriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus, ac partibus, XII. tabulis contineri videbitis: ſiue quem iſta præpotens, & glorioſa philoſophia delectat, (dicam audacius) hosce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui iure ciuili & legibus continentur. Ex his enim & dignitatem maxime expetendam videmus, cum verus, iuſtus, atque honeſtus labor honoribus, præmiis atque ſplendore decoratur: vitia autem hominum, atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exſiliis, morte multantur: & docemur non infinitis, concertationumque plenis diſputationibus, ſed auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines, coërcere omneis cupiditates, noſtra tueri, ab alienis menteis, oculos, manus abſtinere. Fremant omnes licet: dicam quod ſentio, bibliothecas mi hercule omnium philoſophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus ſi quis legum fonteis, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare.* Idem c. LVIII. *vt totum illud vti lingua nuncupaſſet, non in XII. Tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videtur.* LIVIVS *lib. III. c. XXXIV. quum ad rumores hominum de vnoquoque legum capite edito, ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt: qui nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo, fons omneis publici priuatique eſt iuris.* Tacitus equidem lib. III. Ann. c. XXVII. ait: *Pulſo Tarquinio, aduerſum Patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ concordiæ, creatique Decemuiri, & accitis quæ vsquam egregia, compoſitæ duodecim tabulæ, finis æqui iuris, nam ſecutæ leges, etſi aliquando in maleficos ex delicto, ſæpius tamen diſſenſione ordinum & adipiſcendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua, per vim latæ ſunt.* Et licet Tacitus has Leges finem æqui iuris adpellet, eo tamen collimat, quod ad eas, tanquam ad finem, ſeu fontes æquitatis ſit recurrendum, prout etiam VLR. HVBERVS docet *Digreſſ. Iuſtin. lib. I. c. II.* HALICARNASSENSIS lib. XI. p. 725. ἀλλ' ὑπὲρ τῶν Ῥωμαϊκῶν νόμων, οὓς ἐν ταῖς δώδεκα δέλτοις ἀναγεγραμμένους εὕρομεν. οὔτε μηδένα ποιήσασθαι λόγον ἥρμοττεν, οὕτω σεμνῶν ὄντων, καὶ τοσαύτην ἐχόντων διαφορὰν παρὰ τὰς Ἑλληνικὰς νομοθεσίας. οὔτε περαιτέρω τοῦ δέοντος προβαίνειν ἐκμηκύναντες τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν. *ſed de legibus Romanis quas duodecim tabulis inſcriptas reperimus, neque nihil plane dicendum fuit, cum ſint adeo graues & a Græcanica legumlatione tantopere differant; neque vltra modum progrediendum, longiore de eis inſtituta narratione.* DIODORVS SICVLVS lib. XII. p. 87.

ἡ δὲ

ἡ δὲ γραφεῖσα νομοθεσία, βραχέως, καὶ ἀπερίττως συγκειμένη, διέμεινε θαυμαζομένη μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν *Et hæc legum deſcriptio: breuis admodum omniſque apparatus verborum expers, ad noſtram hanc tempeſtatem perdurat.* Iuſtinianus Imp. LL. XII. Tabb. ſæpius commendat, vtpote §. 3. Inſt. de Legit. adgnat. ſucceſſione. *Et hæc quidem Lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem legibus amicam amplexa.* Sic etiam l. 14. C. de legit. hæredibus. *Lege duodecim tabularum bene humano generi proſpectum eſt.* Nou. XXII. c. II. *ſicut & antiquiſſima nobis lex & prima pene reip. Romanorum diſponens ait: dicimus autem duodecim tabularum.* Has etiam leges Cæcilius contra Fauorini iniurias, qui eas tanquam obſcuras atque iniquas reprehendit, multa verborum ambage defendit apud GELLIVM *lib. XX. c. I.* Nec deſunt tamen qui etiam ab Imp. vituperari has LL. XII. Tabb. putent, dum §. 3. *Proœmii Inſtit.* dicat: *vt liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab imperiali ſplendore appetere,* vbi Tabulas haſce notari putant. Verum, quid per antiquas fabulas intelligat Iuſtinianus, probe explicauit Theophilus, qui eadem in linguam ſuam transferens, ita loquitur: τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια, οὐκ ἐξ ἀρχαίων μύθων παραλαμβάνειν· τὰ γὰρ πάλαι μὲν κρατήσαντα, νῦν δὲ τῆς χρήσεως ἐβεβλυμένα ἀναγινώσκοντες, ἐοίκασι τοῖς ἐντυγχάνουσι μύθοις *prima Iuris exordia, non ab antiquis fabulis adſumere (nam qui ea legunt quæ olim obtinebant, & nunc ab vſu reiecta ſunt, ſimiles videntur his qui in fabulas incidêre.* Leges ſcilicet abolitas & vſu obſoletas, ius antiquum, quod ſolemnitatum ſuperfluarum ambagibus erat refertum. Neque huc referri poterit *l. vn. C. de nudo Iure Quiritium tollendo*, vbi *antiquæ ſubtilitatis dicitur ludibrium.* Sed aliam etiam hic ſubtilitatem intelligi patet ex §. 3. Inſt. de legitima adgnat. ſucceſſ. *media autem iurisprudentia, quæ erat quidem Lege duodecim tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas a ſucceſſione adgnatorum repellebat:* Neque huc referendæ erunt *fabulæ iteratæ*, de quibus *l. 1. §. 1. C. de ann. except.* cum ibidem potius de dubiis & contortis cauſidicorum interpretationibus agatur. Neque tamen obſoleuit plane Legum XII. Tabb. vſus, quin potius diuerſimode adhuc renouaretur. Sic enim MACROBIVS *lib. II. c. XIII.* de lege Licinia: *lex vero hæc paucis mutatis in plerisque cum Fannia congruit. In ea enim ferenda, quæſita noua legis auctoritas exoleſcente metu legis antiquioris, ita hercules, vt de ipſis duodecim tabulis factum eſt: quarum vbi contemni antiquitas cœpit, eadem illa quæ illis legibus cauebantur in alia latorum nomina tranſierunt.* Sic prouocatur ad easdem *§. 2. I. de vſucap. & l. 1. §. 1. ff. arb. furt. cæſ.* & præcipue l. 15. C. *de legitim. hered. meminimus antea diuinam nos promulgaſſe conſtitutionem, per quam ad veſtigia legis duodecim tabularum totam progeniem ex legitima ſobole deſcendentem, ſiue maſculinam ſiue fœmininam, legitimo iure hæreditatem adipiſci ſanximus.* MARCILIVS *ad LL. XII. Tabb. ſub initium.* HVBERVS *I. obſerv. c. IV.* SCHVBARTVS *Exerc. II. §. XLIX.* SCIPIO GENTILIS *Parergorum lib. II. c. XXVI.* TACITVS tamen *Ann. III. c. XXVII.* iniurius quodammodo eſt in has Leges, quod anſam dederint reliquis Legibus per vim ferendis dum ait: *Pulſo Tarquinio, aduerſum Patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ concordiæ: creatique Decemuiri, & accitis quæ vſquam egregia, compoſitæ duodecim tabulæ, finis æqui iuris. Nam ſecutæ leges, etſi aliquando in maleficos ex delicto,*

D 3 *ſæpius*

*ſæpius tamen diſſenſione ordinum, & adipiſcendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua, per vim lata ſunt.* Scilicet aliunde petitæ erant Leges, a rebuspublicis Græcorum, quæ democraticæ erant, ideoque ad Statum Romanorum haut ſatis accurate poterant adplicari, prout etiam animaduertit THOMASIVS *de Næuis Iurisprud. Rom.* capite ſecundo. Vid. etiam SCHVBARTVS *Exerc. II. §. XLIII.*

## §. IX.

*Diuiſio Legum XII. Tabularum*

Duodecim hæ Tabulæ totidem comprehendebant Titulos. *Prima* quidem Tabula de in Ius vocando, *Secunda* de Iudiciis & Furtis. *Tertia* de Rebus Creditis. *Quarta* de Iure patrio & iure Connubii. *Quinta* de Hæreditatibus & Tutelis. *Sexta* de Dominio & Poſſeſſione. *Septima* de Delictis. *Octaua* de Iure Prædiorum. *Nona* de Iure Publico. *Decima* de Iure Sacro, ſepulcrorum, cæremoniarum & Iureiurando agebat. *Vndecima* Connubia patriciorum cum plebe prohibebat, & ſimul *Duodecima* ad priores præbet ſupplementum. * In Communi vero triplex iſtæ Ius continebant, Sacrum, priuatum & publicum. **

* Scriptores, qui easdem collegerunt, atque in eas fuerunt commentati, in Prolegomenis indicauimus §. IX. Inter hos primas etiam fert IO. VINCENTIVS GRAVINA in libro ſecundo operis ſui.

** Auſonius *in Grippo de numero ternario* v. 61.

*Ius triplex, tabulæ quod ter ſanxere quaternæ,*
*Sacrum, priuatum, & populi commune quod vſquam eſt.*

Secundum illam triplicem quoque diuiſionem FRANCISCVS HOTTOMANNVS, IO. CRISPINVS & CONRADVS RITTERSHVSIVS Leges haſce fuerunt interpretati.

## §. X.

*Decemuirorum poteſtas abolita*

Dum autem ob herilem nimis Decemuirorum dominatum, iſtorum poteſtas, facto tumultu, a populo aboleretur, Conſules A.V.C. CCCVI. creati fuerunt L. Valerius & M. Horatius,* quorum Conſulatus popularis ſine vlla Patrum iniuria, nec ſine offenſione fuit. Hi etiam omnium primum, quum veluti in controuerſo iure eſſet, tenerenturne Patres plebiſcitis, legem centuriatis Comitiis tulere, vt quod tributim plebs iuſſiſſet, populum teneret. Qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum eſt. ** Hæc LEX dicta fuit HORATIA,*** quæ per Q. Publilium Dictatorem, & ab eo latam LEGEM PVBLILIAM A.V.C. CCCCXIV. fuit confirmata **** & cum plebs tertio A.V.C. CCCCLXVI. in Ianiculum ſeceſſiſſet per Q. Hortenſium Dictatorem renouata, dicta fuit LEX HORTENSIA. ***** Sublata autem licet Decemuirorum poteſtate, dicti tamen Coſſ. priusquam vrbem egrederentur, ad bellum contra Aequos Volſcosque gerendum

*Lex Horatia.* *Lex Publilia.* *Lex Hortenſia.*

dum

dum, leges iſtas Duodecim Tabularum in æs inciſas, in publico propoſuerunt. ****** Harum tamen autoritati per legem Aebutiam vt infra dicemus, plurimum fit derogatum. *******

* De hoc DIONYSIVS HALICARN. *lib. XI.* LIVIVS *lib. III. c. XXXVI. ſqq.*

** LIVIVS *lib. III. c. LV.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. XI. p.* 725. νόμους ἐκύρωσαν ἐν ἐκκλησίαις λοχίτισι. δυσχεραινόντων μὲν τῶν πατρικίων, αἰδουμένων δὲ ἀντιλέγειν· ἄλλους τέ τινας οὓς οὐ δέομαι γράφειν, καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους, ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις *Leges centuriatis Comitiis ſanxerunt, (agre ferentibus quidem patriciis, ſed contradicere verentibus.) tum alias, quas literis mandare non eſt neceſſe, tum eam qua leges a populo tributis comitiis latas, omnibus Quiritibus ex aquo latas eſſe iubet, eandemque vim habere, quam illas, qua centuriatis comitiis ferrentur.* Sic etiam LIVIVS lib. VII. c. XVII. *in ſecundo interregno orta contentio eſt, quod duo patricii conſules creabantur: intercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat in duodecim tabulis legem eſſe, vt quodcunque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius, ratumque eſſet, iuſſum populi & ſuffragia eſſe.*

*** PIGHIVS *Ann. I. p.* 155.

**** PIGHIVS *Ann. I. p.* 312.

***** GELLIVS lib. XV. c. XXVII. *ita ne Leges quidem proprie, ſed plebiſcita appellantur, qua tribunis plebis ferentibus accepta ſunt, quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortenſius Dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebis ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur.* Supplementa Liuiana *lib. XI. c. XXVII.* Sic §. 4. I. de I. N. & G. *ſed & plebiſcita, lege Hortenſia lata, non minus valere quam leges cœperunt.*

****** LIVIVS lib. VIII. c. XII. *Dictatura popularis & orationibus in Patres criminoſis fuit, & quod tres leges ſecundiſſimas plebei, aduerſas nobilitati tulit: vnam, vt plebiſcita omnes Quirites tenerent: alteram, vt legum, qua comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium Patres auctores fierent: tertiam, vt alter vtique ex plebe, quum eo ventum ſit vt vtrumque plebeium conſulem fieri liceret, cenſor crearetur.*

******* LIVIVS *lib. III. c. LVII.* Hæc male intelligens DIODORVS SICVLVS *lib. XII. p.* 87. ſic loquitur: Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Διφίλου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Κάγκον Ὀράτιον καὶ Λεύκιον Οὐαλέριον Τύρπινον. ἐπὶ δὲ τούτων ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς νομοθεσίας διὰ τὴν στάσιν ἀσυντελέστου γενομένης, οἱ ὕπατοι συνετέλεσαν αὐτήν· τῶν γὰρ καλουμένων δώδεκα πινάκων οἱ μὲν δέκα συνετελέσθησαν, τοὺς δ᾽ ὑπολειπομένους δύο ἀνέγραψαν οἱ ὕπατοι, καὶ τελεσθείσης τῆς ὑποκειμένης νομοθεσίας ταύτην εἰς δώδεκα χαλκοῦς πίνακας χαράξαντες οἱ ὕπατοι προσήλωσαν τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις. *Archonte porro Athenis Diphilo Romæ Coſſ. creantur M. Horatius & L. Valerius Politus. Hi leges ſeditione interpellatas tandem pertulerunt. Duodecim enim tabularum (vti vocant) decem ſolummodo, perfecta erant, duas igitur reliquas Coſſ. ſupplevere. Iura igitur populi Rom. ſic abſoluta XII. tabulis annis inciderunt*

Digitized by Google

*runt easque pro curia roſtris adfixere.* Fuiſſe iſtas adhuc Cypriani tempore ſuperſtites ex ipſius *lib. II. ep. II.* patet : *inciſa ſint licet leges XII. Tabularum, & publico are praſixo iura praſcripta, inter leges ipſas delinquitur.* Quod autem Pomponius Leges pro Roſtris fuiſſe propoſitas dicat, cum tamen locus iſte demum A. V. C. ccccxv. ab Antiatium ſpoliis ſic adpellatus fuerit, factum hoc per πρόληψιν.

## §. XI.

*Diſputatio Fori & Interpretatio Prudentum*

His legibus latis licet firmatisque, cœpit DISPVTATIO FORI, & INTERPRETATIO PRVDENTVM, * dum pauciores eſſent leges atque nimis generales, quæ ad ſingula facta adplicari minime poſſent. Iureconſulti igitur & cauſſarum Patroni per forenſes diſputationes atque interpretationes ſuas varios caſus decidere fuerunt conati. Quæ licet ſine ſcripto venire diceretur, ac conſuetudine ſaltim niteretur, tantam tamen auctoritatem habebat, vt etiam ad ius ſcriptum eum referrent Romani. ** Et communi nomine IVS CIVILE adpellabatur, *** quam MEDIAM etiam vocabant IVRISPRVDENTIAM, eo quod media eſſet inter Leges XII. Tabularum atque Conſtitutiones Imperiales. **** Hoc autem Ius Civile poſtquam primum a P. Mucio Pont. Max. decem libris, M. Bruto ſeptem, M. Manilio tribus libris ſparſim fuiſſet collectum, ***** Q. Mutius Scæuola, Publii filius, Pontifex Maximus, primus in vnum corpus & generatim in libros XVIII. redegit, ****** quod poſtea Pomponius libris XXXIX. fuit interpretatus. † Licet his fori diſputationibus magna quoque introduceretur Iuris incertitudo. ††

*Media Iurisprudentia.*

* POMPONIVS l. 2. §. 5. de O. I. *His legibus latis, cœpit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret Prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori. Hac diſputatio, & hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum a Prudentibus propria parte aliqua non appellatur, vt catera partes iuris ſuis nominibus deſignantur datis propriis nominibus cateris partibus, ſed communi nomine appellatur* IVS CIVILE. IACOBVS RÆVARDVS equidem *de auctoritate Prudentium c. XIV.* eam fori diſputationem fuiſſe ait, quando Iurisconſulti a Principibus conſulebantur, & de quæſtione dubia coram eo decertabant. Aſt melius tali modo explicat SCHILTERVS *Exerc. II. §. I. legibus enim latis naturaliter euenire ſolet, vt earum interpretatio de caſibus non expreſſis, deſideret, prudentum auctoritate, neceſſariam eſſe diſputationem fori. Hac diſputatio, & hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum a prudentibus, propria parte aliqua non appellabatur, vt cetera partes iuris ſuis nominibus deſignantur datis propriis nominibus ceteris partibus vt ius ciuile Papirianum, Aelianum, ius pratorium, Ius ciuile Flauianum, ſed communi nomine appellatur ius Ciuile.* Generali tamen notione CICERO ſub Iure Ciuili etiam Leges & SCta comprehendit, dum *Topic. c. VI.* ait: *ſi quis ius ciuile dicet id eſſe, quod in legibus, ſenatusconſultis, rebus iudicatis, iurisperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, aquitate conſiſtat.*

Cum

Digitized by Google

Cum ante c. *II.* dixerat: *Ius Ciuile eſt æquitas conſtituta iis, qui eiusdem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinendas: eius autem æquitatis vtilis eſt cognitio: vtilis eſt ergo iuris ciuilis ſcientia.*

** Sic §. 3. I. de I. N. & G. *conſtat autem ius noſtrum quo vtimur aut ſcripto, aut ſine ſcripto, vt apud Græcos* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, *legum alia ſunt ſcripta, alia non ſcripta. Scriptum autem ius eſt lex, plebiscitum, Senatusconſultum, Principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum.* Idem dicit THEOPHILVS §. 3. h. t. Sic etiam CICERO de Inuentione lib. II. p. 89. *conſuetudinis ius eſſe putatur id, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit.* Vocatur ideo ab Imp. § 1. Inſt. de Bon. poſſ. *Ius Vetus.*

*** THEODORVS equidem MARCILIVS *p.* 7. Leges XII. Tabb. etiam Ius Ciuile fuiſſe adpellatas contendit, & qui eum ſequitur Rittershuſius. Verum, cum & Scriptores, ipſæque Leges Ius Ciuile a LL. XII. Tabb. diſtinguant, potius hoc ex diſputatione fori & auctoritate prudentum ortum, Ius Ciuile dictum fuiſſe putauerim. Sic CICERO diſtinguit III. de Officiis c. XVI. *ac de iure quidem prædiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur, quæ nota eſſent venditori. Nam cum ex XII. tabulis ſatis eſſet cautum ea præſtari, quæ eſſent Lingua nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: a iureconſultis etiam reticentia pœna eſt conſtituta.* Et paullo poſt: *hoc quamquam video propter deprauationem conſuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege ſanciri, aut iure ciuili.* Idem de Oratore lib. I. c. XXXVI. *atqui non defuit illis patronis inquit Craſſus, eloquentia neque dicendi ratio, aut copia, ſed iuris ciuilis prudentia: quod alter plus, lege agendo, petebat, quam quantum lex in XII. tabulis permiſerat.* Inde Tit. Inſt. de legitima patronorum tutela diſtinguitur inter Legem duodecim Tabularum & interpretationem, quæ inſtar Legis eſt. *ex eadem Lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet.* Sic etiam §. 9. I. de hæred. ab inteſtato: *Emancipati autem liberi iure ciuili nihil iuris habent, (neque enim ſui heredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neque vllo alio iure per legem XII. Tabularum vocantur.* Prouocatur ad hoc Ius Ciuile §. 3. *Inſt. de teſtam. ordin.* §. 3. *I. de exher. liber. pr. I. de vſucap. lib. 7. pr. de bonis damnat.* Sic etiam THEOPHILVS *pr. I. de officio Iudicis* diſtinguit inter leges ſcriptas atque auctoritatem prudentum: ἢ τοῖς ἐγγράφοις νόμοις, ἢ τῇ τῶν σοφῶν νομοθεσίᾳ δοκεῖ. CICERO de Oratore lib. I. c. XXXIV. *perdiſcendum ius ciuile, cognoſcendæ leges, percipienda omnis antiquitas, ſenatoria conſuetudo, diſciplina reip. iura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſa imperii cognoſcenda eſt.* Dicebatur etiam moribus, vel conſenſu ius receptum pr. I. de adquiſ. per arrogat. *eſt & alterius generis per vniuerſitatem ſucceſſio, quæ neque lege XII. tabularum, neque prætoris edicto, ſed eo iure, quod conſenſu receptum eſt, introducta eſt.* In l. 8. ff. depoſiti l. 2. de vſuris l. 1. rer. amot. l. 20. de pœnis dicitur: *receptum eſt.*

**** Sic IVSTINIANVS §. 3. *Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* Mediam vocat Iurisprudentiam, quæ erat quidem lege duodecim tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior. Cicero II. de LL. c. XXII. *hoc vero nihil ad pontificium ius, & e medio eſt iure ciuili.* Exemplum eiusmodi fori diſputationis nobis exhibet CICERO lib. I. de Oratore c. LVI. *equidem hoc ſæpe audiui, cum adilutatem P. Craſſus peteret* eum-

*eumque maior natu, etiam conſularis, Ser. Galba aſſectaretur, quod Craſſi filius C. filio ſuo deſpondiſſet, acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ruſticanum: qui cum Craſſum ſeduxiſſet, atque ad eum retuliſſet, reſponſumque ab eo verum magis quam ad ſuam rem accommodatum abſtuliſſet: vt eum triſtem Galba vidit, nomine appellauit, quaſiuitque, qua de re ad Craſſum retuliſſet, ex quo vt audiuit, commotumque vt vidit hominem, ſuſpenſo, inquit, animo, & occupato, Craſſum tibi reſpondiſſe video: deinde ipſum Craſſum manu prehendit: Et, heus, tu, inquit, quid tibi in mentem venit, ita reſpondere? Tum ille fidenter, homo peritiſſimus confirmare, ita ſe rem habere vt reſpondiſſet: nec dubium eſſe poſſe. Galba autem alludens varie, & copioſe multas ſimilitudines afferre, multaque pro æquitate contra ius dicere: atque illum cum differendo par eſſe non poſſet (quamquam fuerit Craſſus in numero diſertorum, ſed par Galbæ nullo modo) ad auctores confugiſſe & id, quod ipſe diceret, & in P. Mucii, fratris ſui libris & in Sex. Aelii Commentariis ſcriptum protuliſſe: ac tamen conceſſiſſe Galbæ diſpenſationem ſibi probabilem & prope veram videri:* de Finibus lib I. c IV. *partus ancillæ ſitne in fructu habendus diſſeretur inter principes ciuitatis P. Scæuolam, M. Manilium ab hisque M. Brutus diſſentiet.* Tale etiam occurrit in l. 78. §. pen. π. de Iure dotium. l. fin. π. pro legato l. 32. π. de O. & A. *poſt magnas varietatis obtinuit. l. 19. ff. de lib. & poſth.* verbis: *& in diſputando adiiciebat* & l. fin. §. 26. de Mun. & honor. *vt Herennius Modeſtinus & notando & diſputando bene & optima ratione decreuit.* Huiusmodi Diſputationum Vlpianum libros decem; Triphonium libros viginti & vnum ſcripſiſſe Iudex Florentinus nos docet. Vid. BOEKELEN *de diuerſis familiis Vet. ICtorum cap. I.* GALVANVS *de vſufructu cap. XLI. n. 3.* Licet aliter, proprio tamen invento mediam conſtituat Iuriſprudentiam VDALRICVS ZASIVS *Comment. ſuper Infort. de legat. p. 279.* dum mediam adpellat eam, quæ Traianum, atque Iuſtinianum Impp. intercedit, & fœturam Iuriſconſultorum, Pauli, Papiniani, Vlpiani comprehendit. Putat equidem cum Hottomanno STRAVCHIVS *diſſ. XI. §. V. ad π.* Mediam Iuriſprudentiam eandem eſſe cum Lege Voconia. Verum, diſtinguit eam Paulus IV. ſent. VIII. a iure Ciuili, dicens: *idque iure ciuili, vel Voconia rogatione videtur effectum.* Immo, lex hæc ſingularis ſaltim erat, de mulierum hæreditatibus, de qua PIGHIVS *Ann. Tom. II. p. 375.* & SIGONIVS *de antiquo Iure Ciuium Romanorum lib. I. c. XII.* De media Iuriſprudentia ſingulari Tractatu egit BARDVLPHVS PRATEIVS, licet næuos potiſſimum Veterum ICtorum inueſtiget, de quo *Tom. I. Obſ. Halenſium Obſ. VIII.*

***** L. 2. §. 39. de Or. Iuris: *poſt hos fuerunt P. Mucius & Brutus & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres, & extant volumina ſcripta Manilii Monumenta.*

****** *L. 2. §. 41. de Or. Iuris* Mutiorum ſtemma nectit POMPONIVS *ad h. l.* Hic tertius dicitur inter ICtos huius nominis, quem a patre Publio & Q. Mutio Augure probe diſtinguendum eſſe docet, de quo CICERO I. de Officiis c XXXII. *quorum vero patres, aut maiores aliqua gloria præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere: vt Q. Mucius P. filius in iure ciuili.* Idem lib. II. c. XIII. *P. Rutilii adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ, & iuris ſcientiæ P. Mucii commendauit domus.* Idem de Oratore lib. I. c. XLV. *eſt enim ſine dubio domus iuriſconſulti, totius oraculum ciuitatis. Teſtis eſt huiusce Qu. Mucii ianua & veſtibulum, quod in eius infirmiſſima valetudine, affectaque iam ætate, mox quotidie frequentia ciuium ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.* Sic Craſſus apud CICERONEM I. de Oratore c. XXXIX. *cum Q. Scæuola,* inquit, *æqualis, & collega meus, homo omnium & diſciplina*

Digitized by Google

*plina iuris eruditiſſimus*, *&* *ingenio*, *prudentiaque acutiſſimus*, *&* *oratione maxime limatus atque ſubtilis*, *atque*, *Vt ego ſoleo dicere*, *iuris peritorum eloquentiſſimus*, *eloquentium iuris peritiſſimus*, *ex ſcripto teſtamentorum iura defenderet &c.* Idem in Bruto c. XXXIX. *ita enim multa tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit*, *Vt hominem acutiſſimum Q. Scæuolam*, *& in iure, in quo illa cauſſa Vertebatur paratiſſimum*, *obrueret argumentorum exemplorumque copia: atque ita tum ab his patronis æqualibus*, *etiam conſularibus*, *cauſſa illa dicta eſt*, *cum Vterque ex contraria parte ius ciuile defenderet*, *Vt eloquentium iurisperitiſſimus Craſſus*, *iurisperitorum eloquentiſſimus Scæuola putaretur. qui quidem cum peracutus eſſet ad excogitandum*, *quid in iure*, *aut in æquo Verum aut eſſet*, *aut non eſſet*, *tum Verbis erat ad rem cum ſumma breuitate mirabiliter aptus.* Idem c.XL. *Craſſus erat elegantium parciſſimus*, *Scæuola parcorum elegantiſſimus.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c.IX. *Mutius iuris ſcientia, quam propria eloquentiæ nomine celebrior fuit.* Sic etiam ille *legum clariſſimus & certiſſimus* Vates laudatus eſt VALERIO MAXIMO *lib. VIII. c. XII.* Plura de eodem habet GVIL. GROTIVS *Vitis ICtorum cap. VIII. p.* 59. GALVANVS *de Vſufructu c. XLI. n.* 3. Supereſt de eo cautio Mutiana de qua *Nov. XXII. c. XLIII.* Vid. FRANCISCI BALDVINI *Iurisprudentia Mutiana.* Quod autem hi Pontifices iuris Ciuilis curam habuerint, ratio erat, quod ipſum Ius Ciuile in Pontificum penetralibus fuiſſet repoſitum, prout infra dicetur. Neque tamen hoc Ius Ciuile Mutianum adhuc ſatis ordinatum fuiſſe ex CICERONIS *lib. I. de Oratore c. XLII.* patet: *ſi enim aut mihi facere licuerit*, *quod iamdiu cogito*, *aut alius quispiam*, *aut me impedito*, *occuparit*, *aut mortuo effecerit*, *Vt primum omne ius ciuile in genera digerat*, *quæ perpauca ſunt*, *deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiusque Vim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebitis*, *magis magnam*, *atque Vberem*, *quam difficilem*, *& obſcuram. Atque interea tamen, dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur, Vel paſſim licet carpentem*, *& colligentem Vndique*, *repleri iuſta iuris ciuilis ſcientia.*

† Prouocatur ad eosdem in Indice Pandectis præfixo. Ex iisdem & quidem libro XXVI. deſumta eſt *l. 7. π. de ſeruit. præd. Vrban.* GROTIVS *cap. VII. p.* 152.

†† *§. 8. I. de I. N. & G.* Iureconſultorum Reſponſa eam auctoritatem tenere dicuntur, vt iudici ab eorum reſponſis recedere haut liceat. GALVANVS *de Vſufructu cap. VI. n.* 6 diſtinguit inter reſponſa prudentum atque interpretationem prudentum: illam dicit partem iuris ſcripti, definire tantum ſpecies, non explicare LL. principaliter, ſed informare iudices, vt ſecundum ius conſtitutum ſententiam dicere poſſent. Hoc tamen tanto minus procedit, quod in dicto paragrapho reſponſa prudentum & iuris interpretationes pro ſynonimis fuerint habita. Magnam autem iuris incertitudinem his fori diſputationibus fuiſſe introductam non ſine ratione contendit THOMASIVS *cap. III.*

## §. XII.

Ex his Legibus eodem fere tempore Actiones, ſiue certæ Formulæ fuerunt compoſitæ, quibus inter ſe homines diſceptarent. *Legis Actiones.* Has Actiones, ne populus prout vellet, inſtitueret,* ſed a Pontifice vel Prætore acciperet,** & quibus diebus agendum, qui faſti adpellabantur, vel potius, vt populum hoc ipſo ſub Magiſtratus arbitrio tenerent, atque vt Cicero loquitur, obtinendæ atque

 augen-

augendæ potentiæ Iureconſultorum cauſſa, certas, ſolennesque eſſe voluerunt, eandemque Iuris partem LEGIS ACTIONES adpellarunt. *** Omnium harum Legum & Interpretandi ſcientia & Actiones, vt eo maiorem illis religionem concitarent, apud Collegium Pontificum erant repoſita, **** qui ſingulis annis alternabant. *****

* *L. 2. §. 6. π. de Or. Iuris* Rationem habet CICERO I. de Oratore c. LXI. dicens: *Veteres illi, qui huic ſcientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ ſuæ cauſa, peruulgari artem ſuam noluerunt.* Facit huc etiam II. de Legibus c. XIX. *ſed iureconſulti ſiue erroris obiiciendi cauſa, quo plura & difficiliora ſcire videantur, ſiue quod ſimilius veri eſt, ignoratione docendi (nam non ſolum ſcire aliquid, artis eſt, ſed quædam ars etiam docendi), ſæpe quod poſitum eſt, in vna cognitione, id in infinita diſpartiuntur: velut in hoc ipſo genere, quam magnum illud Scæuolæ faciunt, pontifices ambo, & iidem Iuris peritiſſimi? at, inquit, Publii filius, ex patre audiui Pontifice, neminem bonum eſſe, niſi qui ius ciuile cognoſſet, totumne? quid ita? quid enim ad pontificem, de iure parietum, aut aquarum, aut vllo omnino? ſi ergo quod cum religione coniunctum eſt, id autem quantulum eſt? de ſacris, credo; de votis, de feriis, de ſepulcris, & ſi quid eiusmodi eſt. Cur igitur hæc tanta facimus, cum cetera perparua ſint?*

** De hoc infra dicendum, vbi de forma Iudiciorum ſermo erit. Putat equidem IACOB RÆVARDVS *ad LL. XII. Tabb. c. VII.* a Decemuirorum ætate penes ſolos Pontifices fuiſſe actionem legis dare, ab his deinde iuris reddendi poteſtatem ad Prætores tranſiiſſe, aſt ſine ratione.

*** *Lege* enim *agere* ſecundum SIGONIVM *lib. I. de Iudiciis c. IX. nihil aliud erat, quam aliquid coram, quæ lege continerentur, apud prætorem, vel apud eum, qui talem iurisdictionem haberet, in iure obire.* Et paullo poſt: *Legis actiones formulæ fuerunt agendi.* Item: *at vero legis actiones dictæ ſunt, quod earum rerum, de quibus Lex XII. Tabb. ſcripta erat priuatim agendarum formulam præſcribebant.* Sic etiam L. 2. §. 12. π. de Or. Iuris *Leges actiones dicuntur, quæ formam agendi continent.* Quandoque tamen lege agere idem erat ac ex præſcripto legis agere. Sic L. vlt. C. de his qui a non domino: *ſi vero iubentibus nobis, quicquam lege actum eſſe doceatur* & L. 123. π. de R. I. *nemo alieno nomine lege agere poteſt* l. 3. π. de Officio Prætoris *qui apud eum egerunt vel lege, vel quo alio iure.* CICERO pro Muræna c. XI. *poſſet agi lege nec ne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia, qui conſulebantur, a quibus etiam dies tanquam a Chaldæis petebantur.* Sic VALERIVS MAXIMVS lib. III c. VIII. de Fuluio Flacco Proconſule, ſæuiente in Senatum Capuanum: *Deligatis,* ait, *ad palum hoſtibus, literas a Patribus Conſcriptis nequicquam Campanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim eas manu, ſicut erant traditæ, repoſuit, ac iuſſo lictore lege agere, tunc demum aperuit, poſtquam eis obtemperari non poterat:* Eodem modo LIVIVS *lib. XXVI. c. XV.* cum eandem hiſtoriam refert: *præconi, ait, imperauit, vt lictorem lege agere iuberet.* Quare etiam Magiſtratus diſtinguebantur in eos apud quos lege agi poterat, atque illos, apud quos lege non poterat agi. vtpote *l. 3. ff de Off. Proconſ.* vbi de Proconſulis legato dicitur: *nec adoptare poteſt, omnino enim non eſt apud eum legis actio.* l. 4. *ff.* de adopt. *Magiſtratum apud quem legis actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare apud ſe poſſe, Neratii ſen-*

Digitized by Google

*ſententia eſt.* & l. 1. ff. de Officio Iuridici *adoptare quis apud Iuridicum poteſt: quia data eſt ei legis actio.* l. 1. C. de adopt. *hi qui in aliena poteſtate ſunt, iuxta ius ciuile non niſi apud eum apud quem plena legis actio eſt, adoptari posſunt. Magiſtratus autem,* inquit Budæus ad l. 4. ff. de adopt. *apud quem legis actio eſt, qui plenam iurisdictionem habet, & ordinariam, apud quem experiri omni actione aduerſus vnumquemque posſumus.* Hinc etiam CICERO pro Roſcio c. VIII. *ſunt iura, ſunt formulæ, de rebus omnibus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ aut in genere actionis erraret.* QVINTILIANVS lib. III. c. VIII. *in omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere?* Atque tales actus dicebantur legitimi *l. 23. π. de R. I.* Plenius de hoc BRISSONIVS Sel. Ant. lib. IV. c. XX. Iac. Ræuardus de auctoritate prudentum cap. II.

**** POMPONIVS c. l. patebit hoc infra ex Flauii hiſtoria, de quo LIVIVS *lib. IX. c. XLVI.* quod ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificum euulgauerit. Hinc etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. ineunte* κομιδῆ γὰρ ὀλίγα τινὰ ἐν ἱεραῖς ἦν βίβλοις ἀποκείμενα ἃ νόμων εἶχε δύναμιν *& perpauca in ſacris libris habebantur, quæ legum vim obtinerent.* Hinc etiam Feſtus Pontificem Maximum vocat *iudicem atque arbitrum rerum diuinarum atque humanarum.* CICERO vero *II. de LL. c. XXI.* de eo fere Pontifices increpat, dicens: *hoc ego loco, multisque aliis quæro a vobis, Scæuola pontifices maximi, & homines, meo quidem iudicio, acutiſſimi, quid ſit, quod ad ius pontificium ciuile appetatis, ciuilis enim iuris ſcientia pontificium quodam modo tollitis, nam ſacra cum pecunia, pontificum auctoritate, nulla lege, coniuncta ſunt. Itaque vſibus tantummodo pontificis eſſet, ſi pontificalis maneret auctoritas, ſed quod idem iuris ciuilis eſt, ſpernitis ac ſcientia illa eluditis.*

***** L. 2. §. 6. de Or. Iuris *omnium tamen harum legum XII. tabularum & interpretandi ſcientia & Actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebabatur, quis quoquo anno præeſſet priuatis, & fere populus annis prope centum hac conſuetudine vſus eſt.*

## §. XIII.

*Ius Flauianum.* Poſtea cum Appius Claudius Coecus * has Legum Actiones in certam formam redegiſſet, Cneius Flauius ſcriba, eius Libertini filius, ſurreptum librum populo tradidit, faſtosque dies, ſiue iudiciales, quibus ius dicere conceſſum erat, quorum notitiam antea ſaltim a Pontificum Collegio petere debebant, populo propoſuit. Hoc munus adeo gratum fuit populo, vt Tribunus plebis fieret, & Aedilis Curulis. Exinde adpellatum fuit IVS FLAVIANVM. ** Iureconſulti autem veriti, ne dierum ratione pervulgata & cognita, ſine ſua opera Lege poſſe agi, nouas quasdam formulas compoſuerunt in vulgus parum notas, vt in omnibus rebus Iureconſulti intereſſent. Augeſcente vero ciuitate, quia deerant quædam genera agendi, poſt aliquod temporis ſpatium *Ius Aelianum.* Sextus Aelius alias actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui adpellatur, *** IVS AELIANVM. ****

* Filius hic erat Appii Claudii Craſſi, abnepos Appii Claudii Decemuiri. Hinc male eum cum Decemuiro confundit GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. II. c. II*, quem ideo probe notauit POMPONIVS *p.* 113. Vtrosque diſtinguit Pomponius *l.* 2. *§.* 36. *ab hoc Ap. Claudius Vnus ex Decemuiris, cuius maximum conſilium in XII. Tabb. ſcribendis fuit. Poſt hunc Ap. Claudius eiusdem generis maximam ſententiam habuit, hic Centemmanus appellatus eſt, Appiam Viam ſtrauit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in Vrbem non recipiendo ſententiam tulit. Hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditum eſt, primum de Vſucapionibus, qui liber non extat:* Aſt GROTIVS *p.* 6. iamdum notauit, corruptum hic Codicem eſſe, cum Centimanorum cognomen Fabiæ gentis fuerit, non Claudiæ, quod etiam adgnouit Rupertus p. 312. Prouocatur ad eundem *l.* 1. *§.* 5. *ff. de poſtulando.*

** Bina ſunt quæ populo publice propoſuit Flauius, Legum actiones & faſtos. *l.* 2. *§.* 7. *ff. de Or. Iuris* LIVIVS lib. IX. c. XLVI. *eodem anno, C. Flauius Cn. filius ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir & facundus, ædilis curulis fuit. Inuenio in quibusdam annalibus; quum appareret ædilibus fierique ſe pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen, quia ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe & iuraſſe, ſe ſcriptum non facturum. quem aliquanto antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius, tribunatu ante geſto, triumuiratibusque: nocturno altero, altero coloniæ deducendæ. Ceterum (id quod haud diſcrepat) contumacia aduerſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certauit. Ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit, faſtosque circa forum in albo propoſuit, vt, quando lege agi poſſet, ſciretur.* Licet autem Liuius hunc C. Flauium dicat, a reliquis tamen adpellatur Cneius. CICERO pro Muræna c. XI. *poſſet agi lege, necne, pauci quondam ſciebant, faſtos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui conſulebantur: a quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis petebantur. Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis cautis iurisconſultis eorum ſapientiam compilarit.* Idem VI. ad Atticum Ep. I. *e quibus vnum* ἱϛορικὸν *requiris de Cn. Flauio. Cn. F. Ille vero ante decemuiros non fuit, quippe qui ædilis curulis fuerit, qui magiſtratus multis annis poſt decemuiros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quod protulit faſtos? occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam, vt dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci ſunt auctores, Cn. Flauium ſcribam, faſtos protuliſſe, actionesque compoſuiſſe: ne me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes.* Idem I. de Oratore c. XLI. *deinde, poſteaquam eſt reditum, expoſitis a Cn. Flauio primum actionibus nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta generatim componerent.* VALERIVS MAXIMVS lib. II. c. I. *ius Ciuile per multa ſecula inter ſacra ceremoniasque deorum immortalium abditum, ſolisque Pontificibus notum, Cn. Flauius, libertino patre genitus, & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curulis, vulgauit, ac faſtos pene toto foro expoſuit.* Dubium equidem videtur, annon Flauius ante Legis actiones iamdum ædilis fuerit, prout THOMASIVS autumat *de Næuis Iurisprud. cap. I. §. XIX.* dum nec ex Liuio hoc pateat, nec Valerio Maximo, potius contrarium adſerunt POMPONIVS & PLINIVS Hiſt Nat. XXXIII. c. I. *frequentior vſus annulorum non ante Cn. Flauium, Annii filium deprehenditur. Hic namque publicatis diebus faſtis, quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appii Cæci ſcriba, cuius hortatu exceperat eos dies, conſultando aſſidue ſagaci ingenio, promulgaverat.*

*veratque, vt ædilis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis ante annis hostis fuiſſet, præteritis C. Petilio & Domitio quorum patres Conſules fuerunt. Additum Flauio, vt ſimul & Tribunus plebis eſſet. Quo facto, tanta Senatus indignatione exarſit, vt annulos ab eo abiectos fuiſſe, in antiquiſſimis reperiatur annalibus.* Sic etiam GELLIVS lib. VI. c. IX. *Cn. Flauius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripta ſeſe abdicaſſe. Isque ædilis Curulis factus eſt.* Extat apud GRVTERVM in Opere Inſcriptionum p. 133. tabula marmorea, quæ ex communi Doctorum opinione hos ipſos Faſtos populo propoſitos comprehendere dicitur. De his SIBRANDVS SICCAMA in Faſtos Kalendares Romanorum, ſub initium.

*** Pergit CICERO pro Muræna c. XI. *itaque irati illi, quod ſunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quasdam compoſuerunt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent.* Hoc SCHVBARTVS *Exerc. II. §. LX.* probe explicans, dicit: *fuit quaſi inter arcana ſacra dominationis, cum paucis communicare menſium ac dierum curſum, vt ex publica temporis ignorantia ſinguli cogerentur venerari ſacerdotes, in foro litigaturi. Ex quo vero patefierent Kalendares faſti, quibus explicarentur vniuerſo populo, quæ tamdiu latuerant recondita, pontifices aliam inſtitere viam, ac præter intercalandi poteſtatem, ſiue arbitrium dies vel eximendi, vel transponendi, formulas quasdam iudiciales excogitarunt, ſine quibus in poſterum actiones inſtitui non poſſent.* Pergit vero CICERO *pro Murana* c. XII. irridens Iureconſultorum loquacitati & fraudibus dicit: *cum hoc fieri belliſſime poſſet:* Fundus Sabinus meus eſt: *immo meus, deinde iudicium noluerunt.* Fundus, *inquit*, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur. *Satis verboſe. cedo quid poſtea?* eum ego ex iure meum eſſe aio. *Quid tum?* inde ego te ex iure manu conſertum voco. *Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebatur, non habibat. Tranſit idem iuriſconſultus tibicinis Latini modo:* vnde tu me, *inquit*, ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco. *Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur,* ei quoque *carmen compoſitum eſt, cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nullo vſui,* vtrisque ſuperſtitibus, præſentibus, iſtam viam dico: ite viam: *Præſto aderat ſapiens ille, qui ire viam doceret:* redite viam. *eodem duce redibant. Hæc iam tum apud illos barbaros, ridicula, credo, videbantur homines, eum recte, atque in loco conſtitiſſent: iuberi abire, vt, vnde abiſſent, eodem ſtatim redirent. Iisdem ineptiis fucata ſunt illa omnia,* quando te in iure conſpicio, *& hæc ſed: anne tu dicis, qui cauſa vindicaueris? quæ dum erant occulta, neceſſario ab eis, qui ea tenebant, petebantur: poſtea vero perunlgata, atque in manibus iactata, & excuſſa, inaniſſima prudentia reperta ſunt: fraudis autem, & ſtultitiæ pleniſſima. Nam cum permulta præclare legibus eſſent conſtituta, ea iureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata ſunt.* Hinc RVPERTVS p. 113. haut male dicit: *ceterum hic notandum, quum totus mundus exerceat hiſtrioniam, tum id ant quos illos ſacerdotes feciſſe ſtrenue:* Quare etiam CICERO I. de Oratore c. LV. *ita & tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi leguleius quidam cautus, & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum.* Plenius has iudiciales formulas exponit SIGONIVS *lib. II. de Iudiciis cap. X. ad XVI.*

**** Verba ſunt POMPONII *c. I.* qui tamen dicit: non poſt multum temporis ſpatium Ius hoc Aelianum Flauianum fuiſſe inſecutum. Vixit enim Appius Claudius Cæcus circa A. V. C. CCCCXLVI. quo Conſul fuit, ſecundum PIGHIVM *Annalibus*

Digitized by Google

*libus Romanis p. I. p.* 372. Aelius autem A. V. C. DLIII. ædilis Curulis factus. Fuit autem hic S. Aelius Q. F. P. N. Pætus Catus, iuris peritiſſimus, prout CICERO nos docet, dum I. de Oratore c. XLV. *itaque, vt apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, miniſtros ſe prabent in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos* πραγματικοὶ *vocantur: ſic in noſtra ciuitate contra ampliſſimus quisque, & clariſſimus vir, vt ille, qui propter hanc iuris ciuilis ſcientiam ſic appellatus a ſummo poëta eſt: Egregie cordatus homo, Catus Aelius Sextus* & c. XLVIII. *ſin autem quæreretur quisnam iuriſconſultus vere nominaretur: eum dicerem, qui legum, & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendum, peritus eſſet, & ex eo genere Sex. Aelium, M. Manilium, P. Mucium nominarem.* Hinc ab eodem II. de LL. c. XXIII. inter Iuris antiqui Interpretes refertur, & *l.* 1. *C. de comm. ſeruo manum.* iuris antiqui conditor dicitur. Plenius de eo agit GROTIVS *lib. I. c. III. §.* 19. 20. Quale tamen hoc ius Aelianum fuerit, non ſatis liquet, dum alii fere Scriptores de eodem taceant. Communis tamen eſt opinio, fuiſſe hoc Tripartitum, de qua POMPONIVS *l.* 2. *§.* 38 *de Or. Iuris* loquitur: *Sextum Aelium etiam Ennius laudauit, & exſtat illius liber, qui inſcribitur Tripertita. qui liber, veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur: quoniam, lege duodecim tabularum præpoſita iungitur interpretatio: dein ſubtexitur legis actio.* De eodem hoc Aelio, & ipſius familia plenius egit Card. NORISIVS *Cenotaphio Piſano diſſ. III. §. IX.*

## §. XIV.

*Ius Ciuile* Neque tamen hæc ad ſingula ſufficiebant, verum ſeneſcente XII. Tabularum Iure, * nouis oborientibus negotiis, nouis Legibus, priores vel illuſtrantibus vel emendantibus, nouum etiam Ius fuit ortum, Ciuile dictum, quod ex Legibus, Plebiscitis, SCtis, & auctoritate prudentum conſtabat. ** *Leges Romanæ.* Leges quidem Romanæ a Magiſtratibus conſenſu populi erant latæ, qui leges ferendi habebant poteſtatem. *** Hæ autem, poſtquam in Comitiis eſſent adprobatæ, promulgabantur & nomen ſortiebantur Legislatoris. **** Easdemque vel ſecundum gentes vel materias diſpertiuntur Scriptores. ***** *Plebiscita.* Plebiscita ſunt, quæ plebs plebeio Magiſtratu interrogante, veluti Tribuno plebis, conſtituerat. ****** Licet igitur conſtituendi modus a lege eſſet diuerſus, poteſtas tamen per legem Publiliam atque Horatiam eadem fere fuit facta, vt, quod tributim, ſiue in Comitiis tributis, plebs iuſſiſſet, populum teneret, ******* & dum patricii adhuc reſiſterent atque dictas leges pene irritas redderent, demum facta a populo noua in *Lex Hortenſia.* montem Ianiculum ſeceſſione, Q. Hortenſius Dictator legem A. V. C. CCCCLXVI. tulit, vt eo iure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. † Aucto vero populo Romano, cum difficile videretur, populum ſemper conuocare, æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli. ††

* Mu-

* Mutatis circumſtantiis, antiquas leges fuiſſe obſoletas, nouas introductas, ſupra iamdum demonſtrauimus *ad §. VIII.*

** L. 7. pr. ff. de I. & I. *Ius autem ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatus conſultis, decretis Principum, auctoritate Prudentum venit.*

*** §. 4. I. de I. N. G. & C. *Lex eſt, quod populus Rom. Senatorio magiſtratu interrogante, (veluti Conſule) conſtituebat.* Proponebantur autem Leges a Magiſtratibus maioribus, Conſule, Dictatore, Cenſore, Prætore, ſolenni prius rogatione, ſub formula Velitis, iubeatis Quirites, ad populum facta, prout infra, vbi de Comitiis Centuriatis ſermo erit, plenius dicendum.

**** Sic lex Horatia dicta, quæ a M. Horatio Barbato Conſule lata, Lex Hortenſia a Q. Hortenſio Dictatore. Inde nomen legis Calpurniæ, Iuliæ & Liciniæ atque ſic porro. In legibus autem Romanis denominandis gentis habebatur ratio, non familiæ.

***** PAVLVS MANVTIVS equidem, & qui eum ſecuti ſunt PAVLVS MERVLA, & IO. VINCENTIVS GRAVINA, Leges Romanas ſecundum materias perſequuntur, vt ſeparatim agerent de Legibus ſacrorum, de Magiſtratibus, de Comitiis, de Ludis &c. & ſingulas leges ſub ſuos titulos referrent. Secundum ordinem vero Alphabethi easdem perſecutus eſt ANTONIVS AVGVSTINVS, & qui in eundem commentatus fuit FVLVIVS VRSINVS.

****** L. 2. §. 8. ff. de Or. Iuris *deinde cum eſſet in ciuitate Lex duodecim tabularum & ius ciuile, eſſent & Legis actiones; euenit, vt plebs in diſcordiam cum Patribus perueniret, & ſecederet, ſibique iura conſtitueret.* §. 4. I. de I. N. G. & C. *Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat. Plebs autem a populo eo differt, quo ſpecies a genere: nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus: plebis autem appellatione ſine patriciis & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur.* Aliud vero erat plebeium eſſe, aliud de plebe. Plebeii opponebantur patritiis, qui patrum primorum erant progenies, ſecundum LIVIVM *lib. I. cap. VIII.* Id quod apud LIVIVM *lib. X. c. VIII.* dicitur, qui patrem ciere poſſet. Hoc ſignificatu GELLIVS *lib. X. c. XX.* Atteium Capitonem *plebem* ait, *ſeorſim a populo diuiſiſſe, quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnesque eius ordines contineantur; plebs vero ea dicatur, in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt.* Dum autem plebeii etiam poſt varias ſeceſſiones in Senatum cooptarentur, Ciues Romani ſecundum ſtatum ſuum diſtinguebantur in Senatores, Equites & de plebe. Docet hanc diſtinctionem LIVIVS *lib. XXXVI. c. XXXVI.* dicens: *hunc conſenſum ſenatus, equeſter ordo eſt ſecutus: equeſtris ordinis plebes.* Idem docet DIO CASSIVS *lib. LVIII. p. 630.* καίπερ πολλῶν μὲν παρὰ τῆς βουλῆς πολλῶν δὲ καὶ παρὰ τῶν ἱππέων, τοῦ τε πλήθους (ὥσπερ καὶ πρὶν σταλέντων) *quamuis multi ſenatores, multi equites, ac de plebe, vt ante quoque, legati eſſent.* Qui ergo nec ſenatores erant, nec equites dicebantur de plebe eſſe.

******* De hac ſupra iam dictum *§. X.*

† POMPONIVS §. 8. *mox cum reuocata eſt plebs, quia multa diſcordia naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſeruari, lege Hortenſia, & ita factum eſt, vt inter Plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eadem eſſet.* §. 4. I. de I. N. G. & C. *ſed & plebiſcita, lege Hortenſia lata, non minus valere, quam leges cœperunt.* GELLIVS lib. XV. c. XXVII. *ne leges quidem proprie, ſed plebiſcita appellantur, quæ Tribunis plebis ferentibus accepta ſunt; quibus rogationibus ante*

*ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortenſius Dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur.* PLINIVS lib. XVI. c. X *Q. Hortenſius Dictator quum plebs ſeceſſiſſet in Ianiculum legem in Eſculeto tulit, vt quod ea iuſſiſſet, omnes Quirites tenerent.* Inde etiam Plebiſcita, licet a Legibus eſſent diſtincta, Leges fuerunt adpellatæ, prout GELLIVS nos docet lib. XX. c. XX. *quæri audio, quid lex ſit, quid plebiſcitum, quid rogatio, quid priuilegium. Ateius Capito publici priuatique iuris peritiſſimus, quid lex eſſet, hiſce verbis definiuit. Lex, inquit, eſt generale iuſſum populi, aut plebis, rogante magiſtratu. Ea definitio ſi probe facta eſt; neque de imperio Cn. Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodii quæſtio, neque alia id genus populi plebisue iuſſa, leges vocari poſſunt. non ſunt enim generalia iuſſa; neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta: quocirca priuilegia potius vocari debent, quia veteres priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus.* Et paulo poſt: *Plebem autem Capito in eadem definitione ſeorſum a populo diuiſit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis omnesque eius ordines continentur. Plebes vero ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt. Plebiſcitum igitur eſt, ſecundum eum Capitonem, lex quam plebes non populus, accipit. Sed totius huius rei iuriſque, ſiue quum populus, ſiue quum plebes rogatur, ſiue quod ad vniuerſos pertinet, caput ipſum & origo & quaſi finis rogatio eſt. Iſta enim omnia vocabula cenſentur rogationis principali genere & nomine continenturque. Nam, niſi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt. Sed quamquam hæc ita ſunt, in veteribus tamen ſcriptis non magnam vocabulorum illorum differentiam eſſe animaduertimus. Nam & plebiſcita & priuilegia translato nomine leges appellauerunt: eademque omnia confuſo & indiſtincto vocabulo rogationes dixerunt.* Vocabantur iſta etiam Leges Tribunitiæ, vtpote CICERO de Lege Agraria II. c. VIII. *Leges enim ſunt veteres, neque eæ conſulares, ſi quid intereſſe hoc arbitramini, ſed tribunitiæ, vobis maioribusque veſtris vehementer gratæ atque iucundæ. Licinia eſt lex, atque altera Aebutia.* In hanc ſortem etiam COCCEIVS *p.* 96. refert Legem Antiſtiam, L. Atiam de ſacerdotio L. Atiliam de dedititiis, L. Atiliam Martiam de Tribunis militum, L. Aebutiam de LL. XII. Tabb. L. Atiliam de tutelis, L. Atiniam de Tribunis plebis, L. Aquiliam de damno dato, L. Papyriam de re nummaria, L. Plotiam de exulibus, L. Plotiam & Flauiam agrarias, L. Falcidiam, L. Labienam de ſacerdotiis, L. Liciniam de fœnore de magiſtratibus a plebe creandis, item agrariam & plures alias, quæ a Tribunis plebis fuerunt latæ. Improprie tamen hoc fieri, docet nos GELLIVS, dum *lib. XV. c. XXVII.* ait: *tribuni autem neque aduocant patricios neque ad eos referre vlla de re poſſunt: itaque leges quidem proprie, ſed plebiſcita appellantur, quæ tribunis plebis ferentibus accepta ſunt. quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortenſius dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebes ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur.*

† Pomponius §. 9. *deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum, neceſſitas ipſa curam Reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus ſe interponere: & quidquid conſtituiſſet obſeruabatur, idque ius adpellabatur Senatusconſultum* & §. 5. I. de I. N. G. & C. *Senatusconſultum eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet Pop. Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſſa: æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli.*

§. XV. Se-

§. XV.

Senatus conſulta igitur erant, quæ vel in rebus Senatus auctoritati relictis,* vel ſi a populo fuerint confirmata, vim legis obtinebant.† Iſta vero poſt ſacra peracta & auſpicia capta, ** facta, die certa, quæ Comitialis non eſſet, qua Senatum conuocare per Legem Papiam nefas erat. *** Et quidem in loco quodam Auguſto, Templo vel Curia,† in frequenti Senatu **** a Conſule, penes quem faſces erant, vel magiſtratu illo, qui Senatum conuocare poterat, ***** rogatione, ſiue relatione, ****** per maiora in Senatu decernebantur. Primus ſententiam rogabatur, qui Senatus Princeps a Cenſore fuerat lectus, alias Conſules deſignati, dein Conſulares, Prætorii, Aedilitii, Tribunitii ac Quæſtorii,******* Sententias dicebant ſtantes,******** vel ſi aliis adſentirentur, ſedentes. † & compellabantur his verbis *quid cenſes?* In dicendis vero ſententiis his formulis vtebantur: *Cenſeo, ſentio, conſentio, conſciſco, placet mihi.* †† Singulis rogatis, pronuntiabantur diuerſæ ſententiæ, additis ſuis auctoribus, & dum vel ſecundum maiora decernebatur, vel diuidebatur quædam ſententia, vel relicto auctore, qui primus ſententiam dixerat, frequens Senatus in alia omnia ibat. ††† Quandoque poſt rogatas ſententias, diſceſſiones imperatæ & factæ, hac lege: *qui hæc ſentitis in hanc partem: qui alia omnia in illam partem eant.* Diſceſſio itaque hæc & corpore fiebat, vt ad partes illius, qui auctor fuerat ſententiæ, ſe verterent, vt exinde pateret, quænam ſententia plures haberet adſentientes: exinde pedibus ire in alicuius ſententiam dictum, & hoc SCtum per diſceſſionem factum, dicebatur. †††† Inter hæc, dies magna ex parte quandoque altercationibus conſumtus. ††††† Maior deinde ſententia, & cui plures accedebant, vincere dicebatur, in eandemque Sententiam SCtum fiebat. †††††† Ad hoc autem definitus requirebatur Senatorum numerus, qui vero pro ratione obiecti varius fuit. In quibusdam enim cauſſis, cum in Senatu centum non minus eſſent, ††††††† inde creſcente Senatorum numero, ad SCtum quadringenti requirebantur, quod quidem ab Auguſto Imp. fuit ſublatum,* vt a minori numero æque fieri poſſet SCtum, ita tamen, vt cuilibet SCto certum numerum definiret. ** Nec etiam ante exortum ſolem vel poſt occaſum Solis factum SCtum ratum *** erat, atque vna re decreta, noua de alia relatio fieri poterat, nec tamen poſt horam decimam. **** Confectum hoc

*Senatusconſulta.*

*Senatus Romanus.*

modo SCtum in tabulas referebatur a ſcribis publicis, vel in rebus arcanis a Senatoribus ampliſſimis, id quod tacitum dicebatur SCtum.***** Præmittebatur Coſſ. nomen, deinde dies, eorumque nomina, qui ſcribendo adſuiſſent, atque in eorum primordiis vtebantur his verbis: *Quod de ea re fieri placuit, de ea re ita cenſuerunt, quæ per litteras initiales exprimebant.* ****** Intercedere autem SCto poterant illi, quorum poteſtas par, maiorue eſſet, idemque ius etiam erat Tribunis plebis. Quod ſi interceſſum fuerit, de interceſſione noua relatio a Coſſ. fiebat. ******* Quandoque noctem poſtulantes, moram adferebant, vel longis orationibus diem protrahere conabantur. ******** Quod ſi vero nemo amplius intercederet, iſta littera T. fuerunt ſubſcripta, vt ſignificaretur ea nota, ita Tribunos quoque cenſuiſſe. † Hinc in tabulas æneas relata, in æde Cereris ab Aedilibus plebis adſeruabantur, †† ſubſequenti tempore ad ærarium delata & Quæſtorum curæ fuerunt commiſſa. ††† Annua hæc tantum erant, facta tamen noua relatione, conſenſu Senatus induci poterant & per plebiſcita quandoque fuerunt firmata, †††† atque ab iis qui ſententias rogauerant nomen fuerunt ſortita. †††††

* Populo enim hæc tria competebant, magiſtratuum ſcilicet creatio, legum iuſſio, & belli ac pacis arbitrium, prout DIONYSIVS HALICARNASSENSIS nos docet *lib. VI. p.* 392. ἴστε δή πε νόμον ἡμῖν ὑπάρχοντα ἐξ ἕ τήνδε οἰκῦμεν τὴν πόλιν, πάντων εἶναι κυρίαν τὴν βελὴν, πλὴν ἀρχὰς ἀποδεῖξαι, καὶ νόμες ψηφίσαι, καὶ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, ἢ τὸν συνεςῶτα καταλύσασθαι· τέτων ᾗ τῶν τριῶν τὸν δῆμον ἔχειν τὴν ἐξεσίαν, ψῆφον ἐπιφέροντα *ſcitis ſane legem nobis eſſe iam inde ab vrbe condita, quæ omnia in ſenatus poteſtate ponit, præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli inferendi deponendique arbitrium. Horum trium poteſtatem eſſe penes populi ſuffragia.* Vrgente tamen ſumma neceſſitate, poterat Senatus Conſules, aliosque Magiſtratus in præſenti Reip. periculo more Maiorum ſummo Senatusconſulto quaſi armare: darent operam, ne quid Resp. detrimenti capiat. Sic SALLVSTIVS de B. Catilin. c. XXIX. *itaque, quod plerumque in atroci negocio ſolet, Senatus decreuit, darent operam Coſſ. ne quid Reſp. detrimenti caperet. Et poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque ciues, domi militiæque imperium atque iudicium ſummum habere. Aliter ſine populi iuſſu nullius earum rerum Conſuli ius eſt.* CICERO Catilin. I. c. II. *decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius conſul videret, ne quid Reſp. detrimenti caperet. nox nulla interceſſit: interfectus eſt propter quasdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre natus, auis, maioribus; occiſus eſt cum liberis M. Fuluius, conſularis. Simili ſenatusconſulto, C. Mario, & L. Valerio Coſſ. permiſſa eſt reſp.* Idem pro Milone c. XXVI. *Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicæ peritiſ-*

*peritiſſimum, cum ſenatus ei commiſerit, vt videret, ne quid reſpublica detrimenti caperet: quo vno verſiculo ſatis armati ſemper conſules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitu, hunc delectu dato, iudicium exſpectaturum fuiſſe in eius conſiliis vindicandis, qui vel iudicia ipſa tolleret?* Idem Philipp. V. c. XII. *quapropter, ne multa nobis quotidie decernenda ſint: conſulibus totam remp. committendam cenſeo, hisque permittendum, vt remp. defendant, prouideantque, ne quid reſp. detrimenti accipiat.* CAESAR de B. Ciuil. lib. I. c. V. *decurritur ad illud extremum atque vltimum S. C. quo niſi pene in ipſo vrbis incendio, atque deſperatione omnium ſalutis, latorum audacia, numquam ante diſceſſum eſt. Dent operam Conſules, pratores, tribuni plebis, quique proconſulibus ſunt ad vrbem, nequid reſp. detrimenti capiat.* & c. VII. *quotiescunque ſic decretum: Darent magiſtratus operam, ne quid reſp. detrimenti caperet; qua voce, & quo S. C. populus R. ad arma ſit vocatus; factum in pernicioſis legibus, in vi Tribunicia, in ſeceſſione populi, templis locisque editioribus occupatis: (atque hac ſuperioris atatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum caſibus docet.* (Eodem SCto poſt Cæſaris mortem armati fuerunt Triumuiri R. P.) ſecundum DIONEM *lib. XLVIII. p.* 377. Plura docet PAVLVS MANVTIVS *de Senatu Romano p.* 76. *ſqq.*

† Dubitat equidem VLR. HVBERVS *Digreſſ. Iuſtin. lib. I. cap. III.* an SCta Liuii temporibus, vel vnquam antea habuerint vim Legum. Aſt, contrarium dicit VLPIANVS in l. 9. π. de LL. *Senatum Ius facere poſſe.* Idemque confirmatur §. 5. I. de Iur. N. & G. *Senatus conſultum eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit.* Verum ſecundum LIVIVM *lib. I. c. XVII.* quod populus iusſiſſet, id ſic ratum foret, ſi patres auctores fierent.

** APPIANVS lib. II. de B. Ciu. p. 816. ἔθος δ' ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐς τὴν βουλὴν εἰσιοῦσιν, οἰωνίζεσθαι προσιοῦσι· καὶ πάλιν τῶν ἱερῶν ἦν τῷ καίσαρι τὸ μὲν πρῶτον ἄνευ καρδίας, ἢ (ὡς ἕτεροι λέγουσιν) ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλειπε, *eſt autem mos magiſtratibus curiam intraturis, prius vti aruſpicum opera: ac rurſum in prima Caſaris victima cor defuit, vel vt alii dicunt, caput extorum.* Hinc LIVIVS *lib. XXII. c. XI. ita rebus diuinis peractis, de bello, reque publica Dictator retulit.* Et lib. XXIV. c. XI. *perpetratis qua ad pacem Deûm pertinebant, de republ. belloque gerendo, & quantum copiarum, & vbi quaque eſſent, Coſſ. ad ſenatum retulerunt.* Idem lib. XXXI. *ſecundum rem diuinam, precationemque de republ. deque prouinciis ſenatum conſulerent.* Sic etiam Auguſtus decreuit, vt & Senatores thure & mero ſupplicarent illi Deo, in cuius templo Senatus haberetur, prout SVETONIVS in vita ipſius teſtatur *c. XXXV. quo autem lecti probatique & religioſius & minore moleſtia ſenatorio munere fungerentur, ſanxit, vt priusquam conſideret quisque thure ac mero ſupplicaret, apud aram eius dei, in cuius templo coiretur.* Quod ſi vero auſpicium felix non eſſet, Senatus in poſterum differebatur. Sic CICERO X. ep. XII. *placuit nobis vt ſtatim ad Cornutum pratorem vrbis literas deferremus: qui, quod conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat, more maiorum. Senatus eſt continuo conuocatus frequensque conuenit propter famam, atque exſpectationem tuarum litterarum. Recitatis litteris, oblata religio Cornuto eſt, pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe. Idque a noſtro collegio comprobatum eſt. Itaque res dilata eſt in poſterum.* GELLIVS *lib. XIV. c. VII.* de Varronis libro Iſagogico: *docet deinde ibi multa, quibus diebus habere ſenatum ius non ſit: immolareque hoſtiam prius, auſpicari debere,*

*qui ſenatum habiturus eſſet: de rebusque diuinis prius quam humanis ad ſenatum referendum eſſe: tum porro referri oportere aut infinite de republica, aut de ſingulis etiam finite.*

*** CICERO ad Q. Fratrem lib. II. c. II. *conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat.* lib. I. ep. IV. ad Lentulum: *Caninius & Cato negarunt ſe legem vllam ante Comitia eſſe laturos: Senatus haberi ante Kalendas Febr. per legem Papiam, id quod ſcis, non poteſt.* Hinc Idem lib. II. ad Q. Fratrem ep. XII. *Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur, Appius interpretatur non impediri ſe Lege Papia, quo minus habeat ſenatum.* Idem pro Muræna c. XXV. *tum igitur, his rebus auditis, meminiſtis fieri ſenatusconſultum, referente me ne poſtero die comitia haberentur, de his rebus in ſenatu agere poſſemus.* Sic LIVIVS lib. XXXVIII. *c. LIII. Senatus deinde Concilio plebis dimiſſo haberi eſt cœptus.* Idem lib. XLVIII. *Conſul dimiſſis Comitiis ſenatum vocauit, conſuerunt frequentes ad populum cum Flacco agendum.* Sic etiam atris & religioſis diebus Senatus, non niſi ſumma vrgente neceſſitate conueniebat. Sic enim DIO *lib. XLV. p.* 278. Αὔλου δὲ δὴ Ἱρτίου μετὰ Γαΐου Οὐιβίου ὑπατεύοντος βουλή τε ἐγένετο, καὶ γνῶμαι ἐπὶ τρεῖς ἐφεξῆς ἡμέρας, ἀπ' αὐτῆς τῆς νουμηνίας ἀρξάμεναι, προετέθησαν ἔκ τε γὰρ τοῦ πολέμου ἐν χερσὶν ὄντος καὶ ἐκ τεράτων, ἃ πλεῖστα καὶ ἐξαισιώτατα ἐγεγόνει, ταρασσόμενοι, οὐδὲ τῆς ἀποφράδος, τὸ μὴ ἐν ἐκείναις βουλεῦσαί τι τῶν συμφερόντων σφισὶν ἀπέσχοντο, *A. Hirtio, C. Panſa conſulibus, Kalendis Ianuariis ſenatus eſt conuocatus, perque dies continuos tres deliberatum, ita enim perturbati erant inſtante bello, prodigiisque, quæ multa & terribilia acciderant, vt ne religioſis quidem diebus conſultationum de ſalute ſua intermitterent.* Præcipui tamen Kl. Ianuarii & Idus Martii, quibus Magiſtratum inibant. LIVIVS lib. XXVI. ineunte *Cn. Fuluius Centumalus, P. Sulpicius Galba conſules, quum idibus Martiis magiſtratum iniſſent, ſenatu in Capitolium vocato, de republica, de adminiſtratione belli, de prouinciis exercitibusque Patres conſuluerunt.* & c. XXVI. *M. Marcellus quum Idibus Martiis conſulatum iniiſſet, ſenatum eo die moris modò cauſa habuit.* De Kalendis, Nonis, Idibus, plura exempla ex Cicerone potiſſimum collegit SIBRANDVS SICCAMA *ad faſtos Kalendares Romanos c. II.* Auguſtus demum, teſte SVETONIO *in vita* c. XXXV. conſtituit: *ne plus quam bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, Kalendis & Idibus neue Septembri Octobriue menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductos per quorum numerum decreta confici poſſent.*

† GELLIVS lib. XIV. c. VII. ex Varrone *tum adſcripſit de locis, in quibus ſenatusconſultum fieri iure poſſet; docuitque confirmauitque, niſi in loco per augures conſtituto, quod templum appellaretur, ſenatusconſultum factum eſſet, iuſtum id non fuiſſe. propterea & in curia Hoſtilia, & in Pompeia, & poſt in Iulia, quum profana ea loca fuiſſent. inter quæ id quoque ſcriptum reliquit: non omnis ædes ſacras, templa eſſe, ac ne ædem quidem Veſtæ, templum eſſe.* Sic in æde Quirini Senatus habitus LIVIVS *IV. c. XXI.* in æde Bellonæ *lib. XXVIII. c. XXXVIII.* in Capitolio *lib. XXXII. c. VIII.* in æde Apollinis *lib. XXXIV. c. XLIII.* in æde Concordiæ CICERO *Phil. II. c. XLIV.* in Curia Hoſtilia LIVIVS *lib. V. c. LV. & lib. XXII. c. LV.*

**** Senatores Romulus centum legit, Patres quoque dictos, ſecundum LIVIVM lib. I. c. VIII. *quum iam virium haud pœniteret, conſilium deinde viribus parat. Centum creat ſenatores, ſiue quia is numerus ſatis erat: ſiue quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appel-*

*appellati.* Sic etiam FESTVS: *Patres appellantur ex quibus Senatus conſtat, quos initio Vrbis condita Romulus C. delegit, & ſic appellauit, quorum conſilio, atque prudentia reſpublica adminiſtraretur, atque gubernaretur.* Receptis in vrbem Sabinis, additi ex iisdem alii centum, ſecundum DIONYSIVM HALICARNASSENSEM *lib.II.p.* 111. Numerum denuo auxit Tarquinius Priſcus, & lectis ex plebeiis centum, quos Patricios fecerat, Trecentos conſtituit Patres, ſecundum HALICARNASSENSEM *lib.III.p.*199. Rationem hac de re politicam habet LIVIVS lib. I. c. XXXV. *nec minus regni ſui firmandi, quam augendæ reipublicæ memor, centum in Patres legit; qui deinde minorum gentium ſunt appellati. Factio haud dubia regis, cuius beneficio in curiam Venerant.* Hic Trecentorum numerus eiecto Tarquinio Superbo iterum fuit ſuppletus, ſecundum LIVIVM lib. II. c. I. *deinde quo plus Virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum Patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis ad trecentorum ſummam expleuit. Traditumque inde fertur, Vt in ſenatum Vocarentur, qui patres quique conſcripti eſſent. Conſcriptos, Videlicet, in nouum ſenatum appellabant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, iungendosque Patribus plebis animos* & DIONYSIVS HALICARN. *lib.V. p.* 287. Hinc etiam FESTVS: *Conſcripti dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, Vt numerus Senatorum expleretur.* Et clarius adhuc: *qui patres, qui conſcripti Vocati ſunt in curiam, quo tempore Regibus Vrbe expulſis, P. Valerius Conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum centum & ſexaginta & quatuor, Vt expleret numerum ſenatorum trecentorum, & duo genera appellata ſunt.* Horum numerum C. Gracchum, adlectis trecentis equitibus ad ſexcentos vsque auxiſſe auctor eſt PLVTARCHVS in vita *p.* 857. dum ait; ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς, οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε *hic Vero trecentos equites Romanos trecentis admiſcuit ſenatoribus, atque iudicia hiſce ſexcentis communicauit.* SIGONIVS equidem *de antiquo Iure Ciuium Romanorum lib.II. c.II.* hanc legem vel antiquatam fuiſſe dicit, vel abrogatam, eo quod ſimilem Liuius Druſus, Tribunus Plebis tulerit. Aſt, potius ex APPIANO de *B. Ciu. lib.I. p.*630. patet, Senatorum numerum ob frequentes ſeditiones fuiſſe diminutum, a Liuio Druſo vero in priſtinum ſtatum ſexcentorum reſtitutum. Sic enim APPIANVS: ὧδε τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τῶν τριακοσίων, τοσούσδε ἑτέρους αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια *nam quum ſenatores propter crebras ſeditiones Vix trecentorum explerent numerum, promulgauit legem, Vt ex equeſtri ordine adderentur totidem.* Iulius Cæſar deinde peregrinis in Senatum adlectis Senatorum numerum ad nongentos vsque adauxit, vt DIO CASSIVS *lib. XLIII. p.* 237. innuit: καὶ προσέτι παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν, ἐσέγραψεν· ὥς τε καὶ ἐννακοσίους τὸ κεφάλαιον αὐτῶν γενέσθαι *adſcripti etiam complures in ſenatum; nullo in diſcrimine ponens, ſiue quis miles eſſet, ſiue libertinus: adeo, Vt ſumma ſenatorum DCCCC fuerit.* Poſt Cæſaris necem, varia & incondita turba per gratiam & præmium in Senatum a Triumuiris R. P. C. fuit lecta, quos vulgus Orcinos vocauit, ita, vt eſſent ſuper mille & quidem indigniſſimi, ſecundum SVETONIVM AVGVSTO *c.XXXV.* de quo etiam DIO CASSIVS *LII. p.*494.

καὶ

Digitized by Google

καὶ μετ' ταῦτα τιμητεύσας σὺν ὦ Ἀγρίππα, ἄλλα τε τινὰ διώρθωσε, καὶ τὸ βουλευτήριον ἐξήτασε. πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον. ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι, *deinde cenſor collega Agrippa fuit, emendauitque cum alia quadam, tum ſenatum examinauit. Nam in eum ordinem multi equites ac plebeii indigni bellis ciuilibus adſciti erant, ita vt ad millenarium numerus ſenatorum perueniſſet.* Multos inde ex iisdem remotos fuiſſe dicit. Auguſtum idem Imp. Senatorum numerum ad ſexcentos vsque reduxiſſe, auctor eſt DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 530.

***** LIVIVS *lib. IX. c. VIII. quo creati ſunt die, eo (ſic enim placuerat Patribus) magiſtratum inierunt, ſolennibusque S. C. perfectis, de pace Caudina retulerunt, & Publilius, penes quem faſces erant, Dic, Spuri Poſtumi, inquit.* GELLIVS lib. XIV. c. VII. ex M. Varronis libro Iſagogico primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more maiorum ſenatus haberi ſoleret; eosque nominat Dictatorem, Conſulem, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum vrbi: neque aliis, præter hos, ius fuiſſe dicit facere ſenatus conſultum; quotiensque vſu veniſſet, vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent, qui eorum prior aliis eſſet, ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Addit deinde, extraordinario iure Tribunos quoque militares, qui pro conſulibus fuiſſent, item Decemuiros, quibus imperium conſulare tum eſſet, item Triumuiros reipublicæ conſtituendæ cauſa creatos, ius conſulendi ſenatum habuiſſe.

****** Dicebatur hoc Senatum conſulere LIVIVS lib. XXII. c. LX. *Senatus, ſummotis arbitris, conſuli cœptus. &* *perrogare ſententias* LIVIVS lib. XXIX. c. XIX. *perrogari eo die ſententiæ, accenſis ſtudiis pro Scipione & aduerſus Scipionem, non potuere.*

******* GELLIVS lib. IV. c. X. *ante legem, quæ nunc de ſenatu habendo obſeruatur, ordo rogandi ſententias varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a Cenſoribus princeps in ſenatum lectus fuerat, alias qui deſignati conſules erant. Quidam e conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia, extra ordinem ſententiam primum rogabant. Obſeruatum tamen eſt, quum extra ordinem fieret, ne quis quemquam, ex alio quam ex conſulari loco, ſententiam primum rogaret.* Idem lib. XIV. c. VII. *ſingulos autem debere conſuli gradatim, incipique a conſulari gradu. Ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in ſenatum lectus eſſet: tum autem, quum hæc ſcriberet, nouum morem inſtitutum refert, per ambitionem gratiamque, vt is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet ſenatum, dum is tamen ex gradu conſulari eſſet.* CICERO Philipp. V. c. XIII. *ſed qui ordo in ſententiis rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A. Bruto igitur, conſuli deſignato, more maiorum, capiamus exordium.* CICERO *ad Atticum lib. XII. ep. XXII.* Hinc l. 12. §. 1. de Senatoribus. *Senatores autem accipiendum eſt eos, qui a Patriciis, & Conſulibus, vsque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in Senatu ſententiam dicere poſſunt.* Hunc ordinem tamen ſuſtulit Auguſtus, prout in vita ipſius teſtatur SVETONIVS c. XXXV. *ſententias de maiore negotio, non more, atque ordine, ſed prout libuiſſet, perrogabat: vt perinde quoque animum intenderet, ac ſi cenſendum magis quam aſſentiendum eſſet.*

******** Ci-

******** CICERO pro Cluentio c.XVIII. *hic ego cum ad reſpondendum ſurrexi.*

† CICERO lib.V.ep.II. *quotieſcumque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi, qui mihi leniſſime ſentire viſi ſunt.* Sedebant enim Conſules in ſellis curulibus. Quare Cicero Conſul de loco ſuo in Senatu, *hac ſedes honoris, ſella curulis.* Catilin. IV. ab initio. Senatores vero in ſubſelliis ſedebant, de quo CICERO *Catil. I. c. VIII.* Hinc *longum ſubſellium* pro Senatu *lib. III. ep. IX.*

†† LIVIVS lib.I. c.XXXII. *Confeſtim Rex his ferme verbis Patres conſulebat: quarum rerum, cauſarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priſcorum Latinorum, hominibusque priſcis Latinis, quas res dari, fieri, ſolui oportuit, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec ſoluerunt, dic, inquit ei, quem primum ſententiam rogabat, quid cenſes? Tum ille: puro, pioque duello quærendas cenſeo: itaque conſentio, conſciſcoque. Inde ordine alii rogabantur.* IDEM lib. XXII. c. LX. *tum T. Manlius Torquatus priſcæ ac nimis duræ, vt plerisque videbatur, ſeueritatis, interrogatus ſententiam, ita locutus fertur. - - - ego non magis iſtos redimendos P. C. cenſeo, quam ill^as dedendos Annibali.* CICERO *Philipp. V. c. XV.* VALERIVS MAXIMVS *lib. IV. c. II.* de Scipione Aemiliano: *idem, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta conſules in ſenatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter Patres conſcriptos diſſenſio eſſet; omnibus quonam eius ſententia incl naretur, expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis.*

††† CICERO X. ep. XII. *eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio: qui cum gratia effeciſſet, vt ſua ſententia prima pronuntiaretur, frequens eum Senatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit: meaque ſententiæ, quæ ſecunda pronuntiata erat, cum frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilii P. Titius interceſſit. Res in poſterum dilata.* Sic M. Cœlius apud eundem lib. VIII. ep. XIII. *nam cum de interceſſione referretur, qua relatio fiebat ex SC. primaque M. Marcelli ſententia pronuntiata eſſet, qui agendum cum tribunis plebis cenſebat: frequens ſenatus in alia omnia iit.* De ſententia diuiſa CICERO pro Milone c. VI: *diuiſa eſt ſententia, poſtulante neſcio quo.* lib. I. ep. II. *itaque cum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, vt treis legati regem reducerent: ſecunda Hortenſii, vt ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, vt Pompeius reduceret; poſtulatum eſt, vt Bi^uli ſententia diuideretur.* SENECA ep. XXI. *quod in Senatu fieri ſolet, faciendum eſſe in philoſophia quoque exiſtimo. Cum cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere ſententiam & ſequor.* IDEM ead. Epiſt. *diuide, i. e. de ſingulis refer.*

†††† De hoc belle PLINIVS lib. VIII. ep. XIV. *quemadmodum igitur, quum alter puniendos, alter cenſeat relegandos, videri poteſt vna ſententia, quæ dicitur a duobus, quæ non videretur vna, ſi ab vno diceretur? Quid? lex non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, quum ita diſceſſionem fieri iubet:* QVI HÆC SENTITIS, IN HANC PARTEM: QVI ALIA OMNIA IN ILLAM PARTEM ITE, QVA SENTITIS? *Examina ſingula verba & expende,* QVI HÆC CENSETIS, *hoc eſt, qui relegandos putatis:* IN HANC PARTEM, *id eſt, in eam, in qua ſedet, qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos, qui interficiendos arbitrantur.* QVI ALIA OMNIA, *animaduertis, vt non contenta lex dicere* ALIA, *addiderit,* OMNIA. *Num ergo dubium eſt, alia omnia ſentire eos, qui occidunt, quam qui relegant?* IN ILLAM PARTEM ITE, QVA SENTITIS; *nonne videtur ipſa lex eos,*

*qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere? non conſul etiam, vbi quiſque remanere, quo transgredi debeat, non tantum ſolennibus verbis, ſed manu geſtuque demonſtrat?* Idem lib. II. c. XL. *erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. Nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur adſenſi, hunc qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur. Sed quum fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum adſtiterant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Tum illi, qui ſe collega adnumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt: Collega cum paucis relictus.* SVETONIVS Tiberio c. XXXI. *cum Senatusconſultum per diſceſſionem forte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo.* GELLIVS *lib. XIV. c. VII.* ex Varrone: *Senatusque Conſultum fieri duobus modis: aut per diſceſſionem, ſi conſentitur: aut, ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas.* Paullo poſt tamen addit: *ſed quod ait* (Varro) *ſenatusconſultum duobus modis fieri ſolere, aut conquiſitis ſententiis, aut per diſceſſionem; parum conuenire videtur cum eo, quod Ateius Capito in coniectaneis ſcriptum reliquit. nam in libro ducenteſimo quinquageſimo nono Tuberonem dicere ait, nullum ſenatusconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta, quia in omnibus ſenatusconſultis, etiam in iis quæ per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria: idque ipſe Capito verum eſſe affirmat.* Idem lib. III. c. XVIII. *non pauci ſunt qui opinantur pedarios ſenatores appellatos, qui ſententiam in ſenatu non verbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent. quid igitur? quum ſenatusconſultum per diſceſſionem fiebat, nonne vniuerſi ſenatores ſententiam pedibus ferebant?* LIVIVS lib. IX. c. VIII. *quum omnes laudibus modo proſequentes virum, in ſententiam eius pedibus irent.* Durauit hic mos vsque ad tempora Impp. Sic enim VOPISCVS Aureliano c. XX. *poſt hæc interrogati plerique ſenatores ſententias dixerunt, quas longum eſt innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, plerisque verbo conſentientibus conditum eſt ſenatusconſultum.* Morem hunc nobis etiam explicat CICERO *lib. I. ep. II.* dicens: *itaque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. Videbatur enim reconciliata nobis voluntas ſenatus eſſe: quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis, rogandisque perſpexeram. Itaque cum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, vt treis legati regem reducerent: ſecunda Hortenſii, vt tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, vt Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia divideretur. Quatenus de religione dicebat, ei rei quia iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus, tribunus pleb. quod ipſe de Pompeio retuliſſet, contendere cœpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam conſules. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt, erat enim & iniqua & noua* & lib. X. ep. XII. *frequens eum Senatus reliquit & in alia omnia tranſiit.* BRISSONIVS *lib. II. p.* 183. 184.

††††† CICERO lib. I. ep. II. *Idibus Ianuariis in ſenatu nihil eſt confectum, propterea quod dies magna ex parte conſumtus eſt altercatione.* Patet hoc etiam ex *IV. ad Atticum ep. II. lib. II. ad Q. Fratrem ep. I.* SVETONIVS Cæſare c. XXIII. *functus conſulatu, C. Memmio Lucioque Domitio prætoribus, de ſuperioris anni actis referentibus, cognitionem ſenatui detulit: nec illo ſuſcipiente, triduoque per irritas altercationes abſumpto, in prouinciam abiit.* Plura altercationum exempla adducit BRISSONIVS *lib. II. p.* 184.

†††††† LIVIVS lib. XXIX. c. XX. *hæc quanquam partim vera, partim mixta, eoque ſimilia veris iactabantur, vicit tamen Q. Metelli ſententia.*

††††††† Sic

†††††† Sic LIVIVS lib. XXXIX. c. XVIII. *prætor ſenatum conſuleret, ſi ei permiſſum esſet, quum in ſenatu centum non minus esſent.* & CICERO *lib. II. ad Q. Fr. ep. I.* ducentos frequentem Senatum vocat. Hinc SCtum, quod legitimum numerum non haberet, per infrequentiam factum dicitur LIVIO *lib. XXXVIII. c. XLIV.* qui tale hoc modo perſtringit *cum ſint notiſſima ſibi cum Cos. inimicitiæ, quid ab eo quemquam poſſe æqui exſpectare qui per infrequentiam factum S. C. ad ærarium detulerit, Ambraciam non videri captam.* Patet hoc etiam ex Feſto, qui *Numera ſenatum*, ait, *quivis ſenator conſuli, cum impedimento vult esſe, quo minus faciat ſenatusconſultum. poſtulatque, vt aut res, quæ referuntur, diuidantur; aut ſinguli conſulantur; aut ſi tot non ſint ſenatores; quo numero liceat præſcribi ſenatusconſultum.* COELIVS lib. VIII. ep. XI. *renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum prendimus eum; non modo non fecit, ſed, cum de hoſtibus ageretur, & posſet rem impedire, ſi, vt numerarentur, poſtularet, tacuit.*

* DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 545. Ἐν ᾧ δ᾽ οὖν ἐκεῖνα ἐγίγνετο, Αὔγουστος ἀπογραφάς τε ἐποιήσατο, πάντα τὰ ὑπάρχοντά οἱ, καθάπερ τις ἰδιώτης, ἀπογραψάμενος, καὶ τὴν βουλὴν κατελέξατο· ὁρῶν δὲ ὅτι οὐκ ἀεὶ πυκνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτῆς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι. οὐ γὰρ ἐξῆν τινὰ ἐκ τοῦ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. *Interea Auguſtus indicem omnium ſuorum bonorum, perinde ac ſi esſet priuatus homo, conſcripſit, ſenatumque legit, & quum videret non ſemper frequentes conuenire ſenatores, ſenatusconſulta etiam a paucioribus quam CCCC. ſenatoribus vt fieri posſent, ſtatuit; quum ante ea hunc numerum vt rata esſent, requirerent.*

** DIO *lib. LV. p.* 550. τόν τε ἀριθμὸν τὸν εἰς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον, καθ᾽ ἕκαστον εἶδος αὐτῶν, ὥστε ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν, διενομοθέτησε. καὶ τὰ ζημιώματα τοῖς μὴ δι᾽ εὔλογόν τινα αἰτίαν τῆς συνεδρείας ἀπολειπομένοις ἐπηύξησεν *numerum etiam, qui vt ratum esſet ſenatusconſultum requiritur, ſecundum ſingulas, vt paucis dicam, ſenatusconſulti formas definiit: multamque eorum, qui nullam ob iuſtam cauſſam in ſenatum non veniſſent adauxit.*

*** GELLIVS lib. XIV. c. VII. *hæc deinceps dicit, ſenatusconſultum ante exortum aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe. Quare Senatus ſæpe per integros dies in curia detentus.* Sic enim LIVIVS lib. XXII. c. VII. *Senatum prætores per dies aliquot ab orto vsque ad occidentem ſolem in curia retinent.*

**** SENECA de tranquillitate animi circa finem: *Maiores quoque noſtri nouam relationem poſt horam decimam in ſenatu fieri vetabant.*

***** CICERO pro Sylla c. XIV. *itaque introductis in ſenatum indicibus: conſtitui ſenatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent. At quos viros? non ſolum ſumma virtute, & fide, cuius generis in ſenatu facultas maxima; ſed etiam quos ſciebam memoria, ſcientia, conſuetudine, & celeritate ſcribendi, facillime; quæ dicerentur, perſequi poſſe. C. Coſconium, qui tunc erat prætor: M. Mesſallam, qui tum præturam petebat: P. Nigidium, App. Claudium, credo eſſe neminem, quibis omnibus aut vere referendis, aut etiam ſcribendis, putet ingenium defuiſſe. Quid deinde? quid feci? cum ſcirem, ita indicium in tabulas publicas relatum, vt illæ tabulæ priuata tamen cuſtodia, more maiorum continerentur: non occultaui, non con-*



*tinui*

*tinui domi, ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, diuidi paſſim, & peruulgari, atque edi populo Romano imperaui.* CAPITOLINVS Gordianis c. XII. *dicit Iunius Cordus iſtud ſenatus conſultum fuiſſe tacitum, quod quale ſit, aut quare ſic appellatum, breui exponam. Omnino exemplum ſenatusconſulti taciti non alium eſt hodie, quam quod veſtra clementia, conuocatis ad interiora maioribus ea diſponit, quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus adiurare etiam ſoletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres neceſſitates publicæ repererunt, vt ſi forte aliqua vis ab hoſtibus immineret quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere quæ non prius oporteret dici quam effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanare, ſenatusconſultum tacitum fieret: ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, ſenatores exciperent, ſenatores omnium officia cenſualium complerent, ne quid forte proderetur. Factum eſt ergo ſenatusconſultum tacitum ne res ad Maximinum perueniret.*

****** COELIVS *lib. VIII. ep. VIII.* ad Ciceronem: *ſenatusconſultum quod tibi miſi, factum eſt, auctoritatesque perſcriptæ S. C. Pridie Kalendas Octobres in æde Apollinis ſcribendo affuerunt, L. Domitius, Cn. Filius, Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus, Pius Scipio, L. Iulius, Lucii F. Pont. Annalis, C. Septimius, T. F. Quirina, Caius Luceius, C. F. Pop. Hirrus, C. Scribonius, C. F. Pop. Curio, L. Atteius, L. F. An. Capito, M. Oppius, M. fil. Terentina. Quod M. Marcellus conſul V. F. de prouinciis conſularibus D. E. R. I. C.* Scilicet hæc nomina Senatorum qui ſcribendo adfuerunt, vti etiam CICERO lib. IX. ep. XV. *Senatus conſulta ſcribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum: & quidem cum in mentem venit, ponor ad ſcribendum.* LAMPRIDIVS Heliogabalo c. IV. *Vbi primum diem Senatus habuit, matrem ſuam in Senatum rogari iuſſit, quæ cum veniſſet rogata ad Conſulum ſubſellia, ſcribendo adfuit*, id eſt Senatusconſulti conficiendi teſtis. Vid. plenius BRISSONIVS *de formulis antiquis lib. II. p.* 192.

******* GELLIVS lib. XIV. c. VII. *poſtea ſcripſit de interceſſionibus: dixitque intercedendi ne ſenatus conſultum fieret, ius fuiſſe iis ſolis, qui eadem poteſtate, qua ii, qui ſenatus conſultum facere vellent, maiorue eſſent.* CICERO III. de LL. c. III. *ni poteſtas par maiorue prohibeſſit S. C. perſcripta ſeruanto.* COELIVS ad Ciceronem lib. VIII. ep. VIII. *ſi quis huic S. C. interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum, populumque referri.* Et paullo poſt: *ſi quis huic S. C. interceſſiſſet, auctoritas perſcriberetur.* CICERO de Lege Agraria II. c. XII. *Conſulibus legem curiatam ferentibus, a tribunis plebis ſæpe eſt interceſſum.* Qua ratione autem auctoritates perſcriberentur, auctor eſt DIO CASSIVS, dum *lib. LV. p.* 550. ſic ſcribit: εἰ δ' οὖν ποτὲ ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, (πλὴν γὰρ ὅτι ὁσάκις ἂν αὐτοκράτωρ παρῇ, ἔν γε ταῖς ἄλλαις ἡμέραις ἐς πάντα ὀλίγου τὸ τῶν ἀθροιζομένων πλῆθος καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα ἀκριβῶς ἐξητάζετο) ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἥ γε γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ ἀουκτώριτας ἐγίγνετο. ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο, καὶ εἴποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ·

θηκύσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος, ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων, τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδυνήθη γενέσθαι, τὴν δὲ γνώμην σφῶν οὐκ ὑπέμενον ἀποκρυφθῆναι, ἐνομίζετο. καὶ αὕτη μετὰ ταῦτα καὶ ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπῄγετο, καὶ ἡ ἐπίκλησις ἡ τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο *quod ſi quando caſu fieret, vt non tot, quod opus erat, conuenirent; (nam præterquam quod imperatore præſente numerus ſenatorum, qui adeſſent, accurate inibatur, idem hoc ferme omnibus aliis etiam, quibus ſenatus habebatur, diebus fiebat) conſilium quidem ii capiebant, & quod ſtatuiſſent, id perſcribebatur: non tamen vim ſenatusconſulti obtinebat, ſed autoritas ſenatus dicebatur: quæ videlicet oſtenderet, quæ fuiſſent ſententiæ eorum, qui conſilio interfuerant ſenatorum. Idemque hoc etiam tum obſeruatum eſt, quum aut loco, aut tempore alieno aut nullo legitimo edicto vocati feſtinati coiiſſent, aut tribuni aliqui plebis interceſſiſſent. nam hic quoque quum ſenatusconſultum fieri nequiret, tamen ſententiam ſuam ſenatus nolebat eſſe occultam, quæ deinde more Romano rata foret, ac nomen ſenatusconſulti acciperet.*

******** CICERO ad Atticum lib. IV. ep. II. *cum ad Clodium ventum eſt, cupiit diem conſumere: neque ei finis eſt factus.* Et paullo poſt: *ille noctem ſibi poſtulauit.* GELLIVS lib. IV. c. X. *Caius*, inquit, *Cæſar conſul M. Catonem ſententiam rogauit. Cato rem quam conſulebatur, quoniam non e rep. videbatur, perfici nolebat. eius rei gratia ducendæ; longa oratione vtebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius ſenatori, vt, ſententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alii rei & quoad vellet.*

† VALERIVS MAXIMVS lib. II. c. II. n. 7. *illud quoque memoria repetendum eſt, quod tribunis pleb. intrare Curiam non licebat, ante valuas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant: vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatusconſultis T. litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur, ita tribunos quoque cenſuiſſe.*

†† LIVIVS lib. III. c. LV. *inſtitutum etiam ab iisdem conſulibus:* (L. Valerio, M. Horatio) *vt ſenatusconſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque.*

††† CICERO Phil. V. c. IV. *ſenatus conſulta tanquam facta ad ærarium referebantur.* SVETONIVS Auguſto c. XCIV. *ſenatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur; eos qui grauidas vxores haberent, quod ad ſe quisque ſpem traheret, curaſſe, ne ſenatus conſultum ad ærarium deferretur.* TACITVS Ann. III. c. LI. *igitur factum Senatus conſultum, ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur;* DIO lib. LIV. extr. Κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ ὅτε ἱερεὺς τοῦ Διὸς πρῶτον μετὰ τὸν Μερούλαν ἀπεδείχθη, καὶ τοῖς ταμίαις τὰ δόγματα ἑκάστοτε γιγνόμενα, διὰ φυλακῆς ποιεῖσθαι ἐκελεύσθη· ἐπειδὲ οἵτε δήμαρχοι, καὶ οἱ ἀγορανόμοι οἱ πρότερον αὐτὰ ἐπιτετραμμένοι, διὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦτο ἔπραττον. καὶ τις ἐκ τούτου καὶ διαμαρτία καὶ ταραχὴ ἐγένετο *tum quoque primum poſt Merulam flamen dialis creatus eſt: quæſtoribus etiam, quæ vnoquoque tempore fierent, ſenatusconſulta adſeruanda tradita, quum tribuni plebis ac ædiles, quibus ante id negotium datum fuerat, per apparitores hoc ſuos egiſſent, atque inde error & confuſio incidiſſet.*



††† Dio-

†††† DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IX. p.* 595. οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουον, οὐ τῇ ἑαυτῶν ἀρχῇ λέγοντες τετάχθαι τὸ ἔργον ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἀλλὰ τοῖς μετὰ Κάσσιον καὶ Οὐεργίνιον ὑπάτοις, πρὸς οὓς τὸ προβούλευμα ἐγράφη· καὶ ἅμα οὐδὲ εἶναι νόμους εἰς ἀεὶ κυρίους ἃ ψηφίζεται τὸ συνέδριον, ἀλλὰ πολιτεύματα καιρὸν ἐνιαύσιον ἔχοντα ἰσχὺν *hi negabant ad ſe pertinere quod alieno conſulatu decretum eſſet, & Caſſii Virginiique ſucceſſoribus demandatum; ad eos enim id ſenatusconſultum pertinere. nec ſenatus decreta perpetua legis vim habere; ſed eſſe inſtituta vnius anni.* Idem *lib. X. p.* 676. γραφέντος τοῦ προβουλεύματος, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπικυρώσαντος τοῦ δήμου *S. C. facto & per plebiſcitum confirmato.* Dum autem Senatus Conſultum denuo confirmaretur in Senatu, dicebatur hoc *Senatusconſultum inducere.* CICERO pro Domo c. IV. *cœptum eſt referri de inducendo S. C. ab vniuerſo ſenatu reclamatum* CICERO *I. ad Atticum ep. vlt.* Sic enim Sp. Poſtumius Cos. apud LIVIVM *lib. IX. c. VIII. iniuſſu populi nihil a Conſule ſanciri poſſe, quod populum teneat.*

††††† Sic Aemilianum SCtum dictum, quod Aemilio Iunco Cos. rogante factum: Orphitianum ab Orphitio Conſule; Trebellianum a Trebellio Maximo Conſule. Singula SCta ſecundum Alphabethi ordinem exponit, eorundemque hiſtoriam & decreta explicat ANTONIVS AVGVSTINVS, ſingulari Tractatu *de SCtis*, qui *Lutetiæ* 1584. *f.* & *Lugduni* 1592. 4. cum notis *Fului Vrſini* prodiit, atque in Tomo ſecundo Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani extat. Cui iungendus eſt FRANCISCI HOTTOMANNI *de Senatu & Senatusconſulto liber*, qui in eodem Tomo ſecundo reperitur. Diuerſas etiam SCtorum formulas exhibet BRISSONIVS *lib. II. p.* 164. 198. Legibus etiam & SCtis librum ſuum Tertium deſtinauit IO. VINCENTIVS GRAVINA.

## §. XVI.

*Edicta Prætorum.*

Poſtquam autem Magiſtratus, * Aediles, & potiſſimum Prætores Iuri dicundo eſſent præfecti ** Edicta Prætorum cœperunt. Hæc formulæ erant Prætorum, ex XII. Tabulis, aliisque Legibus deinceps latis, Iure Ciuili æque, ac ſuorum anteceſſorum edictis hauſtæ, † inque albis tabulis quotannis propoſitæ, *** ſecundum quas actiones ſuas, quas vel Prætor dederat, *honorarias* dictas, ſiue *datas*, vel ex proprio arbitrio, ſecundum leges inſtituebat actor, dirigerent, **** dictas ciuiles: iidemque prætores iudicaturi eſſent de cauſis ad Iurisdictionem ſuam pertinentibus, ***** veluti de manumiſſionibus, tutelis, emancipationibus, vindiciis, hæreditatibus, teſtamentis, rebus creditis, poſſeſſionibus, limitibus, aliisque Iuris Ciuilis capitibus. ****** Iſta annua primum erant, ſingulis annis neceſſaria, a prima cuiuslibet Prætoris conſtitutione. ******* Erat igitur Ius Prætorium, quod adiiuuandi, ſupplendi, declarandi Iuris Ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam fuit introductum.

ctum. ******** Alias, quod ab honore Prætoris veniret, dictum HONORARIVM. † Idemque ſæpius a Iure Ciuili diſtinguitur. †† Prout autem Prætores erant diuerſi, ipſorum etiam variabant edicta, vel vrbana erant, vel peregrini Prætoris, vel prouincialia. †††

* Non Prætores ſolum, ſed etiam Aediles ius dabant circa pretia, menſuras, venditionem mancipiorum. Sic enim DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. p.* 411. ἐδεήθησαν ἔτι τῆς βουλῆς ἐπιτρέψαι σφίσιν ἄνδρας ἐκ τῶν δημοτικῶν δύο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεικνύναι. τοὺς ὑπηρετήσοντας τοῖς δημάρχοις ὅσαι ἂν δέωνται, καὶ δίκας ἃς ἂν ἐπιτρέψωνται ἐκεῖνοι, κρινοῦντας, ἱερῶν τε καὶ δημοσίων τόπων καὶ τῆς κατὰ ἀγορὰν εὐετηρίας ἐπιμελησομένους· λαβόντες δὲ καὶ τοῦτο τὸ συγχώρημα παρὰ τῆς βουλῆς, ἀποδεικνύουσιν ἄνδρας, οὓς ὑπηρέτας τῶν δημάρχων καὶ συνάρχοντας καὶ δικαστὰς ἐκάλουν. νῦν μέντοι κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν ἀφ' ἑνὸς ὧν πράττουσιν ἔργων, ἱερῶν τόπων ἐπιμελητὰς καλοῦντας *petunt inſuper a ſenatu permitti ſibi vt quotannis duos e plebe viros deſignent, qui tribunis ſubminiſtrent quidquid opus ſit; & lites, quas tribuni eis commiſerint, iudicent: adiumque ſacrarum, locorum publicorum, atque annonæ curam habeant.* Facit huc integer titulus Pandectarum *de Aedilitio edicto*; qui ſic ſtatim incipit: *Labeo ſcribit, edictum Aedilium curulium de venditionibus rerum, eſſe tam earum quæ ſoli ſint, quam (earum) quæ mobiles aut ſe mouentes.* Facit huc potiſſimum Theophilus *§. 7. de I. N. G. & C.* καὶ ἐξαίρετον δὲ τὸ νομοθετεῖν δεδώκασι τῷ πραίτωρι τῷ οὐρβανῷ καὶ τῷ πραίτωρι τῶν περεγρίνων, καὶ τοῖς *ædilibus curulibus. præcipua autem Iuris conſtituendi poteſtas Prætori vrbano data eſt, & Prætori peregrino & Aedilibus Curulibus* & §. 8. καὶ οἱ αἰδίλες οὖν ἐνομοθέτουν περί τινων κεφαλαίων, καὶ τὸ τούτων ἔδικτον μέρος γέγονεν, ἤτοι συνήφθη τῷ ἐδίκτῳ τῶν δύο πραιτώρων, οὐρβάνου τε, καὶ περεγρίνου *Aediles igitur de cauſis quibusdam ius conſtituebant: & edictum eorum facta eſt portio, ac cohæret edicto amborum Prætorum vrbani & peregrini.* Faciunt huc IO. STRAVCHII *Diſſertationes Aedilitiæ.* Varias Edictorum tum Prætoriorum tum Conſularium tum Aedilitiorum formulas exhibet BRISSONIVS *form. lib. III. p.* 281. *ſqq.*

** L. 2. §. 27. de O. I. *cumque Conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, vt Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe ius redderet.* Plura de Prætore, eiusdemque conſtitutione, infra dicemus, vbi de Magiſtratibus ſermo eſt.

† §. 3. I. de Teſtam. ordin. *paullatim ex vſu hominum, in vnam conſonantiam ius ciuile, & prætorium iungitur.* Sic etiam THEOPHILVS de Bon. Poſſ. p. 441: οὐκ ἔστι δὲ δυσχερής, οὐδὲ φιλόνεικος ὁ πραίτωρ. ἡνίκα γὰρ ἴδῃ τὸ πολιτικὸν εὐδοκιμοῦν, τότε οὐδὲ ἐπὶ διορθώσει, οὐδὲ ἐπὶ ἐναντιώσει, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ βεβαιώσει τίθησι τὴν ἰδίαν νομοθεσίαν. ἐὰν γὰρ τις ὀρθῶς γενομένης διαθήκης γραφῇ κληρονόμος, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ δύναται ἀδιτεύειν ἀλλὰ καὶ ὁ πραίτωρ δίδωσιν αὐτῷ τὴν *secundum tabulas* διακατοχήν *porro non eſt Prætor acerbus aut contentioſus: quoniam vbi ius ciuile probari in vulgus*

*vidit,*

*Vidit, non emendandi, neque impugnandi, ſed confirmandi eius gratia, ſuam iurisdictionem interponit. Nam ſi quis recte facto teſtamento, heres inſtitutus ſit, non ſolum iure ciuili adire poterit; ſed etiam Prætor ei dat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas.*

*** Album prætoris in Legibus ſæpius occurrit vtpote l. 1. §. 1. ff. de edendo. *Edere eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicendo, quo vti velit,* & L. 1. C. de Interdictis. *Præſes ad exemplum interdictorum, quæ in albo propoſita habet Prætor.* Sæpius vero de albo corrupto in Legibus agitur vtpote §. 12. *I. de Actionibus l. 7. & 9. ff. de Iurisdictione.* Sic etiam illa Tabula, in qua Decurionum nomina erant deſcripta Album adpellabatur, prout ex Titulo de Albo ſcribendo. *l. 10. ff. de Decurionibus l. vlt. de Muner. & Honor. adparet.* Quid vero fuerit, diſputatur. THEOPHILVS §. 12. I. de Actionibus ait: ἄλβον δὲ λέγεται τὸ ἔδικτον, διὰ τὸ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασι *Album vero dicitur edictum quod albis literis conſcriptum ſit*, quem ſequitur vetus Gloſſarium Græcum. SVIDAS: λεύκωμα τοῖχος γύψῳ ἀλειλημμένος πρὸς γραφὴν πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιτήδειος *Album, paries gypſo inunctus, ad rerum ciuilium inſcriptionem aptus.* Verum, ſequimur potius GLOSSARIVM VETVS quod, *Album Prætoris eſt, ait, tabula quadam dealbata, poſita pro Roſtris, in qua proponebantur Edicta Prætoris, vt facile ex eminenti conſpicerentur & legerentur.* Vel planius adhuc Fabrottus ſcholiis ad Theophilum: *Prætorum edicta in tabulis dealbatis atris literis conſcripta proponebantur. ſicut ebur candidum atramento pingi, Martialis ait in Apoph. 3. cuius lemma eſt, Pugillares eborei.* Patet hoc etiam ex formulis, *in albo proponere, album corrumpere.* Vid. CVIACIVS *lib. I. obſ. XVII. lib. VIII. obſ. XV.* CAMILLVS BORELLVS *de Magiſtratuum Edictis lib. III. c. XVIII.* BRISSONIVS *de Verb. Sign. voce Album.*

**** L. 2. §. 10. de O. I. *eodem tempore & Magiſtratus iura reddebant: & vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret, edicta proponebant, quæ Edicta Prætorum, Ius Honorarium conſtituerunt.* Vocantur etiam Decreta Prætorum. Sic CICERO in *Verrem lib. II. c. XLVIII.* de Verre Prætore: *quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit?* lib. XIII. ep. LVI. *ſed aiunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe. Id velim cognoſcas & ſi intellexeris, eos neque ex decreto depoſitam habuiſſe.*

***** Diſtinguebantur enim actiones in natas & datas: itemque ciuiles ſiue ex lege ortas & honorarias, quarum iſtæ ex legibus, hæ vero ex prætorum edictis emanarunt. L. 25. §. 2. de Obl. & Act. *omnes autem actiones aut ciuiles dicuntur aut honorariæ* L. 42. §. 1. *Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem vel ciuilem habent (ſic tamen ne exceptione ſummoueantur) vel honorariam actionem vel in factum.* VLPIANVS: *qui apud prætorem agunt, vel lege, vel quo alio iure, id eſt prætorio* Sic. L. Barbarius de officio Prætorum *quid dicemus? quæ edixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an forte, propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt vel lege, vel quo alio iure* §. 1. I. de perpetuis & temporal. actionibus. *non autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipſo iure competunt, aut a prætore dantur: & in heredem æque competunt, aut dari ſolent* & Theophilus Procem. Inſt. h. t. τῶν ἀγωγῶν αἱ μὲν ἀπὸ τῆς πολιτικῆς κατάγονται νομοθεσίας αἱ δὲ ἐκ τοῦ πραίτωρος ἐπινενόηνται

*actio-*

*actionum aliæ ex Iure Ciuili deſcendunt, aliæ a Prætore inuenta ſunt.* Et §. I. οὐ πᾶσα ἡ ἀγωγὴ ὑμῖν ἁρμόζουσα, ἢ καθ' ἡμῶν παρεχομένη, ἢ ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ ἢ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος, ὡσαύτως δίδοται κληρονόμοις, ἢ κατὰ κληρονόμων *porro non omnis actio quæ aut nobis competit, aut contra nos datur ſiue iure ciuili, ſiue a Prætore, etiam hæredibus, aut contra hæredes datur.* Vid. SCHVBARTVS *Exerc. II. §. LXVI.* qui etiam *§. LXVII.* controuerſiam iſtam, quæ fuit inter Cuiacium atque Hottomannum explodit, quod aliud ſit actio legis atque actio legitima. Dum igitur ad Ius Prætorium vel omnia redirent, non ſine ratione Marcianus ICtus illud l. 8. π. de Iuſt. & Iure vocat *viuam vocem Iuris Ciuilis.*

****** Sic CICERO II. de Finibus c. XXII. *quid enim mereri velis iam, cum magiſtratum inieris, & in concionem adſcenderis, (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo & fortaſſe etiam, ſi tibi erit viſum, aliquid de maioribus tuis, & de te ipſo dices more maiorum.)* Tale eſt Edictum Prætoris l. 3. π. de negotiis geſtis *ait Prætor: ſi quis negotia alterius, ſiue quis negotia, quæ cuiusque cum is moritur, fuerint, geſſerit, iudicium eo nomine dabo.* Aliud l. I. π. de his qui effuderint: *Prætor ait de his, qui deiecerint vel effuderint, vnde in eum locum, quo vulgo iter fiet, vel in quo conſiſtetur, deiectum vel effuſum quid erit, quantum ex ea de re damnum datum factumve erit, in eum, qui ibi habitauerit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber periiſſe dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. Si viuet, nocitumque ei eſſe dicetur, quantum ob eam rem æquum iudici videbitur, eum, cum quo agetur, condemnari, tanti iudicium dabo. Si ſeruus inſciente domino feciſſe dicetur, in iudicio adiiciam, aut noxam dedere.* Aliud reperitur *l. I. §. 10. π. de inſpiciendo ventre.* Plures eiusmodi formulas edictorum Prætoris ex Pandectis aliisque ſcriptoribus collegit BRISSONIVS *lib. III. p. 280.* Vid. etiam PIGHIVS *Annal. I. p. 264.*

******* Pr. I. de perpet. & tempor. actionibus. *hoc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege, Senatusue conſulto, ſiue ex ſacris Conſtitutionibus proficiſcuntur, perpetuo ſolere antiquitus competere, donec ſacra conſtitutiones, tam in rem, quam in perſonam actionibus certos fines dederunt: eas vero quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, pleumque intra annum viuere: nam & ipſius Prætoris intra annum erat imperium.* Et l. 35. pr. π. de Oblig. & Act. *in honorariis actionibus ſic eſſe definiendum Caſſius ait, vt quæ rei perſecutionem habeant: hæ etiam poſt annum darentur, cætera intra annum. Honoraria autem quæ poſt annum non dantur, nec in hæredem dandæ ſunt.* THEOPHILVS pr. I. de perp. & temp. act. ὅσαι ἡ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος κατάγονται, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀναλιαί εἰσιν. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸ τοῦ πραίτωρος ἔδικτον μέχρι ἐνιαυτοῦ ἴσχυε πάλαι *quæ vero a Prætore inuenta ſunt, plerumque ſunt annales, quoniam & Prætoris edictum olim tantum vsque ad annum valebat.* CICERO I. in Verrem c. XLII. *de iure vero ciuili ſi quis noui quid inſtituit, is omnia, quæ antea acta ſunt, rata eſſe patitur. Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fuſias, ipſam, vt dixi Voconiam, omneis præterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus ſtatui ius, quo poſt eam legem populus vtatur. Qui plurimum tribuunt edicto, prætoris edictum legem annuam dicunt eſſe. Tu edicto plus complecteris, quam lege. Si finem edicto prætoris afferunt Kalendæ Ian. cur non initium quoque edicti naſcitur a Kalend. Ianuarii? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus eſt: in illum, quo alius prætor fuit, regredietur?*

******** l. 7. §. 1. π. de I. & I. *Ius prætorium eſt, quod Prætores introduxerunt adiuuandi vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam. quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum.* Sunt equidem, qui dubitent, an etiam Prætores corrigendi leges habuerint facultatem. Aſt, docet hæc nos THEOPHILVS pr. Inſt. de perpetuis & temporalibus Actionibus, ὁ δυοδεκάδελτος ἐπινοήσας τῆς furti, κεφαλικὴν κατὰ τοῦ κλέπτου ὥρισε τιμωρίαν. ὁ δὲ πραίτωρ χρηματικὴν ἐπειδὲ οὖν διὰ τὴν τραχύτητα ἡ τοῦ δυοδεκαδέλτου καταφρονήθη νομοθεσία, πολιτεύεται δὲ ἡ τοῦ πραίτωρος. *Lex XII. Tabul. cum furis actionem daret, capitalem in furem pœnam conſtituit, Prætor vero pecuniariam. Quoniam ergo Ius quod ex lege duodecim Tabb. venit, propter aſperitatem exploſum eſt, & magis iure Prætorio vtimur.* Hinc etiam VARRO lib. V. de L. L. p. 58. *prætorium ius ad legem, & cenſorium iudicium ad æquum æſtimabatur* & IMPERATOR § 7. I. de I. N. & G. *prætorum edicta non modicam iuris obtinent auctoritatem.* Quare etiam VLPIANVS l. 13. π. de Legibus *quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum eſt. bona occaſio eſt, cetera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iuriſdictione ſuppleri.* Hoc autem per Prætorem factum. Iuri tamen derogare non poterant ſecundum *l. 1. π. de feriis.*

† *L. 2. §. 10. de Or. I. l. 7. §. 1. π de I. & I.* Neque tamen Ius Prætorum ſolum, ſed etiam Aedilium dictum fuit Ius Honorarium. Sic enim THEOPHILVS, poſtquam de vtroque dixiſſet §. 8. I. de I. N. G. & C. ἐλέγετο δὲ ἡ τούτων νομοθεσία, ius honorarium, ἐπειδὲ πρὸς τιμὴν τῶν ἀρχόντων τέθειτα, ἐκράτει ταῦτα καὶ ἐπολιτεύετο *Ius autem quod hi conſtituebant ius honorarium appellabatur: quoniam ad honorem magiſtratuum & auctorum eius id valebat, & in vſum recipiebatur.* & l. 8. π. de Iuſt. & Iure *nam & ipſum ius honorarium viua vox eſt iuris ciuilis.*

†† Sic l. 65. §. 3. ad SCtum Trebellian. *idque ex ſimilitudine Iuris Ciuilis vel Honorarii conſtituendum eſt.* l. 28. pr. π. de Legatis. I. *id, quod honoraria actione mihi debetur, ſi legetur mihi, legatum valere: quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria.* Sic l. 32. pr. π. ad L. Falcidiam diſtinguuntur pœnales actiones ſiue legitimæ, ſiue honorariæ & §. 1. I. de Obligationibus *omnium autem obligationum ſumma diuiſio in duo genera deducitur: namque aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur.* Sic. l. 7. §. 9. π. *de Publiciana actione,* occurrunt ſucceſſores honorarii, ſcilicet ii, qui ex iure honorario ſuccedunt.

††† Vid. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXXIV.*

## §. XVII.

*Edicta Perpetua.*

Cum autem Prætores annua ſua Edicta, vel ex propria vtilitate, vel etiam vt gratiam aliis facerent, ſæpius immutarent, * A. V. C. DLXXXV. SCtum factum eſt, vt Prætores ex ſuis perpetuis edictis Ius dicerent, ** id quod Lege a C. Cornelio Tribuno Plebis lata, A. V. C. DCLXXXVI. fuit confirmatum, ita, vt Prætoribus toto Magiſtratus anno recedere haut liceret ab eo iure, quo ſe vſuros initio Magiſtratus ciuibus denuntiaſſent: *** ex

Digitized by Google

ex quo prætorum edicta, licet annua eſſent, dicta fuerunt perpetua. Licet etiam in actionibus, quæ rei perſecutionem haberent, poſt annum quoque Prætores actiones dederint, **** & quædam actiones Prætoriæ æque factæ fuerint perpetuæ quæ ad Principum vsque conſtitutiones durarent, ***** quæ diſtinguebantur a translatitiis, dum ſubſequenti Prætori liberum eſſet, Anteceſſorum edicta vel repetere, & quaſi transferre, vel noua etiam proponere. ****** Hinc etiam Prætor Prætori intercedere poterat, ne quid contra ius & edictum ſuum decerneret. *******

* Patet hoc ex CICERONIS lib. I. in Verrem c. XLVI. *quæ Romæ magna cum infamia, pretio accepto, edixeras, ea ſola te, ne gratis in prouincia male audires, ex edicto Siciliensi ſuſtuliſſe video. Et, cum edictum totum eorum arbitratu, quamdiu fuit deſignatus; componeret, qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur: tum vero in magiſtratu contra illud edictum ſuum ſine vlla religione decernebat. Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita interceſſit, quod iſte aliter, atque vt edixerat, decreuiſſet.*

** PIGHIVS ex antiquis Ephemeridibus lib. XI. p. 378. V. KL. APRILIS. HORA. OCTAVA. SENATVS. COACTVS. IN. HOSTILIA. S. C. FACTVM. EST. VTI PRÆTORES. EX. SVIS. PERPETVIS. EDICTIS. IVS. DICERENT.

*** ASCONIVS PEDIANVS in argumento orat. pro C. Cornelio p. 123. *aliam deinde legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt Prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent. Quæ res tum gratiam ambitioſis Prætoribus, qui varie ius dicere aſſueuerant, ſuſtulit.* Optime vero hoc DIO declarat *lib. XXXVI. p. 19.* vbi de C. Cornelio καὶ οὕτως ἐκεῖνόν τε διενομοθέτησε, καὶ ἕτερον τοιόνδε· οἱ στρατηγοὶ πάντες τὰ δίκαια καθ᾽ ἃ δικάσειν ἔμελλεν αὐτοῖς, συγγράφοντες ἐξετίθεσαν· οὐ γάρ πω πάντα τὰ δικαιάματα, ἃ περὶ τὰ συμβόλαια διετέτακτο, ἐποίουν. οὔτε ἐσάπαξ τοῦτ᾽ ἐποίουν, οὔτε τὰ γραφέντα ἐτήρουν· ἀλλὰ πολλάκις αὐτὰ μετέγραφον, καὶ συχνὰ ἐν τούτῳ πρὸς χάριν ἢ κατ᾽ ἔχθραν τινῶν, ὥσπερ εἰκός, ἐγίνετο. εἰσηγήσατο καὶ ἀρχάς τε εὐθὺς αὐτοὺς τά δίκαια, οἷς χρήσονται), προλέγειν, καὶ μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν παρατρέπειν *ita & hanc legem perfecit & alteram huiusmodi. Prætores ſolebant iura ea, ſecundum quæ eſſent iudicaturi, ſcripta edere. Neque enim prætores id ius quod ad contractus dirigendos poſitum erat obſeruabant: neque id vnquam fecerant, neque ſcripto iuri ſteterant: ſed ſæpe numero ea variauerant, crebroque per gratiam & odium certorum hominum veluti fieri aſſolet, multa gerebantur. Igitur rogationem tulit, vt ſtatim a principio prætores prædicerent, quo iure eſſent vſuri, & deinde nequaquam ab eo deflecterent.* Quare CICERO de Finibus lib. II. c. XXII. *quid enim mereri velis iam, cum magiſtratum inieris, & in concionem adſcenderis (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo)* de inuent. lib. II. c. XXII. *Conſuetudinis autem ius eſſe putatur id quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobarit. In ea autem iura ſunt quædam ipſa iam certa propter vetuſtatem. Quo in genere & alia ſunt multa, & eorum multo maxima pars, quæ præ-*

*tores edicere conſueuerunt.* GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXXIV.* PIGHIVS Tom. I. p. 165.

**** L. 1. pr. π. de Vi & vi arm. *Prætor ait: Vnde tu illum vi deieciſti, aut familia tua deiecit; de eo, quaque ille tunc ibi habuit tantum modo intra annum, poſt annum de eo, quod ad eum, qui vi deiecit, peruenerit, iudicium dabo.* l. 3. §. 12. de vi *hoc interdictum etiam aduerſus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiiceretur: & poſt annum reddetur in id, quod peruenit ad eum, qui prohibuit.* l. 7. §. 5 π. Comm. diuid. *Iulianus ſcribit, ſi alter poſſeſſor prouocet, alter dicat eum vi poſsidere, non debere hoc iudicium dari, nec poſt annum quidem: quia placuit, etiam poſt annum in eum, qui vi deiecit, interdictum reddi.* l. 4. π. de vi bon. rapt. *Prætor ait: cuius dolo malo in turba damnum quid factum eſſe dicetur: in eum, in anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum: poſt annum, in ſimplum iudicium dabo.* Plenius hæc explicantur l. 35. π. de Obl. & Act. *in honorariis actionibus ſic eſſe definiendum Caſſius ait, vt quæ rei perſecutionem habeant: hæ etiam poſt annum darentur, cæteræ intra annum. Honorariæ autem, quæ poſt annum non dantur nec in heredem dandæ ſunt: vt tamen lucrum ei extorqueatur, ſicut fit in actione doli mali, & Interdicto Vnde vi, & ſimilibus.* Rationem reddit L. 3. §. 1. π. de vi & vi armata *hæc actio quæ aduerſus heredem cæterosque ſucceſſores pertinet, perpetuo competit: quia in ea rei perſecutio continetur.* Licet hoc perpetuum etiam præſcriptione XXX. vel XL. annorum finiatur *L. 7. C. de præſcript. XXX. vel XL. ann.*

***** Pr. I. de perp. & temp. act. *eas vero quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, plerumque intra annum viuere: nam & ipſius Prætoris intra annum erat, imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id eſt, vsque ad finem ex conſtitutionibus introductum: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori, cæterisque qui heredis loco ſunt, adcommodat. Furti quoque manifeſti actio, quamuis ex ipſius Prætoris iurisdictione proficiſcatur: tamen perpetuo datur: abſurdum enim eſſe exiſtimavit, anno eam terminari.* Hæc plenius declarat THEOPHILVS h. t. εἰσὶ δέ τινες πραιτώριαι ἀγωγαὶ περπετούως ἁρμόζουσαι· τουτέστιν ἕως τοῦ χρόνου τῶν ὁρισθέντων ἀπὸ τῶν διατάξεων· εἰσὶ δὲ ἀγωγαὶ αὗται ἃς ἐπαγγέλλεται τῷ bonorum poſſeſſori, καὶ τοῖς λοιποῖς, οἵτινες κληρονόμου τάξιν ἐπέχουσιν· οἶδας γὰρ ὅτι ὁ bonorum poſſeſſor, ἀπὸ τοῦ πραίτωρός ἐστι διάδοχος, ἄγνωστος ὢν τῇ πολιτικῇ νομοθεσίᾳ· ὅστις, ὡς εἰρήκαμεν ἐν τῇ τρίτῃ ἰνστιτουτίων, πλαγιαστικῶς καὶ ἐνάγει καὶ ἐνάγεται. ἐπειδὲ οὖν αἱ τοῖς πολιτικοῖς διαδόχοις, τελέσι τοῖς κληρονόμοις παρεχόμεναι ἀγωγαί, περπετουαί εἰσιν, ὁ δὲ bonorum poſſeſſor, καὶ πᾶς μιμούμενος κληρονόμον, ὁποῖός ἐστιν ὁ Τρεβελλιανὸς Φιδεϊκομμισσάριος, ἐπειδὲ διὰ τῆς πλάσεως περιτίθεασιν ἑαυτοῖς τὸ τοῦ κληρονόμου ὄνομα, ἵνα διὰ πάντων ἡ πλάσις ἀληθὴς εὑρεθῇ ἀναγκαῖον ἐνόμισεν, ὥσπερ τὰς τοῖς κληρονόμοις, οὕτω καὶ τὰς τοῖς bonorum poſſeſſorσιν ἁρμοζούσας ἀγωγάς, εἶναι περπετούας. Καὶ ἡ furti δὲ manifeſti, εἰ καὶ ἐκ τοῦ πραίτωρος κατάγεται, ὅμως περπετουά ἐστιν· ἀτοπώτατον γὰρ ἦν ἐνιαυτῷ ταύτην περικλείεσθαι *ſunt tamen quædam actiones, quæ perpetuo competunt, id eſt, vsque ad tempora principum conſtitu-*

*ſtitutionibus ſtatuta. Ha autem ſunt ha, quas bonorum poſſeſſori pollicitus eſt, & aliis, qui haredis vicem obtinent. Satis enim nouiſſe te arbitror, bonorum poſſeſſorem, ſucceſſorem Pratorium eſſe: quem Ius ciuile neſciat; quique, vt libro tertio diximus, vtiliter & experiatur & conueniatur. Quoniam igitur actiones, qua ciuilibus ſucceſſoribus dantur, hoc eſt, heredibus, perpetua ſunt: Bonorum autem poſſeſſor, & quiuis alius qui heredis inſtar obtinet, quod genus eſt is, cui ex SC. Trebell. hereditas reſtituta eſt, per fictionem ſibi heredis nomen vindicant, ideo vt per omnia fictio hac vera inueniatur, neceſſarium eſſe viſum eſt, vt quemadmodum actiones qua heredibus competunt, ita & ha, qua bonorum poſſeſſoribus perpetua eſſent. Sed & furti manifeſti actio quamuis Pratoria ſit, perpetua tamen eſt, quoniam abſurdiſſimum erat, vt anno circumſcriberetur.*

****** Sic diſtinguit CICERO I. *in Verr. c. XLIV.* in tranſlatitium & nouum, dicens: *poſteaquam ius pratorium conſtitutum eſt, ſemper hoc iure vſi ſumus: ſi tabula teſtamenti non proferentur, tum, vti proximum quemque potiſſimum heredem eſſe oporteret, ſi is inteſtato mortuus eſſet, ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. Quare hoc ſit aquiſſimum, facile eſt docere: ſed in re tam vſitata, ſatis eſt oſtendere, omneis antea ius ita dixiſſe, & hoc, vetus edictum tranſlatitiumque eſſe. Cognoſcite aliud hominis in re vetere edictum nouum* &c. XLV. *hoc tranſlatitium eſt*, cui contrarium erat peculiare edictum, de quo *in Verrem lib. III. c. XIV.* PLINIVS *lib. X. c. XXIX.*

******* De hoc CICERO in Verrem lib. I. c. XLVI. *itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita interceſſit, quod iſte aliter, vt edixerat, decreuiſſet.* Ad hunc locum ASCONIVS PEDIANVS p. 101. *Intercedere, vt vides, etiam Prator Pratori ſolet, vt Piſo Verri, appellatione cauſa ad collegam facta.* Vid. RANCHINVS *lib. I. Variar. c. IX.* quaeſtione, *an a pari magiſtratu ad parem olim fuerit prouocatio.*

## §. XVIII.

Libera igitur Republica, diuerſæ Iuris, Legumue partes erant, vel Leges Romanæ, quæ populi conſenſu latæ: vel proprium Ius Ciuile, quod ſine ſcripto, in ſola Prudentum interpretatione conſiſtebat; aut erant Legis actiones, quæ formam agendi continebant, aut Plebiſcita, quæ ſine patrum auctoritate conſtituta: aut Prætorum & Magiſtratuum edicta, vnde Ius Honorarium enatum aut Senatus conſulta, quæ a ſolo Senatu conſtituebantur, ſine lege. Acceſſit ſub Impp. Principum Conſtitutio.* *Ius Romanum Libera Republica.*

* POMPONIVS L. 2. §. 12. de Or. Iuris. *ita in ciuitate noſtra, aut Iure, id eſt Lege conſtituitur, aut eſt proprium ius Ciuile, quod ſine ſcripto in ſola Prudentium interpretatione conſiſtit: aut ſunt Legis actiones, qua formam agendi continent: aut Plebiſcitum, quod ſine auctoritate Patrum eſt conſtitutum: aut eſt Magiſtratuum Edictum, vnde Ius Honorarium naſcitur: aut Senatusconſultum, quod ſolum Senatu conſtituente inducitur ſine lege: aut eſt Principalis conſtitutio, id eſt, vt quod ipſe Princeps conſtituit, pro lege ſeruetur.* §. 3. I. de I. N. & G.

## §. XIX.

Cum autem Iuris Romani ratio penes Magiſtratus, in Legibus & procedendi forma conſtaret, nobis etiam Magiſtratus, Senatum, *Magiſtratus Romano-*

*rum, harumque diviſio.*

Ciuium Iura, Leges & Iudicia Romanorum incumbet exponere: * Magiſtratus Romani, ** qui in Faſtis ſiue Annalibus publicis per ſingulos annos deſignabantur, *** vel Maiores erant, qui peractis prius maioribus auſpiciis in Comitiis centuriatis creabantur, lictore & viatore vtebantur, erantque Conſules, Cenſores, Prætores, Dictatores; vel Minores, qui iisdem carerent, **** vel qui ſine Imperio eſſent, & Magiſtratu. ***** Curules erant, quibus Ius ſellæ curulis conceſſum, ****** quæ a Curibus ſiue Hetruſcis, a quibus ſumtæ, † ſic denominabantur, atque iidem erant ac Maiores. Alias ex ipſorum conſtitutione adparet, quod vel ordinarii fuerint, qui quotannis ſtato tempore conſtituebantur vel extraordinarii, qui certam ob cauſſam, vrgente neceſſitate, eligebantur. Alii vel Patritiorum erant, vel Plebeiorum, vel mixti. ††

* Huc etiam collimat POMPONIVS l. 2. §. 13. de Or. Iuris: *poſt Originem Iuris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, vt de Magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus, quia vt expoſuimus, per eos, qui iuri dicendo præſunt, effectus rei accipitur. Quantum eſt enim Ius in Ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iure regere poſſint?*

** Plures ſunt, qui Magiſtratuum Romanorum ſtatum atque officia nobis expoſuerunt, vel horum ſucceſſionem illuſtrantes, in Faſtos Conſulares fuerunt commentati. In primo ordine venit PETRI SCRIVERII *Reſpublica Romana*, quæ ex Elzeuiriana, *Lugduni Batauorum* 1629. 16. prodiit, & ANDREÆ DOMINICI FLOCCI *de poteſtatibus Romanorum libros duos*, POMPONII LÆTI, RAPHAELIS VOLATERRANI, ANDREÆ ALCIATI, IVSTI LIPSII, *libellos de Magiſtratibus Romanorum* continet. Sed non niſi breuem Romanorum Magiſtratuum hiſtoriam comprehendunt. Leuioris momenti ſunt CLAVDII PRÆVOTII Vxellodunenſis *de magiſtratibus P. R. liber, Francofurti* 1612. 8. & CHRISTOPHORI OHEMII *de Conſulibus, aliisque Magiſtratibus libellus, Mulhuſii* 1606. 8. editus. IOACHIMI PERIONII *de Romanorum Magiſtratibus & Græcorum libri tres, Argentorati* 1608. 8. GVILIELMI POSSARDI *diſſertatio aphoriſtica numeralis, de magiſtratibus Romanorum & eorum Criteriis*, licet pauciſſima habeat de Senatu, de Comitiis potius agat, feriis, tribubus. Non inelegans eſt FRANCISCI HOTTOMANNI *de Magiſtratibus Romanorum, eorumque inſtitutione Tractatus*, qui *Baſileæ* 1557. 8. in noſtra Academia, cura Clar. Ephraimi Gerhardi cum aliis Hottomanni ad antiquitates facientibus opuſculis recuſus, nec tamen omnia adimplet. In Tomo XVI. Tractatus Tractatuum extat IO. PYRRHI *liber de Magiſtratibus Romanis*, in quo quam maxime agit de Magiſtratibus Romanorum Palatinis, Quæſtoriis & militaribus. Inter recentiores CASPAR MANTZIVS in *fundamentis Orbis & Vrbis, ſ. de Rep. Romana*, priores aliquot titulos Magiſtratibus dedit. Ad hiſtoriam Magiſtratuum, qui fuerunt ſub Impp. optime conducit *Notitia vtraque dignitatum cum Orientis, tum Occidentis, vltra Arcadii Honoriique tempora*, quæ ſola prodiit cura *Philippi Labbei, Pariſiis* 1651. 12. cum eruditiſſimo autem Commentario *Guidonis Pancirolli Venetiis* 1602. & *Lugduni* 1608. *f.* atque in Tomo VII. Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani. Acceſſit Eiusdem Tractatus *de Magiſtratibus Municipalibus*, qui ſeparatim alias non prodiit. Elegantiſſimum Opus, idemque vtiliſſimum ad explicandos potiſſimum tres poſterio-

ſteriores Codicis libros. Eodem ſpectat IVLII CÆSARIS BVLENGERI *Opus de Imperatore & Imperio Romano, Lugduni* 1618. *f.* quod & omnia ſub Impp. nota Magiſtratuum officia explicat, nec minorem præſtat vtilitatem. Ad Officia autem Palatina faciunt IACOBI GVTHERII *de Officiis domus Auguſtæ publicæ & priuatæ*, libri tres, qui prodierunt *Pariſiis* 1628. 4. & *Lipſiæ* 1672. 8. qui eruditionem plane ſingularem præ ſe ferunt, atque honorum titulos olim vſitatos maxime illuſtrant. Quotquot autem ſint ſcriptores, CASAVBONO tamen ſubſcribimus, qui *ep. CCXLVII.* pronuntiare auſus fuit, qui argumentum de Magiſtratibus P. R. perpolierit, extare adhuc neminem.

*** FASTI erant Magiſtratuum libri, in quos a ſcribis publicis, Magiſtratuum annuorum nomina ſcribebantur. Eorum vſus fuit antiquiſſimus. Siquidem illos aliquoties citat LIVIVS *lib. IV. c. VII.* eosque linteos in æde Monetæ fuiſſe repoſitos ſcribit *lib. IV. c. XX. lib. X. c. XXXVIII.* Diſtincti iſti erant ab Annalibus, qui priuatos habuere ſcriptores, annorum ſeriem in ſcribendis Hiſtoriis ſecutos, qui citantur a LIVIO *lib. XXXII. c. VI. & lib. XLII. c. XI.* & M. Porcii Catonis *ep. XLIX.* Talem annalem librum Atticum compoſuiſſe teſtatur in vita ipſius CORNELIVS NEPOS *c. XVIII.* dicens: *antiquitatem adeo diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ordinauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum; neque res illuſtris eſt populi Romani, quæ non in eo, ſuo tempore ſit ornata.* Prouocat ad eundem CICERO *XII. ad Atticum ep. XXIV. ſcriptum eſt,* ait, *in tuo annali.* Verum LIVIVS lib. II. c. XXI. *Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, vt nec qui conſules ſecundum quosdam, nec quid quoque anno actum ſit, in vetuſtate non rerum modo, ſed etiam auctorum digerere poſſis.* Quantum vero ad Faſtos publicos attinet, anno 1547. cura & ſumtibus Alexandri Farneſii, rudera quædam Romæ fuerunt egeſta, quæ monumenta marmorea continebant Magiſtratuum Triumphorumque ab V. C. ad tempora Auguſti, quæ, quia in palatio Capitolino repoſita, exinde dicti fuerunt *Faſti Capitolini*, quorum auctorem Panuinius in præfatione facit Verrium Flaccum, nobilem Grammaticum, contradicente tamen VOSSIO, *de Hiſtor. latinis lib. I. c. XI.* PIGHIVS Pomponio Attico eos adſcribit, ſed incertum eſſe auctorem, innuit Voſſius, Attici labores ſecutum. Extant hi Faſti primum cura *Franciſci Robortelli* editi *Venetiis* 1555. 4. dein cura *Io. Baptiſtæ Marliani, Romæ* 1560. *f.* hinc cum Onuphrii Panuinii Faſtis, *Heidelbergæ* 1588. *f.* a Friderico Sylburgio etiam editi, in Tomo tertio Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ, *Francofurti* 1590. *f.* tandem in Tomo ſecundo Annalium Stephani Vinandi Pighii, *Antwerpiæ* 1615. *f.* Sed, cum hi Faſti temporum iniuria corrupti, & perfecti non eſſent, alii in iisdem, ex Scriptoribus antiquis ſupplendis, & ad noſtra vsque tempora deducendis, deſudarunt. Primus illud egit CAROLVS SIGONIVS, cuius *Faſti conſulares ac Triumphi acti a Romulo Rege, vsque ad Tiberium Cæſarem, additus Commentarius prodierunt Mutinæ* 1550. *f. Venetiis* 1556. *f. Baſileæ* 1559. *f.* & a Sylburgio Tomo primo Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ. Dum autem Liuio atque Dionyſio Halicarnaſſenſi cum Faſtis hisce minime conuenire putaret Sigonius, contra hunc ſcripſit FRANCISCVS ROBORTELLVS *de conuenientia ſupputationis Liuianæ*, qui inter alia eius prodiit *Patauii* 1557. *f.* & Liuio ſubiectus *Francofurti* 1568. *f.* quo & Liuium & Dionyſium cum Faſtis Conſularibus, circa ſupputationem conuenire, probare contendit. Reſpondet huic Sigonius *Emendationum libris duobus*, quibus ſe contra iniurioſas Robortelli contradictiones defendit, in quorum primo Liuianam & Capitolinam ſupputationem diſcrepare demonſtrat,

monſtrat, & quasdam Scriptorum Veterum emendationes a Robortello reprehenſas reſtituit: altero contra eundem *de Nominibus* Romanorum diſputat. Prodiere vtraque hæc ſcripta *Venetiis* 1557. 4. & continentur in Tomo ſecundo Theſauri Critici Gruteriani. ONVPHRIVS quidem PANVINIVS, Faſtorum libros V. a Romulo Rege vsque ad tempora Caroli V. edidit, quibus ſingula Magiſtratuum nomina, ſecundum annorum ſeriem diſpoſuit, cum eruditiſſimis Commentariis. Prodiit primum ex muſeo *Iacobi de Strada*, *Venetiis* 1557. *f.* & *Heidelbergæ* 1588. *f.* ABRAHAMVS BVCHOLTZERVS *Conſulum Romanorum Catalogum Görlicii* 1590. 4. edidit, quem a primis Conſulibus ad Auguſtum vsque ducit. Vaſtum eſt Faſtorum Opus HVBERTI GOLTZII, ad nummorum ſeriem & intellectum ab eodem conſcriptum *Antwerpiæ* 1566. *f.* editum, ſed prout GOLTZIANA eſſe ſolent, parum accuratum: Subiungimus IDACII Lemouicenſis *Faſtos Conſulares*, ab A. V. C. CCXLV. ad CCCCLXVIII. quos vna cum eiusdem Chronico ex MSCto primus edidit IACOBVS SIRMONDVS *Pariſiis* 1519. *f.* eosdemque Theſauro Temporum inſeruit IOS. IVSTVS SCALIGER *Amſtelodami* 1658. *f.* edito. Integros vero illos debemus PHILIPPO LABBEO, qui Tomo primo Bibliothecæ MSCtorum nouæ hosce, capite hactenus calceque truncos ſuppleuit, & inſeruit, *Pariſiis* 1657. *f.* Optimus vero eſt STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS, cuius habemus *Annales Magiſtratuum & Prouinciarum S. P. Q. R. ab V. C.* quorum primus Tomus prodiit *Antwerpiæ* 1599. *ex Plantiniana f.* ſex priores libros comprehendens, Tomus ſecundus & tertius poſthumus, opera & ſtudio Andreæ Schotti recenſitus, auctus & illuſtratus, *Antwerpiæ* 1615. continens duodecim libros poſteriores. Præmiſſi Tomo ſecundo Faſti Capitolini a Pighio ſuppleti, & Faſti Siculi a Schotto emendati. Præſtant hi inter omnes Romanorum Annales, quibus præter hiſtoriam Reipublicæ, eiusdemque mutationes, Magiſtratus ſingulorum annorum, Leges, Bella. Clades, Victoriæ atque Triumphi, nec non familiarum illuſtrium ſtemmata, deſcribuntur ab V. C. vsque ad DCCXXI. Acceſſit index, Gentes & Familias Romanas ſeparatim recenſens. Continuauit quaſi Faſtos Romanos PETRVS RELANDVS cuius *Faſti Conſulares*, opus Poſthumum, curante fratre ipſius Hadriano Relando, prodierunt *Traiecti* 1715. 8. Eiusdem additur appendix, Faſtos conſulares Græcos ex Codice MSCto Bibliothecæ Mediceæ, Faſtos conſulares Latinos ex MSCto Codice Bibliothecæ Oxonienſis & HENRICI BRENCKMANNI *epiſtolam de Conſulibus*, quorum in Pandectis fit mentio, continens. Faſti iſti ab A. V. C. DCCCCXCVIII. Chriſti CXLVI. incipiunt cum A. V. C. MCCCCXI, Chriſti DLIX. deſinunt, atque ad illuſtrandas Codicis Theodoſiani & Iuſtinianei Leges faciunt egregie, dum Hiſtoria & Chronologia Conſtitutionum Imperialium exinde peti poſſit exacta. Collecti autem Faſti fuerunt ex Scriptoribus atque Lapidibus, adiectis auctoritatibus.

**** GELLIVS hæc *lib. XIII. c. XV.* optime explicat: *in edicto conſulum, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus ſit, ſcribitur ex vetere forma perpetua;* NE. QVIS. MAGISTRATVS. MINOR. DE. COELO. SERVASSE. VELIT. *quæri igitur ſolet, qui ſint magiſtratus minores. Super hac re meis verbis nihil opus fuit: quoniam liber Meſſalæ Auguris de auſpiciis primus, quum hoc ſcriberemus, forte adfuit. Propterea ex eo libro, verba ipſius Meſſalæ ſubſcripſimus. Patriciorum auſpicia in duas ſimul diviſa poteſtates. Maxima ſunt, conſulum, prætorum, cenſorum, neque tamen eorum omnium inter ſe eadem aut eiusdem poteſtatis, ideo quod collegæ non ſunt cenſores conſulum aut prætorum; prætores conſulum ſunt. ideoque nec conſules aut prætores cenſoribus*

*neque*

*neque cenſores conſulibus aut prætoribus turbant aut retinent auſpicia: at cenſores inter ſe, rurſus prætores conſulesque inter ſe, & vitiant & obtinent. Prætor, etſi collega conſulis eſt, neque prætorem, neque conſulem iure rogare poteſt, vt quidem nos a ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora ſeruatum eſt: & vt in commentario tertiodecimo C. Tuditani patet, quia imperium minus prætor, maius habet conſul: & a minore imperio maius aut maior collega rogari iure non poteſt. Prætores nos his temporibus prætore creante veterum auctoritatem ſumus ſequuti. neque iis comitiis in auſpicio fuimus. Cenſores æque non eodem rogantur auſpicio atque conſules & prætores. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia: ideo illi minores, hi maiores magiſtratus appellantur. Minoribus creandis magiſtratibus tributis comitiis magiſtratus, ſed iuſtius curiata datur lege, maiores centuriatis Comitiis fiunt.* Ex his omnibus verbis Meſſalæ manifeſtum fit, & qui ſint magiſtratus minores, & quamobrem minores appellentur. Sed & collegam eſſe prætorem conſuli docet, quod eodem auſpicio creantur. Maiora autem dicuntur auſpicia habere; quia eorum auſpicia magis rata ſunt quam aliorum. Idem Meſſala in eodem libro de minoribus magiſtratibus ita ſcribit. *Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum & concionem auocare poteſt, niſi a conſule. Minores magiſtratus nuſquam nec comitiatum nec concionem auocare poſſunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit: quia bifariam cum populo agi non poteſt. Nec auocare alius alii poſſet, ſi concionem habere vellet, vti ne cum populo agant: quamvis multi magiſtratus ſimul concionem habere poſſunt.* Ex his verbis Meſſalæ manifeſtum eſt, aliud eſſe cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere, eſt rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut iubeat aut vetet; concionem autem habere, eſt verba facere ad populum ſine vlla rogatione.

***** L. 32. π. de Iniuriis *quod & ſi ex minoribus Magiſtratibus erit, id eſt, qui ſine imperio aut poteſtate ſunt Magiſtratus: & in ipſo Magiſtratu poſſe eos conueniri.*

****** LIVIVS de Gallorum irruptione in vrbem lib. V. c. XLI. *Romæ interim, ſatis iam omnibus, vt in tali re, ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domos regreſſa, aduentum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectabat. Qui eorum curules geſſerant magiſtratus, vt in fortunæ priſtinæ, honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus triumphantibusue, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.* Sic LIVIVS *lib. VI. c. XXXV.* auctor eſt, Curules Magiſtratus creari, toto quinquennio non paſſos fuiſſe Tribunos Pl. IDEM lib. XXX. c. XXXIX. *ſæpe Comitia indicta perfici tempeſtates prohibuerunt. Itaque quum pridie Idus Martias veteres magiſtratus abiſſent, noui ſuffecti non eſſent; reſpublica ſine curulibus magiſtratibus erat.* Hinc Ædiles Curules occurrunt, *§. 7. I. de I. N. & G. l. 2. §. 26. π. de Or. I. l. 1. pr. de Ædil. Edicto.* Rationem nominis reddit THEOPHILVS §. 8. I. de I. N. & G. Κȣρȣ̃λες ἢ διὰ τȣ̃το ἐπειδὴ ἐχέχρηντο τῇ σέλλῃ τῇ ὑπατικῇ. *Curules autem ideo dicuntur, quod ſella Conſulari vterentur. Ideoque eadem ſella diſtinguebantur a plebeiis.* Neque tamen duos Curules Magiſtratus ſimul gerere æquum erat, prout LIVIVS nos docet *lib. XXXIX. c. XXXIX.*

† Grammatici equidem ſellam curulem a curru deriuant. Sic GELLIVS lib. III. c. XVIII. *Senatores enim dicit in veterum ætate, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent; quæ ob eam cauſam curulis appellaretur: ſed eos ſenatores, qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus itauiſſe in curiam.* FESTVS: *Curules magiſtratus*



*appel-*

Digitized by Google

*appellati ſunt, quia curru vehebantur* ISIDORVS lib. XX. c. XI. *ſella curules erant, in quibus magiſtratus ſedentes iura reddebant. Dictæ autem curules quia apud veteres Prætores & conſules propter itineris longinquitatem curru forum prouehebantur, ſellæ autem, quæ poſt eos vehebantur, quibus ſedentes dicere iura ſolebant, a curru curules ſellæ ſunt nominatæ.* Verum, aliter Scriptores Romani. LIVIVS lib. I. c. VIII. *me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus & apparitores & hoc genus ab Etruſcis finitimis, vnde ſella curulis, vnde toga prætexta ſumta eſt.* Hanc vero ſellam ab Hetruſcis apud Romanos introduxiſſe Tarquinium Priſcum, auctor eſt DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. III. p.* 195. 196. Licet MACROBIVS *Saturn. lib. I. c. VI.* tradat: *Tullus Hoſtilius Hoſti filius Rex Romanorum tertius, debellatis Etruſcis ſellam curulem, lictoresque & togam pictam atque prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Etruſcorum erant, primus vt Romæ haberentur, inſtituit.* Verum, fidem potius habemus Halicarnaſſenſi. Et quidem ſi Silio Italico fides eſt habenda e Vetulonii oppido, hodie Viterbo, primo in vrbem aduecta fuit hæc ſella, de qua ſic canit lib. VIII.

*hæc altas eboris decorauit honore Curules.*

Plenius de illa egit VALERIVS CHIMENTELLVS *de honore Biſellii c. XI.* Vocabatur autem ſella curulis regia, quia inter inſignia erat, quibus reges ſuos ornare conſueuerant Hetruſci. DIONYSIVS *c. l.* vbi vocatur θρόνος ἐλεφάντινος. Quare etiam Menenio de Sabinis conceſſum, vt tali ſella in vrbem inueheretur. DIONYSIVS *lib. V. p.* 313. Μενίνιος μὲν, τῷ μείζονι καὶ τιμιωτέρῳ, παρεμβεβηκιὼς ἐφ' ἅρματος δίφρου βασιλικοῦ *Menenio maior & honoratior, vt regia ſella curuli in vrbem inueheretur.* Talis ſella eburnea Regibus dono mitti ſolita. Sic inter alia dona a Romanis Syphaci miſſa, refertur ſella eburnea apud LIVIVM *lib. XXVII. c. IV.* & toga prætexta cum curuli ſella, apud LIVIVM *lib. XXXI. c. XI.* Curru autem in curiam vehi L. Cæcilio Metello honoris cauſa primum fuiſſe conceſſum, Marmor antiquum in eius elogium ſculptum, oſtendit, quod tale eſt: L. CAECILIVS L. F. METELLVS PONT. MAX. COS. II. DICTATOR. MAG. EQ. XV. VIR AGRIS DANDIS. QVI PRIMVS ELEPHANTOS PRIMO PVNICO BELLO DVXIT IN TRIVMPHO PRIMARIVS BELLATOR OPTIMVS ORATOR FORTISSIMVS IMPERATOR AVSPICIO SVO MAXIMAS RES GESSIT MAXIMO VSVS HONORE SVMMA SAPIENTIA MAXIMVS SENATOR EX ÆQVO PECVNIAM PARTAM SINGVLIS LIBERIS RELIQVIT. CLARISSIMVS IN CIVITATE FVIT. TRIBVTVM EI VT QVOTIENS IN SENATVM IRET CVRRV VEHERETVR AD CVRIAM QVOD A CONDITO ÆVO NVLLI ALII CONTIGIT.

†† Has quidem diuiſiones apud Scriptores antiquos me legiſſe, haud memini, patent autem iſtæ, ex ipſa Magiſtratuum apud Romanos conſtitutione.

## §. XX.

*Magiſtratus quinam fieri poſſent.* Patritiorum ex inſtitutione Romuli, primitus proprii erant Magiſtratus, * poſt, per varias plebis ſeceſſiones effectum fuit, vt iidem etiam, ſolo Interrege excepto, cum plebe communicarentur. ** Primis temporibus in petendis Magiſtratibus ætas non *Leges Annales.* obſeruabatur, ſed prima ſtatim iuuenta Conſulatus & Dictatura poterant iniri. *** Poſtea A. V. C. DLXXIII, per Villium Tribunum

bunum plebis, prima lex Annalis lata, **** vt, qui honores peteret, legitimam ætatem haberet. Subſecutæ fuerunt plures, Leges etiam Annales dictæ, quas equidem ſuperſtites amplius non habemus, tantum vero ex Scriptoribus licet coniicere, vt, qui primum honores peterent, Annorum triginta eſſent, ad Præturam vero ætas quadraginta annorum requirebatur. Ad Conſulatum ætas quadraginta trium annorum. ***** Per Legem Corneliam, ****** etiam petendorum honorum ordo conſtitutus, ita, vt quæſturam primordium gerendorum honorum adpellet Vlpianus. † Sublequuntur Ædilitates duæ, hinc Prætura, demum Conſulatus. †† Neque eundem Magiſtratum niſi intra annum decimum iterum petere per plebiſcitum cautum. Idem in Legem Cornelia confirmatum. Nec Plebiſcito facto, duos magiſtratus vno anno gerere licebat. ††† Singuli autem intra quinque dies iurare debebant in Leges. †††† Petituri Magiſtratum, a toga candida dicebantur Candidati. ††††† Per Legem Calpurniam tamen ambitus Magiſtratuum fuit prohibitus, quæ A.V.C. DCLXXXVI fuit lata. †††††† Depoſito Magiſtratu, dicebantur viri Conſulares Prætorii, ædilicii, quæſtorii. †††††††

* Dionysius Halicarnassensis *lib. II. p. 83.* εὐπατρίδας μᾶλλον ἐκάλουν τοὺς ἐκ τῶν ἐπιφανῶν οἴκων καὶ χρήμασι δυνατοὺς, οἷς ἡ τῆς πόλεως ἀνέκειτο προστασία· Ἀγροίκους δὲ, τοὺς ἄλλους πολίτας, οἱ τῶν κοινῶν οὐδενὸς ἦσαν κύριοι· σὺν χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι προσελήφθησαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς *patricios appellabant illuſtribus familiis ortos, opibusque præpollentes; penes quos fuit ciuitatis regimen; ceteros ciues,* ἀγροίκους *(id eſt ruſticos) quibus nullum erat in republ. ſuffragium; licet tandem hi quoque ad magiſtratus gerendos admiſſi ſint.*

** Livius *lib. X. c. VIII.* inducit P. Decium Murem ſic loquentem: *L. Sextius primus de plebe conſul eſt factus. Caius Licinius Stolo primus magiſter equitum, C. Manius Rutilus primus & dictator & cenſor. Q. Publilius Philo primus prætor. Semper iſta audita ſunt eadem, penes vos auſpicia eſſe, vos ſolos gentem habere, vos ſolos iuſtum imperium & auſpicium domi militiaque. Aeque adhuc proſperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit.* Plebeius tamen magiſtratus nullus auſpicato (*i. e. præuiis auſpiciis*) creabatur, vt innuit Livius *lib. VI. c. XLI.*

*** Tacitus Ann. XI. c. XXII. *apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctisque ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta Conſulatum ac Dictaturas inirent.* Hinc etiam Lege annali nondum lata P. Cornelius Scipio A.V.C. DXXXIX. iuuenis adhuc ædilis factus. Sic enim Livius lib. XXV. c. II. *Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego, P. Cornelius Scipio, cui poſt Africano fuit cognomen. Huic petenti ædilitatem quum obſiſterent tribuni plebis, negantes rationem eius habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet. Si me, inquit, omnes Quirites ædilem facere*

*volunt, ſatis annorum habeo. Tanto inde fauore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, vt tribuni repente incepto deſtituerint.* Sic teſte EVTROPIO *lib. II. c. III.* M. Valerius Coruinus annorum trium & viginti Conſul eſt factus.

**** LIVIVS lib. XL. c. XLIV. *eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Villio tribuno plebis quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentque.* Inde cognomen Familiæ inditum, vt Annales appellarentur. Sic etiam FESTVS: *Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi.*

***** CICERO Philipp. V. c. XVII. ad plures Leges Annales prouocat, dicens: *Legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit, ab excellenti, eximiaque virtute progreſſum ætatis exſpectari non oportere. Itaque maiores noſtri, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant: quas multis poſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſent petitionis inter æquales: Ita ſæpe magna indoles virtutis, prius quam reip. prodeſſe potuiſſet, extincta fuit. At vero apud antiquos, Rulli, Decii, Coruini, multique alii: recentiore autem memoria ſuperior Africanus T. Flaminius, admodum adoleſcentes conſules facti, tantas res geſſerunt, vt populi R. imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne tertio tricesimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam conſularis, ex quo iudicari poteſt, virtutis eſſe, quam ætatis curſum celeriorem.* Ad talem legem etiam prouocat CICERO de Oratore lib. II. c. LXVI. *vt olim Ruſca cum legem ferret annalem, diſſuaſor M. Seruilius, dic mihi, inquit, M. Pinnari, num ſi contra te dixero, mihi male dicturus es, vt ceteris feciſti?* Verum PIGHIVS *Ann. lib. III. p.* 16. teſtatur, nihil ſe de lege hac Pinaria apud Auctores legiſſe. Incerta igitur ſunt, quæ de iuſto tempore legum memorantur. Indagauit tamen legitimos Magiſtratuum annos PIGHIVS *Annal. lib. II. p.* 334. ſeribens de Lege Villia: *ſic Liuius libro XL. ſcriptum reliquit. Sed optarem, adieciſſet ex lege magiſtratuum ſingulorum annos proprios, quos coniecturis tantum & varia lectione nunc inquirere cogimur, ſicut ex Annalibus hiſce noſtris manifeſtum ſtudioſo Lectori fiet. Atqui plures de tempore magiſtratuum leges fuiſſe ante hanc latas, ex Liuio & aliis facile colligimus: quæ ab antiquis (vt Sex. Pompeius Feſtus & Lampridius in Commodi Imp. vita teſtantur) communi voce vocabantur Annaria Leges: L. Villius tamen exactius quid de magiſtratuum curulium annis lege ſua conſtituiſſe videtur, cum inde cognomen adeptus ſit. Eos vt obiter Lectori ſuggeram, ne longi ſimus, vel vnus M. Tullius exemplo nobis erit, qui tamquam quis* ἡγεμόνι ϗ Ἑρμῆς *in perplexo quadriuio poſitus viam nobis monſtrabit. Sæpius enim is gloriatur, ſe magiſtratus quos geſſit, omnes anno ſuo, hoc eſt legibus finito, obtinuiſſe. Is Quæſtor in Siciliam iuit anno ætatis ſuæ XXXI. Ædilis Curulis ſexto poſt anno fuit, ætatis ſcilicet XXXVII, dein Prætor XL. Conſul XLIII. vt Annales ſequentes ordine docebunt.* Agit de eodem NIC GRVCHIVS *lib. I. de Comitiis p.* 571. apud Grænium Tomo primo. Diſpenſatum tamen fuit circa P. Cornelium Scipionem Æmilianum, de quo LIVIVS epit. L. *P. Scipio Æmilianus quum ædilitatem peteret, Conſul a populo dictus, quoniam per annos Conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine, ſuffragantibus plebis, & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus ſolutus, & Conſul creatus eſt.* EVTROPIVS lib. IV. c. V. *cum igitur clarum Scipionis nomen eſſet, iuuenis adhuc Cos. eſt factus & contra Carthaginem miſſus.* Factum hoc A. V. C. DCVI. Videtur igitur annos XXXVII. eum natum fuiſſe, qui ad ædilitatem

tatem requirebantur. Sic de Pompeio CICERO pro L. Manilia c. XXI. *quid tam ſingulare quam vt ſenatusconſulto legibus ſolutus, conſul ante fieret, quam vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?* Vigeſimum quartum autem ætatis annum ipſum egiſſe, teſtatur EVTROPIVS *lib. V. extr.* In ſtatu Monarchico viginti annis inferiores factos etiam fuiſſe Conſules, patet ex l. vn. π. de Officio Conſulis, *ſed ſi euenerit, vt minor viginti annis Conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit.* Idem dicitur *l. 20. §. 4. π. de Manumiſſionibus.* Sic ſub Tiberio L. Caſſius Longinus Conſul factus, quem TACITVS *IV. Ann. c. XV.* iuuenem vocat.

****** Lata hæc lex a L. Cornelio Sylla Dictatore A. V. C. DCLXXII. indeque a nomine gentis ipſius dicta fuit lex Cornelia de Magiſtratibus, ad diſtinguendam eam, ab aliis Legibus eiuſdem nominis. De hac APPIANVS *de B. Civ. lib. I. p. 687.* καὶ στρατηγεῖν ἀπεῖπε, πρὶν ταμιεῦσαι, καὶ ὑπατεύειν, πρὶν στρατηγῆσαι· καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν αὖθις ἄρχειν ἐκώλυσε, πρὶν ἔτη δέκα διαγενέσθαι *edixitque ne quis præturam ante quæſturam gereret, neue conſulatum ante præturam, neue eundem magiſtratum iterum ſuſciperet, niſi poſt annum decimum.* De hoc etiam CICERO Phil. XI. c. V. *alter Cæſar, Vopiſcus ille, homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex ædilitate conſulatum petit, ſoluatur legibus.* Erat de ea iam ante hanc legem Corneliam controuerſia. Quippe ad A. V. C. DLIII. LIVIVS *lib. XXXII. c. VII.* de L. Lentulo Conſule refert: *neque ipſe conſul memorabile quicquam geſſit; Comitiorum cauſſa Romam reuocatus, quæ ipſa per M. Fuluium, & Manium Curium tribunos plebis impediebantur: quod T. Quinctium Flamininum conſulatum ex quæſtura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamque faſtidiri: nec, per honorum gradus documentum ſui dantes, nobiles homines tendere ad conſulatum, ſed tranſcendendi media, ſumma imis continuare.*

† *l. vn. π. de Off. quæſt.*

†† LIVIVS *lib. XXII. c. XXVI.* de C. Terentio Varrone: *primum in notitiam populi, deinde ad honores peruenit. Quæſtura quoque & duabus ædilitatibus, plebeia & curuli, poſtremo & prætura perfunctus, iam ad conſulatus ſpem quum attolleret animos.* CICERO tamen pro Planco c. XXI. auctor eſt, ædilitatem ſæpius fuiſſe præteritam, dicens: *vidit enim pater tuus, Appium Claudium nobiliſſimum hominem, viuo patre ſuo potentiſſimo, & clariſſimo ciue C. Claudio, ædilem non eſſe factum, & eundem ſine repulſa factum conſulem: vidit, hominem ſibi maxime coniunctum, egregium virum, L. Volcatium: vidit M. Piſonem in iſta ædilitate offenſiuncula accepta, ſummos a populo Rom. eſſe honores adeptos. Auus vero tuus, & P. Naſica tibi ædilitiam prædicaret repulſam, quo ciue neminem ego ſtatuo in hac repub. fortiorem: & C. Marii, qui duabus ædilitatis acceptis repulſis, ſepties conſul eſt factus; & L. Cæſaris, Cn. Octauii, M. Tullii, quos omneis ſcimus ædilitate præteritos, conſules eſſe factos. Sed quid ego ædilitias repulſas colligo? quæ ſæpe eiuſmodi habitæ ſunt, vt iis, qui præteriti eſſent, benigne a populo factum videretur.*

††† LIVIVS lib. VII. c. XLII. *præter hæc inuenio apud quoſdam, L. Genucium, tribunum plebis, tuliſſe ad populum, ne fœnerare liceret. item aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet: neu duos magiſtratus vno anno gereret. vtique liceret conſules ambos plebeios creari.*

†††† LIVIVS lib. XXXI. c. L. *C. Valerius Flaccus, quem præſentem crearant,*

*quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat: magiſtratum autem plus quinque dies, niſi qui iuraſſet in leges, non licebat gerere.*

††††† VALERIVS MAXIMVS lib. IV. c. V. n. 3. *nos autem ad præclarius verecundiæ opus tranſgrediamur. Magna cum inuidia fortuna Prætoriis comitiis Africani ſuperioribus filium Cn. Scipionem, & ſcribam Cicereium in campum deduxerat, vtque nimis impotens ſermone vulgi carpebatur, quod tanti viri ſanguine clientelamque comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen eius in ſuam laudem Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, templo deſcendit, abiectaque candida toga competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit; vt ſcilicet Præturam melius Africani memoriæ concederet, quam ſibi vindicaret.* PLINIVS lib. VII. c. XXXIV. *vir optimus ſemel a condito æuo iudicatus eſt Scipio Naſica, a iurato ſenatu. Idem in toga candida bis repulſa notatus a populo.* LIVIVS lib. XXXIX. c. XXXII. *quia P. Claudius frater eius conſulatum petebat, competitoresque habebat patritios L. Æmilium, Q. Fabium Labeonem, Ser. Sulpicium Galbam, veteres Candidatos.* Iſti tamen qui iamdum Magiſtratus deſignati erant, alios ſine toga candida petebant vt apud LIVIVM lib. XXXIX c. XXXIX. *hac ſedata contentione, alia ſubinde C. Decimii Prætoris morte exorta eſt. Cn. Sicinius & L. Pupius, qui ædiles proximo anno fuerant, & C. Valerius Flamen Dialis, & Q. Fuluius Flaccus (is quia ædilis curulis deſignatus erat, ſine toga candida, ſed maxima ex omnibus contentione) petebant.* Plenius de his GRVCHIVS *de Comitiis lib. II. p.* 568.

†††††† DIO CASSIVS *lib. XXXVI. p.* 18. ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ Ἀκιλίου τοῦ τε Πίσωνος ταῦτα τότε οὕτως ἐγένετο, καὶ κατὰ τοῦ δεκασμοῦ περὶ τὰς ἀρχὰς ἁλισκομένων ἐνομοθετήθη πρὸς αὐτῶν τῶν ὑπάτων, μήτ' ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν. *Hæc ita geſta ſunt, Acilio & Piſone Coſ. Lex præterea ab ipſis conſulibus promulgata eſt de ambitu, vt qui eius conuicti eſſent, iis neque magiſtratum gerere, neque ſenatoribus eſſe liceret, ſed pecuniaria inſuper eis multa irrogaretur.* Mentionem eiusdem legis facit CICERO pro Muræna c. XXIII. *legem ambitus flagitaſti, quæ tibi non deerat, erat enim ſeueriſſime ſcripta Calpurnia* & c. XXXII. *dixiſti, ſenatusconſultum, me referente, eſſe factum, ſi mercede corrupti, obuiam candidatis iſſent, ſi conducti ſectarentur, ſi gladiatoribus vulgo locus tributus, item prandia ſi vulgo eſſent data: contra legem Calpurniam factum videri.*

††††††† EVTROPIVS lib. V. c. VI. *conſumſerunt hæc bella CL. millia hominum; viros conſulares XXIV. prætorios VII. ædilitios LX. ſenatores fere CC.*

## §. XXI.

*Conſules Romani*

Inter maiores Romanorum Magiſtratus præcipue erant CONSVLES, qui in Regum locum ceſſerunt, * & quidem bini, vt alter alterum de officio poſſit admonere. ** Hi primum Patritiorum erant, poſt A. V. C. CCCX. Tribuni rogationem tulerunt, vt populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe, ſeu de Patribus vellet, conſules faciendi. *** Quod cum diutius fuiſſet certatum, tandem A. V. C. CCCLXXXIX. L. Sextius de plebe primus Conſul factus. **** Creabantur autem præmiſſis auſpiciis Comitiis centuriatis

turiatis in Campo Martio.***** & quidem viua voce illi, qui per maiora electi, renuntiabantur, a Conſule adhuc regente, ****** Coſſ. itaque deſignati dicebantur antequam Magiſtratum inirent, ******* & primum in Senatu poſt Conſules imperantes locum tenebant. †' Primis temporibus Kl. Auguſti, vt tunc principium anni agebatur, conſulatum inibant, †† dein Kl. Maii ſolennes ineundis Magiſtratibus fuere, ††† poſt, Idus Decembris factæ. †††† Sequenti tempore, Comitia Conſulibus rogandis ante diem XII. Kl. Martias habita, ††††† dum ipſis Idibus Martiis magiſtratum inirent. †††††† Vltimis Reipublicæ temporibus, dum initium anni Kl. Ianuarii ſtatueretur, eædem ad ineundos Magiſtratus deſtinabantur. ††††††† Præſides iſti erant Senatus, & omnis poteſtas Regum ipſis conceſſa, niſi quod annuum ipſorum eſſet Imperium, & vnus ſaltim Conſul faſces haberet. * Hinc omnis cura negotiorum publicorum ad ipſos ſpectabat. Iſti Senatum conuocabant, ſententias rogabant, Senatusconſultis autores fiebant. ** Hi noxium ciuem multa, vinculis, verberibus, coërcere poterant, niſi populus maiorue poteſtas prohibuiſſet, *** cum L. Valeria prouocatio ad populum fuerit introducta. **** Sic etiam exercitus ducebant, qui exinde dicebantur Conſulares, atque omnes reliqui Magiſtratus, exceptis Tribunis, ipſis erant obedientes. ***** Inſignia præcipua ſella Curulis, & XII. faſces. ****** Qui vero ſemel Conſulatum geſſerat, dicebatur vir Conſularis. *******

* LIVIVS lib. I. fin. *Regnatum Romæ ab condita vrbe ad libertatem annos ducentos quadraginta quatuor. Duo conſules inde comitiis centuriatis a præfecto vrbis ex commentariis Seruii Tullii creati ſunt; L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.* Plinius Panegyrico c. LVIII. *ſic exactis regibus cœpit liber annus: ſic olim ſeruitus pulſa priuata faſtis nomina induxit.* Hinc etiam CICERO pro Planco c. XXV. *bonorum populi finis eſt Conſulatus.*

** EVTROPIVS lib. I. c. VIII. *hinc Conſules cœpere pro vno rege duo hac cauſa creati, vt ſi vnus malus eſſe voluiſſet, alter eum, habens poteſtatem ſimilem, coërceret. Et placuit, ne imperium longius, quam vnum annum haberent, ne per diuturnitatem poteſtatis, inſolentiores redderentur, ſed ciuiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent futuros eſſe priuatos.* CICERO poſt Reditum in Senatu c. IV. *audieram ex ſapientiſſimo homine atque optimo ciue & viro Q. Catulo, non ſæpe vnum conſulem improbum, duos vero numquam, excepto illo Cinnano tempore, fuiſſe.* Rationem plenius reddit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS lib. IV. p. 268. ſcribens: ἔπειτα μὴ ποιεῖν γνώμην ἑνὸς ἁπάντων κυρίαν, ἀλλὰ δυσὶν ἐπιτρέπειν ἀνδράσι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν ὡς Λακεδαιμονίους πυνθάνομαι ποιεῖν ἐπὶ πολλὰς ἤδη γενεὰς,

γενεάς, καὶ διὰ τοῦτο τὸ σχῆμα. τοῦ πολιτεύματος ἀπολαύτων μάλιστα τῶν Ἑλλήνων εὐνομεῖσθαί τε καὶ εὐδαιμονεῖν. ἧττον γὰρ ὑβρισταὶ καὶ βαρεῖς ἔσονται), διαιρεθείσης τῆς ἐξουσίας δίχῃ, καὶ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἐχόντων ἑκατέρων· αἰδώς τε ἀλλήλων καὶ κώλυσις τοῦ καθ' ἡδονὴν ζῆν, φιλοτιμία τε πρὸς ἀρετῆς δύκησιν ἐκ ταύτης γένοιτ' ἂν τῆς ἰσοτίμου δυναστείας μάλιστα: *deinde non vnius arbitrio committenda rerum ſumma, ſed duobus viris permittendum regium imperium, ſicut Lacedamonios audio facere iam multis atatibus, & propter hanc formam reip. inter omnes Gracos maxime florere legibus & opibus minus enim iniurioſi erunt & moleſti diuiſa poteſtate bifariam, ambobus eandem vim obtinentibus: & alter alterum reuerebitur, ac viciſſim reuocabit a licentia: amulatio quoque ad virtutis opinionem ex aequata poteſtate maxime naſci videtur.* Pompeius tamen in tertio Conſulatu ſine Collega Conſul eſt factus, de quo DIO CASSIVS *lib. XL. p.* 144.

*** LIVIVS lib. IV. c. I. *fuit annus domi, foriſque infeſtus, nam anni principio & de connubio Patrum & plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgauit; qua contaminari ſanguinem ſuum Patres, confundique iura gentium rebantur: & mentio primo ſenſim illata a tribunis, vt alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eo proceſſit deinde, vt rogationem nouem tribuni promulgarent, vt populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe, ſeu de Patribus vellet, conſules faciendi. Id vero ſi fieret, non vulgari modo cum infimis, ſed prorſus auferri a primoribus ad plebem, ſummum imperium credebant.*

**** LIVIVS lib. VI. circa fin. *vix dum perfunctum eum bello, atrocior domi ſeditio excepit: & per ingentia certamina dictator, ſenatusque victus, vt rogationes tribunicia acciperentur: & comitia conſulum aduerſa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus Cos. factus.* Immo tribuni contenderunt, vt vtrique plebeii fieri poſſent, ſecundum LIVIVM lib. VII. fin. *vtique liceret conſules ambos plebeios creari.* Factum hoc etiam, licet hoc tanquam contra auſpicia patres arguerent. LIVIVS XXVII. c. XXXI. *creatur ingenti conſenſu Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet. Cui ineunti conſulatum quum tonuiſſet, vocati augures, vitio creatum videri pronunciauerunt; vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeii conſules facti eſſent, id deis cordi non eſſe. In locum Marcelli, vbi is ſe magiſtratu abdicauit, ſuffectus Fabius Maximus tertium.*

***** LIVIVS I. fin. *duo conſules inde comitiis centuriatis a praefecto vrbis ex commentariis Seruii Tullii creati ſunt.* LIVIVS V. c. LII. *Comitia centuriata, quibus conſules tribunosque militares creatis, vbi auſpicato, niſi vbi adſolent, fieri poſſunt?* Vocabantur hæc, quibus Coſſ. creabantur, Conſularia, vel Conſulum creandorum.

****** CICERO pro Muræna ab initio: *qua precatus ſum a diis immortalibus, iudices, more inſtitutoque maiorum, ille dies quo auſpicato, comitiis centuriatis, L. Murænam conſulem renuntiaui.* Præmittebatur etiam ſolenne carmen precationis de quo LIVIVS lib. XXXIX. c. XV. *ad hac officia dimiſſis magiſtratibus, conſules in Roſtra eſcenderunt, & concione aduocata, quum ſolenne carmen precationis, quod praefari, priusquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet conſul, ita coepit.* PLINIVS Panegyrico c. LXIII. *reuertor iam ad conſulatum tuum, etſi ſunt quadam ad conſulatum quidem pertinentia, ante conſulatum tamen, inprimis quod comitiis tuis interfuiſti*

*terfuiſti candidatus, non conſulatus tantum, ſed immortalitatis & gloriæ, & exempli, quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere poteſtatis ſuæ ſede: perpeſſus es longum illud carmen comitiorum; nec iam irridendam moram, conſulque ſic factus es, vt vnus ex nobis, quos facis conſules.* Accedere autem debebant deſignati ad Conſulis ſellam, ac iurare in leges, prout PLINIVS nos docet Panegyrico c.LXIV. *peracta erant ſolennia comitiorum, ſi principium cogitares, iamque ſe omnis turba commouerat, quum tu, mirantibus cunctis, accedis ad conſulis ſellam: adigendum te prabes in verba principibus ignota, niſi quum iurare cogerent alios.* Idem c.LXXVII. *nam comitia conſulum obibat ipſe; tantum ex renuntiatione eorum voluptatis, quantum prius ex deſtinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis, vt ipſe ante conſules ſteterat, adigebanturque in verba, in qua paullo ante ipſe iurauerat princeps, qui tantum putat eſſe in iureiurando, vt illud & ab aliis exigat.*

******* §.25.I. de Legatis *qui poſt teſtamentum ſcriptum primi Conſules deſignati eſſent.*

† Sic TACITVS Ann.III. c.XXII. *exemit etiam Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ, quod alii ciuile rebantur.* SALLVSTIVS Catilinario c.L. *tum D. Iunius Silanus, primus ſententiam rogatus, quod eo tempore conſul deſignatus erat.*

†† LIVIVS lib.III. c.VI. *Comitia inde habita. Creati Conſules L. Aebutius, P. Seruilius, Kalendis Sextilibus, vt tunc principium anni agebatur, conſulatum ineunt.* & c.VIII. *P. Valerius Publicola, tertio die, quam interregnum inerat, conſules creat L. Lucretium Tricipitinum, & T. Veturium Geminum; ſiue ille Vetuſius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles, conſulatum ineunt.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib.IX. p.583.* τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, περὶ τὰς θερινὰς μάλιστα τροπὰς Σεξτιλίου μηνὸς παραλαμβάνουσι τὴν ὑπατείαν ἄνδρες ἔμπειροι πολέμων, Σερούϊός τε Σερουΐλιος καὶ Αὖλος Οὐεργίνιος *ſequenti anno circa æſtiuum ſolſtitium Sextili menſe conſulatum inerunt viri rei militaris prudentes, Sp. Seruilius, A. Virginius.* Licet autem hæc Liuii & Halicarnaſſenſis auctoritate ſatis conſtent, certum tamen eſt, me alias non deprehendiſſe, quod Romani annum a ſolſtitio æſtiuo cœperint, nec Hadrianus Iunius, Petrus Moreſtellus, aliique, qui de Menſibus ſcripſerunt, quidpiam de eo tradunt.

††† LIVIVS lib.III. c.XXXVI. *Idus tum Maiæ ſolennes ineundis magiſtratibus erant.* Factum autem hoc ſub Decemuiris.

†††† LIVIVS lib.IV. c.XXXVIII. *his rebus actis, conſules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magiſtratum occæpere.* lib.V. c.IX. *at enimuero Sergius, Virginiusque, propter quos pœnitere magiſtratuum eius anni ſenatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere ſenatus conſulto: negare ſe ante Idus Decembres, ſolennem ineundis magiſtratibus diem, honore abituros eſſe.* & c.XI. *& populum Romanum tribunos creaſſe, qui non Idibus Decembribus die ſolenni, ſed extemplo Kalend. Octobr. magiſtratum occiperent.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib.XI. circa f.* τῷ δ' ἑξῆς ἐνιαυτῷ πάλιν ὑπάτους ψηφισαμένου τοῦ δήμου κατασταθῆναι, παραλαμβάνουσι τὴν ὕπατον ἀρχὴν τῇ διχομηνίδι τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς Μάρκος Γεγάνιος Μακερῖνος τὸ δεύτερον, καὶ Τίτος Κοΐντιος Καπιτωλῖνος

τὸ πέμπτον· *anno inſequente, cum plebs iterum conſules creari decreuiſſet, conſulatum capiunt circa pleniluniunm (idus) Decembris M. Geganius Macerinus iterum, & T. Quintius Capitolinus quintum.* Quare de Poſtumo Cominio & Sp. Caſſio DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib VI. p.* 378. tradit: οὗτοι παραλαβόντες τὴν ἀρχὴν καλάνδαις Σεπτεμβρίαις, θᾶττον ἢ τοῖς προτέροις ἔθος ἦν. *Hi cum maturius ſolito magiſtratum iniſſent Calend. Septembribus.*

††††† LIVIVS lib. XXXVIII. c XLII. *Comitia conſulibus rogandis fuerant ante diem duodecimum Calendas Martias. Creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. Poſtero die prætores facti.* LIVIVS lib. XLII. c. XXVIII. *Comitia conſularia, in quam dicta erant diem, ante diem XII. Calendas Martias ſunt habita.* Comitia enim creandorum Conſulum cauſſa habita, vel hebdomades aliquot, antequam inirent magiſtratum, quod tamen vrgente neceſſitate, quandoque fuit mutatum, vt eodem die magiſtratum inirent, prout LIVIVS docet lib. VII. c. XVII. *duo patricii conſules creati ſunt, C. Sulpicius Paticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die magiſtratum inierunt.* lib. IX. c. VIII. *quo creati ſunt die, eo (ſic enim placuerat Patribus) magiſtratum inierunt, ſolennibusque S. C. perfectis, de pace Caudina retulerunt.*

†††††† LIVIVS lib. XXVI. ineunte *Cn. Fuluius Centumalus, P. Sulpicius Galba conſules, quum idibus Martiis magiſtratum iniſſent, ſenatu in Capitolium vocato, de republica, de adminiſtratione belli, de prouinciis exercitibusque Patres conſuluerunt.* LIVIVS lib. XXXII. ineunte. *Conſules, prætoresque quum Idibus Martiis magiſtratum iniſſent, prouincias ſortiti ſunt.* Pridie autem Idus veteres magiſtratus abibant LIVIVS: lib. XXX. c. XXXIX. *ſæpe comitia indicta perfici tempeſtates probibuerunt, itaque quum pridie Idus Martias veteres magiſtratus abiſſent, noui ſuffecti non eſſent; reſpublica ſine curulibus magiſtratibus erat.*

††††††† CICERO pro Flacco c. XXXIX. *nemo illorum iudicum clariſſimis viris accuſantibus audiendum ſibi de ambitu putauit, cum, bellum iam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos conſules Kalendis Ianu. ſcirent eſſe oportere* In Piſonem c. II. *ego Kalendis Ianu ſenatum & bonos omneis, legis Agrariæ, maximarumque largitionum metu liberaui.* Factum tamen hoc iamdum Marii temporibus, docet nos PLVTARCHVS *in Mario p.* 412. καὶ Μάριος ἐκ Λιβύης μετὰ τοῦ στρατεύματος διακομισθεὶς αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουαρίαις ἣν ἔτους ἀρχὴν ἄγουσι Ῥωμαῖοι, τήν τε ὑπατείαν ἀνέλαβε *Marius deportatis ex Africa legionibus, ipſis calendis Ianuariis (quem diem Romani initium anni celebrant) conſulatum iniit.* Hoc etiam ſub Impp. poſtea fuit continuatum, de quo VELLEIVS PATERCVLVS II. c. XII. de C. Mario: *deſignatusque iterum conſul, in vrbem reuerſus, ſecundi conſulatus initio Kalendis Ianuariis eum in triumpho duxit.* LAMPRIDIVS Heliog. c. XV. *Denique Cal. Ianuarii, quum ſimul tum deſignati eſſent conſules, noluit cum conſobrino procedere.* Quare PLINIVS *Panegyrico c. LVIII.* conſules annum aperire faſtosque referare dicit.

* LIVIVS lib. II. c. I. *Libertatis autem originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quam quod deminutum quicquam ſit ex regia poteſtate, numeres. Omnia iura, omnia inſignia primi conſules tenuere. Id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.* lib. IV. c. III. *quin etiam (ſi Diis placet) nefas aiunt eſſe, conſulem plebeium fieri. Obſecro vos; ſi non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur; ne ea quidem ſcimus, quæ omnes peregrini*

*grini etiam ſciunt : conſules in locum regum ſucceſſiſſe : nec aut iuris, aut maieſtatis quicquam habere, quod non in regibus ante fuerit?*

** Dictum de eo ſupra *§. XV.*

*** Cicero de Legibus lib. III. c. III. *iuſta imperia ſunto, iiſque ciues modeſte, ac ſine recuſatione parento. Magiſtratus nec obedientem, & noxium ciuem multa, vinculis, verberibusque coërcento : ni par, maiorue poteſtas, populusque prohibeſſit : ad quos prouocatio eſto.*

**** Dictum de ea ſupra *§. VI.* Coërcere tamen & in carcerem duci iubare poterant ſecundum l. 2. π. de in ius vocando. Sic etiam Pomponius l. 2. §. 16. de Or. Iuris *Exactis deinde Regibus, Conſules conſtituti ſunt duo : penes quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. Dicti ſunt ab eo, quod plurimum Reip. conſulerent; qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, neue poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi : ſolum relictum eſt illis vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci iuberent.* Neque hæc prouocatio locum habebat ſi negotium Coſſ. datum, viderent ne quid reſp detrimenti caperet, tum enim contra quorumuis vim ſatis erant armati, de quo ſupra *§. XV.*

***** Hæc aliaque Conſulum officia ſic coniungit Polybius *lib. VI. c. X.* οἱ μὲν γὰρ ὕπατοι πρὸ τοῦ μὲν ἐξάγειν τὰ στρατόπεδα παρόντες ἐν Ῥώμῃ, πασῶν εἰσὶ κύριοι τῶν δημοσίων πράξεων. οἵ τε γὰρ ἄρχοντες οἱ λοιποὶ πάντες ὑποτάττονται καὶ πειθαρχοῦσι τούτοις, πλὴν τῶν δημάρχων· εἴς τε τὴν σύγκλητον οὗτοι τὰς πρεσβείας ἄγουσι. πρὸς δὲ τοῖς προειρημένοις, οὗτοι τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν· οὗτοι τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι. καὶ μὲν ὅσα δεῖ διὰ τοῦ δήμου συντελεῖσθαι τῶν πρὸς τὰς κοινὰς πράξεις ἀνηκόντων, τούτοις καθήκει φροντίζειν, καὶ συνάγειν ἀεὶ τὰς ἐκκλησίας, τούτοις εἰσφέρειν τὰ δόγματα, τούτοις βραβεύειν τὰ δοκοῦντα τοῖς πλείοσι· καὶ μὲν περὶ πολέμου κατασκευῆς, καὶ καθόλου τῆς ἐν ὑπαίθροις οἰκονομίας, σχεδὸν αὐτοκράτορα τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι. καὶ γὰρ ἐπιτάττειν τοῖς συμμαχικοῖς τὸ δοκοῦν, καὶ τοὺς χιλιάρχους καθιστάναι, καὶ διαγράφειν τοὺς στρατιώτας, καὶ διαλέγειν τοὺς ἐπιτηδείους, τούτοις ἔξεστι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ζημιῶσαι τῶν ὑποταττομένων ἐν τοῖς ὑπαίθροις, ὃν ἂν βουληθῶσι, κύριοι καθεστᾶσιν· ἐξουσίαν δ' ἔχουσι καὶ δαπανᾶν τῶν δημοσίων ὅσα προθεῖντο παρεπομένου ταμίου. καὶ πᾶν τὸ προσταχθὲν ἑτοίμως ποιοῦντος. ὥς εἰκότως εἰπεῖν ἄν, ὅτε τις εἰς ταύτην ἀποβλέψειε τὴν μερίδα, διότι μοναρχικὸν ἁπλῶς καὶ βασιλικόν ἐστι τὸ πολίτευμα. *Conſules quamdiu in vrbe ſunt, priusquam legiones educant, omnia quæ publice fiunt, in poteſtate habent. omnes reliqui magiſtratus præter Tribunos Conſulibus obnoxii ſunt, eisque parent. Hi legationes in Senatum inducunt. Iidem quoties deliberari aliqua de re vſus poſtulat, referendi ius habent : eſtque in eorum manibus Senatusconſulta conficiendi totum negotium. Præterea publicæ omnes actiones quæ per populum fieri debent, ad curam horum pertinent. item aduocare conciones, rogationes ferre, e ſuffragiis maioris partis populi legem aut plebiſcitum condere. Inſuper belli adornandi,*

*nandi, gerendi, & omnia quæ ad expeditionem pertinent adminiſtrandi poteſtatem propemodum abſolutam Coſſ. habent. nam & auxiliaribus ſociorum copiis imperare quod viſum fuerit, & tribunos militum conſtituere, & conſcribere exercitum, & delectus agere Coſſ. licet. Accedit iſtis, quod ius animaduertendi habent in quem voluerint, cunque ex omnibus qui bello ipſis parent. Poſſunt etiam iidem de publicis pecuniis, quantum libuerit, inſumere: comitante Quæſtore & prompte quicquid fuerit iuſſus, exſequente, vt merito dicat aliquis hanc partem intuens, Remp. Rom. plane ab vnius imperio pendere, & regium eſſe.* Eadem officia ex Legibus antiquis CICERO deſcribit de LL. III. c. III. *regio imperio duo ſunt: iique præeundo, iudicando, conſulendo, prætores, iudices, conſules appellantor. Militiæ ſummum ius habento. nemini parento. ſalus populi ſuprema lex eſto. Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito. Aeuitatem annali lege ſeruanto. Aſt quando duellum grauius, diſcordiæ ciuium eſcunto, ne amplius ſex menſes, ſi ſenatus creuerit, idem iuris, quod duo conſules, tenento: iſque aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto. Aequitatem quicunque regat, habeto. pari iure cum eo, quicunque erit iuris diſceptator. Aſt quando conſulis eſt, magiſtratusue populi reliqui magiſtratus ne ſunto.*

****** Sic LIVIUS II. c. LIV. *conſulares faſces, prætextam, curulemque ſellam memorat.* Apud eundem *lib. X. c. VII.* inter Magiſtratuum maiorum inſignia referuntur *ſella curulis, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta.* CICERO pro Sylla c. XXIV. *ſed, ſi tuus parens etiam in illa ſuſpicione periculi ſui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbiſſimi ſella curuli atque ornamentis & ſuis, & conſulatus honeſtauit.* Alternabant autem, Coſſ. per menſes circa faſces. Primitus quidem vni ex Coſſ. faſces cum ſecuribus; alteri faſces ſine ſecuribus præferebantur, vt DIONYSIVS HALICARNASSENSIS innuit, dum *lib. V.* ſub initium ita tradit: ὡς δὲ κατεστήσαντο ταῦτα, δείσαντες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μὴ δόξα τοῖς πολλοῖς ἐγγένηται περὶ τῆς καινῆς πολιτείας οὐκ ἀληθής, ὅτι δύο βασιλεῖς κύριοι γεγόνασι τῆς πόλεως ἀνθ' ἑνός, ἑκατέρου τῶν ὑπάτων τοὺς δώδεκα πελέκεις ἔχοντος, ὥσπερ εἶχον οἱ βασιλεῖς, ἐκρίναντό τε δέος ἀφελέσθαι τῶν πολιτῶν, καὶ τῆς ἐξουσίας μειῶσαι τὸν φθόνον, τοῦ μὲν ἑτέρου τῶν ὑπάτων τοὺς δώδεκα καταταξαντες ἡγεῖσθαι πελέκεις, τοῦ δ' ἑτέρου, δώδεκα ὑπηρέτας ῥάβδους ἔχοντας μόνον· ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ κορώνας. γίνεσθαι δὲ τῶν πελέκεων τὴν παράληψιν ἐν περιτροπῇς, ἕνα μῆνα κατέχοντος αὐτοὺς παραλλὰξ ἑκατέρου *his ita conſtitutis, veriti (vt mihi quidem videtur) ne falſam vulgus de innouata rep. conciperet opinionem, quaſi pro vno duos vrbi reges præfeciſſent, quia vtrique conſuli, vt ante regibus, duodecim ſecures præferebantur, decreuerunt ciuibus terrorem eximere, & poteſtatis inuidiam minuere. itaque inſtituerunt, vt alterum conſulem duodecim ſecures præcederent, alterum duodecim lictores cum ſolis faſcibus, atque etiam cum furcis; vt a quibusdam eſt proditum: collegæque ſingulis menſibus ſecures ſibi viciſſim traderent.* Hoc vero a P. Valerio Publicola poſtea fuit immutatum, de quo idem HALICARNASSENSIS *lib. V. p. 292.* βεβαίαν τε πίστιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τοὺς δημοτικοὺς λαβεῖν βουλόμενος, ἀφεῖλεν ἀπὸ τῶν ῥάβδων τοὺς πελέκεις, καὶ κατεστήσατο τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις ἔθος, ὃ καὶ μέχρι τῆς ἐμῆς διέμενεν ἡλικίας, ὅταν ἔξωθεν τῆς πόλεως γένωνται, χρῆσθαι τοῖς πελέκεσιν, ἔνδον δὲ ταῖς ῥάβδοις

*ῥάβδοις κοσμεῖσθαι μόναις· & vt firmius populo perſuaderet ſe publicæ libertatis ſtudioſum eſſe, ademit ſecures faſcibus: moremque poſt ſe reliquit conſulibus, qui vsque ad mea tempora perdurauit, vt tantum extra vrbem ſecuribus vtantur, intra mœnia contenti ſolis faſcium inſigniis.* Idem repetit *lib. X. p.* 583. Exinde concludimus, penes vnum per alternationem menſium fuiſſe prærogatiuam & faſces, prout LIVIVS nos docet lib. II. c. I. *id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, faſces habuit.* & lib. IX. c. VIII. *Publius, penes quem faſces erant.* Sic etiam SVETONIVS *Cæſare* c. XX. *antiquum etiam retulit morem vt quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores pone ſequerentur.* Vid. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. II. cap. X.*

******* CICERO lib. XII. ep. IV. *egregios conſules habemus: ſed turpiſſimos conſulares:* ad Q. Fratrem lib II. c. I. *Conſulares nos fuimus, & duos conſules deſignati.* CICERO pro Sylla c. XXIX. *accuſati ſunt vno nomine conſulares: vt iam videatur honoris ampliſſimi nomen plus inuidiæ quam dignitatis afferre.*

## §. XXII.

Sequebantur CENSORES, qui A. V. C. CCCXII. cœperunt * *Cenſores.* ex Patriciis primum, ** poſt etiam ab A. V. C. CCCCIV. ex plebeiis *** & quidem bini. Hi, quoties cenſum agebant, **** Senatum legebant, & hoc ordine indignos mouebant, qui vero dum Senatus peracto cenſu publice recitaretur, qui primus legebatur, Senatus Princeps dicebatur. ***** Deinde eos, qui ex equeſtri ordine, ****** demum ſinguli ciues, qui de plebe dicebantur, in ſua Tribu & Centuria nomen dare iubebantur, bona iurato profiteri, quæ adnotabantur in Tabulis cenſoriis, adſcriptis ætatis annis, parentibus, coniugibus, liberis, habitationis loco, adiecta pœna fuſtium & confiſcationis bonorum, ſi quis incenſus maneret. ******* Si qui indigni fuerint reperti, vel tribu moti fuerunt, † vel facti ærarii, †† vel etiam in Cæritum tabulas fuerunt relati, & ſuffragis priuati. ††† Neceſſarium tamen erat, vt ambo cenſores in ignominia hac vel mulcta imponenda eſſent concordes. Hinc, ſi vnus Senatu vel tribu moueret, vel ærarium quem faceret, alter ſæpe vetabat. †††† Hoc peracto, ædium publicarum tuendarum locationes illis incumbebant. ††††† Primitus quidem Magiſtratus iſte per quinquennium continuabatur, poſtea A. V. C. CCCXXI. Cenſuræ tempus per Legem Aemyliam ad annuum & ſemeſtre ſpatium fuit deminutum, quo elapſo, magiſtratu ſe abdicare cogebantur. †††††† Præterlapſo vero quinquennio, noui Cenſores in Comitiis centuriatis creabantur, qui, poſtquam cenſum peregiſſent, numero ciuium inito, luſtrum condere

dicebantur. ††††††† P. Clodius demum Tribunus plebis A. V. C. DCXCV. legem tulit, ne quem cenſores in legendo Senatu præterirent, neue qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & vtriusque Cenſoris ſententia eſſet, †††††††† damnatus, quam tamen in Conſulatu ſuo Q. Metellus Scipio inſequenti anno abrogauit. ††††††††† Sub Impp. ipſi Impp. cenſuram vel cum, vel ſine collega peregerunt. †††††††††† Miſſi etiam tales extra ordinem in prouincias. †††††††††††

* Cenſum primus Seruius Tullius inſtituit, de quo LIVIVS I. c. XLII. *cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisque munia non viritim, vt ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes, centuriasque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello*, & *lib. IV. c. IV.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 221. Hunc cenſum quarta adhuc vice peregit Seruius Tullius, de quo VALERIVS MAXIMVS lib. III. c. IV. n. 3. *in Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires ſuas oſtendit: vernam huic vrbi natum, regem dando: cui quidem diutisſime imperium obtinere, quater luſtrum condere, ter triumphare contigit. Quintum poſt Reges eiectos, Valerius & Lucretius Coſſ. egerunt.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. V. p.* 293. *Sextum* T. Largus primus Dictator, HALICARNASSENSIS *lib. V. p.* 338. Peragebatur primum per Conſules, cum vero per ſeptendecim annos intermiſſus fuiſſet cenſus, ſecundum HALICARNASSENSEM *lib. XI. fin.* demum M. Geganio iterum, T. Quintio Capitolino quintum conſulibus, Cenſus fuit reſtitutus, Cenſores conſtituti, de quo LIVIVS lib. IV. c. VIII. *idem hic annus cenſuræ initium fuit; rei a parua origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, vt morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, ſenatus, equitumque centuriæ, decoris dedecorisque diſcrimen ſub ditione eius magiſtratus, publicorum ius priuatorumque locorum, & vectigalia populi Romani, ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum autem initium rei eſt, quod in populo per multos annos incenſo, neque differri cenſus poterat, neque conſulibus, quum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Mentio illata ab ſenatu eſt, Rem operoſam ac minime conſularem ſuo proprio magiſtratu: cui ſcribarum miniſterium cuſtodiæque & tabularum cura, cui arbitrium formulæ cenſendi ſubiiceretur. Et patres, quamquam rem paruam, tamen quo plures patricii magiſtratus in republica eſſent, læti accepere: id quod euenit, futurum credo etiam rati, vt mox opes eorum qui præeſſent, ipſi honori ius, maieſtatemque adiicerent. & tribuni (id quod tunc erat) magis neceſſariam, quam ſpecioſi miniſterii prouocationem intuentes, ne in paruis quoque rebus incommode aduerſarentur; haud ſane tetendere. Quum a primoribus ciuitatis ſpretus honor eſſet, Papirium, Semproniumque, quorum de conſulatu dubitabatur, vt eo magiſtratu parum ſolidum conſulatum explerent, cenſui agendo populus ſuffragiis præfecit, Cenſores ab re appellati ſunt.* Sic etiam POMPONIVS l. 2. §. 17. de Or. I. *poſt deinde cum cenſus iam maiori tempore agendus eſſet, & Conſules non ſufficerent huic quoque officio, Cenſores conſtituti ſunt.* Et quidem ſecundum LIVIVM ad A. V. C. CCCXX. *eo anno C. Furius Pacilus, & M. Geganius Macerinus, cenſores, villam publicam in campo Martio probauerunt: ibique primum cenſus populi eſt actus.*

** Neque tamen ex Conſularibus lecti fuerunt Cenſores, prout LIVIVS nos docet lib. XXVII. c. VI. *& cenſores hic annus habuit L. Veturium Philonem, & P. Licinium*

*nium Craſſum, maximum pontificem. Craſſus Licinius nec conſul, nec prætor ante fuerat, quam cenſor eſt factus, ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit.* & c. XI. *per eos dies & cenſoribus creandis Q. Fuluius conſul comitia habuit. Creati cenſores, ambo, qui nondum conſules fuerunt.*

*** Livivs lib. VII. c. XXII. *cæterum quum cenſoribus creandis indicta comitia eſſent, profeſſus cenſuram ſe petere C. Marcius Rutilus qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbauit: quod videbatur quidem tempore alieno feciſſe: quia ambo tum forte patricii conſules erant, qui rationem eius ſe habituros negabant. Sed & ipſe conſtantia inceptum obtinuit, & tribuni omni vi recuperando ius conſularibus comitiis amiſſum, adiuuerunt; & quum ipſius viri maieſtas nullius honoris faſtigium non æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuiſſet viam, cenſuram quoque in partem vocari plebes volebat. Nec variatum comitiis eſt, quin cum Manlio Cnæo cenſor Marcius crearetur.*

**** Officium Cenſorum ex LL. antiquis tali modo deſcribit CICERO: *Cenſores populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniasque cenſento: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto, exin pecunias, ævitates ordines partiunto, equitum peditumque prolem deſcribunto: Cælibes eſſe prohibento: mores populi regunto:* LIVIVS *Epit. LIX. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum vterque ex plebe Cenſores facti, luſtrum condiderunt.*

***** Livivs lib. XL. c. XLV. *Cenſorum inde Comitia habita: creati, M. Aemilius Lepidus pontifex maximus, & M. Fuluius Nobilior, qui ex Aetolis triumphaverat. Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant. ſæpe multis in ſenatu, & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus. Comitiis confectis, vt traditum antiquitus eſt, cenſores in campo ad aram Martis ſellis curulibus conſederunt; quo repente principes ſenatorum cum agmine venerunt civitatis.*

***** Livivs XXIX. c. XXXVII. *dum hæc conſules diuerſis regionibus agunt, cenſores interim Romæ M. Livius, & C. Claudius ſenatum recitauerunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus, notati ſeptem: nemo tamen qui ſella curuli ſediſſet.* LIVIVS lib. XXVII. c. XI. *Senatus lectionem contentio inter cenſores, de principe legendo, tenuit. Sempronii lectio erat, cæterum Cornelius morem traditum a patribus ſequendum aiebat, vt qui primus cenſor ex iis, qui viuerent, fuiſſet, eum principem legerent: is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui Dii ſortem legendi dediſſent, ei ius liberum eosdem dediſſe Deos. Se id ſuo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis eſſe, vel Annibale iudice, victurus eſſet. Quum diu certatum eſſet verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in ſenatu Q. Fabius Maximus Conſul: inde alius lectus ſenatus, octo præteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat; infamis auctor deſerendæ Italiæ, poſt Cannenſem cladem.* lib. XXXIV. c. XLIV. *Cenſorum inde comitia habita ſunt. Creati cenſores Sex. Aelius Pætus, & C. Cornelius Cethegus, principem ſenatus P. Scipionem conſulem, quem & priores cenſores legerant, tres omnino ſenatores, neminem curuli honore vſum, præterierunt.* Lib. XL. c. LI. *Cenſores fideli concordia, ſenatum legerunt, princeps electus eſt ipſe cenſor M. Aemilius Lepidus pontifex maximus: tres eiecti de ſenatu, retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos.* De ſenatu motis l. 2. de Senatu. *Caſſius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem Senatu motus nec reſtitutus eſt, iudicare, vel teſtimonium dicere: quia lex*

*lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.* l. 3. *Senatorem remotum Senatu capite non minui, ſed Romæ morari, Diuus Seuerus & Antoninus permiſerunt.*

****** LIVIVS lib. XXIX. c. XXXVII. *Equitum deinde cenſus agi cœptus eſt: & ambo forte cenſores equum publicum habebant. Quum ad tribum Polliam ventum eſt, in qua M. Liuii nomen erat, & præco cunctaretur, citare ipſum cenſorem. Cita inquit Nero, M. Liuium & ſiue & reſidua & vetere ſimultate, ſiue intempeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus; Liuium, quia populi iudicio eſſet damnatus, equum vendere iuſſit, item M. Liuius quum ad tribum Narnienſem & nomen collegæ ventum eſt, vendere equum C. Claudium iuſſit.* Idem narrat VALERIVS MAXIMVS *lib. II. c. VI. n.* 9. Sic etiam LIVIVS XXXIV. c. XLIV. *equitibus quoque perpaucis adempti equi.* lib. XXVII. c. XI. Et quidem ipſi Romani equites, equum ſuum publicum manu ad Cenſores ducebant, atque vbi legitimum militiæ tempus impleuerant, militiæ vacationem accipiebant, prout de Pompeio narrat PLVTARCHVS *in vita p.*630. *in equeſtribus quoque notis eadem ſeruata cauſſa, ſed erant perpauci, quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (vt multi erant) adempti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis priuatis facerent.* GELLIVS lib. IV. c. XII. *ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur, id verbum ſignificat, quaſi tu dicas, incuria.*

******* Sic enim de Seruii Tullii inſtituto DIONYSIVS *lib. IV. p.* 221. ταῦτα καταστησάμενος ἐκέλευσεν ἅπαντας Ῥωμαίους ἀπογράφεσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας πρὸς ἀργύριον, ὀμόσαντες τὸν νόμιμον ὅρκον, ἦ μὴν τἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι, πατέρων τε ὧν εἰσι γράφοντας, καὶ ἡλικίαν ἣν ἔχουσι δηλοῦντας, γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὀνομάζοντας, καὶ ἐν τίνι κατοικοῦσιν ἕκαστοι τῆς πόλεως τόπῳ ἢ πάγῳ τῆς χώρας προστιθέντας· τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι· καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε παρὰ Ῥωμαίοις οὗτος ὁ νόμος *his ita inſtitutis iuſſit omnes ciues dare nomina, ſuaque bona cenſere, addito iuramento legitimo, ſe vere illa & bona fide æſtimaſſe; adſcriptis etiam ætatis annis, & parentum nominibus, atque adeo coniugum etiam ac liberorum: ad hæc quam quiſque vrbis regionem quemue agri Romani pagum incoleret: ei qui cenſum neglexiſſet, pœna propoſita, vt bonis in fiſcum redactis, virgis cæſus, ſub haſta veniret: diuque lex ea Romanis ſeruata eſt.*

† Hoc nihil aliud erat quam ex tribu nobiliori in ignobiliorem detrudi. Sic enim LIVIVS lib. XLV. c XV. *eos, vbi proximo luſtro cenſi eſſent, cenſeri iuſſerunt: & eos, qui prædium, prædiaue ruſtica pluris ſeſtertium triginta millium haberent, cenſendi ius factum eſt. Hoc quum, ita ſeruatum eſſet, negabat Claudius ſuffragii lationem iniuſſu populi cenſorem cuiquam homini, nedum ordini vniuerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribu mouere poſſet, quod ſit nihil aliud; quam mutare iubere tribus, ideo, omnibus, quinque & triginta tribubus emouere poſſe: id eſt, ciuitatem libertatemque eripere, non vbi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere.*

†† LIVIVS lib. IV. c. XXIV. *cenſores ægre paſſi, Mamercum quod magiſtratum populi Romani minuiſſet, tribu mouerunt, octuplicatoque cenſu ærarium fecerunt,* quem locum ſic explicat GRONOVIVS de Pecunia Veteri lib. IV. c. I. p. 578. *qui, vti pro*

*pro cenſu pendere deberet aſſem vnum damnas erat pendere octo* lib XXIV. c. XVIII. *cenſores vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarii, ad mores hominum regendos animum aduerterunt, caſtigandaque vitia quæ velut diutinis morbis ægra corpora ex ſe gignunt, nata bello erant. Primum eos citauerant, qui poſt Cannenſem pugnam rempublicam deſeruiſſe, Italiaque exceſſiſſe velle dicebantur. Princeps eorum L. Cæcilius Metellus, qui quæſtor tum forte erat. Iuſſo deinde eo, cæteriſque eiuſdem noxæ reis cauſſam dicere, quum purgari nequiſſent, pronunciarunt, verba orationemque eos aduerſus rempublicam habuiſſe, quo coniuratio deſerendæ Italiæ cauſſa fieret. Secundum eos citati, nimis callidi exſoluendi iuriſiurandi interpretes qui captiuorum ex itinere regreſſi clam in caſtra Annibalis, ſolutum quod iurauerant redituros, rebantur. His ſuperioribuſque illis equi adempti, qui publicum equum habebant: tribuque moti, ærarii omnes facti. Neque ſenatu modo, aut equeſtri ordine regendo cura ſe cenſorum tenuit. nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent; quibus neque vacatio iuſta militiæ, neque morbus cauſſa fuiſſet. Et ea ſupra duo millia nominum in ærarios relata, tribuque omnes moti. Additumque inertis cenſoriæ notæ triſte ſenatusconſultum: vt ii omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannenſis exercitus reliquias, cui militum generi non prius quam pulſus Italia hoſtis eſſet, finitum ſtipendiorum tempus erat.* lib. XXIX. c. XXXVII. *exitu cenſuræ quum in leges iuraſſet C. Claudius, & in ærarium eſcendiſſet, inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Deinde M. Liuius in ærarium venit, & præter Mæciam tribum, quæ ſe nec condemnaſſet, neque condemnatum aut conſulem aut cenſorem feciſſet, populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus ærarios reliquit. quod & innocentem ſe condemnaſſent, & condemnatum conſulem & cenſorem fecisſent: neque inficiari poſſent, aut iudicio ſemel, aut comitiis bis ab ſe peccatum esſe. Inter quatuor & triginta tribus, & C. Claudium ærarium fore. quod ſi exemplum haberet bis eundem ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim ſe inter ærarios fuiſſe relicturum.* Explicat hoc ASCONIVS PEDIANVS in diuinat. p. 20. *regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. Hi prorſus ciues ſic notabant; vt, qui ſenator eſſet, eiiceretur ſenatu, qui eques Romanus, equum publicum perderet. Qui plebeius, in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non esſet in albo centuriæ ſuæ; ſed ad hoc esſet ciuis tantum, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.* Qui autem ſuffragio ſaltim priuabatur, in tabulas Cæritum referri dicebantur ſecundum GELLIVM lib. XVI. c. XIII. *hinc tabulæ Cæritis appellatæ, verſa vice, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant.* Sic etiam GELLIO teſte lib. IV. c. XII. *ſi quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat ac neque arauerat, neque purgauerat; ſiue quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui: non id ſine pœna fuit: ſed erat opus cenſorium: cenſoreſque ærarium faciebant. Ab vno tamen Collega ſenatu, tribu, vel ſuffragio moti, ſæpe ab altero abſoluebantur retinebanturque.* Sic apud LIVIVM lib. XL. c. LI. *cenſores fideli concordia ſenatum legerunt, princeps electus eſt ipſe cenſor M. Aemilius Lepidus pontifex maximus: tres eiecti de ſenatu, retinuit quoſdam Lepidus a Collega præteritos.* Immo vnum ab altero Cenſore fuiſſe notatum, ſupra iamdum exemplo M. Liuii & C. Claudii ex LIVII lib. XXIX. c. XXXVII. demonſtrauimus. Neque tamen nota talis cenſoris ad petendas nouas dignitates erat impedimento, prout LIVIVS *lib. IV. c. XXXI.* exemplo nos docet, dicens: *A. Cornelius dictatorem Mamercum Aemilium dixit: & ipſe ab eo*

*magiſter equitum eſt dictus, adeo ſimul fortuna ciuitatis virtute vera eguit, nihil cenſoria animaduerſio effecit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.* VALERIVS MAXIMVS Lib. II. c. IX. n. 9. *ſequuntur duo eiusdem generis exempla, eaque adiecisſe ſatis erit. C. Geta, cum a L. Metello & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor factus eſt. Item M. Valerius Meſſalla cenſoria nota perſtrictus cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit. Quorum ignominia virtutem acuit: rubore enim eius excitato, omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quam obiici cenſura deberet.*

†† GELLIVS lib. XVI. c. XIII. *primos autem municipes ſine ſuffragii iure Caerites eſſe factos accepimus: conceſſumque illis, vt ciuitatis Romanae honorem quidem caperet, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditisque. hinc tabulae Caerites appellatae, verſa vice, in quas cenſores referri iubebant, quos notae cauſſa ſuffragiis priuabant.* STRABO lib. V. p. 220. de Caeritibus: πολιτείας γὰρ δόντες οὐκ ἀνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσονομίας, εἰς τὰς δέλτους ἐξώριζον τὰς Καιρετανῶν. *Cum enim eis ius ciuitatis darent, inter ciues tamen nomina eorum non retulerunt, quin & alios, qui aequali iure cum ciuibus reliquis non fruerentur, in Caritum tabulas reiiciebant.*

††† Sic de cenſura Q. Fuluii Flacci & L. Poſtumii Albini LIVIVS lib. XLII. c. X. dicit: *concors & e republica cenſura fuit. omnes quos ſenatu mouerunt, quibusque equum ademerunt, aerarios fecerunt, & tribu mouerunt: neque ab altero notatum, alter probauit.* lib. XLV. c. XV. *plures quam a ſuperioribus, & ſenatu emoti ſunt, & equos vendere iuſſi. omnes iidem ab vtroque & tribu remoti, & aerarii facti: neque vllius quem alter notaret, ab altero leuata ignominia.* Sed contrarium docet CICERO pro Cluentio c. XLIII. *neminem voluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiusquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conuenisſet. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſis aut magiſtratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accuſare, haec ignominiae cauſa praetermiſſa eſt. Timoris enim cauſam, non vitae poenam illa poteſtate eſſe voluerunt: Itaque non ſolum, iudices, illud oſtendam, quod iam videtis, populi Rom. ſuffragiis ſaepenumero cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas, verum etiam iudiciis eorum, qui iurati ſtatuere maiore cum religione, & diligentia debuerunt. Primum iudices, ſenatores, equitesque Rom. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt; ſuae potius religioni, quam cenſorum opinioni, paruerunt. Deinde praetores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, numquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Cenſores denique ipſi ſaepenumero ſuperiorum cenſorum iudiciis (ſi iſta iudicia appellari vultis) non ſteterunt atque etiam ipſi inter ſe cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modo reprehendat ſed etiam reſcindat, vt alter de ſenatu mouere velit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet: vt alter in aerariis referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet.*

†††† LIVIVS lib. XXIV. c. XVIII. *quum cenſores, ob inopiam aerarii, ſe iam locationibus abſtinerent aedium ſacrarum tuendarum, curuliumque equorum praebendorum, ac ſimilium his rerum; conuenere ad eos frequentes, qui haſtae huius generis aſſueuerant: hortatique cenſores, vt omnia perinde agerent locarent, ac ſi pecunia in aerario eſſet.*

Digitized by Google

*eſſet. Neminem niſi bello confecto, pecuniam ab ærario petiturum eſſe.* lib. XXIX. c. XXXVII. de M. Liuio & C. Claudio Cenſoribus: *ſarta tecta acriter, & cum ſumma fide exegerunt: Viam e foro Boario ad Veneris, & circa foros publicos, & ædem Matris Magnæ in palatio faciendam locauerunt. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt.* Sic LIVIVS XL. c. LI. LII. opera quæ M. Aemilius Lepidus & M. Fuluius locauerant prolixe recenſet & *lib. XLI. c. XXXII.*

†††††† Sic LIVIVS IV. c XXIV. de Mamerco Aemilio Dictatore: *Concione itaque aduocata, remp. foris gerendam ait, tutaque omnia præſtanda, Deos immortales ſuſcepiſſe: ſe, quod intra muros agendum eſſet, libertati pop. Rom. conſulturum. maximam autem eius cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent; & temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non poſſet. Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram: graue eſſe iisdem per tot annos magna parte vitæ obnoxios viuere, ſe legem laturum, ne plusquam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet.* lib. IX. c. XXXIII. *Ap. Claudius cenſor, circumactis decem & octo menſibus, quod Aemilia lege finitum cenſuræ ſpatium temporis erat, quum C. Plautius collega eius magiſtratu ſe abdicaſſet, nulla vi compelli, vt abdicaret potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finiendæ cenſuræ intra legitimum tempus actionem ſuſceperat; non popularem magis quam iuſtam nec in vulgus; quam optimo cuique gratiorem. Is quum identidem legem Aemiliam recitaret, auctoremque eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret, quinquennalem ante cenſuram, & longinquitate poteſtatem dominantem, intra ſex menſium & anni coëgiſſet ſpatium.*

††††††† LIVIVS lib. I. c. XLIV. *cenſu perfecto, quem maturauerat metu legis de incenſis latæ cum vinculorum minis, mortisque, edixit, vt omnes ciues Romani, equites, peditesque, in ſuis quisque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuouetaurilibus luſtrauit, idque conditum luſtrum appellatum, quia is cenſendo finis factus eſt.* lib. III. c. III. *cenſus deinde actus, & conditum a Quintio luſtrum, cenſa ciuium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quindecim dicuntur; præter orbos orbasque* lib. X. c. IX. *& luſtrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Sauerrione cenſoribus: tribusque additæ duæ, Anienſis ac Terentina* lib. XL. c. XLVI. *vno animo, conſilio legatis ſenatum, equites recenſeatis, agatis cenſum, luſtrum condatis.* ASCONIVS PEDIANVS p. 20. *Cenſores completo quinquennio vrbem luſtrabant; & Solitaurilia ſacrificia de ſue, oue, tauro, faciebant.*

†††††††† Sic enim de P. Clodio CICERO pro Sextio c. XXV. *nam lata quidem ſunt conſulibus illis tacentibus, immo vero approbantibus etiam, vt cenſoria notatio, & grauiſſimum iudicium ſanctiſſimi magiſtratus de republica tolleretur.* in Piſonem c. V. *centum prope annos legem Aeliam, & Fuſiam tenueramus, quadringentos iudicium, notionemque cenſoriam, quas leges auſus eſt non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere: quam poteſtatem minuere, quo minus de moribus noſtris quanto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuſe petulans conatus eſt.* DIO CASSIVS *lib. XXXVIII. p. 66.* τοῖς τε τιμηταῖς ἀπηγόρευσε, μήτ᾽ ἀπαλείφειν ἐκ τινὸς τέλους μήτ᾽ ἀτιμάζειν μηδένα, χωρὶς ἢ εἴ τις παρ᾽ ἀμφοτέροις σφίσι κριθεὶς ἁλοίη *interdixitque cenſoribus, ne quenquam magiſtratu mouerent, aut ignominia notarent, niſi quis apud vtrunque ordinem in iudicio conuictus eſſet:* ASCONIVS PEDIANVS *p.* 160. PIGHIVS *Ann. lib. III. p.* 563.

††:†:†††† Dio cassivs lib. XL. p. 147. ὁ δὲ δὴ Σκιπίων οὔτε ἐνομοθέτησέ τι, καὶ τὰ πρὸς τοῦ Κλωδίου περὶ τῶν τιμητῶν γραφέντα κατέλυσε. καὶ ἔδοξε μὲν τὴν ἐκείνων χάριν τοῦτο πεποιηκέναι, ἐπειδὴ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς, ἣν καὶ πρὶν εἶχον, ἀπέδωκε· περιέστη δὲ ἐς τοὐναντίον. ὑπὸ γὰρ τοὺς πολλοὺς ἔν τε τῇ ἱππάδι καὶ ἐν τῷ βουλευτικῷ φλαῦρα ἄνδρας εἶναι, τέως μὲν μηδένα μήτε κατηγορηθέντα μήθ᾽ ἁλόντα διαγράψαι σφίσιν ἐξῆν οὐδεμίαν τῶν οὐκ ἀπολειφομένων αἰτίαν εἶχον, ἀπολαβόντες δὲ τὴν ἀρχαίαν ἰσχὺν (ὑφ᾽ ἧς αὐτοῖς καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς τὸν ἑκάστου βίον ἐξετάζουσι τοῦτο ποιεῖν ἐδέδοτο) οὔτε πολλοῖς προσκρούειν ὑπέμενον, οὔτ᾽ αὖ ἐν μέμψει τινὶ, ὡς μὴ διαγράφοντες τοὺς οὐκ ἐπιτηδείους, γίγνεσθαι ἤθελον καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐφίετο ἔτι τῆς ἀρχῆς τῶν ἐμφρόνων οὐδὲ εἷς· περὶ μὲν δὴ τοὺς τιμητὰς ταῦτ᾽ ἐψηφίσθη *Scipio neque legem vllam tulit, & ea quæ de cenſoribus erant a Clodio ſtatuta, abrogauit; iisque priſtinam poteſtatem reddidit. quod quum in eorum gratiam factum videretur, tamen in contrariam partem vertit. Quum enim & in equeſtri, & in ſenatorio ordine, multi nullius pretii homines eſſent, quandiu cenſoribus nullum ex his neque accuſatum, neque damnatum loco mouere permiſſum erat, vitio quoque ipſis dari non potuit, ſi homines improbi ignominia non notarentur. At poſtquam cenſores priſtinam ſuam potentiam (qua priuatim quoque in vnius cuiusque vitam inquirendi, meritosque infamia notandi ius habebant) recuperauerant: neque offendere multos, neque in reprehenſionem aliorum incurrere, quaſi immeritos ſua dignitate deſpoliaſſent, volebant. Itaque nemo prudens vir cenſuram petiit.*

†† †††:††† Primitus quidem cenſuram perpetuam ipſi oblatam recuſauit Auguſtus teſte dione *lib. LIV. ineunte*, quam tamen poſtea recepit, prout ipſe teſtatur *p.* 527. svetonivs Auguſto c. XXVII. *recepit & morum legumque regimen æque perpetuum: quo iure, quamquam ſine cenſuræ honore, cenſum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, medium ſolus.* Claudio c XVI. *geſſit & cenſuram intermiſſam diu poſt Paulum Plancumque cenſores.* Sic etiam Domitianus in nummis dicitur Cenſor perpetuus, & Valerianus Cenſor factus eſt, trebellivs pollio *in vita c. I.*

†:†††††††† Livivs XXIX. c. XXXVII. *Luſtrum conditum ſerius, quia per prouincias dimiſerant cenſores, vt ciuium Romanorum in exercitibus, quantus vbique eſſet, referretur numerus. Cenſa cum iis ducenta decem quatuor millia hominum, condidit luſtrum C. Claudius Nero, Duodecim deinde coloniarum (quod nunquam antea factum erat) deferentibus ipſarum coloniarum cenſoribus, cenſum acceperunt: vt quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta exſtarent.* Hinc, teſte livio lib. XXXVIII. c. XXXVI. *Campani, quum eos ex ſenatus conſulto, quod priore anno factum erat, cenſores Romæ cenſeri coegiſſent (nam antea incertum fuerat vbi cenſerentur) petierunt, vt ſibi ciues Romanas ducere vxores liceret.* lib. XLII. c. X. *eo anno luſtrum conditum eſt. Cenſores erant, Q. Fuluius Flaccus, L. Poſtumius Albinus. Poſtumius condidit. Cenſa ſunt ciuium Romanorum capita ducenta ſexaginta nouem millia & quindecim. Minor aliquando numerus, quia L. Poſtumius conſul pro concione edixerat, qui ſociûm Latini nominis ex edicto C. Clau-*

*Claudii Conſulis redire in ciuitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes in ſuis ciuitatibus cenſerentur.* LIVIVS lib. XLI. c. XIII. *Legem deinde ſociis C. Claudius tulit Senatus conſulto & edixit qui ſocii ac nominis Latini ipſi maioresue eorum M. Claudio, T. Quinctio cenſoribus, poſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, vt omnes in ſuam quisque ciuitatem ante Calend. Nouembris redirent.* Plura exempla recenſet Rupertus Comm. ad Pomponium p. 198.

## §. XXIII.

*Pratores.*

Sequuntur PRÆTORES, quod nomen primo quemcunque Magiſtratum denotabat maiorem. * Poſt, vel per Ordinum diſſenſiones, vel cum Conſules bellis finitimis præficerentur, A. V. C. CCCLXXXVII. factum, vt Prætor crearetur vrbanus, qui abſentibus Conſulibus, in vrbe ius redderet, ** primum, dum vnus Conſulum ex plebeiis eligeretur, hoc patriciis ſaltim concedebatur, qui hanc ſibi iuris dicundi prærogatiuam vindicabant. *** Inde A. V. C. CCCCXVIII. Q. Publilius Philo primus ex plebeiis creatur. ****. Officium erat, vt vel ipſe, vel per iudices etiam lectos iura redderet. ***** Formulas etiam actionum dabat, & in rebus leuioris momenti ad iudicem pedaneum remittebat. ****** Immo, abſentibus Coſſ. horum vices in vrbe ſuſtinebat. Confluentibus in vrbem peregrinis, Prætor peregrinus fuit conſtitutus, qui iisdem ius diceret. † Capta dein Sicilia, Sardiniaque quatuor facti fuerunt, qui inter ſe prouincias ſortirentur Prætores. †† Poſt bellum Punicum ſecundum A. V. C. DLV. auctis Romanorum prouinciis, additi duo Prætores, qui Hiſpaniam citeriorem & vlteriorem ſortirentur, ita, vt ineuntes Magiſtratum duo ſemper remanerent in vrbe, reliqui Prouincias ſortirentur. ††† Quandoque etiam belli adminiſtratio ipſis fuit conceſſa. †††† Temporibus Imperatorum ad ſedecim vsque numerus excreuit. ††††† Annua ipſorum erant edicta, hinc facta fuerunt perpetua. †††††† Vtebantur iſti in vrbe duobus lictoribus cum faſcibus, in prouinciis lictoribus ſex: ††††††† nec vrbani Prætores plus quam decem dies ex vrbe abeſſe poterat. ††††††††

* VARRO lib. IV. de L. L. p. 20. *prætor dictus, qui præiret iure & exercitu.* Et paullo poſt: *prætor dictus qui præiret exercitu.* NONIVS MARCELLVS p. 23. *conſulum & prætorum proprietas, quod conſulant & praeant populis, auctoritate Varronis oſtenditur, de vita populi Rom.* lib II. *Quod idem dicebantur Conſules, & Prætores: quod præirent populo Prætores: quod conſulerent Senatui, Conſules.* Hinc CICERO lib. VI. de LL. c. III. *regio imperio duo ſunto: iique praeundo, iudicando, conſulendo, prætores, iudices, conſules appellantor.* ASCONIVS PEDIANVS p. 80. *Veteres enim omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt. Vnde & prætorium tabernaculum eius dicitur, &*

*in caſtris porta prætoria, & hodie quoque præfectus prætorio.* IVSTINIANVS Nov. XXIV. præf. *nunquam ſane credidimus, veteres Romanos ex paucis adeoque minutiſſimis principiis tam amplam conſtituere rempublicam, & totum exinde terrarum orbem (pene dixerimus) ſibi adiungere, & premere ac tueri imperio potuiſſe, niſi maioribus in prouinciis magiſtratibus miſſis, plus ea de re dignitatis ſibi comparaiſent, ſimulque illis armorum iuxta ac legum poteſtatem feciſſent neque non ad vtrumque accommodatos & idoneos habuiſſent, quos quidem prætores vocabant, appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirent & præponerentur, permiſſa ſcilicet eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quam legum præſcriptione. Vnde & ea loca in quibus publice magiſtratus vel ius reddere, vel habitare ſolebant, Prætoria appellare, & vt pleraque in rempublicam leges ex viua prætorum voce inſerrentur, conſtituerunt. Et multi prætores partim Sardiniam inſulam partim Hiſpaniam, partim terra marique alii aliud vel imperio adiecerunt, vel rexerunt.* Hinc magiſtratus maximus lege priſca Prætor Maximus adpellabatur, vt apud LIVIVM lib. VII. c. III. *Lex vetuſta eſt priſcis litteris, verbisque ſcripta, vt qui prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clauum pungat.* Vid. GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. cap. XII.*

** L. 2. §. 27. π. de Or. I. *cumque Conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, vt Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe ius redderet.* CICERO lib. X. ep. XII. ad Plancum: *placuit nobis, vt ſtatim ad Cornutum prætorem vrb. literas deferremus: qui, quod conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Senatus eſt continuo conuocatus.* LIVIVS lib. XXIV. c. IX. *Comitiis prætorum perfectis, ſenatusconſultum factum eſt, vt Q. Fuluio extra ordinem vrbana prouincia eſſet: isque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis, vrbi præeſſet.* PIGHIVS *Ann. I. p. 262.*

*** LIVIVS lib. VI fin. *cum tamen per dictatorem conditionibus ſedatæ diſcordiæ ſunt, conceſſumque ab nobilitate plebi de conſule plebeio: a plebe nobilitati de prætore vno, qui ius in vrbe diceret, ex Patribus creando.* & lib. VII. c. I. *annus hic erat inſignis noui hominis conſulatu, inſignis nouis duobus magiſtratibus, prætura, & curuli ædilitate. Has ſibi patricii quæſiuere honores, pro conceſſo plebi altero conſulatu. Plebes conſulatum L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: Patres præturam Sp. Furio M. filio Camillo.*

**** LIVIVS lib. VIII. c. XV. *eodem anno Q. Publilius Philo prætor primum de plebe, aduerſante Sulpicio conſule, qui negabat, rationem eius ſe habiturum, eſt factus; ſenatu, quum in ſummis imperiis id non obtinuiſſet, minus in prætura tendente.*

***** CICERO de LL. lib. III. c. III. *Iuris diſceptator qui priuata iudicet iudicariue iubeat, prætor eſto. iuris ciuilis cuſtos eſto. huic poteſtati parento.* ad Atticum lib. IV. ep. XIV. *Prætores ius dicunt.* Hinc GELLIVS lib. XIV. c. II. *quo primum tempore a prætoribus lectus in iudices ſum, vt iudicia, quæ appellantur priuata, ſuſciperem.* Hinc l. 75. π. de Iudiciis *ſi Prætor iuſſerit eum, a quo debitum petebatur, adeſſe, & ordine Edictorum peracto, pronuntiauere abſentem debere, non vtique iudex, qui de iudicato cognoſcit, debet de Prætoris ſententia cognoſcere: alioquin luſoria erant huiusmodi edicta & decreta Prætorum.* CICERO pro Cluentio c. XLIII. *deinde prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, numquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt.*

****** THEO-

****** Theophilvs *pr. de Interdictis* ἡνίκα τοίνυν περὶ νομῆς, ἢ ὡσανεὶ νομῆς μεταξὺ δύο τινῶν γίνεται φιλονεικία, ἀπέρχονται πρὸς πραίτωρα τοῦτο αὐτῷ διηγούμενοι· ἐπειδὲ συμβαίνει πολλάκις καὶ φόνους πλημμελεῖσθαι, καὶ τραύματα ἐπάγεσθαι, καὶ πληγὰς ἐπιφέρεσθαι· ἐν ταῖς τοιαύταις φιλονικίαις, διηγοῦνται τῷ πραίτωρι τὸ γεγονός· ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν ῥήματά τινα, οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν. ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοὺς χαμαιδικαστῇ, ἀκροατῇ γενομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας *quum igitur inter duos aliquos de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione controuerſia eſt, Prætorem adeunt, ac totam rem ei exponunt: quoniam in huiusmodi controuerſiis ſæpe contingit & cædes fieri, & vulnera infligi, & plagas inferri. Rem itaque omnem Prætori ordine exponunt. At is quædam verba inter eos pronuntiat, non litem dirimens, ſed ad pedaneum iudicem remittens, qui de controuerſia ipſorum cognoſcat.* Facit huc titulus Codicis de Pedaneis iudicibus præcipue L. 4. *quædam ſunt negotia, in quibus ſuperfluum eſt, Moderatorem expectare prouinciæ: ideoque pedanſos iudices (hoc eſt qui negotia humiliora diſceptant) conſtituendi damus Præſidibus poteſtatem.* Vid. *Nov. LXXXII. c. V.* Quinam vero ſenatores dicti fuerunt pedanii, explicat Gellivs *lib. XIII. cap. XVIII.*

† L. 2. §. 28. *ff.* de Or. I. *poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus eſt & alius Prætor, qui peregrinus appellatus eſt ab eo, quod plerumque inter peregrinos iudicabat.* Hi autem in vna ſella iudicabant cum vrbano. Sic enim Cæsar III. de B. C. c. XX. *iisdem temporibus Romæ M. Coelius Rufus prætor, cauſſa debitorum ſuſcepta, initio magiſtratus tribunal ſuum iuxta C. Trebonii prætoris vrbani ſellam collocauit; & ſiquis appellaſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus, quæ per arbitrum fierent, vt Cæſar præſens conſtituerat, fore auxilio pollicebatur.*

†† Livivs ep. XIX. *Prætorum numerus ampliatus eſt, vt eſſent quatuor.* lib. XXIII. c. XXX. *Prætores Q. Fuluius Flaccus, qui antea conſul cenſorque fuerat, vrbanam. M. Valerius Lævinus peregrinam ſortem in iurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam. Q. Mucius Scæuola Sardiniam ſortiti ſunt.*

††† Livivs XXXII. c. XXVII. *biduo poſt, prætorum Comitia habita. Sex prætores illo anno primum creati: creſcentibus iam prouinciis & latius pateſcente imperio* & c. XXVIII. *prius de prætoribus tranſacta res quæ tranſigi ſorte poterat. Vrbana Sergio, peregrina iurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hiſpaniam Sempronius citeriorem, Heluius vlteriorem eſt ſortitus.* lib. XXXIII. c. XXVI. *Prætores deinde prouincias ſortiti, L. A. Puſtius Fullo vrbanam iurisdictionem: Manius Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos, Q. Fabius Buteo Hiſpaniam vlteriorem. Q. Minutius Thermus citeriorem, C. Lælius Siciliam, T. Sempronius Longus Sardiniam* & c. XLIII. *Prætores deinde prouincias ſortiti, C. Fabricius Luſcinus vrbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Vulſo Siciliam, Ap. Claudius Nero Hiſpaniam vlteriorem, P. Porcius Læca Piſas, vt ab tergo Liguribus eſſet, P. Manlius in Hiſpaniam citeriorem adiutor conſuli datus.* Aliter decretum tempore belli cum Antiocho M. apud Livivm lib. XXXV. c. XLI. *item de prouinciis prætorum decretum eſt: prima vt ſors duæ, vrbanaque, & inter ciues ac peregrinos iurisdictio eſſet: ſecunda Bruttii; tertia claſſis, vti nauigaret, quo ſenatus cenſuiſſet: quarta, Sicila: quinta, Sardinia: ſexta,*

Digitized by Google

*ſexta, Hiſpania Vlterior* l. 2. §. 32. π. de O. I. *capta deinde Sardinia, mox Sicilia item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: totidem Praetores, quot prouinciae in ditionem venerunt, creati ſunt partim qui Vrbanis rebus, partim qui prouincialibus praeeſſent.*

†††† LIVIVS lib. XXIII. c. XXXII. *ne praetoribus quidem, qui ad ius dicendum creati erant, vacatio ab belli adminiſtratione data eſt.*

††††† Qua ratione Praetorum numerus fuerit auctus, adhuc diſceptatur. POMPONIVS l. 2. §. 32. π. de O. I. ait: *deinde Cornelius Sylla quaeſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis: & Praetores quatuor adiecit. Deinde Gaius Iulius Caeſar duos Praetores, & duos Aediles, qui frumento praeeſſent, & a Cerere Cereales conſtituit. Ita duodecim Praetores, ſex Aediles ſunt creati. Diuus deinde Auguſtus ſedecim Praetores conſtituit. Poſt deinde Diuus Claudius duos Praetores adiecit, qui de fideicommiſſo ius dicerent. ex quibus vnum Diuus Titus detraxit, & adiecit Diuus Nerua, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo Praetores in ciuitate ius dicunt.* Verum, Pomponium hic hallucinari, vel omnes adgnoſcunt. Ante iſta tempora praetores bini ſingulas domi iurisdictiones, ex S. C. ſortiebantur, vrbanam & peregrinam: reliqui quattuor prouincias foris gubernandas. Ab iſto vero tempore duae iurisdictiones, & quatuor quaeſtiones in ſortem ex S. C. a praetoribus ſex coniici coeptae. Praetura vero Romae acta, prouincias ſortiti ſunt in easdemque pro Praetore profecti, vti etiam declarat CAROLVS SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. c. IV.* Idem etiam a Sylla duos tandem Praetores de nouo conſtitutos fuiſſe contendit, cum eorum Ciceronis aetate ſaltim octo fuerint, in quorum cognitionibus deferendis, pro voluntate Senatus fuerit variatum, cui adſentitur ONVPHRIVS PANVINIVS *lib. I. Faſt. p.* 208. Caeſar vero, vt pluribus gratiam faceret, decem Praetores deſignauit, ſecundum DIONEM *lib. XLII. p.* 209. Inde XIV. conſtituit *lib. XLIII. p.* 237. demum A. V. C. DCCX. ſedecim *lib. XLIII. p.* 239. Sub Auguſto Caeſare ſedecim erant; tot enim eum magiſtratum petierant: poſterioribus autem annis multis, tantum XII. fuerunt DIO CASSIVS *lib. LVI. p.* 586. De Tiberio teſtatur TACITVS Ann. I. c. XIV. *candidatos Praeturae duodecim nominauit, numerum ab Auguſto traditum: & hortante Senatu, vt augeret, iureiurando obſtrinxit, ſe non exceſſurum.* Coniunctam vero tunc fuiſſe in ciues & peregrinos iurisdictionem, idem nos docet c. XV. hn. *mox celebratio annua* (Ludorum Auguſtalium) *ad Praetorem translata, cui inter ciues & peregrinos iurisdictio euenisset.* Idem Ann. II. c. XXXVI. *& certamen Gallo aduerſus Caeſarem exortum eſt. nam cenſuit in quinquennium magiſtratuum comitia habenda: vtque legionum Legati, qui ante Praeturam ea militia fungebantur, iam tum Praetores deſtinarentur. Princeps duodecim candidatos, in annos ſingulos nominaret.* De eodem tamen Tiberio DIO CASSIVS *lib. LVIII. p.* 634. ad A. V. C. DCCLXXXVI. τῷ γοῦν ἐπιόντι ἔτει ἐν ᾧ ὅ, τε Γάλβας ὁ Σέρουιος, ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας· καὶ Λούκιος Κορνήλιος, τὸ τῶν ὑπάτων ὄνομα ἔσχον, πεντεκαίδεκα στρατηγοὶ ἐγένοντο. καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλὰ ἔτη συνέβη· ὥστε ἔστι μὲν ὅτι ἑκκαίδεκα, ἔστι δ' ὅτε καὶ παρ' ἕνα ἢ καὶ δύο χειροτονεῖσθαι. *Anno inſequenti, quum Sergius Galba, is qui deinde imperator factus eſt, & L. Cornelius Sylla, conſulum nomen haberent, XV. praetores fuerunt: idque multis annis accidit, vt nonnunquam XVI. nonnunquam vno aut duobus plures pauciorесve fierent.* De Claudio vero quod ad fideicommiſſa etiam praetores

con-

conſtituerit, teſtatur SVETONIVS in vita c. XXIII. *iuriſdictionem de fideicommiſſis quot annis, & tantum in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per prouincias poteſtatibus demandauit.* §. 1. I. de Fideicomm. hæred. *tantusque eorum* (fideicommiſſorum) *fauor factus eſt, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis ius diceret, quem fideicommiſſarium appellabant.* Sic Prætoris fideicommiſſarii fit mentio *l. 78. §. pen. π. de legatis 3. l. 92. pr. π. de condit. & demonſtr. l. pen. π. quib. ad libert. procl. non licet l. 2. C. qui pot. in pign.* Vlpianus vero in fragm. Tit. de Fideicommiſſis §. 11. *Cognitio eſt Romæ quidem Conſulis aut Prætoris* & QVINTILIANVS lib. III. c. VI. *non debes apud prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules, maior enim prætoria cognitione ſumma eſt.* Ex quo loco patet maioris fideicommiſſi cognitionem fuiſſe pene Conſulem. Sic etiam ſingularem Prætorem tutelarem fuiſſe conſtitutum patet ex *l. 6. §. 13. π. de excuſat. tutorum.* Poſteriori tempore etiam Prætoribus ærarii curam fuiſſe demandatam, patet ex TACITO I. *Ann. c. LXXV.* & potiſſimum *Hiſt. IV. c. IX. Prætores ærarii (nam tum a Prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti, modum impenſis poſtulauerunt.*

## §. XXIV.

Inter Magiſtratus Maiores extraordinarios, præcipuus erat DICTATOR, quem in rebus trepidis, bello graui, vel ſeditione exorta *Dictator.* Senatus dicere iubebat. * Et quidem ab vno Conſule, quem ſors tulerat, declarabatur viua voce, ** nocte, ſilentio, *** vir Conſularis, **** primum ex patriciis, dein etiam ex plebeiis. ***** Hic, poſtquam rebus diuinis factis, populi iuſſu equum aſcendiſſet, ****** Princeps erat belli & pacis, ceterarumque rerum, ſui plane iuris, cui maximum in Ciuitate erat imperium, a quo nec prouocandi ius erat, & cui etiam capitis animaduerſio data. ******* Hinc Conſules & Prætores ipſi erant obedientes. ******** Poſtquam vero per Legem Horatiam decretum, ne quis inpoſterum ſine prouocatione crearetur Magiſtratus, † etiam a Dictatore ad populum prouocatio fuit conceſſa. †† Imperio tamen, ne longiori poteſtate abuteretur, ſaltim vtebatur ſemeſtri. ††† Alias quoque claui tempore peſtis figendi, & ſi Conſules eſſent abſentes, Comitiorum, vel ferias latinas conſtituendi cauſſa, Dictatores dicebantur. †††† Vltimus, idemque perpetuus Dictator erat Iulius Cæſar, quo interfecto, ſublata fuit e Republica Dictatoris poteſtas, & diris deuotus fuit, qui poſt hæc Dictatoris faceret mentionem. ††††† Subordinatus ipſi erat Magiſter Equitum, quem Dictator legere poterat, ſiue ex Patribus, ſiue ex plebe, ita vt Dictator pedites, Magiſter equites duceret, †††††† alias Dictatori eſſet obſequens. †††††††

* LIVIVS lib. IV. c. LVI. *de bello cum Volſcis, Aequisue quæ vbi tumultu maiore etiam, quam res erat, nuntiantur Romam, ſenatus extemplo (quod in rebus trepidis vltimum conſilium erat) dictatorem dici iuſſit.* CICERO de LL. lib. III. c. III. *aſt quando duel-*

*duellum grauius, diſcordia ciuium eſſunto, ne amplius ſex menſes, ſi ſenatus creuerit, idem iuris, quod duo conſules, tenento: iſque aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto.*

** LIVIVS IV. c. XXVI. *fors vt dictatorem diceret, (nam ne id quidem inter collegas conuenerat) T. Quintio euenit. Is A. Poſtumium Tubertum ſocerum ſuum, ſeueriſſimi imperii virum, dictatorem dixit: ab eo L. Iulius magiſter equitum eſt dictus.* Sic etiam de T. Lartio DIONYSIVS HALICARN. lib. V. p. 336. οὗτος πρῶτος ἐν Ῥώμῃ μόναρχος ἀπεδείχθη, πολέμου τε καὶ εἰρήνης, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος αὐτοκράτωρ. ὄνομα δ' αὐτῷ τίθενται δικτάτωρα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν καὶ διατάττειν ὅ τι θέλει τά τε δίκαια καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ· τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων, ἔδικτα οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· εἴτε, ὥστινες γράφουσι, διὰ τὴν τότε γενομένην ἀνάρρησιν· ἐπειδὴ οὐ παρὰ τοῦ δήμου τὴν ἀρχὴν εὑρόμενος, κατὰ τοὺς πατρίους ἐθισμοὺς, ἔμελλεν ἕξειν, ἀλλ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀποδειχθεὶς ἑνός *hic primus omnium Romæ Monarcha deſignatus eſt, cum plenaria belli ac pacis omniumque aliarum rerum poteſtate; & Dictator appellatus, ſiue a poteſtate imperandi & edicendi quidlibet, tum aliis æqua & iuſta pro ſuo arbitrio præſcribendi; (mandata enim iuſtique & iniuſti præſcriptiones, Edicta Romani vocant) ſiue (vt quidam malunt) quod a collega dictus (hoc eſt nominatus) ſit: non enim a populo magiſtratum accepit more patrio, ſed ab vno viro deſignatus eſt.* Dicebatur etiam Dictator a Tribuno militum conſulari poteſtate, prout A. Cornelius dictatorem Mamercum Aemilium dixit, ſecundum LIVIVM *lib. IV. c. XXXI.* Quandoque tamen quem populus iubebat, Conſul dicere debebat Dictatorem. Sic apud LIVIVM lib XXVII. c. V. *illa diſceptatio tenebat, quod conſul in Sicilia ſe M. Valerium Meſſalam, qui tum claſſi præeſſet, dictatorem dicturum eſſe aiebat: Patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia terminari) negabant dictatorem, dici poſſe. M. Lucretius tribunus plebis, quum de ea re conſuleret, ita decreuit ſenatus; vt Conſul prius quam ab vrbe diſcederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret: eumque quem populus iuſſiſſet, diceret dictatorem. Si conſul noluiſſet, prætor vrbanus populum rogaret: ſi ne is quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent. Quum conſul ſe populum rogaturum negaſſet, quod ſuæ poteſtatis eſſet, prætoremque vetuiſſet rogare; tribuni plebis rogarunt, plebesque ſciuit, vt Q. Fuluius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum erat, conſul clam nocte in Siciliam abiit. deſtitutique Patres litteras ad M. Claudium mittendas cenſuerunt, vti deſertæ ab collega reipublicæ ſubueniret, diceretque, quem populus iuſſiſſet, dictatorem. Ita a Claudio conſule Q. Fuluius dictator dictus, & ex eodem plebiſcito & ab Q. Fuluio dictatore P. Licinius Craſſus Pontifex Maximus, magiſter equitum dictus.* Abſente vero Conſule, Prodictator a populo fuit dictus, prout LIVIVS nos docet *XXII. c. VIII.* dum poſt cladem ad Traſimenum lacum ſic loquitur: *itaque ad remedium, iam diu neque deſideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum ciuitas confugit: & quia & conſul aberat, & a quo vno dici poſſe videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium, aut literas mitti; nec dictatorem populus creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat, Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum, & magiſtrum equitum M. Minucium Rufum.*

*** LIVIVS

*** Livivs lib. VIII. c. XXIII. *L. Cornelio (quia ne eum quidem in Samnium iam ingreſſum reuocari ab impetu belli placebat) literæ miſſa, vt dictatorem comitiorum cauſſa diceret. dixit M. Claudium Marcellum, ab eo magiſter equitum dictus Sp. Poſtumius. Nec tamen ab dictatore comitia ſunt habita, quia vitione creatus eſſet, in diſquiſitionem venit. Conſulti augures, vitioſum videri dictatorem pronunciauerunt. Eam rem tribuni ſuſpectam infamemque criminando fecerunt. Nam neque facile fuiſſe id vitium noſci, quum conſul oriens nocte ſilentio diceret dictatorem: neque ab conſule cuiquam publice, priuatimue de ea re ſcriptum eſſe, nec quemquam mortalium exſtare, qui ſe vidiſſe aut audiſſe quid dicat, quod auſpicium dirimeret: neque augures diuinare Romæ ſedentes potuiſſe, quid in caſtris conſuli vitii obuenisſet. Cui non apparere, quod plebeius dictator ſit, id vitium auguribus viſum?* lib. IX. c. XXXVIII. *nocte deinde ſilentio (vt mos eſt) L. Papirium dictatorem dixit.* lib. XXIII. c. XXII. *Dictatorem, qui cenſor ante fuisſet, vetuſtisſimusque ex eis qui viuerent cenſoriis esſet, creari placuit, qui ſenatum legeret: accirique C. Terentium conſulem ad dictatorem dicendum iuſſerunt. qui quum e Apulia, relicto ibi præſidio, magnis itineribus Romam redisſet; nocte proxima, vt mos erat, M. Fabium Buteonem ex SC. ſine magiſtro equitum dictatorem in ſex menſes dixit.*

**** Livivs II. c. XVIII. *T. Lartium dictatorem primum, Sp. Casſium magiſtrum equitum, creatos inuenio. Conſulares legêre: ita lex iubebat, de dictatore creando lata.*

***** Livivs VII. c. XVII. *aduerſus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magiſtrum equitum, item de plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam iam in promiſcuo eſſe: omnique ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, pararetúrue. eo promptius cuncta, ferente Dictatore, populus iusſit.*

****** Livivs XXIII. c. XIV. *dictator M. Iunius Pera, rebus diuinis perfectis, latoque, vt ſolet, ad populum, vt equum eſcendere liceret.* PLVTARCHVS Fabio p. 175. ὡς οὖν ταῦτ' ἔδοξεν, ἀποδειχθεὶς δικτάτωρ Φάβιος, καὶ ἀποδείξας αὐτὸς ἵππαρχον Λεύκιον Μινούκιον, πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας. οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά δή τινα νόμον παλαιὸν, εἴτε τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι. καὶ μὴ προλείπειν· εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τἆλλα καὶ μέγα, τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστὶν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτωρα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον *vbi ea ſententia placuit, dicitur Fabius dictator: qui magiſtro equitum M. Minutio dicto, primum a ſenatu poſtulat, vt ſibi in bello vti equo liceat, quod ſas non erat, ſed lege quadam vetere interdixerant, vel quod maximum robur ponerent in pedite, & ob id duci cenſerent in acie apud eum permanendum, neque deſerendum hunc, vel quia nimia alioqui & ingens eius imperii poteſtas foret, quod hac re certe vellent, vt populi eſſe indigens videretur.*

******* L. 2. §. 18. de Or. I. *populo deinde aucto, quum crebra orirentur bella, quædam acriora a finitimis inferrentur; interdum re exigente, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. Itaque Dictatores proditi ſunt, a quibus nec prouo-*



Digitized by Google

*candi ius fuit: & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra ſextum menſem retinere.* Hinc apud DIONYSIVM HALICARNASSENSEM *lib. V. p.* 336. dicitur μόναρχος πολέμου τὲ καὶ εἰρήνης, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος αὐτοκράτωρ *Monarcha, & qui plenariam belli ac pacis, omniumque aliarum rerum habebat poteſtatem.* & *lib. VII. p.* 462. LIVIVS II. c XVIII. *Creato dictatore primum Romæ,* (erat hic T. Lartius A. V. C. CCLIII.) *poſtquam præferri ſecures viderunt, magnus plebem metus inceſſit, vt intentiores eſſent ad dicto parendum, neque enim vt in conſulibus qui pari poteſtate eſſent, alterius auxilium, neque prouocatio erat: neque vllum vsquam, niſi in cura parendi auxilium.* Sic Appius Claudius apud Eundem II. c. XXIX. *agedum,* inquit, *dictatorem, a quo prouocatio non eſt, creemus.* lib. III. c. XX. *ſed ille maximus terror animos agitabat, quo ſæpius Quintius dictabat, ſe conſulum comitia non habiturum. Non ita ciuitatem ægram eſſe, vt conſuetis remediis ſiſti poſſit, dictatore opus eſſe reipubl. vt qui ſe mouerit ad ſollicitandum ſtatum ciuitatis, ſentiat ſine prouocatione dictaturam eſſe.* lib. XXII. c. X. *tum ædes vota. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. dictator vouit; quia ita ex fatalibus libris editum erat, vt is voueret, cuius maximum imperium in ciuitate eſſet.* Quare POLYBIVS *Hiſt. lib. III. c. LXXXVII.* Ῥωμαῖοι δὲ Δικτάτορα μὲν κατέστησαν Κόϊντον Φάβιον ἄνδρα καὶ φρονήσει διαφέροντα, καὶ πεφυκότα καλῶς. ἔτι γοῦν ἐπικαλοῦνται καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ ταύτης τῆς οἰκίας Μάξιμοι, τοῦτο δ' ἔστι μέγιστοι, διὰ τὰς ἐκείνου τ'ανδρὸς καὶ πράξεις. Ὁ δὲ Δικτάτωρ ταύτηνγε ἔχει τὴν διαφορὰν τῶν ὑπάτων. τῶν μὲν γὰρ ὑπάτων ἑκατέρῳ δώδεκα πελέκεις ἀκολουθοῦσι· τούτῳ δ' εἴκοσι καὶ τέτταρες κἀκεῖνοι μὲν ἐν πολλοῖς προσδέονται τῆς συγκλήτου πρὸς τὸ συντελεῖν τὰς ἐπιβολάς· οὗτος δ' ἔστιν αὐτοκράτωρ στρατηγός, οὗ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ πλὴν τῶν δημάρχων· *Romani dictatorem creant Q. Fabium Maximum virum & prudentia inſignem, & familia honeſta prognatum. Sane etiam memoria noſtra qui eiusdem ſtirpis erant, Maximi propter magnitudinem rerum ab illo feliciter geſtarum nominabantur. Porro inter Dictatorem & Conſulem hæc eſt differentia; Conſulum vtrumque duodenæ ſecures ſequuntur: hunc, quatuor & viginti. & illis quidem, ad multa perficienda quæ propoſuerint, Senatus auctoritate eſt opus: hic ſui plane iuris eſt imperator: quo ſemel renuntiato, extemplo omnes reliqui magiſtratus, tribunis exceptis, poteſtate exeunt.* Idem, quod Tribunis ſua poteſtas manſerit integra, teſtatur etiam PLVTARCHVS *Quæſt. Rom. LXXXI.* Hinc, cum tanta fuiſſet Dictatoris poteſtas, non immerito diſquiritur, an Dictatores ſummam habuerint poteſtatem. Hanc eisdem concedit HENNINGVS ARNISAEVS *Relect. Polit. lib. II. c. II. ſ. XV.* & qui eum vna cum Lampadio ſequitur CONRINGIVS *not. ad Lampad. p. II. §. VIII.* demum b. Collega noſter IO. IACOBVS MÜLLERVS *diſſertatione ſecunda de Imperio Dictatoris.* qui tamen diſtinguit inter tempora anteriora & poſteriora, atque primis ſaltim temporibus, ante legem Horatiam ſummum Imperium Dictatorum fuiſſe contendit. Denegat eandem e contrario IO. BODINVS *de Rep. lib. I. c. VIII.* & SAMVEL PVFENDORFFIVS *de I. N. & G. lib. VII. c. V. §. XV.* & Celeberrimus Vir IO. FRANC. BVDDEVS, *in Iuriſprudentiæ Hiſtoricæ ſpecimine §. XLVI.* quibus & nos facile accedimus,

mus, partim quod, vti ex dicto Polybii loco patet, Tribunorum poteſtas manſerit ſalua. Deinde depoſita dictatura ad reddendas rationes poterant cogi. Immo quandoque æquatam poteſtatem Dictatoris & Magiſtri equitum exemplo Q. Fabii & Minutii videmus apud LIVIVM *lib. XXII. c. XXVI.*

******** LIVIVS lib. VIII. c. XXXIII. de Papirio Dictatore: *tum ſilentio facto, præco Q. Fabium magiſtrum equitum citauit. qui ſimul ex inferiore loco ad tribunal acceſſit, tum dictator. Quæro, inquit, de te, Q. Fabi, quum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantque ei Conſules, regia poteſtas, prætores iisdem auſpiciis quibus conſules creati, æquum cenſeas, nec ne, magiſtrum equitum dicto audientem eſſe?* lib. XXII. c. XI. de Q. Fabio Maximo Dictatore: *ipſe via Flaminia profectus obuiam conſuli exercituique, quum ad Tiberim circa Ocriculum proſpexiſſet agmen, conſulemque cum equitibus ad ſe prodeuntem, viatorem miſit, qui conſuli nunciaret, vt ſine lictoribus ad dictatorem veniret. Qui quum dicto paruiſſet, congreſſusque eorum ingentem ſpeciem dictaturæ apud ciues ſociosque, vetuſtate iam prope oblitos eius imperii, feciſſet.*

† Vide ſupra §. *VI.*

†† FESTVS in Optima Lex *in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator adpellatur, quam pleniſſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur, vt fuit M. Valerii M. F. Voluſii. Nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam autem prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici vt optima lege, vtpote imminuto iure poſteriorum magiſtratuum.* De hac optima Lege etiam CICERO II. de Lege agraria contra Rullum c. XI. *ſi fieri poteſt, vt in hac ciuitate, quæ longe iure libertatis cæteris ciuibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut poteſtatem aſſequi poſſet, quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere? quoniam quarta permittat, vt ſine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, ſi optima lege a populo eſſent creati.* Sic etiam M. Fabius a Papirio Dictatore ad populum prouocat, ſecundum LIVIVM *lib. VIII. c. XXXIII.* his verbis: *quando quidem apud te nec auctoritas ſenatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras: nec virtus nobilitasque magiſtri equitum a te ipſo nominati valet, nec preces, quæ ſæpe hoſtem mitigauere, quæ Deorum iras placant; tribunos plebis appello, & prouoco ad populum eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti ſenatus iudicium, iudicem fero, qui certe vnus plus quam tua dictatura poteſt, polletque. Videro ceſſuruſne prouocationi ſis, cui Rex Romanus Tullus Hoſtilius ceſſit.* Sic etiam apud LIVIVM, lib. VI. c. XXXVIII. *plebes ſciunt, vt ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet, quingentûm millium ei multa eſſet.* Et paullo poſt: *& quoad vsque ad memoriam noſtram tribuniciis, conſularibusque certatum viribus eſt, dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit.*

††† l. 2. §. 18. π. de Or. Iuris DIO CASSIVS lib. XXXVI. p. 16. εἰ γάρ τοι καὶ παρὰ τὰς ἐτησίους ἀρχὰς ἀνάγκη τις εἴη ἑτέραν ἑλέσθαι, ἔστι καὶ τούτου παράδειγμα ἀρχαῖον. λέγω δὲ τὸν δικτάτορα. καὶ τοῦτον μέντοι τοιοῦτον ὄντα, οὔτε ἐπὶ πᾶσι ποτὲ τοῖς πράγμασιν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἐπὶ πλείω χρόνον ἑξαμήνου κατεστήσαντο. ὥστ᾽ εἰ μὲν τοιούτου τινὸς δεῖσθε, ἔξεστιν ὑμῖν, μήτε παρανομήσασι, μήτ᾽ ὀλιγώρως ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευσαμένοις, δικτάτορα, εἴτε Πομπήιον, εἴτε καὶ ἄλλον τινὰ προχειρίσασθαι, ἐφ᾽ ᾧ μήτε πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνου, μήτε ἔξω τῆς Ἰταλίας

 ἄρξῃ.

ἄρξῃ. οὐ γάρ πω ἀγνοεῖτε, ὅτι καὶ τοῦτ δεινῶς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφυλάξαντο. καὶ οὐκ ἂν εὑρεθείη δικτάτωρ οὐδεὶς ἄλλος, πλὴν ἑνὸς ἐς Σικελίαν, καὶ ταῦτα μηδὲν πράξαντος, αἱρεθείς. *quod ſi enim præter annuos magiſtratus nouus aliquis eſt conſtituendus, habemus & huius rei exemplum a maioribus ad nos deductum: dictaturam inquam. Sed & dictatorem, quantus quantus ille ſit, maiores noſtri neque cuiusuis rei cauſa dixerunt, & imperium ei non vltra ſextum menſem dederunt. Itaque ſi omnino talis quispiam vobis opus eſt, licet vobis, ſalua legum maieſtate, idque haud neglectim de republica conſuleantibus, vel Pompeium, vel aliquem alium vnum dictatorem creare: modo is ne vltra præſtitutum tempus, neue extra Italiam ſit cum imperio. Non enim vos fugit, ſtudioſe id patres noſtros cauiſſe: vt inuenire non ſit, vllum vnquam dictatorem aliter conſtitutum fuiſſe, vnico eo excepto, qui in Siciliam, nullam quidem rem gerens profectus eſt.* Intelligit autem A. Atilium Calatinum, qui Bello Punico primo Dictator contra Pœnos exercitum in Siciliam primus duxit, ſecundum LIVIVM *epit. XIX.* Quandoque tamen breuiori tempore ſe magiſtratu abdicarunt Dictatores, de quo LIVIVS lib. VIII. c. XXIX. *Quintius ſextodecimo die dictatura in ſex menſes accepta ſe abdicauit.* E contrario continuabatur Camillo Dictatura poſt triumphum, apud LIVIVM *lib. V. c. XLIX. eaque cauſſa fuit non abdicandæ poſt triumphum dictaturæ, ſenatu obſecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret ſtatu.* Male igitur ISIDORVS Origg. lib. IX. c. III. *Dictatores quinto anno poſt reges expulſos Romani ſibi creauerunt, dum gener Tarquinii ad iniuriam ſoceri vindicandam, ingentem aduerſus Romam collegiſſet exercitum. Hi quinquennii temporis imperio vtebantur. Plus enim erant honore quam conſules, qui annuas poteſtates tenebant.* Verum confundere videtur Iſidorus Dictaturam cum cenſoria poteſtate, de qua ſupra fuit dictum.

†††) LIVIVS lib. VIII. c. III. *itaque Cn. Genucio, L. Aemilio Mamercino ſecundum conſulibus, quum piaculorum magis conquiſitio animos quam corpora morbi afficerent, repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clauo ab dictatore fixo ſedatam. Ea religione adductus ſenatus, dictatorem claui figendi cauſſa dici iuſſit. dictus L. Manlius Imperioſus, L. Pinarium magiſtrum equitum dixit. Lex vetuſta eſt priſcis litteris, verbisque ſcripta, vt qui prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clauum pangat. Fixus fuit dextro lateri ædi Iouis optimi maximi, ea ex parte, qua Mineruæ templum eſt. Eum clauum, quia raræ per ea tempora litteræ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt: eoque Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentum ſit.* lib. VIII. c. XVIII. *itaque memoria ex annalibus repetita, in ſeceſſionibus quondam plebis, clauum ab dictatore fixum, alienatasque diſcordia mentes hominum eo piaculo compotes ſui feciſſe, dictatorem claui figendi cauſſa creari placuit. Creatus Cn. Quintilius magiſtrum equitum L. Valerium dixit: qui fixo clauo magiſtratu ſe abdicarunt.* De Comitiis LIVIVS lib. XXIX. c. VII. *conſules in priuato abditi, nihil pro magiſtratu agere niſi quod expreſſum ſenatusconſulto eſt, vt dictatorem dicerent comitiorum cauſſa. Q. Fabium Ambuſtum dixerunt, & P. Aelium Pætum, magiſtrum equitum, quibus vitio creatis, ſuffecti M. Aemilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magiſter equitum. Nec per eos comitia habita, & quia tædebat populum omnium magiſtratuum, eius anni res ad interregnum rediit* lib. XXV. c. II. *comitiorum conſularium iam appetebat tempus, ſed quia conſules a bello intentos euocare non placebat, Ti. Sempronius conſul comitiorum cauſſa dictatorem dixit*

*C. Clau-*

Digitized by Google

*C. Claudium Centonem, ab eo magiſter equitum eſt dictus Q. Fuluius Flaccus. Dictator primo comitiali die creauit conſules, Q. Fuluium Flaccum magiſtrum equitum, & Ap. Claudium Pulchrum, cui Siſilia prouincia in pratura fuerat. Tum pratores creati Cn. Fuluius Flaccus, C. Claudius Nero, M. Iunius Silanus, P. Cornelius Sulla. Comitiis perfectis dictator magiſtratu abiit.* De Feriis etiam latinis LIVIVS lib. VII. c. XXVIII. *ſenatui placuit dictatorem feriarum conſtituendarum cauſſa dici. Dictus P. Valerius Publicola, magiſter equitum ei Q. Fabius Ambuſtus datus eſt.* Sic etiam in coniurationibus, quæſtionibus inſtituendis, Dictatorem fuiſſe dictum, docet nos LIVIVS *IX. c. XXVI.* dicens: *Capua quoque occultæ principum coniurationes facta. De quibus quum ad ſenatum relatum eſſet, haudquaquam neglecta res eſt. quaeſtiones decreta: dictatoremque quaeſtionibus exercendis dici placuit. C. Manius dictus. is M. Foſſium magiſtrum equitum dixit. Hi tamen omnes peracto negotio, ad quod creati fuerant, ſtatim magiſtratu ſe abdicarunt.* LIVIVS lib. IX. c. XXXIV. *quem ſemeſtri dictatura, quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem claui figendi, aut ludorum cauſſa dictatorem audacter crees? Quam iſti ſtolidos ac ſocordes videri creditis eos, qui intra viceſimum diem ingentibus rebus geſtis, dictatura ſe abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magiſtratu? Quid ego antiqua repetam? Nuper intra decem annos C. Manius dictator, quia quum quaeſtiones ſeuerius, quam quibusdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio eius, quod quarebat, ipſi criminis obiectata ab inimicis eſt; ut priuatus obuiam iret crimini, dictatura ſe abdicauit.* Vid. plenius PIGHIVS *Ann. I. p. 82.*

††††† Ante Cæſarem iam L. Cornelius Sylla Dictator creatus fuerat, ad tempus, quantum ipſi libuerit, de quo APPIANVS *lib. I. B. Civ. p. 687.* χειροτονοῦσι τὸν Σύλλα ἐς ὅσον θέλοιεν τύραννον αὐτοκράτορα. τύραννος μὲν γὰρ ἡ τῶν δικατώρων ἀρχὴ καὶ πάλαι ὀλίγῳ χρόνῳ ὁριζομένη *creauerunt Syllam tyrannum poteſtate ſingulari, ad tempus quantum ipſi libeat. nam & olim dictatura tyrannis erat circumſcripta breui tempore.* Poſtea vero teſte DIONE CASSIO *lib. XLIV. p. 267.* νόμον ἐπέθηκαν μηδένα αὖθις δικτάτωρα γενέσθαι· ἀράς τε ποιησάμενοι καὶ θάνατον προειπόντες, ἄν τις ἐσηγήσηται τοῦτο, ἄνθ᾽ ὑποστῇ, καὶ προσέτι καὶ χρήματα αὐτοῖς ἄντικρυς ἐπικηρύξαντες *legem etiam tulerunt, ne quis in poſterum dictator crearetur: execrationesque addiderunt, ac mortem ei qui mentionem dictatura feciſſet, aut eum magiſtratum in ſe recepiſſet; pecuniamque ei, qui talem occidiſſet, conſtituerunt.* CICERO Philippica I. c. II. *Lux quaedam videbatur oblata non modo regno, quod pertuleramus: ſed etiam regni timore ſublato: magnumque pignus ab eo reipublica datum, ſe liberam ciuitatem eſſe velle, cum dictatoris nomen, quod ſape iuſtum propter perpetua dictatura recentem memoriam, funditus ex republica ſuſtuliſſet.* FLORVS quidem *lib. IV. c. XII.* de Auguſto dicit: *ob hac tot facta ingentia Dictator perpetuus & pater patria dictus eſt.* Cum tamen SVETONIVS in *vita ipſius c. LII.* contrarium adſerat, dicens, *dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.*

†††††† DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. V. p. 338.* εὐθὺς μὲν οὖν ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἐξουσίαν, ἱππάρχην ἀποδείκνυσι Σπύριον Κάσσιον, τὸν ὑπατεύσαντα κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ὀλυμπιάδα· τοῦτο τὸ ἔθος ἕως τῆς κατ᾽ ἐμὲ γενεᾶς ἐφυλάττετο ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ οὐδεὶς εἰς τόδε χρόνου

δικτά-

*δικτάτωρ αἱρεθεὶς, χωρὶς ἱππάρχου τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ergo mox vt magiſtratum iniit, equitum magiſtratum creauit Sp. Caſſium, qui conſulatum geſſerat circa Olympiadem ſeptuageſimam. qui mos vsque ad noſtram ætatem ſeruatur a Romanis, nec vllus hucusque dictator imperium absque magiſtro equitum geſſit.* L. 2. §. 19. de O. I. *ex his Dictatoribus Magiſtri equitum iniungebantur, ſic quomodo Regibus Tribuni Celerum. Quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio: magiſtratus tamen habebantur legitimi.* LIVIVS VII. c. XVII. *aduerſus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus magiſtrum equitum, item de plebe C. Plautium dixit.* Licet autem proprium eſſet, vt Dictator Magiſtrum equitum haberet, C. Terentius tamen conſul Fabium Buteonem ex S. C. ſine magiſtro equitum dictatorem in ſex menſes dixit, ſecundum LIVIVM *lib. XXIII. c. XXII. fin.*

††††††† EVTROPIVS lib. I. c. XI. *noua Romæ dignitas eſt creata, quæ Dictatura appellatur maior quam conſularis. Eodem anno etiam Magiſter Equitum factus eſt, qui Dictatori obſequeretur. Sic etiam Papirius Dictator ad Q. Fabium, Magiſtrum equitum quæro de te, Q. Fabi, quum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantque ei Conſules, regia poteſtas, prætores iisdem auſpiciis quibus Conſules creati: æquum cenſeas, nec ne, magiſtrum equitum dicto audientem eſſe.* Caſtris autem, profecto ad vrbem dictatore, præerat ſecundum LIVIVM *lib. XXII. c. XXIV.* Sic etiam æquatum Minucii Magiſtri equitum imperium cum Q. Fabio, apud LIVIVM *lib. XXII. c. XXVI.*

## §. XXV.

*Magiſtratus maiores extraordinarii*

Reliqui Magiſtratus maiores extraordinarii erant PRÆFECTVS VRBIS, qui cum Conſules ab vrbe abeſſent, eidem præeſſet, † qui tamen ortis Prætoribus, deſierunt, niſi quod quotannis feriarum latinarum cauſſa conſtituerentur. * Hanc præfecturam Auguſtus Imp. maiori adhuc auctoritate reſtituit. ** INTERREX primum ſub Regibus creabatur, qui poſt Regum mortem vrbi præeſſet, prout poſt Romuli,*** Numæ & Tullii Hoſtilii mortem factum. **** Libera vero Republica cum ante nouos creatos Conſules priores Magiſtratu ſe abdicaſſent. Hic ex patriciis ***** creabatur qui omnia Conſulum munia obibat, circumſcripto tamen ad quinque dies ipſius Imperio. Moris enim erat, vt primus ſtatim Interrex creandorum Conſulum Comitia haberet, ſed finitis quinque diebus, alterum nominabat, ſi nec per hunc propter Tribunorum interceſſionem, negotium expediri poterat, iterum alii. ****** Sic etiam inter Magiſtratus maiores extra ordinem conſtitutos, locum habuerunt DECEMVIRI † & TRIBVNI MILITARES conſulari poteſtate, A. V. C. CCCX. primum pro Coſſ. introducti, qui tamen tertio poſt menſe reducti, †† atque tunc modo Coſſ. per aliquot annos, modo Tribuni Imperium tenuerunt, qui tamen poſtea dum Conſulatus etiam plebeiis concederetur, ceſſarunt. †††

† Romulus iamdum talem ordinauit, prout DIONYSIVS HALICARNASSENSIS teſta-

teſtatur lib. II. p. 85. ἀυτὸς μὲν ἐξ ἁπάντων ἕνα τὸν ἄριςον ἀπέδειξεν, ᾧ τὰς κατὰ πόλιν ᾤετο δεῖν ἐπιτρέπειν οἰκονομίας, ὅτε αὐτὸς ἐξάγοι ςρατιὰν ὑπερόριον *ex omnibus vnum ipſe declarauit præcipuum, cui rerum vrbanarum regimen committeret, quoties ipſe foras duceret exercitum.* Eiectis vero Regibus talis ortus. Sic LIVIVS lib. I. fin. *duo conſules inde comitiis centuriatis a præfecto vrbis ex commentariis Seruii Tullii creati ſunt; L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus* & *lib. III. c. XXIX.* poſtquam dixiſſet, Minucium ſe abdicaſſe conſulatu, addit: *Romæ a Q. Fabio præfecto vrbis ſenatus habitus.* GELLIVS lib. XIV. c. VIII. *præfectum vrbi Latinarum cauſa relictum, ſenatum habere poſſe, Iunius negabat: quoniam ne ſenator quidem ſit; neque ius habeat ſententiæ dicendæ, quum ex ea ætate præfectus fiat, quæ non ſit ſenatoria. Marcus autem Varro in quarto epiſtolicarum quæſtionum & Ateius Capito in Coniectaneorum ducenteſimo quinquageſimo nono, ius eſſe præfecto ſenatus habendi dicunt: deque ea re aſſenſum eſſe Capitonem Tuberoni contra ſententiam Iunii refert. nam & tribunis, inquit, plebis ſenatus habendi ius erat, quamquam ſenatores non eſſent, ante Atinium plebiſcitum.* TACITVS Ann. VI. c. X. XI. de L. Piſone Pontifice Max. *ſed præcipua ex eo gloria, quod præfectus Vrbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parendi grauiorem, mire temperauit. Namque antea profectis domo regibus, ac mox magiſtratibus, ne Vrbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac ſubitis mederetur. feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos. dein Conſules mandabant; duratque ſimulacrum quotiens ob ferias Latinas præficitur qui conſulare munus vſurpet.* L. 2. §. 33. de Or. I. *& hæc omnia, quoties in Republica ſunt Magiſtratus, obſeruantur: quoties autem proficiſcuntur, vnus relinquitur qui ius dicat. is vocatur Præfectus vrbi, qui Præfectus olim conſtituebatur, poſtea fere Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur.*

* L. 2. §. 33. π. de Or. I. *& hæc omnia, quoties in Republica ſunt Magiſtratus, obſeruantur: quoties autem proficiſcuntur, vnus relinquitur qui ius dicat. is vocatur Præfectus vrbi, qui Præfectus olim conſtituebatur, poſtea fere Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. Erant autem Feriæ Latinæ, quas deuictis Hetruſcis, fœdere cum Latii populis pacto, initaque cum iiſdem ſocietate, Tarquinius Superbus inſtituit.* Singulis enim annis conuenere quadraginta ſeptem Latii populi, in monte Albæ imminente, ſacra facientes Ioui Latiari, epulis & ludis vacantes. Ad eaſdemque omnes Magiſtratus ex Roma vrbe proficiſcebantur. De his vide *Synt. Antiquit. Rom. cap. IX. p. 443.*

** SVETONIVS Auguſto c. XXXVII, *quoque plures partem adminiſtrandæ reip. caperent, noua officia excogitauit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidundi, præfecturam vrbis &c.* Plenius hæc explicat TACITVS *l. c.* pergens: *ceterum Auguſtus bellis ciuilibus Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit e conſularibus qui coërceret ſeruitia, & quod ciuium audacia turbidum niſi vim metuat. primusque Meſſalla Coruinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit, quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius, quamquam prouecta ætate, egregie tolerauit. Dein Piſo viginti per annos pariter probatus.* Sic etiam EVSEBIVS Olymp. CLXXXVIII. *Meſſala Coruinus primus præfectus Vrbi factus, ſexto die magiſtratu ſe abdicauit, inciuilem*



pote-

*poteſtatem eſſe conteſtans.* Sic etiam M. Antoninus, antequam fieret Imp. præfectus feriarum Latinarum factus, teſte CAPITOLINO *in vita c. IV.* Officium eius quale ſub Impp. fuerit, deſcribitur in Titulo Pandectarum *de officio Praefecti Vrbi*, vbi §. 4. *quidquid igitur intra Vrbem admittitur, ad Praefectum Vrbi videtur pertinere: ſed & ſi quid intra centeſimum milliarium ſit, ad Praefectum Vrbi pertinet: ſi vltra ipſum lapidem, egreſſum eſt Praefecti Vrbi notionem.*

*** LIVIVS I. c. XVII. *itaque rem inter ſe centum Patres, decem decuriis factis, ſingulisque, in ſingulas decurias, creatis qui ſumma rerum praeeſſent, conſociant. decem imperitabant, vnus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque interuallum regni fuit. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum.* Idem dicit HALICARNASSENSIS *lib. II. p.* 119.

**** LIVIVS I. c. XXII. & c. XXXII. *mortuo Tullo, res, vt inſtitutum iam inde ab initio erat, ad Patres redierat, hique interregem nominauerant, quo comitia habente, Ancum Marcium regem populus creauit.* HALICARNASSENSIS *lib. III. p.* 177.

***** CICERO pro domo c. XL. *cum interrex nullus ſit, quod & ipſum, patricium eſſe, & a patriciis prodi, neceſſe eſt.*

****** LIVIVS lib. III. c. VIII. *Inde paullatim ſeu pace Deûm impetrata, ſeu grauiore tempore anni iam circumacti, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere: verſisque animis iam ad publicam curam, quum aliquot interregna exiſſent, P. Valerius Publicola, tertio die quam interregnum inierat, conſules creat.* lib. IV. c. XLIII. *propter quos motus quum ſenatus conſules quam tribunos creari mallet, neque poſſet per intercesſiones tribunicias ſenatusconſultum fieri; reſpublica a conſulibus ad interregnum, neque id ipſum (nam coire patricios tribuni prohibebant) ſine certamine ingenti rediit. Quum pars maior inſequentis anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet, modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne ſenatusconſultum de comitiis conſularibus faceret.* Sic poſt duos interreges tribuni militum conſulari poteſtate creati, vt eſt apud LIVIVM lib. VI. c. I. *Interregnum initum, P. Cornelius Scipio interrex, & poſt eum M. Furius Camillus iterum. Is tribunos militum conſulari poteſtate creat.* Tres interreges memorantur apud LIVIVM lib. V. c XXXI. *itaque quum ex ſenatusconſulto conſules magiſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit; ab eo creati ſex tribuni militum conſulari poteſtate.* lib VI. c. V. *res ad interregnum rediit. Interreges deinceps, M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. Hic demum tribunorum militum conſulari poteſtate Comitia habuit.* De quinque Interregibus lib. VII. c. XVII. *religio deinde inceſſit, vitio eos creatos: magiſtratuque ſe abdicauerunt, & quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis, res ad interregnum rediit: ab interregno inito per quintum demum interregem, M. Valerium Coruum creati conſules A. Cornelius iterum & Cn. Domitius.* De octo Interregibus LIVIVS lib. VII. c. XVII. *interreges deinceps Q. Seruilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Seruilius, M. Fabius Ambuſtus.* Porro lib. VII. c. XXI. *infeſtam inde Patribus plebem interreges quum accepiſſent, ad vndecimum interregem ſeditionibus certatum eſt.* lib. VIII. c. XXIII. *haec aliaque ab tribunis nequicquam iactata: tamen ad interregnum res* 

redit:

*redit: dilatiſque alia atque alia de cauſſa comitiis, quartusdecimus demum interrex Lucius Aemilius conſules creat, C. Pœtelium, L. Papirium Mugillanum.*

† De his ſupra iam dictum §. *VI.*

†† Factum hoc poſt ſeceſſionem populi in montem Auentinum, dum plebeii communicationem conſulatus poſtularent, de quo LIVIVS III. c. LI. *Patres veriti ne ipſis inuitis, per Tribunos talis lex fieret, ex C. Claudii ſententia S. C. faciunt vt pro Coſſ. crearentur Tribuni militum tres ex patriciis, totidemque ex plebe, qui conſulari poteſtate remp. adminiſtrarent.* Teſte LIVIO *lib. IV. c. VI.* qui demum *c. VII.* pergit: *anno tricenteſimo decimo, quam Vrbs Roma condita erat, primum tribuni militum pro conſulibus magiſtratum ineunt. A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius, quorum in magiſtratu concordia domi, pacem etiam foris præbuit. Sunt qui propter adiectum Aequorum Volſcorumque bello, & Ardeatium defectioni Veiens bellum, quia duo conſules obire tot ſimul bella nequirent, tribunos militum tres creatos dicant, ſine mentione promulgatæ legis de conſulibus creandis ex plebe: & imperio, & inſignibus conſularibus vſos. Non tamen pro firmato iam ſtetit magiſtratus eius ius: qui tertio menſe quam inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere: quod C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepiſſet.* Et paullo poſt: *Patricii, quum ſine curuli magiſtratu reſpubl. eſſet coiere, & interregem creauere. contentio, conſulesne, an tribuni militum crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac ſenatus, conſulum comitia; tribuni plebis & plebis tribunorum militum vt habeantur, tendunt. Vicerunt Patres, quia & plebs patriciis ſeu hunc ſeu illum delatum honorem, fruſtra certare ſuperſedit.* Male annum definit DIONYSIVS HALICARN. *lib. XI. p.* 735. EVTROPIVS *lib. II.* ineunte dicens: *anno trecenteſimo ſexageſimo quinto ab Vrbe condita, poſt captam autem primo; dignitates mutatæ ſunt, & pro duobus Coſſ. facti Tribuni militares conſulari poteſtate.* Vid. PIGHIVS *Ann. lib. I. p.* 162. De his etiam l. 2. §. 25. π. de Or. I. *deinde cum poſt aliquot annos, quam duodecim tabulæ latæ ſunt, & plebs contenderet cum Patribus, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & Patres recuſarent, factum eſt, vt Tribuni Militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, Conſulari poteſtate, hique conſtituti ſunt vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Licet vix crediderim, viginti vnquam fuiſſe Tribunos.* LIVIVS quidem *lib. IV. c. XXXI.* quatuor creatos dicit. Inde *lib. IV. c. XVI.* ſex & *lib. V. c. XXXI.* Verum A. V. C. CCCLII. prout LIVIVS teſtatur *lib. V. ab initio. Romani auxere tribunorum militum conſulari poteſtate numerum, octo, quot nunquam antea, creati.*

††† LIVIVS lib. VI. c. XXXV. *Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti, nullos curules magiſtratus creari paſſi ſunt, eaque ſolitudo magiſtratuum, & plebe reficiente duos tribunos, & his comitia tribunorum militum tollentibus per quinquennium vrbem tenuit.* Qua ratione vero Conſul etiam ex plebeiis fuerit factus, docet LIVIVS *lib. VI. fin.*

## §. XXVI.

Inter Minores Magiſtratus primi erant QVÆSTORES, a Regibus iamdum conſtituti, qui quæſtionibus publicis præeſſent, * poſtea, creſcentibus reditibus publicis, creati qui ærario præeſ- *Quæſtores*

ſent. ** Horum ab initio duo tantum fuerunt, dicti vrbani. *** Poſtea A.V.C. CCCXLVI. alii duo acceſſerunt, ex plebe etiam qui Conſulibus ad belli miniſteria præſto eſſent. **** Poſtquam autem vectigalia Prouinciarum acceſſerunt, & ſtipendiaria facta fuiſſet Italia, numerus fuit duplicatus, vt eſſent octo, ***** vsque dum Lege Syllæ viginti fuerint creati. Cæſar vero eorum numerum ad XL. vsque adauxit. ****** Horum munus erat, vt pecunias publicas acceptas expenſasque in Tabulas publicas referrent, ******* ſigna militaria ******** & SCta adſeruarent † & Legatis locum præberent atque lautia. †† Imperium autem non habebant, immo nec vocationem, nec prehenſionem, nec lictorem habentes, nec viatorem, ††† populi tamen conuocandi poteſtatem habebant. †††† Auguſtus ærarii curam iisdem ademit, atque modo ad Prætores, modo ad Præfectos fuit delata. ††††† Quæſtores Prouinciales cum Præſidibus in provincias quæſtorias mittebantur. †††††† Quæſtores Principis, epiſtolis Principalibus in ſenatu legendis vacabant. †††††††

* Quæſtorum hiſtoriam breuiter tradit TACITVS *Ann. XI. c. XXII.* dicens: *ſed Quæſtores, Regibus etiam tum imperantibus, inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit ab L. Bruto repetita. Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi donec eum quoque honorem populus mandaret. creatique primum, Valerius Potitus, & Aemilius Mamercus LXIII. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negotiis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Poſt lege Sullæ viginti creati ſupplendo Senatui, cui iudicia tradiderat. & quamquam equites iudicia recuperauiſſent; Quæſtura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec ſententia Dolabellæ velut venundaretur.* Sic etiam l. 2. §. 23. π. de Or. I. *& quia, vt diximus de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum Conſulibus ius dicere, propterea Quæſtores conſtituebantur a populo, qui capitalibus rebus præeſſent. hi appellabantur Quæſtores parricidii, quorum etiam meminit Lex duodecim tabularum.* L. vn. π. de off. Quæſtoris *origo quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt; & pene ante omnes magiſtratus. Gracchanus denique Iunius, libro ſeptimo de poteſtatibus, etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium binos Quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium, an Romulo & Numa regnantibus Quæſtor fuerit: ita Tullo Hoſtilio rege Quæſtores fuiſſe certum eſt. Sane crebrior apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe Quæſtores.* GVIDO PANCIROLLVS. *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XI.*

** L. 2. §. 22. π. de Or. I. *deinde cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt Quæſtores, qui pecuniæ præeſſent, dicti ab eo, quod inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſſa creati erant.* Et quidem a P. Valerio Publicola eos fuiſſe inſtitutos, auctor eſt PLVTARCHVS *vita Publicolæ p. 103.* ὥσπερ γὰρ ἔδει χρήματα εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τ̃ οὐσιῶν τὰς πολίτας,

λίτας, οὔτ' αὐτὸς ἅψασθαι τῆς οἰκονομίας, οὔτε φίλους ἐάσαι βουλόμενος, οὔθ' ὅλως εἰς οἶκον ἰδιώτου παρελθεῖν δημόσια χρήματα, ταμιεῖον μὲν ἀπέδειξε τὸν τοῦ Κρόνου ναὸν, ᾧ μέχρι νῦν χρώμενοι διατελοῦσι· ταμίας δὲ τῷ δήμῳ δύο τῶν νέων ἔδωκεν ἀποδεῖξαι, καὶ ἀπεδείχθησαν οἱ πρῶτοι, Πούπλιος Οὐετούριος καὶ Μινούκιος Μάρκος, καὶ χρήματα συνήχθη πολλὰ *quum esſet enim ad bellum collatione ſtipendii opus, pro facultatibus ciuium, quod pecuniam neque tractare ipſe vellet, neque permittere amicis, nec vero vt omnino in tecta priuata pecunia publica deferretur, attribuit ærario templum Saturni, quo ad noſtram vsque ætatem vtuntur, populoque conceſſit, vt duos quæſtores crearet. Creati primi Pub. Veturius & M. Minutius.*

*** Livivs lib. IV. c. XLIII. *in vrbe ex tranquillo nec inopinata moles diſcordiarum inter plebem ac Patres exorta eſt; cœpta ab duplicando quæſtorum numero quam rem, vt præter duos vrbanos quæſtores, duo conſulibus ad miniſteria belli præſto esſent; a conſulibus relatam, quum & Patres ſumma ope approbasſent conſulibus tribuni plebis certamen intulerunt, vt pars Quæſtorum (nam ad id tempus patricii creati erant) ex plebe fieret. Aduerſus quam actionem primo & conſules & Patres ſumma ope adniſi ſunt: concedendo deinde, vt quemadmodum tribunis conſulari poteſtate creandis vſi ſunt, adeque in quæſtoribus liberum esſet arbitrium populi; quum parum proficerent, totam rem de augendo quæſtorum numero omittunt.* & c. LIV. *non alias ægrius plebs tulit, tribunicia ſibi comitia non commiſſa. eum dolorem quæſtoriis comitiis ſimul oſtendit & vlta eſt: tunc primum plebeiis quæſtoribus creatis: ita, vt in quatuor creandis, vni patricio Cæſoni Fabio Ambuſto relinqueretur locus: tres plebeii, Q. Silius, P. Aelius, P. Pupius, clariſſimarum familiarum iuuenibus præferrentur.*

**** Tacitvs *c. l.* Livivs Epit. libri XV. *Quæſtorum numerum ampliatus eſt, vt esſent octo.*

***** Tacitvs *c. l.*

****** Dio cassivs *lib. XLIII. p. 237.* ἀριθμὸν γὰρ οἱ μὲν ἄλλοι ὅσοιπερ καὶ πρότερον, στρατηγοὶ δὲ τέσσαρες καὶ δέκα, ταμίαι τε τεσσαράκοντα ἀπεδείχθησαν *numerus autem magiſtratuum in reliquis idem, qui ante, obſeruabatur. ſed prætores quatuordecim, quadraginta quæſtores facti ſunt.*

******* Asconivs in Verrem p. 70. *quæſtores vrbani ærarium curabant, eiusque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerant.* Livivs lib. XXXIII. c. XLII. *ſed magnum certamen cum omnibus ſacerdotibus eo anno fuit, quæſtoribus vrbanis, Q. Fabio Labeoni, & L. Aurelio Pecunia opus erat, quod vltimam penſionem pecuniæ in bellum collatæ perſoluere placuerat priuatis. Quæſtores ab auguribus, pontificibus, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent, petebant, ab ſacerdotibus tribuni nequicquam appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum eſt.* Pomponivs §. 22. Sic etiam quæ ab hoſtibus capta, ſub haſta vendi iubebant Dionysivs Halicarn. *lib. X. p. 648.* de L. Cornelio Conſule χρήματα μὲν οὖν αὐτῶν ὅσα χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ χαλκὸς ἐνῆν, εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν ἐκέλευσεν· ἀνδράποδα δὲ τοὺς ταμίας παραλαμβάνοντας καὶ τὰ λοιπὰ λάφυρα, πωλεῖν *quidquid auri, argenti, æris, pecuniarumque inuentum eſt, in ærarium referri iuſſit; & captiuos cum reliqua præda ſub haſta vendi a quæſtoribus*

*bus* & lib. VII. p. 468. CICERO lib. II. ep. XVII. *omnis pecunia ita tractatur, vt præda a præfectis: quæ autem mihi attributa eſt, a quæſtore curetur.* Vocabatur hoc ius haſtæ apud TACITVM lib. XIII. Ann. c. XXVIII. *eo Heluidius Priſcus Tribunus plebis aduerſus Obultronium Sabinum ærarii Quæſtorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius haſtæ aduerſus inopes inclementer augeret. Dein Princeps curam tabularum publicarum a Quæſtoribus ad præfectos tranſtulit.*

******** LIVIVS lib. IV. c. XXII. *ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem.* lib. XXXI. c. V. *ſigna ænea quinque ex multaticio argento in ærario poſuerunt.*

† Vide ſupra *§. XV.*

†† VALERIVS MAXIMVS lib. V. c. I. *confecto Macedonico bello, Muſicanes Maſſaniſæ filius, cum equitibus, quos in præſidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paullo ad patrem remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa, Brunduſium æger delatus eſt: quod vbi ſenatus cognouit, continuo illo quæſtorem ire iuſſit, cuius cura & hoſpitium adoleſcenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus eſſent, præberentur: impenſæque liberaliter cum ipſi tum toti comitatui præſtarentur.* Dicebatur hoc locum atque lautia præbere, de quo LIVIVS lib. XXVIII. c. XXXIX. *Locus inde lautiaque legatis præberi iuſſa, & muneris ergo in ſingulos dari ne minus dena millia æris.* lib. XXX. c. XVII. lib. XXXIII. c. XXIV. Hoc vero ob legatorum multitudinem poſtea fuit mutatum, atque vt nomina tantum apud Quæſtorem profiterentur, decretum, prout auctor eſt PLVTARCHVS *quæſtione XLIII.* De Claudio SVETONIVS in vita c. XXIV. *collegio quæſtorum pro ſtratura viarum gladiatorum munus iniunxit.* Sic etiam TACITVS Ann. XI. c. XXII. *Iisdem Conſulibus P. Dolabella cenſuit ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum qui Quæſturam adipiſcerentur.* Reuocauit hæc Domitianus teſte SVETONIO *in vita c. V.* Idque ſub reliquis Impp. fuiſſe continuatum ex CAPITOLINI *Marco* c. VI. SPARTIANI *Caracalla c. IV.* patet.

††† GELLIVS lib. XIII. c. XII. *in magiſtratu habent alii vocationem, alii prenſionem, alii neutrum. vocationem: vt conſules & ceteri qui habent imperium. prenſionem: vt tribuni plebis & alii qui habent viatorem. neque vocationem neque prenſionem: vt quæſtores & ceteri, qui neque lictorem habent neque viatorem.*

†††† DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VIII. p. 544.* τὴν ταμιευτικὴν ἔχοντες ἐξουσίαν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο ἐκκλησίαν συνάγειν ὄντες κύριοι *quæſturam tunc gerentes, ac proinde conuocandæ concionis poteſtatem habentes.*

††††† De Cæſaris temporibus ad A. V. C. DCCIX. loquitur DIO CASSIVS *lib. XLIII. p. 237.* ἐν δ' οὖν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐκεῖνά τε ἐπράχθη, καὶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως δύο τῶν πολιανομούντων ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προκεχειροτόνητο, ἐγένοντο· ὥσπερ γὰρ ποτὲ πρότερον, καὶ τότε ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος, οἱ πολιανόμοι *hæc eo anno geſta, ærariique procuratio a duobus ædilibus adminiſtrata eſt, quia nullus quæſtor creatus fuerat, eo enim tempore, ſicut & ante per abſentiam Cæſaris factum, præfecti vrbis.* SVETONIVS Auguſto c. XXXVI. *auctor & aliarum rerum fuit: in queis ne acta ſenatus publicarentur; ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in prouincias mitterentur: vt proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur: vt cura ærarii a quæſtoribus vrbanis ad prætorios prætoresue tranſiret.* DIO CASSIVS *lib. LIII. p. 497.* καὶ ἐπειδὴ

χρημα-

χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατο τινά, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖ πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ᾽ ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. *quumque publicum ærarium pecuniis egeret, mutuo ſumptus in id contulit. Inſtituit etiam, vt adminiſtrationi ærarii quotannis bini prætorii viri præficerentur.* TACITVS Ann. XIII. c. XXIX. *Auguſtus permiſit Senatui deligere præfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum, qui præeſſent. neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos.* Sed de Claudio *c. XXIV.* dicit: *Collegio quæſtorum proſtratum viarum gladiatorum munus iniunxit: detractaque Oſtienſi & Gallica prouincia, curam ærarii Saturni reddidit, quam medio tempore prætores aut vtique prætura functi ſuſtinuerant.* Quare etiam DIO CASSIVS ſub Claudio ſæpius Prætorum facit mentionem, qui ærarii curam geſſerit *lib. LX. p.* 667. 671. demum *p.* 680. ait: καὶ τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταμιείαις αὐτὰς κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον ἦν ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο) ἄρχειν, ἀλλ᾽ οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διώκουν, καὶ οἱ μὲν στρατηγίας εὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι. τοῖς μὲν οὖν ταμιείαις τὴν διοίκησιν ἀντὶ τῶν ἀρχόντων ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἀντέδωκε (πάσας γὰρ αὐτὰς ἔπαυσε) *prætores, qui pecunia publica curandæ præfuiſſent, abrogauit: quæſtoribus eo munere, vt antiquitus inſtitutum fuerat, mandato: non quidem vt ii eſſent annui, (ſicut olim & quæſtores, & hi deinde prætores fuerant) ſed vt iidem duo ad triennium totum ei negotio præeſſent: atque hi ſtatim prætores deinde creabantur, pecuniamque pro eo ac viſi fuiſſent ſuum munus obiiſſe, accipiebant. Præfecturas autem Italiæ extra Romam omnes aboleuit, ac quæſtoribus mandauit.* Sed de Nerone TACITVS Ann. XIII. c. XXIX. *dein Princeps curam tabularum publicarum a Quæſtoribus ad præfectos tranſtulit: Varie habita, ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit Senatui deligere præfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero Prætorum qui præeſſent. neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæſtores rurſum impoſuit, iisque ne metu offenſionum ſegnius conſulerent, extra ordinem honores promiſit. Sed deerat robur ætatis eum primam magiſtratum capeſſentibus. igitur Nero Prætura perfunctos & experientia probatos delegit.* Hinc Prætores ærarii iterum memorat TACITVS *IV. Hiſt. c. IX.* Præfectum ærarii ſe vocat PLINIVS *lib. III. ep. IV.* Sic etiam GELLIVS lib. XIII. c. XXIII. *Manubiæ,* ait, *ſunt non prædа, ſed pecunia per quæſtores populi Romani ex præda vendita contracta. Quod, per quæſtores autem dixi, intelligi nunc debet Præfectum ærario ſignificari.* Præfectorum etiam ærarii ſæpius fit mentio *l.* 12. *§.* 4. *ne quid in loco publ. l.* 4. *§.* 20. *de fideicom. lib. leg. l.* 8. *§.* 19. *de tranſact. l.* 1. *§.* 9. *L. Corn. de falſ. l.* 15. *§.* 4. *l.* 42. *pr. de Iure Fiſci.*

†††††† Has autem prouincias inter ſe ſortiebantur, prout CICERO nos docet pro Muræna c. VIII. *ſed quæſtura vtriusque propemodum pari momento ſortis fuit. Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui cum quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Oſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quam negotioſam, & moleſtam.* Idem diuin. c. XIX. *ſic enim a maioribus noſtris accepimus, prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque iuſtiorem,*

neque

*neque grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam coniunctionem ſortis, quam officii, quam publicam muneris ſocietatem.* Idem ad Cœlium lib. II. ep. XIX. *cum optatiſſimum nuntium accepiſſem, te mibi quaeſtorem obtigiſſe, eo iucundiorem mibi eam ſortem ſperare fore, quo diutius in prouincia mecum fuiſſes.* Tales etiam Quæſtores pecuniam publicam tractabat, prout CICERO contendit diuin. c. X. *eras enim tu quaeſtor: pecuniam publicam tu tractabas: ex qua, etiam ſi cuperet praetor, tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.* Vid. RVPERTVS *ad Pomponium p.* 223. qui quatuor facit prouincias Quæſtorias, Oſtienſem, Calenam Campaniæ, Gallicam & Italiam.

††††††† l. vn. §. 2. ff. de Off. Quæſtoris *ex Quaeſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri ex ſenatus conſulto, quod factum eſt Decimo Druſo & Porcina Conſulibus. Sane, non omnes Quaeſtores prouincias ſortiebantur, verum excepti erant Candidati Principis: hi etiam ſolis libris Principalibus in Senatu legendis vacant.* §. 3. *hodieque obtinuit, indifferentur Quaeſtores creari, tam patricios quam plebeios: ingreſſus eſt enim & quaſi primordium gerendorum honorum, ſententiaque in Senatu dicendae.* §. 4. *Ex his, ſicuti diximus, quidam ſunt, qui Candidati Principis dicebantur, quique epiſtolas eius in Senatu legunt.* Sic de Auguſto DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 539. συναγαγὼν δὲ ἐκ τούτου τὸ βουλευτήριον, αὐτὸς μὲν οὐδὲν εἶπεν ὑπὸ βράγχου, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ ταμιείᾳ ἀναγνῶναι δοὺς *deinde conuocato ſenatu, ipſe grauedine laborans, nihil locutus, quaeſtori libellum recitandum dedit.* & de Claudio *lib. LX. p.* 665. SVETONIVS *Auguſto* c. LXV. *de filia abſens ac libello per quaeſtorem recitato, notum ſenatui fecit.* Sic etiam Principum orationes recitabant, de quo TACITVS Ann. XVI. c. XXVII. *& oratio Principis per Quaeſtorem eius audita eſt.* Aliud vero de Nerone SVETONIVS c. XV. *de quibusdam rebus orationes ad ſenatum miſſas, praeterito quaeſtoris officio, per Coſſ. plerumque recitabat.* SVETONIVS Tito c. VI. *filius eius recepta ad ſe omnium officiorum cura, cum Patris nomine epiſtolas ipſe dictaret, & Edicta conſcriberet, Orationesque ſaepiſſime etiam in Senatu Quaeſtoris vice recitaret.* Dictus hic etiam Quæſtor palatii ſecundum *l.* 32. *pr. C. de adpellationibus.* Dicebantur autem Principum Candidati, quod ex eorum commendatione, abſque ambitu & repulſa eſſent deſignandi. Inde locus ille apud QVINTILIANVM Inſtit. Orat. lib. VI. c. III. *vbi negligentier pilam petenti dixit alter: ſic petis tanquam Caeſaris Candidatus.* Vid. GVTHERIVS *de officiis domus Aug. c. XVIII.* PANCIROLLVS *Not. Imperii c. LXXII.* BOECKELEN *de orationibus Principum p.* 133. Licet vnius Imp. plures ſæpe fuerint Quæſtores ſecundum PLINIVM *lib. IV. ep. XVI.*

## §. XXVII.

Decimo ſexto poſt eiectos Reges anno, facta ſeceſſione in montem Auentinum, plebi fuit conceſſum, vt ſuos haberet Magiſtratus ſacroſanctos, quibus auxilii latio aduerſus Conſules eſſet, neue cui patrum capere eum Magiſtratum liceret. * TRIBVNI itaque Plebis primum creati duo, qui ſtatim ſibi tres Collegas ** creauerunt. Poſt, decem creati Comitiis tributis, *** & quidem ex Senatu. **** Officium erat, vt eſſent quaſi proprii Iudices & Deſenſores plebeiorum, per quos contra Senatum & Conſules tuti eſſe

*Tribuni Plebis.*

eſſe poſſent.***** Tantæ autem erant auctoritatis, vt & vniuerſi Senatui poſſent reſiſtere & SCto intercedere,****** Conſulibus etiam vincula minabantur.******* Vnus vero collega alteri intercedebat, eiusdemque rogationes per vocem VETO antiquabat.† L. Cornelius Sylla eorum poteſtatem nimium circumcidit, lege lata, ne ad alios honores eueheretur, qui tribunitia poteſtate functus.†† Pompeius tamen eam in priſtinum reſtituit.††† Imperatores igitur, dum vmbram libertatis relinquerent Reipublicæ, Tribunitiam poteſtatem ſuſceperunt, dum ipſi, qui ex gentibus erant patritiis, Tribuni fieri nequirent, nec haberent, qui ipſis contradicerent.††††

* Vide ſupra §. VI. l. 2. §. 20. ff. de Or. Iuris *iisdem temporibus cum plebs a Patribus ſeceſſiſſet, anno fere ſeptimo decimo poſt Reges exactos, Tribunos ſibi in Monte Sacro creauit, qui eſſent plebeii magiſtratus, dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur.* LIVIVS lib. II. c. XXXIII. *agi deinde de concordia cœptum, conceſſumque in conditiones, vti plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet. neue cui Patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius, & L. Albinus. hi tres collegas ſibi creauerunt. in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem; de duobus qui fuerint, minus conuenit. Sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos eſſe dicant, ibique ſacratam legem latam* & lib. IV. c. XXV. *multum prouidiſſe ſuos maiores, qui cauerint, ne cui patricio plebeii magiſtratus paterent: aut patricios habendos fuiſſe tribunos plebei.* Duos tamen patritios etiam Tribunos fuiſſe factos, auctor eſt LIVIVS lib. III. c. LXV. *noui tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem fouerunt. duos etiam patricios, conſularesque, Sp. Tarpeium & A. Aterium cooptauere.* Factum tamen hoc ideo, vt, dum populus conſulatum ſecum communicari poſtularet, eo felicius hoc procederet. Alias ſi vnus ex patriciis Tribunus fieri vellet, a patriciis ad plebem tranſire neceſſum habebat, prout de Dolabella teſtatur DIO CASSIVS *lib. XLII. p.* 198.

** LIVIVS II. c. LVIII. *tum primum tributis comitiis creati tribuni ſunt: numero etiam addito tres, perinde ac duo ante fuerint, Piſo auctor eſt.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. p.* 410. οὗτοι δημαρχικὴν ἐξουσίαν πρῶτοι παρέλαβον οἱ πέντε ἄνδρες, ἡμέρᾳ τετάρτῃ πρὸ τριῶν εἰδῶν δεκεμβρίων *hi quinque primi tribunitiam poteſtatem acceperant, quarto die ante Idus Decembris.*

*** LIVIVS III. c. XXX. *is metus perculit, vt ſcribi militem tribuni ſinerent; non ſine pactione tamen, vt quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent, paruumque id plebi præſidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur. Expreſſit hoc neceſſitas Patribus. id modo excepere, ne poſtea, eosdem tribunos iuberent. Tribunicia comitia (ne id quoque poſt bellum, vt cætera vanum eſſet) extemplo habita. Triceſimo ſexto anno a primis tribunis plebis, decem creati ſunt, bini ex ſingulis claſſibus. itaque cautum eſt, vt poſtea crearentur.*

**** Sic viri Conſulares dicti apud LIVIVM *lib. III. c. LXV.* Quando vero id factum, demonſtrare voluit GELLIVS lib XIV. c fin. *nam & tribunus,* inquit, *ple-*

*bis ſenatus habendi ius erat, quamquam ſenatores non eſſent, ante Atinium plebiſcitum.* De Plebiſcito equidem hoc alias non ſatis conſtat: breuiter de eodem agit P. MANVTIVS *de Legibus Romanis c. V.* Et licet alii Syllæ hoc inſtitutum tribuant, dubius tamen in eo hæret APPIANVS *lib. I. B. Civ. p.* 688. de Tribunitia dignitate dicens: καὶ οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν εἰ Σύλλας αὐτὴν, καθὰ νῦν ἐστιν, εἰς τὴν βουλὴν ἀπὸ τοῦ δήμου μετήνεγκεν *nec conſtat, an eam, vt nunc eſt, a plebe ad ſenatum tranſtulerit.* Vid. LIPSIVS *Electorum lib. II. c. XIII.* Patricium autem tribunum plebis fieri non potuiſſe, teſtatur etiam CICERO *de prouinciis Conſularibus* c. XIX. *ſi patritius tribunus plebis fuerit, contra leges ſacratas.* Eques autem fieri poterat, ſecundum SVETONIVM Auguſto c. XL. *Comitiis tribunitiis, ſi deeſſent candidati, ſenatores ex equitibus Romanis creauit: ita, vt poteſtate transacta, in vtro vellent ordine, manerent.* Per Quæſturam itaque perueniebant ad Tribunatum, ſecundum PLINIVM *lib II. ep. IX.*

**** Vid. ſupra *§. VI.* EVTROPIVS I. c. XII. *ſexto decimo anno poſt reges exactos, ſeditionem populus Romæ fecit, tanquam a ſenatu, atque conſulibus premeretur. Tum & ipſe ſibi Tribunos plebis, quaſi proprios iudices & defenſores, creauit, per quos contra ſenatum & conſules tutus eſſe poſſet.* Sic etiam CICERO Agraria II. c. VI. *denique, quod eſt indigniſſimum, per tribunum plebis, quem maiores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerunt, reges in ciuitate conſtitui.* Hinc & ianuæ eorum nocte dieque patebant, ſecundum PLVTARCHVM *quæſt. LXXXI.* GELLIVS lib. III. c. II. *prætere a tribuni plebei, quos nullum diem abeſſe Roma licet, quum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam ſequentem reuertuntur, non dicuntur abfuiſſe vnum diem; quando ante horam noctis ſextam regreſſi parte aliqua illius in vrbe Roma ſunt.* Ex eo habet MACROBIVS *Saturn. I. c. III.* DIO *lib. XXXVII. p.* 49. DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VIII. p.* 554. Vix igitur adſentior APPIANO, qui lib. II. B. Civ. p. 736. teſtatur, nec mœnia egredi licuiſſe Tribunis.

****** Vide ſupra *§. XV.* GELLIVS lib. XIII. c. XII. *ſed quærentibus nobis quam ob cauſam tribuni, qui haberent ſummam coërcendi poteſtatem, ius vocandi non habuerint: quod tribuni antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec cauſis querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent: vt iniuria quæ coram fieret, arceretur ac propterea ius abnoctandi ademptum: quoniam, vt vim fieri vetarent, aſſiduitate eorum & præſentium oculis opus erat.* Sic etiam Marius Tribunus, Metellum ipſi contrarium in carcerem duci iuſſit. PLVTARCHVS *Mario p.* 407. De Lætorio Tribuno LIVIVS lib. II. c. LVI. *ardens igitur ira tribunus, viatorem mittit ad conſulem: conſul lictorem ad tribunum, priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu, violatusque eſſet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in conſulem eſſet.* Immo, Tribuni cuidam diem apud populum dicere poterant, ſecundum LIVIVM *lib. II. c. XXXV.* Quare CICERO III. de LL. c. VII. *nam illud quidem ipſum, quod in iure poſitum eſt, habet conſul, vt ei reliqui magiſtratus omnes pareant, excepto tribuno, qui poſt extitit, ne id, quod fuerat, eſſet: hoc enim primum minuit conſulare ius, quod extitit ipſe, qui eo non teneretur: deinde quod attulit auxilium reliquis non modo magiſtratibus; ſed etiam priuatis, conſuli non parentibus. Magnum dicit malum. nam, iſta poteſtate nata, grauitas optimatum cecidit, conualuitque ius multitudinis & c. X.* conceſſa plebi a patribus iſta poteſtate arma ceciderunt: reſtincta ſeditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint, in quo vno fuit ciuitatis ſalus.

******* VA-

Digitized by Google

******* VALERIVS MAXIMVS lib. IX. c. V. *Maieſtas ordinis a M. quoque Druſo trib. plebis per ſummam contumeliam vexata eſt. Parui enim habuit, L. Philippum Conſulem, quia interfari concionantem auſus fuerat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, ſed per clientem ſuum, adeo violenter in carcerem præcipitem egiſſe, vt multus e naribus eius cruor profunderetur.* De eodem Gracchus apud PLVTARCHVM in *vita p.* 831. Sic etiam LIVIVS lib. V. c. IX. *inter hæc tribuni plebis, quum in concordia hominum, ſecundisque rebus ciuitatis inuiti ſilentium tenuiſſent, feroces repente, minari tribunis militum, niſi in auctoritate ſenatus eſſent, ſe in vincula eos duci iuſſuros eſſe.* & lib. IX. c. XXXIV. *P. Sempronius Tribunus plebis ad Appium Claudium Cenſorem: & niſi Aemiliæ legi parueris, in vincula duci iubebo.* Et paullo poſt: *hæc taliaque quum dixiſſet, prendi cenſorem, & in vincula duci iuſſit. Approbantibus ſex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt ſummaque inuidia omnium ordinum ſolus cenſuram geſſit.* Vid. etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p.* 658.

† CICERO de LL. lib. III. c. X. *quid enim illum aliud perculit, niſi quod poteſtatem intercedendi collegæ abrogauit: ſed tu ſapientia maiore nihilo vide. Conceſſa plebi a patribus iſta poteſtate arma ceciderunt: reſtincta ſeditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint: in quo vno fuit ciuitatis ſalus.* Exemplum adducit LIVIVS *lib. IV. c. XLIX.* dicens: *tentatum ab L. Sextio tribun. plebis, vt rogationem ferret, qua Volas quoque ſicut Lauicos, coloni mitterentur, per interceſſionem collegarum, qui nullum plebiſcitum, niſi ex auctoritate ſenatus paſſuros ſe perferri oſtenderunt, diſcuſſum eſt.* Et plenius lib. VI. c. XXXV. *Creati tribuni C. Licinius & L. Sextius, promulgauere leges omnes aduerſus opes patriciorum, & pro commodis plebis: vnam de ære alieno, vt deducto eo de capite quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur: alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta iugera agri poſſideret: tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, ſed conſulum, vtique alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia & quæ ſine certamine maximo obtineri non poſſent. Omnium igitur ſimul rerum, quarum immodica cupido inter mortales eſt, agri, pecuniæ, honorum, diſcrimine propoſito, conterriti Patres quum trepidaſſent, publicis priuatisque conſiliis nullo remedio alio, præter expertam multis iam ante certaminibus interceſſionem, inuento; collegas aduerſus tribunicias rogationes comparauerant. qui vbi tribus ad ſuffragium ineundum citari a Licinio, Sextioque viderunt; ſtipati Patrum præſidiis, nec recitari rogationes, nec ſolenne quicquam aliud, ad ſciſcendum plebi fieri, paſſi ſunt. Iamque fruſtra ſæpe concilio aduocato, quum pro antiquatis rogationes eſſent; Bene habet, inquit Sextius, quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet, iſto ipſo telo tutabimur plebem. Agite dum, comitia indicite Patres tribunis militum creandis, faxo ne iuuet vox iſta, Veto, qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis.* LIVIVS *epit. LIX.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p.* 658. οὐδὲν γὰρ τῶν πραττομένων ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐπισχεῖν ἢ κωλῦσαι τῶν ἄλλων τινὶ ἔξεστιν ἀλλ᾽ ἑτέρου δημάρχου ὅτου ἐστὶ τὸ κράτος *quod enim ex eius collegii ſententia fit, memini inhibere nec vetare licet, niſi alii tribuno.* Immo collegium ipſos poterat coërcere, de quo VALERIVS MAXIMVS lib. VI. c. V. n. 4. *magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit, quod cum vnus ex eo L. Cotta fiducia ſacroſanctæ poteſtatis creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, maieſtatem publicam priuatæ perfidiæ obtentui eſſe.*

*Itaque Cottam in tribunatu quaſi in aliquo ſacrario latentem, tribunitia inde iuſtitia extraxit.*

†† Dionysius halicarnassensis *lib. V. circa fin.* de Sylla: καὶ τὸ τῆς δημαρχίας κράτος εἰς ἐλάχιστον συνέστησε *& tribunitiam poteſtatem quam arctiſſime contraxit.* Plenius vero appianus *B. Civ. lib. I. p.* 688. τὴν δὲ δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν· διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. *Tribunitiam vero poteſtatem adeo debilitauit, vt ſublata videri poſſet, lege lata ne quis poſt tribunatum ad vllum alium magiſtratum admitteretur: quo factum, vt eam dignitatem nemo nobilis honoriue appetens non vitaret.* livivs *Ep. LXXXIX.* pighivs *XV. Ann. p.* 261.

††† Appianvs *B. Civ. lib. II. p.* 734. ὅτε δὴ καὶ μάλιστα τῷ Πομπηΐῳ μετεμέλησε, τὴν δημαρχίαν, ἐς ἀσθενέστατον ὑπὸ Σύλλα καθῃρημένην, ἀναγαγόντι αὖθις ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον *tum vero maxime Pompeium pœnituit, quod tribunitiam poteſtatem per Syllam in nihilum ferme redactam reſtituiſſet in integrum.* velleivs patercvlvs lib. II. c. XXX. *hoc conſulatu Pompeius tribunitiam poteſtatem reſtituit, cuius Sulla imaginem ſine re reliquerat.* livivs epit. XCVII. *M. Craſſus & Cn. Pompeius Conſules facti, Pompeius, antequam quaeſturam gereret, ex Equite Romano, tribunitiam poteſtatem reſtituerunt.* sallvstivs *B. Catilin. c. XXXVIII.* plvtarchvs *Pompeio p.* 630. καὶ γὰρ ἀπέδωκε τὴν δημαρχίαν αὐτῷ (τῷ δήμῳ) *Tribunos plebis ei reddidit.*

†††† De Cæſare teſtatur dio cassivs *lib. XLII. p.* 194. ὅμως δ᾽ οὖν αὐτῷ (πολῖταί τε γὰρ καὶ αὐτοτελεῖς ἔτι δοκεῖν εἶναι ἤθελον) ταῦτά τε οὕτως ἐψηφίσαντο, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἔχειν ἐδύνατο. ὕπατός τε γὰρ ἔτη πέντε ἐφεξῆς γενέσθαι, καὶ δικτάτωρ οὐκ εἰς ἑξάμηνον, ἀλλ᾽ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβε· τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο *enimuero Romani, vt adhuc ciues, ſuique iuris eſſe viderentur, hac Caſari decernebant, quæ vel inuitis ipſis obtinere poterat. Quippe hoc etiam accepit, vt quinque continuis annis conſulatum gereret: vt dictator, non ad ſemeſtre tantum ſpatium, ſed in integrum annum diceretur; ad hæc tribunitiam poteſtatem per omnem vitam ſuam haberet.* Idem confirmat *lib. XLIV. p.* 242. De Auguſto vero *lib. LI. p.* 457. καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν) *vt Caſar per omnem vitam tribunitiam poteſtatem haberet: eique, qui ipſum implorassent, intra pomerium ac extra, vsque ad D. paſſus, auxilium ferre poſſet, quod nemini quidem tribuno plebis licebat.* *lib. LIII. p.* 508. plenius loquitur: ἥτε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσι σφίσι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι· κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ, ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. δημαρχεῖν μὲν γὰρ, ἅτε καὶ ἐς τοὺς Εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες, οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν ὅσηπερ ἡ μάλιστα ἐγένετο, προστίθενται, καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, ὡς καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων, προβαίνει *at tribunitia poteſtas, quam praclariſſimus quisque imperator olim habuit, efficit: Vt intercedere iis, qua ab aliis contra ipſorum placitum mouentur, poſſint; ac ſacroſancti ſint, ita, vt ſi vel minimo ſermone ſe ab aliquo laſos exiſtiment, eum indicta cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt imperatores, quum vtique ipſi patricii ſint: omnem vero tribunitiam poteſtatem, quanta vnquam maxima fuit, accipiunt: & quia quotannis eam cum tribunis plebis eius anni renouant, annorum imperii ipſorum hinc ſumma concipi ſolet.* Reperimus ita in Nummis & Marmoribus ſæpius annos Tribunitiæ poteſtatis expreſſos. Sic etiam SVETONIVS Auguſto c. XXVII. *Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit: in qua ſemel atque iterum per ſingula luſtra collegam ſibi cooptauit.* TACITVS Ann. III. c. LVI. *Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accuſatores repreſſerat, mittit litteras ad Senatum, quis poteſtatem tribunitiam Druſo petebat. Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus repperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret. M. deinde Agrippam ſocium eius poteſtatis, quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret. ſic cohiberi prauas aliorum ſpes rebatur.* Fuiſſe tamen etiam ſub Impp. priuatos quosdam Tribunos, demonſtrat exemplum PLINII *lib. I. ep. XXIII.* Patet hoc ex DIONE CASSIO, qui, poſtquam Tiberii executionem in aſtrologos, magosque retuliſſet *lib. LVII. p.* 613. addit: εἰ μὴ δήμαρχός τις ἐκώλυσεν, ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις τὸ τῆς δημοκρατίας σχῆμα κατενόησεν, ὅτι ἡ βουλὴ τοῦ τε Δρούσου καὶ τοῦ Τιβερίου συνέπαινος Γναίῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι γενομένη κατεκράτησε, καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοῦ δημάρχου ἡττήθη *quod niſi tribunus plebis interceſſiſſet, etiam contra quam cenſuerat Tiberius, omnes ciues impunitatem tuliſſent. Vnde pracipue reipublica popularis imago videri potuit. nam ſententia Druſi & Tiberii adſtipulatu ſententia Cn. Calpurnii Piſonis, vicerat, ſed tribunus plebis eis praualuit.* Fuerunt etiam ſub Veſpaſiano, de quo TACITVS Hiſt. IV. c. IX. *cum perrogarent ſententias Conſules, Vulcatius Tertullinus Tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tanta re, Principe abſente ſtatueretur.* Sed recte TACITVS *Ann. I. c. LXXVII.* Tiberium dicit, ſimulacra libertatis Senatui reliquiſſe. & PLINIVS *lib. I. ep. XXIII.* Tribunatum inanem vmbram & ſine honore nomen vocat.

## §. XXVIII.

Aedilium duo erant genera. * AEDILES PLEBIS ſtatim poſt Tribunos, eodem cum ipſis A. V. C. CCLX. creati, vt lites a Tribunis ipſis permiſſas dirimerent, ac ipſorum quaſi eſſent miniſtri & adiutores, ** ſacrorum publicorumque locorum *** atque annonæ, ludorum etiam curam haberent. **** Dum conſulatus plebi *Aediles.*

fuiſſet conceſſus, additi A. V. C. CCCLXXXVII. ludorum maximorum cauſſa, in feriis latinis duo ex Patriciis, ***** poſt etiam ex plebeiis, dicti AEDILES CVRVLES, ****** quorum officium potiſſimum in eo conſtabat, vt ludos publicos propriis ſumtibus ederent. ******* His duos adhuc addidit Cæſar, dictos Cereales, eosdemque ex Patribus, qui frumentariæ maxime rei curam gererent. †

* PLVTARCHVS *Mario p.* 408. δύο γὰρ εἰσι τάξεις ἀγορανόμων, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσιν, ἔχουσα τοὔνομα τῆς ἀρχῆς· τὴν δ' ὑποδεεστέραν, δημοτικὴν καλοῦσιν· ὅταν δὲ τοὺς ἐντιμοτέρους ἕλωνται, περὶ τῶν ἑτέρων πάλιν τὴν ψῆφον λαμβάνουσιν *duo enim ordines ſunt ædilitatis: altera a ſellis curulibus, quæ incuruis erant pedibus, ex quibus munia magiſtratus explicabant, nomen traxit: altera inferior, plebis dicitur. Vbi ædiles curules creauerunt, mox de ædilibus plebis ineunt ſuffragia.*

** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VI. p.* 411. ἀποδόντες δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θεοῖς χαριστήρια, καὶ τοὺς πατρικίους πείσαντες ἐπικυρῶσαι τὴν ἀρχὴν, ψῆφον ἐπενέγκαντας, ἐπειδὴ καὶ τούτου παρ' αὐτῶν ἔτυχον, ἐδεήθησαν ἔτι τῆς βουλῆς ἐπιτρέψαι σφίσιν ἄνδρας ἐκ τῶν δημοτικῶν δύο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεικνύναι, τοὺς ὑπηρετήσοντας τοῖς δημάρχοις ὅσων ἂν δέωνται, καὶ δίκας ἃς ἂν ἐπιτρέψωνται ἐκεῖνοι, κρινοῦντας, ἱερῶν τε καὶ δημοσίων τόπων καὶ τῆς κατ' ἀγορὰν εὐετηρίας ἐπιμελησομένους. λαβόντες δὲ καὶ τοῦτο τὸ συγχώρημα παρὰ τῆς βουλῆς, ἀποδεικνύουσιν ἄνδρας, οὓς ὑπηρέτας τῶν δημάρχων καὶ συνάρχοντας καὶ δικαστὰς ἐκάλουν· νῦν μέντοι κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν ἀφ' ἑνὸς ὧν πράττουσιν ἔργων, ἱερῶν τόπων ἐπιμεληταὶ καλοῦνται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ὑπηρετικὴν ἑτέρων ἔχουσιν, ὡς πρότερον. ἐπιτέτραπται δὲ αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα, καὶ σχεδὸν ἐοικασίπως κατὰ τὰ πλεῖστα τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀγορανόμοις *vbi vero & vrbanis diis gratias ac ſacra perſoluerunt, impetrata ſui magiſtratus confirmatione a patriciis, petunt inſuper a ſenatu permitti ſibi, vt quotannis duos e plebe viros deſignent, qui tribunis ſubminiſtrent quidquid opus ſit; & lites, quas tribuni eis commiſerint, iudicent: ædiumque ſacrarum, locorum publicorum atque annonæ curam habeant. Hoc quoque per ſenatum conceſſo, creauerunt quos tunc miniſtros & collegas ac iudices tribunorum appellabant: nunc vero ab officiorum vno vernacula lingua Aediles (id eſt, ſacrarum ædium curatores) vocant, poteſtatem habentes alterius magiſtratus miniſtram, vt antea. Commiſſæ vero eis ſunt multæ ac magnæ res; ſuntque maxima ex parte Græcorum* ἀγορανόμοις *id eſt, fori & rerum venalium arbitris) ſimiles.* GELLIVS lib. XVII. c. XXI. *Romæ autem iſtis ferme temporibus tribunos & ædiles tum primum per ſeditionem ſibi plebes creauit.*

*** L. 2. §. 21. de Or. I. *itemque, vt eſſent, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita plebs deferebat, duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam Aediles appellati ſunt.*

**** CICE-

**** CICERO de LL. lib. III. c. III. *ſuntoque ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumque ſolemnium.* Sic etiam XII. Tabb. in æs inciſas in publico propoſuerunt, ſecundum LIVIVM *lib. III. c. LVII.* & SCta in æde Cereris primis temporibus adſeruarunt. Datum inde negotium ædilibus, vt LIVIVS inquit *lib. IV. c. XXX.* vt animaduerterent, ne qui, niſi Romani Dii, neu quo alio more quam patrio, colerentur.

***** LIVIVS lib. VI. extr. *ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, quum dignam eam rem ſenatus cenſeret eſſe, meritoque id, ſi quando vnquam alias, Deûm immortalium cauſſa libenter facturos fore, vt ludi maximi fierent, & dies vnus ad triduum adiiceretur; recuſantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum a patriciis eſt iuuenibus, ſe id honoris Deûm immortalium cauſſa libenter acturos, vt ædiles fierent. Quibus quum ab vniuerſis gratiæ actæ eſſent, factum ſenatusconſultum, vt duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret. Patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent.* L. 2. §. 26. de Or. Iuris *deinde cum placuiſſet creari etiam ex plebe Conſules, cœperunt ex vtroque corpore conſtitui. Tunc, vt aliquo pluris Patres haberent, placuit duos ex numero Patrum conſtitui, ita facti ſunt Aediles Curules.* PIGHIVS *lib. I. Annal. p.* 269.

****** LIVIVS VII. c. I. *quum de induſtria omnia, ne quid per plebeium conſulem ageretur, proferrentur, ſilentium omnium rerum, ac iuſtitio ſimile otium fuit: niſi quod non patientibus tacitum tribunis, quod pro conſule vno plebeio tres patricios magiſtratus, curulibus ſellis prætextatos tamquam conſules ſedentes, nobilitas ſibi ſumſiſſet; prætorem quadam etiam iura reddentem, & collegam conſulibus, atque iisdem auſpiciis creatum; verecundia inde impoſita eſt ſenatui, ex patribus iubendi ædiles curules creari. primo vt alternis annis ex plebe fierent, conuenerat: poſtea promiſcuum fuit.*

******* Sic CICERO V. in Verrem c. XIV. munus & honores Ædilium deſcribit: *nunc ſum deſignatus ædilis: habeo rationem quid a populo Ro. acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo, plebique Ro. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione, Ioui, Iunoni, Mineruæque eſſe faciundos: mihi ſacrarum ædium procurationem, mihi totam vrbem tuendam eſſe commiſſam: ob earum rerum laborem: & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam.* Vocantur hæc ædilitia munera apud CICERONEM *II. de Officiis c. XVI. XVII.* LIVIVS lib. XXV. c. II. *ædilicia largitio hæc fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem vnum inſtaurati, & congii olei in vicos ſingulos dati. L. Vilius Tappulus & M. Fundanius Fundulus, ædiles plebeii, aliquot matronas apud populum probri accuſarunt: quasdam ex eis damnatas in exſilium egerunt. Ludi plebeii per biduum inſtaurati & Iouis epulum fuit ludorum cauſſa.* Lib. XXXIII. c. XLII. *Aediles curules M. Fuluius Nobilior & C. Flaminius, tritici decies centum millia binis æris populo diuiſerunt.* Dum igitur nimii ædilium eſſent ſumptus, factum vt tempore Auguſti ædilis quidam ob egeſtatem vltro magiſtratu ſe abdicarent ſecundum DIONEM *lib. LIV. p.* 528. LIVIVS *lib. XXXIX. c. XIV. Conſules ædilibus curulibus imperarunt, vt ſacerdotes eius ſacri omnes conquirerent, comprehenſosque libero conclaui ad quæſtionem ſeruarent. Aediles plebis videre, ne qua ſacra in operto fierent.*

† DIO

Digitized by Google

† DIO CASSIVS *lib. XLIII. circa fin.* ad A.V.C. DCCX. καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος, πρότερον δὲ ἀγορανόμοι, τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους· ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν (ὅπερ πού δὲ ἐς τόδε ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν ἐμμεμένηκε) *Eodem anno primum ſex ædiles ſunt conſtituti, duo patricii, qui Cereris ædiles vocantur, quatuor plebeii. isque mos ad noſtram vsque ætatem exinde perductus eſt.* l. 2. §. 32. de Or. I. *deinde Caius Iulius Cæſar duos Prætores & duos Aediles qui frumento præeſſent, & a Cerere Cereales conſtituit.*

## §. XXIX.

*Magiſtratus vltimis Reip. temporibus.*

Circa vltima Reip. tempora erant qui Populi ſuffragiis conſtituebantur viginti ſex viri, * diuerſis tamen temporibus iam ante creati, vtpote DECEMVIRI LITIBVS IVDICANDIS ** QVATVORVIRI VIARVM PVBLICARVM *** TRIVMVIRI AVRO, ARGENTO, ÆRE FLANDO FERIVNDOQVE, ſiue, prout in nummis & marmoribus nominantur III. VIRI A. A. A. F. F. **** TRIVMVIRI CAPITALES, qui carceris habebant cuſtodiam & quorum interuentu ſingula fiebant, cum animaduerti oporteret, Adiutores quoque Triumuiris iſtis QVINQVEVIRI, cis & vltra Tiberim conſtituti, qui nocturno tempore ſuæ quisque regionis ædificiis præeſſet. ***** DVVMVIRI CVRATORES VIARVM extra vrbem, & quatuor Præfecti poſtea ceſſarunt. †

* Hos tamen Auguſtus Imp. ad viginti vsque reduxit, prout auctor eſt DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 540. dicens: καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν, ἀποδημοῦντος ἔτι τοῦ Αὐγούστου, δόγμα ἐγένετο, τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων ἀποδείκνυσθαι· ὅθεν οὐκέτ' οὐδεὶς αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεγράφη, μὴ δὲ ἑτέραν τινὰ ἀρχὴν τῶν ἐς αὐτὸ ἐπάγειν δυναμένων λαβών· οἵτε δὴ εἴκοσιν οὗτοι ἄνδρες ἐκ τῶν ἓξ δὲ εἴκοσίν εἰσιν· οἵτε τρεῖς, οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένοι· καὶ οἱ ἕτεροι τρεῖς οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι· οἵτε τέσσαρες· οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι· καὶ οἱ δέκα, οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, οἵ τε τέσσαρες, οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι κατελέλυντο *itaque abſente adhuc ab vrbe Auguſto, ſenatusconſultum fuerat factum, vt viginti viri (magiſtratus hoc nomen eſt) ex equitibus conſtituerentur. quorum deinde nullus in ſenatum eſt allectus, niſi quem etiam magiſtratum, cuius ratione ſenator poſſet fieri, geſſiſſet. Porro hi viginti viri in locum viginti & ſex virorum ſucceſſerunt: eorum tres ad capitalia iudicia ſunt ordinati: alii tres cudendo numiſmati præſunt: quatuor vias vrbanas curant: decem iudiciis iis quæ ad centum viros ſorte deferuntur, præficiuntur. duo enim ii, qui vias extra vrbem curabant, & quatuor, qui in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant.* Vigintiuiratus etiam mentionem fuit TACITVS *III. Ann. c. XXIX.* dum ait: *Tiberium commendaſſe patribus Neronem Germanici filium, iuuentam ingreſ-*

Digitized by Google

*iam ingreſſum, viſque munere capeſſendi vigintiviratus ſolueretur & quinquennio maturius, quam per leges quæſturam peteret, poſtulaſſe &* QVINTILIANVS *lib. XII. Inſt. c. I.*

** POMPONIVS l. 2. §. 29. de Or. I. *deinde quum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſta praeeſſet, Decemuiri ſtlitibus iudicandis ſunt conſtituti.* COCCEIVS legit *in litibus*, verum Rupertus *p.* 250. archaiſmum hunc eſſe, ex marmoribus demonſtrat. Idemque Plenius confirmat SCHVBARTVS *p.* 599. cum etiam in Tabula XII. legatur: *Prætor ſtlitis arbitros tris dato.* Præfectos autem eos fuiſſe iudicio centumuirali, DIO CASSIVS l. c. nos docet, de quo infra.

*** *L.* 2 § 30. *de Or. I.* GRVTERVS *Theſ. Inſcr. p.* 16. *n.* 10.

**** Mentionem eorum facit CICERO ad Trebatium lib. VII. ep. XIII. *Treuiros viros cenſeo audio capitaleis eſſe, mallem auro argento ære eſſent.* ALEXANDER *ab* ALEXANDRO *lib. III. Gen. Dierum c. XVI.* eos poſt Cannenſem cladem inſtitutos putat, dictos Triumuiros menſarios, prouocans ad *LIVIVM* lib. XXIII. c. XXI. *& Romæ quoque propter penuriam argenti, triumuiri menſaris rogatione M. Minucii trib. pleb. facti* & lib. XXIV. c. XVIII. *Conuenere deinde domini eorum, Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiſerat: arceſſitosque ſe ab triumuiris menſariis eſſe dixerunt, vt pretia ſeruorum acciperent. ceterum non ante quam bello confecto accepturos eſſe.* Verum Triumuiri Monetales, ſignando æri præerant, menſarii ſignatum æs accipiebant atque expendebant. Sic enim LIVIVS lib. XXVI. c. XXXVI. *ceterum omne aurum, argentum, æs ſignatum, ad triumuiros menſarios exemplo deferamus.* Erant igitur *die Renthmeiſter.* PIGHIVS equidem *I. Ann. p.* 451. auctor eſt, modo III. Viros modo IV. Viros, modo etiam Quinqueuiros Monetales fuiſſe conſtitutos. Verum, contradicit RVPERTVS *p.* 257. & ſine ratione tradit, Cæſarem primum auxiſſe horum numerum, cum teſte SVETONIO *in vita ipſius c. XLI.* minorum magiſtratuum numerum ampliauerit. Patet hoc etiam ex nummis ſub Cæſare cuſis, in quibus ſæpius IIII VIRI A. A. A. F. F. occurrunt. Erant ſub iis *Exactores Auri A. A. F. F.* de quibus GRVTERVS f. 36. n. 8.

APOLLINI AVG.
SACR.
FELIX. AVG. LIB. OPTIO.
ET EXACTOR. AVRI. ET
ARGENTI ET AERIS

& p. 69. n. 10. nobis *die Müntzlieffranten.*

***** *L.* 2. §. 30. *π.* de Or. I. *eodem tempore & Quatuoruiri, qui curam viarum gererent & Triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores: & Triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Creati viri iſti fuerunt A. V. C. CCCCLXIV.* Supplem. *Liv.* lib. XI. c. XXIII. *ſed in Vrbe coërcendis quæ increbuerant maleficiis nouus magiſtratus inſtitutus eſt, qui vinculis ſontium ſeruandis, & quum animaduerti oporteret, ſupplicio ſumendo auctores atque moderatores præeſſent; triumuiri capitales appellati. Legis, a L. Papirio tribuno plebis eo de negotio latæ, hæc verba inuenio. Quicumque Prætor poſthac factus erit, quei inter ciues ius dicet, tresuiros Capitales populum rogato iique tresuiri, quicunque facti erunt, ſacramenta exigunto iudicantoque: eodemque iure ſunto, vt ei ex legibus plebeique ſcitis exigere, iudicare, eſſeque oportet. Quo capite mulctarum quoque exigendarum poteſtas ipſis data videtur: ſacramentum enim iis temporibus vocari ſolebat, quod*

*pœna nomine pendebatur, at quoniam illud ob ſacrorum publicorum multitudinem, & anguſtias ærarii, ſacrificiorum impenſis deſtinari conſueuerat* PIGHIVS *Ann. lib. I.* p. 405 Officium eorum deſcribit CICERO de LL. lib. III. c. III. *Vincula ſontium ſeruanto, capitalia vindicando.* Suberant ipſis carceris cuſtodes: ipſi vero Prætori, prout ex VALERIO MAXIMO diſcimus lib. V. c. IV. n. 7. *ſanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit. Quo receptam, is qui cuſtodia præerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulauit. Aditum quoque ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, ne quid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurum, vt inedia conſumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent, ſecum ipſe quærens, quidnam eſſet, quod tamdiu ſuſtentaretur; curioſius obſeruata filia, animaduertit, illam exerto vbere famem matris lactis ſui ſubſidio lenientem. Quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirum, a triumuiro ad Prætorem, a Prætore ad concilium iudicum perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit.* Sic etiam Triumuirorum erat conquirere de crimine inculpatos, apud VALERIVM *lib. V. c. IX. n.* 3. Iudicum quoque ſententias executioni mandabant. VALERIVS MAXIMVS *lib. VIII. c. IV. n. 2. ſed perinde atque confeſſus & a iudicibus damnatus, & a L. Calpurnio triumuiro in crucem actus.* Neque tamen hæc ita intelligenda, quaſi ipſe Triumuir in crucem egerit, ſed quod eum in crucem agere iuſſerit. Quare SALLVSTIVS *B. Catilin. c. LV.* dicit, iudices rerum capitalium laqueo gulam fregiſſe. Vocat hoc TACITVS *V. Ann. c. IX.* Iudicium Triumuirale. Tumultibus etiam præcauere debebant, ſecundum LIVIVM lib. XXV. c. I. *incuſati grauiter ab ſenatu ædiles, triumuirique capitales, quod non prohiberent, quum emouere eam multitudinem e foro, ac diſiicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul abfuit quin violarentur.*

****** LIVIVS lib. XXXIX. c. XIV. *Triumuiris capitalibus mandatum eſt, vt vigilias diſponerent per vrbem, ſeruarentque, ne qui nocturni coetus fierent: vtque ab incendiis caueretur, adiutores triumuiris quinqueuiri, vti cis Tiberim ſuis quisque regionis ædibus præeſſent.* l. 2. §. 31. de Or. I. *& quia Magiſtratibus, veſpertinis temporibus in publicum eſſe, inconueniens erat, Quinqueuiri conſtituti ſunt cis Tiberim, & vltis Tiberim, qui poſſint pro Magiſtratibus fungi.* Triumuiratus nocturni mentio fit apud LIVIVM *lib. IX. c. vlt.* de hoc l. I. π. de Off. præf. vigilum *apud vetuſtiores, incendiis arcendis Triumuiri præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt.*

† POMPONIVS. DIO CASSIVS *c. l.*

## §. XXX.

*Magiſtratus Minores extra ordinem.*

Magiſtratus Minores extra ordinem erant PRÆFECTVS ANNONÆ, qui eiusdem curam fame potiſſimum ingruente, haberet, * QVINQVEVIRI MENSARII æris alieni ſoluendi & fœnoris rationem habebant. ** Claſſis ornandæ reficiendæue cauſſa conſtituti DVVMVIRI NAVALES, & qui oræ maritimæ præeſſent. *** Sic etiam ad alias cauſſas ſæpe extra ordinem Triumuiri, Quatuoruiri, Quinqueuiri fuerunt conſtituti. ****

* LIVIVS lib. IV. c. XII. *cœpere a fame mala, ſeu aduerſus annus frugibus fuit, ſeu dulcedine concionum & vrbis, deſerto agrorum cultu. nam vtrumque traditur. & Patres plebem deſidem, & tribuni plebis, nunc fraudem, nunc negligentiam conſulum accuſabant. Poſtremo perpulere plebeii, haud aduerſante ſenatu, vt L. Minucius præfectus*

Digitized by Google

*ctus annonæ crearetur:* L. 2. §. 33. π. de Or. I. *Præfectus annonæ, & vigilum non ſunt Magiſtratus: ſed extra ordinem vtilitatis cauſſa conſtituti ſunt.*

** LIVIVS lib. VII. c XXI. *inclinatis ſemel in concordiam animis, noui conſules fœnebrem quoque rem, quæ diſtinere vnanimos videbatur, leuare aggreſſi, ſolutionem alieni æris in publicam curam verterunt: quinqueuiris creatis, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt.* Dicti iſti fuerunt a menſa publice poſita, in qua pecunia dinumerabatur, prout ſtatim ſubiicit LIVIVS: *tarda enim nomina, & impeditiora inertia debitorum quam facultatibus, aut ærarium menſis cum ære in foro poſitis, diſſoluit, vt populo prius caueretur: aut æſtimatio æquis rerum pretiis liberauit: vt non modo ſine iniuria, ſed etiam ſine querimoniis partis vtriusque, exhauſta vis ingens æris alieni ſit. Diſtincti autem erant ab argentariis qui pecuniam priuatam curabant.*

*** LIVIVS lib. IX. c. XXX. *alterum, vt duumuiros nauales claſſis ornandæ reficiendæque cauſſa idem populus iuberet. lator huius Plebiſciti fuit Decius tribunus plebis.* lib. XL. c. XVIII. *nec rei naualis cura omiſſa. duumuiros in eam rem conſules creare iuſſi, per quos naues viginti deductæ naualibus sociis ciuibus Romanis qui ſeruitutem ſeruiſſent, complerentur; ingenui tantum vt iis præeſſent. Inter duumuiros ita diuiſa tuenda denis nauibus maritima ora, vt promontorium iis Mineruæ, velut cardo, in medio eſſet: alter in dextram partem vsque ad Maſſiliam, læuam alter vsque ad Barium tueretur.* & c. XXVI. *Duumuiri nauales creati, C. Matienus, & C. Lucretius, nauesque iis ornatæ ſunt; cuius ad Gallicum ſinum prouincia erat, imperatum, vt claſſem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram: ſi quo vſui eſſe L. Aemilio, atque eius exercitui poſſet.*

**** Sic LIVIVS lib. XXV. c. V. *ſenatus abſiſtere eos incepto vetuit, & triumviros binos creari iuſſit alteros, qui citra, alteros qui vltra quinquageſimum lapidem in pagis foriſque, & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent: & ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites facerent* & c. VII. *Comitia deinde a prætore vrbano de ſenatus ſententia plebisque ſcitu ſunt habita: quibus creati ſunt quinqueuiri muris turribusque reficiendis: & triumviri bini; vni ſacris conquirendis, donisque perſignandis; alteri reficiendis ædibus Fortunæ & matris Matutæ intra portam Carmentalem ſed & Spei extra portam, quæ priore anno incendio conſumptæ fuerant.*

## §. XXXI.

A Magiſtratibus pergimus ad Ciues & ſubditos Romanorum. Horum vero Iura erant diuerſa. Vrbs enim Roma continebat vel Ciues, vel in fœdere ſuo Latii & Italiæ populos, vel in poteſtate ſua Prouincias, Municipia, Colonias & Præfecturas. Exinde diverſa Iura fuerunt orta, vt aliud, & quidem præſtantiſſimum eſſet *Ius Ciuitatis*, & quod huic ſubordinatum *Ius Quiritium, Municipiorum* etiam, *Coloniarum* & *Præfecturarum.* Proximum erat *Ius Latii*, cui prope accedebat *Ius Italicum.* Vltimum erat *Ius Prouinciale.* * *Iura Ciuium Romanorum.*

* Prout enim exteræ vrbes populique ſenſim pacto vel armis in poteſtatem populi Romani venirent, ipſis conditiones fuerunt conceſſæ, de quo CICERO pro Balbo c. XII. *cum vero, vt quæ* (ciuitas) *nobiſcum maxime ſocietate, amicitia, ſponſione, pactione, fœdere coniuncta eſt, ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, ciui-*

*tatis, continere videtur.* Hæc Romanorum Iura plures examinarunt. PAVLVS MANVTIVS *de Ciuitate Romana* confuſius hæc Iura exponit. Plenius vero atque accuratius CAROLVS SIGONIVS *de antiquo Iure Ciuium Romanorum*, *Iure Latii*, *& Iure Prouinciarum*, de quo in Prolegomenis dictum. Extant in Græuii Tomo primo.

## §. XXXII.

*Ius Ciuitatis.*

Præcipuum inter hæc, IVS CIVITATIS, quod natiuitate, manumiſſione, vel ſpeciali priuilegio adquirebatur. * Conſtabat illud in Iure gentilitatis, ** ſacrorum *** connubiorum, **** cenſus, ***** hæreditatis & legitimi dominii ****** teſtamentorum, patriæ poteſtatis, ******* adoptionum, † tutelarum †† atque honorum. ††† Vltimis Reipublicæ temporibus, Lege Iulia ciuitas Latinis & ſociis ſenſim & diuerſo iure dari cœpit. †††† Poſteriori tempore cum liberti frequentius ciuitate donarentur, ortum

*Ius Quiritium.*

fuit IVS QVIRITIVM. Liberti enim tum temporis, ſi ciuitate donarentur, ius quidem ſuffragii in cenſu ac tribu adipiſcebantur, a reliquis tamen patriæ poteſtatis, Teſtamenti, gentilitatis, connubiorum erant excluſi. Ius Quiritium autem omnia Iura Ciuium Romanorum complectebatur. Latini itaque cum Iure Quiritium plena Ciuitatis Iura adipiſcebantur. Libertis autem tantum Romanis concedebatur Ius Quiritium, peregrinis Ius Latinitatis, ††††† quæ demum Libertas Latina per Iuſtinianum Imp. fuit ſublata. †††††† Amittebatur Ius Ciuitatis mutatione, ſi ſcilicet in aliam ciuitatem fuiſſent recepti, ††††††† vel maxima & media capitis diminutione. ††††††††

* Dicebantur hi vltimi ciuitate donari, ſecundum CICERONEM *pro Balbo c. III.* Qui vero Ius Ciuitatis natiuitate fuerant adepti, dicebantur Ciues pleni, quia ex Ciue Romano & ciue Romana nati, plena iura Ciuitatis nanciſcebantur.

** CICERO de Oratore lib. I. c. XXXVIII. *quid, qua de re inter Marcellos; & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem, gente ad ſe rediiſſe dicerent, nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum? Hanc autem gentilitatem ſibi ſoli primum tribuebant patricii, quæ tamen poſtmodum cum plebeiis etiam fuit communicata,* de quo P. Decius Mus apud LIVIVM lib. X. c. VIII. *En Semper iſta audita ſunt eadem, penes vos auſpicia eſſe, vos ſolos gentem habere, vos ſolos iuſtum imperium & auſpicium domi militiaque. Aeque adhuc proſperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit. En vmquam ſando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſint: id eſt, nihil vltra quam ingenuos? Conſulem iam patrem ciere posſum, auumque iam poterit filius meus. Quando enim quis in numerum Ciuium recipiebatur gens ipſius inter plebeias locum habebat, niſi, vel a regibus vel populi iuſſu inter patricias fuiſſet recepta.* Sic Canuleius Tribunus plebis apud eundem lib. IV. c. IV. *hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram, quam plerique oriundi ex Albanis*

Digitized by Google

*Albanis & Sabinis; non genere, nec ſanguine, ſed per cooptationem in Patres habetis aut ab regibus lecti, aut poſt reges exactos iuſſu populi* & c. III. *Claudiam certe gentem, poſt reges exactos, ex Sabinis non in ciuitatem modo accepimus, ſed etiam in patriciorum numerum?* Idem confirmat DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 208. SVETONIVS in vita Auguſti ſub initium *ea gens a Tarquinio Priſco rege, inter Romanas gentes allecta, in ſenatum mox a Ser. Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit: ac rurſus magno interuallo per D. Iulium in patriciatum rediit.* CICERO de Cl. Or. c. XV. *ad plebem tranſitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus; vt, ſi ego me a M. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Seruio Sulpicio conſule, anno X. poſt exactos Reges fuit.* Diſtinctæ autem apud Romanos Gentes erant a familiis. Sic diſtinguit CICERO c. l. *funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſeruabant ad vſum, ſi quis eiusdem generis occidiſſet* LIVIVS lib. XXXVIII. c. LVIII. *P. Scipio Naſica tribunos appellauit: orationemque habuit plenam veris decoribus; non communiter modo Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ.* SVETONIVS Galba princ. *imagines & elogia vniuerſi generis exſequi longum eſt: familiæ breuiter attingam.* Gens autem atque genus ſæpius pro vno eodemque habentur, prout apud PAPINIANVM l. I. π. de Probationibus: *quotiens quæreretur genus vel gentem quis haberet, necne, eum probare oportet.* Gentem autem FESTVS definit, eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Hæc optime explicat ONVPHRIVS PANVINIVS *de Nominibus Romanorum* apud Græuium Tomo II. Antiquit. Rom p. 1998. *inter gentem & familiam illud intereſt, quod gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere videtur, hæc quodammodo partem. Exempli gratia Valerii omnes vnius eſſe gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes: at vero partes gentis huius ſunt plures, quæ ex cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eaque familiæ nominantur, vt in gente Valeria Maximi vel Meſſalæ, Flacci, Leuini, Faltones, Poplicolæ, Potiti. In Cornelia Celſi, Maluginenſes, Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ. In Fabia Ambuſti, Maximi, Buteones, Pictores, Dorſones, Licini, In Aemilia Mamercini, Lepidi, Paulli, Scauri, Barbulæ. itemque in ceteris. At vero Valerii omnes vnius ſunt gentis, itemque Fabii, Cornelii, atque Aemilii.* Scilicet, prout hodie Sereniſſima gens Saxonica plures ſub ſe comprehendit familias, Vinarienſem, Gothanam, Iſenacenſem, Meinungenſem, Hildburghuſenſem, Salfeldenſem, ſic gens Cornelia familiam Caſſiorum, Scipionum, Lentulorum. Syllarum, Cinnarum, Dolabellarum, Maluginenſium in ſe comprehendebat. Patet hoc ex SVETONII Nerone ſub initium: *ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Caluinorum & Aenobarborum.* Familia igitur diſtinctam quandam lineam ex vna gente denotabat. Huc facit VLPIANVS l. 195. §. 2. de V. S. *familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ, vt puta patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vt puta nepotes & neptes, & deinceps.* Et paullo poſt: *Communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etſi, patrefamilias mortuo, ſinguli ſingulas familias habent; tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, recte eiusdem familiæ appellabantur, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt.* Tria igitur Romanorum erant nomina, Prænomen, Nomen gentis, & Cognomen familiæ. vt P. Cornelius Scipio. *Publius* erat prænomen, *Cornelius* nomen gentis, *Scipio* cognomen

 fami-

familiæ, licet ſæpius gentis nomen omitteretur, vt *P. Scipio.* Quod ſi etiam gens apud Romanos eſſet, quæ in familias haud diſtincta, bina ſaltim erant nomina, cuius exempla nobis refert PLVTARCHVS *Mario ab initio:* Γαΐου Μαρίου τρίτον οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ὄνομα, καθάπερ οὐδὲ Κοΐντου Σερτωρίου τοῦ κατασχόντος Ἰβηρίαν, οὐδὲ Λευκίου Μομμίου τὸν Κόρινθον ἑλόντος, ὁ γὰρ Ἀχαϊκὸς τούτῳ γε τῆς πράξεως ἐπώνυμον γέγονεν, ὡς ὁ Ἀφρικανὸς Σκιπίωνι, καὶ ὁ Μακεδονικὸς Μετέλλῳ· ἐξ οὗ καὶ μάλιστα Ποσειδώνιος ἐλέγχειν οἴεται τοὺς τὸ τρίτον ὄνομα Ῥωμαίοις κύριον εἶναι νομίζοντας, οἷον τὸν Κάμιλλον, καὶ τὸν Μάρκελλον, καὶ τὸν Κάτωνα· γίνεσθαι γὰρ ἀνωνύμους τοὺς ἀπὸ μόνων τῶν δυοῖν προσαγορευομένους· λανθάνει δ' αὐτὸν ὅτι τούτῳ τῷ λόγῳ πάλιν αὐτὸς ἀνωνύμους ποιεῖται τὰς γυναῖκας· οὐδεμιᾷ γὰρ γυναικὶ τίθεται τῶν ὀνομάτων τὸ πρῶτον, ὅπερ οἴεται κυρίως ὄνομα Ῥωμαίοις ὑπάρχειν ὁ Ποσειδώνιος· τῶν δ' ἄλλων, τὸ μὲν κοινὸν, ἀπὸ συγγενείας, τοὺς Πομπηΐους, καὶ τοὺς Μαλλίους, καὶ τοὺς Κορνηλίους, ὥσπερ ἂν Ἡρακλείδας τις εἴποι καὶ Πελοπίδας) τὸ δ', προσηγορικὸν ἐξ ἐπιθέτου πρὸς τὰς φύσεις ἢ τὰς πράξεις, ἢ τὰ τοῦ σώματος εἴδη καὶ πάθη τίθεσθαι, τὸν Μακρῖνον. καὶ τὸν Τορκουάτον καὶ τὸν Σύλλαν, οἷόν ἐστιν ὁ Μνήμων, ἢ ὁ Γρυπὸς, καὶ ἢ ὁ Καλλίνικος, εἰς μὲν οὖν ταῦτα πολλὰς δίδωσιν ἐπιχειρήσεις ἡ τῆς συνηθείας ἀνωμαλία *C. Marii non extat tertium nomen, ſicut nec Q. Sertorii, qui Hiſpaniam tenuit, nec L. Mommii, qui expugnauit Corinthum. Nam Achaicus ei cognomen ex rebus geſtis partum eſt, vt Africanus Scipioni & Macedonicus Metello. Quo potiſſimum conuincere Poſidonius arbitratur ſe illos, qui nomen Romanorum cenſent tertium proprium eſſe, velut Camillum, Marcellum, Catonem. quippe ſic nomine caruiſſe eos, quibus duo duntaxat nomina fuere. Caterum fallit eum, quod e diuerſo hac ratione fæminas ſpoliet nomine. Nulli enim primum nomen fœmina datum eſt, quod proprium Poſidonius Romanis exiſtimat. Reliquorum, alteri commune ex gente eſſe, Pompeios, Manlios, Cornelios, vt ſi Heraclidas dicas & Pelopidas, appellatiuum alterum ex appoſito, mutuatum a natura vel factis, vel a corporis figuris & vitiis, ceu Mucrinum, Torquatum, Syllam, cuiuſcemodi eſt Mnemon, vel Grypus, vel Callinicus. Caterum contra hac multas argumentationes prabeat conſuetudinis diuerſitas.* Qui igitur ex vna gente erant, dicebantur gentiles, qui ex vna familia, adgnati. Sic CICERO Topic. c. VI. *Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt. Non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. Ne id quidem ſatis eſt. Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. Abeſt etiam nunc. Qui capite non ſunt diminuti.* Idem inter vtrosque diſtinguit de Inuentione c. I. *Lex eſt, ſi furioſus eſt, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque eius poteſtas eſto. Et lex, Paterfamilias vti ſuper familia, pecuniaque ſua legauerit, ita ius eſto. Et lex, ſi paterfamilias inteſtato moritur, familia, pecuniaque eius agnatorum, gentiliumque eſto.* Facit huc totus Titulus Inſtit. *de legitima adgnatorum ſucceſſione.*

*** Qui enim ius ciuitatis habebat, particeps etiam reddebatur ſacrorum Romanorum. Hæc vel publica erant vel priuata. Publica cenſet Sex. Pompeius ea, quæ publico ſumptu pro populo fierent, quæque pro montibus, pagis, curiis & ſacellis; priuata, quæ pro ſingulis hominibus & familiis. Loquitur de his LIVIVS lib. V. c. LII.

c. LII. *equidem ſi nobis cum Vrbe ſimul poſita, traditaque per manus religiones nullæ eſſent; tamen tam euidens numen hac tempeſtate rebus affuit Romanis, Vt omnem negligentiam diuini cultus exemtam hominibus putem.* Habebant autem Romani ſacra ſua patria, atque curam quam maxime gerebant, ne peregrina ſacra introducerentur. LIVIVS lib. IV. c. XXX. *nec corpora modo affecta tabe, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa, inuaſit; nouos ritus ſacrificando, Vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi: donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit; cernentes in omnibus Vicis, ſacellisque peregrina atque inſolita piacula pacis Deûm expoſcenda. Datum inde negotium ædilibus, Vt animaduerterent, ne qui, niſi Romani Dii, neu quo alio more quam patrio, colerentur.* lib. XXV. c. I. *quo diutius trahebatur bellum, & Variabant ſecundæ aduerſæque res, non fortunam magis quam animos hominum; tanta religio, & ea magna ex parte externa, ciuitatem inceſſit, Vt aut homines, aut Dii repente alii Viderentur facti. nec iam in ſecreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus; ſed in publico etiam, ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec ſacrificantium nec precantium Deos patrio more. Sacrificuli ac Vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit ruſtica plebs, ex incultis diutino bello infeſtisque agris egeſtate & metu in Vrbem compulſa, & quæſtus ex conceſſæ artis Vſu exercebant. Primo ſecretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam, & ad publicam querimoniam exceſſit res. Incuſati grauiter ab ſenatu ædiles triumuirique capitales, quod non prohiberent, quum emouere eam multitudinem e foro, ac disiicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haut procul afuit quin Violarentur.* De gentilitiis LIVIVS lib. V. c. LII. *an gentilicia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet.* De his MACROBIVS Saturn. I. c. XVI. *ſunt præterea feriæ propriæ familiarum; Vt familiæ Claudiæ Vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ ſiue Corneliæ: & ſi quas ferias proprias quæque familia ex Vſu domeſticæ celebritatis obſeruat.*

**** In duabus enim poſtremis legum tabulis inſertum erat, ne patriciis cum plebeiis Romæ connubium eſſet, ſecundum DIONYSIVM HALICARNASSENSEM *lib. X. extr.* hac addita ratione, ne per mutua familiarum connubia atque affinitates coaleſceret inter Ordines concordia. Verum Canuleius, Tribunus plebis A. V. C. CCCX. facta rogatione apud LIVIVM *lib. IV. c. III.* ita Senatum adloquitur: *altera connubium petimus, quod finitimis, externisque dari ſolet. nos quidem ciuitatem, quæ plusquam connubium eſt, hoſtibus etiam Victis, dedimus.* & c. IV. *hoc ipſum, ne connubium patribus cum plebe eſſet, non decemuiri tulerunt paucis his annis peſſimo exemplo publico, cum ſumma iniuria plebis? An eſſe Vlla maior aut inſignior contumelia poteſt, quam partem ciuitatis Velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid eſt aliud, quam exſilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? ne affinitatibus ne propinquitatibus immiſceamur, cauent; ne ſocietur ſanguis.* Hinc conſenſere patres in hæc connubia c. VI. *nec ante finis contentionum fuit, (quum & tribunum acerrimum auctorem plebs nacta eſſet: & ipſa cum eo pertinacia certaret) quam conuicti tandem Patres, Vt de connubio ferretur, conſenſere.* Alias iuſtas nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt. Secundum §. I. *Inſtit. de nuptiis.* Hunc paragraphum VLPIANVS *Tit. V. §. 4.* tali modo explicat: *Connubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita ſi conceſſum.* Scilicet, ſaltim inter ciues Romanos connubium erat, niſi ſpeciatim Latii populis fuiſſe

con-

Digitized by Google

conceſſum. Patet hoc ex LIVIO lib. IX. c. XLIV. *Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam ciuitatem, ſua leges reddita: connubiumque inter ipſos, quod aliquamdiu Hernicorum ſoli habuerunt, permiſſum Anagninis, quique arma Romanis intulerunt, ciuitas ſine ſuffragii latione data: concilia, connubiaque adempta: & Magiſtratibus praterquam ſacrorum curatione interdictum.* Quibuſdam tamen hoc connubii ius non conceſſum, prout CICERO nos docet Topicis c. IV. *ſi mulier cum fuiſſet nupta cum eo, quocum connubium non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet.*

***** CICERO pro Archia c. VI. *cenſus non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui ſit cenſus, ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue.*

****** Sic VARRO II. de Re Ruſt. c. X. *in emptionibus, ſex fere res dominum legitimum perficiunt, ſi hereditatem iuſtam adiit; ſi, vt debuit, ab eo accepit; a quo iure ciuili potuit; aut ſi in iure ceſſit, qui potuit cedere, & id vbi oportuit. aut ſi vſu cepit. aut ſi e prada ſub corona emit; tumue cum in bonis, ſectioneue cuius publice venit. Iuſta enim erat hereditas, qua ad ſolos ciues Rom. iure ciuili perueniri poterat.* Etenim qui ciues Rom. non erant, nec teſtamentum facere, nec teſtamento teſtes intereſſe, neque ex teſtamento quicquam capere poterant, prout SIGONIVS innuit: *de antiquo Iure Ciuium Rom. lib. I. c. XI.* Facit huc CICERO Topic. c. II. *Ius Ciuile*, dicit, *eſt aquitas conſtituta iis, qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas.* Clarius VLPIANVS Tit. XX. §. 14. *Latinus Iunianus, item is, qui Dedititiorum numero eſt, teſtamentum facere non poteſt. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus eſt. is autem qui Dedititiorum numero eſt, quoniam nec quaſi ciuis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus, nec quaſi peregrinus quoniam nullius certa ciuitatis, ſciens vt aduerſus leges ciuitatis ſuateſtetur.* Idem confirmatur Tit. XXII. §. 1. 2. 3. *heredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt, Latinus Iunianus, ſi quidem mortis teſtatoris tempore, vel intra diem cretionis ciuis Romanus ſit, heres eſſe poteſt: quod ſi Latinus manſerit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur.* Facit huc Titulus Codicis *de dedititiis libertis.* Confirmatur hoc l. 1. pr. ff. de ad L. Falcidiam *Quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare, legare vellet, ius poteſtasque eſto.* Quod ſi tamen quis vſum togæ accepiſſet, ciuis Romanus etiam hæres fieri poterat, ſecundum l. 31. ff. de Iure Fiſci. *Diuus Commodus reſcripſit, obſidum bona, ſicut captiuorum, omnimodo in fiſcum eſſe cogenda.* l. 32. *ſed ſi accepto vſu toga Romana, vt ciues Romani ſemper egerint, Diui fratres procuratoribus hereditatum reſcripſerunt ſine dubitatione ius eorum ab obſidis conditione ſeparatum eſſe beneficio principali: ideoque idem ius eis ſeruandum quod habent, ſi a legitimis ciuibus Romanis heredes inſtituti fuiſſent.* Quare CICERO pro Archia c. VI. huius ius ciuitatis defendit, eo quod *teſtamentum ſape fecit noſtris legibus, & adiit hereditates ciuium R. & in beneficiis ad ararium delatum eſt a L. Lucullo pratore & conſule.* Hinc etiam Aebutius Cæcinæ obiiciebat, ipſum Cæſenniæ hæredem eſſe non poſſe, qui Volaterranus ſit, quibus Sylla ciuitatem ademerit, cui CICERO *pro Cæcina c. XXXV.* reſpondit: *deinde quod Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum nexa, atque hereditates, iubet enim eodem iure eſſe quo fuerint Ariminenſes: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuiſſe, & a populo Ro. hereditates capere potuiſſe.*

******* §. 2.

******* §. 2. I. de Patria poteſtate. *ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum: nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.* Hanc autem in liberos patriam poteſtatem firmauit Romulus, teſte DIONYSIO HALICARNASSENSI *lib. II. p.* 96.

† Hunc adoptionis Romanæ morem probe refert GELLIVS lib. V. c. XIX. *quum in alienam familiam inque liberorum locum, extranei ſumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum. quod per prætorem fit; adoptatio dicitur: quod per populum; arrogatio. Adoptantur autem, quum a parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure ceduntur; atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ii, qui, quum ſui iuris ſunt, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt: eiusque rei ipſi actores fiunt. ſed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur. nam comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur: ætasque eius, qui arrogare vult, an liberis potius gignundis idonea ſit, bonaque eius qui arrogatur ne inſidioſe appetita ſint, conſideratur: iusque iurandum a Q. Mucio pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur.*

†† Hanc ciuium Romanorum propriam eſſe, docet nos VLPIANVS Tit. XX. §. 16. *Teſtamento tutores dari poſſunt hi, cum quibus teſtamenti faciendi ius eſt, præter Latinum Iunianum. Nam Latinus habet quidem teſtamenti factionem, ſed tamen tutor dari non poteſt; id enim lex Iunia prohibet.* Idem dicit PAVLVS *lib.* 21. *π. de Teſtam. Tutela.*

††† Honores enim, non niſi Ciuibus Romanis patebant, & qui ciuitate priuati, honorum etiam inſignia perdebant. Patet hoc exemplo M. Perpernæ apud VALERIVM MAXIMVM *lib. III. c. IV. n.* 5. dum ait: *non paruus conſulatus rubor M. Perpernæ, vtpote qui conſul antequam ciuis; ſed in bello gerendo vtilior aliquanto reipubl. Varrone imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit, Craſſianæque ſtragis punitor extitit. Cum interim cuius vita triumphauit, mors Papia lege damnata eſt. Namque patrem illius, nihil ad ſe pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitum, redire in priſtinas ſedes coëgerunt. Ita M. Perpernæ nomen adumbratum, falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus eſt.* Eſt hæc iſta lex Papia, lata A. V. C. DCLXXXVIII. de qua DIO CASSIVS *lib. XXXVII. p.* 33. loquitur κἀν τούτῳ πάντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντες, πλὴν τῶν τὴν νῦν Ἰταλίαν οἰκούντων, ἐξέπεσον, Γαΐου τινὸς Παπίου δημάρχου γνώμῃ, ἐπειδὴ ἐπεπόλαζον, καὶ οὐκ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι σφίσιν εἶναι συνοικεῖν· *Interim omnes, qui Romæ commorabantur peregrini, exceptis iis, qui eam, quæ nunc vocatur Italia, incolunt, ciuitate pulſi ſunt: lata ad hoc lege a Caio quodam Papio tribuno plebis, qui eos per vrbem vagari cernens, non idoneos eſſe iudicabat, qui cum Romanis habitarent.* Eſt hæc iſta lex Papia, cuius CICERO facit mentionem, de Officiis lib. III. cap. XI. *male etiam qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosque exterminant, vt Pennus apud patres noſtros, Papius nuper. Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit rectum eſt non licere: quam tulerunt legem ſapientiſſimi conſules, Craſſus & Scæuola: vſu vero vrbis prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt.*

†††† CICERO pro Balbo c. VIII. *Tulit apud maiores noſtros legem C. Furius de teſtamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure ſunt latæ, quas Latini voluerunt, aſciuerunt. Ipſa denique Iulia, qua lege ciuitas eſt ſociis & latinis data.* GELLIVS lib. IV. c. IV. *hoc ius ſponſaliorum obſerna-*

*tum dicit Seruius ad id tempus, qua ciuitas vniuerſo Latio lege Iulia data eſt.* Factum hoc poſt compoſitum bellum Sociale ſiue Marſicum, circa A. V. C. DCLXV. de quo LIVIVS epit. lib. LXXX. *Dicta fuit Lex Iulia, quia a L. Iulio Caſare Conſule lata.* Et quidem ſolus eam Cæſar ex SCto tulit, cum eius collega Rutilius in prœlio eſſet occiſus. Sancitum ea fuit, vt iis, qui bello Italico exorto, in fide manſerant, & iis, qui in amicitiam poſtea tranſiiſſent, ciuitas daretur. Ex eo patet, non vno tempore ſingulis Ciuitatibus ſtatim datam fuiſſe ciuitatem, id quod etiam VELLEIVS nos docet *lib. II. c. XVI.* dicens: *paullatim deinde recipiendo in ciuitatem, qui arma aut non ceperant aut depoſuerant maturius, vires refecta ſunt:* & mox: *Italico bello (quo quidem Romani victis afflictisque ipſi exarmati; quam integris vniuerſis ciuitatem dare maluerunt)* & c. XX. *itaque, cum ita ciuitas Italiæ data eſſet, vt in octo tribus contribuerentur noui ciues; ne potentia eorum & multitudo veterum ciuium dignitatem frangeret, plusque poſſent recepti in beneficium, quam auctores beneficii.* Hinc CICERO pro Balbo c. XII. *tum vero, vt quaque nobiſcum maxime ſocietate, amicitia, ſponſione, pactione, fœdere coniuncta eſt, ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis, continere videtur.* Plenius de hoc egit VINCENTIVS CONTARENVS *Variarum Lectionum libro cap. I.* vbi ſimul de belli ſocialis initio & auctoribus, deque anno & iure, quo Italicis populis Ciuitas fuit data, agit, & pugnantia inter ſe veterum Scriptorum loca conciliat. Idem quoque Ius eadem lege colonis, præfecturis & fœderatis ciuitatibus fuiſſe conceſſum, prolixe demonſtrat SIGONIVS *de Antiquo Iure Italiæ lib. III. cap. III.*

††††† Patet hæc differentia ex PLINII lib. X. ep. IV. *proximo anno, Domine, grauiſſima valetudine vsque ad periculum vitæ vexatus, iatralipten adſumſi: cuius ſollicitudini & ſtudio, tua tantum indulgentiæ beneficio referre gratiam poſſum. Quare rogo des ei ciuitatem Romanam. Eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus a peregrina. Vocatur ipſe Harpocras: patronam habuit Thermuthin Theonis, quæ iampridem defuncta eſt. Item rogo, des ius Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ, ornatiſſimæ fœminæ Heliæ & Antoniæ Harmeridi. Quod a te, petente patrona, peto.* & ep. VI. *rogo ergo, vt propinquis eius des ciuitatem, Chryſippo Mithridatis, vxorique Chryſippi Stratonicæ Epigoni, item liberis eiusdem Chryſippi Epigono & Mithridati, ita vt ſint in patris poteſtate, vtque iis in libertos ſeruetur ius patronorum. Item rogo, indulgeas ius Quiritium L. Satrio Abaſcantio, & P. Cæſio Phoſphoro, & Pancharia Soteridi. Quod a te, volentibus patronis, peto.* Sic Claudius Latino ius Quiritium conceſſit, ſecundum SVETONIVM *Claudio c. XIX.* VLPIANVS Tit. III. de Latinis §. 1. *Latini ius Quiritium conſequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, ædificio, piſtrino: præterea ex Senatusconſulto, veluti quæ ſit ter enixa.* §. 2. *Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, ſi ab imperatore ius Quiritium impetrauerit.* §. 3. *Liberis ius Quiritium conſequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumiſſionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum eſt, vt ſi ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit teſtatione interpoſita, quod liberorum quærendorum cauſſa vxorem duxerit, poſtea filio filiaue nato nataue, & anniculo facto, poſſit apud Prætorem vel Præſidem prouinciæ cauſſam probare & fieri ciuem Romanum tam ipſe, quam filius filiaue eius & vxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit: nam ſi vxor ciuis Romana ſit, partus quoque ciuis Romanus eſt, ex ſenatusconſulto, quod auctore Diuo Adriano factum eſt.* §. 4. *Iteratione fit ciuis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat, maior triginta annorum, iterum*

*iterum iuſte manumiſſus eſt ab eo, cuius ex iure Quiritium ſeruus fuit. Sed huic conceſſum eſt ex ſenatusconſulto, etiam liberis ius Quiritium conſequi.* §. 5. *Militia ius Quiritium accepit Latinus, ſi inter Vigiles Romæ ſex annis militauerit, ex lege Viſellia. Præterea ex ſenatusconſulto conceſſum eſt ei, vt ſi triennio inter Vigiles militauerit, ius Quiritium conſequatur.* §. 6. *Naue Latinus ciuitatem Romanam accipit, ſi non minorem quam decem millia modiorum nauem fabricauerit, & Romam ſex annis frumentum portauerit, ex edicto Diui Claudii.*

†††††† *L. vn. C. de latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa.*

††††††† Cicero pro Cæcina c. XXXIV. *nam, cum ex noſtro iure duarum ciuitatum nemo eſſe poſſit, tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is, qui profugit, receptus eſt in exſilium, hoc eſt, in aliam ciuitatem,* pro Balbo c. XII. *ſed nos non poſſumus & huius eſſe ciuitatis, & cuiuuis præterea.* Neceſſe tamen erat, vt qui ciuitatis ius amitteret, nomen in alia ciuitate dediſſet. pro domo c. XXIX. *vt nemo ciuis Romanus aut libertatem aut ciuitatem poſſit amittere, niſi ipſe auctor factus ſit.* Et paullo poſt: *ciuitatem vero nemo vmquam vllo populi iuſſu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant id autem vt eſſet faciendum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.*

†††††††† L. 11. π. de capite minutis *capitis deminutionis tria genera ſunt: maxima, media, minima: tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur, cum omnia hæc amittimus, hoc eſt libertatem, & ciuitatem, & familiam, maximam eſſe capitis deminutionem: cum vero amittimus ciuitatem, libertatem retinemus, mediam eſſe capitis deminutionem: cum & libertas, & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur, minimam eſſe capitis deminutionem conſtat.*

## §. XXXIII.

Singuli autem Ciues diſtributi erant in *Tribus, Curias* & *Centurias*, in quibus cenſerentur, & in Comitiis ferrent ſuffragia. * Ratione natiuitatis erant vel *Patritii*, vel *plebeii*, ** vel *ingenui*, vel *libertini*. *** Ratione ordinis vel *Senatores*, vel *Equeſtris Ordinis*, vel *de plebe*, **** inde quoque orti *Homines Noui*, qui primum curulem Magiſtratum naniſcebantur, indeque ſuam tantum in atrio domus imaginem ponere poterant, ***** *Nobiles*, qui Maiorum ſuorum imagines docere poſſent, ****** vel *ignobiles*, qui nec ipſi, nec maiores eorum Magiſtratus curules geſſerint, & hoc ius imaginum fuerant adepti. ******* Ratione partium ſtudii vel Optimates vel populares. † *Diſtinctio Ciuium Romanorum.*

* Vide ſupra §. *IV.*

** Vide ſupra §. *XIV.*

*** Liberi enim homines ſecundum Iuſtinianum §. I. de Iure Perſonarum *aut ſunt ingenui, aut libertini. Ingenuus eſt is, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt: ſiue ex* duobus



Digitized by Google

*duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo* pr. I. de Ingenuis. *Libertini vero ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt* pr. I. de Libertinis. Idem confirmatur *l.* 5. §. 2. & *l.* 6. *de ſtatu Hominum.* Sic etiam LIVIO lib. XLV. c. XV. *libertini dicuntur, qui ſeruitutem ſeruiſſent.* Poſtquam autem Appius Claudius ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinaſſet, ſecundum LIVIVM lib. IX. c. XLVI. *temporibus iſtis & deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos,* teſtatur SVETONIVS *Claudio c. XXIV.* & ISIDORVS *Originum lib. VIII. c. IV.* Neque tamen hanc libertinorum adpellationem diutius duraſſe, dum ex citatis locis, dum ex Seneca patet, qui ep. XXXV. fin. ſic loquitur: *quid eſt eques Romanus, aut libertinus, aut ſeruus* & QVINTILIANVS *lib. VII. c. III.* ſeruum, cum manumittitur, libertinum fieri dicit. Dicebantur autem libertini ratione ordinis ac conditionis, Liberti autem reſpectu habito ad patronos. Sic CICERO *lib. I. in Verrem c. XLVII.* Trebonium, hæredem feciſſe, libertum ſuum, ait: Et paullo poſt ſubiungit: *equiti Romano tam locupleti libertinus ſit homo hares.* In quatuor autem vrbanas tribus deſcripti erant libertini, præter eos, quibus filius quinquennio maior ex Senatusconſulto eſſet, ſecundum LIVIVM *lib. XLV. c. XV.* ex quo loco idem *lib. IX. fin.* poterit explicari, dum de Appio Claudio Cenſore ait; *omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, vrbanasque eas appellauit.* Verum, omnes demum in Tribum Eſquilinam fuerunt coniecti, ſecundum LIVIVM *lib. XLV. c. XV. poſtremo eo deſcenſum eſt, vt ex quatuor vrbanis tribubus vnam palam in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſeruitutem ſeruiſſent, conicerent. Aeſquilina ſors exiit; in ea Ti. Gracchus pronunciauit, libertinos omnes cenſeri placere.* Militiæ quoque Romanæ, vrgente neceſſitate, fuerunt adſcripti, ptout LIVIVS nos docet lib. X. c. XXI. *nec ingenui modo aut iuniores ſacramento adacti, ſed ſeniorum etiam cohortes facta, libertinique centuriati* & lib. XXII. c. XI. *magna vis hominum conſcripta Roma erat: libertini etiam, quibus liberi eſſent, & atas militaris, in verba iurauerunt.* Tandem vero etiam ordine militare cœperunt, ptout LIVIVS nos docet *epit. LXXIV.* Nullo tamen muneri publico admouebantur, niſi quod viatores, accenſi, & ſimilis generis fieri potuiſſent. CICERO lib. I. ad Q. Fratrem ep. I. *accenſus ſit eo etiam numero, quo eum maiores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris, non temere niſi libertis ſuis deferebat.* Nec horum filii in Senatum legebantur, prout CICERO docet *pro Cluentio c. XLVII. negat hoc Lentulus. nam Popilium, quod erat libertini filius, in ſenatum non legit. locum quidem ſenatorium ludis, & cetera ornamenta reliquit & eum omni ignominia liberat.* Nihilominus LIVIVS *lib. IX. c. XLVI.* ait: *Ap. Claudii cenſura vires nacta, qui ſenatum primum libertinorum filiis lectis inquinauerat.* C. Flauium intelligit, libertini filium qui in ſenatum fuerat lectus. Vid. ALDVS MANVTIVS *lib. I. de quaſitis per epiſtolas qu. VII.* Monarchiæ temporibus ſtatus libertinorum, horumque conditio triplici iure conſtabat, ſecundum §. 3. I. de Libertinis. *Libertinorum autem ſtatus tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo maiorem & iuſtam libertatem conſequebantur, & fiebant ciues Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem peſſima conditio iam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque noſtra pietas omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans,*

*duabus*

Digitized by Google

*duabus conſtitutionibus hoc emendauit; & in priſtinum ſtatum reduxit.* Ciues autem Romani ſecundum VLPIANVM Tit. I. §. 6. fiebant, qui vindicta, cenſu aut teſtamento, nullo iure impediente, manumiſſi ſunt. & ſecundum CAIVM Tit. I. §. 2. qui teſtamento, aut in Eccleſia aut ante Conſulem fuerint manumiſſi: atque hi Teſtamenta & facere & ex teſtamento hæredes eſſe poterant, ſecundum Eundem §. X. *Mediam conditionem adipiſcebantur Latini ex Lege Iunia Norbana, qui per epiſtolam aut inter amicos ius Latii tantum, quibus vtrumque hoc teſtamenti ius; patria poteſtatis, mancipii & tutelæ fuit negatum: priuilegia tamen libertorum ciuium, ſecunda dominorum manumiſſione, tali quæ ciuibus debetur, vel per ius Quiritium conſequi poterant.* Deditiitii ſecundum VLPIANVM §. 11. & CAIVM §. 4. adpellabantur, *qui poſt admiſſa crimina, ſupplicio ſubiecti, vel igne aut ferro nota impreſſa, ac dein quoquo modo manumiſſi fuere: atque horum peſſima erat conditio, dum nec teſtamentorum ius, nec Ciuitatis conſequi vnquam poterant.* Hos autem Iuſtinianus Imp. penitus ſuſtulit *l. vn. C. de dedititia libertate* & §. 3. *I. de Libertinis.* Latinorum quidem imaginem retinuit, inter ciues tamen eos haberi voluit Imp. *l. vn. C. de Latina libertate tollenda*, & cum primis Impp. temporibus libertini natalibus ſuis, conſentiente tamen patrono, reſtitui poterant, quo ipſo pro ingenuis habebantur *l. 3. π. de natalibus reſtituendis.* Omnem demum libertinitatem penitus ſuſtulit Iuſtinianus *Nov. LXXVIII.* qui ſeruos poſt manumiſſionem & ius annulorum aureorum & regenerationis ſ. natalium adipiſci & ipſo iure ingenuos eſſe voluit.

**** Vide ſupra *§. XIV.*

***** Qui enim Conſulatum, Præturam, aliumue Magiſtratum Curulem adeptus erat, ius ponendi imaginem ſuam in domus parte inſigniore adipiſcebatur. Sic POLYBIVS *lib. VI. p.* 689. τιθέασι τὴν εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰκίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες *imaginem defuncti in celeberrima ædium parte ponunt, lignea quadam ædicula circumtectam.* Vocabatur hoc Ius Imaginum. Sic CICERO, poſtquam ædilis factus, de ſe ipſo *in Verrem lib. V. c. XIV.* loquitur: *ob earum rerum laborem, & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam.* Impetrabatur igitur illud beneficio Senatus, atque moris erat, vt qui hoc impetraſſent, in Senatu publica oratione grates agerent, prout CICERO nos docet Agraria II. ab initio dicens: *etſi hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoque maiorum, vt ii, qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude coniungant.* Dicti igitur Homines Noui, qualis fuit Q. Pompeius, ſecundum CICERONEM *pro Murena c. XII.* & de Catone Maiore PLVTARCHVS *in vita ipſius ſub initium* εἰωθότων γὰρ τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἀπὸ γένους μὲν δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι᾽ αὑτῶν, καινοὺς προσαγορεύειν ἀνθρώπους, ὥσπερ καὶ τὸν Κάτωνα προσηγόρευον, αὐτὸς ἔλεγε καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἔργοις δὲ προγόνων καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος *quia vero ſolent Romani obſcuro genere ortos, qui incipiant actibus inclareſcere ſuis, nouos homines appellare, vt etiam appellabant Catonem, nouum ille ſe ad Magiſtratus & claritatem, ſed factis maiorum virtutibusque ferebat per eſſe vetuſtum.* Sic etiam LIVIVS *lib. XXII. c. XXXIV.* C. Terentium Varronem hominem vocat ſui generis,

& de Cn. Saturnino, pro Plancio c. VIII. quod primus ille non modo in eam familiam, ſed etiam in præfecturam illam ſellam curulem attuliſſet. Tales CICERONI *Philippica VI. c. VII.* vocantur homines a ſe orti, vel de Claris Oratoribus c. XXIV. homines per ſe cogniti, ſine vlla commendatione maiorum. Sic etiam ſe ipſum vocat. *Catil. I. c. XI.* & *pro Plancio c. XXVII. ego huc a me ortus, & per me nixus, aſcendi: iſtius egregia virtus adiuuabitur commendatione maiorum.* APPIANVS II. *B. Civ. p.* 710. nouum hominum καινὸν ſic interpretatur καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων γνωριζομένους *ſic enim vocare ſolent eos, qui non maiorum gloria, ſed ſuapte virtute inclaruerunt.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. CXXVIII. *nam & illi antiqui, ante primum bellum Punicum, abhinc annos CCC. T. Coruncanium, hominem nouum, cum aliis omnibus honoribus, tum pontificatu etiam maximo, ad principale extulere faſtigium; & equeſtri loco natum Sp. Caruilium, & mox M. Catonem, nouum etiam, Tuſculo, Vrbis inquilinum, Mummiumque Achaicum in conſulatus, cenſuras, & triumphos prouexere. &, qui C. Marium, ignotæ originis, vſque ad ſextum conſulatum ſine dubitatione Romani, nominis habuere principem; & qui M. Tullio tantum tribuere, vt pæne aſſentatione ſua, quibus vellet principatus conciliaret; quique nihil Aſinio Pollioni negauerunt, quod nobiliſſimis ſummo cum ſudore conſequendum foret; profecto hoc ſenſerunt, in cuiuscunque animo virtus ineſſet, ei plurimum eſſe tribuendum.*

****** Hinc Ancum Martium nobilem vna imagine Numæ vocat LIVIVS *lib. I. c. XXXII.* CICERO *in Piſonem* ſub initium: *irrepſiſti ad honores commendatione fumoſarum imaginum.* Dicebatur hoc *Titulus imaginum* apud LIVIVM *lib. X. c. VII. lib. XXI. c. XXXI.* & VALERIVM MAXIMVM *lib. IV. c. IV.* & *Senatoria Imagines* apud SVETONIVM *Auguſto c. IV.* & apud SENECAM ep. XLIV. *atrium plenum fumoſis imaginibus:* De his diſerte PLINIVS lib. XXXV. c. II. *expreſſi*, inquit, *cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.* Hanc imaginum nobilitatem acute ridet *Iuuenalis ſatyra I. ab initio.* Sic Maiorum imagines ſæpe diis fuiſſe adpenſas, docet nos THOMASINVS *de donariis c. VIII.* Primis quidem temporibus Nobilitas tantum patriciis competebat, qui ſimpliciter ſub nobilitatis nomine comprehendebantur apud LIVIVM *lib. VII. c. I.* qua notione etiam plebeiis opponuntur apud LIVIVM *lib. VI. c. vlt.* & *lib. IX. c. XLVI.* Verum, vna cum ipſis maioribus magiſtratibus ſimul nobilitas cum plebe communicabatur. LIVIVS *lib. VI. c. XXXVII. quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patricii excellant; imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipſis fruenda, maiora liberis relinquenda.* Hinc etiam primus plebeius Conſulatus hominis noui Conſulatus fuit dictus, apud LIVIVM *lib. VII. c. I.*

******* Talis gens ignobilis & obſcura olim Flauia, ſine vllis Maiorum imaginibus, ſecundum SVETONIVM *Veſpaſiano* c. I. Sic Veſpaſianum Galbæ imaginibus ceſſiſſe teſtatur TACITVS *II. Hiſtor. c. LXXVI.*

† CICERO *pro Sextio c. XLV. duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in Rep. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt. quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt, qui ea, quæ faciebant,*

bant,

*bant, quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe volebant, populares, qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur.* Vires autem diſſenſio nacta per cenſuram Appii Claudii; qui Senatum libertinorum filiis lectis inquinauerat. Vid. SIGONIVS *de antiquo Iure Ciuium Rom. lib. II. c. XX.*

## §. XXXIV.

Proximum Ciuitati IVS erat MVNICIPII. Municipes autem Ciues erant Romani ex municipiis, ſuo iure & Legibus ſuis vtentes, muneris tamen cum populo Romano honorarii participes, * a quo munere capeſſendo adpellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populi Romani lege adſtricti, ni populus eorum fundus factus, ſiue quibus vniuerſim, diuerſo licet Iure Ciuitas fuit data, ea conditione, vt aliis Ciuitas ſine ſuffragio, aliis cum eodem concederetur. Sic aliis connubium permiſſum, aliis connubia & concilia fuerunt adempta: aliis plane propriis magiſtratibus vti interdictum. ** Hinc etiam ad ſacra Romana minime admittebantur, ſed propria habebant, dicta Municipalia. *** Magiſtratus illorum proprii erant Dictatores, Aediles, Prætores & Duumviri, **** Senatusque conſtabat ex Decurionibus, ***** qui etiam de ſella curuli & tribunali pronuntiabant. ****** *Ius Municipii.*

* Verba hæc ſunt GELLII lib. XVI. c. XIII. *ſub munere autem honorario non dignitates & magiſtratus intelliguntur, ſed quod ciues Romani dicerentur, & in legione, tanquam ciues Romani, non vero in auxiliis, vt ſocii militarent.* Quare FESTVS: *Municeps eſt, vt ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominum munus functus eſt. Item qui in municipio a ſeruitute ſe liberauit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. At Ser. filius aiebat initio fuiſſe, qui ea conditione ciues Rom. fuiſſent, vt ſemper remp. ſeparatim a populo Rom. haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æque ciues Rom. erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant.*

** GELLIVS c. l. *primos autem municipes ſine ſuffragii iure Cærites eſſe factos accepimus: conceſſumque illis vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditisque. hinc tabulæ Cærites appellatæ, verſa vice, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſſa ſuffragiis priuabant.* FESTVS: *Municipium id genus hominum dicitur, qui, cum Romam veniſſent, neque ciues Rom. eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vna cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo; ſicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Rom. effecti ſunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venit; vt Aricini, Cærites, Anagnini. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, vti municipia eſſent ſua cuiusque ciuitatis, & coloniæ, vt Tiburtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani,*

*Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucenſes.* Patet hoc exemplo Lanuuinorum poſt bellum Latinum A. V. C. CCCCXVII. de quo LIVIUS lib. VIII. c. XIV. *Lanuuinis ciuitas data: ſacraque ſua reddita cum eo, vt ædes lucusque Soſpitæ Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo Romano eſſet. Aricini, Nomentanique, & Pedani, eodem iure, quo Lanuuini in ciuitatem accepti. Tuſculanis ſeruata ciuitas, quam habebant: crimenque rebellionis a publica fraude in paucos auctores verſum. In Veliternos, veteres ciues Romanos, quod toties rebellaſſent, grauiter ſæuitum: & muri deiecti, & ſenatus inde abductus: iuſſique trans Tiberim habitare: vt eius, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, vsque ad mille pondo clarigatio eſſet: nec priusquam ære perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis, ſpeciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium noua colonia miſſa, cum eo, vt Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent. naues inde longæ abactæ: interdictumque mari Antiati populo eſt, & ciuitas data. Tiburtes, Præneſtinique agro multati: neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis crimen, ſed quod, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam conſociaſſent. Ceteris Latinis populis connubia, commerciaque & concilia inter ſe ademerunt. Campanis, equitum, honoris cauſſa, qui cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundanisque, & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque ſemper fuiſſet via, ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanosque eiusdem iuris conditionisque cuius Capuam eſſe placuit* lib. VIII. c. XXI. *itaque & in ſenatu cauſſam obtinuere, & ex auctoritate Patrum latum ad populum eſt, vt Priuernatibus ciuitas daretur* lib. XXXVIII. c. XXXVI. *Campani, quum eos ex ſenatusconſulto, quod priore anno factum erat, cenſores Romæ cenſeri coëgiſſent (nam antea incertum fuerat, vbi cenſerentur) petierunt, vt ſibi ciues Romanas ducere vxores liceret; & ſi qui prius duxiſſent, vt habere eas; & ante eam diem nati, vt iſti ſibi liberi heredesque eſſent; vtraque res impetrata. De Formianis Fundanisque municipibus & Arpinatibus, C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgauit: vti iis ſuffragii latio (nam ante ſine ſuffragio habuerunt ciuitatem) eſſet. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate ſenatus ferebatur, quum intercederent, edocti, populi eſſe, non ſenatus ius, ſuffragium, quibus velit, impartiri; deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, vt in Aemilia tribu Formiani & Fundani; in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiſcito cenſi ſunt.* lib. IX. c. XLIII. *Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam ciuitatem, ſuæ leges redditæ: connubiumque inter ipſos, quod aliquandiu Hernicorum ſoli habuerunt, permiſſum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, ciuitas ſine ſuffragii latione data: concilia, connubiaque adempta: & Magiſtratibus, præterquam ſacrorum curatione interdictum.*

*** FESTVS: *Municipalia ſacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romam acceptam; quæ obſeruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo adſueſſent antiquitus.* Municipia Romana ordine exponit ONVPHRIVS PANVINIVS *imperio Romano c. XII.*

**** LIVIVS lib. III. c. XVIII. *L. Mamilius Tuſculi tum dictator erat.* CICERO *pro Milone* c. X. hunc vocat Dictatorem Lanuuinum. Sic de Hadriano SPARTIANVS *in vita c. VI.* quod per latina oppida Dictator & ædilis & Duumuir fuerit. Sic & de eodem, quod in Hetruria Prætorem egerit & in marmore apud GRVTERVM *f.* 124. *n.* 7. PRÆTORI. AEDILI. IVVIRO IN MVNICIPIO ALETRII. De Aedili in Municipio Arpi-

Arpinati CICERO XIII. ep. XI. *is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet.* CÆSAR lib. I. B. Civ. c. XXX. *Duumuiros municipiorum omnium imperat, vt naues conquirant, Brunduſiumque deducendas curent.* Videri poteſt GVIDO PANCIROLLVS ſingulari Tractatu *de Magiſtratibus Municipalibus*, qui Eiusdem Notitiæ Imperii eſt annexus. VAL. CHIMENTELLIVS *de Biſellio c. IV.*

****** De Præſidibus equidem Prouinciarum hoc certum eſt. l. 9. §. 2. ff. de pœnis: *poteſt & ita interdici cui, ne apud tribunal præſidis poſtulet.* Magiſtratus tamen æque in coloniis atque municipiis hoc iure fuiſſe vſos, docet nos SVETONIVS de claris Rhetoribus c. VI. *Caius Albutius Silus Nouarienſis, quum ædilitate in patria fungeretur, cum forte ius diceret, ab iis, contra quos pronuntiabat, pedibus e tribunali detractus eſt.*

## §. XXXV.

Sequebatur IVS COLONIARVM. Coloniæ ex Ciuitate Romana quaſi propagatæ ſunt, & iura inſtitutaque omnia Populi Romani, non ſui arbitrii habent. * Romulum iſtæ auctorem produnt, qui in agrum hoſtium deuictorum colonos mittere inſtituit. ** Sequenti tempore coloniis deducendis conſtituti Triumuiri & Quatuorviri, iidemque Comitiis Tributis deſignati, *** & quidem in certos annos eorum poteſtas fuit definita. **** Quod ſi igitur noua colonia deducenda, numerus colonorum definiebatur, vt iuſſi nomina dare, qui agros accipere vellent. ***** Exinde orta Lex Agraria, quæ Spurio Caſſio Cos. A. V. C. CCLXVIII. promulgata, nunquam deinde ſine maximis motibus fuit agitata. ****** Colonia per Duumuiros ſub vexillo ex vrbe ducebatur, qui & aratro vrbem agrumque circumſcribebant, ******* ſingulis colonis certa agri iugera adſignabant. ******** Ipſis Triumuiris copia, apparitores cum reliquo adparatu adſignabantur. ********* Diſtinguebantur autem Coloniæ, vt aliæ eſſent Latinæ, aliæ Ciuium Romanorum. † Illæ ius tantum Latii habebant, ideoque Ciues Romani, ſi in colonias latinas adſcripti, ius Ciuitatis amittebant. †† Hæ autem iura quidem Ciuium Romanorum habebant, ſed priuata tantum, nec cenſus, nec ſuffragii iura. Belli tempore milites ex formula dare tenebantur. ††† Ordinabantur autem eorum dum ſacra, dum ciuilia per Curatores Agrarios, qui illis Decuriones, Augures & Pontifices conſtituebant. †††† Cenſus quoque per iuratos cenſores ex formula in coloniis agebatur. ††††† Senatum in coloniis conſtituebant Decuriones. †††††† Ex horum ordine ſumebantur Magiſtratus, quales erant Duumuiri, vel Quatuoruiri vel Seuiri, qui alternis vicibus regebant, ††††††† & iuri dicundo *Ius Coloniarum.*

 præ-

præerant. Prætores etiam Aediles & Quæſtores Magiſtratus eorundem erant proprii. †††††††† Legibus vtebantur Romanorum, licet & ſuo iure peculiari vſæ, a Triumuiris tamen lato. * Habebant iſtæ quoque ex illuſtribus Romanis ſuos Patronos, ex inſtituto Romuli, qui cauſſam illorum in Senatu agerent. **

* GELLIVS lib. XVI. c. XIII. *Sed coloniarum alia neceſſitudo eſt: non enim veniunt extrinſecus in ciuitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex ciuitate quaſi propagata ſunt: & iura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent. quæ tamen conditio, quum ſit magis obnoxia & minus libera: potior tamen & præſtabilior exiſtimabatur, propter amplitudinem, maieſtatemque populi Romani, cuius iſtæ coloniæ quaſi effigies paruæ, ſimulacraque eſſe quædam videntur: & ſimul quia obſcura oblitterataque ſunt municipiorum iura, quibus vti iam per innotitiam non queunt.* VELLEIVS lib. I. c. XIX. Colonias vocat ciuitates propagatas auctumque Romanum nomen communione iuris.

** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p.* 88. τρίτον ἦν ἔτι Ῥωμύλου πολίτευμα, ὃ πάντων μάλιστα τοὺς Ἕλληνας ἀσκεῖν ἔδει, κράτιστον ἁπάντων πολιτευμάτων ὑπάρχον, ὡς ἡ ἐμὴ δόξα φέρει, ὃ καὶ τῆς βεβαίου Ῥωμαίοις ἐλευθερίας ἦρξε, καὶ τῶν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀναγόντων οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν παρέσχε, τὸ μηκέτι κατασφάττειν ἡβηδὸν τὰς ἁλούσας πολέμῳ πόλεις, μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ γῆν αὐτῶν ἀνιέναι μηλόβοτον· ἀλλὰ κληρούχους ἐις αὐτὰς ἀποστέλλειν ἐπὶ μέρει τινὶ τῆς χώρας, καὶ ποιεῖν ἀποικίας Ῥωμαίων τὰς κρατηθείσας· ἐνίαις δὲ καὶ πολιτείας μεταδιδόναι *bis acceſſit tertium inſtitutum Romuli, quod maxime a Græci generis hominibus exerceri decuit, vt omnium longe præſtantiſſimum, & (vt mea fert opinio) libertatis Romanæ fundamentum firmiſſimum, atque ad futurum imperium momentum non minimum, quo videlicet puberes in bello captis vrbibus necari vetuit, aut ſub haſta venundari: ſicut nec agros eorum relinqui voluit compaſcuos; ſed in partem agri ſorte diuidendam colonos Romanos mitti; atque ita captas vrbes, ex hoſtibus colonias Romanorum fieri; nonnullas vero etiam in ius ciuitatis admitti.*

*** LIVIVS lib. IV. c. XI. *Triumuiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, T. Cloelius Siculus, M. Aebucius Elua. qui per minime populare miniſterium agro aſſignando ſociis, quem populus Romanus ſuum iudicaſſet, quum plebem offendiſſent, ne primoribus quidem Patrum ſatis accepti, quod nihil gratiæ cuiusquam dederant; vexationes, ad populum iam die dicta ab tribunis, colonis aſcripti remanendo in colonia, quem teſtem integritatis iuſtitiæque habebant, vitauere.* lib. VIII. c. XVI. *de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque ſenatusconſulto, vt duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, triumuiros coloniæ deducendæ, agroque diuidundo creauerunt Cæſonem Duilium, T. Quintium, M. Fabium.* lib. IX. c. XXVIII. *& Interamna & Caſinum vt deducerentur coloniæ, ſenatusconſultum factum eſt. ſed triumuiros creauere, ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes conſules, M. Valerius, P. Decius.* lib. X. c. XXI. *itaque placuit, vt duæ coloniæ circa Veſcinum & Falernum agrum deducerentur: vna ad oſtium Lirii fluuii, quæ Minturnæ appellata; altera in ſaltu Veſcino, Faler-*

*Falernum contingente agrum: Vbi Sinope dicitur Græca Vrbs fuiſſe; Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum eſt, Vt plebiſcito iuberetur P. Sempronius prætor triumuiros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui nomina darent, facile inueniebantur, quia in ſtationem ſe prope perpetuam infeſtæ regionis, non in agros mitti rebantur.* lib. XXXIV. c. LIII. *exitu huius anni Q. Aelius Tubero tribunus plebis ex ſenatusconſulto tulit ad plebem, plebesque ſciuit, Vt Latinæ duæ coloniæ, Vna in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur. His deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium eſſet.*

**** Patet hoc ex CICERONE de Lege Agraria II. c. XIII. *dat præterea poteſtatem Verbo prætoriam, re Vera regiam: definit in quinquennium, facit ſempiternam.*

***** LIVIVS lib. III. c. I. *Triumuiros agro dando creat T. Quintium, A. Virginium, P. Furium. iuſſi nomina dare, qui agrum accipere Vellent. Fecit ſtatim (Vt fit) faſtidium copia; adeoque pauci nomina dedere, Vt ad explendum numerum coloni Volſci adderentur: cætera multitudo poſcere Romæ agrum malle, quam alibi accipere.*

****** LIVIVS *lib. II. c. XLI.* PIGHIVS *Ann. Tom. I. p.* 101.

******* CICERO Philippica II. c. XL. *Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato, Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, Vt Vexillum Videres, & aratrum circumduceres: cuius quidem Vomere portam Capuæ pæne perſtrinxiſti, Vt florentis coloniæ territorium minueretur.* Hinc etiam aratrum colonias deſignabat prout VAILLANT *de nummis coloniarum p. I. p.* 5. nos docet, & colonus agens iugum boum, Symbolum erat coloniæ deductæ *p. I p.* 134. *p. II. p.* 28.

******** LIVIVS IV. c. XLVII. *& opportune ſenatus, prius quam, ab tribunis plebis agrariæ ſeditiones mentione illata de agro Lauicano diuidendo fierent, cenſuit frequens, Coloniam Lauicos deducendam. coloni ab Vrbe mille & quingenti miſſi bina iugera acceperunt.* lib. XXXVII. c. LVII. *eodem anno ante diem tertium Kalendas Ianuarias, Bononiam Latinam coloniam, ex Senatusconſulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triumuiri deduxerunt. tria millia hominum ſunt deducta, equitibus ſeptuagena iugera, cæteris colonis quinquagena ſunt data.* lib. VI. c. XXI. *ad quam militiam quo paratior plebes eſſet, quinque Viros Pomptino agro diuidendo, & triumuiros Nepete coloniæ deducendæ creauerunt.* APPIANVS *B. Ciu. lib. I. p.* 604. Ῥωμαῖοι τὴν Ἰταλίαν πολέμῳ κατὰ μέρη χειρούμενοι, γῆς μέρος ἐλάμβανον, καὶ πόλεις ἐνῴκιζον, ἢ ἐς τὰς πρότερον οὔσας κληρούχους ἀπὸ σφῶν κατέλεγον· καὶ τάδε μὲν ἀντὶ φρουρίων ἐπενόουν, τῆς δὲ γῆς τῆς δορυκτήτου σφίσιν ἑκάστοτε γιγνομένης, τὴν μὲν ἐξειργασμένην αὐτίκα τοῖς οἰκιζομένοις ἐπιδιῄρουν, ἢ ἐπίπρασκον, ἢ ἐξεμίσθουν· τὴν δ' ἀργὸν ἐκ τοῦ πολέμου τότε οὖσαν, ἣ δὴ καὶ μάλιστα ἐπλήθυεν, οὐκ ἄγοντές πω σχολὴν διαλαχεῖν, ἐπεκήρυττον ἐν τοσῷδε τοῖς ἐθέλουσιν ἐκπονεῖν, ἐπὶ τέλει τῶν ἐτησίων καρπῶν· δεκάτῃ μὲν τῶν σπειρομένων, πέμπτῃ δὲ τῶν φυτευομένων· *Mos erat Romanis, nunc hos, nunc illos Italiæ populos ſubiugando parte agri mulctare, in eumque colonias deducere. aut in iam ante condita oppida nouos colonos ſui generis aſcribere. Hæ coloniæ tanquam præſidia partis bello prouinciis imponebantur: in quibus quantum erat culti agri colonis diuidebatur, aut Vendebatur elocabaturue: quod Vero incultum ſupererat, Vt fere bellum ſequi ſolet Vaſtitas, quia ſub ſortem mittere non Vacabat, per præconem inuitatis aſſignabant*



Digitized by Google

*bant quibuscunque liberet colore, excepta ſibi tributi nomine in ſingulos annos ex arbuſtis prouentus parte quinta: frugum vero decima.* His autem agris aſſignandis conſtitutos quandoque fuiſſe Vuiros, VIIuiros, Xuiros CICERO nos docet dicens Agraria II. c. VII. *toties legibus Agrariis curatores conſtituti ſunt, triumuiri, quinqueuiri: decemuiri.*

********* CICERO Agraria II. c.XII. *Iubet auſpicii coloniarum deducendarum cauſa decemuiros habere pullarios. eodem iure, inquit, quo habuerunt tresuiri lege Sempronia. Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Sempronia? nec te ea lex ipſa commonet treis viros illos XXXV. tribuum ſuffragio eſſe creatos? Et, cum tu a Ti. Gracchi aquitate, ac pudore longiſſime remotus ſis: id quod diſſimillima ratione factum ſit, eodem iure putas eſſe oportere? Dat praterea poteſtatem verbo pratoriam, re vera regiam: definit in quinquennium, facit ſempiternam, tantis enim confirmat opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo modo poſſit. deinde ornat apparitoribus, ſcribis, librariis, praconibus, architectis: praterea mulis, tabernaculis, centuriis, ſuppellectili: ſumtum haurit ex aerario, ſuppeditat a ſociis: ianitores ex equeſtri loco ducentos in annos ſingulos, ſtipatores corporis conſtituit: eosdem miniſtros & ſatellites poteſtatis.*

† Diſerte hanc diſtinctionem videmus apud LIVIVM lib. XXXIV. c. XLII. *nouum ius eo anno a Ferentinatibus tentatum, vt Latini, qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, ciues Romani eſſent: Puteolos, Salernumque & Buxentum aſcripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id ſe pro ciuibus Romanis ferrent, ſenatus iudicauit, non eſſe eos ciues Romanos.* lib. XXXIX. c. LV. *illud agitabant, vt colonia Aquileia deduceretur. nec ſatis conſtabat, vtram Latinam, an ciuium Romanorum deduci placeret. poſtremo Latinam potius coloniam deducendam patres cenſuerunt. Triumuiri creati ſunt, P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina & Parma colonia Romanorum ciuium ſunt deducta bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum, ante Tuſcorum fuerat, octona iugera Parma, quina Mutina acceperunt. Deduxerunt triumuiri, M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, L. Quinctius Criſpinus. Et Saturnia colonia ciuium Romanorum in agrum Caletranum eſt deducta. Deduxerunt triumuiri, Q. Fabius Labeo, C. Africanus Stellio, Ti. Sempronius Gracchus, iugera in ſingulos data decem.* De Romanis etiam coloniis intelligendus eſſe videtrr CICERO pro Caecina c. XXXV. *deinde quod Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum nexa, atque hereditates: iubet enim eodem iure eſſe, quo fuerint Ariminenſes: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuiſſe, & a P. R. hereditates capere potuiſſe.* Prima autem extra Italiam colonia Carthago condita eſt, ſecundum VELLEIVM PATERCVLVM *lib. II. c. XV.* Quod ſi vero colonia in certum locum iam auſpicato deducta, noua eo duci non poterat, ſecundum CICERONEM Philippica II. c. XXXIX. *deduxiſti coloniam Caſilinum, quo Caeſar ante deduxerat. Conſuluiſti me per litteras de Capua tu quidem: ſed idem de Caſilino reſpondiſſem: poſſesne, vbi colonia eſſet, eo coloniam nouam iure deducere. Negaui, in eam Coloniam, qua eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos adſcribi poſſe reſcripſi.* Dicebatur hoc colonias veteres renouare. CICERO *Agraria II. c. XIII.* exemplum apud LIVIVM lib. XXXII. c. II. *& Narnienſium legatis, querentibus ad numerum ſibi colonos non eſſe, & immiſtos quosdam non ſui generis pro colonis ſe gerere, earum rerum cauſſa triumuiros creare L. Cornelius conſul iuſſus. Creati Pub. & Sex. Aelii (Paetis fuit ambobus cognomen,) & C. Cornelius Lentulus, quod Narnienſibus datum erat, vt colonorum numerus cogeretur, id Coſani petentes non impetrauerunt.*

†† CICE-

Digitized by Google

†† Cicero pro Cæcina c. XXXIII. *quemadmodum, ſi ciuitas adimi non poſſit, in colonias Latinas, ſæpe noſtri ciues profecti ſunt. Aut ſua voluntate aut legis multa profecti ſunt: quam multam ſi ſufferre voluiſſent, tum manere in ciuitate potuiſſent.*

††† Livivs lib. XXVII. c. X. *pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citauerunt legatos. quaſiueruntque ab iis, ecquid milites ex formula paratos haberent? pro duodeuiginti coloniis M. Sextilius Fregellanus reſpondit: & milites ex formula paratos eſſe: & ſi pluribus opus eſſet, plures daturos:* lib. XXIX. c. XV. *erectis exſpectatione Patribus, ſubiecerunt: colonias Latinas duodecim, quæ Q. Fabio & Quinto Fuluio conſulibus, abnuiſſent milites dare, eas annum iam ferme ſextum vacationem militiæ, quaſi honoris & beneficii cauſſa habere: quum interim boni, obedientesque ſocii pro fide atque obſequio, imperii Romani continuis omnium annorum delectibus exhauſti eſſent.* Quibusdam tamen vacationem conceſſam fuiſſe a militia docet nos Livivs lib. XXVII. c. XXXVIII. *itaque colonos etiam maritimos, qui ſacroſanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. quibus recuſantibus, edixere in diem certam, vt quo quisque iure vacationem haberet, ad ſenatum deferret. Ea die hi populi ad ſenatum venerunt: Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Anxuras, Minturnenſis, Sinueſſanus, & ab ſupero mari Senenſis. Quum vacationes ſuas quisque populus recitaret; nullius, quum in Italia hoſtis eſſet, præter Antiatem Oſtienſemque vacatio obſeruata eſt, & earum coloniarum iuniores iureiurando adacti, ſupra dies triginta non pernoctaturos ſe eſſe extra mœnia coloniæ ſuæ, donec hoſtis in Italia eſſet.*

†††† Cicero Agraria II. c. XXXV. *huc iſti decemuiri cum numerum colonorum ex lege Rulli deduxerint: centum decuriones, decem augures, ſex pontifices conſtituerint.*

††††† Livivs lib. XXIX. c. XV. *ſtipendium præterea iis coloniis in millia æris, aſſes ſingulos, imperari, exigique quotannis: cenſumque in iis coloniis agi ex formula ab Romanis cenſoribus data. dari autem placere eandem, quam populo Romano: deferrique Romam ab iuratis cenſoribus coloniarum, priusquam magiſtratu abirent.* Vide etiam ſupra *§. XXII.*

†††††† Sic cicero pro Sextio c. IV. coniungit colonos atque decuriones. svetonivs Auguſto c. XLVI. *excogitato genere ſuffragiorum quæ de magiſtratibus vrbicis decuriones colonici in ſua quisque colonia ferrent, & ſub diem comitiorum obſignata Romam mitterent.* De horum nomine l. 239. §. 5. de V. S. *Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit.* Adpellantur igitur *l. 33. C. de Decurionibus* ſuæ curiæ ſenatores Vid. t. t. *π. de Decurionibus* & *Nou. XXXVIII.* Dicebantur etiam Curiales a Curia *l. 21. & l. fin. C. de Decurionibus l. 42. C. Th. de Decurionibus* & Conſules *l. fin. C. Th. de Priuil. domus Auguſtæ l. 5. C. Th. de Principibus agentium in rebus* & ibi Gothofredus, eo quod non adlegarentur niſi pro certo modo facultatum, ſeu cenſus lege municipali. Patet hoc ex plinii *ep. XIX. lib. I.* vbi ad Romanum Firmum: *eſſe autem tibi centum millium cenſum ſatis indicat, quod apud nos decurio es.* Dicuntur etiam *l. 1. π. de decretis ab ordine faciendis* Poſſeſſores, eo quod prædia publica poſſiderent, ſecundum *l. 12. ſ. π. de Decur.* & ipſe eorum Conſeſſus: ordo. Hinc Poſſeſſores & Ordo cuiusque ciuitatis dicta *l. 1. de Decretis ab ordine faciendis* coniunguntur. Sic etiam vocantur principales *l. 189. C. Th. de Decur.* & *l. 40. C. Th. de Hæret.* & senatores coloniæ in Marmoribus vid. reinesi

*Syntagma Inſcript. Antiqu.* p. 132. Horum placitum vocabatur DECRETVM DECVRIONVM apud CICERONEM *pro Roſcio* c. IX. *& pro Sextio* c. IV. *recita, quaſo P. Sexti, quod decreuerint Capua decuriones* vid. PITISCVS *voce Decuriones.*

††††††† De Duumuiris *l.* 53. *C. de Decurionibus*, de Hadriano SPARTIANVS *in vita c. VI.* quod per latina oppida Dictator & Aedilis & Duumuir fuerit & *l.* 2. *C. Th. quemadm. mun. Civ. indicantur.* DVVMVIRALES qui Duumuiratu functi. Quatuoruiros etiam atque Seuiros fuiſſe conſtitutos ex Marmoribus docet REINESIVS *p.* 133. VALERIVS MAXIMVS *lib. IX. c. III. n.* 8. Principem Coloniæ Puteolanæ & Decuriones nominat. Hi vero Capuæ dicebantur Prætores. Sic enim CICERO Agraria II. c. XXXIV. *cum veniſſem Capuam, coloniam deductam L. Conſidio, & Sex. Satio (quemadmodum ipſi loquebantur) pratoribus: vt intelligatis, quantam locus ipſe afferat ſuperbiam: qua paucis diebus quibus illo colonia deducta fuit, perſpici, atque intelligi potuit. Nam primum id quod dixi, cum ceteris in coloniis duumuiri appellentur, hi ſe pratores adpellari volebant.* Hos autem Duumuiros etiam lictores cum bacillis ſaltim, non vero cum faſcibus anteiſſe, ex eodem loco diſcimus, niſi intra ciuitatis territorium, de quo l. 53. C. de Decurionibus. *Duumuirum impune non liceat extollere poteſtatem faſcium extra metas territorii propria ciuitatis.* Tantæ autem dignitatis hoc munus erat, vt etiam Nobiliſſimi Senatores illud ſuſciperent. Sic de Pompeio CICERO poſt reditum in Senatu c. XI. *qui in colonia nuper conſtituta* (Capua) *cum ipſe gereret magiſtratum.* SCIPIO GENTILIS equidem *lib. II. de Iurisdictione c. VI.* de Duumuiris ait: *Tribunal tamen non habuerunt, nec vnquam dicuntur tribunali praeſſe, nec iuri dicundo, quod eſt maiorum & legitimorum P. R. magiſtratuum proprium.* Adſtipulatur REINESIVS *ep. XXXI.* Verum, cum in Marmoribus apud Gruterum atque Reineſium IIViri Præfecti Iuri Dicundo ſæpius occurrunt, atque in Piſana Inſcriptione NEQVE DVVMVIRI, NEQVE PRÆFECTI ERANT, NEQVE QVISQVAM IVRI DICVNDO PRÆERAT, ex iisdem contrarium fuſe demonſtrauit NORISIVS *Cenotaph. Piſanis c. II.*

†††††††† Mentio talis fit *l.* 2. *C. ſi ſeruus aut libertus.* Hinc ædilis coloniæ Puteolanarum occurrit apud GRVTERVM *f.* 195. *n.* 9.

* In hoc enim Coloniæ & municipia differebant, vt hæc ſuo, iſtæ Romano iure vterentur, prout GELLIVS nos docet *lib. XVI. c. XIII.* LIVIVS lib. VI. c. XVII. *per eosdem dies Latinis & Hernicis, ſimul colonis Circeienſibus, & a Velitris purgantibus ſe Volſci criminę belli, captiuosque repetentibus, vt ſuis legibus in eos animaduerterent, triſtia reſponſa reddita.* Sic & CICERO Agraria II. c. XXXI. *Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt; ſuo iure, libertateque vtantur.* Harum Coloniarum tempore belli Punici II. LIVIVS *lib. XXVII. c. X.* triginta numerat. Singulas, quo tempore atque ordine fuerint factæ, enumerat CAROLVS SIGONIVS *de Antiquo Iure Italia lib. II. c. XX.* & ONVPHRIVS PANVINIVS *de Imperio Romano c. XI.* qui etiam pleraſque ex Inſcriptionibus illuſtrat.

** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p.* 85. οὐ μόνον δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τὸ δημοτικὸν ὑπὸ τῇ προστασίᾳ τῶν πατρικίων ἦν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποίκων αὐτῆς πόλεων, καὶ τῶν ἐπὶ συμμαχίᾳ καὶ φιλίᾳ προσελθουσῶν, καὶ τῶν ἐκ πολέμου κεκρατημένων ἑκάστη φύλακας εἶχε καὶ προστάτας οὓς ἐβούλετο Ῥωμαίων *non tantum in ipſa vrbe plebs ſub patriciorum erat patrocinio; ſed & coloniarum, & ſociarum atque amicarum ciuitatum & bello ſubactarum, ſuos quaque haberet tutores ac patro-*

*patronos, quoscunque vellet e Romanis.* CICERO pro Sylla c. XXI. *hunc patronum defenſorem, cuſtodem illius coloniæ, ſi in omni fortuna, atque omni honore incolumen habere non potuerunt; in hoc tamen caſu, quo afflictos iuuet, per vos tutari, conſeruareque cupiunt.*

## §. XXXVI.

*Ius Præfecturarum.*

Vltimum erat IVS PRÆFECTVRARVM. Præfecturæ autem dicebantur illæ vrbes Italiæ, quæ propriam quidem haberent Rem publicam, in quas tamen quotannis Præfecti mittebantur, qui Ius dicerent. Harum igitur conditio erat duriſſima, dum nec ſuo Iure, nec propriis Magiſtratibus vterentur, ſed ſub ditione erant Romanorum, licet hoc etiam diuerſo iure, pactisque diuerſis. * Hinc illæ Ciuitates, quæ ſæpius fidem fefelliſſent, vel alias pœna adficerentur, præfecturæ fuerunt factæ. **

* FESTVS: *præfectura ea adpellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſp. neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent, quarum genera fuerunt duo: alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor ſex virum pro populi ſuffragio creati erant in hæc oppida, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam, alterum in quas ibant quos Prætor vrbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, vt Fundos, Formias, Cære, Venafram, Alliſas, Priuernum, Anagniam, Fruſionem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.* Sic CICERO pro Sextio c. XIV. diſtinguit: *nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura.* LIVIVS lib. IX. c. XX. *pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Romano auctores. id audacter ſpondendo impetrauere, vt fœdus daretur: neque vt æquo tamen fœdere, ſed vt in ditione populi Romani eſſent.* FESTVS voce Præfectura: *populi ſuffragio creati ſunt, qui in præfecturas irent.*

** Prima Romanorum Præfectura collata, de qua LIVIVS *lib. I. c. XXXVIII.* HALICARNASSENSIS *lib. III. p.* 187. Potiſſimum vero exemplum in vrbe Capua, poſtquam Campani Annibali adhæſiſſent, de quo LIVIVS lib. XXVI. c. XVI. *Ceterum habitari tantum, tanquam vrbem, Capuam, frequentarique placuit: Corpus nullum ciuitatis nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore. præfectum ad iura reddenda a Roma quotannis miſſuros.* CICERO *Agraria II. c. XXXII. XXXIII.* Licet & poſtea huic vrbi conuentus conceſſus, patrono Cicerone, pro Sextio c. IV.

## §. XXXVII.

*Ius Latii.*

Alterum Ius præcipuum erat IVS LATII, iuri Ciuitatis proximum. * Poſtquam enim cum Latinis populis fœdus initum, ** qui exinde dicti fuerunt ſocii Latini nominis, multa illis tribuerunt priuilegia Romani, quæ ſub Iuris Latii nomine comprehendebantur. Cum hoc illis Ius ſuffragia ferendi in certa tribu, quam ſors dabat, concedebatur. *** Iſti quoque viritim ciues Romani fieri poterant, ſi Magiſtratum in Latinis coloniis geſſiſſent. **** Stipendiarii vero erant Romanorum, tributa conferebant, & belli tempore

pore milites ex formula dabant. ***** Demum Lege Iulia ciuitas ſociis & Latinis fuit data. ******

* Hinc DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VIII. p.* 540. Latinos dicit μετέχοντας τῆς ἰσοπολιτείας *participes iuris quod ciuitatem quaſi æquat.*

** LIVIVS lib. II. c. XXXIII. *Sp. Caſſio & Poſtumo Conſulibus cum Latinis populis ictum fœdus.* CICERO pro Balbo c. XXI. *cum Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Caſſio, Poſtumio Cominio, Coſſ. quis ignorat; quod quidem nuper in columna ænea meminimus poſt Roſtra inciſum, & perſcriptum fuiſſe.* Factum hoc A. V. C. CCLXI. Sæpius hoc quæſiuerunt populi Latini, de quo etiam Appius Claudius apud DIONYSIVM HALICARNASSENSEM *lib. VI. n.* 288. Λατίνων τριάκοντα πόλεις μετὰ πολλῆς εὐχῆς δέξαιντο ἂν τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶνας διὰ τὸ συγγενὲς ἐὰν ψηφίσησθε αὐταῖς ἰσοπολιτείαν μόνον, ἧς ἀεὶ διατελοῦσι δεόμενοι· *Latinis triginta populis propter cognitionem nihil optabilius poſſet contingere, quam vt pugnarent pro nobis: ſi modo decerneretis eis æquum ciuitatis ius, quod petere non deſinunt.*

*** Sic Hernicos atque Latinos ad ferenda ſuffragia fuiſſe euocatos, teſtatur DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VIII. p.* 540. LIVIVS *lib. XXV. c. III. teſtibus datis, Tribuni populum ſummouerunt; ſitellaque allata eſt, vt ſortirentur, vbi Latini ſuffragium ferrent.* Hinc nec iure Romanorum ciuili vtebantur, niſi populus fundus factus, nec publico.

**** APPIANVS II. B. Civ. p. 730. de Cæſare: Πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκίκει, ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον, ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται· τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον. *deinde Nouum Comum condidit ſub Alpibus donauitque iure Latii hoc eſt, vt qui annuum magiſtratum ibi geſſiſſet, haberet in Vrbe ius ciuium.* Sic etiam per Legem Seruiliam ius erat Latinis ciuitatis iura adſequi, in locum eius, qui eorum accuſatione damnatus repetundarum de qua CICERO *pro Balbo c. XXIV.*

***** LIVIVS lib. VIII. c. VIII. *ſcribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino delectu adiiciebatur.* lib. XLI. c. IX. *duæ legiones ciuium Romanorum conſcriptæ, & decem millia peditum cum equitibus quingentis ſociis nominis Latini imperata.* Sed Valerius apud LIVIVM lib. XXVI. c. XXIV. *iam inde a maioribus traditum morem, Romanis colendi ſocios, ex quibus alios in ciuitatem atque æquum ſecum ius accepiſſent, alios in ea fortuna haberent, vt ſocii eſſe quam ciues, mallent.*

****** Vide ſupra *§. XXXII.*

## §. XXXVIII.

*Populi fundi.*

Alii ex his dicebantur FVNDI facti. POPVLVS itaque FVNDVS factus is dicebatur, qui, cum Prætor Romanus aliquid iuſſiſſet, id adſciuiſſet, eademque Lex in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet. Certam Legem Romanam ciuilem adſciſcebat, vt iure, quod illa Lege conſtitutum, aut commodo eius & beneficio vteretur. *

* CICERO

* CICERO pro Balbo c. VIII. *ſed totum hoc, iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione, atque ſententia, vt cum iuſſiſſet P. R. aliquid: ſi id aſciuiſſent ſocii populi, ac Latini, & ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur: non vt de noſtro iure aliquid minueretur: ſed vt illi populi aut iure, eo quod a nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. Tulit apud maiores noſtros legem C. Furius de teſtamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure ſunt latæ. quas Latini voluerunt, aſciuerunt. ipſa denique Iulia, qua lege ciuitas eſt ſociis, & Latinis data, qui fundi populi facti non eſſent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heraclienſium, & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis ciuitatibus iuris ſui libertatem ciuitati anteferret. Poſtremo hæc vis eſt iſtius & iuris, & verbi, vt fundi populi, beneficio noſtro, non ſuo iure fiant. Cum aliquid pop. R. iuſſit, id ſi eſt eiusmodi, vt quibusdam populis, ſiue fœderatis, ſiue liberis, permittendum eſſe videatur, vt ſtatuant ipſi, non de noſtris, ſed de ſuis rebus, quo iure vti velint: tum vtrum fundi facti ſint, an non quærendum eſſe videatur. de noſtra vero rep. de noſtro imperio, de noſtris bellis, de victoria, de ſalute, fundos populos fieri noluerunt.* Fiebant itaque fundi beneficio Romanorum, iisdem ſcilicet permittentibus, non ſuo iure, neque alia populi Romani lege adſtricti, ni, in quam populus eorum fundus factus, ſecundum GELLIVM *lib. XVI. c. XIII.* Hac igitur, quam populus Latinus adſciuerat lege, tenebatur, vt & ipſe ex eadem ciuem Romanum poſſet accuſare, & coram Magiſtratu Romano cauſſam dicere. Neceſſe autem erat, vt ſi populus legem quandam adſciſceret, eandem ſubſcriberet, prout exemplo Legis Iuliæ patet apud CICERONEM *l. c.* & GELLIVM lib. XIX. c. VIII. *ſed hæc ego*, inquit, *non vt huius ſententiæ, legisque fundus, ſubſcriptorque fierem.* In eas autem Leges, quæ de Iure Ciuili latæ populi Latini fundi facti, non vero eas, quæ ad ius publicum pertinerent Romanorum. Et licet iſti ſaltim populi Latini qui Legem Iuliam aſciuiſſent, Ciuitatis ius eſſent nacti, non vero reliqui, hoc tamen de integro Populo intelligendum eſſe putat Cicero, non vero de ſingulis, qui etiam ex populo qui fundus non fuit factus, orti, ciuitate poterant donari, qua de cauſſa etiam Cicero L. Cornelium Balbum Gaditanum defendit. Illuſtrauit hanc materiam controverſia, quæ inter Trigam ICtorum Gallorum, ſub medium prioris ſeculi fuit orta. Fundus fuit PETRVS PITHOEVS, *qui de Libertate Eccleſiæ Gallicanæ c. VIII.* Reges Chriſtianiſſimos ſanctitatem Romanæ ſedis non vt dedititios aut fundos comiter conſeruare dixerat. Non adeo accurate hæc dicta putans NICOLAVS RIGALTIVS, obſeruationem ſuam de populis fundis, ad Fratres eruditione eximios, Petrum & Iacobum Puteanos dedit. Defenſionem Pithoei ſuſcepit ISMAEL BVLLIALDVS, & poſt eum HENRICVS VALESIVS, licet etiam hic in quibusdam a Bullialdo diſſentiat. Prodiere hæc ſcripta coniunctim *Diuione* 1656. 8. poſtea Tomo ſecundo Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani fuerunt inſerta. A populis fundis autem diverſi erant dedititii, quorum conditio erat peſſima, dum ſe, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina humanaque omnia in victoris poteſtatem dedunt, vt pro lubitu de iis diſponeret. Qualem deditionis formulam in vrbe Collatia videmus, apud LIVIVM *lib. I. c. XXXVIII.* Sic etiam princeps legationis Campanorum in Senatu Romano apud LIVIVM lib. VII. c. XXXI. *quandoquidem*, inquit, *noſtra tueri aduerſus vim atque iniuriam iuſta vi non vultis; veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, vrbemque Capuam, agros, delubra Deûm, diuina humana-*



Digitized by Google

*que omnia in veſtram, Patres Conſcripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dedititii veſtri paſſuri.* Sic LIVIVS lib. XXVI. c. XXXIII. *Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque pop. Rom. Fuluio proconſule, quaque vna ſecum dediderunt, agrum, vrbemque, diuina, humanaque, vtenſiliaque, ſiue quid aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites.*

## §. XXXIX.

*Ius Italicum*

Latii iure adhuc minus erat IVS ITALICVM, quod reliquis Italiæ populis extra Latium erat conceſſum, vt ſub ſpecie quadam iuris cenſum & tributa ab iisdem populis peterent. Neque tamen ſuffragiorum illis poteſtas erat, nec per Magiſtratus in coloniis geſtos fieri ciues poterant, cum in reliquis, Latinis eſſent pares. * Iis ante tempora Syllæ Ciuitas data, poſtea etiam ſuffragium. **

* Vid. SIGONIVS *de antiquo Iure Italiæ lib. I. c. XXI.* Enumerantur iſtæ *l. 1. 6. 7. 8. π. de Cenſibus.* Vid. IO. STRAVCHIVS *de Beryto.*

** LIVIVS epit. LXXX. *Italicis populis a Senatu ciuitas data eſt*, & epit. LXXXIV. *Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italiæ coloniisque obſides exigere vellet, vt fidem illorum contra Sullam obligaret, conſenſu Senatus prohibitus eſt. Nouis ciuibus Senatusconſulto ſuffragium datum eſt.*

## §. XL.

*Ius Prouinciarum.*

Vltimum, idemque duriſſimum erat IVS PROVINCIARVM. Prouinciæ autem erant Regiones late patentes, Romanis vel bello partæ, vel hæreditate, vel deditione. Iſtæ cenſum, vectigalia, tributa & reliqua onera præſtare tenebantur, * auxilia mittere, immo etiam ademptis Legibus propriis, Romanas & Leges & Magiſtratus accipere, miſſo in illas quotannis Proconſule vel Proprætore, qui prouinciæ præeſſent, & Quæſtore, qui vectigalia procuraret. ** Quandoque tamen ob merita in Populum Romanum, illis meliora iura conceſſere, vel vt ſuis Legibus vterentur, vel immunitatem haberent a tributis, latinitas quandoque, immo ciuitas concederetur. *** Iſtæ autem vel Conſulares erant, vel Prætoriæ, idque pro lubitu Senatus & pro ratione neceſſitatis, quas Conſules atque Prætores, poſtquam Magiſtratum iniuiſſent, inter ſe ſortiebantur vel comparabant. **** Primo quidem tempore ipſi Conſules atque Prætores prouincias adminiſtrabant, creſcente vero horum numero, annum in vrbe agebant, hoc peracto, tanquam Proconſules & Proprætores in prouincias ibant. ***** Imperium illorum erat annuum, niſi vrgente neceſſitate, belli maxime tempore, per legem Tributam prorogaretur. ****** Dabatur autem in prouincias profecturis imperium Lege Curiata, ******* Ornabantur etiam, dum

Digitized by Google

dum in prouincias mitterentur, tabernaculis & adparatu neceſſario. † Adiungebantur iisdem legati, vt eſſent pacis bellique curatores, conſilii bellici auctores, †† & miniſtri quidam minores. ††† Omnibus ſic rite præparatis, tunc vel ſua ſponte, vel ex SCto, votis in Capitolio rite nuncupatis, ab vrbe proficiſcebantur. †††† Poteſtas illorum vel ciuilis erat, in ordinando ſtatu & iurisdictione, vel militaris. ††††† Finito autem tempore, vel annuo, vel prorogato, licitum erat vel de prouinciis diſcedere, & Quæſtorem vel legatum cum imperio relinquere, †††††† vel absque prorogatione, vsque dum ex SCto ſucceſſum eſſet, prouinciam obtinere, atque tum ſucceſſori obuiam prodire & prouinciam atque exercitum tradere tenebantur. Deinde triginta dies ad decedendum lege Cornelia conceſſi. * Reuerſi ex prouinciis, acceptis togis, quæ ad portas præſto erant, ſaga reiiciebant, atque priuati vrbem ingrediebantur, ** vel ad vrbem manentes, res geſtas, in Senatu, extra vrbem dato, exponebant, & ſi victoriam inſignem adepti, vt ſibi triumphantibus vrbem inuehi liceret, petebant. *** Altero poſt introitum die, rationes referre tenebantur ad ærarium. **** Quod ſi pecuniam publicam interuertiſſent, peculatus, vel ſi prouinciam hoſti prodidiſſent, aut vltro exercitum ex prouincia eduxiſſent, maieſtatis, vel ſi ſe in hoſtes crudeliter aut auare geſſiſſent, repetundarum condemnabantur. ***** Poſtmodum ſub ſtatu Monarchico dum Impp. plerasque Prouincias ſibi ſumerent, quibusdam Senatus relictis, iſtis præficiebantur Præſides, his vero Proconſules. ******

* DIONYSIVS HALICARN. *lib. VII. p. 474.* οἱ ὑφ᾽ ἑτέρων ἐξουσίᾳ ποτὲ γενόμενοι διὰ τῶν κρατησάντων ἠναγκάσθησαν ἐπιτηδεύματα μεταλαβεῖν *redacti in poteſtatem alienam, cogebantur victorum inſtitutis ac moribus viuere.* Dicebantur igitur *prouinciæ vectigales.* CICERO in *Piſonem c. XXXVI.* & *populi ſtipendiarii c. XLI. de prouinciis Conſularibus c. V.* SIGONIVS *de Antiquo Iure Prouinciarum lib. I. cap. I.*

** De hoc CICERO *pro Muræna c. VIII.*

*** CICERO *ad Atticum lib. XIV. ep. XII.* de Siculis: *ſcis quam diligam Siculos, & quam illam clienteſam honeſtam iudicem. multa illis Cæſar, neque me inuito: etſi Latinitas erat non ferenda. Veruntamen ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem, a dictatore & comitiis latam, qua Siculi, ciues Romani.*

**** LIVIVS lib. VIII. c. XXII. *inter Conſules prouinciis comparatis* lib. XLV. c. XVII. *Moniti denique conſules a Patribus, vt, quoniam alterum ex illis ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret; primo quoque tempore prouincias aut compararent inter ſe, aut ſortirentur. ſortiti ſunt.* lib. XLII. c. XXXI.

*Senatusconſultum inde factum eſt. Vt, Conſules inter ſe prouincias Italiam & Macedoniam compararent ſortirenturue.* lib. XXVII. c. XXXVI. *Conſulatum inde ineunt C. Claudius Nero, & M. Liuius iterum, qui, quia iam deſignati prouincias ſortiti erant, prætores ſortiri iuſſerunt. C. Hoſtilio vrbana euenit: addita & peregrina, vt tres in prouincias exire poſſent. A. Hoſtilio Sardinia, C. Manilio Sicilia, L. Porcio Gallia euenit.* lib. XXXIV. c. LV. *prouincias deinde conſules prius, tum prætores ſortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures ſortiti ſunt. C. Scribonius vrbanam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hiſpaniam citeriorem, M. Fuluius Hiſpaniam vlteriorem* lib. XXXIII. c. XLIII. Iudicio tamen Senatus quandoque prouinciæ fuerunt deſtinatæ LIVIVS lib. XXVIII. c. XXXVIII. *quartodecimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio & Licinius Craſſus vt conſulatum inierunt, nominatæ conſulibus prouinciæ ſunt, Sicilia Scipioni extra ſortem, concedente collega, quia cura ſacrorum pontificem maximum in Italia retinebat; Bruttii Craſſo. Tum prætoriæ prouinciæ in ſortem coniectæ. vrbana Cn. Seruilio obtigit: Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio: Sicilia L. Aemilio: Cn. Octauio Sardinia.* LIVIVS lib. XXXVII. c. I. *Tum de conſulum prouinciis cœptum eſt agi. Ambo Græciam cupiebant. Multum Lælius in ſenatu poterat. is quum ſenatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe prouincias conſules iuſſiſſet; elegantius facturos dixit, ſi iudicio Patrum, quam ſi ſorti eam rem permiſiſſent:* Hoc extra ordinem habere prouincias dicebatur: LIVIVS *lib. VII. c. XVI. & lib. X. c. XXIV.* vel ſine ſorte CICERO *pro domo c. IX.* Quandoque ex SCto & Plebiſcito decretæ vel permutatæ prouinciæ fuere LIVIVS *lib. XXX. c. XXVII. lib. XXXV. c. XX.* vel ex vna duæ factæ, vt ex Hiſpania LIVIVS *lib. XLV. c. XVI.*

***** LIVIVS lib. VIII. c. XXIII. *itaque quum & comitiorum dies inſtaret, & Publilium imminentem hoſtium muris, auocari ab ſpe capiendæ indies vrbis, haud e republica eſſet; actum cum tribunis eſt, ad populum ferrent, vt quum Publilius Philo conſulatu abiiſſet, pro conſule rem gereret, quoad debellatum cum Græcis eſſet.* lib. XXIX. c. XIII. *T. Quintius Tarentum, C. Hoſtilius Tubulus Capuam, proprætores ſicut priore anno, cum vetere vterque præſidio, obtinerent. De Hiſpaniæ imperio, quos in eam prouinciam duos proconſules mitti placeret, latum ad populum eſt. Omnes tribus eoſdem, L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum proconſules, ſicut priore anno tenuiſſent, obtinere eas prouincias iuſſerunt.* lib. XXXV. c. I. *Prætor hæc geſſerat Scipio. Idem pro prætore Luſitanos vicit.*

****** LIVIVS lib. VIII. c. XXVI. de Publilio Philone: *duo ſingularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio imperii non ante in vllo facta & acto honore triumphus.* Idem factum Q. Fabio & P. Decio LIVIVS *lib. X. c. XX. & lib. XXIX. c. XIII. P. Scipioni cum eo exercitu, cum ea claſſe, quam habebat, prorogatum in annum imperium eſt. item P. Licinio, vt Bruttios cum duabus legionibus obtineret; quoad eum in prouincia cum imperio morari conſuli e republica viſum eſſet. Et M. Liuio, & Sp. Lucretio, cum binis legionibus, quibus aduerſus Magonem Galliæ præſidio fuiſſent, prorogatum imperium eſt* lib. XXVIII. c. XLV. *Prouinciæ ita decretæ: alteri conſuli Sicilia, & triginta roſtratæ naues, quas C. Seruilius ſuperiore anno habuiſſet: permiſſumque vt in Africam, ſi id e republica eſſe cenſeret, traiiceret. alteri Bruttii, & bellum cum Annibale, cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Cæcilius: hi & ſortirentur inter ſe compararentue vter in Bruttiis duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret: imperiumque in annum prorogaretur, cui ea prouincia eueniſſet, & ceteris præter conſules præ-*

Digitized by Google

*prætoresque, qui exercitibus prouinciisque præfuturi erant prorogata imperia.* lib. XXX. c. XXVII. *in eadem prouincia & C. Seruilio prorogatum imperium ſi conſulem manere ad vrbem ſenatui placuiſſet.* Sylla poſt hæc L. Cornelia ſanciuit, vt, qui ex SCto prouinciam haberet, Imperium quoque tamdiu retineret, quoad in vrbem introiſſet CICERO *lib. I. ep. IX.* Cæſar deinde legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ plusquam annum, ne plusquam biennium conſulares obtinerentur, ſecundum CICERONEM *Phil. I. c. VIII.* quam M. Antonius ſuſtulit *Phil. V c. III.*

******* CICERO Agraria II. c. XII. *Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Phil. V. c. XVI. *demus igitur imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt.* Vide ſupra §. *IV.* & infra §. *XLI.* Verum ſecundum l. 1. π. de Off. Proc. *Proconſul vbique quidem proconſularia inſignia habet, ſtatim atque vrbem egreſſus eſt: poteſtatem autem non exercet, niſi in ea prouincia ſola, quæ ei decreta eſt.*

† CICERO II. ad Q. Fratr. ep. III. *referebatur de prouinciis quæſtorum, & de ornandis prætoribus.* LIVIVS *lib. XLII. c. I.* de L. Poſtumio Conſule *hic iratus Præneſtinis, quod, cum eo priuatus, ſacrificii in templo Fortunæ faciundi cauſſa profectus eſſet, nihil in ſe honorifice, neque publice, neque priuatim factum a Præneſtinis eſſet: priusquam ab Roma proficiſceretur, litteras Præneſte miſit, vt ſibi magiſtratus obuiam exiret, locum publice pararet, vbi diuerteretur, iumentaque quum exiret inde, præſto eſſent. Ante hunc Conſulem, nemo vnquam ſociis in vlla re oneri aut ſumptui fuit. ideo magiſtratus mulis tabernaculisque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis: priuata hoſpitia habebant; ea benigne comiterque colebant: domusque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſos diuerti mos eſſet. Legati qui repente aliquo mitterentur, ſingula iumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impenſam ſocii in magiſtratus Romanos non faciebant.* CICERO *in Verrem lib. IV. c. V. neminem, qui cum poteſtate, aut legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amentem fore putarent, vt emeret argentum: dabatur enim de publico: vt veſtem.*

†† CICERO in Vatinium c. XV. *ne hoc quidem ſenatui relinquebat, quod nemo vnquam ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi ſordidum conſilium publicum viſum eſt? adeo afflictus ſenatus, adeo miſera & proſtrata reſp. vt non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilii auctores non miniſtros muneris prouincialis ſenatus more maiorum deligere poſſet.* Addebantur etiam Tribuni militum. LIVIVS *lib. XLII. c. XLIX.* duo conſulares tribuni militum cum eo miſſi, C. Claudius, Q. Mucius.

††† CICERO in Verrem lib II. c. X. *Comites illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, haruſpices, præcones manus erant tuæ. Addebantur etiam lictores* LIVIVS XXIX. c. IX. Proconſules tamen non amplius quam ſex faſcibus, vtebantur. Secundum l. 14. π. de Off. Proconſ. *Tiberio imperante, Seuerus Cæcina cenſuit; ne quem magiſtratum cui prouincia obueniſſet, vxor comitaretur.* Sed eluſa fuit ipſius ſententia. Hinc *l. 4. §. 2. π. de Off. Proconſ.* decernitur: *Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine vxore, ſed & cum vxore, poteſt: dummodo ſciat ſenatum, Cotta & Meſſala conſulibus, cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur.*

†††† LIVIVS lib. XLII. c. XLIX. *per hos forte dies P. Licinius conſul, votis*



Digitized by Google

*in Capitolio nuncupatis, paludatus ab vrbe profectus eſt. Semper quidem ea res, cum magna dignitate ac maieſtate geritur: præcipue tamen conuertit oculos animosque: quum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna hoſtem, euntem conſulem proſequuntur. Contrahit enim non officii modo cum, ſed etiam ſtudium ſpectaculi, vt videant ducem ſuum; cuius imperio conſilioque ſummam rempublicam tuendam permiſerunt. Subiit deinde cogitatio animum, qui belli caſus, quam incertus fortunæ euentus, communisque Mars belli ſit.* Et paullo poſt: *cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiſcentem conſulem proſecuti ſunt.* lib. XLV. c. XXXIX. *conſul proficiſcens prætorue paludatis lictoribus in prouinciam & ad bellum, vota in Capitolio nuncupat: victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans, ad eosdem Deos quibus vota nuncupauit, merita dona populi Romani traducit.* CICERO in Verrem lib. V. c. XIII. *cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio Ro. nuncupaſſet.*

††††† CICERO ad Atticum lib. V. ep. XV. *quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plotius dicat? & cum exercitum noſter amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum exilium.* Legati autem proconſulis nihil proprium habebant, niſi a proconſule eis mandata fuerit iurisdictio ſecundum *l.* 13. *π. de Off. Proconſ.*

†††††† CICERO ad Atticum lib. VI. ep. III. *de prouincia decedendum eſt: nec ſucceditur. quem relinquam, qui prouinciæ præſit?*

* CICERO lib. III. ep. VI. *quo ego te ne perſequi quidem poſſim triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (vt opinor) Cornelia conſtituti eſſent.*

** CICERO *in Piſonem c. XXIII. l. vlt. π de Off. Proconſ. Proconſul portam Romæ ingreſſus, deponit imperium.*

*** LIVIVS lib. XXXI. c. XLVII. *L. Furius, ſimul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, ſimul Gallico triumpho imminens, quem abſente conſule irato atque inuidente, facilius impetrari poſſe ratus, Romam inopinato quum veniſſet, ſenatum in æde Bellonæ habuit; expoſitisque rebus geſtis, vt triumphanti ſibi in vrbem inuehi liceret, petiit.* lib. XXVI. c. XXI. *eiusdem æſtatis exitu, M. Marcellus ex Sicilia prouincia quum ad vrbem veniſſet, a C. Calpurnio Prætore ſenatus ei ad ædem Bellonæ datus eſt. ibi quum de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet, queſtus leniter, non ſuam magis quam militum vicem, quod prouincia confecta exercitum deportare non licuiſſet, poſtulauit, vt triumphanti vrbem inire liceret, id non impetrauit.* lib. XLV. c. XXXV. *Tribus iis omnibus decretus eſt ab ſenatu triumphus: mandatumque C. Caſſio prætori, cum tribunis plebis ex auctoritate Patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, vt iis, quo die vrbem triumphantes inueherentur, imperium eſſet.* Potiſſimum vero coram populo res geſtas ſuas recitabant, de quo LIVIVS lib. XLV. c. XL. *paucis poſt diebus, data a M. Antonio tribuno plebis concione, quum de ſuis rebus geſtis more cæterorum imperatorum diſſeruiſſet, memorabilis eius oratio & digna Romano principe fuit.* Ridet tamen Romanorum triumphum CICERO in Piſonem c. XXI. *quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, quid tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plauſus, vehi per vrbem, conſpici velle, quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere: nihil quod referre ad voluptatem corporis poſſis.*

**** CICERO in Piſonem c. XXV. *rationes ad ærarium retuli continuo* lib. V. ep. XX. *lege Iulia relinquere rationes in prouincia neceſſe erat, easdemque totidem verbis referre ad ærarium, feci in prouincia.*

***** Vid.

Digitized by Google

***** Vid. *tit. π. ad L. Iuliam Maieſtatis, de L. Iulia Repetundarum, ad L. Iuliam Peculatus.*

****** SVETONIVS Auguſto c. XLVII. *prouincias validiores, & quas annuis magiſtratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit: ceteris proconſulibus ſortito permiſit: & tamen nonnullas commutauit interdum; atque ex vtroque genere pleraque ſæpius adiit.* Qua ratione autem Auguſtus ſortitus fuerit prouincias, explicat DIO *lib. LIII. p.* 503. & STRABO *lib. XVII. ſub finem.* Facit hoc Titulus *π. de officio Præſidis.* Impp. etiam ſæpe in Marmoribus antiquis Proconſules adpellantur, id quod SCALIGER *ep. LXVI.* & CASAVBONVS *ep. CCCCXLVI.* teſtantur. Factum hoc ideo fuiſſe, docet nos DIO CASSIVS *lib. LIII. exeunte*, quod Senatus Auguſto Proconſulare Imperium in perpetuum decreuerit.

## §. XLI.

A diuerſis Romanorum Iuribus, progredimur ad COMITIA: † Hæc autem vel Curiata erant, vel Centuriata, vel Tributa. * Curiata prima erant, eademque antiquiſſima, quibus omnia peragebantur.** Poſt, duas ob cauſſas, legis Curiatæ ferendæ, qua Magiſtratibus Imperium militare concedebatur, *** & ſacerdotum quorundam creandorum cauſſa inſtituta. **** Iisdem fiebant quoque adoptiones & confirmabantur Teſtamenta. ***** Habebantur iſtæ in Comitio ****** a Magiſtratibus maioribus. Ea tamen, quæ ſacerdotibus creandis inſtituebantur, a Pontifice Maximo, ******* & quidem diebus Comitialibus, captatis prius auſpiciis. ******** Cumque is, qui Comitia habebat, *diſcedite*, aiebat, *in Curias, & ite in ſuffragium, bene iuuantibus diis*, atque vna poſt alteram ex XXX. Curiis ſorte vocata, per Tabulas in ſingulis Curiis vota colligebat, ********* & quod plures iuberent, ratum habebatur. ********** Nimium vero poſtea decreuit horum comitiorum auctoritas, eademque auſpiciorum ſaltim cauſſa remanſerunt & per XXX. lictores fuerunt adumbrata. † *Comitia Romanorum. Curiata.*

† Comitia Romanorum ſingulari Tractatu expoſuit PAVLVS MANVTIVS. Generalia primum de Comitiis tractat, poſtea tres Comitiorum ſpecies perſequitur, & quid in ſingulis tractatum, proponit. Rarior olim erat libellus, nec Hanckio dum *Script. Rer. Roman. P. I. c. LXIII.* Manutii ſcripta exponeret, memoratus, ſed BONONIÆ 1585. primum editus, poſtea Tomo primo Theſauri Antiquitatum Romanarum Græuiani inſertus. Prolixiores tamen æque & accuratiores ſunt NICOLAI GRVCHII *de Comitiis Romanorum libri Tres, qui Lutetiæ* 1555. *Venetiis* 1558. 8. & demum CAROLI SIGONII *de Rebus Bononienſibus Hiſtoria* vna cum ſcriptis contra Sigonium publicatis, acceſſerunt *Hanouiæ* 1604. *f.* Horum primo de Comitiis centuriatis, altero de tributis, tertio de curiatis agit, ſingulorum originem, cauſſas, perſonas, locum & tempus, ordinatim & erudite illuſtrans. Quæ vero occaſione horum librorum inter ipſum & Car. Sigonium de Lege Curiata fuerint diſputata, in Bibliotheca huic Tractationi præmiſſa, *§. II.* exponuntur. PAVLI MERVLÆ Tractatus *de Comitiis Romanorum*

*norum*, qui cum aliis eiusdem Opuſculis prodiit. *Lugduni Batauorum* 1684. 4. pro compendio ſaltim laboris Gruchiani eſt habendus.

* CICERO de Agraria II. c. XI. *Maiores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt. nam Centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum Curiata ceteris patriciis magiſtratibus: tum iterum de iisdem iudicabatur, vt eſſet reprehendendi poteſtas ſi populum beneficii ſui pœniteret. Nunc, quia prima illa comitia tenetis, centuriata, & tributa: curiata tantum auſpiciorum cauſa remanſerunt.* Addunt alii quartam Comitiorum ſpeciem, Calata, de quibus GELLIVS lib. XV. c. XXVII. *Calata Comitia eſſe, quæ pro collegio pontificum habentur, aut Regis Sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Eorum autem alia eſſe curiata, alia centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari, id eſt, conuocari: centuriata per cornicinem. iisdem comitiis, quæ calata appellari diximus, ſacrorum deteſtatio & teſtamenta fieri ſolebant.* Qua ratione etiam Teſtamenta in Comitiis Calatis fieri ſolita, docet THEOPHILVS *lib. II. Inſt. tit. X. §. 1.* VLR. HVBERVS *Digr. lib. IV. c. XXX.* Nomine igitur a reliquis ſaltim differebant, non re. Et paullo poſt: Comitia tali modo diſtinguit: *Quum ex generibus hominum ſuffragium feratur, curiata Comitia eſſe, quum ex cenſu & ætate, centuriata: quum ex regionibus & locis, tributa.*

** Sic Brutus, poſtquam de Regibus eiiciendis dixiſſet, apud DIONYSIVM HALICARNASSENSEM *lib. IV. p. 275.* ταύτην εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἐστὶ τὴν γνώμην εἶναι κυρίαν, διαστάντες κατὰ φράτρας ψῆφον ἐπενέγκατε. τοῦτο γὰρ ὑμῖν πρῶτον ἀρξάτω τὸ δίκαιον τῆς ἐλευθερίας· Ἐγίνετο ταῦτα· *Hanc ſententiam ſi ratam eſſe vultis, curiatim ferte ſuffragia. id enim ius, ſit primum veſtræ libertatis initium. Factum eſt ita.*

*** Vide ſupra. §. *IV.* Iisdem Camillus ab exilio fuit reuocatus. LIVIVS lib. V. c. XLVI. *accepto inde Senatus decreto, vt comitiis curiatis reuocatus de exſilio, iuſſu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem quem vellent.*

**** Iisdem Comitiis Curio Maximus & Flamen dialis creatus, ſecundum LIVIVM *lib. XXVII. c. VIII.*

***** Vide GELLIVM *lib. XV. c. XXVII.* loco ſupra citato.

****** VARRO lib. IV. de L. L. *Comitium inde primum nomen habuit, quod Comitiis curiatis populus illuc conueniret.*

******* Hinc Rullus, Tribunus plebis, Legem Curiatam ad Prætorem reiicit, ſecundum CICERONEM *Agraria II. c. XI.* Quæ vero ſacerdotibus creandis fiebant, habebat Pontifex Maximus, ſecundum LIVIVM *lib. XXVII. c. VIII.*

******** CICERO *lib. II. ad Q. Fr. ep. I.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. II. p. 81.* ἐπαυλίζονται μὲν γὰρ οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι ποιοῦνται εὐχὰς ὑπαίθριοι· τῶν δὲ παρόντων τινὲς ὀρνιθοσκόπων μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φερόμενοι, ἀστραπὴν αὐτοῖς μηνύειν φασὶν ἐκ τῶν ἀριστερῶν τὴν οὐ γενομένην. οἱ δὲ, τὴν ἐκ τῆς φωνῆς οἰωνὸν λαβόντες, ἀπέρχονται ταύτας παραληψόμενοι *Candidati enim e tentorio diluculo prodeuntes, preces quasdam ſub dio peragunt. ibi aliqui ex auguribus, qui ære publico ad huiusmodi negotia adhibentur, fulguris ſignum a ſiniſtris datum pronuntiant, etiamſi nullum*

*nullum ſit datum at illi vocis omine contenti, ad ſumendum magiſtratum abeunt.* LIVIVS lib. V. c. LII. *quid alia, quæ auſpicato agimus omnia fere intra pomærium, cui obliuioni, aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata, quæ rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tribunosque militares creatis, vti auſpicato, niſi vbi adſolent, fieri poſſunt?* Magiſtratus autem Petroniam amnem prius tranſibant, de quo FESTVS: *Petronia amnis eſt, in Tiberim profluens, quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt, quod genus auſpicii perenne vocatur.* Sed dolet CICERO *II. de N. D. c. IV.* hæc fuiſſe abolita, dicens: *ſed negligentia nobilitatis Augurii diſciplina omiſſa, veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta. Itaque maximæ reip. partes, in his bella, quibus reip. ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla peremnia ſeruantur, nulla ex acuminibus, nulli viri vocantur.* Retenta autem erant auſpicia, ſiue aduerſa fuerint ſiue non, ex rationibus politicis, vt Conſul collegæ facta poſſet impedire. Sic enim DIO CASSIVS lib. XXXVIII. p. 66. de Clodio ſic dicens: τῆς γὰρ μαντείας τῆς δημοσίας ἔκ τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν (ὥσπερ εἶπον) ποιουμένης, τὸ μέγιστον κῦρος ἡ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἶχεν; οὕτως, ὥστε τὰ μὲν ἄλλα οἰωνίσματα πολλὰ καὶ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, ἐκεῖνο δὲ ἐσάπαξ ἐπὶ πάσῃ τῇ ἡμέρᾳ γίνεσθαι· τοῦτό τε οὖν ἰδιώτατον ἐν αὐτῷ ἦν, καὶ ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἢ ἐπέτρεπε πραχθῆναί τινα, καὶ ἐγίνετο, μηδενὸς ἔτι καθ' ἕκαστον οἰωνίσματος ἐπαγομένου ἢ ἐκώλυε, καὶ ἀνεχειρίζετό τι· τὰς δὲ δὴ τοῦ δήμου διαψηφίσεις, πάντως ἐπεῖχεν. καὶ ἦν πρὸς αὐτὰς ἀεὶ διοσημεῖα, εἴτε ἐναίσιον εἴτε ἐξαίσιον ἐγένετο. καὶ τὸ μὲν αἴτιον τῆς νομίσεως ταύτης οὐκ ἔχω φράσαι, γράφω δὲ τὰ λεγόμενα, ἐπεὶ οὖν πολλοί, ἐμποδίζειν ἢ νόμων ἐσφορὰς, ἢ ἀρχόντων καταστάσεις, ἐς τὸν δῆμον ἐσαγομένας, βουλόμενοι. προεπήγγελλον ὡς καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, μαντευσόμενοι, ὥστε μηδεμίαν ἐν αὐτῇ κύρωσιν τὸν δῆμον σχεῖν· *Quum auſpicia publica Romani & de cælo, & aliis quibusdam ex rebus caperent, quemadmodum iam ante dixi, plurimum ponderis cæleſtia auguria habuerunt: ita vt quum reliqua in ſingulis actionibus peterentur, id ſingulis tantum diebus ſemel obſeruetur. Eius hoc præcipue proprium erat, quod præ cæteris omnibus, vel permittebat aliquid agi, nullo deinde amplius augurio obſeruato: aut prohibebat aliquam actionem, impediebatque, ita vt populi ſuffragationes omnino inhiberet. Porro quoties populus in ſuffragia ire de certa re vellet, de cælo ſeruabatur, ſiue ſecundum id augurium, ſiue aduerſum eueniret. Huius ego inſtituti cauſam non habeo quam commemorem: id quod communi ſermone fertur, ſcribo. Enimuero multi, vt legum lationes, aut magiſtratuum conſtitutiones, de quibus ad populum referebatur, impedirent, de cælo ſe ſeruaſſe obnunciare ſolebant: igitur fas non eſſe agi cum populo.* Hinc CICERO Antonio obiicit Phil. II. c. XXXIII. *Alio die*, inquit, *o impudentiam ſingularem! quid videras? quid ſenſeras? quid audieras? nec enim de cælo ſeruaſſe dixiſti, neque hodie dicis. id igitur obuenit vitium, quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum eſſe prauideras, & tanto ante prædixeras.* Has rationes politicas confirmat etiam CICERO III. de LL. c. XII. *deinceps igitur omnibus magiſtratibus auſpicia & iudicia dantur: iudicia, vt eſſet populi poteſtas, ad quam prouocaretur: auſpicia, vt multos inutileis comitatus, probabiles impedirent moræ: ſæpe enim populi impetum iniuſtum, auſpiciis dii immortales*

 repreſ-

*repreſſerunt.* Quare etiam Cæſari per Bibulum Conſulem fuit obnuntiatum, ſecundum SVETONIVM *in vita c. XX.* Modum Auſpiciorum ſic deſcribit CICERO de diuinatione lib. II. c. XXXIV. *hac certe, quibus vtimur, ſiue tripudia, ſiue de cælo, ſimulacra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo.* QV. FABI, TE VOLO MIHI IN AVSPICIO ESSE. VOLO, *reſpondet.* AVDIVI HÆC: *apud maiores noſtros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit intelligat. Id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti auguris eſt. Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, cum ita imperauit is, qui auſpicatur,* DICITO, SI SILENTIVM ESSE VIDETVR, *nec ſuſpicit, nec circumſpicit: ſtatim reſpondet* SILENTIVM ESSE VIDERI. *Tum ille,* DICITO, SI PASCVNTVR AVES, PASCVNTVR. QVÆ AVES VBI? ATTVLIT, *inquit,* IN CAVEA PVLLOS (*is, qui ex eo ipſo nominatur*) PVLLARIVS. Hinc, cum ſi de cœlo ſeruaretur, cum populo agi nefas eſſet. CICERO *pro domo c. XV.* comitia auſpiciis vel impediebantur, vel vitiabantur obnuntiatione. CICERO *Phil. II. c. XXXII. tum hic bonus augur, eo ſe ſacerdotio præditum eſſe dixit, vt comitia auſpiciis vel impedire vel vitiare poſſet, idque ſe facturum eſſe aſſeuerauit.* Et paullo poſt: *nos enim nuntiationem ſolam habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem* & c. XXXIII. *Augur auguri, conſul conſuli obnuntiauiſti.* Et quidem vt ipſe auctor eſt, hac formula vtebantur. ALIO DIE. Magiſtratus autem tantum maiores, & quidem ſolum collegæ inter ſe auſpicia vel vitiabant vel obtinebant, ſecundum GELLIVM *lib. XIII. c. XV.* Fieri autem hoc debebat ante Comitia. CICERO Phil. II. c. XXXII. *quis quamne diuinare poteſt, quid vitii in auſpiciis futurum ſit, niſi qui de cælo ſeruare conſtitui? quod neque licet comitiis per leges, & ſi quis ſeruauit: non habitis comitiis ſed prius quam habeantur debet nuntiare.* Potiſſimum vero ait CICERO de diuinatione lib. II. c. XVIII. *in noſtris commentariis ſcriptum habemus: Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas* in Vatinium *cap. VIII.* APPIANVS *lib. I. B. Civ. pag.* 625. ὁ δὲ πολιτικὸς ὄχλος ἐβόα, ὡς γενομένης ἐν ἐκκλησία βροντῆς, ὅθεν οὐ θέμις ἐστὶ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἔτι κυροῦν *tum vrbana multitudo exclamat, quaſi audito tonitru. quod quoties accidit, nefas eſt quidquam decernere.* Sic etiam LIVIVS lib. XL. c. XLII. *vltimum de cælo, quod comitia turbaret, interuenit.* CICERO Phil. II. c. XXXVIII. *cur autem ea Comitia non habuiſti? an quia tribunus plebis ſiniſtrum fulmen nuntiauit.* CICERO *ad Atticum lib. IV. ep. III. Aliud etiam triſte omen turbabat negotium.* Exemplum apud LIVIVM lib. IX. c. XXXVIII. *quod Faucia curia fuerat principium duabus cladibus.* Hinc auſpicia repetebantur *c. XXXIX.* Et, ſi tale quid acciderit, magiſtratus augurum decreto, perinde ac vitio creati honore abierunt, ſecundum LIVIVM *lib. IV. c. VII.* Immo ſecundum LIVIVM *lib. XXX. c. XXXIX.* ſæpe Comitia indicta perfici tempeſtates prohibuerunt. CICERO I. de diuinatione c. XVII. *quid, quod apud te ſcriptum eſt de T. Graccho, nonne & augurum, & haruſpicum comprobas diſciplinam? qui, cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomærium tranſgreſſus eſſet, comitia conſulibus rogandis habuit. Nota res eſt, & a te ipſo mandata monumentis. Sed & ipſe augur T. Gracchus auſpiciorum auctoritatem confeſſione errati ſui comprobauit, & haruſpicum diſciplinæ magna acceſſit auctoritas, qui recentibus comitiis in ſenatum introducti negauerunt, iuſtum fuiſſe comitiorum* ROGATOREM. Abrogatum hoc poſtea fuit per Legem Clodiam, prout DIO CASSIVS tradit *lib. XXXVIII. p.* 67. Φοβηθεὶς δὲ ὁ Κλώδιος,

διος μὴ, γραψαμένου αὐτοῦ τὸν Κικέρωνα, ἀναβολήν τε τινὲς ἐκ τοῦ τοιούτου καὶ τριβὴν τῇ δίκῃ ἐμποιήσωσιν, ἐσήνεγκε μηδένα τῶν ἀρχόντων ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς ψηφίσασθαί τι τὸν δῆμον ἀναγκαῖον εἴη, τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γινόμενα παρατηρεῖν *Quamobrem Clodius metuens, ne, ſi Ciceronem in ius vocaret, eo modo moram iudicio nonnulli inicerent; rogationem tulit, ne quis, qui cum magiſtratu eſſet, iis diebus, quibus populus ſciſcere quicquam debebat, auſpicia caperet.*

********* Livivs lib. XXXI. c. VII. & c. VIII. *ab hac oratione in ſuffragium miſſi, vti rogarat, bellum iuſſerunt.*

********** Dionysivs halicarnassensis *lib. II. p* 87. καὶ ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτο νικᾶν *quod pluribus placuiſſet, ratum haberet.* Et paullo poſt: ἔφερε δὲ τὴν ψῆφον οὐχ ἅμα πᾶς ὁ δῆμος, ἀλλὰ κατὰ τὰς φράτρας συγκαλούμενος· ὅτι δὲ ταῖς πλείοσι δόξειε φράτραις, τοῦτο ἐπὶ τὴν βουλὴν ἀνεφέρετο. ἐφ' ἡμῶν δὲ μετάκειται τὸ ἔθος. οὐ γὰρ ἡ βουλὴ διαγινώσκει τὰ ψηφισθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, τῶν δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς γνωσθέντων ὁ δῆμός ἐστι κύριος *ferebat autem ſuffragia non vniuerſus populus, ſed per curias: & quod pluribus curiis viſum fuiſſet, id ad ſenatum referebatur: qui mos noſtra aetate mutatus eſt.*

† Vide ſupra *§. IV.*

## §. XLII.

Comitia centvriata Seruius Tullius inſtituit, * quibus Magiſtratus Maiores ordinarii creabantur, ** Leges maioris momenti ferebantur, dictae Centuriatae, *** bellum decernebatur **** & Iudicium perduellionis ***** exercebatur. Conuocabantur haec Comitia, Magiſtratuum quidem creandorum & Legum ferendarum cauſſa, per Conſules, vel ſi tales non eſſent, per Interreges & Dictatores. ****** Iudiciorum cauſſa Praetores, praeter dictos, plerumque Comitia conuocabant. ******* Suffragii ius habebant omnes, qui in cenſum adſcripti. ******** Singulorum autem, quae in Comitiis proponenda, patres auctores fiebant, † ideoque edicto dies Comitiis futurus publicabatur. †† Lex quidem primum per Trinundinum ††† proponebatur, quo durante ſingulis improbandi, ſuadendi, †††† diſſuadendiue erat poteſtas. Habebantur autem Comitia in Campo Martio, ††††† vbi populus in Centurias ſuas diuiſus comparebat, †††††† & quidem captatis auſpiciis, vocabatur. ††††††† Praemiſſo ſolenni Comitiorum carmine, diſcedere iuſſi in Centurias, quod etiam a populo fiebat, niſi vel ab aequali Magiſtratu fuiſſet obnuntiatum, †††††††† vel a Tribunis plebis interceſſum. * Prima claſſis ad ferenda ſuffragia euocabatur, cuius ſi XCVIII. Centuriae conſentirent, finis erat ſuffragii, nec reliquae

*Comitia Centuriata.*

liquæ XCV. vocabantur. Quod ſi vero priores haut conuenirent, reliquæ vocabantur, vsque dum maiora conficerent. ** Quod poſtea mutatum, cum diſtributio in claſſes, Tribubus eſſet ſubrogata. Tunc, quæ prima Tribus ſorte lecta, dicebatur Prærogatiua, reliquæ iure vocatæ. *** Per leges Tabellarias, in creandis Magiſtratibus vnicuique ſuffragium ferenti tot datæ fuerunt tabellæ, quot Candidati; prima Candidatorum littera notatæ. **** In Legum ferendarum Comitiis duæ tabulæ ſingulis dabantur, altera cum litteris V. R. *Vti Rogas:* altera cum littera *A. Antiquo.* ***** Ibant autem ſecundum centurias per præconem vocatas, ſinguli per pontes anguſtos, in quorum introitu ſtabant Diribitores miniſtrantes tabellas. Per pontes ingrediebantur Ouile, ſiue ſeptum quoddam, in cuius ingreſſu Rogatores ciſtam ſiue vrnam proponebant, in quam coniicerent, quam vellent, tabulam. ****** Cuſtodes deſcribebant ſuffragia punctis in tabella factis, ******* & quo plura inclinarent, declarabatur. Deſignabatur igitur Magiſtratus voce Præconis, isque cum maxima frequentia inter congratulantium turbas e campo reducebatur, lex autem vel accepta vel antiquata pronuntiabatur. ********

* Livivs *lib. I. c. XLII. XLIII.* de Seruio Tullio: *tum claſſes, centuriasque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello. Ex iis, qui centum millium æris, aut maiorem cenſum haberent, LXXX. confecit centurias, quadragenas ſeniorum ac iuniorum. Prima claſſis omnes appellati. Seniores, ad vrbis cuſtodiam vt praſto eſſent: Iuuenes, vt foris bella gererent. arma his imperata, galea, clypeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc vt tegumenta corporis eſſent. Tela in hoſtem, haſtaque & gladius. Addita huic claſſi duæ fabrûm centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent, datum munus, vt machinas in bello ferrent. Secunda claſſis intra centum vsque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta: & ex his ſenioribus, iunioribusque viginti conſcriptæ centuriæ: arma imperata, ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Tertiæ claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit, totidem centuriæ & hæ; eodemque diſcrimine ætatum factæ: nec de armis quicquam mutatum ocreæ tantum ademptæ. In quarta claſſe cenſus quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum. Quinta claſsis aucta, centuriæ triginta factæ: fundas, lapidesque miſſiles hi ſecum gerebant. in his accenſi, cornicines, tibicinesque in tres centurias diſtributi. Vndecim millibus hæc claſsis cenſebatur. Hoc minor cenſus reliquam multitudinem habuit. inde vna centuria facta eſt immunis militiæ. Ita pedeſtri exercitu ornato, diſtributoque, equitum ex primoribus ciuitatis XII. ſcripſit centurias. Sex item alias centurias, tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iisdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata onera.*

*Deinde*

*Deinde eſt honos additus. non enim (vt ab Romulo traditum, ceteri ſeruauerant Reges) viritim ſuffragium eadem vi, eodemque iure promiſcue omnibus datum eſt: ſed gradus facti, vt neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet. Equites enim vocabantur primi: LXXX. inde prima claſſis centuria; ibi ſi variaret; quod raro incidebat, vt ſecundæ claſſis vocarentur. nec fere vnquam infra ita deſcenderent, vt ad infimos peruenirent.* DIONYSIVS HALICARN. *lib. IV. p.* 224.

** GELLIVS lib. XIII. c. XV. *Minoribus creandis magiſtratibus tributis comitiis magiſtratus, ſed iuſtius curiata datur lege. maiores centuriatis comitiis fiunt.* LIVIVS lib. V. c. LII. *centuriatis, quibus conſules tribunosque militares creatis.* lib. I. fin. *Duo Conſules inde comitiis centuriatis a præfecto vrbis ex commentariis Seruii Tullii creati ſunt; L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus* lib. VII. c. I. *prætorem quidem etiam iura reddentem, & collegam conſulibus, atque iisdem auſpiciis creatum.* lib. X. c. XI. *M. Valerium conſulem omnes ſententiæ centuriæque dixere, quem ſenatus dictatorem dici iuſſurus fuerat.* GELLIVS *lib. XIII. c. XV.* CICERO pro Muræna c. I. *quæ precatus ſum a diis immortalibus iudices, more inſtitutoque maiorum, illo die, quo auſpicato, comitiis centuriatis, L. Murænam conſulem renuntiaui.* Reges Sacrorum etiam ſecundum GELLIVM *lib. XV. c. XXVII.* Qua ratione Candidati ſe gesſerint, exponit PLINIVS lib. III. ep. XX. *ſuperſunt ſenes, ex quibus audire ſoleo hunc ordinem comitiorum. Citato nomine candidati, ſilentium ſummum. Dicebat ipſe pro ſe, vitam ſuam explicabat, teſtes & laudatores dabat, vel eum, ſub quo militauerat, vel eum, cui quæſtor fuerat: vel vtrumque, ſi poterat. Addebat quosdam ex ſuffragatoribus, illi grauiter & paucis loquebantur. Plus hoc, quam preces, proderat. Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Audiebat ſenatus grauitate cenſoria, ita ſæpius digni, quam gratioſi præualebant. Quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium, decurrerunt.*

*** Sic centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt, ſecundum LIVIVM *lib. III. c. XXXIV.* vide ſupra *§. VIII.* De P. Valerio Publicola VALERIVS MAXIMVS lib. IV. c. I. n. 1. *Legem etiam Comitiis centuriatis tulit, ne quis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberare aut necare vellet.* Hinc etiam §. VI. de I. N. & G. *Lex, quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, (veluti Conſule) conſtitueret.*

**** LIVIVS lib. XXXI. c. VI. *Rogatio de bello Macedonico primis Comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata eſt.* lib. XLII. c. XXX. *Patres, quod fauſtum felixque populo Romano eſſet, centuriatis comitiis primo quoque die, ferre ad populum conſules iuſſerunt, vt quod Perſeus, Philippi filius, Macedonum rex aduerſus fœdus cum patre Philippo ictum, & ſecum poſt mortem eius renouatum, ſociis populi Romani arma intuliſſet, agros vaſtaſſet, vrbesque occupaſſet; quoque belli parandi aduerſus populum Romanum conſilia iniſſet, arma, milites, claſſem, eius cauſſa comparasſet; vt niſi de iis rebus ſatisfecisſet, bellum cum eo iniretur. Hæc rogatio ad populum lata eſt.* DIONYSIVS HALICARN. lib. IV. p. 224. de Seruio Tullio ὁπότε γὰρ ἀρχὰς ἀποδεικνύειν, ἢ περὶ νόμου διαγινώσκειν, ἢ πόλεμον ἐκφέρειν δόξειεν αὐτῷ τὴν λοχῖτιν ἀντὶ τῆς φρατρικῆς συνῆγεν ἐκκλησίαν *quando enim magiſtratus creare, aut de lege cognoſcere, aut bellum inferre volebat, pro curiatis, centuriata indicebat comitia.*

***** LIVIVS lib. VI. c. XX. *in Campo Martio quum centuriatim populus citaretur, & reus ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad Deos preces auertisſet.*

lib. XXVI. c. III. Idemque LL. XII. Tabb. & ſacratis fuit ſancitum, ſecundum CICERONEM pro Sextio c. XXX. *cum & ſacratis legibus, & XII. tabulis ſancitum eſſet, ut neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite, niſi comitiis centuriatis, rogari.* lib. III. c. IV. *de capite ciuis, niſi per maximum comitiatum, olloſque quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto:* & *c. XIX.*

****** LIVIVS lib. X. c. XI. *eo anno (nec traditur cauſa,) interregnum initum. interreges fuere Appius Claudius, dein P. Sulpicius. Is comitia conſularia habuit.* lib. XXIV. c. XI. *quo die magiſtratum inierunt conſules, ſenatus in Capitolio eſt habitus: decretumque omnium primum, ut conſules ſortirentur, compararentne inter ſe, uter cenſoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficiſceretur* & *c. XI. Q. Fabius Comitia cenſoribus creandis habuit.* CICERO lib. IV. ad Atticum ep. II. *ego me a Pompeio legari ita ſum paſſus, ut nulla re impedirer, quod ne, ſi uellem, mihi eſſet integrum, aut ſi Comitia Cenſorum proximi Conſules haberent, petere poſſe.* LIVIVS lib. XXII. c. XXXIII. *ab eodem pratore ex ſenatusconſulto littera ad Conſules miſſa: ut ſi iis uideretur, alter eorum ad conſules creandos Romam ueniret, ſe in eam diem, quam iuſſiſſent, comitia edicturum. Ad hac a conſulibus reſcriptum, ſine detrimento reipublica abſcedi non poſſe ab hoſte. itaque per interregem comitia habenda eſſe potius, quam conſulum alter a bello auocaretur. Patribus rectius uiſum eſt, dictatorem a Conſule dici comitiorum habendorum cauſſa. dictus L. Veturius Philo, Manium Pomponium Mathonem magiſtrum equitum dixit. His uitio creatis, iuſſiſque die quartodecimo ſe magiſtratu abdicare, ad interregnum res rediit.*

******* LIVIVS lib. XXVI. c. III. *tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit, diemque comitiis a C. Calpurnio pratore urbis petit.* VALERIVS MAXIMVS *lib. VI. c. V.*

******** CICERO de LL. lib. III. c. XIX. *cum legis hae uis ſit, ſcitum eſt, iuſſum in omnes ferri, de ſingulis, niſi centuriatis comitiis noluerunt. deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, atatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilii, quam fuſe in tribus conuocatus.*

† LIVIVS I. c. XVII. *priusquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum Patres auctores fiunt.* Decretum vero illud de Comitiis Centuriatis potiſſimum L. Publilia. Sic enim LIVIVS *lib. VIII. c. XII.* de Q. Publilio Dictatore: *tulit legem alteram, ut legum, qua comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium Patres auctores fierent.* CICERO ad Atticum lib. IV. ep. XV. *ac ſenatus decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret ab iis conſiliis, qua erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos.* Hunc morem Syllæ temporibus fuiſſe reuocatum, docet nos APPIANVS lib. I. B. Civ. *p.* 650. εἰσηγοῦντό τε μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον ἐς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι· νενομισμένον μὲν οὕτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δ' ἐκ πολλοῦ· καὶ τὰς χειροτονίας μὴ κατὰ φυλὰς ἀλλὰ κατὰ λόχους, ὡς Τύλλιος βασιλεὺς ἔταξε, γίγνεσθαι *cenſebantque oportere nullam poſthac rationem apud plebem fieri ſenatu inconſulto, reuocando ueterem morem, ſed dudum antiquatum. Poſtulabant etiam comitia non tributa ſed centuriata haberi ex inſtituto Seruii Tullii.* Reprehendit igitur M. Iuuencium prætorem LIVIVS lib. XLV. c. XXI. dicens: *ſed & prator nouo maloque exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto ſenatu, non conſulibus certioribus factis, de ſua unius ſententia rogationem ferrent, Vellent; iuberentne* Rhe-

*Rhodiis bellum indici; quum antea ſemper prius ſenatus de bello conſultus eſſet, deinde ad populum latum.*

†† GELLIVS lib. XIII. c. XV. *in edicto conſulum, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus ſit.* LIVIVS lib. XXVI. *diem Comitiis Conſules edixerunt.* lib. XXVII. c. VI. *ipſe Comitia in quem diem primum potuit, edixit* lib. XXXV. c. XXIV. *M. Fulvius Prætor litteras mittit ad Conſulem, Senatui placere Romam reuerti & ex itinere præmittere Edictum quo Comitia creandis Conſulibus ediceret. Paruit his literis Conſul & præmiſſo edicto Romam venit.*

††† TRINVNDINVM tempus erat viginti ſeptem dierum. Romani enim ſecundum nundinas tempus ſuum definiebant, quæ tempus nouem dierum comprehendebant, dictæ inde *Nouendinæ* ſiue *Nundinæ*. Trinundinum igitur tres nundinas comprehendebat. MACROBIVS Saturn. lib. I. c. XVI. *Rutilius ſcribit Romanos inſtituiſſe nundinas, vt octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent: & vt ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis atque vniverſis facile noſcebantur. vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. ea re etiam candidatus vſus fuit in comitium nundinis venire & in colle conſiſtere; vnde coram poſſet ab vniverſis videri. ſed hæc omnia negligentius haberi cœpta, & poſt abolita, poſtquam in ternundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adeſſe cœperunt.* Sic DIONYSIVS HALICARN. *lib. II. p.* 98. de Romulo: ἐι μὲν εἰρήνην ἄγοιεν, ἐπὶ τοῖς κατ᾽ ἀγρὸν ἔργοις ἐθίζων ἅπαντας μένειν, πλὴν εἴ ποτε δεηθεῖεν ἀγορᾶς· τότε δ᾽ εἰς ἄςυ συνιόντας ἀγοράζειν, ἐννάτην ὁρίζων ἡμέραν ταῖς ἀγοραῖς *in pace omnes aſſuefaciens vt ruri manentes incumberent operi; niſi ſi quando mercatu opus eſſet. tunc enim in vrbem iri poſſe ac emi neceſſaria, nona quoque die nundinis aſſignata* & *lib. VII. p.* 463. γράφεται τὸ προβούλευμα μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς δίκης. καὶ χρόνος εἰς παρασκευὴν τῆς ἀπολογίας ὁρίζετο τῷ ἀνδρὶ μέχρι τῆς τρίτης ἀγορᾶς. αἱ δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων, δι᾽ ἡμέρας ἐννάτης. ἐν δὲ ταύταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν, τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων, καὶ τὰς δίκας παρ᾽ ἀλλήλων ἐλάμβανον, τά τε κοινὰ ὅσων ἦσαν κύριοι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ ὅσα ἡ βουλὴ ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, ψῆφον ἀναλαμβάνοντες ἐπεκύρουν· τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας, αὐτουργοί τε ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πένητες, ἐν τοῖς ἀγροῖς διετέλουν *poſt hæc S. C. fit de hac lite, & ſpatium reo ad defenſionem meditandam prorogatur in trinundinum. Nundinæ autem Romæ nono quoque die celebrabantur, vt nunc etiam. Iis nundinis plebs agreſtis in vrbem conſluebat, venaliaque permutabat, & iure inter ſe agebat, & ſuffragia ferebat de negotiis publicis, de quibus vel leges ei permitterent arbitrium, vel ſenatus ad eam referret: reliquis ſeptem diebus intermediis ruri degebant, quod magna pars ob paupertatem operarentur ſuis manibus.* Plenius hac de materia egit ERYCIVS PVTEANVS *de Nundinis Romanorum præcipue c. XI.* Durante itaque Trinundino, nulla adhuc legis obligatio, quare ſingulare quid circa legem Liciniam adnotat MACROBIVS Saturn. II. c. XIII. *Poſt Didiam Licinia lex lata eſt a P. Licinio Craſſo Diuite. cuius ferendæ probandæque tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt, vt conſulto ſenatus iube-*

Digitized by Google

*iuberetur vt ea tantummodo promulgata, priuſquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus obſeruaretur, quaſi iam populi ſententia comprobata.*

†††† Exemplum præbet LIVIVS lib. XXXIV. c. I. *M. Fundanius & L. Valerius tribuni plebei ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, T. Sempronio conſulibus, in medio ardore Punici belli, ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento verſicolori vteretur: neu iuncto vehiculo in vrbe oppidoue, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſſa, veheretur. M. & P. Iunii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur, nec eam ſe abrogari paſſuros aiebant. Ad ſuadendum, diſſuadendumque multi nobiles prodibant.* GELLIVS lib. XI. c. X. *quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptum eſſe diximus ſuper Demoſthene: id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam diſſuaſit: in Demadem contulit.* Facit huc Appii rogationis de Plebeio Conſulatu diſſuaſoria, apud LIVIVM *lib. VII. c. VI.* CICERONIS *Oratio pro Lege Manilia* & Legis Agrariæ Diſſuaſoriæ.

††††† GELLIVS lib. XV. c. XXVII. *Centuriata autem Comitia intra pomerium fieri nefas eſſe; quia exercitum extra vrbem imperari oporteat; intra vrbem imperare ius non ſit: propterea centuriata in campo Martio haberi, exercitumque imperari, præſidii cauſſa ſolitum: quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus.* LIVIVS lib. XXXIX. c. XV. *Maiores veſtri, ne vos quidem, niſi quum aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet, aut plebis concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem vocaſſet, forte temere coire noluerunt.*

†††††† De hoc VARRO de L. L. *lib. V. p. 67.* qui etiam teſtatur, armatos primum fuiſſe conuocatos DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VII. p. 464.* ἐν γὰρ τοῖς πρότερον χρόνοις, ὅτε μέλλοι ψῆφον ἐξενεγκεῖν ὁ δῆμος, ὑπὲρ ὁτουδήτινος ὧν ἐπιτρέψειεν ἡ βουλή. ἐκάλουν μὲν οἱ ὕπατοι τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν, ἱερὰ πρότερον ἐπιτελέσαντες, ἃ νόμος αὐτοῖς ἐστι, καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τινὰ ἐξ αὐτῶν ἐπιγίνεται. συνῄει δὲ τὸ πλῆθος εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἄρειον πεδίον, ὑπό τε λοχαγοῖς καὶ σημείοις τεταγμένον, ὥσπερ ἐν πολέμῳ *ſuperioribus enim temporibus, quoties populus ex permiſſu ſenatus quacumque de re laturus eſſet ſuffragia, per conſules vocari ſolebat ad centuriata comitia, peractis prius ſolennibus quibusdam ex lege ſacris quorum nonnulla etiam noſtro fiunt tempore conueniebatque multitudo ante vrbem in campum Martium ſub ſignis cum ſuis centurionibus non ſecus ac in militia.* LIVIVS lib. XXXIV. c. II. *Quorum alterum ad nos Coſſ. reliquosque magiſtratus, alterum ad vos, Quirites, magis pertinet. Nam vtrum e Repub. ſit, nec ne, id quod ad vos fertur, veſtra exiſtimatio eſt, qui in ſuffragium ituri eſtis.* Primum quidem omnes egrediebantur armati. Poſtmodum vero ſecundum DIONEM CASSIVM *lib. XXXVII. p. 42.* ſtatutum, vt non omnes ſimul irent in ſuffragia, ſed, vt ſemper aliqui armati per ſucceſſionem eum locum cuſtodirent.

††††††† LIVIVS lib. XXXIX. c. XV. *ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus, conſules in Roſtra eſcenderunt, & concione aduocata, quum ſolenne carmen precationis, quod præfari, priuſquam populum alloquantur magiſtratus ſolent; peregiſſet conſul, ita cœpit.* De hoc CICERO pro Muræna ſub initium: *qua precatus ſum a diis immortalibus, iudices, more inſtitutoque maiorum illo die, quo auſpicato, comitiis centuriatis, L. Muranam conſulem renuntiaui: Vt ea res mihi magiſtratuique meo, populo, plebique Romanæ*

*Romana, bene atque feliciter eueniat: eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiuſdem hominis conſulatum vna cum ſalute obtinendum.* VARRO de L. L. lib. V. p. 66. *Vbi noctu in templum cenſura auſpicatur, atque de cælo nuntium erit: præconi ſic imperato, vt viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixque ſalutareque ſiet populo Romano Quiritium, reique publicæ populi Romani Quiritium, mihique, collegæque meo, fidei, magiſtratuique noſtro.* De hoc Comitiorum carmine PLINIVS *Panegyrico c. III. LXIII. & XCII.*

†††††††† CICERO ad Q. Fratrem lib. III. ep. III. *Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate hominum omnium: tanta inuidia ſunt Coſſ. propter ſuſpicionem pactorum a candidatis præmiorum.* GELLIVS lib. XIII. c. XV. *Patriciorum auſpicia in duas ſunt diuiſa poteſtates. Maxima ſunt, conſulum, prætorum, cenſorum, neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut eiuſdem poteſtatis: ideo quod collegæ non ſunt cenſores conſulum aut prætorum; prætores conſulum ſunt. ideoque neque conſules prætores cenſoribus, neque cenſores conſulibus aut prætoribus turbant aut retinent auſpicia. at cenſores inter ſe; rurſus prætores conſulesque inter ſe, & vitiant & obtinent.* Et quidem hac formula vtebantur. ALIO DIE Vid. §. XLI. ſuperiori. Auſpicia etiam in Centuriatis Comitiis fuiſſe adhibita, docet nos DIONYSIVS HALICARNASSENSIS, dum *lib. II. p. 81.* ait: διέμενέ τε μέχρι πολλοῦ φυλαττόμενον ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ περὶ τοὺς οἰωνισμοὺς νόμιμον, οὐ μόνον βασιλευομένης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν μονάρχων, ἐν ὑπάτων καὶ στρατηγῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ νόμους ἀρχόντων αἱρέσει *eſtque hæc auſpicii lex apud Romanos longo tempore obſeruata, non ſolum ſub regibus, verum etiam ſublata monarchia, in conſulum, imperatorum, ceterorumque magiſtratuum legitimorum comitiis.*

* LIVIVS lib. VII. c. XVII. *in ſecundo interregno orta contentio eſt, quod duo patricii Conſules creabantur: intercedentibusque tribunis, interrex Fabius aiebat in duodecim tabulis legem eſſe, vt quodcumque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius, ratumque eſſet, iuſſum populi & ſuffragia eſſe. Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam vt differrent comitia, valuiſſent: duo patritii conſules creati ſunt.* lib. XXVII. *c. VI.* de Q. Fabio Dictatore: *ipſe comitia in quem diem primum potuit, edixit: quæ certamine inter tribunos dictatoremque iniecto, perfici non potuerunt. Galeria iuniorum, quæ ſorte prærogatiua erat, Q. Fuluium & Q. Fabium conſules dixerat, eodemque iure vocatæ inclinaſſent, ni tribuni plebis C. & L. Arennii ſe interpoſuiſſent: qui neque magiſtratum continuari ſatis ciuile eſſe aiebant: & multo fœdioris exempli, eum ipſum creari qui comitia haberet. Itaque ſuum nomen dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros: ſi aliorum præterquam ipſius, ratio haberetur, comitiis ſe moram non facere. Dictator cauſſam comitiorum auctoritate ſenatus, plebiſcito, exemplis tutabatur. namque Cn. Seruilio conſule, quum D. Flaminius alter conſul, ad Traſimenum cecidiſſet; ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque ſciuiſſe, vt quoad bellum in Italia eſſet, ex iis, qui conſules fuiſſent, quos & quoties vellet, reficiendi conſules populo ius eſſet. exemplumque eam in rem ſe habere vetus L. Poſtumii Megelli, qui interrex iis comitiis quæ ipſe habuiſſet, conſul cum C. Iunio Bubulco creatus eſſet; recens Q. Fabii, qui ſibi continuari conſulatum, niſi id bono publico fieret, profecto nunquam fuiſſet. His orationibus quum diu certatum eſſet, poſtremo ita inter dictatorem ac tribunos conuenit, vt eo quod cenſuiſſet ſenatus, ſtaretur. Patribus id tempus reipublicæ viſum eſt, vt per veteres, & expertos, bellique peritos imperatores reſpublica gereretur, itaque moram fieri comitiis*

*non placere. Concedentibus tribunis, comitia habita.* epit. CV. *Quum C. Catonis Tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, Senatus vestem mutauit.* CICERO de *Oratore lib. II. c. XLVII.* DIONYSIVS HALICARN. *lib. VIII. p.* 557. αἵ τε ἀρχαὶ διεστήκεσαν, καὶ τὰς ἀλλήλων ἀνέλυον ἐξουσίας. ὁπότε μὲν γὰρ οἱ ὕπατοι καλοῖεν τὸ πλῆθος, ὡς ἀποδείξοντες τοὺς μετιόντας τὴν ἀρχὴν ὑπάτους, οἱ δήμαρχοι τοῦ κωλύειν ὄντες κύριοι, διέλυον τὰ ἀρχαιρέσια. ὁπότε δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνοι καλοῖεν ὡς ἀρχαιρεσιάσοντα τὸν δῆμον, οὐκ ἐπέτρεπον οἱ ὕπατοι, τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες τοῦ συγκαλεῖν τοὺς ὄχλους, καὶ τὰς ψήφους ἀναδιδόναι *diffidebant etiam magiſtratus, & alteri alterorum poteſtatem mutilabant. quoties enim conſules indicerent comitia, quibus conſulatus petentibus daretur, tribuni pro ſua poteſtate comitia impediebant, rurſus quoties hi populum ad comitia vocarent, conſules non ſinebant, contendentes penes ſe eſſe conuocandi populi & permittendi calculi poteſtatem.* Potiſſimum vero, vbi rogationes de Legibus ferendis ad populum fiebant, Tribuni poſtquam ſuadendi diſſuadendiue legem facta fuiſſet poteſtas, frequenter intercedebant, de quo LIVIVS lib. XLV. c. XXI. *M. Iuuencius Thalna prætor, cuius inter ciues & peregrinos iuriſdictio erat, populum aduerſus Rhodios incitabat: rogationemque promulgauerat, vt Rhodiis bellum indiceretur: & ex magiſtratibus eius anni deligerent, qui ad id bellum cum claſſe mitteretur: ſe eum ſperans futurum eſſe. Huic actioni M. Antonius, & M. Pomponius tribuni plebis aduerſabantur. Sed & prætor nouo maloque exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto ſenatu, non conſulibus certioribus factis, de ſua vnius ſententia rogationem ferret: Vellent, iuberentne Rhodiis bellum indici; quum antea ſemper prius ſenatus de bello conſultus eſſet, deinde ad populum latum; & tribuni plebis, quum ita traditum eſſet, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet, eoque perſæpe eueniſſet, vt qui non profeſſi eſſent ſe interceſſuros, animaduerſis vitiis legis, ex ratione diſſuadentium intercederent: & qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent, victi auctoritatibus ſuadentium legem.*

** DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VII. p.* 464. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πρώτων λόχων, οὓς οἵ τε ἱππεῖς ἐξεπλήρουν, καὶ τῶν πεζῶν οἱ τὴν πρώτην τάξιν ἐν τῷ πολέμῳ λαμβάνοντες, τὸ αὐτὸ φρονήσαιεν ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα λόχοι, τέλος εἶχεν ἡ ψηφοφορία, καὶ οὐκέτι τοῖς λοιποῖς ἓξ καὶ ἐννενήκοντα λόχοις ἀνεδίδοτο ἡ ψῆφος· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο, ἡ δευτέρα συμμορία τῶν δύο καὶ εἴκοσι λόχων ἐκαλεῖτο, καὶ ἡ τρίτη· καὶ τοῦτο συνέβαινεν ἕως οὗ τὸ αὐτὸ φρονήσωσιν ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα λέχοι. καὶ τὰ μὲν πολλὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἐπὶ τῶν πρώτων κλήσεων τέλος ἐλάμβανεν, ὡς μηδὲν ἔτι δεῖν τῶν ἐσχάτων· σπανίως δὲ που πρᾶγμα οὕτως ἐνδοιαζόμενον ἐνέπιπτεν, ὥστε μέχρι τῆς ἐσχάτης ψήφου τῶν ἀπορωτάτων προελθεῖν· καὶ ἦν ὥσπερ τοῦτο σχιθέντων τῶν προτέρων δύο καὶ ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν λόχων, τὴν τελευταίαν ψῆφον ἐπενεχθεῖσαν ἐκείναις αἰτίαν γενέσθαι τῆς ἐπὶ θάτερα ῥοπῆς *ergo ſi primæ claſſis nonaginta octo centuriæ conſentirent, hoc eſt equites & maximi cenſus pedites, finis erat ſuffragiorum, nec vocabantur reliquæ nonaginta quinque, quod ni fieret, ſecunda claſſis viginti duarum centuriarum vocabatur;*

*poſt*

*poſt tertia, & reliqua deinceps, donec conſentirent nonaginta ſex centuriæ, ac pleræque controuerſiæ primarum claſſium ſuffragiis decidebantur; ita vt non amplius eſſet opus vltimis. ſed rariſſime incidebat tanta ambiguitas, vt deueniretur ad vltimam inopum Centuriam, quæ diuiſis biſariam prioribus CXCII. centuriis, alterutri parti accedens, eam ſuo momento præponderare faceret, ſuoque ſuffragio controuerſiæ finem imponeret.* LIVIVS lib. I. c. XLIII. *Equites enim vocabantur primi: LXXX. inde primæ claſſis centuriæ; ibi ſi variaret, quod raro incidebat, vt ſecundæ claſſis vocarentur: nec fere vnquam infra ita deſcenderent vt ad infimos peruenirent. Erant autem XVIII. Equitum LXXX. peditum Centuriæ.* Vid. etiam DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 224. Ex hac igitur ratione opulenti, qui in prima claſſe erant, egenos prærogatiua vincebant, dum in Tributis viritim ſuffragia colligerentur. Quare DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. XI. p* 726. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον ὅτι ἐν μὲν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις οἱ δημοτικοὶ καὶ πένητες ἐκράτουν τῶν πατρικίων· ἐν δὲ ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις οἱ πατρίκιοι, παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἐλάττους ὄντες, περιῆσαν τῶν δημοτικῶν *dictum autem antea quoque, in tributis comitiis plebeios & pauperes patriciis fuiſſe potiores: at comitiis centuriatis, patricii, tametſi ceteris longe pauciores eſſent, ſuperabant plebeios.* Hinc diſceptabatur quandoque in crimine perduellionis potiſſimum inter Proceres & Tribunos, an Comitia Centuriata, an vero Tributa inſtituenda, id quod in C. Marcii condemnatione factum, ſecundum DIONYSIVM HALICARN. *lib. VII. p.* 465. Hinc CICERO *lib. III. de LL. c. XIX. deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilii, quam fuſe in tribus conuocatus.*

*** LIVIVS lib. I. c. XLIII. *nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum* (centuriarum) *numero, centuriis iuniorum ſeniorumque, ad inſtitutam ab Seruio Tullio ſummam non conuenire:* Duplicatus igitur fuit centuriarum numerus, vt aliæ eſſent Seniorum, aliæ Iuniorum, eædemque ſecundum tribus diſtinctæ, ſorte ſuffragia ferebant. Prima dicebatur prærogatiua, & quidem in ſingulis tribus ſex iſtæ claſſes ordine vocabatur. LIVIVS lib. X. c. XXII. *nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium conſenſu deſtinaretur, eumque & prærogatiua, & primo vocatæ omnes centuriæ conſulem cum L. Volumnio dicebant.* lib. XXIV. c. VII. *eo die, quum ſors prærogatiuæ Anienſi iuniorum exiſſet, eaque T. Otacilium, M. Aemilium Regillum conſules diceret* & c. IX. *iterum prærogatiua ſuffragium init; creatique in ea conſules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eosdem Conſules ceteræ centuriæ ſine variatione vlla dixerunt.* lib. XXVII. c. XXII. *Fuluius Romam Comitiorum cauſſa arceſſitus, quum comitia conſulibus rogandis haberet prærogatiua Veturia iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum & Otacilium.* Et paullo poſt: *velle ſeſe cum maioribus natu colloqui, & ex auctoritate eorum conſules dicere. Citatis Veturiæ ſenioribus, datum ſecreto in Ouili cum his colloquendi tempus. Iterum Centuriam vero iuniorum ſeniores conſulere voluiſſe, quibus imperium ſuffragio mandaret.* lib. XXVII. c. VI. *Galeria iuniorum, quæ ſorte prærogatiua erat, Q. Fuluium & Q. Fabium conſules dixerat, eodemque iure vocatæ inclinaſſent, ni tribuni plebis C. & L. Arennii ſe interpoſuiſſent.* CICERO Phil. II. c. XXXIII. *Ecce Dolabellæ comitiorum dies, ſortitio prærogatiuæ quieſcit. renuntiatur: tacet prima claſſis, vocatur: renuntiatur: deinde, vt aſſolet, ſuffragia. tum ſecunda claſſis: quæ omnia citius ſunt facta, quam dixi.*

V 2 Hinc

Hinc ASCONIVS PEDIANVS *p.* 54. *mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnia de iisdem candidatis comitia fieri; quorum tribus Prima praerogatiua dicebantur, quod prima rogarentur, quos vellent Conſules fieri; Secunda, iure vocatæ, quod in his, ſequente populo, vt ſæpe contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia complerentur.*

**** De his Legibus Tabellariis CICERO *de LL. lib. III. c. XVI.* pro domo c. XLIII. *is poſteaquam intellexit, poſſe ſe, interuerſa adilitate, a L. Piſone conſule prætorem renuntiari, ſi modo eadem prima littera competitorem habuiſſet aliquem.* in Piſonem c. I. *me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuerſa ciuitas non prius tabellis, quam voce priorem conſulem declarauit.* CICERO de Claris Oratoribus c. XXIV. *Tum L. Caſſius multum potuit, non eloquentia, ſed dicendo tamen: homo non liberalitate vt alii, ſed ipſa triſtitia & ſeueritate popularis, cuius quidem legi tabellariæ M. Antius Briſo, tribunus pl. diu reſtitit, M. Lepido Cos. adiuuante.* Faciunt huc diuerſi nummi Gentis Caſſiæ: inter has Longini IIIviri, in quo Senator togatus tabellam cum littera V. tenet, eam quaſi in ciſtam adſtantem proiecturus, in memoriam legis a L. Caſſio Longino latæ, vti pop. Romano in omnibus iudiciis, perduellionis excepto, per tabellam ſuffragium eſſet. Factum hoc A. V. C. DCXVI. ſecundum PIGHIVM *Tom. II. Annalium p.* 496. Sic in eadem gente occurrit nummus Q. Caſſii, in cuius a altera parte templum, in quo ſella curulis a dextra templi vrna, a ſiniſtra Tabella cum litteris A. C. *Abſoluo. Condemno.* Hunc nummum Traianus Imp. iterum reſtituit, ſecundum VAILLANTIVM *nummis Familiarum p.* 244. Sed inuehitur in eandem legem CICERO de Amicitia c. XII. *videtis in tabella iam ante quanta ſit facta labes, primo Gabinia lege, biennio autem poſt, Caſſia. Videre iam videor populum R. a ſenatu disiunctum, multitudinisque arbitrio res maximas agi.*

***** CICERO ad Atticum lib. I. ep. XI. *Nam, cum dies veniſſet rogationi ex S. C. ferendæ, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis: & populum, vt antiquaret, rogabant. Piſo autem conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor: operæ Clodianæ ponteis occuparunt, tabulæ miniſtrabantur, ita, vt nulla daretur.* VTI ROGAS. LIVIVS lib. XXXI. c. VI. *Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata eſt.* c. VIII. *ab hac oratione in ſuffragium miſſi, vti rogarat, bellum iuſſerunt.* CICERO lib. I. ad Atticum ep. X. *in hac cauſſa, Piſo, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, vt ea rogatio, quam ipſe fert, ex S. C. & de religione, antiquetur.* LIVIVS lib. V. c. XXX. *Legem vna plures tribus antiquarunt, quam iuſſerunt.* & lib. VIII. c. XXXVII. *Tribus omnes præter Polliam antiquarunt legem.*

****** LIVIVS lib. X. c. XIII. *populus nihilominus ſuffragia inibat. & vt quæque intro vocata erat centuria, conſulem haud dubie Fabium dicebat.* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. X. p.* 643. ἐπεὶ δὴ ὁ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐνέστη χρόνος, καὶ ὁ κῆρυξ τὴν πρώτην τάξιν ἐκάλεσεν, εἰσελθόντες εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον ὅτε ὀκτωκαίδεκα λόχοι τῶν ἱππέων, καὶ οἱ τῶν πεζῶν ὀγδοήκοντα τῶν τὸ μέγιστον τίμημα ἐχόντων *die comitiorum, cum per præconem citata eſſet prima claſſis, intrarunt in præſtitutum locum tum octodecim equitum centuriæ, tum octoginta centuriæ peditum maximi cenſus.* CICERO III. de LL. c. XVII. *ponteis etiam lex Maria fe-*

*fecit anguſtos.* IDEM Orat. poſt reditum in Senatu c. XI. *vt eadem centuriæ, quæ me conſulem fecerant, conſulatum meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit, qui fas eſſe putaret, quacunque aut ætate, aut valetudine eſſet, non ſe de ſalute mea ſententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, tantum ſplendorem Italiæ totius, ordinumque omnium: quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodesque vidiſtis?* LIVIVS lib. XXVI. c. XXII. *Citatis Veturiæ ſenioribus, datum ſecreto in Ouili cum his colloquendi tempus.*

******* CICERO *Phil. II. c. XXXIII.* pro Plancio c. XXII. *dubitabitis*, inquit, *quin coitio facta ſit, cum tribus pleroſque tum Plotio tulerit Plancius? an vna fieri potuerunt, ſi vna tribus non tuliſſent? At nonnullas punctis pene totidem. Quippe cum iam facti prope ſuperioribus comitiis, declaratique veniſſent, quamquam ne id quidem ſuſpicionem coitionis habuerit. neque enim vnquam maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent ædilitiam, niſi viderint accidere poſſe, vt competitores pares ſuffragiis eſſent.* de L. Agr. II. c. II. *ſed tamen magnificentius atque ornatius eſſe illo nihil poteſt, quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitæ libertatis, ſed vocem viuam præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis. Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi veſtri concurſus: neque ſingulares voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus R. conſulem declarauit.* CICERO in Piſonem c. XV. *hoc certe video, quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diſtributores, vos cuſtodes fuiſſe tabularum.*

******** CICERO in Verrem lib. V. c. XV. *tum cum eſſes prætor renuntiatus quoquo modo (mitto enim & prætereo, quid tum ſit actum,) ſed cum eſſes renuntiatus, vt dixi, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te toties ſeniorum, iuniorumque Centuriis illo honore affici pronuntiauit, vt hoc putares, aliquam reipu. partem tibi creditam.* GELLIVS lib. XII. c. VIII. *poſtea populus eos ſimul cenſores facit. atque illi, vbi voce præconis renunciati ſunt.* De Gratulatione LIVIVS lib. XXVI. c. XXII. *Manlius, qui præſens erat, gratulandi cauſſa quum turba coiret, nec dubium eſſet conſenſus populi, magna circumfuſus turba ad tribunal conſulis venit.* De Lege vero DIO CASSIVS *lib. XXXVI. p. 19.* ἐπεὶ δὲ αἵ τε ἀρχαιρεσίαι προεπηγγελμέναι ἦσαν, καὶ κατὰ τοῦτ' οὐδὲν προνομοθετηθῆναι πρὸ αὐτῶν ἐξῆν *vbi dies comitiorum aduenit, quæ antequam fierent, nulla lex ſanciri poterat.* Varias Legum Formulas exhibet BRISSONIVS *lib. II. p. 141.*

## §. XLIII.

Tertia erant COMITIA TRIBVTA. * Creabantur hiſce omnes Magiſtratus Minores, tam ordinarii, quam qui extra ordinem. ** Prouinciæ quoque iisdem decretæ, *** Triumuiri, aliique curatores coloniarum creati. **** Inter ſacerdotes primum ſolus Pontifex Maximus, poſt, Lege Domitia reliqui etiam Pontifices & multi alii ſacerdotes. ***** Leges etiam quas plebs iubebat, iisdem ferebantur, vtpote de pace, ****** & Iudicia quædam fuerunt exercita. ******* Triumphus quandoque decretus ******** & *Comitia Tributa.*

Ciuitas atque Ius ſuffragii datum. † Habebantur vel a Conſulibus †† vel Tribunis plebis, ††† vel etiam ſi ſacerdotum creandorum cauſſa inſtituta, a Pontificibus Maximis, †††† in campo Martio, pratis flamineis, ad roſtra, vel in Capitolio, ††††† non conſulto Senatu, nec adhibitis ſacris vel auſpiciis: niſi quod de cœlo ſervaretur. †††††† Plebeii, excluſis Patritiis, ††††††† ſortitione inter Tribus facta, mittebantur in ſuffragia, atque diſcedere iubebantur in Tribus ſuas. Modus idem fere erat ac in Centuriatis. †††††††† Ab his diuerſæ erant CONCIONES, quas conuocabat aliquis ex Magiſtratibus, quam tamen alius ab alio auocare non poterat niſi Conſules & Prætores. †††††††††

* Sic GELLIVS *lib. XV. c. XXVII.* hæc Comitia deſcribit, quum ex regionibus & locis ſuffragia ferantur.

** Hoc plenius GRVCHIVS demonſtrauit *lib. II. de Comitiis* & ex eo MERVLA *de Comitiis c. IV.* De tribunis equidem teſtatur LIVIVS lib. II. c. LVI. *Volero rogationem tulit ad populum, vt plebeii magiſtratus tributis Comitiis fierent.* Poſt longam etiam Concertationem ſecundum ipſum c. LVIII. *tum primum tributis comitiis creati tribuni ſunt.*

*** LIVIVS lib. XXX. c. XL. *ex auctoritate patrum latum ad populum eſſe, cuius vellent Imperium in Africa eſſe. Omnes quinque & triginta tribus P. Scipioni id Imperium decreuiſſe.*

**** CICERO de L. Agr. II. c. VII. *Primum caput eſt legis Agrariæ: quo, vt illi putant, tentamini leuiter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis. Iubet enim tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemuiros per tribus ſeptemdecim, vt, quem nouem tribus fecerint, decemuir ſit. Hic quæro, quam ob cauſam initium rerum, ac legum ſuarum hinc duxerit, vt populus Ro. ſuffragio priuaretur, toties legibus Agrariis curatores conſtituti ſunt, triumuiri, quinqueuiri: decemuiri: quæro a populari tribuno pl. ecquando, niſi per XXXV. tribus creati ſint. Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo populo R. proficiſci conuenit, tum eas profecto maxime, quæ conſtituuntur ad populi fructum aliquem, & commodum, in quo & vniuerſi deligant, quem populo R. maxime conſulturum putent, & vnusquisque ſtudio, & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Hoc tribuno pl. potiſſimum venit in mentem, populum Rom. vniuerſum. priuare ſuffragiis, paucas tribus non certa conditione iuris, ſed ſortis beneficio, fortuito, ad vſurpandam libertatem vocare.*

***** Cicero c. l. *item*, inquit, *eodemque modo; capite altero, vt comitiis pontificis maximi. Ne hoc quidem vidit, maiores noſtros tam fuiſſe populareis, vt, quod per populum creari fas non erat, propter religionem ſacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem ſacerdotii voluerint populo ſupplicari, atque hoc idem de ceteris ſacerdotiis Cn. Domitius tribunus plebis, vir clariſſimus, tulit: quod populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui eſſet factus, a collegio cooptaretur.* Mentionem eius legis facit VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. XXI. *quo anno Cn. Domitius tribunus pl. legem tulit, vt ſacerdotes, quos antea collegæ ſufficiebant, populus crearet.* Legem autem fuiſſe vt Pontifices per minorem ſaltem tribuum nume-

rum

rum crearentur, prout ex dicto Ciceronis loco patet. Mentionem eiusdem legis facit CICERO ad Brutum ep. V. *exiſtimo omnino abſentium rationem, ſacerdotum comitiis poſſe haberi. nam etiam factum eſt antea. C. enim Marius, cum in Cappadocia eſſet, lege Domitia factus eſt augur: nec quo minus id poſtea liceret, ulla lex ſanxit. Eſt etiam in lege Iulia, quæ lex eſt de ſacerdotiis proxima, his verbis, qui petit, cuiusue ratio habebitur. Aperte indicat, poſſe rationem haberi, etiam non præſentis.* Hanc legem autem Domitiam a Sylla fuiſſe abrogatam, per Labieni vero Tribuni plebis rogationem renouatam, teſtatur DIO CASSIVS *lib. XXXVII. p.* 46. LIVIVS lib. XL. c. XLII. *de rege ſacrifico ſufficiendo in locum Cn. Cornelii Dolabellæ contentio inter C. Seruilium pontificem maximum fuit, & L. Cornelium Dolabellam duumuirum naualem, quem ut inauguraret pontifex, magiſtratu ſeſe abdicare iubebat. recuſantique id facere, ob eam rem multa duumuiro dicta a pontifice, deque ea quum prouocaſſet, certatum ad populum, quum plures iam tribus intro vocatæ, dicto eſſe audientem pontifici duumuirum iuberent; multamque remitti, ſi magiſtratu ſe abdicaſſet; ultimum de cælo, quod comitia turbaret, interuenit. religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellæ.* Vid. GRVCHIVS *c. l.*

****** LIVIVS lib. XXX. c. XLIII. *inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus conſul, cui claſſis prouincia erat, Senatus conſulto interceſſit. Tum Man. Acilius, & Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, Vellent, iuberentne ſenatum decernere, ut cum Carthaginienſibus pax fieret. & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare iuberent? De pace uti rogaſſent, omnes tribus iuſſerunt: pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare.*

******* LIVIVS lib. IV. c. XLI. *Moeſtæ ciuitati ab re male geſta, & irata ducibus, M. Poſtumius reus obiectus, qui tribunus militum pro conſule ad Veios fuerat, decem millibus æris grauis damnatur. T. Quintium collegam eius, quia & in Volſcis conſul auſpicio dictatoris Poſtumii Tuberti & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mamerci Æmilii, res proſpere geſſerat, totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem omnes tribus abſoluerunt.* Vid. infra pluribus, vbi de Iudiciis agetur.

******** LIVIVS lib. III. c. LXIII. *Ubi quum ingenti conſenſu Patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho conſulum: multis diſſuaſum prodeuntibus, maxime C. Claudio vociferante. De Patribus, non de hoſtibus conſules triumphare velle. gratiamque pro priuato merito in tribunum, non pro virtute honorem peti. nunquam ante de triumpho per populum actum, ſemper æſtimationem, arbitriumque eius honoris penes ſenatum fuiſſe. ne reges quidem maieſtatem ſummi ordinis imminuiſſe. ne ita omnia tribuni poteſtatis ſuæ implerent, ut nullum publicum conſilium ſinerent eſſe. Ita demum liberam ciuitatem fore, ita æquatas leges, ſi ſua quisque iura ordo, ſuam maieſtatem teneat. In eandem ſententiam multa & a ceteris ſenioribus Patrum cum eſſent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum, ſine auctoritate ſenatus, populi iuſſu triumphatum eſt.* Factum hoc L. Valerio & M. Horatio Coſſ. A.V.C. CCCVI.

† LIVIVS lib. XXVII. c. V. *Mutines etiam ciues Romanus factus; rogatione ab tribuno plebis, ex auctoritate Patrum, ad plebem lata.*

†† Patet hoc ex CICERONE lib. VII. ep. XXX. *in campo certe non fuiſti, cum hora ſecunda comitiis quæſtoris inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet: quo mortuo nuntiato, ſella ſublata eſt. Ille autem, qui comitiis tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit: conſulem hora ſeptima renuntiauit, qui uſque ad Kalendas Ian. eſſet.* in Vatinium c. V.

††† Livivs lib. III. c. LXIV. *forte quadam vtili ad tempus, vt comitiis praeeſſet, potiſſimum M. Duilio ſorte euenit, viro prudenti, & ex continuatione magiſtratus inuidiam imminentem cernenti. qui quum ex veteribus tribunis negaret vllius ſe rationem habiturum, pugnarentque collegae vt liberas tribus in ſuffragium mitteret, aut concederet ſortem comitiorum collegis, habituris e lege potius comitia, quam ex voluntate Patrum.* Exinde etiam patet, ſortem vel conſenſum reliquorum Tribunorum hic locum habuiſſe.

†††† Livivs lib. XXV. c. V. *Comitia inde pontifici maximo creando ſunt habita. Ea comitia nouus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit.* Decemuirorum temporibus etiam Tribunis creandis a Pontifice Maximo Comitia fuerunt habita, ſecundum Livivm *lib. III. c. LIV.* ibi, *extemplo, pontifice maximo comitia habente, tribunos plebis creauerunt.*

††††† Cicero lib. I. ad Atticum ep. I. *in campo, comitiis tribunitiis, ad XVI. Kalendas Sextil. competitores, qui certi eſſe videbantur.* lib. IV. ep. III. Livivs lib. III. c. LIV. *confeſtim de conſulibus creandis, cum prouocatione, M. Duilius rogationem pertulit ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant.* lib. XLV. c. XXXV. *his vocibus incitati, poſtero die milites tanta frequentia Capitolium compleuerunt, vt aditus nulli praeterea ad ſuffragium ferendum eſſet. Intro vocatae prima tribus quum antiquarent, concurſus in Capitolium principum ciuitatis factus eſt.*

†††††† Dionysivs Halicarnassensis *lib. IX. p. 598. & p. 605.* ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου τὰ τῶν δημάρχων καὶ ἀγορανόμων ἀρχαιρέσια μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου δίχα οἰωνῶν τε καὶ τῆς ἄλλης ὀττείας ἁπάσης αἱ φυλετικαὶ ψηφοφοροῦσιν ἐκκλησίαι *ex illo tempore vsque ad noſtram aetatem comitia creandorum tribunorum atque aedilium absque auſpiciis ceteraque religione, peraguntur tribuum ſuffragio.* Vid. ſupra *§. IV.* Hinc Appius Claudius apud Livivm lib. VI. c. XLI. *plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur.* Hoc tamen quod ſuperiori §. dictum, Ioue fulgurante vel tonante, cum populo agi nefas, etiam in his Comitiis obſeruabatur, quod de coelo ſeruare dicebatur, qui factum, vt tribuni quidam tanquam vitio creati, magiſtratu abirent. Livivs lib. X. c. XI. *Exacto iam anno, noui tribuni plebis magiſtratum inierunt: iisque ipſis, quia vitio creati erant, quinque poſt dies alii ſuffecti.*

††††††† Diſputabatur, an Patritii a Comitiis Plebeiis fuerint excluſi. Excludit eos omnino Imp. §. 4. I. de I. N. G. & C. *Plebiſcitum, eſt, quod plebeio Magiſtratu interrogante, veluti tribuno conſtituebat. Lex, quod populus Senatorio magiſtratu interrogante condebat. Plebs autem a populo eo differt, quo ſpecies a genere; nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione ſine Patriciis & Senatoribus ceteri ciues ſignificantur.* Theophilvs idem dicit §. 4. *plebiſcita fieri* παρὰ χυδαίου δήμου *a plebe.* & ſubiungit: ὁ χυδαῖος δῆμος ἐστὶ, ἅπαν τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐξῃρημένων τῶν συγκλητικῶν. *Plebs eſt omnis reliqua multitudo. Patriciis exemptis.* Et §. 5. τούτου χάριν ἀλλήλων ἐχωρίσθησαν καὶ ἰδίᾳ διῆγον, καὶ ἰδίᾳ ἐπολιτεύοντο *hac gratia ſeparati ſunt a ſe inuicem Patricii atque Plebeii: ſeorſim agebant, ſeorſim Remp. curabant.* Idem confirmat etiam Car. Sigonivs *de Antiquo Iure Ciuium Roman. lib. I. c. XVI.* dicens: *Tributa vero non vere Comitia, ſed plebis concilium dictum eſt, quod ad ea non vniuerſus populus vocaretur, ſed plebs tantum patriciis exemptis.*

*exemptis.* Patet hoc ſatis ex LIVIO lib. II. c. LVI. *Volero rogationem tulit ad populum; ut plebeii magiſtratus tributis Comitiis fierent. Haud parua res, ſub titulo prima ſpecie minime atroci, ferebatur; ſed quæ patriciis omnem poteſtatem per clientium ſuffragia creandi quos vellent tribunos, auferret.* & c. XL. *Varia fortuna belli, atroci diſcordia domi, foriſque annum A. V. C. CCLXXXIII. exactum, inſignem maxime comitia tributa efficiunt. Res maior victoria ſuſcepti certaminis, quam vſu: plus enim dignitatis comitiis ipſis detractum eſt, Patribus ex concilio ſubmouendis, quam virium aut plebi additum, aut ademptum Patribus.* Sic etiam de Volerone dicit DIONYSIVS HALICARN. *lib. IX. p.* 598. τοῦτο συνιδὼν ὁ Πόπλιος ἔγνω μήτε τοῖς ὑπάτοις ἐπιτρέπειν ἔτι, τοῦ νόμου κατηγορεῖν, μήτε πατρικίοις ἐᾶν τῇ ψηφηφορίᾳ παρεῖναι. *Id animaduertens Volero, apud ſe ſtatuit, poſthac nec conſulibus diſſuaſionem legis permittere, nec patriciis ſuffragia; ſed in totum eos comitiis arcere.* Et licet ex Iudicio Coriolani ſecundum Plutarchum contrarium Gruchius velit contendere, nullibi tamen dicitur, Patricios in Comitiis Tributis locum habuiſſe, quod etiam plenius declarauit VLR. HVBERVS *Digreſſ. Iuſtin. p. II. lib. I. c. X.*

†††††††† GRVCHIVS *c. l.* LIVIVS lib. XXV. *Tanto fauore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt.* PLINIVS lib. XVIII. c. VI. *cum in ſuffragium tribus oporteret ire.* Sed ſecundum LIVIVM lib. XL. c. LI. *M. Aemilius Cenſores maturari ſuffragia: regionatimque generibus hominum, cauſſisque & quæſtibus, tribus deſcripſerunt.* LIVIVS lib. XXXVIII. c. LIV. *M. Cato ſuaſit rogationem, & Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne aduerſarentur rogationi. Remittentibus ergo his interceſſionem, omnes tribus, vti rogaſſet, iuſſerunt.* Amiſſa vero libertate Comitiorum, ius varie fuit mutatum. Comitia enim cum populo partitus eſt Cæſar. SVETONIVS *in vita c. XLI. ut exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero Candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur: pro parte altera, quos ipſe edidiſſet.* De Auguſto vero idem dicit in vita c. XL. *Comitiorum quoque priſtinum ius reduxit.* Neque tamen hoc de plena Comitiorum libertate erit intelligendum, ſed de reductis Comitiis ad ſtatum, prout Cæſaris tempore fuerant, cum iſta ſub Triumuiris plane ceſſarint. Sic enim DIO CASSIVS *lib. LIII. p.* 511. ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε· τοὺς γοῦν ἄρξαντας τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος, ἐπεμελεῖτο ὅπως μήτ᾽ ἀνεπιτήδειοι μήτ᾽ ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ ἀποδεικνύωνται). *Comitia vero populi etſi nihilominus habebantur, tamen nihil præter voluntatem Auguſti agebatur. magiſtratus partim ipſe deſignabat, alios populo plebique creandos permittebat; id modo curans, ne qui indigni per coitiones aut ambitum deſignarentur.* De Tiberii vero temporibus loquitur TACITVS I. Annalium c. XV. *Tum primum e campo comitia ad patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant. neque populus ademptum ius queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus largitionibus ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, ſine repulſa & ambitu deſignandos.*

††††††††† LIVIVS lib. XXXIX. c. XV. *ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus,* ceu-

*conſules in Roſtra eſcenderunt, & concione aduocata, quum ſolenne carmen precationis, quod præfari, priusquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet Conſul, ita cœpit.* GELLIVS lib. XIII. c. XV. ex Meſſala: *Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum & concionem auocare poteſt, prætor & comitiatum & concionem vsquequaque auocare poteſt, niſi a conſule. Minores magiſtratus nusquam nec comitiatum nec concionem auocare poſſunt. ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit: quia bifariam cum populo agi non poteſt. nec auocare alius alii poſſit, ſi concionem habere vellet, vti ne cum populo agant: quamuis multi magiſtratus ſimul concionem habere poſſunt.* Ex his verbis Meſſalæ manifeſtum eſt, aliud eſſe cum populo agere, aliud concionem habere, nam cum populo agere eſt, rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut iubeat aut vetet; concionem autem habere, eſt verba facere ad populum ſine vlla rogatione.

## §. XLIV.

*Iudicia Romanorum.*

IVDICIA ROMANORVM vel publica erant, vel priuata: * Publica fiebant de Criminibus publicis, iudiciis deſtinatis, ** quæ olim QVÆSTIONES fuerunt dictæ, quibus vel Quæſtores iam a Regibus conſtituti præerant, *** vel extra ordinem a populo conſtituebantur Quæſtores Parricidii, quod munus Conſulibus, aliisque Magiſtratibus mandabatur. **** Circa A. V. C. DCIX. quæſtiones perpetuæ lege fuerunt definitæ, de criminibus maxime, quæ contra Remp. eſſent, vtpote Repetundarum, Ambitus & Maieſtatis. ***** Licet & hæ extra ordinem Magiſtratibus demandarentur, L. Cornelius Sylla vero Quæſtiones publicas veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, Prætoribus voluit demandari. ****** Accuſator igitur reum ad Prætorem in Ius vocabat, poſtulabatque, vt nomen eius reciperet, ******* quod nominis delatio dicebatur. ******** Quod ſi plures eſſent, qui in iudiciis publicis accuſare vellent, Prætor eum, qui accuſaret, eligebat, quod Diuinatio dicebatur. ********* Prætor certum diem conſtituebat, plerumque triceſimum, † quo facto reus barba & capillo promiſſo, †† defenſores conquirebat, qui vel Patroni erant, vel Aduocati ††† & laudatores integritatis atque exiſtimationis. ††††

* Omnia Iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa reperta ſunt, ait CICERO *pro Cæcina c. II.* Pr. I. de Publ. Iudiciis. *Publica Iudicia neque per Actiones ordinantur, neque omnino quicquam ſimile habent cum ceteris iudiciis, de quibus locuti ſumus: magnaque diuerſitas eorum eſt in inſtituendo & in exercendo. §. I. Publica autem dicta ſunt, quod cuiuis ex populo executio eorum plerumque datur.* Illa inſtituebantur in foro, ad quæ inter antiquiores faciunt pleræque CICERONIS Orationes, QVINTILIANI Declamationes, & SENECÆ controuerſiæ. Inter recentiores Scriptores eminet FRANCISCI POLLETI *Hiſtoria fori Romani* quam, dum morte præuentus fuerit auctor, gener eius PHILIPPVS BROIDÆVS, addito

decem

decem capitum ſupplemento & quibusdam corollariis abſoluit & auxit, *Lugduni* 1587. 8. Labor non contemnendus, in Iudiciis tamen priuatis, quibus librum quintum deſtinaverat auctor, non perfectus. GEORGII OBRECHTI *adumbratio Proceſſus Romani* breuis eſt, & imperfecta, prodiit *Argentorati* 1585. 4. Accuratior eſt IACOBI RAEVARDI *Protribunalium liber ſingularis*, *Brugis* 1565. 8. & *Francofurti* 1601. editus, non tamen perfectus. Maioris commendationis ſunt CAROLI SIGONII *de Iudiciis libri tres*, *Pariſiis* 1576. *f. Hanouiae* 1609. *f.* quibus ea, quae ad ſubſtantiam faciunt iudiciorum, quae iudicem, actorem & reum, actiones quoque earundemque formulas ſpectant, perſequitur. Libro ſecundo autem de Criminibus & Iudiciis publicis; Tertio de populi iudiciis agit. Centumuirale ſaltim Iudicium illuſtrauit SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA, *Franeckerae* 1595. 8. Sigonium aeque & Siccamam Tomo ſecundo Antiquitatum Romanarum inſeruit Graeuius. Proceſſum vero Iuris Romani antiquum, Praeſide IO. SAMVELE STRYKIO ſiſtit CHRISTOPHORVS CELLARIVS, *Halae* 1698. 4. qua de Praetore, Iudicibus, in ius vocando, modo iudiciorum, atque executione rei iudicatae agit.

*** Explicat haec MACER lib. I. de Iudiciis publicis in l. 1. π. de Publicis Iudiciis. *non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur & publica ſunt, ſed ea tantum, quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, vt Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis & veneficiis, Pompeia parricidii, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi priuata, Iulia de vi publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona.* Sic etiam in Titulo Inſtitutionum *de Publicis Iudiciis* huc referuntur Lex Iulia Maieſtatis, Lex Iulia de adulteriis, lex Cornelia de ſicariis, lex Cornelia de falſis, lex Iulia de vi publica ſeu priuata, lex Iulia peculatus, lex Flauia de plagiariis, lex Iulia de ambitu.

*** Vide ſupra §. *XXVI.*

**** LIVIVS lib. IV. c. LI. *his conſulibus principio anni ſenatusconſultum factum eſt, vt de quaeſtione Poſtumianae caedis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent: plebesque praeficeret quaeſtioni quem vellet. A plebe conſenſu populi conſulibus negotium mandatur. qui ſumma moderatione ac lenitate per paucorum ſupplicium, quos ſibimetipſis conſciſſe mortem ſatis creditum eſt, transacta re; nequiuere tamen conſequi, vt non aegerrime id plebs ferret.* & lib. IX. c. XXVI. *eodem anno, quum omnia infida Romanis eſſent, Capuae quoque occultae principum coniurationes factae. De quibus quum ad ſenatum, relatum eſſet, haut quaquam neglecta res eſt. quaeſtiones decretae: dictatoremque quaeſtionibus exercendis dici placuit.* Et paullo poſt: *Deinde, vt quaeſtioni Campanae materia deceſſit, verſa Romam interpretando res: non nominatim qui Capuae, ſed in vniuerſum, qui vsquam coiſſent, coniuraſſentue aduerſus rempublicam quaeri ſenatum iuſſiſſe: & coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas, aduerſus rempublicam eſſe: latiorque & re & perſonis quaeſtio fieri: haud abnuente dictatore ſine fine vlla quaeſtionis ſuae ius eſſe. Poſtulabantur ergo nobiles homines appellantibusque tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur: Inde nobilitas, nec ii modo in quos crimen intendebatur, ſed vniuerſi ſimul negare nobilium id crimen eſſe, quibus ſi vlla obſtetur fraude, pateat via ad honorem, ſed hominum nouorum. ipſos adeo dictatorem magiſtratumque equitum, reos magis quam quaeſitores idoneos eius criminis eſſe.* Et paullo poſt Maenium inducit loquentem: *vos, quaeſo, Conſules, ſi vobis datum ab ſenatu negotium fuerit, in me primum & hunc M. Foſſium quaeſtiones exerceatis, vt appareat innocentia*

*noſtra nos, non maieſtate honoris, tutos a criminationibus iſtis eſſe. Abdicat inde ſe dictatura, & poſt eum confeſtim Foſſius magiſterio equitum: primique apud conſules (iis enim ab ſenatu mandata res eſt) rei facti aduerſus nobilium teſtimonia egregie abſoluuntur.* Facit huc l. 2. §. 2 π. de Or. I. *& quia, vt diximus, de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum Conſulibus ius dicere, propterea Quæſtores conſtituebantur a populo, qui capitalibus rebus praeeſſent. hi appellabantur Quæſtores Parricidii. quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.* Talis Quæſtio extra ordinem erat, de qua SALLVSTIVS B. Iugurthino. *Interea Romæ C. Mamilius Limetanus Tr. pl. rogationem ad populum promulgat, vti quæreretur in eos, quorum conſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepiſſent: qui elephantos, quique perfugas tradidiſſent; item, qui de pace, aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent.* Sic etiam Pompeius legem tulit, vt quæreretur de cæde P. Clodii in via Appia facta, de qua ASCONIVS PEDIANVS *p.* 190. *perlata deinde lege Pompeii, in qua id quoque ſcriptum erat, vt Quæſitor ſuffragio populi ex iis, qui Conſules fuerant, crearetur, ſtatim comitia habuit, creatusque erat L. Domitius Aenobarbus Quæſitor: aliorum quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius tales propoſuit, vt nunquam neque clariores viros, neque ſanctiores propoſitos eſſe conſtaret.* Vid. SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. cap. IV.*

***** CICERO Bruto c. XXVII. de Carbone. *Nam & quæſtiones perpetuæ, hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt, (L. enim Piſo tribunus pleb. legem primus de pecuniis repetundis Cenſorino & Manilio Coſſ. tulit.* De hac lege idem in Verrem lib. IV. c. XXV. *filius L. Piſonis erat, eius, qui primus de pecuniis repetundis legem tulit.* Lata autem iſta Lex A. V. C. DCIV. VTEI. QVIBVS. IN PROVINCIEIS. MAGISTRATVS. POPVLI. ROM. EORVMVE. COMITES. CONTRA. LEGES. PECVNIAS. CEPISSENT. QVIDVE. COMMISISSENT. EARVM. INIVRIARVM. ERGO. ROMÆ. QVIRITARI. IVDICIOQVE. QVÆSITO. SVA. REPETERE. PROVINCIALES. POSSENT. PIGHIVS *Ann. II. p.* 447. De hac CICERO Diuin. in Verrem c V. *de quo quid ego plura commemorem? quaſi vero dubium ſit, quin tota lex de pecuniis repetundis, ſociorum cauſſa conſtituta ſit. Nam ciuibus cum ſunt erepta pecuniæ ciuili fere actione, & priuato iure repetuntur. Hæc lex, ſocialis eſt: hoc ius, nationum exterarum eſt.* Idem confirmat lib. II. de Officiis c. XXI. *nondum centum & decem anni ſunt, cum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet. At vero poſtea tot leges, & proxima quæque duriores, tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum: tanta, ſublatis legibus & iudiciis, expilatio, direptioque ſociorum, vt imbecillitate aliorum, non noſtra virtute valeamus.* Multa interim adhuc ſubeſt controuerſia, quid per Quæſtiones perpetuas intelligat CICERO, quas tamen ipſe *Philippica II. c. IX.* explicat, dicens: *quid enim attinebat noua lege quæri de eo, qui hominem occidiſſet, cum eſſet legibus quæſtio conſtituta?* Tales igitur erant, cum crimine commiſſo, non de quæſtione primum inſtituenda agi debebat, ſed quo populi iudicio iam in perpetuum eſſent conſtitutæ, vt de crimine ſaltim puniendo eſſet agendum. Neque tamen ab iſta Lege Calpurnia ſtatim ortas fuiſſe putat Quæſtiones perpetuas PIGHIVS *Ann. II. p.* 467. ſed huius occaſione, plura mox fieri iudicia, & demum quæſtiones rerum capitalium perpetuari cœpiſſe; quod demum A. V. C. DCIX. factum. Idem *Ann. p.* 286. auctor eſt, perpetuas quæſtiones de iis maxime criminibus conſtitui cœptas, quæ contra rempublicam eſſent, & in conſuetudinem abire vide-

Digitized by Google

viderentur, videlicet Repetundarum contra magiſtratuum prouincialium auaritiam, Ambitus, contra ſuffragiorum corruptores in Comitiis, Maieſtatis, contra quietis publicæ turbatores. Inter Quæſtiones perpetuas erat crimen Repetundarum Prouincialium Magiſtratuum, non vero vrbanorum, de quo adhuc quæſtio ad populum inſtituebatur, vt apud CICERONEM *de Finibus* lib. II. c. XVI. *an tu me de L. Tubulo putas dicere? qui, cum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam, vt anno proximo P. Scæuola, tribunus pleb. ferret ad plebem, vellentne de ea re quæri. quo plebiſcito, decreta a ſenatu eſt conſuli quæſtio Cn. Scipioni. profectus in exilium Tubulus ſtatim, nec reſpondere auſus, erat enim res aperta.* Ex quo loco etiam ſatis patet, quid quæſtiones fuerint non perpetuæ. Iſti autem, quibus Quæſtiones fuerant demandatæ, dicebantur Quæſtionis Iudices, de quo CICERO in Bruto c. LXXVI. *erat etiam vir doctus in primis C. Viſellius Varro, conſobrinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate coniunctus. Is cum poſt curulem ædilitatem iudex quæſtionis eſſet, eſt mortuus* & pro Cluentio c. LIV. *iubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, iudicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appello iudices) quærere de veneno.* Coniungit has quæſtiones CICERO pro Cluentio c. LIII. *Quid ergo eſt? hæc quæſtio ſola ita gubernatur? quid M. Plætorii, & C. Flaminii inter ſicarios: quid C. Orchini peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquillii, apud quem nunc de ambitus cauſſa dicitur? quid reliquæ quæſtiones? circumſpicite omnes reip. parteis. omnia legum imperio, & præſcripto fieri videbitis.*

****** L. 2. §. 32. de Or. I. *deinde Cornelius Sylla Quæſtiones Publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis: & Prætores quatuor adiecit.* Scilicet, prioribus has quæſtiones adiecit Sylla, licet duos ſaltim Prætores ipſum adieciſſe, ſupra §. *XXXII.* ex Sigonio demonſtrauerimus, vnamque de ſicariis quæſtionem duobus Prætoribus fuiſſe commiſſam *c. XXVII. ſeqq.* Et licet Cuiacius quartam quæſtionem a Sylla fuiſſe additam coniectetur, de Iniuriis, cum ad hoc Prætoris iniuriarum iudicium prouocet *l. 35. π. de Iniuriis*, priuatam tamen hanc actionem fuiſſe docet nos *l. 42. §. 1. π. de Procurat.*

******* Sic CICERO *lib. IV. ad Herennium c. XXXV.* officia diſtinguit: *Senatus officium eſt, conſilio ciuitatem iuuare. Magiſtratus officium eſt, opera & diligentia conſequi voluntatem ſenatus. Populi officium eſt, res optimas, & homines idoneos maxime ſuis ſententiis eligere, & probare. Accuſatoris officium eſt inferre crimina: Defenſoris diluere & propulſare. Teſtis eſt dicere, quæ ſcierit, aut audierit, Quæſitoris eſt, vnumquemque horum in officio ſuo continere.* CICERO Diuin. c. XX. *nuper cum in P. Gabinium vir fortiſſimus, & innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet.* lib. VIII. ep. VI. *non dubito, quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum: ſane quam non ea, quam exiſtimaueram, inuidia. Neque enim ſtulte Appius: qui ſimulatque Dolabella acceſſit ad tribunal introierat in vrbem, triumphique poſtulationem abiecerat. Quo facto retulit ſermones, paratiorque viſus eſt, quam ſperauerat accuſator.* pro Muræna c. I. *&, quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis, ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt.* Neque tamen omnibus nomen deferendi poteſtas concedebatur. Sic enim CICERO Diuin. c. XIX. *itaque neque L. Philoni in C. Seruilium nominis deferendi poteſtas eſt data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neque Cn. Pompeio in T. Albucium, quorum nemo propter indignitatem repudiatus eſt: ſed ne libido violandæ neceſſitudinis, auctoritate iudicum comprobaretur.* SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. c. X.*

******** ASCONIVS PED. in Diuinat. p. 33 *ſubſcriptores autem dicuntur, qui adiuuare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſummiſſius agere, quam dicat ille, quem ſequuntur.* CICERO in Diuin. c. XV. *at venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Eſt tamen hoc aliquid, tametſi non eſt ſatis. omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo eſt, ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet. Verum tamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tironem. Deinde (vt opinor) habet Allienum, hunc tamen a ſubſelliis: qui quid in dicendo poſſet, numquam ſatis attendi, in clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum, atque exercitatum.* Ad Q. Fr. lib. III. ep. IV. *Gabinius abſolutus eſt, omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribusque eius infantius. nihil illo conſilio ſordidius.* pro Muræna c. XXIV. *etenim te inquirere videbam, triſtem ipſum mæſtos amicos, obſeruationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.* COELIVS ad CICERONEM lib. VIII. ep. VIII. *Scito, C. Sempronium Ruſum, mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe, quod is in cauſa M. Tuccium, accuſatorem ſuum poſt ludos Romanos, reum lege Plotia de vi fecit, hoc conſilio, quod videbat, ſi extraordinarius nemo reus deceſſiſſet: ſibi hoc anno cauſſam eſſe dicendam. Dubium porro illi non erat, quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori. Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. At ego, ſimul atque audiui, inuocatus ad ſubſellia rei accurro, ſurgo, neque verbum de re facio.* Sic Atticum laudat Nepos, quod neminem neque ſui nomine, neque ſubſcribens, accuſauerit.

********* L. 16. π. de Accuſationibus: *ſi plures exiſtant, qui reum in publicis iudiciis accuſare volunt: iudex eligere debet eum, qui accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis vel de dignitate, vel ex eo, quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa.* GELLIVS lib. II. c. IV. *quum de conſtituendo accuſatore quæritur, iudiciumque ſuper ea re redditur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribusue accuſatio ſubſcriptione in reum permittatur; ea res atque iudicium cognitio, diuinatio, appellatur. id vocabulum quam ob cauſam ita factum ſit, quæri ſolet. Gabius Baſſus in tertio librorum, quos de origine vocabulorum compoſuit, Diuinatio, inquit, iudicium appellatur: quoniam diuinet quodammodo iudex oporteat, quam ſententiam ſeſe ferre par ſit. Nimis quidem eſt in verbis Gabii Baſſi ratio imperfecta vel magis inops & ieiuna, ſed videtur eum ſignificare velle, idcirco dici diuinationem; quod in aliis quidem cauſis iudex ea quæ didicit, quaque argumentis vel teſtibus demonſtrata ſunt, ſequi ſolet: in hac autem re, quum eligendus accuſator eſt, parua admodum & exilia ſunt, quibus moueri iudex poſſit; & propterea, quinam magis ad accuſandum idoneus ſit, quaſi diuinandum eſt: hoc Baſſus. Sed alii quidem diuinationem eſſe appellatam putant, quoniam quum accuſator & reus duæ res quaſi cognatæ coniunctæque ſint, neque vtra ſine altera conſtare poſſit: in hoc tamen genere cauſæ reus quidem iam eſt, ſed accuſator nondum eſt: & iccirco, quod adhuc vsque deeſt & latet, diuinatione ſupplendum eſt, quisnam ſit accuſator futurus.* Facit huc CICERONIS *Diuinatio in Verrem* & ASCONIVS PEDIANVS Præfatione in eandem.

† CICERO in Vatinium c. XIII. *quæro illud etiam ex te, quod priuatus admiſiſti: in quo certe iam tibi dicere non licebit, cum clariſſimis viris cauſſam tuam eſſe coniunctam: poſtulatusne ſis lege Licinia & Iulia? edixeritne C. Memmius prætor ex ea lege, vt adeſſes die triceſimo, quum is dies veniſſet, feceriſne, quod in hac rep. non modo factum ante numquam eſt, ſed in omni memoria ſit inauditum?* Mentio huius legis fit in

l. 1.

Digitized by Google

l. vn. ff. de L. Iulia Ambitus. *& ſi quis reus vel accuſator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit.* & l. 4. ff. de Teſtibus, vocatur Lex Iulia publicorum Iudiciorum.

†† CICERO in Verrem lib. II. c. XXV. *ſordidati maxima barba, & capillo, Romæ biennium prope fuerunt.* LIVIVS lib. VI. c. XX. *approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod vbi factum eſt, primo commota plebs eſt, vtique poſtquam ſordidatum reum viderunt: nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlius: quod ad eum diem nunquam vſu veniſſet, vt in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſordidatam fuiſſe.* CICERO poſt Reditum c. V. *& cum vos veſtem mutandam cenſuiſſetis, cunctique mutaſſetis, atque idem omnes boni iam ante feciſſent: ille vnguentis oblitus cum toga prætexta, quam omnes prætores, ædileſque tum abiecerunt, irriſit ſqualorem veſtrum, & luctum grauiſſimæ ciuitatis.* PLVTARCHVS *Gracchis p.* 829. vbi de iudicio populi in Tiberium Gracchum ait: ἐνθεῦθεν οἱ κτηματικοὶ τὰς μὲν ἐσθῆτας μετέβαλον, καὶ περιήεσαν οἰκτροὶ καὶ ταπεινοὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν *hinc locupletes veſtem mutare, ſordidatique & ſqualidi in foro circumire.*

††† Diſtinguit iſtos CICERO pro Cluentio c. XL. *namque quam quidem Quinctius cauſam vnquam antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus eſſet? quis eum vmquam non modo in patroni, ſed in laudatoris, aut aduocati loco viderat?* Patronus reum defendebat, CICERO pro S. Roſcio c. I. *his de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti, non electus vnus, qui maximo ingenio, ſed relictus ex omnibus, qui minimo periculo poſſem dicere.* pro Muræna c. II. *ac ſi, vt nonnullis in ciuitatibus fieri ſolet, patronus huic cauſæ publice conſtitueretur: is potiſſime honore affecto defenſor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis.*

†††† Horum plerumque decem eſſe ſolebant, ſecundum CICERONEM in Verrem lib. V. c. XXIII. *vt in iudiciis, qui decem laudatores dare non poteſt, honeſtius eſt ei nullum dare, quam illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere.* Licet quandoque plures etiam fuiſſe productos, ex LIVIO lib. VI. c. XX. conſtat, vbi de Manlio dicit: *homines prope quadringentos produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuiſſet.*

## §. XLV.

Certi in ſingulos annos Iudices a Prætoribus iuratis legebantur, iidemque in Albo proponebantur. Illi in tres Decurias diſtinguebantur. * Primum quidem ſolis Senatoribus Iudicia competebant, & quidem in ſingulos annos trecenti legebantur. C. vero Gracchus per Legem, Semproniam dictam, hanc Iudiciariam poteſtatem a Senatu ad Equites A. V. C. DCXXXI. tranſtulit. ** Q. Seruilius Cæpio vero Conſul, lege A. V. C. DCXLVII. lata, iudicia communicata eſſe voluit inter Ordinem Senatorium & Equeſtrem, licet non ſatis conſtet, qua ratione cum Senatu fuerint communicata. *** M. Liuius Tribunus Plebis A. V. C. DCLXIII. *Iudicum Decuriæ.*

Legem

Legem Iudiciariam tulit, dictam ab eo Liuiam, vt ex æquo iudicia penes Senatum & equeſtrem ordinem eſſent: ex equeſtri ordine trecenti ad Senatorum numerum adderentur, ſingulique Senatores viritim ſibi equitem legerent, atque ex his omnibus in poſterum binæ Decuriæ Iudicum legerentur. **** Sylla vero, per Legem Corneliam a ſe A.V.C. DCLXXII. latam, Iudicia ad Senatum iterum transtulit. ***** Poſtea, A.V.C. DCLXXXIII. per L. Aurelium Cottam Prætorem Iudicia ad Equites Romanos translata ſunt, & cum iisdem communicata. ****** Per eandem legem Aureliam acceſſiſſe videtur Tertia Iudicum Decuria, Tribunorum ſcilicet Ærarii, ******* quo nomine illi efferebentur, quibus attributa pecunia, ex ærario, vt militi reddant. † Pompeius altero Conſulatu A.V.C. DCXCVIII. ad Equeſtrem equidem ordinem potiorem Iudiciorum poteſtatem reduxit, e quo etiam Tribuni ærarii ſumebantur, ita tamen, vt tres iſtos Ordines minime ſuſtulerit.†† Hic vero Iudicum numerum ad CCCLX. reduxit. ††† Aſt Cæſar abrogata tertia Tribunorum ærariorum Decuria, duas ſaltim reliquit Senatorum & Ordinis equeſtris. †††† Reduxit vero Tertiam Decuriam ſingulari lege M. Antonius. ††††† Quartam decuriam Auguſtus adiecit ducenariorum, quæ de rebus leuioribus iudicaret. †††††† Quintam Caligula addidit. ††††††† Sextam Galba iudicibus petentibus denegauit. * Per Legem Seruiliam, quam C. Seruilius Glaucia Prætor tulit, a Prætore peregrino CDL. Iudices erant legendi, qui quotannis de pecuniis repetundis iudicent. **

* Dicebatur autem Decuria non a numero decimo, ſed, a voce decuriare, quod eſt deſcribere, in ordinem redigere. CICERO pro domo c. V. *cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.* pro Sextio c. XV. *cum vicatim homines conſcriberentur, decuriarentur.* pro Plancio c. XVIII. *decuriatio tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta.* CICERO pro Cluentio c. XLIII. *primum iudices, ſenatores, equitesque Rom. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, ſua potius religioni, quam cenſorum opinioni paruerunt. Deinde pratores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem Cluentio cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt.* SENECA III. de Beneficiis c. VII. *non poteſt ad hac ſumi iudex ex turba electorum, quem cenſus in album, & equeſtris hareditas miſit.* GELLIVS lib. XIV. c. II. *quo primum tempore a pratoribus lectus in iudices ſum, vt iudicia, qua appellantur priuata, ſuſciperem.* In duas autem primum Decurias ſiue Alba deſcripta erant horum Iudicum nomina, eademque ſecundum ordinem & cenſum diſtincta. CICERO lib. I. in Verrem c. LXI. *ex hac decuria noſtra, cuius mihi copiam quam largiſſime factam oportebat, erepta eſſet facultas eorum,*

*quos iſte annuerat, in ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur,* pro Cluentio c. XXXVII. *Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſua decuria munere, neque ex lege ſediſſet.*

** PLVTARCHVS equidem *Vita Tiberii Gracchi p.* 832. καὶ τοῖς κρίνουσι τότε συγκλητικοῖς οὖσι καταμιγνὺς ἐκ τῶν ἱππέων τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ πάντα τρόπον ἤδη τῆς βουλῆς τὴν ἰσχὺν κολούων *obtinentibus etiam id temporis iudicia ſenatoribus, parem numerum ex equeſtri ordine affundebat, atque ita vires ſenatus omnibus modis coërcebat.* Plenius de C. Graccho *p.* 837. ὁ δὲ δικαστικὸς, (νόμος) ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. (μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας, καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν) ὁ δὲ, τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς, οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε *alia iudiciaria (lex) qua plurimum circumcidit opes ſenatus. Soli enim iudicia in poteſtate ſenatores habebant, atque ideo populo & ordini equeſtri erant formidabiles. Hic vero trecentos equites Romanos trecentis admiſcuit ſenatoribus, atque iudicia hiſce ſexcentis communicauit.* Aſt certius hæc explicat cauſſasque eius rei reddit APPIANVS *B. Ciu. lib. I. p.* 618. ὁ μὲν δὴ Γάϊος Γράκχος οὕτως ἐδημάρχει τὸ δεύτερον, οἷα δ' ἔχων τὸν δῆμον ἔμμισθον, ὑπήγετο καὶ τοὺς καλουμένους ἱππέας, οἳ τὴν ἀξίαν εἰσὶ τῆς βουλῆς καὶ τῶν βουλευτῶν ἐν μέσῳ, δι' ἑτέρου τοιοῦδε πολιτεύματος, τὰ δικαστήρια ἀδοξοῦντα ἐπὶ δωροδοκίαις ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν βουλευτῶν μετέφερε, τὰ ὑπόγυια μάλιστα αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι Κορνήλιος Κόττας καὶ Σαλινάτωρ καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος, ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλὼν, σαφῶς δεδωροδοκηκότες, ἀφεῖντο ὑπὸ τῶν δικασάντων· οἵ τε πρέσβεις οἱ κατ' αὐτῶν ἔτι παρόντες, σὺν φθόνῳ ταῦτα περιϊόντες ἐκεκράγεσαν. ἅπερ ἡ βουλὴ μάλιστα αἰδουμένη, ἐς τὸν νόμον ἐνεδίδου, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐκύρου· καὶ μετηνέχθη μὲν ὧδε ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῆς βουλῆς τὰ δικαστήρια. φασὶ δὲ, κυρωθέντος ἄρτι τοῦ νόμου, τὸν Γράκχον εἰπεῖν ὅτι ἀθρόως τὴν βουλὴν καθῃρήκει· τοῦ δ' ἔργου περιϊόντος ἐς πεῖραν, μειζόνως ἔτι ἐκφανῆναι τὸ ἔπος τοῦ Γράκχου. τό τε γὰρ δικάζειν αὐτοὺς Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλιώταις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς βουλευταῖς ἐπὶ παντὶ μέτρῳ χρημάτων τε πέρι καὶ ἀτιμίας καὶ φυγῆς, τοὺς μὲν ἱππέας, οἷα τινὰς ἄρχοντας αὐτῶν ὑπερεπῆρε, τοὺς δὲ βουλευτὰς ἴσα καὶ ὑπηκόους ἐποίει· συνιστάμενοί τε τοῖς δημάρχοις οἱ ἱππεῖς ἐς τὰς χειροτονίας, καὶ ἀντιλαμβάνοντες παρ' αὐτῶν ὅ τι θέλοιεν, ἐπὶ μέγαν φόβον τοῖς βουλευταῖς ἐχώρουν· *itaque continuato ſibi magiſtratu, & conciliatis ſupradicta mercede plebeis, vt gratificaretur & equitibus, qui ſecundus poſt ampliſſimum ordo eſt, iudicia ob infames corruptelas, ad eos a ſenatoriis iudicibus transferre conatus eſt, opprobrando illis exempla recentiſſima quæque, Aurelium Cottam, Salinatorem, Manium Aquilium, qui Aſiam deuicerat, repetundarum reos, elapſos corruptis iudicibus, atteſtabantur & prouinciarum legati etiam tum in Vrbe morantes indignabundi cum magna iudicum inuidia. ea res pudorem incuſſit ſenatui, quo minus obſiſteret plebiſcito de transferen-*



Digitized by Google

Legem Iudiciariam tulit, dictam ab eo Liuiam, vt ex æquo iudicia penes Senatum & equeſtrem ordinem eſſent: ex equeſtri ordine trecenti ad Senatorum numerum adderentur, ſingulique Senatores viritim ſibi equitem legerent, atque ex his omnibus in poſterum binæ Decuriæ Iudicum legerentur. **** Sylla vero, per Legem Corneliam a ſe A.V.C. DCLXXII. latam, Iudicia ad Senatum iterum tranſtulit. ***** Poſtea, A.V.C. DCLXXXIII. per L. Aurelium Cottam Prætorem Iudicia ad Equites Romanos tranſlata ſunt, & cum iisdem communicata. ****** Per eandem legem Aureliam acceſſiſſe videtur Tertia Iudicum Decuria, Tribunorum ſcilicet Ærarii, ******* quo nomine illi efferebentur, quibus attributa pecunia, ex ærario, vt militi reddant. † Pompeius altero Conſulatu A.V.C. DCXCVIII. ad Equeſtrem equidem ordinem potiorem Iudiciorum poteſtatem reduxit, e quo etiam Tribuni ærarii ſumebantur, ita tamen, vt tres iſtos Ordines minime ſuſtulerit. †† Hic vero Iudicum numerum ad CCCLX. reduxit. ††† Aſt Cæſar abrogata tertia Tribunorum ærariorum Decuria, duas ſaltim reliquit Senatorum & Ordinis equeſtris. †††† Reduxit vero Tertiam Decuriam ſingulari lege M. Antonius. ††††† Quartam decuriam Auguſtus adiecit ducenariorum, quæ de rebus leuioribus iudicaret. †††††† Quintam Caligula addidit. ††††††† Sextam Galba iudicibus petentibus denegauit. * Per Legem Seruiliam, quam C. Seruilius Glaucia Prætor tulit, a Prætore peregrino CDL. Iudices erant legendi, qui quotannis de pecuniis repetundis iudicent. **

* Dicebatur autem Decuria non a numero decimo, ſed, a voce decuriare, quod eſt deſcribere, in ordinem redigere. CICERO pro domo c. V. *cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.* pro Sextio c. XV. *cum vicatim homines conſcriberentur, decuriarentur.* pro Plancio c. XVIII. *decuriatio tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta.* CICERO pro Cluentio c. XLIII. *primum iudices, ſenatores, equitesque Rom. in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, ſua potius religioni, quam cenſorum opinioni paruerunt. Deinde prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem Cluentio cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt.* SENECA III. de Beneficiis c. VII. *non poteſt ad has ſumi iudex ex turba electorum, quem cenſus in album, & equeſtris hereditas miſit.* GELLIVS lib. XIV. c. II. *quo primum tempore a prætoribus lectus in iudices ſum, vt iudicia, quæ appellantur priuata, ſuſciperem.* In duas autem primum Decurias ſiue Alba deſcripta erant horum Iudicum nomina, eademque ſecundum ordinem & cenſum diſtincta. CICERO lib. I. in Verrem c. LXI. *ex hac decuria noſtra, cuius mihi copiam quam largiſſime factam oportebat, erepta eſſet facultas eorum,*

tote

*quos iſte annuerat, in ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur,* pro Cluentio c. XXXVII. *Vno indicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſua decuria munere, neque ex lege ſediſſet.*

** Plutarchus equidem *Vita Tiberii Gracchi p.* 832. καὶ τοῖς κρίνουσι τότε συγκλητικοῖς οὖσι καταμιγνὺς ἐκ τῶν ἱππέων τὸν ἴσον ἀριθμόν, καὶ πάντα τρόπον ἤδη τῆς βουλῆς τὴν ἰσχὺν κολούων *obtinentibus etiam id temporis iudicia ſenatoribus, parem numerum ex equeſtri ordine affundebat, atque ita vires ſenatus omnibus modis coërcebat.* Plenius de C. Graccho p. 837. ὁ δὲ δικαστικὸς (νόμος) ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. (μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας, καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν) ὁ δὲ, τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς, οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε *alia iudiciaria (lex) qua plurimum circumcidit opes ſenatus. Soli enim iudicia in poteſtate ſenatores habebant, atque ideo populo & ordini equeſtri erant formidabiles Hic vero trecentos equites Romanos trecentis admiſcuit ſenatoribus, atque iudicia hiſce ſexcentis communicauit.* Aſt certius hæc explicat cauſſasque eius rei reddit Appianus *B. Ciu. lib. I. p.* 618. ὁ μὲν δὴ Γάιος Γράκχος οὕτως ἐδημάρχει τὸ δεύτερον, οἷα δ' ἔχων τὸν δῆμον ἔμμισθον, ὑπήγετο καὶ τοὺς καλουμένους ἱππέας, οἳ τὴν ἀξίαν εἰσὶ τῆς βουλῆς καὶ τῶν βουλευτῶν ἐν μέσῳ. δι' ἑτέρου τοιοῦδε πολιτεύματος, τὰ δικαστήρια ἀδοξοῦντα ἐπὶ δωροδοκίαις ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν βουλευτῶν μετέφερε, τὰ ὑπόγυα μάλιστα αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι Κορνήλιος Κότας καὶ Σαλινάτωρ καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος, ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλών, σαφῶς δεδωροδοκηκότες, ἀφεῖντο ὑπὸ τῶν δικασάντων· ὅτι πρέσβεις οἱ κατ' αὐτῶν ἔτι παρόντες, σὺν φθόνῳ ταῦτα περιϊόντες ἐκεκράγεσαν. ἅπερ ἡ βουλὴ μάλιστα αἰδουμένη, ἐς τὸν νόμον ἐνεδίδου, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐκύρου· καὶ μετηνέχθη μὲν ὧδε ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῆς βουλῆς τὰ δικαστήρια. Φασὶ δὲ, κυρωθέντος ἄρτι τοῦ νόμου, τὸν Γράκχον εἰπεῖν ὅτι ἀθρόως τὴν βουλὴν καθῃρήκει· τοῦ δ' ἔργου προϊόντος ἐς πεῖραν, μειζόνως ἔτι ἐκφανῆναι τὸ ἔπος τοῦ Γράκχου. τὸ γὰρ δικάζειν αὐτοὺς Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλιώταις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς βουλευταῖς ἐπὶ παντὶ μέτρῳ χρημάτων τε πέρι καὶ ἀτιμίας καὶ φυγῆς, τοὺς μὲν ἱππέας, οἷα τινὰς ἄρχοντας αὐτῶν ὑπερεπῆρε, τοὺς δὲ βουλευτὰς ἴσα καὶ ὑπηκόους ἐποίει· συνιστάμενοί τε τοῖς δημάρχοις οἱ ἱππεῖς ἐς τὰς χειροτονίας, καὶ ἀντιλαμβάνοντες παρ' αὐτῶν ὅ τι θέλοιεν, ἐπὶ μέγαν φόβον τοῖς βουλευταῖς ἐχώρουν· *itaque continuato ſibi magiſtratu, & conciliatis ſupradicta mercede plebeis, vt gratificaretur & equitibus, qui ſecundus poſt ampliſſimum ordo eſt, iudicia ob infames corruptelas, ad eos a ſenatoriis iudicibus transferre conatus eſt, opprobrando illis exempla recentiſſima quæque, Aurelium Cottam, Salinatorem, Manium Aquilium, qui Aſiam deuicerat, repetundarum reos, elapſos corruptis iudicibus, atteſtabantur & prouinciarum legati etiam tum in Vrbe morantes indignabundi cum magna iudicum inuidia. ea res pudorem incuſſit ſenatui, quo minus obſiſteret plebiſcito de transferen-*

*dis iudiciis: atque ita ad equites deuenerunt. lege hac perlata ferunt Gracchi vocem exceptam, actum iam de ſenatus potentia. eam minime vanam fuiſſe, apparuit procedente tempore. Quum enim penes alium ordinem eſſet iurisdictio de rebus vrbanis ac Italicis, deque ipſis Senatoribus, ſiue pecuniaria multa eſſet, ſiue exilium aut ignominia, imperium videbatur tam conuerſum, ſenatores vero in ſubditorum ordinem redigi: atque ita ſuffragante tribunis plebis equeſtri ordine, illis vero parem gratiam referre paratis, ſenatui timor ingens iniectus eſt.* Scilicet, non tam communicata fuerunt cum Equitibus iudicia, ſed, prout VELLEIVS PATERCVLVS loquitur *lib. II. c. VI.* de C. Graccho: *iudicia a ſenatu transferebat ad Equites.* Et videntur hac ratione Equites iſti Iudices Gracchani dici apud CICERONEM de Claris Oratoribus c. XXXIII. *L. Opimium, Gracchi interfectorem, a populo abſolutum, cum is contra populi ſtudium ſtetiſſet, Gracchani iudices ſuſtulerant.*

*** CASSIODORVS ad a. 647. *his Coſſ. Q. Seruilio & C. Attilio per Seruilium Cepionem Coſ. iudicia equitibus & ſenatoribus communicata ſunt.* Idem teſtatur IVLIVS OBSEQVENS *de Prodigiis.* Quare etiam Senatus Patronus fuit dictus, ſecundum VALERIVM MAXIMVM *lib. VI. c. IX. n. 12.* Hanc legum poſtea Craſſus graui oratione iterum ſuaſit. CICERO de Claris Oratoribus c. XLIII. *omnibus quidem aliis, inquam, in magiſtratibus, ſed tribunus anno poſt fuit, eoque in roſtris ſedente ſuaſit Seruiliam legem Craſſus.* Et c. XLIV. *mihi quidem a pueritia quaſi magiſtra fuit, inquam, illa in legem Cepionis oratio: in qua & auctoritas ornatur ſenatus, quo pro ordine illa dicuntur: & inuidia concitatur in iudicum & in accuſatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit* & pro Cluentio c. LI. *in ſuaſione legis Seruiliæ ſummis ornat ſenatum laudibus: & multa in equites R. cum ex ea oratione aſperius dicta recitaſſet, quo animi illorum iudicum in Craſſum incenderentur: aliquantum eſſe commotus dicitur.* PIGHIVS *Tom. II. Ann. p. 141.*

**** Sic APPIANVS *lib. I. B. Ciu., p. 630.* de hoc Liuio Druſo τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ μάλιστα δὴ τότε ἀλλήλοις διὰ τὰ δικαστήρια διεφέροντο, ὑπὸ κοινῷ νόμῳ συναγαγεῖν ἐπειρᾶτο· σαφῶς μὲν οὐ δυνάμενος ἐς τὴν βουλὴν ἐπανενεγκεῖν τὰ δικαστήρια, τεχνάζων δ' ἐς ἑκατέρους ὧδε· τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τῶν τριακοσίων, τοσούσδε ἑτέρους αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια *ſenatum quoque ac equites tum maxime propter iudicia diſſidentes inuicem conabatur conciliare: qua quum nequiret ſenatui palam reſtituere, arte vtrosque adgreſſus eſt. nam quum ſenatores propter crebras ſeditiones vix trecentorum explerent numerum, promulgauit legem, vt ex equeſtri ordine adderentur totidem, delectu optimorum habito, atque ex his omnibus in poſterum legerentur iudices.* Pergit inde Appianus, atque demonſtrat, quod hæc non Senatus ſolum ægre tulerit, eo quod temporis momento, tantus equitum numerus cooptaretur in ſenatum: equites autem veriti, hoc pacto penes ſolum Senatum fore iudicia. Facit huc VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. XIII. *deinde interiectis paucis annis, tribunatum iniit M. Liuius Druſus; vir nobiliſſimus, eloquentiſſimus, ſanctiſſimus, meliore in omnia ingenio, animoque, quam fortuna vſus. qui cum ſenatui priſcum reſtituere cuperet decus, & iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem; (quippe eam poteſtatem nacti equites Gracchanis Legibus, cum in multos clariſſimos atque innocentiſſimos viros ſæuiſſent, tum*

*P. Ru-*

*P. Rutilium, vírum non ſeculi ſui, ſed omnis æui optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant) in iis ipſis, quæ pro ſenatu moliebatur, ſenatum habuit aduerſarium.* Exinde duæ Iudicum Decuriæ fuerunt ortæ, de quo intelligendus eſt CICERO lib. II. in Verrem c. XXXII. *hunc hominem in iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam ſenatoriam iudex obtinebit?*

***** TACITVS Ann. XI. c.XXII. *poſt, lege Syllæ viginti creati ſupplendo Senatui, cui iudicia tradiderat.* Ann. XII. c.LX. *Claudius omne ius tradidit, de quo totiens ſeditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equeſter ordo in poſſeſſione iudiciorum locaretur; aut rurſum Seruiliæ leges Senatui iudicia redderent; Mariusque & Sulla olim de eo vel præcipue bellarunt.* ASCONIVS PEDIANVS p. 19. *C. Gracchus legem tulerat, vt equites Romani iudicarent. Iudicauerunt per annos XL. ſine infamia, poſt victor Sylla leges tulerat, vt ſenatorius ordo iudicaret: & iudicauit per X. annos turpiter. nunc Aurelius Cotta legem fert, vt ſenatores, & equites Romani, ac tribuni ærarii ſimul iudicent. hoc eſt, quod Tullius dicit offenſione ſenatorii ordinis fieri: & bene addit, Quoque, vt, ſimul iudicaturos alios eſſe, monſtraret.*

****** Sic equidem LIVIVS *epit. XCVII.* VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. XXXII. *per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum ſenatui ad equites, Sulla ab illis ad ſenatum tranſtulerant, æqualiter inter vtrumque ordinem partitus eſt.* Controuerſiam de eo ortam, patet ex CICERONIS Diuinatione c. III. *qui iudicia manere apud ordinem ſenatorium iubent, queruntur, accuſatores ſe idoneos non habere. qui accuſare poſſent, iudiciorum ſeueritatem deſiderant. Populus Rom. interea, tametſi multis incommodis, difficultatibusque affectus eſt, tamen nihil æque in rep. atque illam veterem iudiciorum vim, grauitatemque requirit: Iudiciorum deſiderio tribunitia poteſtas efflagitata eſt: iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur.*

******* Prouocat equidem Cicero ſæpius ad hanc legem Cottæ, ſed diſerte de hac tertia Iudicum decuria adiecta non loquitur. ASCONIVS PEDIANVS vero idem dicit, vtpote p. 130. *M. Cottam ſignificat. Fuerunt autem tres. duo hi. C. & M. tertius L. Cotta, qui lege ſua iudicia inter tres ordines communicauit, ſenatum, equites, tribunos ærarios.* & p. 140. *Aurelia lege communicata iudicia inter ſenatores, & equeſtrem ordinem, & tribunos ærarios.* Et dum CICERO in Piſonem c. XXXIX. dixerat: *ecquid vides, ecquid ſentis, lege iudiciaria lata, quos poſthac iudices ſumus habituri non æque legetur, quisquis voluerit: nec quisquis noluerit, non legetur, nulli conii<i>cientur in illum ordinem, nulli eximentur; non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad ſimulationem coniicietur: iudices iudicabunt ii, quos lex ipſa, non quos hominum libido delegerit:* vbi ASCONIVS PEDIANVS p. 167. *Legem iudiciariam ante aliquot annos quibus temporibus accuſatus eſt Verres a Cicerone tulit Aurelius Cotta Prætor: qua communicata ſunt iudicia ſenatui, & equitibus Romanis & tribunis ærarii.*

† VARRO de L. L. lib. V. Quare pecuniam attributam ASCONIVS PEDIANVS p. 79. dicit, quæ in ſtipendium militum de ærario a tribunis ærariis adnumerari Quæſtori ſolet.

†† Patet hoc ex PLVTARCHI POMPEIO *p. 630.* καὶ τὰς δίκας περιεῖδεν αὖθις εἰς τὰς ἱππέας νόμῳ μεταφερομένας *permiſit vt iudicia iterum lege transferrentur ad equites.* ASCONIVS PEDIANVS p. 167. *rurſus deinde Pompeius in conſulatu ſecundo, quo hæc oratio dicta eſt, promulgauit, vt ampliſſimo ex cenſu, ex centuriis aliter quam antea, lecti iudices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicentur.* Fuiſſe autem

rem Ciceronis vel Pompeii temporibus tres haſce Iudicum decurias, docet nos CICERO lib. II. ad Q. Fr. ep. IV. *Senatorum vrna copioſe abſoluit, equitum adaquauit, Tribuni ærarii condemnarunt.*

††† PLVTARCHVS *Pompeio p.* 649. Σκιπίων ὁ δὲ πενθερȣ̃ κρινομένȣ, μεταπεμψάμενος εἰκάδε τȣ̀ς ἑξήκοντα καὶ τȣ̀ς τριακοσίȣς ἐνέτυχε βοηθεῖν *at ſocero eius Scipione cauſam dicente, ſexaginta & trecentos iudices domum accerſitos iuuauit vt illum eriperent.* Quare etiam de auo ſuo VELLEIVS PATERCVLVS lib. II. c. LXXVI. *quippe C. Velleius, honoratiſſimo inter illos CCCLX. iudices loco a Cn. Pompeio lectus.*

†††† SVETONIVS Cæſare c. XLI. *Iudicia ad duo genera Iudicum redegit, equeſtris ordinis ac ſenatorii: tribunos ærarios quod erat tertium, ſuſtulit.*

††††† CICERO Philip. I. c. VIII. *quid? ea lege, quæ promulgata eſt de tertia decuria iudicum, nonne omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur.* & Phil. V. c. VI. PITISCVS quidem voce Decuria, hanc legem ſaltim promulgatam non æque latam fuiſſe dicit, eo quod M. Antonius hoſtis iudicatus. Aſt, contrarium nos docet CICERO Philipp. V. c. VI. ſeribens: *atque ego de notis iudicibus dixi, quos minus noſtis nolui nominare: ſaltatores, citthariſtas, totum denique comeſſationis Antonianæ chorum, in tertiam decuriam iudicum ſcitote eſſe collectum. hæc cauſa, cur lex tam egregia, tamque præclara, maximo imbri, tempeſtate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur, vt eos iudices haberemus, quos ſocios ad epulas habere hoſpites nemo velit: ſcelerum magnitudo, conſcientia maleficiorum, direptio eius pecuniæ, cuius ratio in æde Opis confecta eſt, hanc tertiam decuriam excogitauit.*

†††††† SVETONIVS Auguſto c. XXXII. *ad tres Iudicum decurias, quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus ſummis.* PLINIVS lib. XXXIII. c. I. *Diuo Auguſto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit, qui non equites, ſed iudices, vocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque non niſi quatuor decuriæ fuere primo. Decuriæ quoque ipſæ plurimis diſcreta nominibus; Tribunorum æris, & Selectorum, & Iudicum. Propter hoc etiamnum Nongenti vocabantur ex nominibus ſelecti ad cuſtodiendas ſuffragiorum ſcita in Comitiis.*

††††††† SVETONIVS Caligula c. XVI. *vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.*

* SVETONIVS Galba c. XIV. *Iudicibus ſextam decuriam adiici precantibus non negauit.*

** Prouocat ad hanc legem Seruiliam SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. cap. XII.* Integrum vero fragmentum huius legis ex æneis tabulis depromptum inſeruit *lib. II. c. XXVII.* in quo hæc verba: PRÆTOR, QVI IVS INTER PEREGRINOS DICET, CDL. VIROS IN PERPETVVM LEGITO. QVI IN HAC CIVITATE IVDICENT. IDEM FACITO VTI CDL. VIROS LEGAT, QVI QVOTANNIS DE PECVNIIS REPETVNDIS IVDICENT. Et paullo poſt: PRÆTOR, QVI EX HAC LEGE QVÆRET, FACITO, VT IS, QVI NOMEN DETVLERIT, DIE VICESIMO EX CDL. VIRIS, QVI IN EVM ANNVM FACTI ERVNT, CERTVM ADVERSARIO SVO LEGAT, EDATVE. QVOS VERO IS EDIDERIT, EX IIS IS VNDE PETETVR, QVINQVAGINTA EDITO, LEGITOVE, QVI IVDICENT.

§. XLVI.

Digitized by Google

## §. XLVI.

Die Iudicii, Prætor, vel Iudex Quæſtionis, Iudicum in illum annum ex Senatoribus, Equitibus & Tribunis ærariis lectorum nomina, in vrnam coniiciebat, ac ſorte eum numerum educebat, quem lex ad hanc vel illam quæſtionem præſcribebat, e quibus Accuſatori vel reo liberum erat, quosdam reiicere, quibus alios ſubſortiebatur Prætor * qui iurare debebant. Quandoque Actor tales edebat. ** Accuſator, poſtquam de calumnia iuraſſet, *** accuſationem ſuam probabat, vel quæſtionibus, vi tormentorum a ſeruis in equuleo expreſſis, quæ in Tabulas referebantur, **** vel teſtimonio ***** liberarum perſonarum, quæ legebantur, vel tabulis. ****** Accuſatione hac prima ******* perfecta, incipiebat reſpondere Reus, & teſtimonia refutabat. ******** Tertio poſt die, iterum citabantur partes, quod dicebatur COMPERENDATIO, ſiue ſecunda actio, ********* ſiue perpetua, qua teſtimonia tabulæque ad crimen accommodabantur.

*Iudicia Criminalia.*

* Vocabatur hoc Iudicum Reiectio de qua CICERO in Verrem Act. I. c. VI. *manſit in conditione, atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. poſteaquam reiectio iudicum facta eſt.* CICERO in Verrem lib. I. c. LX. *nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicum nihil dico:* Et paullo poſt: *Eiusmodi ſortitionem homo amentiſſimus ſuorum quoque iudicum fore putauit per ſodalem ſuum, Q. Curtium Iudicem quæſtionis: niſi ego vi populi, & hominum clamore, atque conuitio reſtitiſſem: ex hac decuria noſtra, cuius mihi copiam quam largiſſime factam oportebat, erepta eſſet facultas eorum quos iſte annuerat, in ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur.* pro Cluentio c. XLI. *iam non eos Iunius ſubſortitus eſt, qui pecunia accepta condemnarent.*

** CICERO pro Muræna c. XXIII. *editicios iudices eſſe voluiſti.* Pro Plancio c. XV. *omneis ambitus leges complexus es. neque enim quidquam aliud in hac lege, niſi editicios iudices es ſecutus, quod genus iudiciorum ſi eſt æquum nulla in re, niſi hac tribunaria: non intelligo, quamobrem ſenatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accuſatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras cauſas: de ipſo denique ambitu, de reiectione, fieri voluerit iudicium alternorum.* c. XVII. *At vero nuper clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt, cum ex CXXV. iudicibus, principibus equeſtris ordinis, quinque & LXX. reus reiiceret, L. referret, omniaque potius permiſcuerunt, quam ei legi, conditionique parerent: nos neque ex delectis iudicibus, ſed ex omni populo, neque editos ad reiiciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos iudices ita feremus; vt neminem reiiciamus.* Hinc etiam PLINIVS Panegyrico c. XXXVI. *dicitur actori atque etiam procuratori tuo; in ius veni; ſequere ad Tribunal. Nam tribunal quoque excogitatum cruciatu eſt par ceteris, niſi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors & vrna fiſco iudicem adſignat: licet reiicere, licet exclamare; hunc nolo, timidus eſt, & bona ſæculi parum intelligit. Illum nolo quia Cæſarem fortiter amat.* Integrum Proceſſum deſcribit ASCONIVS PEDIANVS Act. in Verrem p. 47. *Reiectio autem idcirco dicitur, quia, cum multi iudices in conſilio cum Prætore ſuo iudicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet,*

*in publica cauſa, verbi gratia repetundarum, ambitus, maieſtatis, neceſſe fuerat eos primum de decuria ſenatoria conſcribi, cum ſenatus iudicaret, deinde in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: Tertio, id eſt, poſt vrnam, permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reiiciant, quos putauerint ſibi aut iniquos, aut ex alia re incommodos fore. Solet autem ex moribus ac fama iudicum illorum, quos aut reiiciebant, aut retinebant, voluntatis coniecturam facere populus, quis cauſa ſua confideret, quis corrumpere iudices vellet. Reiectione celebrata, in eorum locum, qui reiecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur. Prima enim ſortitio dicebatur. His perfectis, iurabant in leges iudices, vt obſtricti religione iudicarent. Cum iuraſſent omnes præter ipſum Prætorem, nomina eorum libellis, vt ſupra diximus, continebantur, & vbique habebantur, ne pro ſelectis iudicibus, vt fit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſſime iudicarent, itaque ad Prætoris tribunal conſiderent, vt iudicaturi cum Prætore ſuo.* SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. c. XII.*

*** CICERO pro Cluentio c. LXIII. *cum eſſent animi ſeruorum, & ſpe, & metu tentati, vt aliquid in quæſtione dicerent: tamen (vt arbitror) auctoritate aduocatorum, & vi tormentorum adducti, in veritate manſerunt; neque ſe quidquam ſcire dixerunt. Quæſtio illo die de amicorum ſententia dimiſſa eſt. Satis longo interuallo poſt iterum aduocantur, habetur de integro quæſtio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: auerſari aduocati, & iam vix ferre poſſe: furere crudelis, atque importuna mulier, ſibi nequaquam, vt ſperaſſet, ea, quæ cogitaſſet, procedere. Cum iam tortor, atque eſſent ipſa tormenta defeſſa, neque tamen illa finem facere vellet: quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute præditus, intelligere ſe dixit, non id agi, vt verum inueniretur, ſed, vt aliquid falſi dicere cogerentur. Hoc poſt quam ceteri comprobarunt: ex omnium ſententia conſtitutum eſt, ſatis videri eſſe quæſitum.* ASCONIVS PEDIANVS Arg. in Milonem p. 191. *apud Domitium autem Quæſitorem maior Appius poſtulauit a Milone ſeruos exhiberi numero IIII. & L. & cum ille negaret, eos, qui nominabantur, in ſua poteſtate eſſe, Domitius ex ſententia iudicum pronunciauit, vt ex ſeruorum eorum numero accuſator, quot vellet, ederet.* Contra dominos tamen ſerui torqueri non poterunt, excepta cauſſa inceſtus & coniurationis. Sic enim CICERO Partit. Oratoriis c. XXXIV. *de noſtrorum etiam prudentiſſimorum hominum inſtitutis, qui cum de ſeruis in dominos quæri noluiſſent, de inceſtu tamen & coniuratione, quæ facta me conſule, quærendum putauerunt.* pro Deiotaro Rege c. I. *nam, cum more maiorum de ſeruo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat.* pro Milone c. XXII. *de ſeruis nulla quæſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu, vt fuit in Clodium. Proxime ad Deos acceſſit Clodius, propius quam tum, cum ad ipſos penetrarat: cuius de morte, tamquam de cæremoniis violatis, quæritur. Sed tamen maiores noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inueniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & domini morte ipſa triſtius. In reum de ſeruis accuſatoris cum quæritur, verum inueniri poteſt. Age vero, quæ erat aut qualis quæſtio? Heus vbi Ruſcio, vbi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nulla fecit. ſperata libertas. Quid hac quæſtione certius? Subito arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur a ceteris, & in arcas coniiciuntur, ne quis eum iis colloqui poſſit. Hi centum dies, penes accuſatorem cum fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. Quid hac quæſtione dici poteſt integrius? quid incorruptius?* Erant autem arcæ, loca ſeparata, in quibus vincti ſeruabantur, ne cum aliquo loqui poſſent. Dicebantur hæc QVÆSTIONES Vid. etiam HIER. MAGIVS *de equuleo.* Hæc autem ſingula in tabulas fuerunt relata, ſecundum



Digitized by Google

CICERONEM in Verrem lib. I. c. vlt. *hoc modo iſte ſibi, & ſaluti ſuæ proſpicere didicit, referendo in tabulas & priuatas & publicas, quod geſtum non eſſet: tollendo, quod eſſet, & ſemper aliquid demendo, ne litura appareat interpolando.*

**** Sic ASCONIVS PEDIANVS p. 127. ad verba Ciceronis pro C. Cornelio: *quid Metellus ſumma nobilitate, ac virtute, cum bis iuraſſet: ſemel priuatim a patre iterum publice: a lege coactus, deſtitit accuſatione. an vi, an veritate? ſic commentatur: inter Metellum & Curionem facta pactio eſt, vt, neque arbitrium de libertate vrgeret in Metellum Curio, neque Metellus perſtaret in accuſatione Curionis. eaque pactio ab vtroque iuramento firmata eſt. huc ergo illud pertinet, cum iuraſſe dixit, ſemel priuatim, & iterum legatum, ſcilicet cum in Curionem calumniam iurauit.* COELIVS lib. VIII. ep. VIII. *de diuinatione Appius, cum calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt.* LIVIVS lib. XLIV. *ſi velut accuſatores calumniam in eum iurarent, nomenque deferrent.* Dicitur hoc in Lege Seruilia *calumniam deierare.*

***** Faciunt huc CICERONIS Partitiones Oratoriæ, quibus docet quibusnam argumentis vtendum ſit Accuſatori, quibus Reo. Potiſſimum vero Cap. V. ſic loquitur: *in iudiciis quæ eſt collocatio? Non eadem accuſatoris, & rei: quod accuſator rerum ordinem perſequitur, & ſingula argumenta, quaſi haſta in manu collocata, vehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, teſtimoniis, accuratiusque in ſingulis commoratur: perorationibusque præceptis, quæ ad incitandos animos valent & in reliqua oratione paullulum digrediens de curſu dicendi vtitur, & vehementius in perorando. Eſt enim propoſitum vt iratum efficiat iudicem. Quid faciendum eſt contra reo? omnia longe ſecus. Sumenda principia ad beneuolentiam conciliandam. Narrationes, aut amputandæ, quæ lædunt: aut relinquendæ, ſi totæ ſunt moleſtæ. Firmamenta ad fidem poſita, aut per ſe diluenda aut obſeruanda, aut digreſſionibus obruenda. Perorationes autem, ad miſericordiam conferendæ.* Moris autem erat, vt prima oratione recitata, demum teſtes producerentur. Aſt ſubortum ſubinde ſingulare artificium, vt ad ſingulas res in oratione propoſitas teſtes interrogarentur. De quo CICERO Actione prima in Verrem exeunte. *Faciam hoc non nouum, ſed ab iis, qui nunc principes noſtræ ciuitatis ſunt, ante factum, vt teſtibus vtar ſtatim. Illud a me nouum, iudices, cognoſcetis, quod ita teſtes conſtituam, vt crimen totum explicem: vbi id interrogando, argumentis, atque oratione firmauero, tum teſteis ad crimen accommodem. vt nihil inter illam vſitatam accuſationem, atque hanc nouam interſit, niſi quod in illa tunc, cum omnia dicta ſunt, teſtes dantur: hic in ſingulas res dabuntur: vt illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi, dicendique ſit. Si quis erit, qui perpetuam orationem, accuſationemque deſideret, altera actione audiet. nunc id, quod facimus, ea ratione facimus, vt malitiæ illorum conſilio noſtro occurramus, neceſſario fieri intelligant. Hæc primæ actionis erit accuſatio. Dicimus, C. Verrem, cum multa libidinoſe, multa crudeliter in ciueis Romanos, atque in ſocios, multa in deos, hominesque nefarie fecerit, tum præterea quadringentiis ſeſtertium ex Sicilia, contra leges abſtuliſſe. Hoc teſtibus, hoc tabulis, priuatis, publicisque auctoritatibus, ita vobis planum faciemus, vt hoc ſtatuatis, etiamſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, vacuosque dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe.* ASCONIVS PEDIANVS *p. 40. cum videret id agi, vt a M. Glabrione Prætore, & ab iis iudicibus, qui tunc erant, ad alium annum, aliumque Prætorem, res tota transiret, eriperetur que ſibi reus patrocinio Hortenſii ac Metelli, qui tunc Conſules futuri erant, (per hos enim Verres eludendi iudicii fiduciam ſumpſerat) hoc commentus eſt rationis, vt*

*ora-*

*orationem longam prætermitteret, neque in criminibus declamatione cumulandis tempus ab-ſumeret, ſed tantummodo citaret teſtes ad vnum quoque crimen expoſitum, & eos Hortenſio interrogandos daret. qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, vt nihil contra quod diceret, in-veniret, ipſe etiam Verres, deſperato patrocinio, ſua ſponte diſcederet in exilium.* CICERO pro Milone c. XVIII. *videte, Iudices, quantæ res his teſtimoniis ſint confectæ.* Vte-bantur autem voce Arbitror. CICERO pro Fonteio c. IX. *credo hæc eadem Indutioma-rum in teſtimonio timuiſſe, aut cogitaſſe: qui primum illud verbum conſideratiſſimum no-ſtræ conſuetudinis, Arbitror, quo nos etiam tunc vtimur, cum ea dicimus iurati, quæ com-perta habemus, quæ ipſi vidimus ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit.* Acad. Quæſt. lib. IV. c. XLVII. *quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia, qui primum iurare ex ſui animi ſententia quemque voluerunt: deinde ita teneri, vt ſciens falleret; quod inſcientia multa verſaretur in vita, tum qui teſtimonium diceret, vt Arbi-trari ſe diceret etiam quod ipſe vidiſſet, quæque iurati iudices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronuntiarent.*

****** CICERO Act. I. in Verrem c. V. *nunc hominem tabulis, teſtibus, priuatis, publiciſque litteris, auctoritatibusque accuſemus.* lib. I. in Verrem c. LXI. *quid enim? con-tra tabulas, quas tu protuliſti, audeam dicere? difficile eſt.*

******* CICERO in Verrem lib. I. c. XI. *ne, quem nemo prima actione defendere auſus eſſet, eum ego bis accuſare non poſſem.* in Verrem lib. I. c. LX. *Is mihi etiam queritur, quod a nobis IX. ſolis diebus, prima actio ſui iudicii transacta ſit: cum apud ipſum tribus horis Qu. Opimius, ſenator populi Rom. bona, fortunas, ornamenta omnia amiſerit?* Vid. SIGONIVS *de Iudiciis lib. II. c. XV. XVI.*

******** CICERO pro Cluentio c. XVIII. *hic ego cum ad reſpondendum ſurrexi* c. XX. *citatur reus: agitur cauſa paucis verbis, accuſat, vt de re iudicata, Canutius. In-cipit, longo, & alte petito proœmio, reſpondere maior Cepuſius.* pro Fonteio c. I. *plus ego in hac cauſa laboris & operæ conſumo in poſcendis teſtibus: quam ceteri defenſores in refu-tandis.* & c. XVI. *ſceleratorum hominum periuria teſtimoniis ac laudationibus ſuis refutare.*

********* CICERO in Verrem lib. I. c. IX. *adimo enim comperendinatum quod habet lex in ſe moleſtiſſimum, bis vt cauſa dicatur. quod aut mea cauſa potius eſt con-ſtitutum, quam tua: aut nihilo tua potius, quam mea. Nam ſi bis dicere eſt commodum: certe vtriusque commune eſt. Si eum, qui poſterius dixit, opus eſt redargui: accuſatoris cauſa, vt bis ageretur, conſtitutum eſt. Verum, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt compe-rendinaretur reus antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronuntiari. Vtram igi-tur, putas legem molliorem? opinor illam veterem, qua vel cito abſolui, vel tarde condemna-ri licebat. Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſemel accuſati, ſemel dicta cauſa, ſemel auditis teſtibus, condemnati ſunt, nequaquam tam manifeſtis, neque tantis criminibus, quantis tu conuinceris, putate non hac tam atroci, ſed illa lege mitiſſima cauſam dicere. Accuſabo: reſpondebis. teſtibus editis, ita mittam in conſilium, vt etiamſi lex am-pliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo iudicare.* in Verrem lib. IV. c. XV. *poſteaquam eſt comperendinatus.* Priorem locum tali modo explicat. ASCONIVS PEDIRNVS p. 75. *Comperendinatum pro comperendinatione poſuit, & eſt ſenſus auſero vobis moleſtiam bis dicendi. Sed quid? dices vtile eſſe hic dicere? & mihi ego denego hanc vtilitatem: in qua re cur me accuſes, non habes. Aut enim comperendina-tio propter me magis, quam propter te, eſt inſtituta: aut non magis propter te, quam propter*

Digitized by Google

*propter me. ſi enim numerum dicendi conſideres, ex æquo eſt: ſi ordinem, ego ſum prior & vltimus, nam ſimul accuſator dixerit, reſpondet prima actione defenſor: & rurſum comperendinato iudicio dicit prior defenſor, & defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam obruit vltimus accuſator. Ante legem Glauciam de comperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſoluendus eſſet reus: aut, Amplius, pronuntiabatur, ſi videretur eſſe damnandus, cum dixiſſent iudices: Non liquet, hoc eſt, obſcura cauſa eſt. itaque ea pars interpoſita dilatione dicebat, in cuius peroratione videbatur obſcuritas. Comperendinatio vero vtriusque partis recitatio eſt. Alii ſic adnotant. Comperendinatio eſt ſecunda actio. item comperendinatio eſt ab vtrisque litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem. namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem qui dabatur poſt trigeſimum diem: quo dato, deinde inter ſe perendinum diem, vt ad iudicium venirent, denuntiabant quo cum eſſet ventum, antequam cauſſa ageretur, quaſi per iudicem rem exponebant. quod ipſum dicebatur cauſa coniectio. quaſi cauſa ſuæ in breue coactio.*

§. XLVII.

Poſtquam in Comperendinatione cauſam dixiſſent, & Præco pronuntiaſſet, DIXERVNT. * Iudices datis tabulis ** mittebantur in Conſilium, *** Iſtarum autem tres erant, Prima inſignita litera A. quæ nota erat *Abſolutionis*. Altera litera C. quæ *Condemnationem* ſignificabat. Tertia litera N. L. *non liquet*, quæ ampliationem notabat, ſiue damnationis dilationem. **** Hæ pro tribus Iudicum Ordinibus in tres vrnas proiiciebantur, & ſecundum Maiora ***** Reus vel abſoluebatur, vel condemnabatur. ****** Reum condemnatum ſequebatur vel litis æſtimatio, ******* vel animaduerſio, quæ in mulcta † conſiſtebat, exilio vel coërcitione & pœna capitali. †† Adpellatum tamen ſæpe fuit ad Tribunos plebis, ††† vel a Prætore ad Conſulem. †††† Immo Prætor Prætori intercedebat. †††††

*Abſolutio vel Condemnatio reorum.*

* ASCONIVS PEDIANVS in Procem. Act. in Verrem p. 65. *moris veterum fuit, cum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ orationis imponere, vt dicerent ad vltimum, Dixi: quod etiam, ab vtraque parte oratione conſumpta, vt in Conſilium dimitterentur, Præco ſoleret pronuntiare, Dixerunt.* ASCONIVS equidem habet Prætor. Verum FRANCISCVS HOTTOMANNVS in procem. act. in Verrem p. 229. ait: *Præco legendum potius exiſtimem ex hoc præſertim Ciceronis loco in Verrem lib. II. c. XXX. tum repente iſte teſtes citari iubet: dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogatur. præco dixiſſe pronuntiat.*

** CICERO pro Flacco c. XXXIX. *cum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco ſolum: dabitur de ducibus, auctoribusque conſeruandæ ciuitatis.* Diuin. c. VII. *& ait idem, vt aliquis metus adiunctus ſit ad gratiam: certos eſſe in conſilio, quibus oſtendi tabellas velit. id eſſe perfacile: non enim ſingulos ferre ſententias, ſed vniuerſos conſtituere: ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria.* Ceram legitimam vocat, non diſcolorem, cuius datio inuenta ſit ad corrumpendos Iudices, ASCONIVS PEDIANVS ad h. l. p. 26. *Terentius Varro frater C. Varronis Conſobrini*

Z

*ſobrini M. Tullii, reus ex Aſia, apud L. Furium Prætorem primo de pecuniis repetundis: deinde apud P. Lentulum Suram eſt accuſatus: abſolutusque eſt a Q. Hortenſio, qui corruptis iudicibus hunc metum adiunxit ad gratiam, vt diſcoloribus ceris inſignitas iudices tabellas acciperent, vt timeret vniusquisque eorum, ne fidem pactionis non ſeruaſſe videretur, ſi non in tabula, quam vnicuique datam meminiſſet Hortenſius, ex nota ceræ ſcilicet diſcoloris, abſolutum Varronem reperiret.*

*** Hæc enim ſolennis erat formula, mittere in Conſilium. CICERO in Verrem lib. I. c. IX. *acti ſibo. reſpondebis. teſtibus editis, ita mittam in Conſilium, vt, etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo iudicare.* Ad hunc locum ASCONIVS PEDIANVS p. 77. *Mittere iudices in conſilium, eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam, vbi allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi.* CICERO Diuin. c. VI. *non enim ſingulos ferre ſententias ſed vniuerſos conſtituere.* Vbi iterum ASCONIVS PEDIANVS p. 25. *Vult ergo corruptionis tantam ſolicitudinem circa iudices eſſe Tullius, vt hac religione iniecta pro ſe iudicent. Singuli autem ſententiam de tabula pronuntiabant in leuioribus cauſis, & vt id ipſum neque nota, neque cuſtode opus fuit, cur corruptor iudicum adiungeret metum ad gratiam iudicantis. Conſtituere autem, tabulas in ciſta ponere, ſignificat magis quam decernere.* CICERO pro Cluentio c. XX. *cum in conſilium iri oporteret, quæſiuit ab eo reo C. Iunius, quæſitor, ex lege illa Cornelia, quæ tum erat, clam, an palam, de ſe ſententiam fieri vellet. De Oppianici ſententia reſponſum eſt, quod is Auiti familiarem Iunium eſſe dicebat, clam velle fieri. Itum eſt in conſilium, omnibus ſententiis, præter vnam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat, Scamander prima actione condemnatus eſt.* & c. XXVII. *in conſilium erant ituri Iudices triginta & duo, ſententiis decem, & ſex abſolutio confici poterat. H. S. quadraginta millia nummûm in ſingulos iudices diſtributa, eum numerum ſententiarum conficere debebant, vt ad cumulum, ſpe maiorum præmiorum, ipſius Staleni ſententia ſeptima decima accederet. Atque etiam caſu tum, quod illud repente erat factum, Stalenus ipſe non aderat. cauſam neſcio quam apud iudicem defendebat. Facile hoc Auitus patiebatur; facile Canutius: at non Oppianicus: neque patronus eius L. Quinctius: qui cum eſſet eo tempore tribunus plebis, conuicium C. Iunio, iudici quæſtionis, maximum fecit, vt ne ſine Staleno in conſilium iretur: cumque id ei per viatores conſulto negligentius agi videretur, ipſe a publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus eſt, & illud pro poteſtate dimitti iuſſit: Stalenum ipſe ad ſubſellia adduxit. Conſurgitur in conſilium cum ſententias Oppianicus, quæ tum erat poteſtas, palam ferri velle dixiſſet, vt Stalenus ſcire poſſet, quid cuique deberetur.*

**** ASCONIVS PEDIANVS p. 25. *in diuinationibus & in aliis cauſis maioribus vniuerſi iudices in ciſtam tabulas ſimul coniiciebant ſuas, easque inſculptas literas habentes: A. Abſolutionis: C. Condemnationis: cum de alicuius capite agebatur, NL, Ampliationis: his enim literis ſignificabant, Non liquere.* p. 76. *inter comperendinationem & ampliationem hoc intereſt, quod comperendinatio ex vna tantum re dabatur, cum cauſam iudex non intelligeret, & omnino, ſi videbatur iudicibus bona cauſa, abſoluebant reum: ſi mala non ſtatim damnabant, ſed hac excuſatione parcebant. nam cum condemnandi nota eſſet C. litera, abſoluendi A, Ampliandi ſignum NL. dabant, quo ſignificabant Non liquere: vnde ampliatio naſcebatur.* CICERO ad Atticum lib. I. ep. I. *Catilina, ſi iudicatum erit meridie non liquere, certus erit competitor* in Verrem lib. I. c. IX. *antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronuntiari* & paullo poſt: *ita mittam in conſilium, vt etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo iudicare.*

pro

Digitized by Google

pro Cæcina c. X. *in eum quid dicam, niſi id, quod negare non poſſit? veniſſe in conſilium publicæ quæſtionis, cum eius conſilii iudex non eſſet? & in eo conſilio, cum cauſam non audiſſet, & poteſtas non eſſet ampliandi, dixiſſe ſibi liquere? dum incognita re iudicare voluiſſet, maluiſſe condemnare, quam abſoluere?* ad Herennium c. XXXVI. *quid fuit, iudices, quare in ſententiis ferendis dubitaueritis, aut iſtum hominem nefarium ampliaueritis? non apertiſſimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ teſtibus comprobatæ? non contra tenuiter, & nugatorie reſponſum? hic vos veriti eſtis, ſi primo cœtu condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini. Sæpius autem fuerunt ampliati, vsque dum vel abſoluerentur vel condemnarentur.* Sic de M. Titinio LIVIVS lib. XLIII. c. II. *bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus.* VALERIVS MAXIMVS lib. VIII. c. I. n. II. *P. Scipio Aemilianus L. Cottam ad prætorem accuſauit. Cuius cauſa, quamquam grauiſſimis criminibus erat confoſſa: ſepties ampliata & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt.*

***** De Vrnis CICERO in Vatinium c. XIV. *quæro, ex te, Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditam tribunos pl. appellarit, ne cauſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quæſitoris adſcenderit, eumque vi deturbauerit? ſubſellia diſſiparit? vrnas deiecerit? eas denique omneis res in iudicio diſturbando commiſerit, quarum rerum cauſa iudicia ſunt conſtituta?* CICERO ad Atticum lib. I. ep. XIII. *nam, vt reiectio facta eſt clamoribus maximis cum accuſator, tamquam cenſor bonus, homines nequiſſimos reiiceret: reus, tamquam clemens laniſta frugaliſſimum quemque ſecerneret: vt primum iudices conſederunt, valde diffidere boni cœperunt, non enim vmquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit, maculoſi ſenatores, nudi equites, tribuni non tam ærati, quam, vt appellantur, ærarii, pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat.* ad Q. Fr. lib. II. ep. vlt. *quo die hæc ſcripſi, Druſus erat de præuaricatione a tribunis ærariis abſolutus, in ſumma quattuor ſententiis, cum ſenatores, & equites damnaſſent.* COELIVS lib. VIII. ep. II. *Certe, inquam abſolutus eſt: me præſente pronuntiatum eſt, & quidem omnibus ordinibus, ſed ſingulis in vnoquoque genere ſententiis.* CICERO in Piſonem c. XXXIX. *ecquid vides, ecquid ſentis, lege iudiciaria lata, quos poſthac iudices ſimus habituri? non æque legetur quisquis voluerit: nec, quisquis noluerit, non legetur nulli coniicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad ſimulationem coniicietur. iudices iudicabunt ii, quos lex ipſa, non quos hominum libido delegerit.* & c. XL. *an ego exſpectem, dum te quinque & ſeptuaginta tabellæ diribeantur, de quo iampridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum iudicauerunt?*

****** COELIVS lib. VIII. ep. VIII. *mittit in conſilium eosdem illos, qui litem æſtimarant, iudices. Cum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis leges ignorans, pronuntiauit, & ad extremum vt ſolet, ait,* REFERAM. *Poſtquam diſceſſit, & pro abſoluto Seruilius haberi cœptus, legisque vnum & centeſimum caput legit, in quo ita erat:* QVOD EORVM IVDICVM MAIOR PARS IVDICARIT, ID IVS *ratum eſto: in tabulas abſolutum non retulit, ordinum iudicia perſcripſit, poſtulante rurſus Appio, cum L. Lollio tranſegit, & ſe relaturum dixit. Vtebantur autem in pronuntiando ſententias formulis: Videtur feciſſe: non videtur feciſſe.* CICERO Acad. Quæſt. lib IV. c. XLVII. *Maiores primum iurare ex ſui animi ſententia quemque voluerunt: deinde ita teneri, vt ſciens falleret, quod inſcientia multa verſaretur in vita, eum, qui teſtimonium diceret, vt Arbitrari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet, quæque iurati iudices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronuntiarent.* de Finibus lib. I. c. VII. *Quid? L. Torquatus,*

*is, qui conſul cum Cn. Octauio fuit, cum illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipauerat, vt eum, Macedonum legatis accuſantibus quod pecunias pratorem in prouincia cepiſſe arguerent, cauſam apud ſe dicere iuberet, reque ex vtraque parte audita, pronuntiaret, eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent.* in Verrem lib. II. c. XXXVIII. de Verre prætore: *vix ille hoc dixerat, cum iſte pronuntiat, Sthenium litteras publicas corrupiſſe videri.* FESTVS: *patraviſſe videri, pronunciat magiſtratus, cum de conſilii ſententia aliquem capitis condemnaturus eſt.* LIVIVS lib. XXV. c. IV. *Tribuni plebem rogauerant, plebesque ita ſciuit, Si M. Poſthumius ante Kalendas Maias non prodiſſet, citatusque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet; videri eum in exilio eſſe, bonaque eius venire: ipſi aqua & igni placere interdici.* Vid. BRISSONIVS *de Formulis antiquis lib. V. p.* 482. Moris autem erat, vt, dum Iudices ſententiam ferrent, rei ad ipſorum pedes ſe proiicerent. Integrum Proceſſum deſcribit ASCONIVS PEDIANVS in orat. pro Scauro p. 177. *Laudauerunt Scaurum conſulares nouem, L. Piſo, L. Vulcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortenſius, P. Seruilius Iſauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. horum magna pars per tabulas laudauerunt, quia aberant, inter quos Pompeius quoque nam quod erat pro Conſule, extra vrbem morabatur. Vnus praterea adoleſcens laudauit frater eius Fauſtus Cornelius Sylla filius: is in laudatione multa humiliter & cum lacrymis locutus, non minus audientes permouit, quam Scaurus ipſe permouerat, ad genua iudicum, cum ſententia ferrentur, biſariam ſe diuiſerant qui pro eo rogabant: ab vno latere Scaurus ipſe & M. Glabrio ſororis filius, & Paulus, & P. Lentulus Lentuli Nigri, Flaminis filius, & L. Aemilius Bucca filius, & C. Memmius Fauſta natus ſupplicauerunt: ex altera parte Sylla Fauſtus frater Scauri, & C. Apronius Limo, cui Fauſta ante paucos menſes nupſerat dimiſſa a Memmio, & T. Peduccus & C. Cato, & M. Olenus Curtianus. Sententias tulerunt ſenatores duo & XX, equites tres & XX, tribuni ararii XXV. Ex quibus damnauerunt ſenatores IIII. equites II, tribuni II. Cato prator, cum vellet de accuſatoribus in conſilium mittere, multique e populo manus in accuſatores intenderent, ceſſit imperita multitudini, ac poſtero die in conſilium de calumnia accuſatorum miſit. C. Triarius nullam grauem ſententiam habuit. Subſcriptores eius M. & Q. Pacuuii fratres denas, & L. Marius tres graues habuerunt. Cato Prator iudicium, quia aſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. in forum quoque ſic deſcenderat ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli atatis ſtatua in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt, togata ſine tunicis.* VALERIVS MAXIMVS lib. VIII. c. I. n. 6. *item L. Piſo a P. Claudio Pulchro accuſatus, quod graues & intolerabiles iniurias ſociis intuliſſet: haud dubia ruina metum fortuito auxilio vitauit. Namque per id tempus; quo triſtes de eo ſententia ferebantur; repentina vis nimbi incidit. Cumque proſtratus humi pedes iudicum oſcularetur; os ſuum cœno repleuit. Quod conſpectum, totam quaſtionem a ſeueritate ad clementiam & manſuetudinem tranſtulit: quia ſatis iam graues eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt hoc deductum neceſſitatis, vt abiicere ſe tam ſuppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.*

******* CICERO pro Cluentio c. XLI. *Hic profertur id, quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scauola litem eo nomine eſſe aſtimatam. Cuius rei qua conſuetudo ſit, quoniam apud homines periti ſſimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Nunquam enim ea diligentia, qua ſolet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem, reo damnato, adhibita eſt. In litibus aſtimandis fere iudices, aut, quod ſibi eum, quem ſemel condemnarunt,*

*narunt, inimicum putant eſſe. ſi qua in eum lis capitis illata eſt, non admittunt: aut, quod ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque & maieſtatis abſoluti ſunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites eſſent æſtimatæ: & hoc quotidie fieri videmus, vt, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos perueniſſe pecunias in litibus æſtimandis ſtatutum ſit, eos illi iudices abſoluunt. quod cum ſit, non iudicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium non eſſe iudicium. Scæuola condemnatus eſt aliis criminibus, frequentiſſimis Apuliæ teſtibus. omni contentione pugnatum eſt, vt lis hæc capitis æſtimaretur, quæ res, ſi rei iudicatæ pondus habuiſſet: ille poſtea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipſa factus eſſet.* in Verrem lib. I. c. XXXVIII. *his nominibus ſolis Cn. Dolabellæ LLS. ad tricies litem eſſe æſtimatam* & c. XXXIX. pro C. Rabirio Poſtumo c. IV. *ſunt lites æſtimatæ a Gabinio: nec prædes dati, nec ex eius bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, a populo recipi. Lex æqua eſt. Iubet lex Iulia perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus ſit, peruenerit. ita contendo, neminem vmquam, quo ea pecunia perueniſſet, cauſam dixiſſe, qui in æſtimandis litibus appellatus non eſſet, in litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum:* Act. in Verrem c. XIII. *quid ſit, quod P. Septimo ſenatore damnato, Q. Hortenſio prætore de pecuniis repetundis, lis æſtimata ſit eo nomine, quod ille ob rem iudicatam pecuniam accepiſſet.* in Verrem lib. III. c. LXXX. *C. Catoni, clariſſimo viro, conſulari homini, LLS. XVIII. millibus lis æſtimata ſit.* ASCONIVS PEDIANVS vero p. 59. Litem æſtimatam ſic explicat: *hoc eſt, pecunia, de qua lis fuit, & propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quæ de eius rebus exigeretur. Duæ res enim conſequebantur damnationem. Altera ditio pecuniæ iis ad quos pertinebat: in quo vel ſimpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur. Altera exilii.* Qua ratione vero hæc pecunia, lite æſtimata, fuerit exacta, docet ASCONIVS PEDIANVS p. 88. *Repetundarum cauſa ita ſe habet, vt, ſi conuictus reus ſit, atque damnatus pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt, in pretium redactis omnibus furtis: quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque iis pecunias penſitabant ſingulis: ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas quasque res pecunia populo venditabant.*

† LIVIVS lib. IV. c. LI. *M. Poſtumius reus obiectus, qui tribunus militum pro conſule ad Veios fuerat, decem millibus æris grauis damnatur.* CICERO Philippica I. c. V. *aut quid eſt vltra pignus aut mulctam:* pro Milone c. XIV. *diem mihi credo, dixerat: multam irrogarat: actionem perduellionis intenderat.* LIVIVS lib. XXXVII. c. LVIII. *centum millium mulcta irrogata erat, bis de ea re certatum eſt.* Vnde autem mulcta fuerit adpellata, docet GELLIVS lib. XI. c. I. *coniectare autem poſſumus ob eandem cauſam, quod Italia tunc eſſet armentiſſima, multam, quæ appellabatur ſuprema, inſtitutam in ſingulos duarum ouium, boum triginta: pro copia ſcilicet boum, proque ouium penuria, ſed quum eiusmodi multa pecoris armentique a magiſtratibus dicta erat addicebantur boues ouesque alias precii parui alias maioris: eaque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem. idcirco poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Minima multa eſt ouis vnius. Suprema multa eſt eius numeri, cuius diximus: vltra quem multam dicere in ſingulos ius non eſt; & propterea ſuprema appellatur, id eſt, ſumma & maxima, quando igitur nunc quoque a magiſtratibus populi Romani more maiorum multa dicitur vel minima vel ſuprema; obſeruari ſolet vt oues*



genere

Digitized by Google

*genere virili appellentur.* Sic etiam FESTVS: *Peculatus furtum publicum dici cœptus eſt a pecore, quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit. Siquidem ante as, aut argentum ſignatum, ob delicta pœna grauiſſima erat duarum ouium, & triginta boum, eam legem ſanxerunt T. Menenius Lanatus; & Seſtius Capitolinus Conſules. quæ pecudes, poſtquam ære ſignato vti cœpit populus Ro. Tarpeia lege cautum eſt, vt bos centuſſibus, ouis decuſſibus æſtimaretur.* Idem alio loco: *Multam Oſce dici putant pœnam quandam. M. Varro ait pœnam eſſe, ſed pecuniariam, de qua ſubtiliter in libro primo quæſtionum epiſtolicarum refert. Maximam multam dixerunt trium millium & viginti aſſium. quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quemquam multari. æſtimabaturque bos centuſſibus, ouis decuſſibus.*

†† Huius in omni hiſtoria Romana exempla frequentiora, potiſſimum apud VALERIVM MAXIMVM *lib. VIII. c. I.* de publicis Iudicis. Hinc §. 2. l. de publicis Iudiciis. *publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio afficiunt homines, vel etiam aqua & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, ſi quam infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem ſunt, non tamen capitalia.* Idem dicitur *l. 2. π. de Publ. Iudiciis.*

††† PLVTARCHVS Cæſare p. 708. ὁ δὲ Καῖσαρ ἀμειβόμενος τὴν Ἑλλάδα τῆς προθυμίας, συνηγόρευσεν αὐτῇ, Πόπλιον Ἀντώνιον διωκούσῃ δωροδοκίας, ἐπὶ Λευκούλλου τοῦ Μάρκου Μακεδονίας στρατηγοῦ. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε τὸν Ἀντώνιον ἐπικαλέσασθαι τοὺς δημάρχους, σκηψάμενον οὐκ ἔχειν τὸ ἴσον ἐν τῇ Ἑλλάδι πρὸς Ἕλληνας *Cæſar autem ad penſandum Græcorum ſtudium, patrocinium eorum, quum P. Antonium ad M. Lucullum Macedoniæ prætorem, capta pecunia accuſarent, ſuſcepit, tantumque effecit, vt ad tribunos plebis Antonius prouocaret, allegans non æquo iure in Græcia ſe cum Græcis contendere.* Facit huc etiam ASCONIVS PEDIANVS *p. 145.* CICERO pro Quinctio c. XX. *Poſtulatum, inquis, vt ſatisdaret. Iniuria poſtulatus. Ita videbare. Recuſabat Alphenus. Ita: verum prætor decernebat. Tribuni igitur appellabantur. Hic te, inquit, teneo. non eſt iſtud iudicium pati, neque iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas.*

†††† VALERIVS MAXIMVS *lib. VII. c. VII. n.* 6. *Quid Mamerci Aemilii Lepidi conſulis, quam graue decretum? Genucius quidam, Matris Magnæ Gallus, a Cn. Oreſte prætore Vrbis impetrauerat, vt reſtitui ſe in bona Næuiani iuberet, quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. Appellatus Mamercus a Surdino, cuius libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam iuriſdictionem abrogauit.*

††††† ASCONIVS PEDIANVS p. 101. *intercedere, vt vides, etiam Prætor Prætori ſolet, vt Piſo Verri, appellatione cauſa ad collegam facta.*

## §. XLVIII.

*Iudicia Populi Publica.* Altera Iudicia erant Populi in Criminibus, quæ a Magiſtratibus ad populum deducebantur. Qualia erant Maieſtatis, peculatus vel alia Crimina horrenda. * Inſtituebantur iſta ** Comitiis vel Centuriatis vel Tributis. *** Dies primum a Tribunis reo dicebatur, **** tunc in forum ductus, accuſabatur, a perſona Magiſtratum gerente iuſſusque dicere cauſam ***** orationibus in noctem perductis, dies producebatur, ****** plerumque in Trinun-

nundinum. ******* Interea in vincula ductus reus, ni vades daret. ******** Vbi altera dies venit, Tribuni in roſtris prima luce conſederunt, adſtante præcone & ſeruili comitatu. Reus magno ſæpe agmine amicorum ſtipatus, ad pedes ſubiit Tribunorum. † Tunc tertia accuſatione, vel pecunia anquirebatur vel capite. †† Dein a Prætore petebatur Comitiis dies, perduellionis dictus. ††† Interea reus ſqualorem contrahebat, †††† decora & merita ſua coram omni populo adlegabat, ipſius amici & gentiles populum exorabant. ††††† Vbi vero quarta accuſatione ſummus Iudicii aduenerit dies, neque is aut auſpiciis, aut excuſatione fuiſſet ſublatus, †††††† qui accuſabat Magiſtratus, populum per Comitia in ſuffragia mittebat, qui reum vel abſoluebat, vel condemnabat. ††††††† Vbi autem Capitis condemnabantur, varia pœnarum erant genera, quæ Iſidorus ad hæc octo refert, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem & mortem. ††††††††

* Sic ob crimen perduellionis C. Claudio dies dictus apud LIVIVM *lib. XLIII. c. XVIII.* ob crimen peculatus M. Acilio Glabrioni apud LIVIVM *lib. XXXVII. c. LVII.* ob idem P. & L. Scipioni *lib. XXXVIII.* c. L. Poſtumio *lib. XXV. c. III.* ob homicidium Cæſoni *lib. III. c. XIII.*

** Sub Regibus equidem Duumuiri perduellionis creabantur, prout apud LIVIVM lib. I. c. XXVI. *Rex, ne ipſe tam triſti ingratique ad vulgus iudicii aut, ſecundum iudicium, ſupplicii auctor eſſet; concilio populi aduocato, Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent ſecundum legem, facio. Lex horrendi carminis erat, Duumviri perduellionem iudicent. Si a Duumuiris prouocarit, prouocatione certato: ſi vincent, caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito. Verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium. Hac lege Duumuiri creati, qui ſe abſoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe, quum condemnaſſent, tum alter ex his, P. Horati, tibi perduellionem iudico, inquit, I. lictor, colliga manus. Acceſſerat lictor, iniiciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete, Prouoco, inquit, ita de prouocatione certatum ad populum eſt.* Reſtitutum tamen quandoque hunc morem fuiſſe ex Iudicio Manlii nos docet LIVIVS lib. VI. c. XX. *ſunt, qui per duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores ſint.* de hoc CICERO pro C. Rabirio c. III. *nam, de perduellionis iudicio, quod a me ſublatum eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirii. Quod vtinam, Quirites, ego id aut primus, aut ſolus ex hac rep. ſuſtuliſſem: vtinam quod ille crimen eſſe vult, proprium teſtimonium meæ laudis eſſet. Quid enim optari poteſt, quod ego mallem, quam me in conſulatu meo carnificem de foro, crucem de campo ſuſtuliſſe? Sed iſta laus primum eſt maiorum noſtrorum, Quirites, qui, expulſis regibus nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui veſtram libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt.* Dicebatur hoc actionem perduellionis intendere CICERO *pro Milone c. XIV.*

*** Hoc late demonſtrauit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. IV. p.* 463.

**** Dio-

**** DIONYSIVS c. I. ἐπειδὲ δὲ τὸ προβέλευμα ἔλαβον οἱ δήμαρχοι, προελθόντες εἰς τὴν ἀγορὰν, συνεκάλεσαν εἰς ἐκκλησίαν τὸν δῆμον· καὶ πολλὰ ἐγκώμια τῆς βουλῆς διελθόντες, καὶ τὰ δόγματα αὐτῆς ἀναγνόντες, προεῖπον ἡμέραν ἐν ᾗ τὴν δίκην ἔμελλον ἐπιτελεῖν· εἰς ἣν ἅπαντας ἠξίουν ἥκειν τοὺς πολίτας, ὡς ὑπὲρ τῶν μεγίστων διαγνωσομένους *Ceterum tribuni accepto S. C. progreſſi in forum, populum in concionem aduocarunt; prolixeque laudato ſenatu, lectoque eius decreto, diem dixerunt qua lis decidenda eſſet, ad eamque iuſſerunt omnes ciues adeſſe, cognituros de rebus maximis.* LIVIVS lib. III. c. XIII. *Virginius arripi iubet hominem & in vincula duci. patricii vi contra vim reſiſtunt. T. Quintius clamitat, cui rei capitalis dies dicta ſit, & de quo futurum propediem iudicium, cum indemnatus indicta cauſa non debere violari: Tribunus ſupplicium negat ſumpturum ſe de indemnato, ſeruaturum tamen in vinculis eſſe ad iudicii diem, vt qui hominem necauerit, de eo ſupplicii ſumendi copia populo Romano fiat:* lib. IV. c. XXI. *& ſeditiones domi quaeſita ſunt, nec mota tamen, ab Sp. Maelio tribuno plebis, qui fauore nominis moturum ſe aliquid ratus & Minucio diem dixerat.* lib. VI. c. XX. de M. Maenio & Q. Publilio tribunis plebis: *approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt* lib. XXXVII. c. LVII. *P. Sempronius, Gracchus, & C. Sempronius Rutilus, tribuni plebis, ei diem dixerunt, quod pecuniae regiae, praedaeque aliquantum captae in Antiochi caſtris, neque in triumpho tuliſſet, neque in aerarium detuliſſet. Varia teſtimonia legatorum tribunorumque militum erant. M. Cato ante alios teſtes conſpiciebatur: cuius auctoritatem perpetuo tenore vitae partam, toga candida eleuabat. Is teſtis, quae vaſa aurea atque argentea, captis caſtris, inter aliam praedam regiam vidiſſet, ea ſe in triumpho negabat vidiſſe.* Lib. XXXVIII. c. L. *P. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerant.* lib. XLIII. c. XVIII. *de P. Rutilio tribuno plebis: C. Claudio diem dixit, quod concionem ab ſe auocaſſet: & vtrique cenſori perduellionem ſe iudicare pronunciauit, diemque comitiis a C. Sulpicio praetore vrbano petiit.*

***** LIVIVS lib. XXXVIII. c. L. *nec alius antea quiſquam, nec ille ipſe Scipio conſul cenſorne maiore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die in forum eſt deductus. Iuſſus dicere cauſſam, ſine vlla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus ab ſe geſtis eſt exorſus, vt ſatis conſtaret, neminem vmquam neque melius, neque verius laudatum eſſe.*

****** LIVIVS lib. III. c. LI. *orationibus in noctem perductis, producta dies eſt.*

******* DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. VII. p.* 463. γράφεται τὸ προβούλευμα μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς δίκης, καὶ χρόνος εἰς παρασκευὴν τῆς ἀπολογίας ὁρίζεται τῷ ἀνδρὶ μέχρι τῆς τρίτης ἀγορᾶς. *Poſt haec S. C. fit de hac lite, & ſpatium reo ad defenſionem meditandam prorogatur in trinundinum.*

******** LIVIVS lib. III. c. XIII. *appellati tribuni medio decreto ius auxilii ſui expediunt: in vincula coniici vetant: ſiſti reum, pecuniamque, niſi ſiſtatur, populo promitti, placere pronunciant. Summam pecuniae quantam aequam eſſet promitti, veniebat in dubium: id ad ſenatum reiicitur. Reus, dum conſulerentur Patres, retentus in publico eſt. vades dare placuit. vnum vadem tribus millibus aeris obligarunt. quot darentur, permiſſum tribunis eſt. decem finierunt. tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. Hic primus vades publicos dedit.* lib. XXV. c. IV. *confeſtim Carvilii tribuni plebis, omiſſa multae certatione, rei capitalis diem Poſtumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi a viatore,*

*atque in carcerem duci iuſſerunt. Poſtumius Vadibus datis non affuit. Tribuni plebem rogauerunt, plebesque ita ſciuit, Si M. Poſtumius ante Kalendas Maias non prodiſſet, citatusque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet; Videri eum in exſilio eſſe, bonaque eius Venire: ipſi aqua & igni placere interdici. Singulis deinde eorum, qui turbæ ac tumultus concitatores fuerunt, rei capitalis diem dicere ac Vades poſcere cœperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos qui dare poſſent, in carcerem coniiciebant; cuius rei periculum Vitantes, plerique in exſilium abierunt.*

† Livivs lib. XXXVIII. c. LI. *Vbi dies Venit, tribuni in Roſtris prima luce conſederunt. Citatus reus, magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad Roſtra ſubiit.* Et paullo poſt: *ab Roſtris in Capitolium aſcendit: ſimul ſe V.niuerſa concio auertit, & ſecuta Scipionem eſt, adeo, Vti poſtremo ſcribæ Viatoresque tribunos relinquerent, nec eum iis præter ſeruilem comitatum, & præconem, qui reum ex Roſtris citabat, quisquam eſſet.* c. LII. *Vt ſub Roſtris reum ſtare & præbere aures adoleſcentium conuiciis.* c. LIII. *ſub pedibus Veſtris ſtabit, tribuni, domitor ille Africæ Scipio.*

†† Livivs lib. XXVI. c. III. de Cn. Fuluio: *bis eſt accuſatus; pecuniaque anquiſitum. tertio, teſtibus datis, quum præterquam quod omnibus probris onerabatur, iurati permulti dicerent, fugæ pauorisque initium a prætore ortum: ab eo deſertos milites, quum haud Vanum timorem ducis crederent, terga dediſſe; tanta ira accenſa eſt, Vt capite anquirendum concio ſucclamaret. De eo quoque nouum certamen ortum. nam quum tribunus bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret, tribuni plebis appellati, collegæ, negarunt, ſe in mora eſſe, quo minus, quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquirent; quoad Vel capitis, Vel pecuniæ indicaſſet priuato.*

††† Livivs lib. XXVI. c. III. *tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit, diemque comitiis a C. Calpurnio prætore Vrbis petit.* lib. XLIII. c. XVIII. de P. Rutilio tribuno: *Vtrique cenſori perduellionem ſe iudicare pronunciauit, diemque comitiis a C. Sulpicio prætore Vrbano petit. Non recuſantibus cenſoribus, quo minus primo quoque tempore iudicium de ſe populus faceret, in ante dies VIII. & VII. Calend. Octobr. comitiis perduellionis dicta dies.*

†††† Cicero in Verrem lib. II. c. XXV. *Romam Venerunt, ſordidati, maxima barba & capillo.* Livivs lib. VI. c. XX. *approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod Vbi eſt factum, primo commota plebs eſt, Vtique poſtquam ſordidatum reum Viderunt.* lib. III. c. LXI. *Appio Claudio acerrimo aduerſario legis, cauſamque poſſeſſorum publici agri, tanquam tertio conſuli ſuſtinenti, M. Duilius & C. Sicinius diem dixere. Nunquam ante iam inuiſus plebi reus ad iudicium Vocatus populi eſt; plenus ſuarum, plenus paternarum irarum. Patres quoque non temere pro Vllo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus, maieſtatisque Vindicem ſuæ, ad omnes tribunicios, plebeiosque oppoſitum tumultus, modum duntaxat in certamine egreſſum, obiici iratæ plebi. Vnus e Patribus, ipſe Ap. Claudius, & tribunos & plebem & ſuum iudicium pro nihilo habebat. Illum non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere Vnquam potuere, non modo Vt Veſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines; ſed ne Vt ex conſueta quidem aſperitate orationis (quum ad populum agenda cauſſa eſſet) aliquid leniret atque ſubmitteret: Idem habitus oris, eadem contumacia in Vultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo Vt magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam conſulem timuerat: Semel cauſſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu. adeoque conſtantia ſua & tribunos obſtupefecit & plebem, Vt diem ipſi ſua Voluntate producerent: trahi denique rem ſinerent.*

††††† LIVIVS lib. VI. c. XX. *approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt, quod vbi eſt factum, primo commota plebs eſt, vtique poſtquam ſordidatum reum viderunt: nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlius: quod ad eum diem nunquam vſu veniſſet, vt in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſorditadam fuiſſe.* Et paullo poſt: *homines prope quadringentos produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet, quorum bona venire, quos duci addictos probibuiſſet. Ad hæc decora quoque belli non commemoraſſe, ſed protuliſſe etiam conſpicienda; ſpolia hoſtium caeſorum ad triginta, dona Imperatorum ad quadraginta: in quibus inſignes duas murales coronas, ciuicas octo. Ad hæc ſeruatos ex hoſtibus ciues produxiſſe; inter quos C. Seruilium magiſtrum equitum abſentem nominatum. & quum ea quoque, quæ bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum, oratione etiam magnifica facta dictis æquando memoraſſet; nudaſſe pectus inſigne cicatricibus bello exceptis.* CICERO poſt reditum in Senatu c. V. *cum vos veſtem mutandam cenſuiſſetis, cunctique mutaſſetis* pro domo c. XVII. *tam multa etiam ad placandum, atque ad miſericordiam reis conceſſa ſunt: deinde exorabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute.*

†††††† CICERO pro domo c. XVII. *cum tam moderata iudicia populi ſint a maioribus conſtituta: primum, vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: deinde, ne, niſi prædicta die, quis accuſetur: vt ter ante magiſtratus accuſet, intermiſſa die, quam multam irroget, aut indicet: quarta ſit accuſatio trinum nundinum prædicta die, qua die iudicium ſit futurum: tam multa etiam ad placandum, atque ad miſericordiam reis conceſſa ſunt: deinde exorabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute: denique etiam ſi qua res illum diem aut auſpiciis, aut excuſatione ſuſtulit: tota cauſa iudiciumque ſublatum eſt.* De turbatis per auſpicia Comitiis, exemplum apud LIVIVM lib. XL. c. XLII. *de rege ſacrifico ſufficiendo in locum Cn. Cornelii Dolabellæ contentio inter C. Seruilium pontificem maximum fuit, & L. Cornelium Dolabellam duumuirum naualem, quem vt inauguraret pontifex, magiſtratu ſeſe abdicare iubebat. recuſantique id facere, ob eam rem multa duumuiro dicta a pontifice, deque ea quum prouocaſſet, certatum ad populum. quum plures iam tribus intro vocatæ, dicto eſſe audientem pontifici duumuirum iuberent; multamque remitti, ſi magiſtratu ſe abdicaſſet; vltimum de cælo, quod comitia turbaret, interuenit.* De hoc ſupra §. XLII. De morbi excuſatione LIVIVS lib. XXXVIII. c. LII *vbi dies venit, citarique abſens eſt cœptus, L. Scipio morbum cauſam eſſe, cur abeſſet, excuſabat. quam excuſationem quum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent.* Et paullo poſt: *Tribuni plebis appellati a Scipione ita decreuerunt: Si morbi cauſſa excuſaretur ſibi placere accipi eam cauſſam, diemque a collegio prodici.* Et T. Sempronius Gracchus Tribunus ita decreuit: *Quum L. Scipio excuſet morbum eſſe cauſſam fratri, ſatis id ſibi videri. Quod ſi alias reus per præconem citatus, non adfuerit, moris erat tribunum ſummo mane ad fores eius cum claſſico euocare, neque prius de eo iudices ſententiam ferre.* PLVTARCHVS *Gracchis* p. 856. Καίτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτοῦ τοὺς δικαστάς· οὕτως εὐλαβεῖς καὶ πεφυλαγμένοι περὶ τὰς κρίσεις ἦσαν. *Et quidem more maiorum, ſi quis rei capitalis poſtulatus ad iudicium*

non

*non occurrerit, huius ad ianuam profectus mane tubicen tuba eum citat, neque ante ſe-runt ſententiam iudices. Adeo religioſi & circumſpecti in iudiciis fuerunt.* TACITVS Ann. lib. II. c. XXXII. *in P. Martium Conſules extra portam Eſquilinam, cum claſſi-cum canere iuſſiſſent, more priſco aduertere.* VARRO de L. Lat. lib. V. Quod ſi necdum adfuerit in exilio eſſe iubebatur. LIVIVS lib. XXV. c. IV. *Tribuni plebem rogauerunt, plebesque ita ſciuit, Si M. Poſtumius ante Kalendas Maias non prodiiſſet, citatusque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet; videri eum in exſilio eſſe, bonaque venire: ipſi aqua & igni placere interdici* lib. XXVI. c. III.

†††††† LIVIVS lib. XLIII. c. XVIII. *Prior Claudius cauſſam dixit, & quum ex duodecim centuriis equitum octo cenſorem condemnaſſent, multaeque aliæ primæ claſſis, extemplo principes ciuitatis in conſpectu populi annulis aureis poſitis, veſtem mutarunt, vt ſupplices plebem circumirent. Maxime tamen ſententiam vertiſſe dicitur Ti. Gracchus, quod quum clamor vndique plebis eſſet periculum Graccho non eſſe, conceptis verbis iura-vit, ſi collega damnatus eſſet, non exſpectato de ſe iudicio, comitem exſilii eius futurum. Adeo tamen ad extremum ſpes venit reus, vt octo centuriæ ad damnationem defuerint. Abſoluto Claudio, tribunus plebis negauit ſe Gracchum morari.* CICERO pro domo c. XXX, vide ſupra §. XLII. vbi de Comitiis actum. LIVIVS lib. IV. c. XLIV. de C. Sempronio: *nihilo demiſſiore animo, quum dies venit, cauſſa ipſe pro ſe dicta, nequicquam omnia expertis Patribus, vt mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatur. Eodem anno Poſtumia virgo Veſtalis de inceſtu cauſſam dixit; crimine innoxia, ob ſuſpicio-nem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quam virginem decet, parum ab-horrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam pro collegii ſententia pontifex maxi-mus, abſtinere iocis, colique ſancte potius quam ſcite iuſſit.*

††††††† ISIDORVS lib. V. Origg c. XXVII. *Octo genera pœnarum in legi-bus contineri Tullius ſcribit, ſcil. damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exi-lium, ſeruitutem & mortem. His namque pœnis vindicatur omne perpetratum peccatum.* l. 6. §. 2. ff. de Pœnis: *nunc genera pœnarum nobis enumeranda ſunt, quibus præſides adficere quemque poſſunt. Et ſunt pœnæ, quæ aut vitam adimant, aut ſeruitutem in-iungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium, aut coërcitionem corporis contineant.* l. 7. *veluti fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio, vinculorum verberatio* l. 8. *aut damnum cum infamia, aut dignitatis aliquam depoſitionem, aut alicuius actus prohibitionem.* De MVLCTA ſuperiori §. fuit dictum. CARCEREM conſtituit Ancus Martius, de quo LIVIVS lib. I. c. XXXIII. *ingenti incremento rebus auctis, quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, carcer ad ter-rorem increſcentis audaciæ media vrbe, imminens foro, ædificatur.* CICERO in Verrem lib. V. c. IX. *dicet, remp. adminiſtrare ſine metu, ac ſeueritate non poſſe: quaret, quam-obrem faſces prætoribus præferantur, cur ſecures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorum conſtituta.* Dicebatur autem Carcer *Latomiæ* vel *Latumiæ*, ſecundum FESTVM. *Latumias ex Græco, & maxime a Syracuſanis, qui la-tomias & appellant, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad ex-truendam vrbem.* Deſcribit has Latomias Syracuſanas CICERO lib. V. in Verrem c. XXVII. *latomias Syracuſanas omnes audiſtis: plerique noſtis opus eſt ingens, magni-ficum, regum ac tyrannorum. totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo, nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum vndique, nihil tam tutum ad Cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt. in has latomias, ſi qui publice*

 *cuſto-*

*cuſtodiendi ſunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ deduci imperantur.* Mentionem earundem æque facit LIVIVS lib. XXVI. c. XXVII. *comprehenſa lautumia, foruumque piſcatorium & atrium regium* lib. XXXII. c. XXVI. *itaque & Romæ vigiliæ per vicos ſeruatæ: iuſſique circumire eas minores magiſtratus: & triumuiri Carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam haberi iuſſi.* lib. XXXVII. c. III. *per eosdem dies principes Aetolorum tres & quadraginta, inter quos Damocritus & frater eius erant, ab duabus cohortibus miſſis a Manio Acilio, Romam deducti, & in Lautumias coniecti ſunt.* lib. XXXIX. c. XLIV. *Cato atria duo, Manium & Titium in lautumiis, & quatuor tabernas in publicum emit.* VLPIANVS l. 1. §. 4. ff. de Aleatoribus *in eum*, inquit, *qui alea ludendæ cauſa vim intulerit, vti quaque res erit, animaduertam. Hæc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius, qui compulit ludere: vt aut multa multetur, aut in lautumias vel in vincula publica ducatur.* In his Latomiis vero locus erat ſub terra, dictus TVLLIANVM, de quo VARRO *Latomiæ*, inquit, *a coercendo, quod exire prohibet. In hoc pars, ſub terra Tullianum, ideo quod additum a Tullio Rege, quod Syracuſis, vbi ſimili de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiæ: & de Latomia translatum, quod hic quoque lapidicinæ fuerunt.* LIVIVS lib. XXIX. c. XXII. *hunc Pleminium Clodius Licinius in Libro tertio rerum Romanarum refert, ludis votiuis quos Romæ Africanus iterum conſul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis vrbem incendere, vt frangendi carceris fugiendique haberet occaſionem, patefacto dein ſcelere, delegatum in Tullianum ex ſenatusconſulto.* De hoc etiam lib. XXXIV. c. XLIV. *Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem eſt necatusque.* Vocabatur hic Tullianus poſtea forſan a reſtauratore Mamertinus. Erat alius locus in carcere, dictus Robur, de quo FESTVS: *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus quod ante arcis robuſtis includebatur.* LIVIVS lib. XXXIX. c. LIX. *vt in carcerem inter fures nocturnos & latrones vir clariſſimus includatur, & in robore & tenebris exſpiret.* VALERIVS MAXIMVS *lib. VI. c. III. de robore præcipitati ſunt.* Vid. ALAXANDER DONATVS *de vrbe Roma lib. II. c. XIX.* Erat autem vel Carcer hic publicus, vel cuſtodia etiam priuata. Ante confeſſionem enim in liberas cuſtodias primum tradebantur, in domo magiſtratus, aut apud priuatos nobiles. Diſtinguit hoc modo LIVIVS lib. XXXII. c. XXVI. *vt & obſides in priuato ſeruarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur; & captiui ne minus decem pondo compedibus vincti in nulla alia, quam in carceris publici cuſtodia eſſent.* Quare Venuleius ICtus l. 5. ff. de cuſtodia Reorum *Si confeſſus fuerit reus: donec de eo pronuntietur, in vincula publica coniiciendus eſt.* & l. 2. C. de exhibendis reis: *nullus in carcerem priusquam conuincatur omnino vinciatur.* Erat autem cuſtos quidam Carceris, quem Commentarienſem vocat PLINIVS lib. VII. c. XXXVII. *qui Triumuiro capitali parebat.* Sic etiam ſub furca victi inter verbera & cruciatus tenebantur, ſecundum LIVIVM lib. I. c. XXVI. Tertium inter Pœnas Iſidorus ponit VERBERA. Hæc Ciuibus Romanis infligebantur, non vero virgis cædebantur. Sic enim CICERO pro C. Rabirio c. IV. *Porcia lex virgas ab omnium ciuium R. corpore amouit.* Et paullo poſt: *namque hæc tua, quæ te hominem clementem, popularemque delectant, I lictor, colliga manus: quæ non modo huius libertatis, manſuetudinisque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii: ſed Tarquinii, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina: quæ tu, homo lenis, ac popularis, libentiſſime commemoras. Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. Quæ verba, Quirites iampridem in hac rep. non ſolum tenebris vetuſtatis, verum etiam*

*luce*

Digitized by Google

*luce libertatis oppreſſa ſunt.* De Tarquinienſibus vero LIVIVS lib. VII. c. XIX. *nec populus in eos, qui miſſi Romam erant, mitior fuit, medio in foro omnes virgis caſi ac ſecuri percuſſi.* CICERO in Verrem lib. III. c. XXIV. *ille ciues Romanos? at nullus inimicior, aut infeſtior fuit. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto ſecureis, crucem denique illam prætermitto, quam ciuibus Romanis teſtem humanitatis in eos, ac beneuolentiæ ſuæ voluit eſſe.* Phil. XI. c. II. *tum verberibus, ac tormentis quæſtionem habuit pecuniæ publicæ.* In exercitu vero Romano Fuſtiarium vſitatum erat apud eos, qui ducem dereliquiſſent. CICERO Phil. III. c. VI. *nam, ſi ille conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ conſulem reliquerunt.* Et clarius LIVIVS lib. V. c. VI. *fuſtuarium meretur, qui ſigna reliquit, aut præſidio diſceſſit.* Hanc pœnam prolixius deſcribit POLYBIVS *lib. VI. p.* 670. τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον· λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον. οὗ γενομένου πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι· τοῖς δ' ἐκπεσομένοις, οὐδ' ὣς ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γάρ; οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν· οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειεν δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται· τὸ δ' αὐτὸ πάσχειν ὀφείλῃ τοῖς προειρημένοις, ὅτε οὐραγὸς καὶ ὁ τῆς ἴλης ἡγεμών, ἐὰν μὴ παραγγείλωσιν, ὁ μὲν τοῖς ἐφόδοις, ὁ δὲ τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι τὸ δέον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ. διόπερ οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης καὶ ἀπαραιτήτου τῆς τιμωρίας, ἀδιάπτωτα γίνεται παρ' αὐτοῖς τὰ κατὰ τὰς νυκτερινὰς φυλακάς. Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς μὲν στρατιώτας τοῖς χιλιάρχοις, τούτους δ' ἔτι τοῖς ὑπάτοις· κύριος δὲ ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ ἐνεχυριάζων καὶ μαστιγῶν· τοὺς δὲ συμμάχους οἱ πραιφέκτοι. Ζυλοκοπεῖται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ παραπλησίως· καὶ ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παρακεχρησάμενος εὑρεθῇ τῷ σώματι· πρὸς δε τούτοις, ὁ τρὶς περὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας ζημιωθείς. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσιν. *Fuſtuarium pœna eſt huiuſmodi. Tribunus fuſtem capit; eoque condemnatum quaſi attingit ſolum. quo facto, omnes legionarii qua fuſtibus qua ſaxis inibi intra caſtra vt plurimum ſontem necant: ſed & ſi qui euaſerint, non tamen ſalui propterea ſunt. nam quæ illis ſalus, quibus in patriam quidem redire non licet? & quos neceſſariorum nemo auſit lecto recipere? quamobrem qui ſemel in eam calamitatem inciderunt, planiſſime proeunt. Idem quoque ſupplicium manet tam coactorem agminis, quam turmæ præfectum, ſi maturæ ille circuitores, hic ſequentis turmæ decurionem ſui officii non admonuerit. Quare quum adeo vehementer & ſine ſpe veniæ delicta hæc puniantur, diſciplina nocturnarum excubiarum inoffenſo tenore ſeruatur. Tenentur autem milites quidem Tribunos obſeruare, iique auſcultare, Tribuni vero Conſulibus. Et habet Tribunus poteſtatem mulctæ dicendæ, pignoris capiendi, virgis aut fuſtibus cædendi: idem ius eſt Præfectis in Socios. Fuſte autem percutitur etiam is, qui aliquid e caſtris fuerit furatus, item qui falſum teſtimonium dixerit: nec non ſi quis in flore ætatis male vſus corpore fuerit de-*

*prehenſus ad hac is cui ter eandem ob cauſſam multa fuerit irrogata. hac quidem vt crimina puniunt. Inde quoque fuſtibus caſtigati qui ignem negligentius habuerint.* l. 3. § 1. π. de Officio Præfecti Vigilium *& quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium: aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt: aut ſeuera interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit.* Aſt ſecundum l. 28. §. 2. π. de Pœnis. *non omnes fuſtibus cadi ſolent, ſed hi duntaxat, qui liberi ſunt, & quidem tenuiores homines, honeſtiores vero fuſtibus non ſubiiciuntur: idque principalibus reſcriptis ſpecialiter exprimitur.* Hinc etiam Marcellus ICtus ſtatuit l. 22. π. de his qui not. infamia. *Ictus fuſtium infamiam non importat, ſed cauſa, propter quam id pati meruit, ſi ea fuit, qua infamiam damnato irrogat* & Macer l. 10. §. 2. π. de Pœnis. *ergo, ſi & opere temporario quis multatus ſit, vel tantum fuſtibus caſus, licet in actione famoſa, veluti furti: dicendum erit, infamem non eſſe: quia & ſolus fuſtium ictus grauior eſt, quam pecuniaria damnatio.* Prout autem fuſtibus liberi, ſic flagellis ſerui cædebantur l. vlt. π. de Iniuriis. *de iniuria nunc extra ordinem ex cauſa & perſona ſtatui ſolet. Et ſerui quidem flagellis caſi, dominis reſtituuntur: liberi vero, humilioris quidem loci, fuſtibus ſubiiciuntur: cateri autem vel exilio temporali vel interdictione certa rei coërcentur.* & l. 10. pr. π. de Pœnis: *in ſeruorum perſona ita obſeruatur, vt exemplo humiliorum puniantur, & ex quibus cauſis liber fuſtibus caditur, ex his ſeruus flagellis cadi, & domino reddi iubetur: & ex quibus liber fuſtibus caſus, in opus publicum damnatur, ex his ſeruus ſub pœna vinculorum ad eius temporis ſpatium, flagellis caſus, domino reddi iubetur.* Quartum erat TALIO. De hac ISIDORVS lib. V. c. XXVII. *Talio eſt ſimilitudo vindicta, vt taliter quis puniatur, vt fecit. Hoc enim, & natura & lege eſt inſtitutum, vt ladentem ſimilis vindicta ſequatur: vnde & illud eſt legis, Oculum pro oculo, dentem pro dente.* FESTVS: *Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, hoc modo: ſi membrum rapſerit; ni cum eo pacit, talio eſto. neque id, quid ſignificet, indicat. puto quia notum eſt: permittit enim lex parem vindictam.* Prouocat ed eandem æque GELLIVS lib. XX. c. I. *nonnulla autem in iſtis legibus nec conſiſtere quidem, ſicuti dixi, viſa ſunt, velut illa lex talionis: cuius verba, niſi memoria me fallit, hac ſunt:* SI. MEMBRVM RVPIT, NI. CVM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. *prater enim vlciſcendi acerbitatem; ne procedere quoque exſequuta iuſta talione poteſt.* Vocatur l. vlt. C de accuſationibus, *ſimilitudo ſupplicii* & l. 14. C. Th. de accuſationibus *par pœna conditio.* Intelligit hanc SYMMACHVS, dum lib. X. ep. LXIII. ait: *prouiſum eſt enim, ne quis temere in alieni capitis diſcrimen irrueret, ni ſe idem pœna ſponſione vinciret.*

Subſequitur quinto IGNOMINIA, de qua NONIVS MARCELLVS p. 24. *Ignominia eſt nominis nota. M. Tul. de Rep. lib. IIII. Cenſoris iudicium nihil fere damnato, niſi ruborem. Itaque vt omnis ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt.* Hinc idem eſt ac infamia. CICERO Phil. VII. c. IX. *ignominia notandos cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent.* l. 24. π. ad legem Iuliam de adulteriis. *& quid, ſi pater, maritus, leno, vel aliqua ignominia notatus eſt?* l. 5. π. de Decurionibus: *ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat.* l. 36. π. de Obligat. & Act. *ceſſat ignominia in condictionibus, quamuis ex famoſis cauſis pendeant.* In quibus cauſſis vero infamiæ pœna locum habeat, patet ex edicto Prætoris *l. 1. π. de his qui notantur infamia.* Vid. etiam Titulus C. *quibus cauſſis irrogetur infamia,* & potiſſimum FREHERVS *de Fama & Infamia.*

Sextum eſt EXILIVM. Primitus equidem exilio nemo multabatur, ſed Romani,

vt

Digitized by Google

vt pœnam ſubterfugerent, voluntarium ſubibant, de quo CICERO pro Cæcina c.XXXIV. *Exſilium enim, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portusque ſupplicii. nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietur, vt apud ceteras ciuitates, maleficium vllum exſilio eſſe multatum. Sed cum homines, vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ ſunt legibus conſtitutæ: confugiunt, quaſi ad aram, in exſilium: qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent: non prius ciuitatem, quam vitam amitterent: quia nolunt, non adimitur his ciuitas, ſed ab his relinquitur, atque deponitur. Nam, cum ex noſtro iure duarum ciuitatum nemo eſſe poſſit, tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is, qui profugit, receptus eſt in exſilium, hoc eſt, in aliam ciuitatem.* Hinc videmus etiam plures ante diem comitiorum atque condemnationem in exilium abiiſſe. Sic LIVIVS lib. XXVI. c. III. *Priusquam dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exſulatum Tarquinios abiit. id ei iuſtum exſilium eſſe ſciuit plebs.* lib. XXXVIII. c. LII. *hic ſpecioſus vltimus dies P. Scipioni illuxit. poſt quem, quum inuidiam & certamina cum tribunis proſpiceret, die longiore prodicta, in Liternum conceſſit; certo conſilio ne ad cauſſam dicendam adeſſet.* lib. XXV. c. III. *ſingulis deinde eorum, qui turbæ ac tumultus concitatores fuerunt, rei capitalis diem dicere ac vades poſcere cœperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos qui dare poſſent, in carcerem coniiciebant: cuius rei periculum vitantes, plerique in exſilium abierunt.* lib. III. c. XIII. de Cæſone Fabio *hic primus vades publicos dedit. dimiſſus e foro, nocte proxima in Tuſcos in exilium abiit. Iudicii die quum excuſaretur ſolum vertiſſe exſilii cauſa, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ appellati dimiſere concilium: pecunia a patre exacta crudeliter, vt diuenditis omnibus bonis aliquandiu trans Tiberim, veluti relegatus, in deuio quodam tugurio viueret. Tunc vero ſæpe abſentibus aqua & igni interdicebatur.* Sic LIVIVS lib. XXV. c. IV. *Poſtumius vadibus datis non affuit. Tribuni plebem rogauerunt, plebesque ita ſciuit, Si M. Poſtumius ante Kalendas Maias non prodiſſet, citatusque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet; videri eum in exſilio eſſe, bonaque eius venire: ipſi aqua & igni placere interdici.* Nomine igitur ſaltim differebat, dum is cui aqua & igni interdictum, nihil aliud quam vrbem vitare neceſſum haberet. Hæc autem in Legibus ſæpius occurrit, potiſſimum l. 5. π. de Capite minutis. *amiſſione ciuitatis fit capitis minutio, vt in aqua & igni interdictione.* Hi dicebantur relegati. *Relegati* enim, auctore FESTO ſunt, *quibus ignominiæ aut pœnæ cauſſa neceſſe fuit, ab vrbe Roma, alioue quo loco abeſſe, lege ſenatusque conſulto, aut edicto Magiſtratus.* In eius locum ceſſit ſub Impp. DEPORTATIO. Sic enim l. 2. π. de Pœnis: *Rei capitalis damnatum ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnato vel mors vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus contingit.* §. 1. *Conſtat, poſtquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, non prius amittere, quam ciuitatem, quam Princeps deportatum in inſulam ſtatuerit, præſidem enim deportare non poſſe nulla dubitatio eſt.* & lib. 3. π. ad L. Iuliam Peculatus. *Peculatus pœna aquæ & ignis interdictionem, in quam hodie ſucceſſit, deportatio, continet. Porro, qui in eum ſtatum deducitur, ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit.* Deportatos autem, ait l. 1. π. de Legatis 3. *eos accipere debemus, quibus Princeps inſulas adnotauit, vel de quibus deportandis ſcripſit.* Succedit ſeptimo loco SERVITVS Per Seruium Tullium pœna propoſita, vt ſi quis cenſum neglexiſſet, ſeruus eſſet, ſecundum DIONYSIVM HALICARNASSENSEM lib. IV. p. 221. τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ Τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι· καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε παρὰ Ῥωμαίοις οὗτος ὁ νόμος,

in

*ei qui cenſum neglexiſſet, pœna propoſita, vt bonis in fiſcum redactis, virgis cæſus, ſub haſta veniret : diuque lex ea a Romanis ſeruata eſt.* Prouocat ad hanc legem CICERO pro Cæcina c. XXXIV. dicens: *Iam populus cum eum vendidit, qui miles factus non eſt, non adimit ei libertatem: ſed iudicat, non eſſe eum liberum, qui, vt liber ſit, adire periculum noluit. Cum autem incenſum vendit, hoc iudicat: cum is, qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur, eum, qui, cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.* Talis poſtea ſeruitus etiam alias ob cauſſas fuit iniuncta, & vocatur *Seruitus pœnæ*, vt diſtingueretur a ſeruitute, Gentium moribus recepta l. 1. §. 1. π. de ſent. paſſis. *ſed ſi in metallum damnatus reſtituatur, nunquid ſeruitus pœnæ extinguat ius patronatus* & l. 6. §. 2. π. de pœnis *& ſunt pœnæ, quæ aut vitam adimant, aut ſeruitutem iniungant.* & l. 8. §. 6. *Inter eos autem, qui in metallum, & eos, qui in opus metalli, damnantur, differentia in vinculis tantum eſt, quod, qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli leuioribus: quidque refugæ ex opere metalli in metallum dantur: ex metallo grauius coërcentur:* Vocatur igitur *metallorum pœna* l. 46. π. de manum. teſt. & Calliſtrato ICto l. 28. pr. π. de pœnis *proxima morti metalli coërcitio.* Serui ſæpius in piſtrinum condemnabantur vid. PIGNORIVS *de ſeruis p.* 19.

Sequitur octauo MORTIS Pœna LIVIVS lib. I. c. XXVIII. *exinde, duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Mettium, deinde in diuerſum iter, equi concitati, lacerum in vtroque curru corpus, qua inhæſerant vinculis membra, portantes* c. LI. de Turno: *iniectæque Turno catenæ: & confeſtim Latinorum concilium magno cum tumultu aduocatur. Ibi tam atrox inuidia orta eſt, gladiis in medio poſitis, vt indicta cauſſa, nouo genere lethi, deiectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate ſuperne iniecta, ſaxisque congeſtis mergeretur.* lib. II. c. V. *conſules in ſedem proceſſere ſuam, miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt. Statuta hæc pœnæ ob proditionem.* Moris etiam erat *præcipitatio de Saxo Tarpeio.* Sic LIVIVS lib. VI. c. XX. de Manlio: *ita prodicta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, vnde conſpectus in Capitolium non eſſet, concilium populi indictum eſt. ibi crimen valuit, & obſtinatis animis triſte iudicium, inuiſumque etiam iudicibus factum. Sunt qui duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores ſint, damnatum tribuni de ſaxo Tarpeio deiecerunt: locusque idem in vno homine & eximiæ gloriæ monimentum & pœnæ vltimæ fuit.* VALERIVS MAXIMVS lib. VI. c. III. Potiſſimum vero gladius obtinebat, ſecundum VLPIANVM l. 8. §. 1. π. de pœnis. *vita adimitur, vt puta ſi damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur. Sed animaduerti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel laqueo vel quo alio modo.* Aliæ tamen pœnæ recenſentur a Calliſtrato ICto l. 28. pr. π. de pœnis. *Capitalium pœnarum fere iſti gradus ſunt. Summum ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio: item viui crematio, quod quanquam ſummi ſupplicii appellatione merito contineretur, tamen, eo quod poſtea id genus pœnæ adinuentum eſt, poſterius primo viſum eſt: item capitis amputatio. Deinde proxima morti pœna, metalli coërcitio.* Alia pœnarum genera coniungit SENECA *ep. XIV.* dum ait: *Ingens alterius mali pompa eſt, ferrum circa ſe & ignes habet, & catenas & turbam ferarum, quam in viſcera immittit humana. Cogita hoc loco carcerem & cruces, & ecullos, & vncum, & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem, & diſtracta in diuerſum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam, quidquid aliud præter hæc commenta ſæuitia eſt.* & de Ira lib. III. c. III. *ne quem fallat, tanquam*

aliquo

Digitized by Google

*aliquo tempore, aliquo loco profutura, oſtendenda eſt rabies eius effrænata & attonita, apparatuſque illi reddendus eſt ſuus, eculei & fidiculæ, & ergaſtula, & cruces, & circumdati defixis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus, varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium caueæ.* Et Plinius lib.II. ep XI. *venerunt, qui adeſſe erant iuſſi, Vitellius Honoratus, & Flauius Martianus, ex quibus Honoratus trecentis millibus exſilium equitis Romani, ſeptemque amicorum eius vltimam pœnam, Martianus vnius equitis Romani ſeptingentis millibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe. erat enim fuſtibus cæſus damnatus in metallum, ſtrangulatus in carcere.* Quam autem hic dicit vltimam pœnam *lib. VIII. ep. XII.* vocat vltimum ſupplicium. Videri etiam poteſt GODOFREDI LENGNICH *Diſſertatio de Origine & progreſſu Pœnæ adulterarum apud Romanos* in academia Halenſi 1712. ventilata.

## § XLIX.

In priuatis Iudiciis poſtulabant actores a Prætore vel Iudicem, & Arbitrum vel Recuperatores, vel Iudicium centumuirale. * In arbitrio autem Prætoris erat, dare quos vellet, qui ex formula ab ipſo præſcripta, inter litigantes iudicarent. ** IVDEX cognoſcebat de re certa ex ſtricto iure, ſecundum formulam præſcriptam & qui ſub eodem erat, ARBITER de re incerta, ex bona fide. *** RECVPERATORES Iudices erant a Prætore dati, qui cognita cauſſa, teſtibusque auditis, de facto iudicarent, iidemque maxime erant ex ordine Senatorio. **** IVDICIVM CENTVMVIRALE ex Tribubus erat collectum, ex ſingulis terni Iudices maxime, de illis controuerſiis, quibus non de facto, ſed æquitate & iure certaretur, ***** & quidem haſta poſita, Præſide Prætore & huic iudicio præfectis Decemuiris litibus diiudicandis ****** qui in conſilium adhiberi dicebantur. *******

*Iudicia Priuata.*

*Iudicia Centumuiralia.*

* Formula poſtulandi hæc erat, ſecundum SIGONIVM lib.I. de Iudiciis c.XXIII. *Iudicem, arbitrumue poſtulo, vti des in diem tertium, ſiue perendinum.* De quo CICERO loquitur pro Muræna c. XII. *Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium, aut perendinum: iudicem, an arbitrum, rem, an litem dici oporteret.* CICERO in Verrem lib. III. c. XI. *de conuentu nullum vnquam iudicem, nec recuperatorem dedit.*

** SIGONIVS *de Iudiciis lib.I. c. XXI.* ex veteribus legibus: CONSVLES, PRÆTORES, QVICVNQVE ERIT DE EA RE IVRISDICTIO, IVDICII IVDICIS RECVPERATORVMVE DATIO EST. GELLIVS *lib. XIV. c. II. quo primum tempore a prætoribus lectus in indices ſum, vt iudicia, quæ appellantur priuata, ſuſciperem.*

*** CICERO pro Q. Roſcio c. IV. *aliud eſt iudicium, aliud arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum poſtulauimus, conſequamur.* Vocantur hi Romani Iuris Diſceptatores *l. 14. C. de Iudiciis.* SENECA lib. III. de Beneficiis c. VII. *ideo melior videtur*

*conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem, quam ſi ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit: huius libera & nullis aſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & abducere, & ſententiam ſuam, non prout lex, aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas aut miſericordia impulit, regere.* Videatur Titulus π. *de Receptis, qui arbitrium ſuſceperunt, vt ſententiam dicant.* Formula itaque EX FIDE BONA hæc obtinebat. CICERO lib. III. de Officiis c. XV. *atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII. tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Latoria: & ſine lege, iudiciis, in quibus ex fide bona agitur. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maxime excellunt, in arbitrio rei vxoriæ, Melius, æquius: in fiducia, vt inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo, quid melius æquius: poteſt vlla pars ineſſe fraudis? aut, cum dicitur, vt inter bonos bene agier.* & c. XVI. *ad arbitrium illum adegit, quidquid ſibi dare, facereve oporteret ex fide bona.* c. XVII. *Qu. quidem Scæuola, pontif. max. ſummam vim dicebat eſſe in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur ex fide bona: fideique bonæ nomen exiſtimabat manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ ſocietas continetur: in his magni eſſe iudicis, ſtatuere, præſertim cum in plerisque eſſent iudicia contraria, quid quemque cuique præſtare oporteret.* VALERIVS MAXIMVS lib. VIII. c. II. n. I. *Calpurnius demoliri* DOMVM COACTVS, *M. Porcium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum Claudio adduxit, & formulam quidquid. ſibi. dare. facere. oporteret. ex. bona. fide.* Hinc Paulus ICtus l. 34. pr. π. locati *in quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes?* Alias etiam, quid AEQVIVS, MELIVS. CICERO Topic. c. XVII. *in omnibus igitur iis iudiciis, in quibus, Ex fide bona, eſt additum: vbi vero etiam vt inter bonos bene agi oportet, inprimisque in arbitrio rei vxoriæ, in quo eſt, quid æquius, melius, parati eſſe debent.* Quo facit l. pen. §. vlt. π. ſoluto matrim. *quia nec melius æquius eſſet, quod exigere vir ab vxore non potuiſſet, ob id ex detrimento viri mulierem locupletari. & hoc verum puto.* Vid. etiam *l.* 82. π. *de ſolutionibus* CICERO pro Q. Roſcio c. IV. *quid eſt in arbitrio? mite, moderatum, Quantum æquius, & melius, id dari. Ille tamen confitetur plus petere, quam debeatur: ſed ſatis ſuperque habere dicit, quod ſibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter cauſæ confidit: alter diffidit. Quæ cum ita ſint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis LLS. Iↄↄ. de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris, quantum æquius & melius ſit, dari, repromittive, ſi pareret.* Exinde oritur diſtinctio inter bonæ fidei & ſtricti iuris iudicia, de quo §. 30. I. de Actionibus, *in bonæ fidei iudiciis libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & æquo æſtimandi quantum actio reſtitui debebat. In quo & illud continetur, vt ſi quid inuicem præſtare actorem oporteat, eo compenſato, in reliquum is cum quo actum eſt, debeat condemnari. Sed & in ſtrictis iuris iudiciis ex reſcripto diui Marci oppoſita doli mali exceptione, compenſatio inducebatur.*

**** CICERO pro Cæcina c. III. *at ſi quis mihi hoc iudex Recuperatorve dicat. Potuiſti enim leviore actione confligere: potuiſti ad ſuum ius faciliore, & commodiore iudicio pervenire. quare aut muta actionem, aut noli mihi inſtare, vt iudicem.* Imo integra hæc pro Cæcina oratio ad Recuperatores eſt directa. Potiſſimum vero Recuperatores locum habebant, vbi de Repetundis agebatur, ſecundum FESTVM: *Reciperatio eſt, vt ait Gallus Aelius, cum inter populum, & reges, nationesque & ciuitates peregrinas lex conuenit: quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, resque priuatas inter ſe perſequantur.* Conſtituebantur igitur tales Recuperatores

in

Digitized by Google

in prouinciis, de quo THEOPHILVS *lib. I. tit. VI. §. 4.* poſtquam dixiſſet, Romanos tempore hyemali in prouinciis iudicia exercuiſſe, addit καὶ πολλοὺς εἰς τοῦτο δικαστὰς ἐκάθιζον, τέμνοντας αὐτοῖς τὰ ἀμφίβολα οἵ τινες ἐλέγοντο recuperatores, quia per eos vnusquisque debitum recipiebat, ἐπειδὲ δι' αὐτῶν εἷς ἕκαστος τὸ οἰκεῖον χρέος ἀνελάμβανεν. ἐλέγετο δὲ ὁ καιρὸς κομβέντος, ἐπειδὲ venire ἐστὶ τὸ συνιέναι *& multos in eam rem conſtituebant iudices, vt ambiguas ipſorum cauſas dirimerent, qui Recuperatores vocabantur, quia per eos vnusquisque debitum recipiebat. Tempus autem illud a conueniendo Conuentus dictum eſt.* De hoc CICERO in Verrem lib. II. c. XI. & c. XIII. *hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, vt, quantum vellet, poſceret: quantum popoſciſſet, auferret: hoc tibi defenſionis ad iudicium tuum comparabas, habuiſſe te edictum, recuperatores daturum in octuplum?* & c. XXVIII. Antea quoque *c. X.* de hoc Iudicio in octuplum egerat. LIVIVS lib. XLIII. c. II. *L. Canuleio prætori qui Hiſpaniam ſortitus erat, negotium datum eſt, vt in ſingulos, a quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine ſenatorio daret, patronosque quos vellent ſumendi poteſtatem faceret.* Et paullo poſt: *cum M. Titinio primum, qui prætor A. Manlio, M. Iunio conſulibus in citeriore Hiſpania fuerat, recuperatores ſumpſerunt. Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus. Diſſenſio inter duarum prouinciarum legatos eſt orta: citerioris Hiſpaniæ populi M. Catonem & Scipionem; vlterioris L. Paullum & Gallum Sulpicium patronos ſumpſerunt. Ad recuperatores adducti a citerioribus populis P. Furius Philus; ab vlterioribus M. Matienus. Ille Sp. Poſtumio, Q. Mucio conſulibus triennio ante, hic biennio prius, L. Poſtumio, M. Popillio, conſulibus, prætor fuerat. Grauiſſimis criminibus accuſati ambo, ampliatique: quum dicenda de integro cauſſa eſſet, excuſati exſilii cauſſa ſolum vertiſſe. Furius Præneſte, Matienus Tibur exſulatum abierunt.* Sic etiam in æſtimandis iniuriis locum habebant Recuperatores TACITVS Ann. I. c. LXXIV. *de pecuniis repetundis ad reciperatores itum eſt.* SVETONIVS Nerone c. XVII. *vtque rerum acta ab ærario cauſa ad forum, ac recuperatores tranſferrentur.* Hinc PLAVTVS Bacchid. Act. III. ſc. III.

*Poſtquam quidem Prætor Recuperatores dedit,*
*Damnatus demum vi coactus reddidit*
*Ducentos; & mille Philippûm*

GELLIVS lib. XX. c I. *Prætores poſtea hanc aboleſcere, & relinqui conſuerunt; iniuriisque æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt.* Sic in Quæſtione Status de Libertate. SVETONIVS Veſpaſiano c. III. *ſed mox ingenuam & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronunciatam.* De obtinenda corona murali per Recuperatores fuit deſinitum, LIVIVS lib. XXVI. c. XLVIII. *ea contentio quum prope ſeditionem veniret, Scipio tres recuperatores quum ſe daturum pronuntiaſſet, qui cognita cauſſa teſtibusque auditis iudicarent, vter prior in oppidum tranſcendiſſet.* Exhibet VALERIVS PROBVS de Notis antiquis, hanc formulam Prætoris: QVANTI EA RES ERIT, TANTÆ PECVNIÆ IVDICIVM RECVPERATORIVM DABO, TESTIBVS DVMTAXAT DECEM DENVNCIANDI POTESTATEM FACIAM.

***** FESTVS: *Centumuiralia iudicia a centum viris ſunt dicta. Nam, cum eſſent Romæ triginta & quinque tribus quæ & curiæ dictæ ſunt, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui centumuiri appellati ſunt; & licet quinque amplius,*



*quam*

*quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumuiri ſunt dicti. Centumviralia iudicia, quæ Centumuiri iudicabant.* Deſcribit ea, cauſſasque in iisdem tractari ſolitas, CICERO lib. I. de Oratore c. XXXVIII. *Volitare in foro, hærere in iure, ac prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate ac iure certetur: iactare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura verſentur, cum omnino, quid ſuum, quid alienum: quare denique ciuis, an peregrinus: ſeruus, an liber quispiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudentiæ.* Et paullo poſt: *quid quod item in centumuirali iudicio certatum eſſe accipimus?* & c. LVI. *nam quod maximas centumuirales cauſas in iure poſitas protuliſti:* & de claris Oratoribus c. LIII. vocat *centumuirale iudicium hereditatis.* TACITVS Dialogo de Oratore c. XXXVIII. *Lege Pompeia olim omnia apud prætores gerebantur, apud quot quod maiora olim negotia exerceri ſolita ſint, quod maius argumentum eſt, quam quod cauſſæ centumuirales, quæ nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore omnium iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Calii, neque Calui, non denique vllius magni Oratoris liber apud centumuiros dictus legatur exceptis orationibus Aſinii Pollionis.* Sic etiam de hæreditate ex teſtamento inofficioſo apud eosdem contendebatur. VALERIVS MAXIMVS lib. VII. c. VII. n. 1. *cum improbiſſimis hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit.* & n. 2. *teſtamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumuiros reſcidit.* CICERO pro Cæcina c. XVIII. *ornate, & copioſe L. Craſſus, homo longe eloquentiſſimus, paullo ante, quam nos in forum venimus iudicio centumuirali hanc ſententiam defendit, & facile, cum contra eum prudentiſſimus homo Q. Mucius diceret. probauit omnibus M. Curium, qui heres inſtitutus eſſet, ita, mortuo poſtumo filio: cum filius non modo non mortuus, ſed ne natus quidem eſſet, heredem eſſe oportere.* & PAVLVS ICtus l. 17. pr. ff. de Inofficioſo Teſtamento: *hic, ſi obtinuerit, vtetur rei iudicatæ auctoritate, quaſi centumuiri hunc ſolum filium in rebus humanis eſſe nunc, cum facerent inteſtatum, crediderint.* PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXXV.*

****** Inde VALERIVS MAXIMVS lib. VII. c. VIII. n. 2. *Teſtamentis is filium inſtituit hæredem: quod Ti. Longus ſanguine proximus, haſta iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt.* Dicitur exinde Centumuiralis haſta, auctore SVETONIO Auguſto c. XXXVI. *vt centumuiralem haſtam, quam quæſtura functi conſueuerant cogere, decemviri cogerent.* Intelligendus de eo DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 540.* καὶ οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τοὺς τῶν δικαστηρίων τοὺς ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι *decem iudiciis iis quæ ad centumuiros ſorte deferuntur, præficiuntur.* De his autem Decemuiris ſupra dictum fuit *§. XXIX.* Vid. SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA *de Iudicio Centumuirali.*

******* De his Decemuiris enim intelligi videtur VLPIANVS Tit. I. §. 13. *in conſilium autem adhibentur Romæ quinque Senatores & quinque Equites Romani in prouincia viginti Recuperatores, ciues Romani.* Huc facere videtur l. 5. ff. de manum. vindicta *an apud ſe manumittere poſſit is, qui conſilium præbeat, ſæpe quæſitum eſt.* Vid. RÆVARDVS Protribun. *c. XVIII.* De hoc etiam CICERO in Verrem lib. II. c. XXIX. *itaque hac vna ſpe ad iudicium venitur: quo poſteaquam ventum eſt, cum in conſilium frequentes conueniſſent iidem, qui ſolebant, & hac vna ſpe tota defenſio Sopatri niteretur,*

*tur, conſilii frequentia, & dignitate, & quod erant, vt dixi, iidem, qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant.* & c. XXXIII.

## §. L.

Is autem, qui actionem intendebat, primum, an intra priuatos parietes poſſet componi, experiebatur, * Quod ſi fieri non poſſet, in Ius vocabatur Reus, ** ſi recuſaret, vel fruſtraretur teſtimonium, iis, qui præſto erant, denunciabatur, his verbis: LICETNE ANTESTARI? Annuentes porrigebant tangendam aurem, *** tunc obtorto collo reus in ius rapiebatur. **** Actor poſtulabat, vt ſibi in aduerſarium liceret intendere, ***** quo impetrato, non niſi ſecundum legis actiones actionem edebat, qua contra reum vti vellet. ****** Dum autem cauſſæ occurrerent, de qua nullæ Actionis Formulæ in Albo Prætoris eſſent præſcriptæ, tunc vel extra ordinem Prætor cognoſcebat, vel actionem ſubſidiariam dabat, quæ modo vtilis vocabatur. ******* Exinde etiam Actiones præſcriptis verbis fuerunt ortæ. Hoc facto, vocabat actor reum, concepto per ICtum vadimonio, promittebatque vadimonium reus, & quidem fideiuſſoribus vel facta ſponſione. ******** Quandoque tamen Reus, adpellatis Tribunis Iudicio ſe ſubducere conabatur. ********* Iuſtis quoque excuſationibus locus erat: tunc dies diffidebatu vel differebatur. † Locum etiam in his iudiciis habebat COMPERENDINATIO. ††

*Proceſſus Iudicii Ciuilis.*

* LIVIVS lib. IV. c. IX. *quum res peragi intra parietes nequiſſet, ventum in ius eſt.* CICERO pro Quinctio c. XI. *Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet, quis tam negligens, quis tam tui, Sexte, diſſimilis, qui cum res ab eo, qui contraxiſſet, receſſiſſet, & ad heredem perueniſſet, non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret? appellaret? rationem afferret? ſi quid in controuerſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur?*

** L. I. π. de in ius vocando. *in ius vocare eſt iuris experiundi cauſſa vocare.* LIVIVS lib. III. c. XLIV. *vocat puellam in ius; auctoribus qui aderant, vt ſequerentur. Ad tribunal Appii peruentum eſt.* Faciunt huc Tituli Pandectarum *de in ius vocando. ſi quis in ius vocatus non ierit. In ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautum dent. Ne quis eum, qui in Ius vocabitur vi eximat.* Excipiuntur tamen ex Edicto Prætoris Vrbani, qui neque ſequantur neque ducantur, quidam, qui nec in ius vocari queant, vel vocati ſequi non teneantur, vt qui eſt in domo *l.* 18. π. *de in ius vocando*, aliique qui in *l.* 2. π. *h. t.* nec materfamilias *l.* 1. *C. de Off. diuerſ. Iud.*

*** HORATIVS lib. I. ſat. IX. v. 70.

*caſu venit obuius illi*
*aduerſarius: & quo tu, ait, turpiſſime? magna*
*exclamat voce: & licet anteſtari? ego vero*
*oppono auriculam: rapit in Ius, clamor vtrimque.*



Digitized by Google

PLAVTVS *Curculio Act. V. Sc. II.*

Ph. *ambula in ius. M. non eo.* Ph. *Licet anteſtari? M. non licet.*

Ph. *Iupiter te male diſperdat miles. Inteſtatus vivito.*

C. *At ego, quem licet.* Ph. *accede huc, Curculio: M. ſeruum anteſtari.*

CICERO pro Milone c. XXV. *te Magne, tamen atteſtaretur: quod nunc etiam facit.* PLINIVS lib. XI. c. XLV. *eſt in aure ima memoriæ locus, quam tangentes atteſtantur.* Neque tamen hic mos aures vellicandi cum Romanis deſiit, quin quod ad ipſos Germanos quoque fuit translatus. Sic enim AVENTINVS Ann. Schirenſibus ad a. 1079. p. 208. *interfuere huic donationi Amelbertus quidam nobilis, & alii decem teſtes, quorum aures vellicatæ, more veterum* & ad a. 1104. *Teſtes, qui auribus tracti ſunt.*

**** PLAVTVS Curcul. Act. V. Sc. vlt. *Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem.* Reſpondet leno: *hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripe?* Vid. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXXIII.*

***** L. 1. §. 2. π. de Poſtulando: *poſtulare autem eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere.*

****** De his ſupra §. XII. CICERO pro Cæcina c. III. *etenim ſi prætor is, qui iudicia dat, numquam petitori præſtituit, qua actione illum vti velit: videte, quam iniquum ſit, conſtituta iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid poſſit, non quid actum ſit, quærere* l. 1. pr. de edendo: *qua quisque actione agere volet, eam edere debet. nam æquiſſimum videtur, eum, qui acturus eſt, edere actionem, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur.* Plures enim de vna cauſſa ſæpe erant actiones, ex quibus eligere actor poterat, quam vellet. *Sunt autem,* inquit, CICERO pro Roſcio Comoedo c. VIII. *iura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare poſſit, expreſſæ ſunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ a prætore formulæ ad quas priuata lis accommodatur.* Cauſſa autem cadebat is, qui actionem non rite inſtituerat. CICERO lib. II. de Inuentione c. XIX. *nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones: & ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit.* §. 33. I. de Actionibus. *ſi quis agens in intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat. ſed quotiens incertum eſt, quæ potius actio teneat, duas dictamus, proteſtati, ex altera nos velle conſequi quod nos contingit.*

******* Vti vtile iudicium dicitur *l. 4. §. 7. π. fin. regund.* & *l. 26. §. 3. licet directa actio nulla competit, vtilis tamen in factum danda eſt.* Exinde etiam contractuum in nominatos atque innominatos diſtinctio orta fuiſſe videtur, quod iſti innominati dicerentur, de quibus nulla certa formula actionis fuerat propoſita vid. CELLARIVS *de Proceſſu Iuris Romani cap. I. §. 27 ſqq.*

******** CICERO pro Quinctio c. VI. *ſe iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere, ſi quid agere ſecum velit Quinctius, non recuſare. Hic, cum rem Gallicanam cuperet reuiſere, hominem in præſentia non vadatur, ita ſine vadimonio diſceditur.* & c. XIX. *Debere tibi dicis Quinctium, procurator negat. Vadari vis: promittit. In ius vocas, ſequitur; Iudicium poſtulas, non recuſat.* CICERO lib. II. ad Q. Fr. ep. XXV. *in tanta multitudine eorum, qui vna eſſent, quemquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſent.*

*poſſent. Satisdabant potiſſimum de iudicio ſiſti & iudicatum ſolui.* Modum deſcribit CICERO pro Quinctio c.VII. *Iſte poſtulat, vt procurator iudicatum ſolui ſatisdaret: negat Alphenus, æquum eſſe, procuratorem ſatisdare, quod reus ſatisdare non deberet, ſi ipſe adeſſet. Appellantur tribuni: a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, vt Idibus Septembribus P. Quinctium ſiſti Sex. Alphenus promitteret. Venit Romam Quinctius: vadimonium ſiſtit. Iſte, homo acerrimus, bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, annum & ſex menſeis nihil petit: quieſcit, conditionibus hunc, quoad poteſt, producit: a Cn. Dolabella denique prætore poſtulat, vt ſibi Quinctius iudicatum ſolui ſatisdet, ex formula. Quod ab eo petat, cuius, ex edicto Prætoris Romani bona dies XXX. poſſeſſa ſint. non recuſabat Quinctius, quin ita ſatisdare iuberet, ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto. Decernit, (quam æquum, nihil dico. vnum hoc dico, nouum: & hoc ipſum tacuiſſe mallem, quoniam vtrumque quiuis intelligere potuiſſet.) Iubet P. Quinctium ſponſionem cum Sex. Næuio facere. Si bona ſua ex edicto P. Burrieni prætoris dies XXX. poſſeſſa eſſent. Recuſabant qui aderant tum Quinctio. demonſtrabant, de re iudicium fieri oportere, vt aut vterque inter ſe, aut neuter ſatisdaret: non neceſſe eſſe famam alterius in iudicium venire. Clamabat porro ipſe Quinctius ſeſe idcirco nolle ſatisdare, ne videretur, iudicaſſe, bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſe. ſponſionem porro ſi iſtiusmodi faceret: ſe, id quod nunc euenit) de capite ſuo priore loco cauſam eſſe dicturum. Dolabella (quemadmodum ſolent homines nobiles: ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet) iniuriam facere fortiſſime perſeuerat: aut ſatisdare aut ſponſionem iubet facere: & interea recuſant eis noſtros aduocatis acerrime ſubmoueri. Conturbatus ſane diſcedit Quinctius, neque mirum, cui hæc optio tam miſera, tamque iniqua daretur, vt aut ipſe ſe capitis damnaret, ſi ſatisdediſſet: aut cauſſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. Cum in altera re cauſæ nihil eſſet, quin ſecus iudicaret ipſe de ſe: quod iudicium grauiſſimum eſt: in altera ſpes eſſet ad talem virum, iudicem veniendi, vnde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiæ: ſponſionem facere maluit: fecit te iudicem, C. Aquilli, ſumſit: & ſponſo egit, in hoc ſumma iudicii, cauſaque tota conſiſtit.* Ex hoc loco videmus etiam SPONSIONEM, ad quam litigantes ſe inuicem prouocare ſolebant, atque in certa pecunia conſiſtebat, quæ eius lucro cederet, qui iudicio viciſſet, CICERO lib. I. in Verrem c.XLV. *ſi quis teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur, quod tum non exſtares, lege ageret in hereditatem: aut, pro præde litis vindiciarum cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret, ita de hereditate certaret.* Hunc locum tali ratione explicat ASCONIVS PEDIANVS p. 100. *aut peteret*, inquit, *vt poſſeſſor eſſet: aut acciperet ab aduerſario ſatis pro præde litis vindiciarum, & ipſe ſponſionem faceret. & ita de hæreditate certaret. Lis vindiciarum eſt, cum litigatur de ea re apud Prætorem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideo, quia eam tenet, ſatisdat pro præde litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſſet. rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ, aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Prædes ergo dicuntur ſatisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt: ne interea, qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta deſerat.* LIVIVS lib. XXXIX. c.XLIII. *in extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, vt ſi id factum negaret, cæteraque, quæ obieciſſet, ſponſione defenderet ſeſe.* VALERIVS MAXIMVS lib. II. c. VIII. n.2. *pertinaciusque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatium prouocauit.* CICERO pro Cæcina c.XVI. *at vero hoc quidem iam vſus eſt, & maiorum exemplo*

mul-

*multis in rebus viſitatum, cum ad vim faciendam veniretur, ſi quos armatos quamuis procul conſpexiſſent, vt ſtatim teſtificati diſcederent, optime ſponſionem facere poſſint, ni aduerſus edictum prætoris vis facta eſſet.* in Verrem lib. III. c. LVII. *P. Rubrius Qu. Apronium ſponſione laceſſiuit, Ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium: hæc te vox non perculit? non perturbauit? non vt capiti, & fortunis tuis proſpiceres, excitauit? Tacuiſti: ſedaſti etiam lites illorum, & ſponſio illa ne fieret, laboraſti.* c. LVIII. *facta eſt ſponſio LL. S. V. millib. cæpit Scandilius recuperatores, aut iudicem poſtulare.* lib. VII. ep. XXI. *Silii cauſam te docui, is poſtea fuit apud me, cum ei dicerem, tibi videri ſponſionem illam non ſine periculo facere poſſe. Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem, Q. Cæpio Prætor ex edicto ſuo mihi dedit.* Quod ſi etiam litigatores ad vadimonium non occurrerent, cauſſa cadebant, ſecundum SVETONIVM *Caligula c. XXXIX.* Rei maxime, ſi vadimonium miſſum feciſſet, bona Prætor ex edicto poſſideri iubebat CICERO *pro Quintio c. XIV.*

********* CICERO pro Quinctio c. VII. *Iſte poſtulat, vt procurator iudicatum ſolui ſatisdaret, negat Alphenus, æquum eſſe, procuratorem ſatisdare, quod reus ſatisdare non deberet, ſi ipſe adeſſet. Appellantur tribuni: a quibus cum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, vt idibus Septembribus P. Quinctium ſiſti, Sex. Alphenus promitteret.* & c. XX. *Poſtulabam inquis, vt ſatisdares. Iniuria poſtulabas. Ita videbare. Recuſabat Alphenus. Ita: verum prætor decernebat. Tribuni igitur appellabantur. Hic te, inquit, teneo. non eſt iſtud iudicium pati, neque iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas. Hoc ergo, cum attendo, qua prudentia ſit Hortenſius, dicturum eſſe eum non arbitror. cum autem antea dixiſſe audio, & cauſam ipſam conſidero, quid aliud dicere poſſit, non reperio. fatetur enim libellos Alphenum deieciſſe, vadimonium promiſiſſe. iudicium quin acciperet in ea ipſa verba, quæ Næuius edebat, non recuſaſſe: ita tamen, more & inſtituto, per eum magiſtratum, qui auxilii cauſa conſtitutus eſt.*

† L. 2. §. 3. π. ſi quis Caut. in Iudicio ſiſtendi cauſa factis: *ſi quis iudicio ſe ſiſti promiſerit, & valetudine, vel tempeſtate vel vi fluminis prohibitus, ſe ſiſtere non poſſit: exceptione adiuuatur, nec immerito. cum enim in tali promiſſione præſentia opus ſit, quemadmodum potuit ſe ſiſtere, qui aduerſa valetudine impeditus eſt? & ideo etiam lex duodecim tabularum, ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diem iudicii eſſe diffiſum.* GELLIVS lib. XIV. c. II. *in rerum quidem diffiſſionibus comperendinationibusque.* Hinc etiam FESTVS: voce Reus: *Numa in ſecunda tabula ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt: Quid horum fuit vnum Iudici arbitroue, reoue, eo die diffenſus eſto,* vbi quidam legunt diffuſus, ſed IACOBVS GOTHOFREDVS in Gloſſario LL. XII Tabb. retinet vulgarem lectionem, *diffenſus,* idemque explicat per *prolatus.* IACOBVS GVTHERIVS equidem *de Veteri Iure Pontificio lib. III. c. XIII.* diſtinguit adhuc *diem diffiſum* atque *diffuſum,* illum arbitratur dici, dum ipſo iure dies differtur, diffuſum vero, dum a Prætore dies differtur. Verum eiusmodi verborum aucupiis opus non habemus, credimus potius, diffuſum diem ac diffiſum vnum eundemque eſſe, ac non niſi diuerſa ſcribendi ratione diſcrepare. Sic GELLIVS lib. XIV. c. II. de ſe, qui iudex lectus fuerat; *iuſſi igitur diem diffindi, atque inde a ſubſelliis pergo ire ad Fauorinum Philoſophum.* Confirmatur illud ex LIVIO lib. IX. c. XXXVIII. *Papirius C. Iunium Bubulcum Magiſtrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit,* hoc eſt: *res dilata eſt.*

†† CICERO pro Muræna c. XII. *Iam illud quidem mirum videri ſolet, tot homines*

*mines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium, an perendinum, iudicem, an arbitrum ; rem an litem dici oporteret.* PLINIVS lib. VI. ep. II. *an nos ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores, quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur?* FESTVS: *Condictio eſt in diem tertium eius rei, quæ agitur, denuntiatio.*

## §. LI.

Dies autem Iudicii faſtus eſſe debebat, ſiue Iudicialis, quo Prætori fas erat, dicere tria verba: DO. DICO. ADDICO. Illo vtebabantur in Iudice, Tutore, vel Bonorum poſſeſſione danda. Dico in ferenda ſententia locum habet. Addico in rei iudicatæ exſecutione. Vbi dies, * venit dicendæ cauſæ, Iudex a Prætore datus, & litigantium conſenſu adprobatus, ** prima luce conſedit pro Roſtris, *** Tribunal autem erectum erat, **** atque in Tribunali poſita ſella Curulis, ***** quæ tamen quandoque in plano collocata. ****** Minores Iudices & Tribuni vel in ſubſelliis ſedebant vel ſtabant. ******* Dicti ideo, quia in imis ſubſelliis ſedebant *Iudices Pedanei*, qui a Prætoribus ad minores cauſſas dignoſcendas erant delegati. ******** vel *Iudices dati* vel *ſpeciales*. ********* Actor iurabat, ſe non calumniæ cauſſa litem intendere, reus vero ſe non calumniæ cauſa inficiari. ********** Actor cauſſam ſuam tabulis vel teſtibus confirmabat, *********** quæ reus lite conteſtata elidebat. † Inde cauſſa quater ex certo horarum interuallo erat dicenda, †† id quod vel ipſi litigantes, vel ipſorum patroni ſtantes agebant, ††† præmiſſa prius, pro iudice informando, facti ſpecie vel cauſæ coniectione. †††† idque ad modum Clepſydrarum. ††††† Tunc Iudex iuratus ſententiam dicebat, vel iurabat ſibi non liquere. Confeſſis autem æris ac debiti iudicatis, XXX. dies dabantur conquirendæ pecuniæ cauſa, quibus elapſis, niſi ſolverent, ad Prætorem vocabantur & Creditori addicebantur, qui hos etiam, ni pretium fuerit ſolutum, necandi habebant poteſtatem. †††††† Actores vero damnabantur de calumnia, ſi litem falſo intendiſſent. ††††††† Proceſſus Iudicii Centumuiralis quadruplici conſtabat Iudicio, quaternis enim iudiciis in ſingulis actionibus abſoluebatur. Sedebant Iudices ſellis, centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis, ſiue tribunalibus formatis, inter quos medius ſedebat Prætor, conſcribebantur. †††††††† Omnia autem conſilia de vna eademque cauſſa ſimul agebant, quare vel ſecundum maiora procedebant, vel duobus quis vincebat, duobus vincebatur. *

*Iudicium in cauſſis ciuilibus.*



Digitized by Google

* MACROBIVS Saturn. I. c. XVI. *Faſti ſunt; quibus licet fari praetori tria verba ſolemnia: do, dico, addico. his contrarii ſunt nefaſti. Comitiales ſunt, quibus cum populo agi licet: & faſtis quidem lege agi poteſt, cum populo non poteſt; comitialibus vtrumque poteſt. Comperendini; quibus vadimonium licet dicere: Stati; qui iudicii cauſa cum peregrino inſtituuntur.* VARRO de L. L. lib. V. p. 52. *Dies Faſti, per quos praetoribus omnia verba ſine piaculo licet fari. Comitiales dicti, quod tum eſſet populus conſtitutus ad ſuffragium ferendum. niſi ſi qua feria concepta eſſent, propter quas non liceret: vt Compitalia, & Latina. Contrarii horum vocantur dies Nefaſti, per quos dies nefas fari praetorem: do, dico, addico. Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Quod ſi tum imprudens id verbum emiſit, aut quem manumiſit, ille nihilominus eſt liber, ſed vitio: vt magiſtratus vitio creatus, nihilo ſecius magiſtratus. Praetor qui tum factus eſt, ſi imprudens fecit, piaculari hoſtia facta piatur: ſi prudens dixit, Quintus Mucius abnegabat eum expiari, & vt impium non poſſe dicebat. Intercisi dies ſunt, per quos mane & veſperi eſt nefas, medio tempore inter hoſtiam caeſam & exta porrecta fas: a quo quod fas eum intercedit, interciſi dies, aut quod tum interciſum, nefas.* Originem hoc habet ex inſtituto Numae, de quo LIVIVS lib. I. c. XIX. *Idem ne faſtos dies faſtoſque fecit: quia aliquando, nihil cum populo agi, vtile futurum erat.* Meſſis vero & vindemiarum tempore iudicia ceſſabant. Sic PLINIVS lib. VIII. ep. XXI. *Iulio menſe, quo maxime lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui.* Sic STATIVS IV. Sylu. IV. v. 39.

*Certe iam Latiae non miſcent iurgia leges,*
*& pacem piger annus habet, meſſeſque reuerſa*
*dimiſere forum.*

De vindemia Minutius Felix cap. I. *ſane & ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxarant.* Facit huc l. 1. π. de Feriis: *ne quis meſſium, vindemiarumque tempore aduerſarium cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur, quia occupati circa rem ruſticam, in forum compellendi non ſunt.* Potiſſimum vero huc facit l. 7. C. de Feriis. *Omnes dies iubemus eſſe iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit. aeſtiuos feruoribus mitigandis & autumnos fructibus decerpendis. Kalendarum quoque Ianuariarum conſuetos dies otio mancipamus. His adiicimus natalitios dies vrbium maximarum Romae atque Conſtantinopolis: in quibus debent iura differri, quia & ab ipſis nata ſunt: Sacros quoque Paſchae dies, qui ſepteno numero vel praecedunt, vel ſequuntur. Dies etiam Natalis atque Epiphaniarum Chriſti, & quo tempore commemoratio Apoſtolicae paſſionis totius Chriſtianitatis magiſtra a cunctis iure celebratur, in quibus etiam praedictis ſanctiſſimis diebus neque ſpectaculorum copiam reſeramus. In eadem obſeruatione numeramus & dies ſolis, quos Dominicos rite dixere maiores, qui repetito in ſeſe calculo reuoluuntur: in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam: vt nec apud ipſos arbitros vel a iudicibus flagitatos, vel ſponte electos, vlla ſit cognitio iurgiorum. Noſtris etiam diebus, qui vel lucis auſpicia, vel ortus imperii protulerunt. In quindecim autem Paſchalibus diebus compulſio annonariae functionis, & omnium publicorum priuatorumque debitorum differatur exactio.*

** Quare l. 23. π. de Appellat. *ex conſenſu litigantium circa compromiſſum a praeſide prouinciae iudice dato, victus poteſt prouocare.* Quod ſi igitur de iudice inter actorem atque reum conueniebat, Praetor illum addicebat *l. 39. π. de Iudiciis.* Quod ſi

ſi vero vni ex litigantibus Iudex non placeret, hunc eierabant. Sic enim CICERO lib. II. de Oratore c. XVII. *placet etiam mihi illud Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit. cum ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mucium iudicem tuliſſet, Eiero, inquit: iniquus eſt. cum eſſet admurmuratum. Ab inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum eiero, verum omnibus.* Exinde Iuramentum perhorreſcentiæ originem trahere videtur. Vid. CELLARIVS *de Proceſſu Iur. Romani c. II. §. 26.*

*** Sic dicebatur locus publicus, vbi iudicia agi ſolita, a Roſtris nauium Antiatium deuictarum ibidem ſuſpenſis. Sic LIVIVS lib. VIII. c. XIV. *Naues Antiatium, partim in Naualia Romæ ſubducta, partim incenſa, roſtrisque earum ſuggeſtum, in foro exſtructum, adornari placuit: Roſtraque id templum* (ſiue locus conſecratus) *appellatum.* PLINIVS lib. XVI. c. IV. *ante Roſtra nauium tribunali praſecta Fori decus erant.* Vid. PITISCVS *voce Roſtra.*

**** Tribunal erat ex tabulis erectum ſuggeſtum in Foro, quod Romulus primum inſtituit, ſecundum DIONYSIVM HALICARNASSENSEM lib. II. p. 993. πολλὰ εἰς τοῦτο παρεσκευάσατο, χωρίον τι ἐν ᾧ καθεζόμενος ἐδίκαζεν, ἐν τῷ φανερωτάτῳ τῆς ἀγορᾶς *multa in eum vſum parauit, tribunal ad ius dicendum in loco fori conſpicuo.* Exornauit illud forum Tarquinius Priſcus de quo DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *lib. III. p.* 200. τήν τε ἀγορὰν ἐν ᾗ δικάζουσι καὶ ἐκκλησιάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, ἐκεῖνος ἐκόσμησεν, ἐργαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών. *Forum etiam vbi ius redditur, concionesque fiunt, & cetera ciuilia negotia peraguntur, ab illo rege ornatum eſt, officinis circumdatum, & ceteris ornamentis publicis.* Elatius autem fuiſſe tribunal, non ſolum nummi veteres nobis demonſtrant, ſed etiam MARTIALIS lib. XI. ep. XCIX. v. 17.

*Sedeas in alto tu licet tribunali,*
*& e curuli iura gentibus reddas*

& CLAVDIANVS *in Rufinum lib. II. v.* 382.

*Increpat Auguſtum: ſcandat ſublime tribunal.*

Erat autem forma ſemilunari exſtructum, de quo VITRVVIVS lib. V. cap. I. *Tribunal eſt in ea æde hemicyclii ſchematis minore curuatura formatum.* Latera igitur dicebantur *Cornua*, de quibus TACITVS lib. I. Ann. c. LXXV. *nec patrum cognitionibus ſatiatus, iudiciis adſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret.*

***** CICERO in Verrem lib. II. c. XXXVIII. *ea poſtea quam numerata eſt, contentus hac iniquitate non fuit, palam de ſella ac tribunali pronuntiat.* ISIDORVS lib. XI. c. XX. *Conſules olim & prætores ob longinquitatem via curru in forum prouectos: ideoque & ſellas quæ poſt eos vehebantur, in quibus ſedentes iura redderent, curules dictas.* Deſcribit eundem CASAVBONVS in Suetonii Auguſtum cap. XLIII. *ſella curulis quatuor lignis pluribusue conſtabat incuruis, in modum fere literæ S. producta & minus curuata ab vtraque parte. Hac funibus ita compacta erat, vt aperiri claudique poſſet, in aperta ſedebatur ſuper loris & linteis.*

****** Hinc aliud erat pro Tribunali, aliud de plano cognoſcere, quod fiebat, quocunque loco ſella curulis fuiſſet poſita. Sic SENECA de Clementia lib. I. c. V. *hac tamen in bona fortuna latiorem locum habet, meliusque in tribunali quam in plano conſpicitur.* CICERO lib. III. ep. VIII. *illud quidem ſcio, meos multos, & illuſtreis,*

*& ex ſuperiore, & ex aequo loco ſermones habitos cum tua ſumma laude.* SVETONIVS Auguſto c. XXXIII. *ipſe ius dixit aſſidue, & in noctem nonnunqnam: ſi parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata.* Tiberio c. XXXIII. *& magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium aſſidebatque miſtim, vel ex aduerſo in parte primori.* Facit huc l. 3. §. 8. π. de Bon. poſſ. *ſi cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi, quam pro tribunali dari poteſt.* l. 1. §. 8. π. ad SCtum TVRPILIANVM: *abolitio priuatim a praeſidibus poſtulari, ac impetrari ſolet. Idem pro tribunali, non de plano.*

******* CICERO de claris Oratoribus c. LXXXIV. *Quare ſi anguſte, & exiliter dicere, eſt Atticorum, ſint ſane Attici: ſed in comitium veniant, ad ſtantem iudicem dicant. Subſellia grandiorem, & pleniorem vocem deſiderant.* Et paullo poſt: *locus in ſubſelliis occupetur, compleatur tribunali.* ASCONIVS PEDIANVS p. 34. *ſunt enim ſubſellia Tribunorum, Triumuirorum, Quaeſtorum, & huiuscemodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant.*

******** Talis occurrit in *l. 3. §. 1. π. ne quis eum qui in ius vocatur. & l. 4. π. de tutor. datis. Praetor ipſe ſe tutorem dare non poteſt: ſicut nec pedaneus iudex.* Id quod l. vlt. π. de Off. Praetoris explicatur per *Iudex ſpecialis.* l. 1. §. 6. de poſtulando: *item ſenatusconſulto etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur calumnia publici iudicii damnatus.* l. 38. §. 10. Iudices pedanei *ſi pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeſide aut curia ſubmouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.* Facit hoc totus titulus Codicis *de Pedaneis Iudicibus*, praecipue l. vlt. *quaedam ſunt negotia in quibus ſuperfluum eſt, moderatorem exſpectari prouinciae: ideoque pedaneos iudices, hoc eſt, qui negotia humiliora diſceptant, conſtituendi damus praeſidibus poteſtatem.* THEOPHILVS de Interdictis Procem: ἡνίκα τοίνυν περὶ νομῆς, ἢ ὡσανεὶ νομῆς μεταξὺ δύο τινῶν γίνεται φιλονεικία, ἀπέρχονται πρὸς πραίτωρα τοῦτο αὐτῷ διηγούμενοι. ἐπειδὲ συμβαίνει πολλάκις καὶ φόνους πλημμελεῖσθαι, καὶ τραύματα ἐπάγεσθαι, καὶ πληγὰς ἐπιφέρεσθαι· ἐν ταῖς τοιαύταις φιλονικίαις, διηγοῦνται τῷ πραίτωρι τὸ γεγονός. ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν ῥήματά τινα οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοὺς χαμαιδικαστῇ ἀκρατῇ γενομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας *Quum igitur inter duos aliquos de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione controuerſia eſt, Praetorem adeunt, ac totam rem ei exponunt: quoniam in huiusmodi controuerſiis ſaepe contingit & caedes fieri, & vulnera infligi, & plagas inferri. Rem itaque omnem Praetori ordine exponunt. At is quaedam verba inter eos pronuntiat, non litem dirimens, ſed ad pedaneum iudicem remittens, qui de controuerſia ipſorum cognoſcat.*

********* L. 46. π. de Iudiciis. *Iudex datus in eodem officio permanet, licet furere coeperit.* l. 4. π. de Off. Praetorum. *Praetor neque tutorem neque ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.*

********** CICERO pro Milone c. XXVII. *eum denique, cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli poſſeſſionum termini: qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat.* In aeſtimanda lite iurabant in litem. CICERO pro Roſcio c. I. *quod in codicem iniu-*

Digitized by Google

*iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubites?* Facit huc Titulus Pandectarum *de in litem iurando*.

*********** CICERO pro Q. Roſcio ſub initium; *Is ſcilicet vir optimus, & ſingulari fide praeditus, qui ſuo iudicio, tabulis ſuis, teſtibus vti conatur.* GELLIVS lib. XIV. c. II. *petebatur apud me pecunia, quae dicebatur data numerataque. ſed qui petebat, neque tabulis neque teſtibus id factum docebat: & argumentis admodum exilibus nitebatur. ſed eum conſtat virum eſſe ferme bonum, notaque & experta fides, & vita inculpatiſſima: multaque & illuſtria exempla probitatis ſinceritatisque eius expromebantur. illum autem, vnde petebatur, hominem eſſe non bonae rei, vitaque turpi & ſordida, conuictumque vulgo in mendaciis, plenumque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. is tamen, cum ſuis multis patronis clamitabat probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſae rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione. ex quibus omnibus ſi nulla re probaretur, dimitti iam ſe oportere, & aduerſarium de calumnia damnari. quod de vtriusque autem vita atque factis diceretur, fruſtra id fieri atque dici: rem enim de petenda pecunia apud iudicem priuatum agi, non apud cenſores de moribus.*

† FESTVS: *Conteſtari litem tum dicebantur, cum ordinato iudicio vtraque pars dicebat, Teſtes eſtote.* Idem alio loco: *reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt.* CICERO pro Roſcio Comoedo c. XI. *lite conteſtata, iudicio damni iniuria conſtituto, tu ſine me cum Flauio decidiſti.* & c. XII. *nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat.* Ad Atticum lib. XVI. ep. XV. *poſſumus enim, vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere. Neque enim illi litem conteſtabantur, quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari.*

†† APPIANVS *de B. Civ. lib. I. p.* 663. καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης, ἐς τὴν δίκην ἀνακαλούμενοι (τετράκις δὲ ἐχρῆν κηρυττομένοις ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἁλῶναι *dies praeſtituta poſtquam venit, & citatis per praeconem cauſa quater ex certo horarum interuallo dicenda erat.*

††† LIVIVS lib. IV. c. XLIII. de M. Canuleio, cui Tribuni diem dixerant: *nihilo demiſſiore animo, quum dies venit, cauſſa ipſe pro ſe dicta, nequicquam omnia expertis: Patribus vt mitigarent plebem, quindecim millibus aeris damnatur.* Quod per patronos cauſſa dicta, exemplum praebet. LIVIVS lib. XLIII. c. II. Quo faciunt CICERONIS Orationes pro diuerſis Reis. PLINIVS lib. V. ep. IX. *reſpondi ego. Nam mihi Baſſus iniunxerat, vt totius defenſionis fundamenta iacerem.*

†††† ASCONIVS PEDIANVS in Verrem, de Praetura Vrbana p. 76. *quo dato, deinde inter ſe perendinum diem, vt ad iudicium venirent, denuntiabant. quo cum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant. quod ipſum dicebatur cauſae coniectio. quaſi cauſa ſuae in breue coactio.* GELLIVS lib. XV. c. X. *litem cum Euathlo conteſtatur & quum ad iudices, coniicienda conſiſtendaque cauſa gratia, veniſſent.* l. 1. π. de R. I. *per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quaſi cauſae coniectio eſt.* Dicebantur iſti, maxime vbi praeſentium cauſſam agerent, COGNITORES. CICERO ad Herennium lib. II. c. XIII. *ex aequo & bono ius conſtat, quod ad veritatem & vtilitatem communem videtur pertinere: quod genus, vt maior annis LX. & cui morbus cauſa eſt cognitorem det.* CICERO pro Roſcio Comoedo c. XIII. *tu enim Qu. Roſcium pro opera, pro labore quod cognitor fuiſſet, quod vadimonia obiiſſet, rogaſti, vt Fannio daret LLS. ccclↃↃↃ.* c. XVIII. *quid intereſt inter eum, qui*

*per ſe litigat, & qui cognitor eſt datus? qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit, alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod vicisſet, iudicio ferres tuum. ſuo nomine petiit; quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit. Quod ſi quisquam petere poteſt alteri, qui cognitor non eſt factus: quaero, quod ita, cum Panurgus eſſet interfectus, & lis conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet, tu in eam litem cognitor Roſcii ſis factus, cum praeſertim ex tua oratione, quodcunque tibi peteres: quodcunque tibi exigeres, id in ſocietatem recideres? Quod ſi ad Roſcium nihil perueniret, quod tu a Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit, quoniam tuus cognitor non eſt factus.* CICERO Diuin. c. IV. *me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſae totius eſſe voluerunt.* Tales ſub initium plerarumque Orationum Ciceronis videmus.

††††† CICERO lib. III. de Oratore c. XXXIV. *at hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. Lege Pompeia certa hora ad perorandum in iudicio fuerunt ſtatutae.* TACITVS de Oratore c. XXXVIII. *Tranſeo ad formam & conſuetudinem veterum iudiciorum: quae & ſi nunc aptior eſt, ita erit eloquentia, tanto illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberae comperendinationes erant, & modum dicendi ſibi quisque ſumebat, & numerus neque dierum neque patronorum finiebatur.* Primus tertio Conſulatu Cn. Pompeius aſtrinxit, impoſuitque veluti frena eloquentiae, ita tamen vt omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud Praetores gererentur. PLINIVS lib. IV. ep. IX. *egeram horis tribus & dimidia; ſupererat ſesquihora. Nam quum e lege accuſator ſex horas, nouem reus accepiſſet; ita diuiſerat tempus reus inter me, & eum, qui dicturus poſt erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur.* lib. II. ep. XI. *dixi horis paene quinque. nam duodecim clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additae quatuor.* lib. I. ep. XXIII. *ipſe quum tribunus eſſem, errauerim fortaſſe, qui me eſſe aliquid putaui, ſed tanquam eſſem, abſtinui cauſſis agendis: primum, quod deforme arbitrabar, cui adſurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui iubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuicia audire: & ſi inulta pateretur, inertem: ſi vlciſceretur, inſolentem videri.* lib. VI. ep. II. *poſtquam obiit ille,* (Regulus) *increbuit paſſim & inualuit conſuetudo, binas vel ſingulas clepſydras, interdum & dimidias, & dandi & petendi. Nam & qui dicunt, egiſſe malunt quam agere; & qui audiunt, finire quam iudicare.* Et paullo poſt: *o Regule, qui ambitione ab omnibus obtinebas, quod fidei pauciſſimi praeſtant! Equidem quoties iudico, quod ſaepius facio, quam dico, quantum quis plurimum poſtulat, aquae do, hoc eſt tantum temporis concedo, quantum quis poſtulat.* Hoc enim per clepſydram, aquae ſtillantis menſura, veteres metiebantur. Sic APVLEIVS Apolog. p. 292. *quoniam mihi pro accuſationis longitudine largiter aqua ſupereſt.*

†††††† GELLIVS lib. XV. c. XIII. & lib. XX. c. I. *Confeſſi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies ſunt dati, conquirendae pecuniae cauſa, quam diſſoluerent: eosque dies Decemuiri iuſtos appellauerunt, velut quoddam iuſtitium, id eſt iuris inter reos quaſi interſtitionem quamdam, & ceſſationem. quibus diebus nihil cum his agi iure poſſet. quod deinde, niſi diſſoluerent, ad Praetorem vocabantur: & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur, neruoque, aut compedibus, vinciebantur. ſic enim ſunt, opinor; verba legis:* AERIS. CONFESSI. DEBITI. Q. IVRE. IVDICATIS. TRIGINTA. DIES. IVSTI. SVNTO. POST. DEINDE.

Digitized by Google

DEINDE. MANVS. INIECTIO. ESTO. IN. IVS. DVCITO. NI. IVDICATVM. FACIT. AVT. QVIS. ENDO. EM. IVRE. VINDICET. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT. NERVO. AVT. COMPEDIBVS. QVINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AVT. SI. VOLET. MAIORE. VINCITO. SI. VOLET. SVO. VIVITO. NI. SVO. VIVIT. QVI. EM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. SI. VOLET. PLVS. DATO. *Erat autem ius interea paciſcendi; ac niſi pacti forent, habebantur in vinculis dies ſexaginta; inter eos dies, trinis nundinis continuis, ad Prætorem in Comitium producebantur, quantoque pecuniæ iudicati eſſent, prædicabatur. tertiis autem Nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant, ſed eam capitis pœnam ſanciendæ, ſicut dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis oſtento, nouisque terroribus metuendam reddiderunt. nam ſi plures forent, quibus reus eſſet iudicatus, ſecare, ſi vellent, atque partiri corpus addicti ſibi hominis permiſerunt. & quidem verba ipſa legis dicam, ne exiſtimes inuidiam me iſtam forte ſormidare. Tertiis, inquit, nundinis*, PARTIS. SECANTO. SI. PLVS. MINVS. VEL. SECVERVNT. SE. FRAVDE. ESTO. *Nihil profecto immitius: niſi, vt reipſa apparet, eo conſilio tanta immanitas pœnæ denunciata eſt, ne ad eam vnquam perueniretur. addici namque nunc, & vinciri multo videmus; quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. diſſectum eſſe antiquitus hominem equidem neque legi, neque audiui: quoniam ſæuitia iſta pœnæ contemni non quita eſt.* Sic etiam de Manlio LIVIVS lib. VI. c. XX. *homines prope quadringentos produxiſſe? dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuiſſet.* QVINTILIANVS lib. III. c. VI. *ſunt quædam, non laudabilia, ſed iure conceſſa, vt in XII. tabb. debitoris corpus inter creditores diuidi licuit.* *Quæ immanitas vero poſtea fuit ſublata*, ſecundum TERTVLLIANVM Apologetico c. IV. *ſed & iudicatos retro ſecari in partes a creditoribus leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas poſtea eraſa, & in pudoris notam capitis pœna conuerſa. bonorum adhibita proſcriptio ſuffundere maluit hominis ſanguinem quam effundere.*

††††††† GELLIVS lib. XIV. c. II. *ex quibus omnibus ſi nulla reprobaretur, dimitti iam ſe oportere, & aduerſarium de calumnia damnari.* *Calumniator enim* ſecundum PAVLVM lib. I. Recept. Sent. Tit. V. *eſt, qui ſciens prudensque negotium alicui per fraudem comparat.* Facit huc totus Titulus Pandectarum & Codicis *de Calumniatoribus.*

†††††††† PLINIVS lib. VI. ep. XXXIII. *Fœmina ſplendide nata, nupta prætorio viro, exheredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei, amore captus, induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum & octoginta: tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur, ingens vtrinque aduocatio, & numeroſa ſubſellia: præterea denſa circumſtantium corona latiſſimum iudicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc, ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore baſilicæ parte, qua feminæ, qua viri, & audiendi, quod erat difficile, & quod facile, viſendi ſtudio imminebant. Magna exſpectatio patrum, magna filiarum, magna etiam nouercarum. Sequutus eſt varius euentus. Nam duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus. Notabiles prorſus res & miræ, eadem in cauſſa, iisdem iudicibus, iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuerſitas accidit caſu quidem ſed non vt caſus videretur.* lib. V. ep. XXI. *Deſcenderam in baſilicam Iuliam, auditurus: quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Sedebant iudices, decemuiri venerant, obſeruabantur aduocati; ſilentium longum, tandem a prætore nuntius. Dimittuntur centumuiri: eximitur dies, me gaudente, qui nunquam ita paratus ſum, vt non mora læter. Cauſſa dilationis; Nepos prætor, qui legibus quærit. Propoſuerat breue edictum; admonebat accuſatores, admonebat reos, exſequuturum*

ſe,

*ſe, quæ ſenatus conſulto continerentur. Suberat edicto ſenatus conſultum: hoc omnes, quidquid negotii haberent, iurare prius quam agerent, iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, caviſſe. His enim verbis, ac mille præterea, & venire aduocationes & emi vetabantur. Peractis tamen negociis, permittebantur pecuniam duntaxat decem millium dare. Hoc facto Nepotis commotus prætor, qui centumviralibus præſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum inopinatum, nobis otium dedit.* lib. I. c. XVIII. *& eram acturus adoleſcentulus adhuc: eram in quadruplici iudicio, eram contra potentiſſimos ciuitatis, atque etiam Cæſaris amicos.* Centumuirale autem hoc fuiſſe, patet ex clauſula epiſtolæ: *nam iudicium centumuirale differri nullo modo poteſt.* lib. IV. ep. XXIV. *proxime quum apud centumuiros in quadruplici iudicio dixiſſem, ſubiit recordatio, egiſſe me iuuenem æque in quadruplici.* lib. IV. ep. XVI. *proxime, quum dicturus apud centumuiros eſſem, adeundi mihi locus, niſi a tribunali, niſi per ipſos iudices, non fuit: tanta ſtipatione cetera tenebantur. Ad hoc quidam ornatus adoleſcens, ſciſſis tunicis, vt in frequentia ſolet, ſola velatus toga perſtitit, & quidem horis ſeptem.* Locum autem, vbi hoc Iudicium habitum, præter Baſilicam Iuliam confirmat QVINTILIANVS *lib. XII. c. V. extr.* de Trachallo, vocaliſſimo aduocato, ſcribens: *quum in baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremirent; & auditum eum, & intellectum, & quod agentibus ceteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.* Aſt, ſecundum ASCONIVM PEDIANVM p. 34. qui minora exercebant iudicia, non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant.

* Patet hoc ex modo adlegato loco PLINII *lib. VI. ep. XXXIII.* & l. 76. π. de Legatis 2. *cum filius diuiſis tribunalibus actionem inofficioſi teſtamenti matris pertuliſſet?* Huc etiam facere videtur l. 10. π. de inofficioſo teſtamento. *ſi pars iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet.* l. 15. §. 2. π. eod. *filius, qui de inofficioſi actione aduerſus duos heredes expertus, diuerſas ſententias iudicum tulit: & vnum vicit, ab altero ſuperatus eſt.* l. 13. C. eod. De votis vero omnium conciliorum: VALERIVS MAXIMVS lib. VII. c. VII. *cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud Centumuiros contendit: omnibusque, non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.* Vid. CVIACIVS *lib. X. obſ. XX.* GVIDO PANCIROLLVS *Theſauro Variarum Lectionum lib. I. c. XXXV.* IVLIVS PAVLVS etiam ſingularem librum *de Centumviralibus Iudiciis* ſcripſit.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT SECVNDVM
## HISTORIÆ IVRIS ROMANI
### SVB CÆSARIBVS.

§. I.

MUtata Reipublicæ forma, nouam faciem induit Iuris prudentia Romana: Poſtquam enim Romani Imperii fundamenta ieciſſet Iulius Cæſar, operis totius gloriam conſummaſſet Auguſtus,* lege Curiata, quæ olim libera Republica, Magiſtratibus Maioribus de poteſtate concedi ſolita, omnis in eum collata fuit ** poteſtas, quæ poſteriori empore demum dicta fuit LEX REGIA.*** Licet artibus politicis 'ſus Auguſtus, dum ſub nomine & ſpecie Conſulis, Cenſoris, Triunitiæ Poteſtatis, per quos olim regebatur Reſpublica, Imperium xerceret, vmbram relinqueret libertatis.****

*Mutatio Regiminis Romani.*

*Lex Regia.*

* Dubitatur equidem, quis auctor Monarchiæ Romanæ, dum modo Cæſari, odo Auguſto hoc tribuatur. Verum, de vtroque dici poteſt, prout etiam vtrique ribuit IVSTINIANVS Imp. Nou. XLVII. præf. *Aeneas nobis Troianus rex princeps reiublicæ: & nos quidem Aeneadæ ab illo vocamur: deinde regna conſtituerunt Romulus & uma, tandem auſpicati ſunt imperium Cæſar & Auguſtus.* Cæſar enim, deuicto in ampis Pharſalicis Pompeio, eius Monarchiæ fundamenta iecit, quæ tamen poſt ipſius ortem interrupta, demum per Octauianum Auguſtum fuit confirmata, de quo APIANVS *lib. II. B. Ciu. p.* 848. de Cæſare ſcribens: ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτοῦ παῖς ὀκταούιος, τό τε ὄνομα ἐς τὸν Καίσαρα μεταβαλὼν, καὶ κατ' ἴχνος ἐκείνου ῇ πολιτείᾳ προσιὼν, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ἔτι νῦν, μειζόνως κρατύνατο, *nam adoptiuus eius filius Octauius, mutato nomine, Cæſar, poſtquam ad erum adminiſtrationem acceſſit per illius veſtigia, principatum hunc hodieque manentem, uius fundamenta iecerat, confirmauit auxitque.* Conſummatæ vero Monarchiæ initium XIPHILINVS haut ſine ratione ad tempus Prœlii Actiaci IV. Non. Septembris V.C. DCCXXI. refert p. 61. ſic ſcribens: καὶ οὕτω λοιπὸν τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπικρατέστερα πάντη ἐγένετο. τοιαύτη μέν τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν ῇ δευτέρᾳ τοῦ σεπτεμβρίου ἐγένετο. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον (οὐδὲ γὰρ εἴωα αὐτὸ ποιεῖν) ἀλλ' ὅτι τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος χεν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης ῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι. *Cæſar ſuperior fuit, eo prælio nauali ad quartum nonas Setembris confecto; quem diem, etſi mihi mos non eſt ita faciendi, tamen propterea notaui, uod eo die penes vnum Cæſarem ſumma rerum eſſe cœpit, vt ex eo anno principatus eius nume-*

*numeretur.* Quare etiam TACITVS libro primo Annalium ineunte de Auguſto: *qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.* Concordat cum eo DIO CASSIVS *lib. LII. ineunte* Ταῦτα μὲν ἔν τε βασιλείᾳ, καὶ ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ταῖς τε δυναστείαις, πέντε τε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσι καὶ ἔπραξαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον. ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο. *Hæc itaque ſub regibus, inque populari reipublicæ adminiſtratione, ac certorum deinde hominum principatibus a Romanis acta ſunt, annis ab vrbe condita DCCXXV. Hoc autem anno vere iterum penes vnum hominem ſumma totius reipublicæ eſſe cœpit.* Sic etiam AVRELIVS VICTOR de Cæſaribus cap. I. *anno vrbis ſeptingenteſimo fere, viceſimoque ſecundo, etiam mos R. ..e inceſſit, vni prorſus parendi: Namque Octauianus patre Octauio, atque adoptione magni auunculi Cæſaris, ac mox Procerum conſulto ob victoriam patriam placide exercitam, Auguſti cognomento dictus, illectis per dona militibus atque annonæ curandæ ſpecie vulgo, ceteros haud difficulter ſubegit.* Hinc, dum a IV. Nonis Septembris DCCXXI. Octauiani Principatus ſit repetendus, male agunt, qui a primo eiusdem Conſulatu, quem a. d. X. Kl. Octobris A. V. C. DCCX. capeſſiuit, eiusdem initium reputant. Inter hos eſt auctor Dialogi *de Claris Oratoribus* c. XVII. *ſex & quinquaginta annis diuus Auguſtus remp. rexit.* Exceſſit autem XIV. Kl. Septembris A. V. C. DCCLXVI. Alii ad Conſulatum eius quintum referunt & A. V. C. DCCXXV, quo anno triplici acto triumpho, Mineruæ templum & curiam Iuliam dedicauit, in eaque Victoriæ imaginem poſuit, vbi DIO CASSIVS *lib. LI. p.* 459. addit: δηλῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι παρ' αὐτῆς (τῆς νίκης) τὴν ἀρχὴν ἐκτήσατο, *quo Cæſar nimirum oſtendebat, imperium ſe ex victoria eſſe adeptum.* Verum, in eo faciles ſumus, Victoriæ Principatum debere Auguſtum, neque tunc demum, ſed dum Antonium viciſſet. Sequitur PAVLVS OROSIVS lib. VI. c. XX. ac diem inſuper ſignat, quando iſta contigere, nempe octauo Idus Ianuarias, quo & primum Auguſtus fuit conſalutatus, addens: *hoc nomen cunctis antea inuiolatum, & vsque ad nunc ceteris inauſum dominis, tantum orbis licite vſurpatum apicem declarat imperii: atque ex eo die ſumma rerum ac poteſtatum penes vnum cœpit eſſe & manſit, quod Græci monarchiam vocant.* ANTONIVS PAGI equidem *diſſert. Hypatica p.*330. hæc Oroſii verba de ſeptimo Auguſti conſulatu intelligit, ſed diſtincte Oroſius: *Cæſare Aug. quinquies, & L. Apuleio conſulibus.* Verum, licet eo tempore Auguſti nomine fuerit inſignitus, non tamen ex eo ſequitur initium Monarchiæ. Adſtipulari videtur DIO CASSIVS *lib. LII. p.*493. ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐν ᾧ τὸ πέμπτον ὑπάτευσε, καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισὶν (ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ' αὐτῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ ἐν εἰκόσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν) ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν, ὥσπερ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ, τοῖς ἐκγόνοις ἐψήφιστο. *Eodem anno, quo conſul quintum fuit, etiam Imperatoris nomen accepit: non quale propter victoriam tribui more vetuſto ſolebat, (id enim ſæpius & antea, & poſtmodo ex ipſis actionibus reportauit, vicies quidem imperator dictus) ſed quo ſumma Imperii demonſtraretur, quod patri quoque eius Iulio, & eius filiis fuerat decretum.* Verum, licet tunc demum, plane omnibus compoſitis, firmatoque Imperio, Imperatoris nomen adſumſerit, ex eo tamen vix

ſequi

ſequi putem, quod non ante Imperium adeptus. Quem enim, deuicto Pompeio, parem ſibi viderat? Aliud ſentit SCHVBARTVS, *Exerc. III. p.* 466. dicens: *interim verior eſt opinio illorum, qui a ſeptimo demum conſulatu imperium Auguſti legitimum auſpicantur, anno V. C. DCCXXVII, a Parilibus ineunte, quo Senatus populique conſenſu Imperium in decennium ipſi confirmatum eſt.* Verum, probe iſte diſtinguit inter Principatus poſſeſſionem, quam deuicto Pompeio adeptus, & ius firmum a S. P. Q. R. conceſſum, prout *p.* 469. ait: *ab initio itaque principatus in poſſeſſione fuit Auguſtus, exemplo illorum, qui ante ſe imperium ſingulare affectabant: eam vero ex conſenſu & voluntate populi, ius nactus eſt firmum, quod & in ſucceſſores, auctoritate publica ſenatus populique tranſmiſit.* In hoc facile me reperiet adſentientem. Auguſtus enim, per accismum quendam politicum, vt ius haberet certius, imperium firmius, de imperio deponendo, ſolenni oratione ad Senatum referebat, quam DIO CASSIVS adduxit *ineunte libro LIII.* illud obtinuit, vt de Imperio retinendo omnes ipſum enixe rogarent, de quo DIO CASS. *p.* 503. ἀλλὰ πολλὰ μὲν καὶ μεταξὺ ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ διεβόων, πολλὰ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο, μοναρχεῖσθαί τε δεόμενοι, καὶ πάντα τὰ ἐς τοῦτο φέροντα ἐπιλέγοντες μέχρι οὗ κατηνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν αὐταρχῆσαι *proinde quum frequenter etiam dicenti adhuc occlamaſſent, vbi perorauit, multis omnes eum verbis precati ſunt, vt ſolus imperii ſummam gereret: multisque, quibus id ei perſuaderent, adductis argumentis, tandem eo compulerunt, vt principatum ſolus obtineret.* Scilicet, probe in hanc rem TACITVS ait *Ann. I. c. IX. non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quam vt ab vno regeretur.* Factum hoc A. V. C. DCCXXVII. Diem HENRICVS NORISIVS *cap. I. de votis decennalibus* ex antiquo lapide Gruteriano p. CCXXIX. eruit: VII QVOQVE IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST THVRE VINO SVPPLICENT ET HOSTIAS SINGVLAS IMMOLENT. Vid. SCHVBART *Exerc. III. §. XI. ſqq.*

** Fundamentum ſumitur ex l. 1. pr. π. de Conſt. princip. *quod Principi placuit, legis habet vigorem: vtpote cum Lege Regia, qua de imperio eius lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.* Idem repetitur §. 6. I. de I. Nat. & G. & l. 1. §. 7. C. de veteri Iure enucleando. *cum enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur: vt omne ius omnisque poteſtas populi Romani in imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem.* THEOPHILVS §. 6. I. de I. N. G. & Civ. ὁ γὰρ δῆμος τοῦτον ἐχειροτόνησε, νόμου ῥεγίου τοῦτο κυρώσαντες, ὃς περὶ βασιλείας τεθεὶς πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν *Populus enim eum in comitiis creauit vim obtinente lege Regia, qua de imperio eius lata eſt, & omnem Principi in populum poteſtatem conceſſit.* Non equidem Legis Regiæ facit mentionem POMPONIVS, idem tamen intelligit l. 2. §. 11. de Or. I. *nouiſſime, ſicut ad pauciores iuris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus dictantibus, videbatur: per partes euenit, vt neceſſe eſſet Reipublicæ per vnum conſuli. nam Senatus non perinde omnes prouincias probe gerere poterat. Igitur conſtituto Principe, datum eſt ei ius, vt, quod conſtituiſſet, ratum eſſet.* De hac igitur Lege Regia diuerſæ Scriptorum ſunt ſententiæ. FRANCISCVS HOTTOMANNVS equidem *Antiquitatum Romanarum libro primo*, hanc illam eſſe Legem putat, quæ de regno Romuli vna cum ipſa vrbe nata, in Imperatoribus poſtmodum fuerit repetita, prouocans ad verba L. Valerii apud LIVIVM lib. XXXIV. c. VI. *hæc quum ita naturæ diſtincta ſunt, ex vtro tandem genere ea lex eſſe videtur, quam abrogamus? an vetus lex regia,*

*gia, ſimul cum ipſa Vrbe nata: an quod ſecundum eſt, a decemviris ad condenda iura creatis in XII. tabulis ſcripta.* Hoc etiam certum, Leges a Regibus latas, dictas fuiſſe Regias. Sic enim l. 2. π. de mortuo inferendo. *Negat lex Regia, mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur.* Hottomannum tamen SCIPIO GENTILIS ſingulari *de Lege Regia* oratione, ideo notat. Idem vero auctor eſt, Legem hanc Auguſto in ſeptimo eiusdem Conſulatu fuiſſe conceſſam. Idem tradunt IOANNES CORASIVS *Miſcell. Iuris lib. VI. c. VIII.* LVDOVICVS CHARONDAS *Pithanon lib. I. c. II.* PETRVS GREGORIVS Tholoſanus *Synt. Iuris lib. XLVII. c. XX.* FRANCISCVS CONNANVS *Comment. Iur. Civ. lib. I. c. XVI.* qui tamen addit: *Lex illa Regia lex non eſt, neque vſt a lege Populus Romanus tam conceſſit potentiam ſuam Principi, quam ea ſe per vim ſpoliari magno ſuo dolore paſſus.* EMVNDVS MERILLIVS *Obſerv. lib. II. c. XIX.* FRANCISCVS AMAYA *lib. I. c. I. §. 19.* ANTONIVS AVGVSTINVS *de Legibus voce Regia.* IO. SELDENVS *diſſert. ad Fletam cap. III. §. II. III. IV.* GRAVINA *de Ortu & Progr. Iur. lib. I. num.* 114. Adſeruit eandem ſingulari libello THOMAS LANSIVS & VLRICVS HVBERVS. ARNOLDVS CLAPMARIVS e contrario *lib. II. Arcan. c. XV.* hanc legem vel ante Veſpaſiani Imperium nullam fuiſſe, vel ſi fuit, aut emendicatam aut vi extortam putat. Sequitur GEORGIVS CHRISTOPHORVS STIRNIVS *de Conſtit. Principum Tit. III.* Sic etiam MARTINVS SCHOOCKIVS *de quadruplici Lege Regia ſectione III. c. III.* huius Regiæ Legis auctoritatem infirmare nititur, atque demonſtrare, Legem Regiam nec ſub Cæſare ortam, nec ſub Auguſto, nec ſub Veſpaſiano, ſed auctorem eiusdem eſſe Iuſtinianum, architectum Tribonianum. Verum, in eo facile adſentimur Schoockio, quod Iulio Cæſari nulla adhuc lege imperium fuerit delatum, cum DIO CASSIVS *lib. XLIII. p. 235.* ἐπὶ δ' οὖν δὴ τῇ νίκῃ ἐκείνᾳ τε, ὅσα εἶπον, ἡ γερουσία ἔγνω, καὶ προσέτι αὐτόν τε ἐλευθερωτὴν καὶ ἐκάλουν καὶ ἐς τὰ γραμματεῖα ἀνέγραφον, καὶ νεὼν Ἐλευθερίας δημοσίᾳ ἐψηφίσαντο τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, οὐδ' ὡς οἵ τινα αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες, ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον ὥσπερ τι κύριον, προσέθεσαν *porro ſenatus non hæc modo, quæ recenſui, propter Victoriam Cæſaris decreta fecit, ſed nomen ei præterea Liberatoris tribuit, atque ita in Faſtos retulit: præterea decrevit, ut libertati ædes publice extrueretur. Imperatoris quoque nomen, non antiqua tantum pro conſuetudine, qua id cum alii, tum ipſe quoque ſæpius, ex bello reportaverant, neque ea ratione, quod ei merum imperium abſolutamque poteſtatem deferrent, Cæſari tribuerunt; ſed eo modo, quo nunc iis, qui ſummum imperium obtinent, tum primo Cæſari primum impoſuerunt, tanquam ipſi proprium.* Aſt, de Auguſto & reliquis Schoockio adſtipulari haut poſſum. Scilicet ſic mihi videtur, dum primis Reipublicæ temporibus, Magiſtratus, licet Comitiis Centuriatis iamdum fuiſſent creati, Imperium demum lege Curiata fuerunt adepti, prout ſuperiori Capite iamdum *§. IV. & XLI.* demonſtravimus, ſic etiam eiusmodi Lege Curiata, Auguſto omne Imperium fuiſſe collatum. Hinc lex iſta non perpetua fuit, in ſucceſſores tranſiens, quin potius ſimili Lege vel SCto Imperium etiam reliquis fuerit delatum. HERMANNVS CONRINGIVS *notis ad Lampadii p. II. p. 72.* idem demonſtravit, Schoockio potiſſimum reſpondens, certa lege a S. P. Q. R. Auguſto delatum fuiſſe Imperium.

Sic

Sic etiam STRABO!, dum ſub finem Operis ſui Geographici de Auguſto ſcribit: ἐπεὶ τοι γὰρ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου, δίχα διεῖλε πᾶσαν τὴν χώραν· καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ, τὴν δὲ τῷ δήμῳ. *Is, cum ciuitas Ei totius Imperii adminiſtrationem permiſiſſet, & pacis & belli poteſtatem ad annos Vitæ: totam ditionem bifariam diuiſit, ita, Vt partem ſibi Vindicaret, partem populo daret.* SCHOOCKIVS equidem *cap. XX. §. 2.* ſingularem emphaſin habere vocem ἐπέτρεψεν *permiſit*, putat, quod tolerauerint Romani Auguſti Imperium, putans. Verum Conringius probe notauit, per ἡγεμονίαν ἐπιτρέπειν nullibi intelligi conniuere in Imperium: potius ex verbis κατέστη κύριος concludi, ipſum dominum fuiſſe conſtitutum. Sic etiam TACITVS I. Annal ineunte: *Lepidi atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere. qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.* & I. Hiſt. ineunte. *poſtquam bellatum apud Actium, atque omnem potentiam ad Vnum conferri pacis interfuit;* Patet hoc etiam ex DIONE CASSIO *lib. LIII. p. 503.* qui poſtquam S.P.Q.R. dixiſſet Auguſtum compuliſſe, vt Imperium retineret, addit: τὴν μὲν οὖν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο *hac arte Cæſar, quum ſe Velle imperium deponere ſimulaſſet, effecit, Vt ei a ſenatu populoque confirmaretur.* Potiſſimum vero Imperium Auguſto fuiſſe delatum, ex Tiberii Oratione, quam poſt mortem Auguſti habuit, patet, quam DIO CASSIVS refert, lib. LVI. p. 595. in qua hæc verba: πῶς δὴ δύναιτ᾽ ἄν τις τῆς Αὐγούστου μεγαλοφροσύνης ἐφικέσθαι, ὅστις πάσας μὲν τὰς δυνάμεις ὑμῶν τηλικαύτας οὔσας ἔχων, πάντων δὲ τῶν χρημάτων πλείστων ὄντων κρατῶν, καὶ μήτε φοβούμενός τινα, μηθ᾽ ὑποπτεύων, ἀλλ᾽ ἐξὸν αὐτῷ πάντων συνεπαινούντων μόνῳ ἄρχειν· οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἔθνη καὶ τὰ χρήματα ἐς τὸ μέσον ἡμῖν κατέθηκεν; ὅθεν τοι καὶ ὑμεῖς, καλῶς ποιοῦντες καὶ ὀρθῶς φρονοῦντες, οὐκ ἠνέσχεσθε, οὔτε ἐπιτρέψατε αὐτῷ ἰδιωτεῦσαι, ἀλλ᾽ ἅτε εὖ εἰδότες ὅτι δημοκρατία μὲν οὔποτ᾽ ἂν τηλικούτοις πράγμασιν ἁρμόσειε, προστασία δὲ ἑνὸς ἀνδρὸς μάλιστ᾽ ἂν αὐτὰ σώσειε. λόγῳ μὲν οὔτε ἐπανελθεῖν ἐς τὴν αὐτονομίαν, ἔργῳ δὲ ἐς τοὺς στασιασμοὺς, ἠθελήσατε· καὶ ἐκεῖνον μὲν, ὃν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἐδεδοκιμάκειτε, προκρίναντες, ἠναγκάσατε χρόνον γέ τινα ὑμῶν προστῆναι. ἐξ οὗ δὴ πολὺ μᾶλλον αὐτοῦ πειραθέντες, καὶ δεύτερον αὖθις καὶ τρίτον τέταρτόν τε καὶ πέμπτον ἐξεβιάσασθε αὐτὸν ἐν τῇ τῶν κοινῶν διαχειρίσει ἐμμεῖναι *quis iam Auguſti magnanimitatem Verbis exæquet, qui quum omnes Veſtros tot tantosque exercitus, omnem Vim pecuniæ longe maximam in ſua poteſtate teneret, ac neque metueret quemquam, neque ſuſpectum haberet, quum liceret ei omnibus id laudantibus ſoli rerum potiri, tamen noluit: ſed arma, prouincias, pecuniam in medium depoſuit? quapropter recte Vos, prudenterque egiſtis, non paſſi eum priuatam Vitam ducere; ſed ſatis intelligentes, popularem reipublicæ formam tantis iam rebus nequaquam aptam, ac ſub Vnius adeo Viri principatu poſſe incolumem manere: id Verbis præ Vobis tuliſtis, nolle Vos ad liberum legum Vſum reuerti, quum re ipſa nolletis in ſeditiones recidere: ideoque Auguſtum, cuius in ipſis rebus periculum feciſſetis,*



Digitized by Google

*prætuliſtis: eumque ad tempus vtique aliquod vobis vt præeſſet, coegiſtis. In quo quum magis etiam, quam ante, virtutem eius experti eſſetis; iterum, ac tertium inde, quartumque & quintum vi eum compuliſtis, vt in adminiſtratione reipublicæ perſeueraret.* Hanc autem conceſſionem certo, S. P. Q. R. decreto, ſiue lege factam docet nos DIO CASSIVS *lib. LIII. p.* 506. τῷ γὰρ ἔργῳ καὶ πάντων καὶ διὰ παντὸς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ, ἅτε καὶ τῶν χρημάτων κυριεύων (λόγῳ μὲν γὰρ τὰ δημόσια ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ἀπεκέκριτο, ἔργῳ δὲ, καὶ ταῦτα πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ ἀνηλίσκετο) καὶ τῶν στρατιωτῶν κρατῶν αὐτάρχησιν ἔμελλε. τῆς γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης, ἄλλα ἔτη πέντε, εἶτα πέντε, καὶ μετὰ τοῦτο δέκα, καὶ ἕτερα αὖθις δέκα, πεμπτάκις αὐτῷ ἐψηφίσθη *at re ipſa Cæſar vnus in omnibus rebus plenum erat imperium habiturus, quum & pecunias, (nam etſi ſuas ab ærario ſeparatim habebat, tamen his quoque ſuo arbitrio vtebatur) & milites in ſua haberet poteſtate. Et quum primum decennium exiuiſſet, aliud quinquennium, atque eo circumacto, rurſum aliud quinquennium, poſt decennium, ac eo finito aliud iterum decretum eſt: ita vt continuatis decenniis, per totam vitam imperii ſummam obtinuerit.* Notanter occurrit hic vox ἐψηφίσθη decretum eſt. Idem paullo poſt: οὕτω μὲν δὴ τό τε τοῦ δήμου καὶ τὸ τῆς γερουσίας κράτος πᾶν ἐς τὸν Αὔγουστον μετέστη, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἀκριβὴς *hoc pacto omne populi ſenatusque imperium ad Auguſtum rediit, ab eoque perfecta.* Idem *p.* 507. διάγεται δὲ καὶ διοικεῖται πάντα ἁπλῶς, ὅπως ἂν ὁ ἀεὶ κρατῶν ἐθελήσῃ. καὶ ἵνα γε μὴ ἐκ δυναστείας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν νόμων τοῦτ᾽ ἔχειν δοκῶσι, πάνθ᾽ ὅσα ἐν τῇ δημοκρατίᾳ μέγα παρ᾽ ἑκοῦσι σφίσιν ἴσχυσεν, αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι, χωρὶς τῆς δικτατωρίας, προσεποιήσαντο *cæterum omnia ex ſententia imperatoris aguntur. Quod ne videantur imperatores ex potentia potius, quam legibus habere; omnia, quæ in populari forma reipublicæ multum valuerunt ſenatu populoque volentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe recipiunt, excepta dictatura* & p. 508. ταῦτα μὲν ἐκ τῆς δημοκρατίας, ὥς που καὶ ἕκαστα ἐνομίσθη, οὕτω τε καὶ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων εἰλήφασιν, ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεως τινὸς ἔχειν δοκῶσιν· *hæc igitur ſingula, quum legibus fuerint ſtabilita, in ea reipublicæ inſtitutione qua penes populum erat ſumma rerum, imperatores cum ipſis nominibus ſibi ſumunt, vt nihil ſibi a ſubditis non datum habere videantur.* & p. 510. Αὔγουστος δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον, ὡς καὶ ἐθελοντὶ δὴ παρὰ πάντων αὐτὴν εἰληφώς, ἔπραττε, καὶ ἐνομοθέτει πολλὰ *porro Auguſtus cum alia, quæ ad imperium pertinerent, maiori iam ſtudio, quippe cui id vltro eſſet oblatum, egit, tum multas leges condidit* & p. 516. πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, ἵν᾽ ὥσπερ εἴρηταί μοι καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων, πάντα τε ὅσα βούλοιτο ποιοίη, καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ *omni eum legum neceſſitate ſenatus liberauit, vt, veluti demonſtratum eſt, vere cum plena poteſtate, perfecteque ſui iuris, legibusque ſolutus agere aut non agere omnia, ſuo poſſet pro arbitrio.* MARTINVS SCHOOCKIVS equidem Tractatu de Quadruplici *Lege Regia, Francofurti ad Viadrum* 1668. 12. edito, hanc Legem plane euertere conatur, quaſi Auguſtus, & ſucceſſores, potius vſurpatione, quam lege Imperium tenuerint. Hanc materiam

teriam incidenter primum tractauerat, vti ipſe refert p. 535. Deinde libellum *de figmento legis Regiæ*, *Gröninga* 1661. 12. euulgauit, ex quo hic ipſe Tractatus poſtea fuit enatus, in quo, prima ſectione, Legem Regiam Iacobi Apoſtoli, altera, Legem Regiam Populi Iſraelitici, Tertia, Legem Regiam Romanam, Quarta, Legem Regiam in ſingulis Monarchiis vſitatam, exponit. Recenſionem libri habet GEORGIVS BEYERVS *Not. Aut. Iurid. ſpecim. II. p.* 24. Cui tamen VLRICVS HVBERVS *Digreſſion. Iuſtinian. lib. I. aliquot capitibus, a capite XVI.* ad finem libri vsque reſpondet. Hinc etiam regimenta reipublicæ ad Imperatores perpetuo dicuntur eſſe translata *l. vn. π. de Off. Præfecti Prætorio.* Vid. FRANC. AMAYA *Obſeruat. lib. I. c. I.* Ex hiſce ſatis pateſcit, Lege omnino decretam fuiſſe Auguſto poteſtatem, quæ ſine dubio, dum vmbra adhuc ſupereſſet Reipublicæ, fuit Curiata. Sic & de Caligula SVETONIVS c. XV. *ingreſſo vrbem, ſtatim conſenſu Senatus, & irrumpentis in Curiam turbæ ius, arbitriumque rerum commiſſum eſt.*

*** Legis Regiæ nomen ante Veſpaſiani tempora non occurrit. Extat autem Fragmentum Legis, qua Veſpaſiano delatum fuit Imperium, Romæ, de quo IVSTVS ECCARDVS *in Explicatione Legis Regiæ p.* 28. *eſt autem præfatum teſtimonium ipſius L. Regiæ, monumentum, quod hodierno adhuc tempore extat Romæ in Capitolio vel Pallazzo di conſeruatori, translatum eo a S. P. Q. R. ex templo S. Ioannis in Laterano, quod eſt in monte Cœlio, Gregorii XIII. Pont. auctoritate, ac in priſtinum ſuum locum repoſitum: cuius verba non marmoreis lapidibus, ſed æneæ tabulæ inciſæ, eaque a me ipſo fideliſſime in Palatio Capitolino deſcripta ſunt.* Præter Eccardum, dictæ Legis fragmentum exhibet GRVTERVS *Inſcr. f.* 242. FVLVIVS VRSINVS ANTONIVS AVGVSTINVS, FRANC. HOTTOMANNVS *de Legibus Romanorum*, *voce Regiæ* BARNABAS BRISSONIVS *lib. II. formul. antiqu. p.* 154. PICHENA *notis ad lib. IV. Hiſt. Taciti c. IV.* RVPERTVS *ad Enchiridium Pomponii p.* 151. qui etiam rationem reddit, cur in hac Lege Caligulæ, Neronis, Galbæ, Ottonis atque Vitellii nulla facta fuerit mentio, cum hæc infauſta fuerint Romanis nomina. SCHOOCKIVS *ſect. III. c. XIII.* In eadem hæc verba: *vtique quacunque ex vſu Reipublicæ maieſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe cenſebit, ei agere, facere ius poteſtasque ſit, ita vti diuo Aug. Tiberioque Iulio Cæſari Aug. Tiberioque Claudio, Cæſari Aug. Germanico fuit. Vtique quibus legibus plebeiue ſcitis ſcriptum fuit ne diuus Aug. Tiberiusue Iulius Cæſar Aug. Tiberiusque Claudius Cæſar, Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebisque ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus quaque ex quaque lege rogatione diuum Aug. Tiberium Iulium Cæſarem Aug. Tiberiumue Claudium Cæſarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæſari Veſpaſiano Aug. facere liceat.* Explicat hoc fragmentum & capita iſtius Legis Regiæ exponit SCHVBARTVS *Exerc. III. §. XL. ſqq.* Suſpectum equidem hoc fragmentum reddere conatur SCHOOCKIVS c. XIV. XV. & licet de fragmento, an genuinum ſit, adeo ſpondere nollem, cum & mihi in eodem multa viderentur eſſe dubia, ipſa tamen res vera, per certam Legem Veſpaſiano omnem anteceſſorum poteſtatem fuiſſe decretam. Sic enim TACITVS Hiſt. IV. c. III. *at Romæ Senatus cuncta Principibus ſolita, Veſpaſiano decernit, lætus & ſpei certus.* Singulari enim decreto ſingulis Impp. conceſſam fuiſſe poteſtatem facile adſentimur. Vocatur l. 3. C. de Teſtamentis ab Alexandro Seuero Lex Imperii. *Licet enim,* ait, *Imperator, lex Imperii ſolennibus Iuris Imperatorem ſoluerit: nihil tamen tam proprium imperii eſt, quam legibus viuere.* In lege vnica §. 14. C. de caducis tollendis, a Iuſtiniano vocari videtur *Auguſtum priuilegium.* Conuenire ideo putat Carpzouius Legem Regiam Romanorum cum Capitu-

pitulatione Germanorum, quod tamen haut facile concederem, cum per illam omnis in Impp. delata fuerit poteſtas: per hanc vero Impp. poteſtas ad certam normam redigatur.

**** Belle hanc in rem TACITVS Ann. I. c. II. *poſtquam Bruto & Caſſio caeſis nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppreſſus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus niſi Cæſar dux reliquus: poſito Triumuiri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunitio iure contentum, vbi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, inſurgere paullatim, munia Senatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere, nullo aduerſante; cum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent: ceteri nobilium, quanto quis ſeruitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti, tuta & praeſentia, quam vetera & periculoſa mallent. Neque prouinciæ illum rerum ſtatum abnuebant, ſuſpecto Senatus populique imperio ob certamina potentium, & malitiam magiſtratuum infalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremo pecunia turbabantur.* Quæ Tacitus hic breuiter tradit, prolixius exponit DIO CASSIVS lib LIII. p. 508. dicens, quod Auguſtus & ſucceſſores omnia munia, volente S. P. Q. R. ſibi ſumſerint, quæ libera Republica plurimum valuerint, Imperium ſcilicet Conſulare & cum ipſo Ius belli ac pacis: Cenſoriam poteſtatem, vt in vitam moresque Romanorum poſſint inquirere, Summum Pontificatum, vt omnem religionem, omniaque ſacrificia in ſua haberent poteſtate. TACITVS lib. III. Ann. c. LVI. *Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accuſatores repreſſerat, mittit litteras ad Senatum, quis poteſtatem tribunitiam Druſo petebat. Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus repperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia praeemineret.* SVETONIVS Auguſto c. XXVII. *Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit: in qua ſemel atque iterum per ſingula luſtra collegam ſibi cooptauit. Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum.* Verum Tacitus librum primum Annalium his verbis claudit: *ſpecioſa verbis, re inania, aut ſubdola: quantoque maiore libertatis imagine regebantur, tanto eruptura ad infenſius ſeruitium.* Hoc potiſſimum plenius demonſtrauit IO. FRID. GRONOVIVS in ſua *de Lege Regia Oratione, Lugduni Batauorum* 1675. 8. edita, & SCHVBARTVS *Exerc. III. §. XIX. ſeqq.*

## §. II.

*Orationes Principum.* Ortæ igitur fuerunt ORATIONES PRINCIPVM, quos vel ipſi ſub initium Imperii, aliudue quid proponentes, in Senatu recitabant, * vel per Quæſtores prælegi faciebant, ** *Pragmaticæ Sanctiones.* PRAGMATICÆ SANCTIONES, iuſſiones, Conſtitutiones erant Imperatoriæ, quæ potiſſimum petente Collegio, Vrbe vel Prouincia publicabantur. Ab his diſtinctæ Sacræ Adnotationes, quæ Principum reſcripta erant, *Edicta Principum.* ipſorum manu ſignata, in vtilitatem priuatorum, quæ ipſis aliquid indulgerent. **** EDICTA PRINCIPVM nullo rogante, ad ſubditorum vtilitatem promulgata. ***** *Mandata Principum.* MANDATA PRINCIPVM Magiſtratibus & Rectoribus Prouinciarum dabantur. ****** *Decreta Principum.* DECRETA PRINCIPVM ſententiæ erant, quos Imp. in cauſſarum cognitionibus cum ICtorum conſilio proferebant. ******* *Epiſtolæ Pr.* EPISTOLÆ PRINCIPVM

& RE-

& RESCRIPTA reponebantur, vbi a Magiſtratibus abſentibus per lit teras conſulebantur Imperatores. ******** *& Reſcripta.*

* Factum hoc varias ob cauſſas. Sic Auguſtus in ſeptimo Conſulatu, cum Imperium ſe deponere velle ſimularet, in Senatu Romano grauem de ea re Orationem de ſcripto recitauit, quam exhibet DIO CASSIVS *lib. LIII. ineunte.* SVETONIVS Auguſto c. LXXXIV. *neque in Senatu, neque ad milites, neque ad populum locutus eſt vnquam, niſi meditata & compoſita Oratione: ac ne periculum memoriæ adiret, aut diſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia.* De Tiberio TACITVS Ann. III. c. XII. *die Senatus Cæſar orationem habuit meditato temperamento.* De Claudio Ann. XII. c. XI. *incipit orationem Cæſar de faſtigio Romano, Parthorumque obſequiis.* Hiſt. II. c. XC. de Vitellio: *poſtera die, tamquam apud alterius ciuitatis Senatum populumque, magnificam orationem de ſemetipſo prompſit, induſtriam temperantiamque ſuam laudibus attollens.* De Seuero Imp. poſtquam Romam intraſſet, ait HERODIANVS *lib. II. c. XIV.* τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον, λόγους ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ χρηστῶν ἐλπίδων μεστοὺς ἐποιεῖτο πρὸς πάντας, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεξιούμενος. *poſtridie vero curiam iniit, ibique placidus orationem habuit plenam optimæ ſpei: ſimul omnes publice priuatimque benigne complexus:* de eiusdem Oratione in Senatu *lib. III. c. VIII.* & DIO *lib. XXV. p.* 852. Potiſſimum vero vel Conſularis vel Tribunitiæ poteſtatis iure, dum Senatum conuocarent, eundem adloquebantur. SVETONIVS Tiberio c. XXII. *Iure autem Tribunitiæ poteſtatis coacto Senatu inchoataque allocutione, repente velut impar dolori congemuit.* Quoties igitur aliquid in Senatu proponebant, per Orationem hoc fieri moris erat. Sic *l.* 1. *ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura,* refertur Oratio Seueri de bonis pupillorum non alienandis. Ad quam Orationem ſingulari libello olim commentatus fuit IVLIVS PAVLVS. In *l.* 20. *de R. N.* inſcriptione prouocatur etiam ad Pauli librum ſingularem ad Orationem diui Seueri & Commodi. Sic *l.* 4. *C. de Profeſſoribus & Medicis* dicitur: *Oratione diui Pii liberalium ſtudiorum profeſſores, non etiam calculatores continentur* & l. 1. pr. ff. de feriis. *ne quis meſſium vindemiarumque tempore adverſarium cogat ad iudicium venire, oratione Diui Marci exprimitur.* Ad eandem prouocatur *l.* 16. *ff. de R. Nupt.* §. 7. I. *quibus modis teſtam. infirm. Oratione Pertinacis cautum eſt, ne tabulæ priores iure factæ irritæ fiant, niſi ſequentes iure ordinatæ perfectæque fuerint.* Explicatur hoc a IVLIO CAPITOLINO Pertinace c. VII. *Legem ſane tulit, vt teſtamenta priora non prius eſſent irrita, quam alia perfecta eſſent, neue ob hoc fiſcus aliquando ſuccederet.* Sic in *l.* 2. *ff. de donat. inter virum & vxorem,* aliqua ex oratione Imperatoris Antonini adferuntur. Et Briſſonius *lib. II. de formulis p.* 268. præter alia etiam ex ære Lugdunenſi fragmenta orationis Claudii Imp. refert. Potiſſimum vero Orationum Diui Marci ſæpius fit mentio, vtpote *l.* 16. & *l.* 60. *ff. de Sponſalibus l. pen. ff. ad SCtum Tertullianum l.* 8. *pr. ff. de Tranſact. l.* 1. *pr.* & *l.* 7. *ff. de feriis. l.* 1. *de reb. eor. l.* 16. *de ſponſalibus l.* 32. *pr. de donat. inter vir. & vxor. l.* 1. §. 3. *ff. ne de ſtatu defunctorum.* Ridet igitur AEGIDIVS MENAGIVS in epiſtola ſua ad Ludouicum Nublæum Amœnitatibus Iuris Ciuilis præmiſſa, in foro occupatiſſimum, magnam ſui fiduciam habentem: ceterorum contemptu auctoritatem captantem; qui orationem Diui Marci, Preces eſſe Sancti Marci exiſtimaret. Et tamen ille ipſe ſit, qui ne primoribus quidem labris Iuriſprudentiam, vt inde pateat, attigerat, de Iure reſponderit. Vid. pluribus BARN. BRISSONIVS *lib. I. Antiquit. c. XVI.* IAC. GVTHERIVS *de*



Digitized by Google

*Officiis domus Auguſtæ cap. XXX.* CHRISTIANI OTTONIS A BOEKELEN *de Orationibus Principum Schediaſma.* IO. STRAVCHIVS *de ſtatutis a ſummo Principe n. VI.* VLRICVS HVBERVS lib. I. *Digreſſionum cap. III.* GRAVINA *lib. I. n. 118. p. 114.*

** DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 539.* συναγαγὼν ἐκ τούτου τὸ βουλευτήριον, αὐτὸς μὲν οὐδὲν εἶπεν ὑπὸ βράγχου, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ ταμιείᾳ ἀναγνῶναι δοὺς *deinde conuocato ſenatu, ipſe grauedine laborans, nihil locutus, quæſtori libellum recitandum dedit.* l. vn. C. de monopoliis, *ne quis vel ſacro iam elicito aut in poſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, vel ſacra noſtræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere.* Vide pluribus capite ſuperiori *§. XXVI.*

*** L. 10. C. de S. S. Eccleſ. *nec ſi cæleſte contra præferatur oraculum, ſiue annotatum ſit, ſiue diuina pragmatica ſanctio, prouidentiſſima legis regulas excuſare debebit.* l. 35. C de epiſc. & cler. *omnia priuilegia per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataque in perpetuum cuſtodiri decernimus.* Manſit hic mos vsque ad tempora Iuſtiniani. Sic enim PROCOPIVS *Hiſt. arc. p. 63.* ὅσα τε γράφεσθαι πρὸς αὐτοῦ βούλοιτο, οὐ τῷ τὴν κοιαίστωρος ἔχοντι τιμὴν ἧπερ εἰώθει ἐπέστελλεν εἶναι. ἀλλ' αὐτός τε τὰ πλεῖστα, καίπερ οὕτω τῆς γλώττης ἔχων ἐκφέρειν ἠξίου *quæ ſibi ſcripto reſpondenda forent, hæc non vti mos eſt, Quæſtori committebat, ſed vt plurimum ſumebat ſibi pronuncianda, licet ei barbare ſonaret oratio.* GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXXVI.* l. 7. C. de diuerſis reſcript. pr. *vniuerſa reſcripta, ſiue in perſonam precantium, ſiue ad quemlibet iudicem manauerint, quæ vel adnotatio vel quæuis pragmatica ſanctio nominentur, ſub ea conditione proferri præcipimus, ſi preces veritate nitantur* & §. 1. *Pragmaticas præterea ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negotiis proferri: ſed ſi quod corpus aut ſchola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuerſitas hominum ob cauſam publicam fuderit preces, manere decernimus: vt in his etiam veritatis quæſtio reſeruetur.* §. 2. C. de nouo Codice faciendo. *quæ ad certas perſonas reſcripta, vel per pragmaticam ſanctionem ab initio data, eidem nouo Codici propter vtilitatem ſanctionis inſerta fuerunt.* §. 4. de Iuſtin. Cod. confirm. *ſi quæ vero pragmaticæ ſanctiones quæ minime in eodem noſtro codice reſcriptæ ſunt, ciuitatibus forte vel corporibus, vel ſcholis, vel ſcriniis, vel officiis, vel alicui perſonæ impertitæ ſunt: eis ſiquidem aliquod priuilegium ſpeciali beneficio indulgent, omnimodo ratas manere: ſi vero pro certis capitulis factæ ſunt, tunc tenere, cum nulli noſtri Codicis aduerſantur conſtitutioni, præcipimus.* l. 2. C. de petit. bon. ſublatis *pari forma res etiam ciuiles, & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus, ſcilicet nec pragmatica iuſſione, vel ſacra adnotatione, vel quolibet oraculo diuino, ſeu mandatis (ſi quæ contra hanc ſanctionem noſtram fuerint impetrata, quippiam roboris habere vaIituris.* l. 12. C. de vectigal. & comm. *quicquid contra vectigales largitionalium titulorum vel pragmaticis, vel ſacris adnotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus carere cenſemus.* l 2. C. *de quibus muner. nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione ſacroue oraculo excuſatos.* l. 16. C. de S. S. Eccleſiis *ſiue annotatio ſit, ſiue diuina pragmatica ſanctio.*

**** In dictis legibus diſtinguuntur pragmaticæ ſanctiones a ſacris adnotationibus. Vetus Gloſſarium: *Adnotatio ſacra eſt illud ſcriptum, quod Imperator proprio mentis motu alicui indulget.* Sic l 5. C. ad L. Corneliam de ſicariis. *ſecundum id, quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari. Ex l. 1. C. ſi nupt. ex Reſcripto petantur*

pa-

patet, hiſce adnotationibus a Principe priuatis quidpiam fuiſſe indultum, verbis: *nec vnquam poſtulatæ indulgentiæ, annotationisue indulta efficacem ſe venia effectum meruiſſe.* l. 3. C. de præſcript. XXX. ann. *nec ſufficiat precibus oblatis ſpeciale quoddam (licet per annotationem) promeruiſſe reſponſum* l. 7. de omni agro deſerto. *neque enim aut promulgatione reſcripti, aut reuerentia ſacra adnotationis quisquam a fructu impenſi operis excludat.* l. 2. C. de bonis vacantibus. *ſi quando adnotationes noſtræ contineant poſſeſſionem ſiue domum quam donauerimus integro ſtatu donatam.* l. vn. C. de his qui a Princ. vocat. *nullus vacationem temporalem curialis accipiat, niſi id forte veris ac probatis cauſis adnotatio noſtra conceſſerit.* Nouella Valentiniani de homicidio caſu aut voluntate facto. *Merito ergo male vſurpata prohibentes, hac edictali lege ſancimus, vt homicidio quod tamen caſibus imputauerit confeſſio ſupplicantis, non aliter indulgentia, niſi noſtri nominis adnotatione præſtetur.*

***** §. 6. I. de I. N. & G. *quodcunque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit; vel cognoſcens decreuit, vel edicto praecepit, legem eſſe conſtat, hæc ſunt quæ Conſtitutiones appellantur.* & l. 1. π. de Conſtitut. Principum. THEOPHILVS § 6. de I.N.G. & Civ. dicit τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Principis νομοθετούμενον, ὀνόματι κέκληται γενικῷ κονστιτουτιῶν, τουτέστιν ἡ διάταξις ἢ διατύπωσις τέμνεται εἰς τρία εἰς ἐπιστολὴν, εἰς ἔδικτον εἰς δεκρέτον *Ius autem quod ab eo conditur, generali nomine Conſtitutio vocatur. Porro in tria diuiditur, in Epiſtolam, in Edictum & in Decretum.* Hinc etiam THEOPHILVS *eod. titulo p. 20.* νομοθετεῖ δὲ βασιλεὺς καὶ ἐν ἐδίκτῳ. καὶ τί ἐστιν ἔδικτον: πᾶν ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ὁρίζει βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν. λέγεται δὲ ἔδικτον παρὰ τὸ edicere, ὅ ἐστι προλέγειν, καὶ προανατέλλειν τὰ ἐσθ' ὅτε τοῖς ὑπηκόοις συμβησόμενα λυπηρά *per edictum quoque ius conſtituit Princeps. Ecquid eſt edictum? quicquid ex ſua natura motus Princeps ſtatuit ad honeſtatem & vtilitatem ſubditorum.* Dicitur autem Edictum ab edicendo, quod prædicere ſignificat, & obuiam ire rebus, quæ ſi contingant, damno aut dolori ſint ſubditis futuræ. Hinc prouocatur in Pandectis ſæpius ad Edictum Diui Auguſti, Diui Claudii, Domitiani, Diui Neruæ, Diui Hadriani. Immo occurrit titulus integer de Edicto Diui Hadriani tollendo. Plura Exempla adducit BARNABAS BRISSONIVS *de Verborum ſignificat. voce Edictum* & de *Formulis antiquis p.* 278. *Edictorum autem nouis ſecuribus ſqualentem ſyluam veterum legum truncatam eſſe* ait TERTVLLIANVS APOLOGETICO I. *c. IV.*

****** L. 35. π. de Pœnis. *Mandatis principalibus, quæ præſidibus dantur, cauetur: ne quis perpetuis vinculis damnetur, idque etiam Diuus Hadrianus reſcripſit.* PLINIVS lib. X. ep. LXIV. *nam, ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam ab alio, aut a me relegatos; ita de iis, quos alius relegauerit & reſtituerit, nihil comprehenſum eſt.* Facit huc titulus Codicis de Mandatis Principum & præcipue l. 1. *ſi quis adſerat cum mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe: omnes ſciant nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe credendum: nec vllius dignitate terreri, ſiue illi tribuni, ſiue notarii, ſiue comitis proferat dignitatem, ſed ſacras noſtras litteras eſſe quærendas.* Vid. BRISSONIVS *de Form. lib. III. p.* 329.

******* Sic Decreta Principum occurrunt in *l. 7. π. de Iuſt. & Iure l. 2. π. de Off. Adſeſſ. l. 1. fin. π. ex quibus cauſis maiores. quod eius per leges, plebiſcita, ſenatusconſulta, edicta, decreta principum, licebit.* Sic in *l. 3. §. 5. π de liberis exhibendis*

 pro-

Digitized by Google

prouocatur ad Decreta Diui Pii in *l.* 13. *π. quod metus cauſſa*, ad Decreta Diui Marci. Plenius vero hoc explicat THEOPHILVS *p.* 19. νομοθετεῖ καὶ ἐν δεκρέτῳ ὁ βασιλεύς. καὶ τί ἐστι δέκρετον; ἀπόφασις βασιλέως μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτῷ δικαζομένων ἐκφερομένη, οἷον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ θέματος. Δύο τινὲς ἐφιλονείκουν, περὶ κληρονομίας τελευτήσαντός τινος, ἀδελφὸς, φημὶ, καὶ θεῖος τοῦ κατοιχομένου, περὶ τοῦ τινα δεῖ εἰς τὴν κλῆσιν προτιμηθῆναι τοῦ κλήρου. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀμφοτέρων ἀκροασάμενος, ἀπεφήνατο τὸν ἀδελφὸν προτιμηθῆναι. καὶ τοῦτο νόμος ἐστὶ βασιλικός. Λέγεται δὲ δέκρετον παρὰ τὸ decernere, ὃ ἐστι θεωρῆσαι. Σκοπήσας γὰρ τῇ οἰκείᾳ διανοίᾳ, τὸ νομιζόμενον αὐτῷ δίκαιον ἀποφαίνεται. *Per decretum quoque Princeps, ius conſtituit. Et quid eſt decretum? Eſt ſententia principis inter duas partes, de quarum ipſe cauſa cognoſcit & iudicat, pronuntiata. Veluti in eadem ſpecie. Duo aliqui magnis contentionibus de defuncti cuiuſdam hereditate agebant, frater inquam & patruus defuncti, nempe Ʋter eorum potius ad hereditatem deberet Ʋocari. Princeps cauſa cognita & Ʋtroque audito, pronuntiauit: fratrem praeferri. Et hoc lex eſt Principis. Dicitur autem Decretum a decernendo, quod diſpicere ſignificat: quoniam is Ʋbi cum animo ſuo de tota re diſpexit, id quod iuſtum ſibi Ʋidetur, pronuntiat.*

******** L. 1. §. 1. π. de Conſt. Princ. *quodcunque igitur imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, Ʋel cognoſcens decreuit, Ʋel de plano interlocutus eſt, Ʋel edicto praecepit: legem eſſe conſtat. hae ſunt, quas Ʋulgo conſtitutiones appellamus.* Idem dicitur §. 6. *I. de I. N. & G.* Hinc prouocatur in Pandectis ad variorum Impp. Epiſtolas & Reſcripta. Sic l. 16. §. 1. de Publicanis: *Diui Seuerus & Antoninus eadem epiſtola reſcripſerunt.* Prouocatur ſaepius ad Epiſtolam Diui Antonini, Diui Pii, Diui Hadriani, Seueri & aliorum. Vocatur etiam *Epiſtolare Reſcriptum* l. vn. §. cert. pet. de Chirogr. in C. Th. Et l. 3. §. 9. π. de Iniuſto, rupto teſtam. *poena tamen ſuſtinenda eſt, quoad princeps reſcripſerit ad litteras praeſidis, & libellum rei cum litteris miſſum.* l. 3. §. 2. π. de Off. Procur. *idque Imperatores noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiae reſcripſerunt.* Vid. latius BRISSONIVS *form. lib. III. p.* 292. *ſqq.* Hanc Principis epiſtolam ſiue Reſcriptum hoc modo deſcribit THEOPHILVS *pag.* 19. καὶ τί ἐστιν ἐπιστολή; ἀντιγραφὴ βασιλέως πρὸς ἄρχοντος ἀναφορὰν περί τινος ἀμφιβόλου πράγματος γενομένη. οἷον συνέβη κατά τινα ἐπαρχίαν τελευτήσαντός τινος, δύο περὶ τῆς ἐκείνου κληρονομίας ἀμφισβητεῖν, ἀδελφὸν καὶ θεῖον. Τούτων γὰρ ἑκάτερος ἠξίου μόνος τὸν κλῆρον λαμβάνειν. ὁ μὲν ὡς ἀδελφὸς ὁ δὲ ὡς θεῖος. Νόμου δὲ μὴ κειμένου ταύτην τέμνοντος τὴν ἀμφιβολίαν, ἀναφορὰ γέγονε πρὸς βασιλέα, παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος. Ἀναγνοὺς τὸ ἀνενεχθὲν ὁ βασιλεὺς ἀντέγραψε τὸν ἀδελφὸν τοῦ τελευτήσαντος προτιμηθῆναι. *Et quid eſt Epiſtola? Reſcriptum Principis ad relationem magiſtratus alicuius, de re quapiam dubia emiſſum. Veluti: Euenit, Ʋt in prouincia aliqua, mortuo quopiam, duo de hereditate contenderent, frater & patruus: horum enim Ʋterque ſolus ad hereditatem Ʋolebat admitti. Ille Ʋt frater, hic Ʋt patruus: Cum lex nulla poſita eſſet, qua controuerſia haec dirimeretur, Praeſes Prouinciae ea de re quid fieri placeret ad Principem retulit. Princeps cum relationem legiſſet, reſcripſit:*

*fra-*

*fratrem defuncti debere præferri.* GRAVINA lib. I. p. 144. *Macrinus equidem Imp. hanc Reſcriptorum auctoritatem abolere voluit, verum ſine effectu.* Sic enim de eo IVLIVS CAPITOLINVS c. XIII. *fuit non incallidus, adeo vt ſtatuiſſet omnia reſcripta veterum principum tollere, vt iure non reſcriptis ageretur, nefas eſſe dicens leges videri Commodi & Caracallæ & hominum imperitorum voluntates, quum Troianus nunquam libello reſponderit, ne ad alias cauſas facta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita viderentur.*

§. III.

Præter Principum decreta, obtinebant etiam SENATVSCONSVLTA, quæ Legis inſtar erant, vbi Princeps auctor eſſet. Quare, vel ad Orationes Principis ſecundum nutum ipſius, rogatis ſententiis componebantur, vel etiam per eadem Principis decreta confirmabantur. * Habebant etiam LEGES a Magiſtratibus latæ ſuum adhuc vigorem, ** non tamen niſi Imperatoria auctoritate. *** Comitia quoque ſub Auguſto fuerunt inſtituta, ita tamen, vt nihil præter ipſius voluntatem ageretur. **** Tiberius poteſtate populi plane ſublata, Senatui vmbram quandam libertatis reliquit. ***** Et licet eam Traianus, popularis Imperator, qui libertatem & Principatum probe miſcere nouerat, partim reſtitueret, neque tamen diuturnum hoc fuit, ſed a Succeſſoribus ſtatim iterum fuit ſublatum. ****** Plurimum etiam obtinebant RESPONSA PRVDENTVM, quæ in tam diffuſo Iuris Romani pelago primum priuata ſaltim fiebant auctoritate, poſt ſub Auguſto Imp. præcipuæ factæ fuerunt auctoritatis. ******* Inter veteres tamen ICtos diuerſæ ſuboriebantur ſectæ, qui non ſolum Stoicæ potiſſimum Philoſophiæ fauebant, ******** ſed etiam diuerſas ICtorum familias conſtituebant. † Inter hos ſub Auguſto Imperatore Atteius Capito erat, auctor ſcholæ Sabinianæ. Antiſtius Labeo vero auctor ſcholæ Proculeianæ. Capito equidem in his, quæ ei tradita erant, perſeuerabat. Labeo vero, ingenii qualitate & doctrinæ fiducia, quia & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit. †† Labeonem commendabat libertatis ſtudium Capito Dominationi fauebat. Continuatæ igitur per ſequentia etiam tempora binæ hæ ICtorum ſectæ ſiue familiæ. Labeoni potiſſimum ſucceſſit Nerua, huic Proculus, Proculo Pegaſus; vnde Proculeiani & Pegaſiani. Capitonis doctrinam ſecutus eſt Maſſurius Sabinus & C. Caſſius Longinus, inde Sabiniani & Caſſiani. ††† Inter hos contentiones continuæ. Proculeiani ſtabant a partibus Stoicorum, a quibus recedebant Sabiniani, hinc ſibi inuicem continuo contradicebant. †††† vsque dum poſt Antonini tempora, vix

*Senatusconſulta.*

*Leges.*

*Reſponſa Prudentum*

vni amplius lectæ addicti eſſent Iureconſulti. ††††† Supererat etiam priſtinorum Iudiciorum forma, ab Auguſto Imp. per Legem Iuliam confirmata. †††††† ita tamen, vt vel a Prætoribus, vel a Præſidibus & Proconſulibus Prouinciarum ad Principem adpellaretur. †††††††

* Conſilium hoc erat Mæcenatis, Auguſto Imp. datum apud DIONEM CASSIVM *lib. LII. p.* 485. ἔπειτα δὲ ἅπαντα τὰ νομοθετούμενα δι' αὐτῶν ποιῇ, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν ἄλλο ἐπὶ πάντας ὁμοίως φέρῃ πλὴν τῶν ἐκείνης δογμάτων· οὕτω γὰρ τό τε ἀξίωμα τὸ τῆς ἀρχῆς μᾶλλον ἂν βεβαιοῖτο, καὶ τὰ δικαιώματα τὰ ἐκ τῶν νόμων καὶ ἀναμφίλογα καὶ διάδηλα πᾶσιν ἅμα γίγνοιτο *deinde ſenatorum opera omnia de eis ſtatuas, quæ legibus ſunt ſancita, nihilque iniuſſu eius cum quoquam agas, hoc pacto & dignitas imperii magis confirmabitur, & legum inſtituta aperta erunt.* Facit huc TACITVS Ann. I. c IV. *multa ſine dubio ſæuaque Auguſtus de moribus adoleſcentis Agrippæ queſtus, vt exſilium eius Senatusconſulto ſanciretur, perfecerat.* De Claudio TACITVS lib. XI. c. XV. *retulit deinde Senatum ſuper collegio haruſpicum, ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret.* Et paullo poſt: *factum ex eo Senatusconſultum, viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque haruſpicum.* & c. XXV. *Orationem Principis ſecuto Patr m conſulto, primi Aedui Senatorum in Vrbe ius adepti ſunt.* & Ann. XII. c. LX. *eodem an o ſæpius audita vox Principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. ac ne fortuito prolapſus videretur; Senatus quoque conſulto cautum, plenius quam antea & vberius.* SVETONIVS Tiberio c. XLVIII. *cum per ſenatusconſultum ſanxiſſet, vt fæneratores duas patrimonii partes in ſolo collocarent.* VOPISCVS Aureliano c. XIX. *die tertio Idus Ian. Fuluius Sabinus prætor vrbanus dixit: referimus ad vos P. C. Pontificum ſuggeſtionem, & Aureliani principis literas, quibus iubetur vt inſpiciantur fatales libri quibus ſpes belli terminandi ſacrato deorum imperio continetur. Poſt hæc interrogati plerique ſenatores ſententias dixerunt, quas longum eſt innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, plerisque verbo conſentientibus conditum eſt ſenatusconſultum. Scilicet, quod Impp. volebant, decernendum SCto erat.* Sic enim TACITVS Ann. XII. c. VII. *nec Claudius vltra exſpectato, obuium apud forum præbet ſe gratantibus; Senatumque ingreſſus decretum poſtulabat, quo iuſtæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in poſterum ſtatuerentur.* l. 3. pr. π. de donat. inter virum & vxorem *cum hic ſtatus eſſet donationum inter virum & vxorem, quam antea retulimus: Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ante exceſſum Diui Seueri patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit ſenatui cenſendi, Fuluio Aemiliano & Nummio Albino conſulibus, vt aliquid laxaret ex Iuris rigore.* SYMMACHVS lib. X. ep. XXI. *ſupereſt, vt ea quæ ſerenitas veſtra patribus deliberanda legauit, cognito ſenatusconſulto, lex Auguſta confirmet.* THEODOSIVS & VALENTINIANVS A. A. l. vn. *C. Theod.* de Cretione. *hac oratione ſancimus* Vid. BRISSONIVS *Antiquit. Iur. Civ. lib. I. c. XVI.* 10. STRAVCHIVS *de ſtatutis a Summo Principe &* VLRICVS HVBERVS *lib. I. Digreſſ. c. III.* SCHVBART. *Exerc. III. §. XLVII.* Edictum etiam Auguſti atque Claudii ne fœminæ pro viris ſuis intercederent, per SCtum fuit confirmatum *l. 2. π. ad SCtum Velleianum.* Claudii edictum de Lege Cornelia de falſis per SCtum confirmatur *ad L. Corneliam π. de falſi.*

** Hinc §. 3. & 4. *I. de Iure N. G. & Civ. inter ius ſcriptum etiam Lex refertur, a populo Senatorio magiſtratu interrogante, fuit conſtituta.* Facit huc titulus π. *de Legibus*

Digitized by Google

*gibus & Senatus conſultis.* Occurrit inde ſæpius: *Lex Papia Poppæa, Lex Voconia, Lex Iulia, Lex Cornelia, aliæque.*

*** Patet hoc non ſolum ex eo, quod populus, vt §. I. dictum, *omnem poteſtatem ſuam in Auguſtum transtulerit,* ſed etiam ex ea poteſtate legem ferendi, omnia diſponendi, emendandique, quæ ipſi ſpeciatim fuit conceſſa, de quo DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 528. de Romanis dicens: ψηφισάμενοι δὲ ταῦτα, διορθοῦν τε πάντα αὐτὸν καὶ νομοθετεῖν ὅσα βούλοιτο ἠξίουν. καὶ τούς τε νόμους τοὺς γραφησομένους ὑπ' αὐτοῦ, Αὐγούστους ἐκεῖθεν ἤδη προσηγόρευον, καὶ ἐμμένειν σφίσιν ὀμόσαι ἤθελον. *Hæc cum decreuiſſent, contenderant ab ipſo, vt emendaret omnia ſuo arbitrio, ac leges, quas vellet, ferret: iisque Auguſtarum nomen indiderunt, ac obtemperaturos vnanimiter illis, velle ſe iuramento obſtringere profeſſi ſunt.*

**** DIO CASSIVS *lib. LIII. p.* 511. de Auguſto dicens: οὐ μέντοι καὶ πάντα ἰδιογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστι μὲν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προεξετίθει, ὅπως σοὶ τι μὴ ἀρέσῃ τινὰ, προμαθὼν ἐπανορθώσῃ, προετρέπετο γὰρ πάνθ' ὁντινοῦν συμβουλεύειν οἱ, εἴ τις τι ἄμεινον αὐτῶν ἐπινοήσειε· καὶ παρρησίαν σφίσι πολλὴν ἔνεμε, καὶ τινὰ καὶ μετέγραφε. τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, τοὺς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι. *Enimuero non omnia proprio conſilio Auguſtus egit ſed multa publice deliberanda propoſuit, vt ſi quid aliis diſpliceret, id corrigere poſſet: omnes vero adhortatus eſt, vt ſuum ſibi conſilium aperirent, ſi quid rectius inuenirent, libertatem omnem eis concedens: eorumque motus ſententiis, quædam retractauit: præſertim vero a conſulibus, aut ſi ipſe conſulatum gereret a collega ſuo hoc contendit.* Sed ſtatim ille addit: ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο. οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε *Comitia vero populi etſi nihilominus habebantur, tamen nihil præter voluntatem Auguſti agebatur.*

***** TACITVS Ann. I c. XV. *tum primum e campo comitia ad Patres translata ſunt. nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant. neque populus ademptum ius queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus largitionibus ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, ſine repulſa & ambitu deſignandos.* Hinc SVETONIVS vita Tiberii c. XXX. *quin etiam ſpeciem libertatis quandam induxit, conſeruatis ſenatui ac magiſtratibus & maieſtate priſtina & poteſtate: neque tam paruum quidquam, neque tam magnum publici priuatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur.* Et paullo poſt: *quædam aduerſus ſententiam ſuam decerni ne queſtus quidem eſt. Negante eo, deſtinatos magiſtratus abeſſe oportere: vt præſentes honori acquieſcerent, prætor deſignatus liberam legationem impetrauit. Iterum cenſente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem via transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris eſſet. Cum ſenatus conſultum per diſceſſionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Cætera quoque nonniſi per magiſtratus & iure ordinario agebantur: tanta Coſſ. auctoritate, vt legati ex Africa adierint eos, querentes trahi ſe a Cæſare, ad quem miſſi forent.* Caius equidem Cæſar Comitia Populo reſtituit, prout DIO CASSIVS nos docet *lib. LIX. p.* 647. ταῦτα μὲν

δὴ

δὴ πᾶσιν ἤρεσεν, ὅτι τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀποδέδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ὡρίκει *Comitia quoque populo plebique reddidit, abrogatis Tiberii ea de re conſtitutionibus.* Hæc vero Comitia idem Caius ſtatim iterum ademit. Sic enim DIO *lib. LIX. p.* 655. ἀπέδωκε μὲν γὰρ τὰς ἀρχαιρεσίας αὐτοῖς, ἅτε δὴ ἐκείνων ἀργοτέρων τε (ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου μηδὲν ἐλευθέρως κεχρηματικέναι) ἐς τὸ δρᾶν τι τῶν προσηκόντων σφίσιν ὄντων. καὶ τῶν σπουδαρχιόντων, μάλιστα μὲν μὴ πλειόνων ἢ ὅσους αἱρεῖσθαι ἔδει ἐπαγγελλόντων· εἰ δὲ ποτὲ καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν γένοιτο, διομολογουμένων πρὸς ἀλλήλους, τὸ μὲν σχῆμα τῆς δημοκρατίας ἐσώζετο, ἔργον δ᾽ οὐδὲν αὐτῆς ἐγίγνετο. καὶ διὰ τοῦτο ὑπ᾽ αὐτοῦ αὖθις τοῦ Γαΐου κατελύθησαν *reddiderat enim comitiorum ius populo, quum iam longo tempore nihil libere decreuiſſent, ideoque ſegniores ad agendum quicquam pro ſua dignitate eſſent. quumque raro plures, quam eligi poſſent, magiſtratus peterent, aut ſicubi plures eſſent, ipſi inter ſe compararent: non niſi ſtatus in republica popularis forma conſeruabatur, res aberat. ideoque ipſe rurſum Caius comitia ſuſtulit.*

****** Belle in rem TACITVS Agricola c. III. *Nunc demum redit animus, & quamquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu Nerua Cæſar res olim diſſociabiles miſcuerit, Principatum ac libertatem, augeatque cottidie felicitatem Imperii Nerua Traianus, nec ſpem modo ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam, ac robur aſſumpſerit, natura tamen infirmitatis humanæ, tardiora ſunt remedia quam mala, & vt corpora lente augeſcunt, cito exſtinguuntur, ſic ingenia ſtudiaque oppreſſeris, facilius, quam reuocaueris.* Totus in eo eſt PLINIVS, vt hoc Panegyrico ſuo demonſtret.

******* CICERO lib. I. de LL. c. IV. *ego memini ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra viros, qui id interpretari populo, & reſpondere ſoliti ſunt: ſed eos magna profeſſos, in paruis eſſe verſatos. Quid enim eſt tantum, quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum, quam eſt munus hoc eorum, qui conſuluntur?* POMPONIVS l. 2. §. 47. *& vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpondendi, ius non a principalibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa vtique ſignata dabant: ſed plerumque Iudicibus ipſi ſcribebant aut teſtabantur. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur conſtituit, vt ex authoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit.* §. 8. I. de I. N. & G. *reſponſa prudentium ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de iure reſpondere. nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publice interpretarentur, quibus a Cæſare, ius reſpondendi datum eſt, qui Iuriſconſulti appellabantur, quorum omnium ſententiæ, & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici recedere a reſponſo eorum non liceret, vt eſt conſtitutum.* IACOBVS GOTHOFREDVS equidem *in Comment. ad l.* 1. *C. Theod. de Reſponſis Prudentum* putat, Tribonianum his verbis vltimis haut reſpexiſſe ad Auguſti Imp. conſtitutionem, quæ nullibi extet, ſed ad conſtitutionem iſtam Valentiniani III, quam infra adlegabimus, in dicta lege contentam, in qua ſcriptis quorundam ICtorum firma traditur auctoritas. Verum, cum ex Pomponio contrarium pateat, merito Gothofredum notauit THOMASIVS *de næuis Iuriſprudentiæ p.* 67. Hinc etiam SENECA Ep. XCIV. dicit p. 775. *ſic quomodo iuriſconſultorum valent reſponſa, etiamſi ratio non redditur.* Factum hoc ideo putat Thomaſius, vt ob diſſenſus infinitam multiplicationem lites inter

Digitized by Google

ter priuatos multiplicarentur, & ita populus infinitis iſtis diſſidiis & iure incertiſſimo diſtractus non viretur ad repetendam antiquam libertatem. Licet potius hoc ipſo Auguſtus Iureconſultos ſibi conciliare voluerit fauentes & Principatum ſuum adſtruentes. Talis Iureconſultus erat Trebatius, de quo CICERO lib. VII. ep. XVI. *qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere, ſed tamen eſt quod gaudeas, conſtat enim inter omneis, neminem te vno Samorobrinæ iuris peritiorem eſſe.* GELLIVS lib. XIII. c. X. *Labeo Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus publice de iure reſponſitauit.* lib. XIII. c. XIII. *quæſitum eſſe memini in pleriſque Romæ ſtationibus ius publice docentium aut reſpondentium.* SVETONIVS Caligula c. XXIV. *de iuris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem vſum aboliturus ſæpe iactauit, ſe, me hercle, effecturum, ne quid reſpondere poſſent præter eum.* Sunt equidem qui hic legunt *præter eum:* alii *præter æquum.* RVTGERSIVS *var. lect. lib. III. c. VI.* legit, *præter reum.* Verum, omnia recte ſeſe habent. Caligula enim Iureconſultorum auctoritatem abolere voluit, ita vt ipſius voluntas ſit pro Iure. PLINIVS lib. VI. ep. XV. *eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis: intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam ius ciuile publice reſpondit.* Facit huc VLPIANVS l. I. §. I. ff. de Poſtulando. *Pueritiam, dum minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum compleuit, prohibet poſtulare, quia moderatam hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum, qua ætate, aut paulo maiore fertur Nerua filius, & publice de iure reſponſitaſſe.* DIONYSIVS GOTHOFREDVS equidem *reſponſitaſſe* minus eſſe putat, quam *reſpondere.* ANTONIVS MORNACIVS etiam in diſſertatione ſua *de Æquitate ſiue Iuſtitia* hoc intelligit de reſponſis ſaltim ſcholaſticis, verum AEGIDIVS MENAGIVS *Amœnit. Iur. Ciu. c. II.* demonſtrauit, reſponſitare de iure, non minus eſſe quam reſpondere, idque ex loco Gellii modo adlegato. Plura eiusmodi Reſponſorum exempla reperiuntur in Pandectis, vtpote l. 27. ff. qui teſtam. facere poſſint. *Domitius Labeo Celſo ſuo Salutem: quæro an teſtium numero habendus ſit is, qui, cum rogatus eſt ad teſtamentum ſcribendum, idem quoque, cum tabulas ſcripſiſſet, ſignauerit. Iubentius Celſus Labeoni ſuo ſalutem. Aut non intelligo, quid ſit, de quo me conſulueris: aut valde ſtulta eſt conſultatio tua: plus enim quam ridiculum eſt dubitare, an aliquis iure teſtis adhibitus ſit, quoniam idem & tabulas teſtamenti ſcripſerit.* PAPINIANVS l. 83. ff. de Legatis 2. *Latinus Largus: proxime ex facto incidit ſpecies talis: libertinus patronum ex ſemiſſe heredem inſtituit &c. Rogo ergo quid de hoc exiſtimes, reſcribas. Reſpondit, nec repetitum videri in hunc caſum fideicommiſſum.* Plures eiusmodi formulas collegit BRISSONIVS *lib. III. p. 331.* GALVANVS equidem *de vſufructu c. VI. n. 6.* putat, reſponſa prudentum differre ſpecie a prudentum interpretatione, & eſſe partem iuris ſcripti, definire tantum ſpecies, non explicare LL. principaliter, ſed informare iudices, vt ſecundum ius conſtitutum ſententiam dicere poſſint. Sed reſpondet ipſi SCHILTERVS *Exerc. II. §. II.* ex §. 8. I. de I. N. G. & C. demonſtrans, ius reſpondendi & iura publice interpretandi pro ſynonimis manifeſto haberi. Confirmat hoc potiſſimum THEOPHILVS *de I. N. G. & C. §. 9.* ἐν ἕκτῃ τάξει νομοθετοῦσιν οἱ σοφοί· Σοφοὺς δὲ λέγω, εἰς τὸ νομοθετεῖν ἢ δῆμος, ἢ σύγκλητος, ἢ βασιλεὺς ἐπέτρεψε. τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, γενικῷ ὀνόματι κέκληται ῥεσπόνσον prudentium τουτέστιν ἡ ἀπόκρισις τῶν σοφῶν, ἐπειδὴ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ἐνομοθέτουν, τὸ δὲ reſponſum τέμνεται εἰς ſententiam καὶ opinionem. καὶ τί ἐστι ſen-

tentia; ἡ αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις· οἷον ἔξεστι τόδε ποιεῖν. οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. Ὀπίνιο δὲ ἡ ὑπεσταλμένη, καὶ μετ' ἐνδοιασμοῦ προσφερομένη ἀπόκρισις· οἷον νομίζω, ὅτι ἔξεστι τόδε ποιεῖν· νομίζω, ὅτι οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. ἐπιτέτραπτο δὲ τούτοις δημοσίᾳ νομοθετεῖν ἤτοι τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν. οἵτινες καὶ Iuriſconſulti προσηγορεύοντο, τουτέστιν οἱ περὶ τοῦ νόμου ἐπερωτώμενοι. *Conſulere* γάρ ἐστι τὸ ἐρωτᾶν *ſexto loco ius conſtituunt prudentes. Prudentes dico, quibus iura condere populus aut Senatus aut Princeps conceſſit. Ius autem quod ab his conſtituitur, generali nomine vocatur, Reſponſum Prudentium, quoniam per conſultationem & reſponſionem iura condebant. Porro reſponſum diuiditur in ſententiam & opinionem. Et quid eſt ſententia? eſt perfecta & indubia reſponſio. Veluti, hoc facere licet, hoc facere non licet. Opinio vero eſt, ſuſpenſa & timida, ac cum dubitatione elata reſponſio. Vt, exiſtimo hoc fieri licere: exiſtimo hoc fieri non licere. Conceſſum autem erat eis, vt publice Iura conſtituerent, vel interpretarentur, qui & Iuriſconſulti appellati ſunt, quod de Iure interrogarentur: nam conſulere interrogare eſt.* Vid. IACOBVS RÆVARDVS *de auctoritate Prudentum*, & ANDREÆ OCKELII *Iuriſconſultus Rationalis, ſiue de rationibus decidendi Veterum ICtorum Romanorum diſſertatio Iuridica, Halæ* 1702. 8. quod ad hodiernum decidendi ſtatum adplicat.

******** PAGANINVS GAVDENTIVS equidem *de Philoſophia apud Romanos c. XLIII.* eos peccare putat, qui Iurisprudentes ad Stoicam doctrinam confluxiſſe eiusque decretis aluiſſe artem ſuam contendant, quandoquidem multa in Zenonis Stoa proferantur, quæ leges euertant & rationi ciuili parum ſint idonea. Sic etiam IO. GODDEVS *in Comm. ad l. 49. de V. S. n. 3.* veteres ICtos Peripateticis adnumerat. GVIDO PANCIROLLVS *Theſauro Variarum Lectionum lib. I. c. LXXX.* exemplis declarat, Iureconſultos a Philoſophis & aliis multa ſumpſiſſe. Aſt, IACOBVS CVIACIVS *Obſerv. lib. XXVI. c. XL.* EMVNDVS MERILLIVS *lib. I. Obſ. c. VIII. & ſqq.* variis argumentis demonſtrant, Iureconſultos veteres Stoicæ Philoſophiæ plurimum fuiſſe deditos. Horum veſtigia ſtrenue perſequitur EVERARDVS OTTO, in ſua de *Stoica veterum Iureconſultorum Philoſophia*, Oratione, quam, dum ordinariam Iuris Profeſſionem in Academia Regia Duisburgenſi ſolenni ritu auſpicaretur anno 1714. dixit & publicauit, qui tribus potiſſimum vtitur argumentis, ita quidem, vt primo loco primos quoque & maxime celebres Romæ Philoſophos e porticu prodiiſſe oſtenderet: dein non aliam magis, quam Stoicam diſciplinam Iuriſconſultorum ſtudiis fuiſſe accommodatam, & poſtremo plerorumque horum reſponſa Stoicæ familiæ placitis reſpondere. Singula pereruditе fuit perſecutus. GRAVINA *de ortu & progreſſu Iuris n. XLIV. p.* 80. qui multis legibus declarat, veteres ICtos eandem Stoicorum ſententiam fouiſſe.

† Hanc materiam CHRISTIANVS OTTHO a BOEKELEN, Lubecenſis, ſingulari libello *de diuerſis familiis Veterum Iuriſconſultorum, Lugduni Batauorum* 1678. 12. edito, pererudite illuſtrauit. Familias adpellat ſecundum CICERONEM *lib. III. de Oratore* c. XVII. qui eiusmodi ſectas tali modo deſcribit. *Nam cum eſſent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis, & diverſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt. quaſi familiæ diſſentientes inter ſe & multum diſiunctæ, ac diſpares.* Alia vero formula prouerbii erat, *familiam ducere*, ſignificans id, quod præcipuum eſt, de qua MENAGIVS *Amœnit. Iuris c. XIV.*

†† POMPONIVS l. 2. §. 47. π. de Or. I. *Poſt hunc* (Tuberonem) *maximæ auctoritatis*

*ritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium ſecutus eſt. & Antiſtius Labeo, qui omnes hos audiuit, inſtitutus eſt autem a Trebatio. Ex his Ateius Conſul fuit: Labeo noluit, cum offerretur ei ab Auguſto Conſulatus, quo ſuffectus fieret, & honorem ſuſcipere, ſed plurimum ſtudiis operam dedit: & totum annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus verſantur. Hi duo primum veluti diuerſas ſectas fecerunt. nam Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerunt, perſeuerabat. Labeo inſigni qualitate & fiducia doctrinæ, qui & ceteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit.* Nec mirum, inter vtroſque tantas ſubortas fuiſſe contentiones, cum ingenio eſſent diſſimillimo. Labeo equidem vitæ ſeueræ & ad Stoicam auſteritatem compoſitæ, Capito autem Principum auræ velificatus, pluſquam vernili adulatione famam ſuam nomenque defœdauerat, prout latius demonſtrauit BOECKELEN *cap. II. p.* 16. Hinc etiam GEORGIVS EBERLINVS *de Origine Iuris c. XLII. Capitonem quidem & Labeonem*, ait, *magni nominis Iuriſconſultos fuiſſe, ſed placitis ſuis quemlibet eorum adeo indulſiſſe, vt neſcias, confuderintne potius, an illuſtrauerint Romanam Iuriſprudentiam. Semina inſuper ciuilium eiuſmodi controuerſiarum inter diſcipulos ſparſerunt, qui arrepta illa, veluti in contraria ſtudia ſciſſi, tanta pertinacia aluerunt defenderuntque, vt pleraque hodie diſſidiis concertationibusque occupata Pandectarum capita laborent, & inter tractantes ea interpretanteſque peritos ſtudioſoſque iuris ſumma ſit diſſenſio.* De vtriſque etiam loquitur TACITVS *Ann. lib. III. c LXXV.* dum ait: *obiere eo anno viri inluſtres Aſinius Saloninus, M. Agrippa & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique progener deſtinatus. Et Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum ſtudiis ciuilibus adſecutus, ſed auo centurione Sullano, patre prætorio. Conſulatum ei adcelerauerat Auguſtus, vt Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione eius magiſtratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora ſimul tulit. Sed Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obſequium dominantibus magis probabatur. Illi, quod Præturam intra ſtetit, commendatio ex iniuria; huic quod Conſulatum adeptus eſt, odium ex inuidia oriebatur.* De Ateio Capitone Idem Ann. III. c. LXX. *L. Ennium equitem Romanum maieſtatis poſtulatum, quod effigiem Principis promiſcuum ad vſum argenti vertiſſet, recipi Cæſar inter reos vetuit; palam adſpernante Ateio Capitone, quaſi per libertatem. Non enim debere eripi Patribus vim ſtatuendi: neque tantum maleficium impune habendum. ſane lentus in ſuo dolore eſſet; Reipub. iniurias ne largiretur. Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quam vt dicebantur: perſtititque intercedere. Capito inſignitior infamia fuit, quod humani diuinique iuris ſciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehoneſtauiſſet.* De eodem SVETONIVS *de illuſtr. Grammatt. c. XXII.* de Marco Pomponio Marcello dicens: *hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet: affirmante Atteio Capitone, & eſſe illud Latinum, &, ſi non eſſet, futurum certe iam inde; Mentitur, inquit, Capito. Tu enim, Cæſar, ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes.* Idem dicit DIO CASSIVS *lib. LVII. p.* 613. MACROBIVS vero *Saturn. lib. VII. c. XIII.* ipſum vocat pontificii iuris inter primos peritum. Idem dicit GELLIVS *lib. X. c XX.* De Labeone vero GELLIVS lib. XIII. c. X. *Labeo Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publice reſponſitauit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit: & in grammaticam ſeſe atque dialecticam litteraſque antiquiores altioreſque penetrauerat; Latinarumque vocum origines rationeſque percalluerat: eaque præcipue ſcientia ad enodan-*

*enodandos pleroſque iuris laqueos vtebatur.* & c. XII. *in quadam epiſtola Atei Capitonis ſcriptum legimus Labeonem Antiſtium legum atque morum populi Romani iuriſque ciuilis doctum apprime fuiſſe. Sed agitabat,* inquit, *hominem libertas quædam nimia atque vecors: vſque eo vt Diuo Auguſto iam principe & rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem a tribunis plebis vocatus, reſpondit. *Quum a muliere,* inquit, *quadam tribuni plebis aduerſum eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, vt veniret & mulieri reſponderet: iuſſit eum, qui miſſus erat, redire, & tribunis dicere; ius eos non habere, neque ſe, neque alium quemquam vocandi, quoniam moribus maiorum tribuni plebis prenſionem haberent, vocationem non haberent. poſſe igitur eos venire & prendi ſe iubere: ſed vocandi abſentem ius non habere.* Aliud libertatis exemplum adducit SVETONIVS *Auguſto c. LIV.* ſcribens: *Antiſtius Labeo ſenatus lectione cum vir virum legeret, M. Lepidum, hoſtem olim eius, & tunc exſulantem, legit: interrogatuſque ab eo, an eſſent alii digniores, ſuum quemque iudicium habere reſpondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit.* Idem narrat DIO CASSIVS *lib. LIV. p. 531.* καὶ ἐπειδήγε Ἀντίστιος Λαβεὼν ἐς τοὺς βουλεύσοντας αὐτὸν, ὅτι ἰδία γνώμη ἐκείνη ἐγίγνετο ἐσεγράψατο, πρῶτον μὲν ἐπιωρκηκέναι τε αὐτὸν ἔφη, καὶ τιμωρήσεσθαι ἠπείλησεν· ἔπειτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ τί δεινὸν πεποίηκα, κατασχὼν ἐν τῷ συνεδρίῳ ἄνδρα ὃν σὺ ἀρχιερέων ἔτι καὶ νῦν περιορᾷς ὄντα, οὐκ ἔτι οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιήσατο. πολλάκις γὰρ καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς ἱερωσύνης ταύτης ἀξιούμενος, οὐκ ἐδικαίωσε ζῶντος τοῦ Λεπίδου λαβεῖν αὐτήν. Ἀντίστιος μὲν οὖν τοῦτό τε οὐκ ἀπὸ καιροῦ εἰπεῖν ἔδοξε· καὶ ποτὲ λόγων ἐν τῇ βουλῇ γιγνομένων, ὡς χρεὼν εἴη, τὸν Αὔγουστον ἐκ διαδοχῆς φρουρεῖν σφᾶς, ἔφη, μήτ᾽ ἀντειπεῖν τολμῶν μήτε συγκατάθεσθαι ὑπομένων, ὅτι Ῥέγκω, καὶ οὐ δύναμαι αὐτοῦ προσκοιτῆσαι. *Quum Antiſtius Labeo (cuius arbitrio legendum ſenatum Auguſtus permiſerat) in ſenatorium numerum Lepidum retuliſſet, periurium ei Auguſtus obiecit, ſuppliciumque minatus eſt: at quum is reſpondiſſet, non videri ſibi rem indignam hanc a ſe factam, quod eum virum in ſenatu retinuiſſet, quem ipſe Auguſtus adhuc pateretur eſſe pontificem maximum, iram omnem Auguſtus remiſit. qui ſane quum ſæpe numero & priuatim & publico iudicio hoc ſibi ſacerdotium expetiuiſſet, non cenſuit, tamen id viuo Lepido occupandum. Hoc itaque dictum Antiſtii haud importune prolatum eſſe videbatur, ſicut ne illud quidem, quum in ſenatu mentione aliquando illata, conuenire vt Auguſtum ipſi per ordinem ſinguli cuſtodirent, neque contradicere auſus, neque aſſentiri ſuſtinens; ſomnolentum ſe; & excubiis pro eo agendis inhabilem eſſe dixit.* Ipſe etiam ex latinæ linguæ Originibus Iuris prudentiam interpretabatur prout ex *l. 1. §. 2. π. de dolo malo l. 6. π. de peculio* patet, atque diſſentiendi ſtudio capiebatur *l. 25. π. qui teſtam. facere poſſunt.* Hunc etiam Codicillorum vſum promouiſſe, patet ex *pr. I. de Codicillis.* Potiſſimum vero Labeo plurimum laborabat in regulis coniunctionum & diſtinctionum pertexendis, ordinandiſque verborum nexibus, vtpote *l. 29. π. de V. S.* coniunctionem enim nonnunquam pro disiunctione accipi Labeo ait: *vt in illa ſtipulatione, mihi, hæredique meo, te hæredemque tuum* l. 53. § 1. eod. *item dubitatum, illa verba, ope conſilio quemadmodum accipienda ſint, ſententia coniungentium, aut ſeparantium? Sed verius eſt, quod & Labeo*

*ait,*

*ait, ſeparatim accipienda.* Idem agebat Proculus, prout *ex l.* 124. *π. eod.* patet. Sic Neratius qui ex Proculeianorum erat familia, lugeri vetat eum, qui ſceleris conſcientia mortem ſibi conſciuit: non qui tædio vitæ *l.* 11. *§.* 3. *π. de his qui not. infam.* Idem Adrianus & Antoninus Pius confirmarunt *l.* 3. *§.* 4. *&* 5. *π.* de bonis eorum qui ante ſent. *l.* 6. *§.* 7. *de iniuſto, rupto & irr. teſt.* Plura vide apud GRAVINAM *p.* 85. Et GVIDO PANCIROLLVS *de Claris Legum Interpretibus lib. I. cap. XXII. XXIII.*

††† POMPONIVS l. 2. *§.* 47. *π.* de Or. I. *& ita Ateio Capitoni Maſſurius ſucceſſit, Labeoni Nerua. adhuc eas diſſenſiones auxerunt.* Et paullo poſt: *Neruæ ſucceſſit Proculus. Fuit eodem tempore & Nerua filius, fuit & alius Longinus ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad præturam vsque peruenit. ſed Proculi auctoritas maior fuit. nam etiam plurimum potuit. appellatique ſunt partim Caſſiani, partim Proculeiani. quæ origo a Capitone & Labeone cœperat. Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit, Proculo Pegaſus, qui temporibus Veſpaſiani præfectus vrbi fuit, Cælio Sabino Priſcus Iauolenus. Pegaſo Celſus, patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius: qui vtrique Conſules fuerunt: Celſus quidem & iterum. Iauoleno Priſco Aburnus Valens & Tuſcianus, item Saluius Iulianus.* Principes hoſce Sectarum ſequens indicat ſchema ∷

| | | |
|---|---|---|
| SABINIANI ſ. CASSIANI | | PROCVLEIANI ſ. PEGASIANI |
| | ſub Auguſto | |
| Atteius Capito | | Antiſtius Labeo |
| | ſub Tiberio | |
| Maſſurius Sabinus | | Nerua Pater |
| | ſub Caio, Claudio, Nerone | |
| C. Caſſius Longinus<br>*Vnde* CASSIANI | | Proculus<br>*Vnde* PROCVLEIANI<br>Nerua filius |
| | ſub Veſpaſiano | |
| Cælius Sabinus<br>*Vnde* SABINIANI | | Pegaſus<br>*Vnde* PEGASIANI |
| | ſub Traiano, Adriano & Antonino Pio | |
| Priſcus Iauolenus<br>Alburnius Valens<br>Tuſcianus<br>Saluus Iulianus | | Celſus P.<br>Celſus F.<br>Priſcus Neratius |

vid. COCCEIVS *ad Pomponium p.* 458. BOEKELEN *cap. II. p.* 14. THOMASIVS *Programm. in Huberum, de Nauis Iurisprud. p.* 74. GRAVINA *n. XLV. p.* 82. Hos ſeſe inuicem ſuggillaſſe varia docent. Sic enim ARRIANVS Stoicæ ſectæ addictus diſſert. ad Epictetum lib. III. *hæ ſunt illinc miſſæ leges, hæc edicta, horum interpretem eſſe decet, his parere: non Maſſurii, non Caſſii præceptis.* Patet hoc etiam ex l. 10. *§.* 4. *π.* de negot. geſtis. *is autem, qui negotiorum geſtorum agit, non ſolum ſi effectum habuit negotium, quod geſſit, actione iſta vtetur: ſed ſufficit, ſi vtiliter geſſit, & ſi effectum non habuit negotium, & ideo, ſi inſulam fulſit, vel ſeruum ægrum curauit, etiam ſi inſula exuſta eſt, vel ſeruus obiit, aget negotiorum geſtorum: idque & Labeo probat. Sed (vt Celſus refert) Proculus apud eum notat, non ſemper debere dari: quid enim, ſi eam inſulam fulſit, quam dominus, quaſi impar ſumptui dereliquerit, vel quam ſibi neceſſariam non putauit? onerauit,*

*rauit, (inquit) dominum ſecundum Labeonis ſententiam: eum vnicuique liceat & damni infecti nomine rem derelinquere. Sed iſtam ſententiam Celſus eleganter deridet.* Vtriusque ſectæ frequens fit in Pandectis mentio. Sic VLPIANVS l. 11. π. de donat. inter vir. & vxorem *placuiſſe ſcio Sabinianis*, & MARCIANVS l. 11. π. de acquirendo rer. dom. *ita Sabinianis viſum eſt, quæ ſententia vera eſt* & l. 3. C. de poſth. hered. inſtit. *cumque Sabiniani exiſtimabant.* De Caſſianis PLINIVS *lib. VII. ep. XXII. Lætor etiam, quod domus aliquando C. Caſſii, huius qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori:* PAVLLVS in l 35. π. §. 3 de mort. cauſa donat. *nec dubitauerunt Caſſiani, quin condictione repeti poſſet:* Idem in l. 18. π. de furtis: *ſi ſeruus tuus furtum mihi fecerit & Dominus eius effectus, eum vendidero, non poſſe me agere cum debitore Caſſiani putant.* Prolixius de ſingulis agit, aliosque Pomponio non memoratos, qui illas ſectas fouerint, ad longum exponit BOEKELEN *c. V. & VI.* Diuerſam autem horum ICtorum indolem, præter EMVNDVM MERILLIVM *obſeru. lib. II. c. IV.* exponit BOEKELEN *cap. VII.* De Pegaſo ICto agit etiam MENAGIVS *Amœnit. Iuris c. XVII.* & ſingulari Programmate de anno 1673. IO. STRAVCHIVS.

†††† Diſſentientes eorum opiniones ſæpius referuntur. Sic §. 2. I. de emptione venditione. *Sabinus & Caſſius etiam in alia re putabant pretium poſſe conſiſtere.* Sed ſtatim ſequitur: *diuerſæ ſcholæ auctores contra ſentiebant.* §. 8. I. de mandato *vt Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi vsque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed diuerſæ ſcholæ auctores recte vsque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſane benignior eſt.* l. 1. §. 1. π. de contrah. emptione. *ſed, an ſine nummis venditio dici hodie quæ poſſit, dubitatur. veluti ſi ego togam dedi, vt tunicam acciperem. Sabinus & Caſſius eſſe emptionem & venditionem putant, Nerua & Proculus permutationem non emptionem hoc eſſe.*

††††† Patet hoc ex variis legibus, in quibus diuerſarum ſcholarum ſententiæ recenſentur, vel dubia mota, tertia tamen accipitur. Sic VLPIANVS tit. XI. §. XXVIII. *liberantur tutela, maſculi quidem pubertate. Puberem autem Caſſiani quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt: Proculeii autem, eum qui quatuordecim annos expleuit: verum Priſcus eum puberem eſſe, in quem vtrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum.* §. 25. I. de rer. div. *quum ex aliena materia ſpecies aliqua facta ſit ab aliquo, quæri ſolet, quis eorum naturali ratione dominus ſit: vtrum is qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? - - & poſt multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem placuit media ſententia exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſſit, eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit: ſi non poſſit reduci, eum potius intelligi dominum qui fecerit.* Patet etiam hoc ex legibus, vbi formulæ occurrunt *magna dubitatio fuit* vtpote l. 73. §. 1. π. ad L. Falcidiam vbi ſtatim ſequitur: *ſed hoc iure vtimur* l. 11. § 6. π. eod. *verior eſt diuerſa ſententia exiſtimantium* l. 1. §. 3. π. ad SCtum Trebell. *ſublata eſt dubitatio eorum.* In eiusmodi contrariis ſententiis autem penes Principem erat litis arbitrium. Sic ex conſilio Neratii & Ariſtonis reſpondet TRAIANVS *l. vlt. π. ſi a parente quis manum.* VLPIANVS l 3. π. de teſtamento militis *ſecundum noſtram ſententiam etiam Diuus Marcus reſcripſit.* BOEKELEN *p. 12. 55.* IAC. GOTHOFREDVS *Man. Iuris c. VII. p. 28. vltra Hadrianum & Antoninum Pium ſectarum iſtarum ſequaces, vix reperiuntur: quinimo refrixiſſe hæc diſſidia verius eſt. Hinc exorti ſunt medii ICti in nullius iurare verba parati.*

†††††† Dio

†††††† DIO CASSIVS *lib. LIII. p. 511.* ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡ βουλὴ πᾶσα, ὡς καὶ πρότερον *quum nihilominus ſenatui quoque ſua eſſent, vt prius, iudicia.*

††††††† SVETONIVS *Auguſto* c. XXXIII. *appellationes quotannis vrbanorum quidem litigatorum prætori delegauit vrbano: at prouincialium, conſularibus viris, quos ſingulos cuiusque prouinciæ negotiis præpoſuiſſet.* De Caligula vero c. XVI. *Magiſtratibus liberam iurisdictionem & ſine ſui appellatione conceſſit.* De Nerone c. XVII. *cautum, vt omnes appellationes a iudicibus ad ſenatum fierent.* Clarius vero TACITVS Ann. XIV. c. XXVIII. *auxitque Patrum honorem, ſtatuendo, vt qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius ii qui Imperatorem appellauere, nam antea vacuum id, ſolutumque pœna erat. Creſcente vero Præfecti vrbis auctoritate, decretum, vt ab omnibus Iudicibus ordinariis ad ipſum prouocaretur.* Sic enim in epiſtola Senatus ad Curiam Carthaginienſem, apud VOPISCVM Floriano c. V. *omnis prouocatio præfecti vrbis erit: quæ tamen a proconſulibus & ab ordinariis iudicibus emerſerit, in quo quidem etiam veſtram in antiquum ſtatum rediſſe credimus dignitatem* & cap. VI. *nos recepimus ius proconſulare, redierunt ad præfectum vrbis appellationes omnium poteſtatum, & omnium dignitatum.* l. 17. C. de appellationibus *ſi apud vtrumque prætorem, dum quæſtio ventilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectum: præfectura vrbis iudicium ſacrum appellator obſeruet.* & l. 13. C. Theod. eod. Conſtantinus M. Imp. ad Iulianum P. Vrbi reſcribit: *nonnulli Iudicum inferioris gradus a ſententiis ſuis interponi prouocationis auxilium ægre ferentes, id efficiunt, vt nobis eorum Relationes non neceſſaria & inſolentes, ingerantur. Igitur volumus cum ab eorum ſententiis fuerit prouocatum, ſuper ea quæſtione; cuius appellatione interpoſita, Iudices eſſe deſierunt, minime eos ad noſtram referre Clementiam, ſed Grauitatis Tuæ, cui noſtram vicem commiſimus, ſacrum auditorium expectetur.* A præfecto vrbis vero ad Imp. fuiſſe adpellatum docet nos *Lex Aemilius 38. π. de Minoribus l. 11. C. Th. de his, qui per met. iud. l. 23. C. Th. de appellat.* Vid. B. STRYKII *Diſſ. ad L. Aemilius.* CELLARIVS *de Proc. Romano c. VI.* Diuerſas adpellationum formulas collegit BRISSONIVS *lib. V. p. 465.*

## §. IV.

Mutabantur tamen cum Regimine etiam Magiſtratus. Præcipuus inter omnes erat PRÆFECTVS PRÆTORIO. Horum dein duos primum conſtituit Auguſtus, * idque ex Mæcenatis conſilio, vt ſi vnus Principi infidus, altero ſe tueretur. ** Succeſſores modo vnum, modo duos, modo tres, habuerunt. *** Legebantur iſti primum ex equeſtri ordine, dein etiam hos ſenatorii ordinis eſſe voluit Alexander Seuerus. **** & quidem ad vicem Magiſtri equitum quem olim Dictatores legebant. ***** Cohortibus præerant prætoriis, in tantum vero per Aelium Seianum potiſſimum, ipſorum poteſtas fuit elata, vt poſtea omnium caſtrorum regimen ſibi vindicarent: ****** immo etiam gerendæ Reip. manum admouerent, ******* nec ab ipſorum ſententia poterat adpellari. † Inſigne

*Præfectus Prætorio.*

ſigne ipſorum gladius erat, qui ipſis cum dignitate dabatur, vt hoc ipſo quoque in Imp. armarentur †† Conſtantinus M. vero, cum prætoriani aduerſus ipſum fuiſſent, Maxentio fauentes, eosdem, caſtro prætorio diruto exauctorauit, & dum Imperium Romanum in quatuor partes diuiſiſſet, totidem conſtituit Præfectos Prætorio per Orientem, Illyricum, Italiam & Africam, & per Gallias. †††

* DIO CASSIVS *lib. LV. p. 555.* τότε δὲ πρῶτον καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξεν *prætorianorum quoque militum duos præfectos tum primum inſtituit.*

** Sic enim Mæcenas ad Auguſtum apud DIONEM lib. LII. pag. 480. τῶν δὲ δὴ ἱππέων δύο τοὺς ἀρίστους τῇ περὶ σὲ φρουρᾷ ἄρχειν. τό, τε γὰρ ἑνὶ ἀνδρὶ αὐτὴν ἐπιτρέπεσθαι, σφαλερόν, καὶ τὸ πλείοσι, ταραχῶδές ἐστι. δύο τε οὖν ἔστωσαν οἱ ἔπαρχοι οὗτοι, ἵνα ἂν καὶ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐπαισθηταί τι τῷ σώματι, μήτοιγε καὶ ἐνδεὴς τοῦ φυλάξοντός σε εἴης *proinde ex equitibus duos quosdam præſtantiſſimos ſatellitio tuo præficies. Nam vni id committere, periculo; multis vero, turbis non caret. Duo igitur ſint, & ſi alter etiam inſidias tibi creare conetur; tamen habeas adhuc, qui te cuſtodiat.*

*** Sub Tiberio duos fuiſſe, docet nos TACITVS I. Ann. c. XXIV. *ſimul prætorii præfectus Aelius Seianus, collega Straboni patri ſuo datus, magna apud Tiberium auctoritate, rector iuueni, & ceteris periculorum præmiorumque oſtentatur.* Licet poſtea hanc poteſtatem ſolus ſibi ſumſiſſe videatur Seianus, de quo ſtatim. Sub Commodo Præfectorum iterum fuerunt duo. Sic enim HERODIANVS *lib. I. cap. IX.* ὁ δὲ Κόμμοδος δύο τοὺς ἐπάρχους καταστήσας, ἀσφαλέστερον ᾠήθη, μὴ ἑνὶ πιστεύειν τοσαύτην ἐξουσίαν· μερισθεῖσαν δὲ αὐτὴν, ἀσθενεστέραν ἔσεσθαι ἤλπισε πρὸς τὴν βασίλειον ἐπιθυμίαν. *poſt hæc Commodus duos conſtituit præfectos, tutius fore ratus, tantam illam poteſtatem non vni duntaxat credere, ſed diſſectum in partes imbecilliorem eo pacto contra principem reddere.* LAMPRIDIVS vero Commodo c. VI. *in potentia quidem Cleander Perenni ſucceſſerat: in præfectura vero Niger, qui ſex tantum horis præfectus prætorii fuiſſe perhibetur. Mutabantur enim præfecti prætorii per horas ac dies, Commodo peiora omnia quam fecerat ante, faciente.* De Seuero *lib. III. c. XIII.* ὁ δὲ Σεβῆρος τοὺς μὲν λοιποὺς ὑπάρχοντας δύο τῶν στρατοπέδων κατέστησεν. *Cæterum Seuerus, duobus præfectis militaribus conſtitutis.* De Caracalla *lib. IV. c. XII.* ἦσαν δὲ αὐτῷ ἐπάρχοντες τοῦ στρατοπέδου δύο· ὁ μὲν, πρεσβύτης πάνυ, τὰ μὲν ἄλλα ἰδιώτης καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀπείρως ἔχων, στρατιωτικὸς δὲ γεγονέναι δοκῶν. Αὔδεντος ὄνομα αὐτῷ· ὁ δὲ ἕτερος, Μακρῖνος μὲν ἐκαλεῖτο, τῶν δὲ ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως εἶχε, καὶ μάλιστα νόμων ἐπιστήμης *erant præfecti exercituum duo, Audentius & Macrinus, quorum alter, ſenex iam, rerumque ciuilium plane rudis, haud tamen imperitus rei militaris habebatur: alter & in foro verſatus, & legum conſultiſſimus.*

**** Patet hoc ex DIONIS loco modo allegato *lib. LII. p. 480.* & SVETONIO vita Titi c. VI. *præfecturam quoque prætorii ſuſcepit, numquam ad id tempus, niſi ab equite R. adminiſtratam.* De Alexandro Seuero vero LAMPRIDIVS *c. XXI. præfectis*

*præ-*

*prætorio ſuis ſenatoriam addidit dignitatem, ut viri clariſſimi & eſſent & dicerentur: quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat: eouſque ut ſi quis imperatorum ſucceſſorem præfecto prætorii dare vellet; laticlavium eidem per libertum ſubmitteret, ut in multorum vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco ſenatores eſſe voluit præfectos prætorii, ne quis non ſenator de Romano ſenatore iudicaret.*

***** *L. un. pr. π. de Off. Præf.* ex Aurelii Arcadii Chariſii, Magiſtri libellorum libro ſingulari de Officio Præfecti Prætorio. *Breviter commemorare neceſſe eſt, unde conſtituendi præfectorum prætorio officii origo manaverit. Ad vicem magiſtri equitum præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe, a quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt. Nam cum apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui adſociati participales curæ (admilitiæ gratia) ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipublicæ ad imperatores perpetuos translatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum præfecti prætorio a principibus electi ſunt, data eſt plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem.*

****** Tacitus Ann. IV. c. II. *Vim præfecturæ modicam antea intendit. Etenim cum Auguſtus numquam plures, quam tres Cohortes in urbe paſſus eſſet, eaſdemque ſine caſtris; reliquas in hyberna & æſtiva circa finitima oppida dimittebat. Sed Tiberius Seiani artibus diſperſas per Urbem cohortes una in caſtra conducendo; ut ſimul imperia acciperent, numeroque & robore, & viſu inter ſe, fiducia ipſis, in ceteros metus crederetur. Prætendebat laſcivire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubveniri; & ſeverius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul urbis inlecebris. Ut perfecta ſunt caſtra, inrepere paullatim militares animos, adeundo, appellando, ſimul centuriones ac tribunos ipſe deligere. neque ſenatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut provinciis ornando, facili Tiberio atque ita prono, ut ſocium laborum, non modo in ſermonibus, ſed apud Patres & populum celebraret; colique per theatra & fora effigies eius, interque principia legionum ſineret.* Hinc etiam Suetonius Tiberio c. XXXVII. *Romæ caſtra conſtituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſa, continerentur.*

******* Sic enim Macrinus de præfectura prætorii apud HERODIANUM *lib. V. c. I.* καὶ τὸ πρᾷον τῆς διοικηθείσης πρότερον πράξεως, οὐ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδεούσης, (ὅπουγε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχοις τῶν στρατοπέδων πεπίστευται) *quæ manſuetudo in ea poteſtate explicata, quæ non multum abeſt a principatu (ſiquidem ipſe quoque imperator fidei ſe præfecti cohortis credit.* ZOSIMUS etiam *lib. II. c. XXXII.* hoc modo ipſorum deſcribit poteſtatem: δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τούτων ᾠκονομεῖτο φροντίδι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακήν, καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, καὶ τῶν σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις, καὶ τὰ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκούσαις ἐπανώρθου κολάσεσι *nam quum duo eſſent præfecti prætorio, qui hoc officium communiter gerebant: non palatini tantum ordines eorum cura poteſtateque gubernabantur, ſed etiam ii, quibus urbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati.*

Gg Hic

*Hic enim præfectorum prætorio magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem diſciplinam admiſſa conuenientibus pœnis corrigebat.* Teſtatur de eo Inſcriptio Vetus apud GRVTERVM f. 439. n. 4.

MISITHEO
EMINENTI. VIRO.
PARENTI PRINCIPVM
PRÆF. PRÆTORIO
ET TOTIVS VRBIS
TVTORI REIP.
S. P. Q. R.
VICEM REDDIDIT.

Hinc tot ipſi in Legibus tribuuntur elogia. *Excellens auctoritas* l. 1. C. Th. de paſcuis, *excelſa ſedes* l. 17. C. Th. de numerar. & actuar. *ſublimis auctoritas* l. 52. C. Th. de curſu publico & l. 9. C. eod. *illuſtris præſtantia* l. 10. C. Th. de diuerſis officiis, *miranda ſublimitas*, *illuſtris magnificentia* l. 10. C. Th. de diuerſis offic. *Celſitudo* l. 15. C. Th. de accuſationibus *excellens eminentia* l. 9. C. Th. de indulgent. crimin. *ſpes magnificentiæ Principalis* l 15. C. Th. de potionib. vltr. dat. *in ſumma adminiſtratione poſita poteſtas* l. 1. C. Th. ne ſine iuſſu princ. *magnifica ſedes* l. 8. C. de defenſor. ciuitatum *magnitudinis* l. 8. C. de poſtulando. *ſedes culminis* l. 10. C. de aduocat. diuerſ. iudic. *apex ſublimis Præfecturæ* l. 7. C. Th. de honorar. præfect. *faſtigium ſummum* l 8. C. eod. *quod rerum illi ſumma commiſſa eſſet*, l. 1. C. de officio vicarii & *ſummam Iudiciorum teneret* l. 1. C. Th. de Epiſc. Iudicio. Vinctorum quoque ipſum curam habuiſſe, teſtatur PLINIVS *lib. X. ep. LXV. qui a Iulio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, quum per biennium agendi facultatem habuerit, ſi exiſtimabat ſe iniuria relegatum, neque id fecerit, atque in prouincia morari perſeuerauerit, vinctus mitti ad præfectos prætorii mei debet.* Exinde intelligi deberi putamus Acta Apoſtolorum cap. XXVIII. v. 16. ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ *& poſtquam Romam venimus, Centurio tradidit vinctos Præfecto Prætori.* Pluribus horum poteſtatem, dignitatem & Officium perſequitur IACOBVS GVTHERIVS *de Officiis Domus Auguſtæ lib. II. cap. I. II. III. IV. V.* BVLENGER *de Imperio Romano lib. III. cap. II.* PANCIROLLVS *Not. dign. vtriusque Imperii c. V.*

† L. vn. §. 1. π. de Off. Præf. prætorio. *His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, vt appellari a præfectis prætorio non poſſit. Nam cum ante quæſitum fuiſſet, an liceret a præfectis prætorio appellare, & iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerunt: poſtea publice ſententia principali lecta, appellandi facultas interdicta eſt. Credidit enim princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus. §. 2. Subnixi ſunt etiam alio priuilegio præfecti prætorio: ne a ſententiis eorum minores ætate ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis præfectis prætorio, reſtitui poſſent.*

†† Sic enim PLINIVS *Panegyrico c. LXVII.* Traianum inducit loquentem: *ego quidem in me, ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam præfecti manum armaui.* Plenius hæc explicat XIPHILINVS *p. 248.* ἀλλὰ καὶ ὅτε πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν, τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, ὤρεξεν, ἐγύ-

ἐγύμνωσέ τε αὐτὸ καὶ ἀνατείνας ἔφη Λάβε τοῦτο τὸ ξίφος, ἵνα ἂν μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἂν δὲ κακῶς κατ᾽ ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ *euidam etiam principio quum præficeret eum prætorianis cohortibus, atque ipſum ob eam cauſam gladium accingere oporteret, Traianus nudum porrexit, dixitque Accipe, inquit, gladium, quem pro me, ſi bene atque ratione imperauero, diſtringes: ſin minus, eo ad interitum meum vtere.* Inter CASSIODORI *Formulas lib. VI. ep. III.* occurrit Formula Præfecti Prætorio. Vid. & FABRI *Semeſtria lib. I. c. III.*

††† Hoc ZOSIMVS plenius expoſuit *lib. II. c. XXXIII.*

## §. V.

*Magiſtri Scriniorum* *Procuratores & Aduocati Fiſci.* *Curatores.* *Præſides Prouinciarum.* *Officia Domus Auguſtæ.* *Conſules Ordinarii & ſuffecti.* *Præfectus Vrbis.*

Præter hunc MAGISTRI SCRINIORVM veniunt, quod munus erat ICtorum. Scrinia autem vel Memoriæ erant, vel Epiſtolarum vel libellorum, vel diſpoſitionum. Conueniebant ideo cum noſtris Cancellariis. * Reditibus Imperatorum præerant PROCVRATORES & ADVOCATI FISCI, qui & in rebus fiſcalibus iudicandi gaudebant poteſtate. ** Habebant etiam Impp. varios CVRATORES. *** In Prouinciis præerant PRÆSIDES, **** qui poſteriori tempore dicti fuerunt CORRECTORES. ***** Alia officia erant Aulica, dicta a Palatio Palatina, vel OFFICIA DOMVS AVGVSTÆ. ****** Dum autem vmbra adhuc ſupereſſet Reipublicæ, manſit etiam officium Conſulare, quod vel ipſi Impp. accipiebant, vel aliis etiam relinquebant, quod per annos vt olim mutabatur, atque in Faſtis adhuc Conſulum nomen præferebatur. ******* Erant autem CONSVLES vel *Ordinarii* vel *ſuffecti.* Ordinarius erat, qui ordine eligebatur. Suffectus dicebatur, dum ipſi Impp. adſumto quidem Conſulatu ordinario, alium in ſuum locum ſufficerent. † Continuabatur hoc vsque ad tempora Iuſtini II. qui perpetuum ſumſit Conſulatum. †† Sic etiam ex priſtina Reip. forma PRÆFECTVS VRBIS remanſit, cuius non permagna erat auctoritas. ††† Magiſtratus autem non fauore populi, ſed Principis cura conferebantur.

* LAMPRIDIVS Alexandro Seuero c. XV. *negotia & cauſas prius a ſcriniorum principibus, & doctiſſimis iuriſperitis & ſibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita referri ad ſe præcepit.* Facit huc Titulus Codicis *de Magiſtris ſacrorum ſcriniorum* & ad eum IACOBVS GOTHOFREDVS. PANCIROLLVS *Not. Imp. Occid. cap. XLV.* IAC. GVTHERIVS *de Officiis domus Auguſtæ lib. II. c. X.* BVLENGER *de Imperio Romano lib. IV. c. XII.*

** Inſtitutum hoc Auguſti Imp. de quo DIO CASSIVS *lib. LIII. pag. 506.* καὶ τοὺς ἐπιτρόπους (οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν.) ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει· πλὴν καθ᾽ ὅσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ᾽

ὧν ἀρχόντων ἐς πρόσοδον *imperator etiam curatores (ſic enim ii vocantur, qui publicos reditus colligunt, certasque impenſas faciunt) in omnes ſuas ac populi prouincias, ex equitibus alios, alios ex libertis, mittit: eo dempto quod proconſules, quibus locis præſunt, ipſi tributa exigunt.* De iudicandi ipſorum poteſtate SVETONIVS *Claudio c. XII. ut rata eſſent, quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, precario exegit.* Et plenius TACITVS Ann. XII. c. LX. *eodem anno ſæpius audita vox Principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. ac ne fortuito prolapſus videretur, Senatus quoque conſulto cautum, plenius quam antea & uberius.* Ipſe etiam Procurator ab aliis poterat conueniri. Sic enim PLINIVS Panegyrico c. XXXVI. *dicitur actori atque etiam procuratori tuo; in ius veni; ſequere ad Tribunal.* Vid. Titulus Pandectarum *de Officio Procuratoris Cæſaris.* IAC. GVTHERIVS *de Officiis domus Auguſtæ lib. III. c. XXXIII.* BVLENGER *lib. III. c. XIX.*

*** SVETONIVS de Auguſto c. XXXVII. *quoque plures partem adminiſtrandæ reip. caperent, noua officia excogitauit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidundi, præfecturam vrbis, triumuiratum legendi ſenatus, & alterum cognoſcendi turmas equitum, quotiescunque opus eſſet.* Variorum Curatorum aliorum, ab Auguſto conſtitutorum mentionem quoque facit DIO CASSIVS *lib. LIV. p.* 540.

**** Originem hoc habet ex Diuiſione Prouinciarum Romanarum ab Auguſto Imp. facta, apud DIONEM *lib. LIII. p.* 503. Quo facit Titulus Pandectarum *de Officio Præſidis.* GVTHERIVS *lib. I. c. V.* BVLENGER *lib. IV. c. XXXVII.*

***** Sic *in L. 12. π. de Officio Præſidis* coniunguntur correctores & præſides prouinciæ l. 20. π. eod. *legatus Cæſaris, id eſt, præſes vel corrector prouinciæ, abdicando ſe non amittit imperium.* Sic Tetricus antea Imperator, poſtea corrector Lucaniæ fuit factus, ſecundum EVTROPIVM *lib. X. c. IX.* Corrector etiam Africæ & Illyrici occurrit apud GRVTERVM *f. CCCLXXXVI. n.* 3. Prouinciæ Siciliæ *f. MCII. n.* 8. BVLENGERVS *lib. IV. c. XXXVII.*

****** Facit ad easdem noſcendas *Notitia vtriusque Imperii cum Orientis, tum Occidentis, vltra Arcadii & Honorii tempora*, quæ primum ſeparatim prodiit, cura PHILIPPI LABBEI, *Pariſiis* 1651. 12. cum eruditiſſimo autem Commentario GVIDONIS PANCIROLLI, *Lugduni* 1608. f. & in Tomo ſeptimo Theſauri Antiquitatum Græuiani, qui plurimum facit ad illuſtrandas varias Codicis Leges. Acceſſit eiusdem Tractatus *de Magiſtratibus Municipalibus*, qui ſeparatim alias non prodiit. Eodem ſpectat IVLII CÆSARIS BVLENGERI *Opus de Imperatore & Imperio Romano*, quod & omnia ſub Impp. nota Magiſtratuum officia explicat, nec minorem præſtat vtilitatem. Ad hæc, & potiſſimum Palatina Officia faciunt IACOBI GVTHERI *de Officiis Domus Auguſtæ publicæ & priuatæ libri tres*, qui prodierunt *Pariſiis* 1628. 4. & *Lipſiæ* 1672. 8. multa induſtria conſcripti, ex marmoribus Romanis plurimum illuſtrati. Recenſionem huius libri adgreſſus eſt GEORGIVS BEYERVS *not. Aut. Iurid. ſpec. II. p.* 95.

******* Faciunt huc Faſtorum Scriptores, quos capite iamdum ſuperiori §. *XIX.* longa ſerie expoſuimus, potiſſimum vero PETRI RELANDI *Faſti Conſulares*, qui ad Conſulatus Impp. potiſſimum ſpectant. Præ cæteris lucem hic ſingularem præbet ANTONII PAGI *Diſſertatio Hypatica, ſeu de Conſulibus Cæſareis*, quam occaſione Inſcriptionis Foroiulienſis Aureliani Auguſti ſcripſit *Lugduni* 1682. 4. quo ab Auguſti temporibus vsque ad Aureliani, atque annum CCCLXXV. progreditur, & ſingulorum

Digitized by Google

lorum Impp. Conſulatus tum ordinarios, tum ſuffectos erudite examinat.

† Suffecti quidem Conſules libera republica iamdum noti erant, ſed vt mortuo ſaltem Conſuli alius ſufficeretur, de quo CICERO lib. VII. ep. XXX. *in campo certe non fuiſti, cum hora ſecunda, comitiis quæſtoris inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet: quo mortuo nuntiato, ſella ſublata eſt. Ille autem, qui comitiis tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit: conſulem hora ſeptima renuntiauit, qui vsque ad Kalendas Ian. eſſet: quæ erant futura mane poſtridie.* Sub Impp. vero ſufficiebantur viuis adhuc Impp. Populus equidem eiusmodi ſuffectos tolerare primum nolebat, de quo SVETONIVS Cæſare c. LXXX. *Q. Maximo ſuffecto, trimeſtrique conſule theatrum introeunte, cum lictor animaduerti ex more iuſſiſſet, ab vniuerſis conclamatum eſt: non eſſe conſulem eum. Verum Auguſtus, poſtquam Imperium ipſi plenius fuiſſet delatum, eundem morem plane introduxit.* De quo SVETONIVS Auguſto c. XXVI. *nam die Kalendarum Ianuarii, cum mane pro æde Capitolini Iouis paullulum curuli ſella præſediſſet, honore abiit, ſuffecto alio in locum.* Ipſi tamen Impp. quandoque etiam demortuis ſuffecti. Sic enim SVETONIVS Claudio c. XIV. *Conſulatus ſuper priſtinum quatuor geſſit: ex quibus duos primos iunctim: ſequentes per interuallum, quarto quemque anno, ſemeſtrem nouiſſimum, bimeſtres cæteros, tertium autem, nouo circa principem exemplo in locum demortui ſuffectus.* Sub Commodo Imp. viginti quinque Conſules in vnum annum memorat LAMPRIDIVS *c. VI.*

†† Patet hoc ex Faſtis Conſularibus, dum in iisdem ſolum ſemper Imp. nomen videamus. De quo ANTONIVS PAGI cap. III. n. 2. p. 329. *abrogatus videbatur Conſulatus, cum Iuſtinus Iunior anno* 565. *Imperator ſalutatus eſt. Iam enim ab annis viginti quinque nullus Conſul deſignatus fuerat, hæcque intermiſſio non parum populis moleſta accidebat ob donatiua præſertim ac munera a Conſulibus eam dignitatem ineuntibus ſpargi ſolita. Voluit itaque Iuſtinus eam reſtituere, ſed diuerſa prorſus ratione ab ea, quæ hucusque in vſu fuerat. Conſulatum enim a priuatis ad Imperatores tranſtulit, perpetuum reddidit, cum ſine Collega geri ſtatuit, & ab illo non minus quam ab Imperio, annos in Actis publicis dinumerari conſtituit; quod & a ſucceſſoribus poſtea ad Conſtantinum Pogonatum vsque obſeruatum, cum hoc tantum diſcrimine, quod ipſe, Mauricius, & Conſtans ſecundo tantum Imperii anno Conſulatum inierint; Tiberius vero & Heraclius anno Imperii primo. Ab eo igitur tempore cuiuslibet Auguſti duæ Epochæ fuerunt, altera ab Imperio, quam nuper Iuſtinianus inuexerat, altera a Conſulatu deducta; quarum hæc illi ſemper poſterior erat.*

††† Dictum de eo capite ſuperiori §. *XXV.* Auguſtus Imp. hanc dignitatem reſtituit, auxitque, de quo TACITVS Ann. VI. c. X. XI. de L. Piſone ſcribens: *ſed præcipua ex eo gloria, quod præfectus Vrbi recens, continuam poteſtatem, mire temperauit. Namque antea profectis domo regibus, ac mox magiſtratibus, ne Vrbs ſine Imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac ſubitis mederetur. Feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos. dein Conſules mandabant; duratque ſimulacrum quotiens ob ferias Latinas præficitur qui conſulare munus vſurpet. Ceterum Auguſtus bellis ciuilibus Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit e conſularibus qui coërceret ſeruitia, & quod ciuium audacia turbidum niſi vim metuat. primusque Meſſalla Coruinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit,*



Digitized by Google

*quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius quamquam prouectia ætate, egregie tolerauit. Dein Piſo Viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus eſt.* Poteſtas eiusdem deſcribitur in Titulo Pandectarum *de Præfecto Vrbis.* Plenius de Præfecto Vrbis egit FELIX CONTELORIVS, cuius Tractatus ſingularis in Alberti Henrici de Sallengre Nouo Theſauro Antiquitatum reperitur, in quo Originem eorundem, Officium, Conſtitutionem & Iura plenius perſequitur.

## §. VI.

*Conamina circa Syſtema Iuris Ciceronis, Pompeii & Cæſaris.*

*Leges & SCta ſub Cæſaribus.*

Manſit quoque ſub primis adhuc Impp. priſtini Iuris ratio. Cicero equidem primus conſilium dederat componendi Iuris Syſtematis, de eodemque librum promiſerat, * quod Pompeius maiore adhuc auctoritate, tentauit. ** Iulius Cæſar etiam ius Ciuile ad certum modum redigere atque ex immenſa effuſaque legum copia, optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros voluit, ſed talia meditantem mors præuenit. *** Auguſtus SCtis, quorum tamen ipſe Auctor factus, & Legibus ſuam reliquit libertatem, quem morem etiam ſucceſſores ipſius fuerunt vſi. Exinde tot Leges Iulias habemus, partim a Iulio Cæſare, partim etiam ab Octauisno Auguſto publicatas. **** Flauius Veſpaſianus Imp. omnia SCta & Plebiſcita ab vrbis exordio in vnum collegit. *****

* Fuerunt quidem iam ante Ciceronem, qui talia tentarent, quo facit *Ius Mutianum* de quo ſuperiori capite *§. XI.* Sic enim POMPONIVS l. 2. §. 41. de Or. I. *poſt hos Quintus Mucius Publii filius Pontifex maximus ius ciuile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo.* De Seruio Sulpicio CICERO Bruto c. XLI. poſtquam ipſum Scæuolæ eſſe præferendum dixerat, addit: *Sic enim exiſtimo, iuris ciuilis magnum vſum & apud Scæuolam, & apud multos fuiſſe: artem, in hoc vno: quod numquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera & falſa iudicarentur, & quæ quibus propoſitis eſſent quæque non eſſent conſequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quaſi lucem, ad ea quæ confuſe ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur.* Apertius vero de Cicerone ait QVINTILIANVS *Inſtit. Orat. lib. XII. c. III.* dicens: *M. Tullius non modo inter agendum nunquam eſt deſtitutus ſcientia iuris, ſed etiam componere aliqua de eo cœperat.* Prouocat ad illum GELLIVS lib. XXII. c. I. *M. autem Cicero in libro qui inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redigendo, verba hæc poſuit: nec vero ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Aelius Tubero defuit; doctrina etiam ſuperfuit, in quo loco, ſuperfuit ſignificare videtur, ſupra fuit & perſtitit, ſuperauitque maiores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti, tum & nimis abundanti.*

** ISIDORVS Etym. lib. V. cap. I. *Leges autem redigere in libros primus conſul Pompeius inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit, obtrectatorum metu*, quod etiam repetitur *cap. II. diſt. VIII.* Licet autem alii Scriptores de hoc fere taceant, teſtis tamen eſt DIO CASSIVS *lib. XL. p.* 145. ipſum iudicia conſtituiſſe. dum ait: πάνυ γὰρ πολλοὶ

ἐπὶ

ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι τούτῳ εὐθυνήθησαν, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι τὰ δικαστήρια ἀκριβέστερον ἐκ τῶν τοῦ Πομπηίου νόμων συνήγετο. πάντας τε γὰρ τοὺς ἄνδρας, ἐξ ὧν τοὺς δικάσοντας ἀποκληροῦσθαι ἐδόκει, αὐτὸς ἐπελέγετο· καὶ τὸν τῶν συναγορευόντων ἑκατέρῳ τῷ μέρη ἀριθμὸν ὥρισεν, ὥστε μὴ ὑπὸ πλήθους αὐτῶν τοὺς δικαστὰς θορυβουμένους ἐκταράττεσθαι· χρόνον τε τῷ μὲν διώκοντι δύο ὥρας, τῷ δὲ φεύγοντι τρεῖς δίδοσθαι ἐκέλευσε. καὶ, ὃ δὲ μάλιστα πλείστοις ἐλυμαίνετο, τινὰς ἐπαινέτας ὑπὸ τῶν κρινομένων δίδοσθαι (πάμπολλοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀξιοπίστων ἐπαινούμενοι ἐξηρπάζοντο) ἐπηνώρθωσε, νομοθετήσας μηδένα ἔτι τὸ παράπαν ἐξεῖναι ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλα τε τινὰ κατὰ πάντων ὁμοίως τῶν δικαστηρίων ἐτάχθη *erant omnino multi quibus ambitus cauſa dies dictus eſſet, maxime quia Pompeii legibus effectum erat, vt iudicia accuratius, quam ante, haberentur. Nam is omnes ipſe delegerat eos, ex quibus iudices ſorte duci deberent: certumque vtrique parti in iudicio certantium aduocatorum numerum finiuerat, ne a multitudine horum iudices confuſi perturbarentur. Ad cauſam vero dicendam actori duas, reo tres horas concedi iuſſerat. Id quoque quod plerumque iudicia corrumpebat, correxerat, interdicto, ne qui reorum laudatores haberentur, aut pro accuſatis deprecarentur. Complures enim eorum, qui rei facti erant, eo modo, viris fide atque autoritate præclaris intercedentibus, iudiciis, erepti fuerunt. Hæc aliaque horum ſimilia de omnibus iudiciis conſtituta erant.*

*** Verba ſunt SVETONII *in vita Cæſaris c. XLIV.* De interrupto hoc per mortem Cæſaris inſtituto, ingenioſe queritur VLRICVS HVBERVS *auſpiciis domeſticis Orat. V. p.* 187. interque alia ſic loquitur: *ſi caruncnlam Senis expectare & tantiſper indomitam regni impatientiam cohibere, quam Rempublicam in caſum dare & ciuilibus bellis maluiſſet, o quam præclaro Magni Dictatoris beneficio Iurisprudentia frueretur! Quando cultius Iuſtiniano (ignoſcant, ſacratiſſimi manes) Caii Cæſaris ingenium, quando melior & doctior Triboniano Sulpicius, quam diſpares Dorotheo neſcio cui, vel Theophilo, Scæuola atque Tiberius, quanto beatior florentis Romæ quam iacentis & a Gothis oppreſſæ tempora, tanto elegantius, tanto concinnius & eruditius (confeſſionem vis veritatis extorquet) Iulianum præ Iuſtinianæo Compendium extaret. Non verſaretur in ore doctorum triſtis querela, fractum nobis & lacerum & eneruе Iuris corpus eſſe relictum. Non repræſentarent deliciæ noſtræ, Pandectæ, quæ rudera magnificentiſſimi ædificii puluere multo diſſipata, quaſi tabulas ornatiſſimæ claſſis ex infelici naufragio reliquas, aut merces pretioſiſſimas irreparabili iactura mari vaſto fluctuantes.*

**** De his Cicero Philippica I. c. IX. *etiamſi nunquam probaui, concordiæ tamen cauſſa multa conſeruanda arbitratus ſum, vt non modo quas viuus Cæſar leges tuliſſet infirmandas hoc tempore non putarem; ſed ne illas quidem, quas poſt mortem Cæſaris prolatas & fixas videtis.* Talis eſt Lex Iulia de adulteriis, de pudicitia, ambitus, Sumptuaria, de quibus plenius ANTONIVS AVGVSTINVS & SCHVBARTVS *Exerc. III. §. XLVIII. ſqq.* Quas reliqui Imp. Leges tulerint, explicat SCHVBARTVS *Exerc. III. §. LIV. ſqq.*

***** SVETONIVS in vita Veſpaſiani c. VIII. *ærearum tabularum tria millia, quæ ſimul conflagrauerant, reſtituenda ſuſcepit, vndique inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii pulcerrimum & vetuſtiſſimum confecit: quo continebantur pæne ab exordio vrbis ſenatusconſulta, plebiſcita.*

§. VII. No-

*quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius quamquam prouecta ætate, egregie tolerauit. Dein Piſo viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus eſt.* Poteſtas eiusdem deſcribitur in Titulo Pandectarum *de Præfecto Vrbis.* Plenius de Præfecto Vrbis egit FELIX CONTELORIVS, cuius Tractatus ſingularis in Alberti Henrici de Sallengre Nouo Theſauro Antiquitatum reperitur, in quo Originem eorundem, Officium, Conſtitutionem & Iura plenius perſequitur.

## §. VI.

*Conamina circa Syſtema Iuris Ciceronis, Pompeii & Cæſaris.*

Manſit quoque ſub primis adhuc Impp. priſtini Iuris ratio. Cicero equidem primus conſilium dederat componendi Iuris Syſtematis, de eodemque librum promiſerat, * quod Pompeius maiore adhuc auctoritate, tentauit. ** Iulius Cæſar etiam ius Ciuile ad certum modum redigere atque ex immenſa effuſaque legum copia, optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros voluit, ſed talia meditantem mors præuenit. *** Auguſtus SCtis, quorum tamen ipſe Auctor factus, & Legibus ſuam reliquit libertatem, quem morem etiam ſucceſſores ipſius fuerunt vſi. Exinde tot Leges Iulias habemus, partim a Iulio Cæſare, partim etiam ab Octauiano Auguſto publicatas. **** Flauius Veſpaſianus Imp. omnia SCta & Plebiſcita ab vrbis exordio in vnum collegit. *****

*Leges & SCta ſub Cæſaribus.*

* Fuerunt quidem iam ante Ciceronem, qui talia tentarent, quo facit *Ius Mutianum* de quo ſuperiori capite *§. XI.* Sic enim POMPONIVS l. 2. §. 41. de Or. I. *poſt hos Quintus Mucius Publii filius Pontifex maximus ius ciuile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo.* De Seruio Sulpicio CICERO Bruto c. XLI. poſtquam ipſum Scæuolæ eſſe præferendum dixerat, addit: *Sic enim exiſtimo, iuris ciuilis magnum vſum & apud Scæuolam, & apud multos fuiſſe: artem, in hoc vno: quod numquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera & falſa iudicarentur, & quæ quibus propoſitis eſſent quæque non eſſent conſequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quaſi lucem, ad ea quæ confuſe ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur.* Apertius vero de Cicerone ait QVINTILIANVS *Inſtit Orat. lib. XII. c. III.* dicens: *M. Tullius non modo inter agendum nunquam eſt deſtitutus ſcientia iuris, ſed etiam componere aliqua de eo cœperat.* Prouocat ad illum GELLIVS lib. XXII. c. I. *M. autem Cicero in libro qui inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redigendo, verba hæc poſuit: nec vero ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Aelius Tubero defuit; doctrina etiam ſuperfuit, in quo loco, ſuperfuit ſignificare videtur, ſupra fuit & perſtitit, ſuperauitque maiores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti, tum & nimis abundanti.*

** ISIDORVS Etym. lib. V. cap. I. *Leges autem redigere in libros primus conſul Pompeius inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit, obtrectatorum metu,* quod etiam repetitur *cap. II. diſt. VIII.* Licet autem alii Scriptores de hoc fere taceant, teſtis tamen eſt DIO CASSIVS *lib. XL. p.* 145. ipſum iudicia conſtituiſſe, dum ait: πάνυ γὰρ πολλοὶ

ἐπὶ

ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι τούτῳ εὐθυνήθησαν, καὶ μάλισθ' ὅτι τὰ δικαστήρια ἀκριβέστερον ἐκ τῶν τοῦ Πομπηΐου νόμων συνήγετο. πάντας τε γὰρ τοὺς ἄνδρας, ἐξ ὧν τοὺς δικάσοντας ἀποκληροῦσθαι ἐδόκει, αὐτὸς ἐπελέγετο· καὶ τὸν τῶν συναγορευόντων ἑκατέρῳ τῷ μέρει ἀριθμὸν ὥρισεν, ὥστε μὴ ὑπὸ πλήθους αὐτῶν τοὺς δικαστὰς θορυβουμένους ἐκταράττεσθαι· χρόνον τε τῷ μὲν διώκοντι δύο ὥρας, τῷ δὲ φεύγοντι τρεῖς δίδοσθαι ἐκέλευσε. καὶ, ὃ δὴ μάλιστα πλείστους ἐλυμαίνετο, τινὰς ἐπαινέτας ὑπὸ τῶν κρινομένων δίδοσθαι (πάμπολλοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀξιοπίστων ἐπαινούμενοι ἐξηπάζοντο) ἐπηνώρθωσε, νομοθετήσας μηδένα ἐπὶ τὸ παράπαν ἐξεῖναι ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλα τε τινὰ κατὰ πάντων ὁμοίως τῶν δικαστηρίων ἐτάχθη. *erant omnino multi quibus ambitus cauſa dies dictus eſſet, maxime quia Pompeii legibus effectum erat, ut iudicia accuratius, quam ante, haberentur. Nam is omnes ipſe delegerat eos, ex quibus indices ſorte duci deberent: certumque vtrique parti in iudicio certantium aduocatorum numerum finiuerat, ne a multitudine horum iudices confuſi perturbarentur. Ad cauſam vero dicendam actori duas, reo tres horas concedi iuſſerat. Id quoque quod plerumque iudicia corrumpebat, correxerat, interdicto, ne qui reorum laudatores haberentur, aut pro accuſatis deprecarentur. Complures enim eorum, qui rei facti erant, eo modo, viris fide atque autoritate praeclaris intercedentibus, iudiciis, erepti fuerunt. Hec aliaque horum ſimilia de omnibus iudiciis conſtituta erant.*

*** Verba ſunt SVETONII *in vita Caſaris c.XLIV.* De interrupto hoc per mortem Cæſaris inſtituto, ingenioſe queritur VLRICVS HVBERVS *auſpiciis domeſticis Orat.V.* p. 187. interque alia ſic loquitur: *ſi carunculam Senis expectare & tantiſper indomitam regni impatientiam cohibere, quam Rempublicam in caſum dare & ciuilibus bellis maluiſſes, o quam praeclaro Magni Dictatoris beneficio Iurisprudentia frueretur! Quando cultius Iuſtiniano (ignoſcant, ſacratiſſimi manes) Caii Caſaris ingenium, quando melior & doctior Triboniano Sulpicius, quam diſpares Dorotheo neſcio cui, vel Theophilo, Scaeuola atque Tiberius, quanto beatior florentis Roma quam iacentis & a Gothis oppreſſa tempora, tanto elegantius, tanto concinnius & eruditius (confeſſionem vis veritatis extorquet) Iulianum pra Iuſtinianeo Compendium extaret. Non verſaretur in ore doctorum triſtis querela, fractum nobis & lacerum & eneruе Iuris corpus eſſe relictum. Non repraeſentarent delicia noſtra, Pandecta, quaſi rudera magnificentiſſimi aedificii puluere multo diſſipata, quaſi tabulas ornatiſſima claſſis ex infelici naufragio reliquas, aut merces pretioſiſſimas irreparabili iactura mari vaſto fluctuantes.*

**** De his Cicero Philippica I. c. IX. *etiamſi nunquam probaui, concordia tamen cauſſa multa conſeruanda arbitratus ſum, vt non modo quas viuus Caſar leges tuliſſet infirmandas hoc tempore non putarem; ſed ne illas quidem, quas poſt mortem Caſaris prolatas & fixas videtis.* Talis eſt Lex Iulia de adulteriis, de pudicitia, ambitus, Sumptuaria, de quibus plenius ANTONIVS AVGVSTINVS & SCHVBARTVS *Exerc. III. §. XLVIII. ſqq.* Quas reliqui Imp. Leges tulerint, explicat SCHVBARTVS *Exerc. III. §. LIV. ſqq.*

***** SVETONIVS in vita Veſpaſiani c. VIII. *arearum tabularum tria millia, qua ſimul conflagrauerant, reſtituenda ſuſcepit, vndique inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii pulcerrimum & vetuſtiſſimum confecit: quo continebantur pane ab exordio Vrbis ſenatusconſulta, plebiſcita.*

§. VII. No-

Digitized by Google

*Hadriani Imp. Edictum Perpetuum.*

§. VII.

Nouam Iuris rationem * introduxit Hadrianus Imp. ** Imperatoriam Maieſtatem magis ſtabilire cupiens, cum Edicta Prætorum quotannis propoſita, per Saluium Iulianum, *** ICtum Afrum circa A. C. CXXX. **** in compendium redigi faceret, qui tamen aliis detractis, de ſuo quædam adiecit ***** Quod EDICTVM eo quod mutationi non obnoxium, PERPETVVM, fuit adpellatum, vt in poſterum non ex Lege Prætoris, ſed Imperatoria auctoritate in perpetuum valeret. ****** Integrum Edictum amplius non ſupereſt, non defuerunt tamen, qui eiusdem Fragmenta ex Pandectis atque ICtorum commentariis colligerent. ******* Hinc factum, vt ſub eodem Hadriano ceſſarent plane SCta & Leges, ſolæ orirentur Principum Conſtitutiones. Licet hoc ipſo nondum ceſſarent ICtorum diſſenſiones. ********

* Plures equidem iam vel Edicta Prætoris compoſuerunt, vel ad illa fuerunt commentati, inter quos de A. Ofilio ſic loquitur POMPONIVS l. 44. π. de Or. I. *Ofilius in equeſtri ordine perſeuerauit. is fuit Cæſari familiariſſimus: & Libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam de Legibus Viceſimæ primus conſcripſit, de iurisdictione: idem edictum Prætoris primus diligenter compoſuit. nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuiſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit.*

** Si coniectari licet, feciſſe hoc Hadrianus videtur, vt Traiano, cuius gloriæ inuidebat nimium, eſſet contrarius. Erat enim Traianus Princeps popularis, Hadrianus vero Monarchiam magis confirmabat. Alludit ad hoc LATINVS PACATVS *Panegyrico, c. XI.* qui legibus imbuiſſe Rempublicam, dicit Hadrianum.

*** De hoc ipſe Iuſtinianus §. 18. de Confirm. Pandectarum *cum & ipſe Iulianus legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, in ſuis libris hoc retulit: Vt ſi quid imperfectum inueniatur, ab Imperiali ſanctione hoc repleatur, & non ipſe ſolus, ſed & Diuus Hadrianus in compoſitione edicti, & ſenatus conſulto quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſime definiuit.* Idem repetitur *l. 2. §. 18. C. de Vet. Iure enucl.* & l. 10. C. de Condict. indebiti. Iuſtinianus Imp. eum vocat *ſummæ auctoritatis hominem & prætorii edicti perpetui ordinatorem.* & l. 15. C. de Vſufructu, vocat eum *ſummum auctorem iuris ſcientiæ.* & l. 5. C. de bonis quæ lib. *tantæ exiſtimationis virum & diſertiſſimum iuris peritum.* Ipſum autem Hadriano adprime fuiſſe carum docet SPARTIANVS *Hadriano c. XVIII.* dum diceret: *quum iudicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed iuriſconſultos, & præcipue Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum aliosque, quos tamen ſenatus omnis probaſſet:* De Seuero vero Imp. dicit SPARTIANVS c. XVII. *Saluii Iuliani decreta iuſſit aboleri:* quod non obtinuit. Licet THOMASIVS *p.* 85. malit, Seuerum anteceſſoris ſui Didii Iuliani decreta voluiſſe aboleri. Male igitur AVRELIVS VICTOR de *Cæſaribus cap. XIX.* hoc Edictum Perpetuum Didio Iuliano Pertinacis Imp. ſucceſſori tribuit, dicens: *Genus ei pernobile, iurisque Vrbani præſtans ſcientia, quippe qui primus edictum, quod varie inconditeque a prætoribus promebatur, in ordinem compoſuerit.* Sequitur eum

GROTIVS

Digitized by Google

GROTIVS *Flor. Sparſ. p.* 641. Cum tamen potius ipſius nepos fuerit, ſecundum EVTROPIVM lib. VIII. c. IX. *poſt eum,* Pertinacem, *Saluius Iulianus rem.p. inuaſit, vir nobilis & iure peritiſſimus ; nepos Saluii Iuliani, qui ſub diuo Adriano perpetuum compoſuit edictum.* Et SPARTIANVS Didio Iuliano ſtatim ſub initium : *Didio Iuliano, qui poſt Pertinacem imperium adeptus eſt, proauus fuit Saluius Iulianus, bis conſul, præfectus Vrbi, & Iuriſconſultus.* Auus autem maternus erat ex Adrumetana colonia, prout ex eodem ſtatim patet. Pater enim Didii Iuliani Imp. erat Petronius Didius Seuerus, Saluii Iuliani neptis Vibia Saluia Vara, Didii Iuliani mater. Vtriusque gentis Diдiæ & Saluiæ Stemma videmus apud REINESIVM *lib. III. Variar. c. II.* & apud RVPERTVM *ad Pomponium lib. III. c. XIII.* Idem etiam demonſtrauit, non Mediolanenſem eum fuiſſe prout voluit GVIDO PANCIROLLVS *lib. I. c. XXXVIII.* ſed Afrum ; e colonia Adrumetina, prout ex lapide antiquo apud GRVTERVM *p. CCCCLVIII.* patet. Priſcum Iauolenum, cui etiam ſucceſſit *l.* 2. *§.* 47. *π. de Or. I.* præceptorem habuit, prout ipſe teſtatur *l.* 5. *π. de Manum. Vindicta.* Quare non Proculeianus fuit, ſed Sabinianus, prout etiam *l.* 30. *π. de liberali cauſa* eius ſe ſententiæ eſſe dicit, cuius Sabinus & Caſſius quoque ſit. Aquitaniam ipſum rexiſſe tradit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *Rer. Aquitan. lib. IV. c. XI.* fit etiam Saluii cuiusdam legati Aquitaniæ mentio in *l.* 12. *π. de cuſtodia reorum.* An vero ille ipſe ſit, dubium adhuc reſtat. Plura de eo habet GVIL. GROTIVS *de Vitis ICtorum lib II. c. VI.* RVPERTVS *p.* 469. 10. STRAVCHIVS *ſingulari programmate in honorem Ephraimi Wagneri a.* 1671. *publicato.* Dnus HAMBERGER. Diſſ. de Edicto Perpetuo c. VI.

**** Annum tali modo definire audet ANT. PAGI *Diſſert. Hypatica p. II. p.* 209. ad A. C. 130. *Q. Fabius Catullinus, & M. Flauius Aper. Hadrianum hoc anno Quindecennalia edidiſſe, vnoque anno anticipaſſe magna mihi ſuſpicio eſt. Nam licet, vti cap.* 5. *huius partis num. VI. diximus, initio Imperii decreuiſſet ea anno decimo quinto exacto celebrare ; nihilominus cum Athenis eſſet, videtur ea edidiſſe. Euſebius enim in Chronico ad annum Abrami* 2147. *qui in currenti anno Chriſti, menſe Septembri incipit, ſcribit : Saluius Iulianus perpetuum compoſuit Edictum, qua de re videnda Conſt. de veter. iur. enucleando. Eo præcipiebatur, vt idem ius in toto Romano Imperio adminiſtraretur, omnesque ciuitates Romanæ Vrbis conſuetudinem ſequerentur.*

***** Breui libello hæc complexum fuiſſe Iulianum, teſtatur Iuſtinianus, dum in præfatione Digeſtorum ad magnum Senatum §. 18. ſic loquitur : καὶ πρόσγε, Ἀδριανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως. ὅτι τὰ παρὰ τῶν προτέρων κατ᾿ ἔτος ἑκάστων νομοθετούμενα, ἐν βραχεῖ τινι συνῆγε βιβλίῳ τὸν κράτιστον Ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβών. *Sed & Diuus Hadrianus piæ memoriæ, quando ea quæ a Prætoribus quotannis edicta fuerant, breui complexus eſt libello, aſſumpto ad id optimo Iuliano.* MENAGIVS *Amœnit. Iuris cap. XXIV.* quod integrum huic Iuliano dedit, Iuliani Digeſtorum Libros nonaginta in Florentino indice adnotatos alios non fuiſſe dicit a libris Edictorum. Sed, cur libellum vocet cum Bertrando exiſtimat, quod Iulianus Prætorum Edicta, quæ breui libello complexus primum fuerat, in his Digeſtorum libris poſtea latiſſime explicauerit. Aſt, SCHVBARTVS *Exerc. III. p.* 634. rectius ait, Iuſtinianum nihil aliud hic intelligere, quam quod ex ingenti numero Edictorum, Iuliani opera, factum fuerit compendium, cum in græcó non libellus dicatur, ſed liber, qui iterum in varias ſectiones diſtingui facile poſſet. Iulianum autem de ſuo quædam adieciſſe, patet ex l. 3. *π.* de coniung. cum emanc. liber. *propter id*

*caput edicti, quod a Iuliano introductum eſt: id eſt, ex noua clauſula.* Patet hoc etiam ex l. 1. §. 1. π. Commodati. *Huius edicti interpretatio non eſt difficilis, vnum ſolum modo notandum, quod, qui edictum concepit, commodati fecit mentionem, cum Pacuuius vtendi fecit mentionem* & l. 1. π. quod metus cauſa, *olim ita dicebatur, quod vi metusue cauſa. ſed poſtea detracta eſt vis mentio.* Vid. HAMBERGER c. VII. Addidiſſe autem Iulianus potiſſimum Saluianum interdictum, aliudque de coniungendis cum emancipato eius liberis, teſtatur IAC. GOTHOFREDVS *Man. Iuris cap. III.*

****** Perpetuum autem dicitur, prout Valentinianus & Gratianus Impp. l. 2. C. de ſentent. ex per. recit. *hac lege perpetuo credimus ordinandum.* Leo & Anthemius l. 6. C. de ſecund. nupt. *hac edictali lege in perpetuum valitura ſancimus.* SCHVBART Exerc. III. p. 635. *Prouocatur ad illud vbi in Legibus prætoria Iurisdictionis fit mentio, vtpote l. 15. C. de legitimis hæred. ſed ſubtiliore tractatu habito, neceſſarium duximus, & ſi quid ex prætoria iurisdictione frugi inuentum eſt, & hoc cum perfectiſſima definitione diſpoſito noſtras leges ampliari.*

******* EGVINARIVS BARO in *Manualium* libris, Edictum Perpetuum ad generales quaſdam theſes & regulas reuocare conatus eſt, de cuius tamen inſtituto ita in præfatione ſua ſentit RANCHINVS: *fuit ea, Eguinarii mens, vt ſingulorum titulorum materiam ad generales quaſdam theſes & regulas reuocaret: quod vt facilius expediret, eas ſæpe confingit leges, eaque edicta, quæ nunquam fuerunt. Aut ſaltem vbi hac de re propoſitum olim fuiſſe edictum conſtat, id quidem, quantum poteſt, reſtituere nititur. ſed ea præterea Edicto tribuit, quæ non eſſe ex edicto, ſed ex ipſorum Iuriſconſultorum placitis, ex Romanorum moribus, ex antiquis legibus, aut nouis Principum conſtitutionibus cuiuis manifeſtum fieri poteſt.* Hic igitur Eruditorum adplauſum, eo quod plurima intermiſcuerit aliena, haut promeritus. Pergit porro Ranchinus de alia Edicti editione dicens: *non tamen Aurelianenſi cuidam qui ante aliquot annos ipſamet perpetui edicti capita, quæ in libris noſtra integra extant, collegit, cætera intacta relinquens. Qua in re nulla ingenii laus, laboris vero exigua. Imo, quod damnes multa ex eis quæ extant, omiſit, tanta fuit hominis iniuria.* Maiora induſtria illud egit GVILIELMVS RANCHINVS, in Monſpelienſi ſchola Anteceſſor, cuius *Edictum Perpetuum a Saluio Iuliano compoſitum*, prodiit *Pariſiis* 1597. 8. In hoc autem non ſolum Edicti Perpetui fragmenta ex Pandectis congeſſit, ſed etiam alia capita, quæ eo facere viderentur, ex iiſdem ſuppleuit, ordine Pandectarum vſus. Audiamus ipſum Ranchinum de inſtituto ſuo in fine Præfationis ita loquentem: *at nobis ea fuit mens, quæ deſiderantur, reſtituere: quod a nobis factum duobus modis: aut integra capita concinnando, eaque eliciendo ex iuriſconſultorum commentariis: aut truncatas, quæ extant ſententias, atque vnicas ſæpe dictiones ſupplendo. Vt autem facile quæ a nobis ſunt, internoſci queant, ipſa Prætorum verba quæ extant hodie, aut in libris noſtris, aut apud alios authores, literis maiuſculis excudenda curauimus, de reliquis liberum iudicandi atque etiam animaduertendi arbitrium cuilibet relinquentes, additis eius rei cauſa ad oram iis locis, vnde petita iſthæc omnia.*

*Vnum eſt, quod in me culpabitur: quod videlicet edictorum iſta capita iuxta ordinem perpetui edicti non diſpoſuerim. Sed ſciant maluiſſe me Iuſtinianeum ordinem ſequi, & nouis ſedibus vnumquodque relinquere, quando nos iis Imperator ipſe ita vti voluit. Duo ſunt tamen quæ adhuc paramus. Primum perpetui edicti ſeries atque ordo, cuius ope Triboniani confuſionem, plumbaturam & ferruminationem dignoſcere queas: ipſaſque ſpecies & corpora ſeparare, atque antiquo ſolo reſtituere. Inuenias enim aliquando capita*

*quæ-*

*quædam ex diuerſis edictis aut commentaria iuriſconſultorum ad diuerſa Edicta pertinentia ſub vno eodemque titulo propoſita. Sæpe etiam vnius edicti capita ſub plures longeque diſtantes titulos relata: quæ mire turbant diſcentium animos. Alterum breues notulæ ad ſingula edicta, quibus & noſtræ contignationis ratio reddatur, & quædam quaſi per indicem explicentur, quæ monitore indigent.* Hoc Ranchini Edictum Perpetuum, vna cum Eiusdem Variarum Lectionum Libris Tribus, aliisque eiusdem commatis ſcriptis nuper demum edidit IO. HERMANNVS SCHMINCKIVS *in Syntagmate Critico Variorum Auctorum Marpurgi* 1717. 4. Ranchini vero curas ſuperauit IACOBVS GOTHOFREDVS, dum ſcilicet ordinem Edicti, ex veterum ICtorum, Iuliani, Vlpiani, Pauli, Caii, Calliſtrati, Pomponii & cæterorum ICtorum, e quorum ſcriptis Pandectæ fuerunt compoſitæ, Commentariis eruit, atque inter *Fontes Iuris Ciuilis* edidit *Geneuæ* 1653. 4. Variis etiam Corporis Iuris editionibus, hæc Edicti Perpetui Fragmenta videmus adiecta In noſtra Academia LAVRENTIVS ANDREAS HAMBERGERVS de Edicto Perpetuo Diſſertationem ventilauit anno 1714. in cuius capite primo, *Oeconomiæ Edicti Perpetui* FLORENTIS PETRI PITTENII apud Batauos recudendæ conſilium cepiſſe HENRICVM BRENCKMANNVM auctor eſt, atque EVERARDVM OTTONEM Duisburgenſium ICtum in *Hiſtoria Edicti Perpetui* concinnanda eſſe occupatum. Idem Hambergerus vero de auctore eiusdem Iuliano, quid anſam dederit Edicto, quidue præſtitum in eodem fuerit, erudite perſequitur, & potiſſimum cap IX. vbi in Pandectis dicatur, *ait Prætor, edixit Prætor*, ex Edicto hoc eſſe deſumtum teſtatur.

******** De hoc plenius THOMASIVS *de Næuis Iuriſprud. p.*82. Conſtitutiones Impp. Hadriani & ſequentium Pandectis atque Codici inſertas recenſuit STIRNIVS *de Conſtit. Principum p.* 216.

## §. VIII.

*Scriptores Inſtitutionum Iuris & Fragmenta veterum ICtorum.*

Dum igitur omnia ad Edictum hoc Perpetuum atque Impp. Conſtitutiones redirent, Commentatores non ſolum ad Edictum Perpetuum fuerunt ſuborti, * ſed etiam TITVS CAIVS ICtus, Iuliani diſcipulus ſub Hadriano & Antonino Pio, ** *Inſtitutionum* libros quatuor compoſuit, quibus breuiter omnem Iurisprudentiam abſolueret, & Ius Perpetui Edicti complecteretur, qui in iisdem tradendis eundem ordinem fuit ſecutus. *** Harum admodum deprauata Epitome ab ANIANO, Alarici Gothorum Regis conſiliario fuit confecta. **** Secutus hunc eſt AELIVS MARCIANVS, qui ſub Seuero Imp. vixit, & ſedecim ſcripſit libros *Inſtitutionum.* ***** FLORENTINVS *Inſtitutionum* libros XI. ****** ſcripſit. CALLISTRATO libri tres tribuuntur. † IVLIO PAVLLO debemus *Sententiarum Receptarum* ad Filium libros V. & *Inſtitutionum* libros II. †† DOMITIVS VLPIANVS præter *Inſtitutionum* libros II. *Regularum librum ſingularem* ſcripſit, ex quo Tituli quidam ex Corpore Vlpiani, vti adlegari ſolent, adhuc ſuperſunt. ††† Vt taceamus alios Iureconſultorum veterum Principes, qui Libros *Quæſtionum, Reſponſorum*, ſimilesque ſcripſerunt.

Hh 2 Magnum

Magnum apud Septimium Seuerum nomen erat PAPINIANI, qui tamen, quia parricidium Caracallæ in fratre Geta commiſſum approbare nollet, ab eodem infeliciter fuit occiſus. †††† Ferax Iureconſultis ſeculum erat Alexandro Seuero imperante, quo præter VLPIANVM militari ſeditione interemptum ††††† floruerunt POMPONIVS, IVLIVS PAVLVS, CELSVS, CALLISTRATVS, MARTIANVS, MODESTINVS, PROCVLVS, VENVLEIVS. †††††† Ex horum igitur ſcriptis pleraque in ſua tranſtulit TRIBONIANVS. ††††††† Horum etiam Fragmenta a variis fuerunt collecta. ††††††††

* Faciunt huc VLPIANI ad Edictum libri octuaginta-tres, & PAVLLI ad Edictum libri octuaginta.

** Duo in Pandectis occurrunt Caii, ſiue in Pandectis Florentinis Gaii dicti, alter Caius Caſſius Longinus, ſectæ auctor Caſſianæ, & Titus Caius auctor Inſtitutionum. Vtroſque probe diſtinxit MENAGIVS *Amœnit. Iuris cap. XLIII.* Vixit hic Caius tempore Hadriani & potiſſimum Antonini Pii. Sic enim ipſe l. 7. π. de rebus dubiis. *noſtra ætate Serapias Alexandrina mulier ad Diuum Hadrianum perducta eſt.* & l. 41. π. de donationibus inter virum & vxorem. *nuper ex indulgentia Principis Antonini, recepta eſt alia cauſa donationis.* Et licet Iuſtinianus §. 6. Procem. & §. 5. de publicis iudiciis ipſum ſuum vocet, factum tamen hoc ſaltim beneuolentiæ cauſſa.

*** Mentionem eorundem facit IVSTINIANVS Imp. *Procem. Inſt. §. 5.* & in Procemio Digeſtorum. *In his autem ſex libris Gaii noſtri Inſtitutiones, & libri ſingulares quatuor, primus de illa vetere re vxoria, ſecundus de tutelis, & tertius nec non quartus de teſtamentis & legatis connumerantur.* Ex hoc loco etiam perſpicimus, qua ratione Caii libri Inſtitutionum fuerint diuiſi. Sic etiam Index Pandectarum Quatuor hoſce Libros memorat, & Pandecta paſſim. Prouocat ad eosdem BOETHIVS ad tertium Topicorum Ciceronis, & PRISCIANVS *libro ſexto extremo.*

**** IACOBVS OISELIVS Prolegom. ad has Inſtitutiones, poſtquam dixiſſet, qua ratione Anianus Corpus quoddam Iuris Romano-Gothici formaſſet, addit: *in hoc corpore Caii noſtri Inſtitutionum Libri maximam partem eneruati, & e quattuor, quot a Caio conſcripti fuerant, duo tantum effecti comparebant.* Et paullo poſt: *Caii contextus ab Aniano paſſim mutatus, transfixus, diſpunctus, & in compendium redactus.* Has autem Caii Inſtitutiones, ab Aniano tali modo contractas, vna cum Codice Theodoſiano & Fragmentis aliquot veterum ICtorum edidit IO. SICHARDVS *Baſileæ* 1528. *f.* Poſt hunc ALMARICVS BOVCHARDVS easdem in Gallia publicauit, quas poſtea IACOBVS CVIACIVS Codici Theodoſiano ſubiecit. Hinc *Louanii* iterum fuerunt editæ 1573. 12. IVLIVS PACIVS eas adiecit Iuſtiniani Inſtitutionibus, breuibus notis a ſe illuſtratis, vti & DIONYSIVS GOTHOFREDVS editionibus ſuis Corporis Iuris. Poſt hoſce, HIERONYMVS ALEANDER Iunior easdem cum eruditis Commentariis edidit *Venetus* 1600. 4. & poſt hunc IACOBVS OISELIVS *Lugduni Batauorum* 1658. 8. Vtriusque notas vna cum ſuis nouæ Caii Editioni in Iuriſprudentia veteri adiecit ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

***** De his GVIL. GROTIVS lib. II. c. IX. ſcripſit: *Marcianus inſtitutionum libros ſexdecim, vt ex indice liquet, ſed eos per capita diſtinctos fuiſſe non vsque quaque pro comperto habeo, neque enim id probat locus a Bertrando adductus, l. 19. π. de ritu nuptia-*

Digitized by Google

*nuptiarum, ſed magis innuere videtur, Marcianum tractantem libro inſtitutionum decimo ſexto materiam legis Iuliæ ad trigeſimum quintum (male Bertrandus legit quinquageſimum tertium) eius legis caput annotaſſe quæ illic referuntur: fuiſſe enim legis Iuliæ diverſa capita varia oſtendunt loca. Libro Inſtitutionum tertio ea fere ſcripſit, quæ Iuſtinianus lib. II. Tit. Inſt. proſequitur.*

****** GROTIVS *lib. II. c. XII. p.* 194.

† GROTIVS *lib. II. c. IX. p.* 170.

†† Hos Receptarum Sententiarum libros ALMARICVS BOVCHARDVS, IO. SICHARDVS, IO. TILIVS, IACOBVS CVIACIVS, SIMON VAN LEEWEN vna cum aliis Veterum ICtorum fragmentis ediderunt. Separatim illas cum interpretationibus ſuis & notis edidit IACOBVS CVIACIVS, *Lutetiæ Pariſiorum* 1558. 4. quam editionem, ſine interpretationibus tamen, Corpori Iuris adiecit DIONYSIVS GOTHOFREDVS. Locupletiores tamen iſtas edidit *Lugduni* 1566. *f.* Idem CVIACIVS poſtea ex libro Veſontino potiores ſententias hauſit, easdemque in Obſeruationibus ſuis *lib. XXI. cap. XI. & ſqq.* publici iuris fecit & illuſtrauit, quæ deinde editioni Pauli Sententiarum *Pariſienſi* & *Geneuenſi* 1586. *f.* fuerunt adiecta. Hanc editionem ſecutus fuit CONRADVS RITTERSHVSIVS, dum *Paulum diligentiſſime recognitum, auctum, emendatum & illuſtratum publici Iuris faceret, Noribergæ* 1594. 8. Hic etiam varias Pauli ſententias hinc inde collegit, Aniani interpretationes, ſuas & Huberti Giphanii notas adiecit. Noua eademque locupletior prodiit editio *Aureliæ* 1599. *f.* quæ poſtea Iacobi Cuiacii Operibus a Carolo Annibale Fabrotto fuit adiecta. ANTONIVS SCHVLTINGIVS vero easdem, mutato paſſim ordine vna cum Aniani & Cuiacii interpretationibus, Conradi Rittershuſii & Huberti Giphanii notis in Iurisprudentia Veteri edidit locupletiores.

††† Verus equidem libri Titulus eſt: *Vlpiani Regularum liber ſingularis.* Verum Titulos ex Corpore Vlpiani DIONYSIVS GOTHOFREDVS Corpori Iuris adiecit, IO. TILIVS, IACOBVS CVIACIVS & nouiter cum LVDOVICI CHARONDÆ notis ANTONIVS SCHVLTINGIVS ediderunt, qui etiam de hoc titulo ſub initium ſtatim commentatur. Add. GROTIVS *lib. II. c. X.* GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpretibus lib. I. c. LVII.*

†††† SPARTIANVS Seuero c. XXI. *Quid Seuero Septimio felicius fuiſſet ſi Baſſianum non genuiſſet? qui ſtatim inſimulatum fratrem inſidiarum contra ſe cogitatarum, parricidiali etiam figmento interemit. qui nouercam, matrem quinimo, in cuius ſinu Getam filium eius occiderat, vxorem duxit: qui Papinianum iuris azylum & doctrinæ legalis theſaurum, quod parricidium excuſare noluiſſet, occidit: & præfectum quidem ſuum, ne homini per ſe & per ſcientiam ſuam magno deeſſet & dignitas.* Quantum Papiniani auctoritas in concinnandis Pandectis perualuerit, patet ex L. I. §. 6. C. de Vet. Iur. enucl. *ſed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote, cum poſſit vnius forſitan & deterioris ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea, quæ antea in notis Aemilii Papiniani ex Vlpiano & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant, propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum; vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, vt omnes, qui relati fuerint in hunc codicem prudentiſſimi viri, habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus conſtitutionibus profecta, & a noſtro diuino fuerint ore profuſa.* De eo plenius agit GVIDO PANCIROLLVS *lib. I. c. LV.* GROTIVS *lib. II. c. IX.* Studia eiusdem & mores eru-



Digitized by Google

dite deſcribit IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS, in hac Academia Anteceſſor celeberrimus, *in Proluſione ſua de Philoſophia Papiniani, Ienæ* 1681. publicata, & IO. STRAVCHIVS Programmate inaugurali honoribus Io. Schilteri a. 1671. præmiſſo.

††.†† ZOSIMVS *lib. I. c. XI.*

†††††† LAMPRIDIVS vita Alexandri Seueri c. LXVIII. *& vt ſcias qui viri in eius conſilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui, Domitius Vlpianus iuris peritiſſimus, Aelius Gordianus, Gordiani Imperatoris pater, & ipſe re vera vir inſignis: Iulius Paulus iuris peritiſſimus, Claudius Venutus orator ampliſſimus: Pomponius legum peritiſſimus, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus. Hi omnes Iuris Profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani & Alexandri Imperatoris familiares & ſocii.* De his Iureconſultis Romanis legi etiam meretur GRAVINA *lib. I. n. XLVII. p. 87. ſqq.* GVIDO PANCIROLLVS *Libro primo.*

††††††† Patet hoc ex Proœmio Inſtitutionum. HIERONYMVS Aleander has addit coniecturas. *Ac primus quidem Gaius videtur ſcripſiſſe libros Inſtitutionum. Cum enim Saluius Iulianus auctoritate Diui Hadriani Edictum Perpetuum ordinaſſet, non multo poſt Gaius, Iuliani diſcipulus, ſub Antonino Pio Inſtitutiones tradere voluit: quibus breuiter totum Ius Edicti Perpetui complecteretur, & in iis tradendis eundem ordinem ſecutus eſt. Et, quæ tradebat, ſæpe auctoritate Iuliani, præceptoris ſui confirmauit. Vbi igitur hæc verba in libris Inſtitutionum Iuſtiniani occurrunt, Iulianus ait, dicendum eſt ex Inſtitutionibus Gaii excerpta fuiſſe. Vbi vero referuntur Reſcripta Diuorum Seueri & Antonini, id videtur ex Inſtitutionibus Marciani relatum. Hinc etiam Iuſtinianus Caium illum in dicto proœmio Inſtitutionum ſuum vocat §. 6. in Commentariis Caii noſtri & in Proœmio Digeſtorum §. 1. quod Antonius Auguſtinus lib. I. Emendationum cap. V. ita interpretatur quia Chriſtianus fuerit, aut eiusdem cum eo nationis, licet potius videtur, quod multa ex eiusdem libris fuerint tranſumpta.*

†††††††† Caii Inſtitutiones & Pauli receptas ſententias edidit ALMARICVS BOVCHARDVS, *Pariſiis* 1526. & *Louanii* 1573. 12. Easdem vna cum aliis, publicauit IO. SICHARDVS, *Baſileæ* 1528. *f.* Secutus eundem fuit IACOBVS CVIACIVS, *Lugduni* 1566. *f. Pariſiis* 1586. *f.* & *Geneuæ* 1586. *f.* Extat etiam *Brachylogus totius Iuris Ciuilis, ſiue Corpus legum, Lugduni* 1559. in quo conſpiciuntur Caii, Pauli & Vlpiani Fragmenta. Sic etiam SIMON VAN LEEWEN *de Origine & Progreſſu Iuris Romani* Auctores & Fragmenta Veterum Iuriſconſultorum, cum notis Arnoldi Vinnii & Variorum, congeſſit *Lugduni Bat.* 1672. 8. in qua collectione Vlpianus, Paulus, Caius, ac Moſaicarum & Romanarum Legum Collatio exſtat. Omnium vero curas ſuperat ANTONII SCHVLTINGII *Iurisprudentia Vetus Ante-Iuſtinianea, Lugduni Batauorum* 1717. 4. qua continentur, quæ ſuper ſunt ex Caii Inſtitutionum libris IV. Iulii Pauli Sententiarum Receptarum ad filium Libri V. & Fragmentum ex Inſtitutionum lib. II. Tituli ex Corpore Vlpiani XXIX. Codicis Gregoriani & Hermogeniani Fragmenta, quæ inuenta hactenus fuere, omnia: Moſaicarum & Romanarum Legum Collatio. Conſultatio Veteris cuiusdam ICti. Papiani Reſponſorum liber. Doſithei Magiſtri liber III. continens Diui Adriani Imp. ſententias & epiſtolas, cum Commentariis, notis & Interpretationibus virorum Doctorum integris, quibus proprias, easdemque eruditas notas adiecit vna cum binis Orationibus: alteram, in qua Triboniani iudicium ſuſcepit aduerſus Franciſcum Hottomannum, qui ipſum Veterum ICtorum libros ſuppreſ-

ſiſſe

Digitized by Google

ſiſſe dicit; alteram de Iuriſprudentia Hiſtorica. Præmiſit etiam ſingulorum Scriptorum vitas, & Scriptorum quæ inſeruntur hiſtoriam, vna cum docta præfatione generali, qua de ſcriptis, quæ ex Iuriſprudentia Romana ſuperſunt, horumque editionibus diuerſis erudite edifferit.

## §. IX.

*Scriptores Pandectarum.*

Neque tamen circa Inſtitutiones Iuris ſaltim concinnandas, occupati fuerunt Veteres ICti, quin etiam circa Iuris Ciuilis & Pandectarum Libros, quibus Iuriſprudentiæ decreta collegerant. DOMITIVS VLPIANVS equidem Pandectarum ſcripſit librum ſingularem. * Secutus eum Diſcipulus HERENNIVS MODESTINVS, cuius Pandectarum libri adlegantur Duodecim ** SALVIVS IVLIANVS Digeſtorum compoſuit nonaginta ***. ALFENVS VARVS XL. libros Digeſtorum conſcripſit, quos in Epitomen contraxit PAVLVS ICtus: vnde promiſcue citatur *Paulus in libris Epitomarum Alfeni*, vel *Paulus in libris Epitomatorum Alfeni Digeſtorum* & *Alfenus in libris Digeſtorum a Paulo epitomatorum.* **** P. IVVENCIVS CELSVS, filius, ſcripſit Digeſtorum libros XXXIX. ***** totidem VLPIVS MARCELLVS. ****** Q. CERTIDIVS SCÆVOLA Digeſtorum libros XL. ******* Iuris Ciuilis vero libros tres compoſuit MASVRIVS SABINVS. ******** Vt taceam tot Scriptores Regularum, Sententiarum Iuris & alia eiuſmodi, e quorum ſcriptis poſtmodum Pandectæ fuerunt compilatæ.

* Sic enim Rubrica habet *l. 24. π. de Reb. creditis & l. 34. de liber. cauſa.* Index Pandectis præfixus, habet πανδέκτου βίβλια δέκα, cum tamen in legum rubricis nullibi ad alios libros prouocetur. In Rubrica l. 2. *π. de locis & itin. publ.* occurrit *Vlpianus lib. 48. Digeſtorum.* Verum GVIL. GROTIVS lib. II. c. X. p. 178. hic adnotauit: *poſſet ſane quis ex inſcriptione quapiam ſuſpicari Vlpianum libros Digeſtorum quadraginta & octo ſcripſiſſe, ſed recte notat Antonius Auguſtinus, mendum in inſcriptione ſubeſſe & Iuliani nomen reponendum.* Concordat GRONOVIVS *Emendat. Pand. p. 71.*

** Index Pandectis præfixus. Plures ex iisdem Leges deſumtæ. Ex libro I. *l. 23. π. de ſtatu hominum.* Ex libro XII. *l. 4. de grad. & affin.* Reliquas indicat Labittus *p.* 239.

*** Index equidem Pandectarum ſaltim habet Digeſton βίβλια ἐννενήκοντα. In Rubrica tamen *l. 32. π. de Legibus*, prouocatur ad Iuliani librum 94. Digeſtorum, quam ſequitur IACOBVS LABITTVS, & fere omnes editiones, ipſius etiam Taurelli. Aſt, LAVR. THEODORVS GRONOVIVS *Emendat. Pandect. p. 70.* in ipſo Florentino MSCto legi dicit: *Iulianus lib. LXXXIII. Digeſtorum.* Refutat igitur Haloandrum, qui Digeſtorum libros nonaginta nouem habet, quem ſequitur Editor Corporis Gloſſati de anno 1559. & Giphanius, qui de Oeconomia Pandectarum numero rotundo ponit *Digeſtorum libros* 100.

**** Sic in Indice Pandectarum Digeſton βίβλια τεσσαράκοντα. De

his

his GELLIVS lib. VI. c. V.* *Alſenus iuriſconſultus Seruii Sulpicii diſcipulus, rerumque antiquarum non incurioſus, in libro Digeſtorum trigeſimo & quarto.* & *l.* 21. π. de negotiis geſtis ſcribitur, *ſi eſt relatum apud Alſenum lib. 39. digeſtorum. L. 29. π. locat. conducti* ex Alfeni lib. 7. Digeſtorum eſt deſumpta. Rubrica vero l. 30. π. locati conducti habet: *Idem lib. 3. Digeſtorum a Paulo Epitomatorum* & l. 31. *Idem lib. 5. Digeſtorum a Paulo Epitomatorum.*

***** Patet hoc ex Indice Pandectis præfixo. Hos autem Digeſtorum libros filii, non patris eſſe, ipſe teſtis eſt, dum in *l.* 29. π. *locati*, quæ ex lib. 36. Digeſtorum deſumta, & *l.* 30. *eod.* ex lib. 37. ipſe ad patrem prouocat.

****** Index habet Digeſton βιβλία τριακοντα Verum ex lib. XXXI. deſumpta eſt *l. 73. π. de ſolutionibus* ex l. XXXIX. *l. 2. π. de capt. & de poſtlim.*

******* Patet hoc ex Indice Pandectis præfixo. Ex his multæ leges fuerunt deſumtæ, de quibus LABITIVS *p.* 114.

******** GELLIVS lib. V. c. XIII. *Maſſurius Sabinus in libro iuris tertio, antiquiorem locum hoſpiti tribuit quam clienti.*

## §. X.

*Collectores Conſtitutionum Imperialium.*

Præter has Inſtitutiones & Pandectas, priuatis curis conſcriptas, non defuerunt, qui ſparſas colligerent Conſtitutiones Imperatorum. Hæ autem primum ſingulorum Imperatorum ſigillatim colligebantur. Poſt, IVLIVS PAVLVS *Imperialium Sententiarum in cognitionibus prolatarum Libros ſex* compoſuit.* Sic etiam de DOMITIO quodam ICto auctor eſt Lactantius, quod varia Impp. contra Chriſtianos Reſcripta congeſſerit. ** PAPIRIVS IVSTVS ſcripſit *Conſtitutionum libros viginti*, in quibus Diuorum fratrum Antoninorum, quorum ſæpius facit mentionem, Reſcripta congeſſiſſe putatur. *** Hinc omnium Imperatorum Conſtitutiones ab Hadriano, vsque ad Diocletianum, & circa a. 296. ſub certis Titulis redacta, priuata ſaltim auctoritate collegerunt GREGORIVS ICtus, ex quo Originem traxit *Codex Gregorianus,* **** & HERMOGENIANVS, qui Conſtantinorum ſeculo vixit, a quo *Codex Hermogenianus* ***** vtriſque eodem inſtituto Impp. Gentilium Conſtitutiones vsque ad Diocletianum colligentibus. ****** Quod autem ab Hadriani demum conſtitutionibus iſti cœperint, hæc ſubeſſe ratio videtur, quod licet anteriores iamdum fuerint Impp. Conſtitutiones, iſtæ tamen pleræque, eo quod dicis gratia a Senatu eſſent confirmatæ, ſub SCtorum nomine comprehenderentur, ab Hadriani temporibus vero per Edictum perpetuum noua iuris ratio introducta, ita vt Conſtitutiones Impp. etiam ſine SCto magis magisque inualuerint. Et dum iſti Collectores ſub Chriſtianis Impp. viuerent, ipſi vero ethnici eſſent, horum Impp. Conſtitutiones eo fine collegiſſe videntur, ne

*Codex Gregorianus & Hermogenianus.*

ne per Chriſtianas plane abolerentur. Vtriusque autem non niſi pauca adhuc ſuperſunt fragmenta. ****** Licet de abolendis Principum Reſcriptis & vt iure ſaltim ageretur, ſollicitus fuerit OPILIVS MACRINVS Imp. †

* Sic enim Rubrica l. 113. π. de condit. & demonſtr. *Paulus Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris ſex libro ſecundo.*

** LACTANTIVS diuin. Inſt. lib. V. c. VI. *Domitius de officio Proconſulis, libris ſeptem reſcripta principum nefaria collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur.* Plerique de Domitio Vlpiano hæc intelligunt, aſt, GROTIVS *lib. II. c. X. p.* 179. de alio Domitio ICto hoc mauult intelligi.

*** In Indice Pandectis præfixo Iuſto tribuuntur, Conſtitutionum βιβλία εἴκοσι, Ex libro primo deſumta eſt *l.* 14. π. *de ſeruit. præd. Vrb.* ex libro II. *l.* 37. *de pactis.* Ex libro VIII. *l.* 60. π. *de pactis*, in qua mentio fit reſcripti ab Antonino Imperatore ad Auidium Caſſium emiſſi, quod de Marco Philoſopho intelligendum Hiſtoriæ nos docent. Vnde colligo, Papyrium hunc noſtrum ſub Diuis fratribus & Marco floruiſſe, eorumque reſcripta collegiſſe, quod & ANT. AVGVSTINO & BERTRANDO placet, prout loquitur GROTIVS lib. II. cap. VIII. exeunte. CVIACIVS *lib. I. obſ. IV.* ER. MAVRITIVS *de Libris Iur. Comm. §. IV.*

**** De Gregorio ICto tacent fere Scriptores. Prouocat tamen ad eundem Codicem ipſe Iuſtinianus Imp. Conſtit. de nouo Codice faciendo. IACOBVS GOTHOFREDVS *in Prolegomenis ad Codicem Theodoſianum cap. I.* coniectatur, hunc Gregorium Præfectum Prætorio fuiſſe, qui ſub Conſtantino M. a. 336. vixit, cuius mentio fit *l.* 3. *C. Theod. de annona & tributis. l.* 2. *C. Th. de contrah. emptione* & apud OPTATVM MILEVETANVM *lib. III. p.* 32. Verum ANTONIVS SCHVLTINGIVS *notis ad Titulum I. Codicis Gregoriani* putat, Gregorianum potius ipſum fuiſſe dictum, dum AVGVSTINVS *ad Pollentiam lib. II. c. VIII.* dicat: *legi apud Gregorianum* & Auctor Collationis Moſaicarum & Romanarum Legum Tit. I. *Gregorianus eodem libro, & titulo tale reſcriptum dedit.* & tit. VI. *hanc quoque conſtitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inſeruit.* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpretibus ſic coniectatur *lib. I. cap. LXVI. Alius fuit Gregorius ſub Valente, & Gratiano V. C. Præfectus Annonæ. l.* 15. *C. Theod. de Piſtor. Huic D. Gregorius Nazianzenus Nicobuli filios commendat Epiſt. XXXVIII. ſeu XLIV. Idem Africæ proconſul; Is Codicis Gregoriani compilator fuiſſe creditur, in quo Principum Romanorum iura ab Hadriano vsque ad Valentinianum collegit, quod alter longe anterior Gregorius non facere potuit; Vnde hunc inter Iuris conſultos, & forte iuris Profeſſores referendum puto.*

***** Eiusdem ibidem facit mentionem Iuſtinianus. Hermogenianum vixiſſe ſub Conſtantini liberis, haut ſine ratione contendit IACOBVS GOTHOFREDVS *Prolegomenis Codicis Theodoſiani capite I.* idque ex eo, quod hic in libris Epitomarum Iuris, Præfectorum Iuris l. 17. π. de Minoribus faciat mentionem & in l. 10. π. de officio Præſidis Correctorum, qui circa iſta tempora demum conſtituti. Iuris noui etiam *l.* 23. π. *de manum. vindicta* facit mentionem, quod a Conſtantino M. fuit inuectum. Immo plures ſuo tempore fuiſſe Impp. ex *l.* 41. π. *de excuſationibus l.* 10. π. *de publicanis & l.* 46. π. *de Iure Fiſci* patet, quod GOTHOFREDVS de Conſtantini liberis intelligit. Eadem habet AEGID. MENAGIVS *Amœn. cap. XL.* & ex eo IO. STRAVCHIVS ſingulari pro-

Programmate anno 1671. in honores Conradi Bertrami publicato. Scripſit iſte etiam *Epitomarum Iuris libros VI.* ſecundum ordinem Edicti Perpetui, de quo ipſe l. 2. ff. de Statu Hominum: *cum igitur hominum cauſa omne ius conſtitutum ſit, primo de perſonarum ſtatu, ac poſt de ceteris, ordinem Edicti Perpetui ſecuti, & hos proximos atque coniunctos applicantes Titulos, vt res patitur, dicemus.* Plenius hæc demonſtrauit ANTONIVS SCHVLTINGIVS *notis ad Titulum I. Codicis Gregoriani*

****** CVIACIVS equidem diuerſorum Impp. Conſtitutiones collegiſſe vtrosque putat, verum IACOBVS GOTHOFREDVS *in Proleg. Cod. Theod. cap. I.* idem vtrisque fuiſſe inſtitutum probat, dum ex Codice Gregoriano etiam Conſtitutiones Diocletiani adlegentur.

******* Gregorianum Codicem priorem eſſe, ex eo patet, quod primo loco ſemper ponatur. Fragmenta hæc ex manu Aniani adhuc ſuperſunt. Sic titulos ex Codice Gregoriano & Hermogeniano congeſſit PETRVS GREGORIVS, *Lugduni* 1566. *f.* Conſtitutionis quoque Antonini ex Codice Gregoriano mentionem facit AVGVSTINVS *ii. ad Pollentiam* cap. VIII. Ex Gregoriani libro V. de nuptiis, laudatur ab Auctore collationis Legum Moſaicarum tit. *de Inceſtis Nuptiis* libro VI. nobilisſima Diocletiani lex, cuius pars extat *l. 7. C. Iuſt. eod.* Aliæ Conſtitutiones ab auctore Collationis Legum Moſaicarum & Papiniani libro reſponſorum citantur. Eadem Fragmenta vtriusque Codicis, quantum quidem haberi potuerunt, in ſua Codicis Theodoſiani editione congeſſit IO. SICHARDVS, *Baſileæ* 1528. *f.* Multo plenius eadem edidit IACOBVS CVIACIVS, *Aureliæ Allobrogum* 1585. *f.* & locupletius in Iurisprudentia veteri ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

† IVLIVS CAPITOLINVS in vita c. XIII. *fuit in iure non incallidus, adeo vt ſtatuiſſet omnia reſcripta principum tollere: vt iure, non reſcriptis ageretur. Nefas enim eſſe dicebat, leges videri Commodi, Caracallæ, & aliorum imperitorum voluntates: cum Traianus nunquam libellis reſponderit, ne ad alias cauſſas, reſcripta præferrentur, quæ ad gratiam compoſita videbantur.*

## §. XI.

*Leges Conſtantini M. & Chriſtianorum Impp.*

Nouam Iuris rationem introduxit Conſtantinus M. eiusdemque Liberi. Iſte equidem mutato plane Regiminis atque Religionis Statu, varias leges de Eccleſiarum Immunitate, Eccleſiaſticis bonis, Epiſcoporum Iurisdictione & ſimiles publicauit: antiquum ius abrogauit, multas leges nouas tulit, easdemque pro gentilibus antea Conſtitutionibus, ſubſtituit Chriſtianas, * atque varia circa teſtamenta aliaque immutauit. Filius vero Conſtantinus decantatas illas Iuris formulas, atque verborum aucupia ſuſtulit. ** Confirmauit hoc non ſolum noua lege publicata, Theodoſius Iunior, formularum ſolennibus plane abolitis, *** ſed etiam, vt Iuris antiqui incertitudinem aliquantum tolleret, certorum ſaltim ICtorum Papiniani, Pauli, Caii, Vlpiani, Modeſtini, Scæuolæ, Sabini, Iuliani atque Marcellini ſcripta valere iuſſit, **** id quod tamen Iuſtinianus ſuſtulit. *****

* NA-

* NAZARIVS Panegyrico c. XXXVIII. *omnia foris placita, domi proſpera annonæ vbertate, fructuum copia. Exornatæ mirandum in modum, ac prope de integro conditæ ciuitates: nouæ leges regendis moribus, & frangendis vitiis conſtitutæ: veterum calumnioſæ ambages reciſæ, captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderunt.* Plenius vero hoc tradit EVSEBIVS *Vita Conſtantini lib. IV. c. XXVI.* ὥσπερ ἦν καὶ νόμους οὓς ἐκ παλαιῶν ἐπὶ τὸ ὁσιώτερον μεταβάλλων ἀνενεοῦτο· καὶ τούτων δ' ἐν ὀλίγῳ ῥᾷον ἐκφῆναι τὸν τρόπον. τοὺς ἄπαιδας παλαιοὶ νόμοι στερήσει τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς ἐτιμωροῦντο. καὶ ἦν ἔτος κατὰ τῶν ἀτέκνων ἀπηνὴς νόμων, ὡσανεὶ πεπλημμεληκότας αὐτοὺς ζημίᾳ κολάζων. λύσας δὴ συγχωρεῖ κληρονομεῖν τοὺς προσήκοντας. τοῦτο βασιλεὺς ἐπὶ τὸ ὅσιον μεθήρμοζε, τοὺς κατὰ γνώμην πλημμελοῦντας εἰπὼν, τῇ προσηκούσῃ δεῖν σωφρονίζειν κολάσει· ἄπαιδας μὲν γὰρ πολλοὺς ἡ φύσις ἀνέδειξεν, εὐξαμένους μὲν πολυπαιδίας εὐτυχῆσαι, στερηθέντας δὲ φύσεως ἀσθενείᾳ. ἄλλοι δ' ἄπαιδες γεγόνασιν, οὐ παραιτήσει παίδων διαδοχῆς. γυναικείας δ' ἀποστροφῇ μίξεως, ἣν σφοδροτάτῳ φιλοσοφίας ἔρωτι προείλοντο· ἁγνείαν δὲ καὶ παντελῆ παρθενίαν γυναῖκες ἱερωσύνῃ Θεοῦ καθιερωμέναι μετῆλθον, ἁγνῷ καὶ παναγίῳ βίῳ, ψυχῇ καὶ σώματι, σφᾶς αὐτὰς καθιερώσασαι. τί οὖν, τιμωρίας ἄξιον τοῦτο, ἢ θαυμαστὸς καὶ ἀποδοχῆς ἐχρῆν ἡγεῖσθαι; ἡ μὲν γὰρ προθυμία, πολλοῦ ἀξία· τὸ δὲ κατόρθωμα, κρεῖττον φύσεως. τοὺς μὲν οὖν ἀσθενείᾳ φύσεως, παίδων ἐπιθυμίας στερουμένους ἐλεεῖσθαι, ἀλλ' οὐ τιμωρεῖσθαι προσήκει. τὸν δὲ τοῦ κρείττονος ἐραστὴν, ἄξιον εἶναι ὑπερθαυμάζειν. ἀλλ' οὐ κολάζειν. οὕτω τὸν νόμον βασιλεὺς σὺν ὀρθῷ λογισμῷ μετερρύθμιζε. κἄπειτα τῶν τὸν βίον μεταλλαττόντων ὁμοίως, παλαιοὶ μὲν νόμοι ἐπ' αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀκριβολογεῖσθαι ῥημάτων λέξεσι τὰς συνταττομένας διαθήκας. τρόπους δέ τινας καὶ ποίας δεῖ φωνὰς ἐπιλέγεσθαι ὥριζον· καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἐκακουργεῖτο, ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν κατοιχομένων προαιρέσεως· ἃ δὴ συνιδὼν βασιλεὺς, καὶ τούτων μετεποίει τὸν νόμον. ψιλοῖς ῥηματίοις καὶ ταῖς τυχούσαις φωναῖς τὸν τελευτῶντα δεῖν τὰ κατὰ γνώμην διατάττεσθαι φήσας. κἂν τῷ τυχόντι γράμματι τὴν αὐτοῦ δόξαν ἐκτίθεσθαι, κἂν ἀγράφως ἐθέλῃ, μόνον ἐπὶ μαρτύρων τοῦτο πράττεσθαι ἀξιοχρέων, τὴν πίστιν δυνατῶν σὺν ἀληθείᾳ φυλάττειν *Cuiuſmodi eſt quod plurimas leges ad maiorem ſanctitatem traducens, pro antiquis nouas fecit. Atque huius rei forma vno aut altero exemplo declarari poteſt. Orbos antiquæ leges hereditatis patrum ademptione plectebant. Eratque lex hæc ſane atrociſſima; quippe quæ homines liberis deſtitutos, tanquam alicuius criminis reos pœna afficeret. Imperator vero hoc abrogato iure, ſanctam ac religioſam legem tulit. Eos enim qui ſponte ac dedita opera peccarent, congruo ſupplicio afficiendos eſſe aiebat. At vero multis natura liberos denegauit; qui cum numeroſam ſobolem ſibi optaſſent, tamen ob corporis infirmitatem liberis caruerunt. Alii ſine liberis ideo vixerunt, non quod ſucceſſores habere liberos nollent, ſed quod muliebrem copulam aduerſarentur: præ ardentiſſimo amore Philoſophiæ id continentiæ genus*

*amplexi. Multæ præterea mulieres diuino cultui conſecratæ, caſtitatem atque omnimodam virginitatem coluerunt; & tam animos ſuos, quam corpora, puriſſimæ ac ſanctiſſimæ vitæ mancipauerunt. Quid ergo? vtrum hoc ſupplicio, an potius admirationi & approbatione dignum haberi oportuit? Etenim huius rei vel conatus ipſe maximam laudem meretur: effectus vero naturæ humanæ vires excedit. Eos igitur quibus naturalis infirmitas, licet maxime cupientibus, liberos denegauit, miſeratione proſequi potius quam pœna afficere decet. Qui vero ſublimioris Philoſophiæ amore ducitur, is non mulcta, ſed admiratione omnium dignus eſt. Ad hunc modum Imperator ſumma cum æquitate legem illam correxit. Præterea antiquis legibus cautum fuerat, vt morientes & vltimum, vt ita dicam, ducentes ſpiritum, certis quibusdam verbis teſtamenta ſcrupuloſe componerent; præſcriptæque erant formulæ & ſolennitates, ac verba quæ addi oporteret. Ex quo plurimæ fraudes admittebantur ad circumſcribendam morientium voluntatem. Quod Imperator cum animaduertiſſet, hanc etiam legem emendauit; ſtatuens, vt nudis verbis & qualicumque oratione teſtamentum condere morientibus liceret, & ſupremam voluntatem quouis ſcripto declarare; aut ſi mallent ſine ſcripto teſtari, id facerent adhibitis duntaxat teſtibus idoneis, qui fidem ſeruare absque mendacio poſſint.* Sic etiam de relictis Eccleſiæ eſt l. 1. C. de S. S. Eccleſiis. *habebat vnusquisque licentiam ſanctiſſimo catholico venerabilique concilio decedens, bonorum quod optauerat relinquere: & non ſint caſſa iudicia eius.* Immunitas quoque Clericis conceditur per l. 1. C. de Epiſc. & Cler. *iuxta ſanctionem, quam dudum meruiſtis & vos & mancipia veſtra nullus nouis collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis:* Huc facit etiam *l. 2. C. eod.* Eiusdem eſt l. 6. C. de Profeſſ. & Medicis. *Medicos, Grammaticos, & alios profeſſores literarum, & doctores Legum, cum vxoribus & liberis, nec non & rebus quas in ſuis ciuitatibus poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus, vel publicis immunes eſſe præcipimus: & neque in prouinciis hoſpites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel iniuriam pati: vel ſi quis eos vexauerit, pœna arbitrio iudicis plectetur. Mercedes autem eorum & ſalaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus & memoratis artibus multos inſtituant.* Varias etiam leges tulit de agricolis, qualis eſt *l. 3. C. de feriis, l. 1. C. de agric. & Cenſit. l. 7. C. quæ res pign. oblig. poſſit. l. 2. C. de agricolis & cenſit.* De re vxoria *l. 24. C. de donat. inter vir. & vx.* De patria poteſtate *l. vlt. C. de patr. pot. l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* De patribus egenis e fiſco ſuſtentandis *l. 1. C. Th. de alimentis quæ inopes parent. de publ pet. deb.* De filiorum emancipatione *l. vlt. C. de ſent. paſſis* De Curatore furioſi *l. vlt. pr. C. de curat. furioſi.* De quærela inoſſicioſi *l. 28. C. de Inoff. Teſtam.* De ſententia Iudicum *l. 4. C. Finium regundorum.* De æquitate *l. 8. C. de Iudiciis. Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatisque quam ſtricti iuris rationem*, & quæ aliæ ipſius ſunt leges, quas ſigillatim recenſet, in easdemque commentatur FRANCISCVS BALDVINVS, cuius eſt *Conſtantinus Magnus, ſiue de Conſtantini Imperatoris Legibus Eccleſiaſticis atque Ciuilibus Commentariorum libri duo, cura Ioachimi Clutenii* editi; *Argentorati* 1612. 8. qui etiam p. 17. ex Iulio Frontino Conſtantini legem refert, quæ in Iuſtinianeo Codice non extat, quæ talis eſt: *Imp. Conſtantinus ad vniuerſos Prouinciales: Si finalis controuerſia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud præſidem, eſſe conſtiterit: cum de maiore ſpacio cauſa quadam non finalis, ſed proprietatis, apud ipſum præſidem debeat terminari. Et ſi ſocius quid petat a ſocio, ante præſes iudicet an præſtari aliquid oporteat: & tunc demum illud per arbitros reſtituantur, quod conſtiterit, eſſe ſoluendum.*



Digitized by Google

** Facit huc l. 1. C. de formulis, & impetrationibus actionum ſublatis. *Iuris formulæ aucupatione Syllabarum inſidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur.* Licet enim Conſtantino M. ſint, qui hanc legem tribuant, legis tamen datum contrariatur X. Kal. Febr. Conſtantio III. & Conſtante II. AA. Conſ. 342. quo defunctus iamdum Magnus erat.

*** l. 1. C. Theod. de omiſſa actionis impetratione: *nulli prorſus non impetratæ actionis, in maiore vel in minore iudicio agenti, opponatur exceptio, ſi aptum rei & propoſito negotio competentem eam eſſe conſtiterit, & cetera.* Ad hanc legem autem ſic commentatur IACOBVS GOTHOFREDVS: *eſt vero hæc lex pars prolixæ admodum Theodoſii Iunioris conſtitutionis, qua is veteres & ſcrupuloſas Actionum, Nuptiarum, Dotium, Donationum ſponſalitiarum formas & formulas ſolemnes, multasque alias ſcrupuloſitates antiquauit: & qualiacunque iam verba, qualescunque ritus ſufficere in his actibus voluit: cuius conſtitutionis præter hanc ſeptem inſuper fragmenta occurrunt, l. vlt. de ſponſalibus: l. vlt. de nuptiis: l. vlt. de dotibus: l. vlt. de naturalibus filiis: l. vlt. de legitimis hæredit: Item l. 2. C. de bonis quæ liberis. l. extraneum* 11. *C. de hæred. inſtit. quæ proinde omnes huic noſtræ coaſſandæ veniunt, velut vnius eiusdemque conſtitutionis partes, atque eodem ſpectantes, ad formarum videlicet formularumque veterum ſcrupuloſitatumque aliarum abrogationem: quæ hactenus obtinebant.* In vltima equidem C. Theod. de ſponſalibus reiicitur *ſcrupuloſitas Iuris circa donationem nuptialem l. vlt. C. Th. de natur. filiis & l. 2. C. de bon. quæ liberis,* dicitur *noua conſtitutio.* Addi poteſt *l. 22. C. de nuptiis.*

**** l. 1. C. Th. de Reſponſis Prudentum. *Papiniani, Pauli, Gaii, Vlpiani, atque Modeſtini, ſcripta vniuerſa firmamus ita, vt Caium atque Paulum, Vlpianum, & cæteros, comitatur auctoritas Lectionis, quæ ex omni opere recitatur. Eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus atque ſententias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt ratam eſſe cenſemus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atque Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt. Si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum codicem collatione firmentur. Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potius numerus vincat Auctorum: Vel, ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat: qui, vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas (ſicut dudum ſtatutum eſt) præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur auctoritas, quod ſequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque ſententias ſemper valere præcipimus, & cætera.* vbi fuſe Gothofredus.

***** l. 1. §. 5. & 6. C. de Vet. Iur. enucl. *Cumque hæc materia ſumma noſtri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quaſi proprium & ſanctiſſimum templum iuſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum ius digerere, tam ſecundum noſtri conſtitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe patuerit: vt nihil extra memoratam conſummationem poſſit eſſe derelictum, ſed his quinquaginta libris totum ius antiquum per milleſimum & quadringenteſimum pene annum confuſum, & a nobis purgatum quaſi quodam muro vallatum nihil extra ſe habeat, omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua ſeruanda. quia non omnes in omnia, ſed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote, cum poſſit vnius forſitan & deterioris ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea, quæ antea in notis Æmilii Papiniani*

*piniani ex Vlpiano & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant, propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed, ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem neceſſarium eſſet perſpexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, vt omnes, qui relati fuerint in hunc codicem prudentiſſimi viri habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus conſtitutionibus profecta, & a noſtro diuino fuerint ore profuſa: omnia enim merito noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus inuenit.*

§. XII.

*Codex Theodoſianus.*

Subſecutus eſt CODEX THEODOSIANVS. Hunc* ad ſuperiorum exemplum a. 438. ** colligi fecit Theodoſius Iunior, ne ICti vlterius ſeueritate ſua mentita abuterentur. *** Adiutores huic operi conſummando octo viros delegit Theodoſius, qui erant ANTIOCHVS, Expræfectus & Conſul, MAXIMINVS, Ex Quæſtor Palatii, MARTYRIVS Comes & Quæſtor, SPERANTIVS, APOLLODORVS, THEODORVS Comites ſacri Conſiſtorii, EPIGENIVS, Comes & magiſter Memoriæ & PROCOPIVS Comes, **** Hi, cum Codicem iſtum auctoritate Imperatoria ſedecim libris collegiſſent, Conſtitutionibus Impp. partim abbreuiatis atque in certos titulos redactis, Imp. illum A. C. CCCCXXXVIII. nouella Conſtitutione confirmat. ***** In hunc igitur Codicem Chriſtianorum Impp. conſtitutiones collectæ fuerunt a Conſtantino M. vsque ad illud tempus. ****** Inualuit etiam huius Codicis auctoritas per ſeculum quintum, atque initium ſexti per Orientem & Occidentem, ******* etiam in Italia ſub OſtroGothis & Africa ſub Vandalis. † Et licet per Codicem Iuſtinianeum Theodoſiani Codicis vſus in Oriente fuerit obliteratus, †† manſit tamen per Occidentem Breuiario Codicis Theodoſiani, quod iuſſu Alarici, Gothorum Regis fuit compilatum, multa auctoritas. ††† Acceſſerunt huic Codici variæ Interpretationes antiquæ, †††† eiusdem cum ipſo Codice auctoritatis. Multa tamen etiam in hoc Codice fuerunt omiſſa, ſine ratione repetita, immo contraria & temporaria in eodem reperiri, animaduerterunt Iureconſulti. ††††† Poſt varias editiones, accuratiſſimam debemus Iacobo Gothofredo, quam poſt mortem Commentatoris publicauit Antonius Maruilius, ICtus Gallus. ††††††

* IAC. GOTHOFREDVS adlegat hic Chronicon Proſperi Aquitanici, in quo hæc verba: *Theodoſianus liber omnium legitimorum (hoc eſt Chriſtianorum Principum) in vnum collectarum editus.* Hæc tamen verba in Proſperi editione per Phil. Labbeum, in noua Bibliotheca MSCtorum procurata, non extant. Clarius vero ISIDORVS *Originum lib. V. c. I. Leges nouæ a Conſtantino Cæſare cœperunt & reliquis ſuccedentibus,*

*bus, erantque permixta & inordinata. Poſtea Theodoſius minor eas ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani Codice facto Conſtitutionum a Conſtantini temporibus ſub proprio cuiusque Imperatoris titulo diſpoſuit, quem a ſuo nomine Theodoſianum vocquit.* Confirmat hanc Nouellæ Conſtitutiones huius Theodoſii Iunioris, quibus Codicis iſtius Auctoritas confirmatur, quas Codici Theodoſiano videmus ſubiectas. Male igitur Idacianum Chronicom habet; *vndecimo anno Theodoſius regni ſui Romam cum filio Honorio ingreſſus; legesque Romanorum integra emendatione edidit.* Licet etiam hæc verba in Labbei editione non reperiantur. Trahitur huc etiam CLAVDIANVS lib. I. in Rufinum

*Iuſtitia inſultat, vitiisque a ſtirpe reciſis*
*edicit oppreſſas tenebroſo e carcere Leges.*

Aſt, licet SOCRATES *lib. V. c. XVIII.* teſtetur, Theodoſium M. A. C. 389. poſt deuictum Maximum Tyrannum, Romam ingreſſum cum filio ſuo Honorio, multas leges edidiſſe, emendandis prauis moribus, qui inoleuerant, huius etiam varia in Codice occurrant veſtigia, vtpote *l. 2. de ſeruis l. 18. de hæreticis l. 11. de maleficis l. vlt. de mancipibus l. 5. 6. de ſicariis. l. 5. de aquæductu*, verum ex eo, quod circa mores emendandos ſollicitus fuerit Theodoſius M. non ſequitur, quod nouum Conſtitutionum Codicem congeſſerit, dum contrarium non ſolum adlegati doceant Scriptores, ſed etiam tot Conſtitutiones Arcadii, Honorii, Conſtantii, Valentiniani III. Theodoſii Iun. aliorumque Impp. poſt Theodoſium M. viuentium huic Codici inſertæ.

** Annus Codicis Theodoſiani refertur vulgo ad A. C. 435. Verum GOTHOFREDVS *in Proleg. cap. I. n.* 3. hunc annum 438. ſubſtituit, atque in ſubſcriptione Nouellæ Theodoſii de Codice confirmando pro Theodoſio A. XV. reponit Theodoſio A. XVI. Idque quatuor argumentis: Primum teſtimonio Proſperi, qui id in annum Theodoſii Iunioris poſt Honorii Imp. mortem decimum quintum refert. Mortuus autem Honorius a. 423. Deinde tot Leges in hoc Codice extant de anno 435. 436. 437. quem vltimum annum habent. Tertio, quod iſta Nouella ad Florentium Præfectum Prætorio directa, qui hoc anno demum Præfecturam iſtam obtinuit, vt ibidem clare demonſtrat Gothofredus. Poſtremo, quod Theodoſius ea Nouella Valentinianum filium ſuum vocat, pariter, vt *l. vlt. C. Th. de decur. & ſilent.* quæ data eſt, a. 437. atque omnium vltima eſt earum, quæ in Codicem Theodoſianum relatæ ſunt, Conſtitutionum. Quod vtique facere non potuit ante annum 436. Eo quippe demum anno, Iſidoro & Senatore Coſſ. Valentinianus Theodoſii filiam vxorem duxit, teſte SOCRATE *lib. VII. c. XLIII.* Vid. ER. MAVRITIVS *de libris Iuris §. V. VI.*

*** Hæc in Nouella Theodoſii adducitur: *ſæpe noſtra Clementia dubitauit, quæ cauſa faceret, vt tantis propoſitis præmiis, quibus artes & ſtudia nutriantur, tam pauci, rarique extiterint, qui plena Iuris Ciuilis ſcientia ditarentur: & in tanto lucubrationum triſti pallore, vix vnus aut alter receperit ſoliditatem perfectæ doctrinæ: quod nequaquam vlterius ſedula ambiguitate tractetur, ſi copia immenſa librorum, ſi actionum diuerſitas difficultasque cauſarum animis noſtris occurrat, ſi denique moles conſtitutionum diualium, quæ velut ſuppreſſa diuerſæ caliginis & obſcuritatis vallo ſui notitiam humanis ingeniis interclusit. Verum egimus negotium temporis noſtri & diſcuſſis tenebris compendio breuitatis, lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratæ fidei, famoſæ doctrinæ, quibus delegata cauſa ciuilis officii, purgata interpretatione, retro principum ſcita vulgauimus: ne iuriſperitorum vlterius ſeueritate mentita, diſſimulata*

*lata ſcientia velut ab ipſis adytis expectarentur formidanda reſponſa: cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis ſtipulatio colligetur, vt certum vel incertum debitum ſit exigendum, quæ ſingula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta ſunt ſplendore numinis noſtri radiante.* Tres igitur cauſſas adſignat, immenſam librorum Iuris multitudinem, collapſam iuris ſcientiam, atque ementitam Iuriſperitorum ſeueritatem. De immenſa librorum iuris multitudine iam ante ſæpius fuit dictum, idque ex hiſtoria Iuris Iuſtinianei plenius patebit. Teſtatur de ea EVNAPIVS *in vita Aedeſii p. 72.* qui eos ſcribit tum fuiſſe ὡς ἂν ἄχθος καμήλων πολλῶν *tanquam ſarcina multorum camelorum.* De collapſa Iuris diſciplina & Iuriſperitorum pedantiſmo ſatis teſtantur illorum temporum Scriptores. Conqueritur de eo MAMERTINVS Panegyrico c. XX. dicens: *militia labor a nobiliſſimo quoque pro ſordido & illiberali reiiciebatur, Iuris ciuilis ſcientia, quæ Manlios, Scæuolas, Seruios in ampliſſimum gradum dignitatis euexerit, libertorum artificium dicebatur.* Clarius de hoc teſtatur AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXX. c. IV. *Secundum eſt genus eorum, qui iuris profeſſi ſcientiam, quam repugnantium ſibi legum aboleuere diſſidia, velut vinculis ori impoſitis reticentes, iugi ſilentio vmbrarum, ſunt ſimiles propriarum. Hi velut fata natalicia præmonſtrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus grauitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur. Hi vt altius videantur iura callere, Trebatium loquuntur, & Caſcellium, & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumque iamdiu leges ignotas, cum Euandri matre abhinc ſæculis obrutas multis. Et ſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragari abſolutionum lectiones reconditas pollicerentur, ſi te ſenſerint eſſe nummatum. Tertius eorum eſt ordo, qui vt in profeſſione turbulenta clareſcant, ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudentes, per proſtitutas frontes vileſque latratus quo quo velint aditus ſibi patefaciunt crebros: qui inter ſollicitudines iudicum per multa diſtentas irreſolubili nexu vincientes negotia, laborant, vt omnis quies litibus implicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribunt: quæ cum recte procedunt, delubra ſunt æquitatis: cum deprauantur, foueæ fallaces & cæcæ: in quas ſi captus ceciderit quiſquam, non niſi per multa exſiliet luſtra, adutque ipſas medullas exſuctus. Quartum atque poſtremum eſt genus impudens, peruicax, & indoctum, eorum qui cum immature e litterariis eruperint ludis, per angulos ciuitatum diſcurrunt, mimiambos non cauſarum remediis congrua commentantes, fores diuitum deterendo, cenarum ciborumque aucupantes delicias exquiſitas. Qui cum ſemel vmbraticis lucris, & inhianda vndique pecuniæ ſeſe dediderint, litigare fruſtra quoslibet innocentes hortantur: & ad defendendam cauſam admiſſi, quod raro contingit, ſuſcepti nomen & vim negotii ſub ore diſceptatoris inter ipſos conſiliuum articulos inſtruuntur, circumlocutionibus indigeſtis ita ſcatentes, colluuionis tetterrimæ audire exiſtimes vlulabili clamore Therſiten. Cum autem ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi licentiam: quo nomine, ob aſſidua in perſonas honorabiles probra, diebus dictis aliquoties ſunt damnati: e quibus ita ſunt rudes nonnulli, vt numquam ſe codices habuiſſe meminerint. Et ſi in circulo doctorum auctoris veteris inciderit nomen, piſcis aut eduli peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur: ſi vero aduena quiſquam inuſitatum ſibi antea Marcianum verbotenus quæſierit oratorem, omnes confeſtim Marcianos appellari ſe fingunt. Nec iam fas vllum præ oculis habent: ſed tanquam auaritiæ venumdati & vſucapti, nihil præter interminatam petendi licentiam norunt. Et ſi quem ſemel intra*

retia

*retia ceperint, caſſibus mille impedicant, per morborum ſimulationem viciſſim conſulto ceſſantes: vtque peruulgati iuris proferatur lectio vana, ſeptem vendibiles introitus præparans, dilationum examina longiſſima contexentes. Et cum nudatis litigatoribus dies ceſſerint, & menſes, & anni, tandem obtrita vetuſtate controuerſia intromiſſa, ipſa capita ſplendoris ingreſſa alia ſecum Aduocatorum ſimulacra inducunt. Cumque intra cancellarum venerint ſæpta, & agi cœperint alicuius fortunæ vel ſalus, atque laborari debeat vt ab inſonte gladius, vel calamitoſa detrimenta pellantur, corrugatis tunc inde frontibus, brachiisque hiſtrionico geſtu formatis, vt concionaria Gracchi fiſtula poſt occipitium deſit, conſiſtitur altrinſecus diu: tandemque ex præmeditato conludio, per eum qui eſt in verba fidentior ſuaue quoddam principium dicendi exeritur, Cluentianæ vel pro Cteſiphonte orationum æmula ornamenta promittens: & in eam concluſionem cunctis finem cupientibus definit, vt nondum ſe patroni poſt ſpeciem litis triennium editam cauſentur inſtructos: ſpatioque prorogati temporis impetrato, quaſi cum Antæo veteri colluctati, perſeveranter flagitant pulueris periculoſi mercedes. Verum tamen hæc cum ita ſint, non deſunt aduocatis incommoda plurima, parum ſuſtinenda recte victuro. Namque ſellulariis quæſtibus ineſcati, inter ſe hoſtiliter diſſident, & rupta maledicendi ferocia, vt dictum eſt, multos offendunt: quam tunc effutiunt, cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem rationibus validis conuallare non poſſunt. Et iudices patiuntur interdum doctos ex Philiſtionis aut Aeſopi cauillationibus, quam ex Ariſtidis illius iuſti vel Catonis diſciplina productos: qui ære graui mercati publicas poteſtates, vt creditores moleſti opes cuiusque modi fortunæ rimantes, alienis gremiis excutiunt prædas. Ad vltimum id habet cauſidicina cum ceteris metuendum & graue, quod hoc ingenitum eſt pæne litigantibus cunctis, vt cum iurgia mille caſibus cadunt, accidentia ſecus in poteſtate eſſe exiſtiment patronorum: & omnem certaminum exitum iisdem ſoleant adſignare, & non vitiis rerum, aut iniquitati aliquoties diſceptantium, ſed ſolis defenſantibus iraſcantur.* Patet hoc etiam, quam collapſa in Oriente fuerit Iuris prudentia ex *l. vn. C. Theod. de Reſponſis prudentum.* Et MARCIANVS Nouella I. *his additur aliud maius, quod innocentes præcipue hactenus conterebat. Nonnulli namque ſuis allegationibus diffidentes, vexare ſuos aduerſarios tantummodo cupientes, non iure cum hiis, ſed arte pugnabant, & per ſermonem fucatum & phalerata verba, nonnunquam legibus arte confuſis, ad aliena eos Iudicia pertrahebant, ita vt hinc ſæpius eueniret, vt & miles in ciuili, & priuatus in militari, ſed ſibi incongruo peregrinaretur iudicio.*

**** Nominantur iſti in Nouella Theodoſii, his verbis: *longum eſt memorare, quid in huius conſummationem negotii contulerit vigiliis ſuis Antiochus, cuncta Sublimis ex Præfecto & Conſule. 2. Quid Maximinus vir illuſtris, ex Quæſtore noſtri Palatii, eminens omni genere literarum. 3. quid Martyrius, vir illuſtris, Comes & Quæſtor noſtræ clementiæ, fide interpres. 4. Quid etiam Sperantius, 5. Apollodorus, 6. Theodorus viri ſpectabiles, Comites ſacri noſtri Conſiſtorii: 7. quid Epigenius vir ſpectabilis, Comes & magiſter memoriæ. 8. quid Procopius vir ſpectabilis, Comes ex magiſtro libellorum, iure omnibus veteribus comparandi.* Incogniti fere alias hi Scriptores, niſi quod Antiochi alibi fiat mentio. Eidem enim inſcribitur *l. 6. C. Th. de conlat. donat.* & *l. 5. de his qui ad Eccleſ. confug.* Mentionem eiusdem facit MARCELLINVS *in Chronico ad a.* 448. & THEODOSIVS *Nouella XXXIII.* Agit de eodem SVIDAS voce *Antiochus* & THEODORETVS *ep. XCV.*

***** Extat hæc Nouella, cuius ſubſcriptio eſt. *Dat. XV. Kal. Martii Con-*

 *ſtan-*

*lata ſcientia velut ab ipſis adytis expectarentur formidanda reſponſa: cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hæreditas, quibus verbis ſtipulatio colligetur, vt certum vel incertum debitum ſit exigendum, quæ ſingula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta ſunt ſplendore numinis noſtri radiante.* Tres igitur cauſſas adſignat, immenſam librorum Iuris multitudinem, collapſam iuris ſcientiam, atque ementitam Iuriſperitorum ſeueritatem. De immenſa librorum iuris multitudine iam ante ſæpius fuit dictum, idque ex hiſtoria Iuris Iuſtinianei plenius patebit. Teſtatur de ea EVNAPIVS *in vita Aedeſii p. 72.* qui eos ſcribit tum fuiſſe ὡς ἂν ἄχθος καμήλων πολλῶν *tanquam ſarcina multorum camelorum.* De collapſa Iuris diſciplina & Iuriſperitorum pedantiſmo ſatis teſtantur illorum temporum Scriptores. Conqueritur de eo MAMERTINVS Panegyrico c. XX. dicens: *militiæ labor a nobiliſſimo quoque pro ſordido & illiberali reiiciebatur, Iuris ciuilis ſcientia, quæ Manlios, Scæuolas, Seruios in ampliſſimum gradum dignitatis euexerit, libertorum artificium dicebatur.* Clarius de hoc teſtatur AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXX. c. IV. *Secundum eſt genus eorum, qui iuris profeſſi ſcientiam, quam repugnantium ſibi legum aboleuere diſſidia, velut vinculis ori impoſitis reticentes, iugi ſilentio vmbrarum, ſunt ſimiles propriarum. Hi velut fata natalicia præmonſtrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus grauitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur. Hi vt altius videantur iura callere, Trebatium loquuntur, & Caſcellium, & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumque iamdiu leges ignotas, cum Euandri matre abhuc ſæculis obrutas multis. Et ſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragari abſolutionem lectiones reconditas pollicerentur, ſi te ſenſerint eſſe nummatum. Tertius eorum eſt ordo, qui vt in profeſſione turbulenta clareſcant, ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudentes, per proſtitutas frontes vileſque latratus quo quo velint aditus ſibi patefaciunt crebros: qui inter ſollicitudines iudicum per multa diſtentas irreſolubili nexu vincientes negotia, laborant, vt omnis quies litibus implicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribunt: quæ cum recte procedunt, delubra ſunt æquitatis: cum deprauantur, foueæ fallaces & cæcæ: in quas ſi captus ceciderit quiſquam, non niſi per multa exſiliet luſtra, aduſque ipſas medullas exſuctus. Quartum atque poſtremum eſt genus impudens, peruicax, & indoctum, eorum qui cum immature e litterariis eruperint ludis, per angulos ciuitatum diſcurrunt, mimiambos non cauſarum remediis congrua commentantes, fores diuitum deterendo, cenarum ciborumque aucupantes delicias exquiſitas. Qui cum ſemel vmbraticis lucris, & inhiandæ vndique pecuniæ ſeſe dediderint, litigare fruſtra quoslibet innocentes hortantur: & ad defendendam cauſam admiſſi, quod raro contingit, ſuſcepti nomen & vim negotii ſub ore diſceptatoris inter ipſos conſtituum articulos inſtruuntur, circumlocutionibus indigeſtis ita ſcatentes, colluuionis tetterrimæ audire exiſtimes vlulabili clamore Therſiten. Cum autem ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi licentiam: quo nomine, ob aſſidua in perſonas honorabiles probra, diebus dictis aliquoties ſunt damnati: e quibus ita ſunt rudes nonnulli, vt numquam ſe codices habuiſſe meminerint. Et ſi in circulo doctorum auctoris veteris inciderit nomen, piſcis aut eduli peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur: ſi vero aduena quiſquam inuſitatum ſibi antea Marcianum verbotenus quæſierit oratorem, omnes confeſtim Marcianos appellari ſe fingunt. Nec iam fas vllum præ oculis habent: ſed tanquam auaritiæ venumdati & vſucapti, nihil præter interminatam petendi licentiam norunt. Et ſi quem ſemel intra*

*retia*

*retia ceperint, caſſibus mille impedicant, per morborum ſimulationem viciſſim conſulto ceſſantes: vtque peruulgati iuris proferatur lectio vana, ſeptem vendibiles introitus præparant, dilationum examina longiſſima contexentes. Et cum nudatis litigatoribus dies ceſſerint, & menſes, & anni, tandem obtrita vetuſtate controuerſia intromiſſa, ipſa capita ſplendoris ingreſſa alia ſecum Aduocatorum ſimulacra inducunt. Cumque intra cancellarum venerint ſæpta, & agi cœperint alicuius fortuna vel ſalus, atque laborari debeat vt ab inſonte gladius, vel calamitoſa detrimenta pellantur, corrugatis tunc inde frontibus, brachiisque hiſtrionico geſtu formatis, vt concionaria Gracchi fiſtula poſt occipitium deſit, conſiſtitur altrinſecus diu: tandemque ex præmeditato conludio, per eum qui eſt in verba fidentior ſuaue quoddam principium dicendi exeritur, Cluentiana vel pro Cteſiphonte orationum æmula ornamenta promittens: & in eam concluſionem cunctis finem cupientibus deſinit, vt nondum ſe patroni poſt ſpeciem litis triennium editam cauſentur inſtructos: ſpatioque prorogati temporis impetrato, quaſi cum Antæo veteri colluctati, perſeveranter flagitant pulueris periculoſi mercedes. Verum tamen hæc cum ita ſint, non deſunt aduocatis incommoda plurima, parum ſuſtinenda recte victuro. Namque ſellulariis quæſtibus ineſcati, inter ſe hoſtiliter diſſident, & rupta maledicendi ferocia, vt dictum eſt, multos offendunt: quam tunc effutiunt, cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem rationibus validis conuallare non poſſunt. Et iudices patiuntur interdum doctos ex Philiſtionis aut Aeſopi cauillationibus, quam ex Ariſtidis illius iuſti vel Catonis diſciplina productos: qui ære graui mercati publicas poteſtates, vt creditores moleſti opes cuiusque modi fortuna rimantes, alienis gremiis excutiunt prædas. Ad vltimum id habet cauſidicina cum ceteris metuendum & graue, quod hoc ingenitum eſt pæne litigantibus cunctis, vt cum iurgia mille caſibus cadunt, accidentia ſecus in poteſtate eſſe exiſtiment patronorum: & omnem certaminum exitum iisdem ſoleant adſignare, & non vitiis rerum, aut iniquitati aliquoties diſceptantium, ſed ſolis defenſantibus iraſcantur.* Patet hoc etiam, quam collapſa in Oriente fuerit Iuris prudentia ex *l. vn. C. Theod. de Reſponſis prudentum.* Et MARCIANVS Nouella I. *his additur aliud maius, quod innocentes præcipue hactenus conterebat. Nonnulli namque ſuis allegationibus diffidentes, vexare ſuos aduerſarios tantummodo cupientes, non iure cum hiis, ſed arte pugnabant, & per ſermonem fucatum & phalerata verba, nonnunquam legibus arte confuſis, ad aliena eos Iudicia pertrahebant, ita vt hinc ſæpius eueniret, vt & miles in ciuili, & priuatus in militari, ſed ſibi incongruo peregrinaretur iudicio.*

**** Nominantur iſti in Nouella Theodoſii, his verbis: *longum eſt memorare, quid in huius conſummationem negotii contulerit vigiliis ſuis Antiochus, cuncta Sublimis ex Præfecto & Conſule. 2. Quid Maximinus vir illuſtris, ex Quæſtore noſtri Palatii, eminens omni genere literarum. 3. quid Martyrius, vir illuſtris, Comes & Quæſtor noſtræ clementiæ, fide interpres. 4. Quid etiam Sperantius, 5. Apollodorus, 6. Theodorus viri ſpectabiles, Comites ſacri noſtri Conſiſtorii: 7. quid Epigenius vir ſpectabilis, Comes & magiſter memoriæ. 8. quid Procopius vir ſpectabilis, Comes ex magiſtro libellorum, iure omnibus veteribus comparandi.* Incogniti fere alias hi Scriptores, niſi quod Antiochi alibi fiat mentio. Eidem enim inſcribitur *l. 6. C. Th. de conlat. donat.* & *l. 5. de his qui ad Eccleſ. confug.* Mentionem eiusdem facit MARCELLINVS *in Chronico ad a.* 448. & THEODOSIVS *Nouella XXXIII.* Agit de eodem SVIDAS voce *Antiochus* & THEODORETVS *ep. XCV.*

***** Extat hæc Nouella, cuius ſubſcriptio eſt. *Dat. XV. Kal. Martii Con-*

*ſtantinopoli, Theodoſio Auguſt. XV. & qui fuerit nuntiatus.* Licet GOTHOFREDVS ſupponat XVI. Subiecta iſta eſt cum aliis Nouellis poſterioribus, a Gothofredo Codici Theodoſiano.

****** Tenorem docet hæc ipſa Nouella: *Quamobrem detterſa nube volumi- num, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ ſunt, compendioſam Diualium conſtitutionum ſcientiam ex D. Conſtantini temporibus roboramus nulla poſt Kal. Ian. conceſſa licentia ad forum & quotidianis aduocationes ius principale deſerre, vel litis inſtrumenta componere, niſi ex his videlicet libris, qui in noſtri nominis vocabulum tranſierunt, & ſacris habentur in ſcriniis. Quanquam nulli retro Principum æternitas ſua detracta eſt, nullius Latoris occidit nomen, imo lucis gratia mutati, claritudine conſultorum Auguſta nobiſcum ſocietate iunguntur.*

******* In Oriente equidem publicatus Codex, prout ex dicta Nouella ad Florentium, Præfectum Prætorio Orientis patet, in quo hæc verba: *nulla poſt Kal. Ian. conceſſa licentia ad forum & quotidianis aduocationes ius principale deſerre, vel litis inſtrumenta componere, niſi ex his videlicet libris, qui in noſtri nominis vocabulum tranſierunt, & ſacris habentur in ſcriniis.* Et in fine Nouellæ: *Quod reſtat, Florenti parens chariſſime & amantiſſime, Ill. magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare eſt placere Principibus, Edictis propoſitis in omnium populorum, in omnium prouinciarum notitiam ſcita maieſtatis Auguſtæ noſtræ faciat peruenire.* De Occidente vero teſtatur eadem Nouella: *his adiicimus nullam conſtitutionem in poſterum, velut latam in partibus Occidentis alioue in loco, ab inuictiſſimo Principe, filio noſtræ clementiæ perpetuo Auguſto Valentiniano poſſe proferri, vel vim legis aliquam obtinere, niſi hoc idem diuina pragmatica noſtris mentibus intimetur. Quod obſeruare neceſſe eſt in his etiam, quæ per Orientem nobis auctoribus promulgantur: falſitatis nota damnandis, quæ ex tempore definito Theodoſiano non referuntur in Codice, exceptis his, quæ habentur apud militum ſancta Principis, vel, de titulis publicis expenſarum aliarumque rerum gratia, quæ in regeſtis diuerſorum officiorum relata ſunt.* Valentiniani equidem Conſtitutio hac de re non extat. Verum ex Nouella II. Theodoſii patet, etiam iſtum Codicem vna cum Theodoſii nouellis in Occidentis Imperio fuiſſe obſeruatum. Sic enim Theodoſius ad Valentinianum: *poſtquam in corpus vnius Codicis diuorum retro Principum conſtitutiones, noſtraſque, redegimus, aliam mox legem putas noſtra promulgauit, quæ iam confecto Codici vires, auctoritatemque tribueret, nec aliter in iudicio quas continent leges niſi ex ipſo proferrentur, valere præciperet. Quod ſi quid iuris ab altero noſtrum poſtea conderetur, ita demum in alterius quoque principis regno vires proprias obtineret, quod generatim conſtitutum eſſet, ſi diuerſis pro ſequentibus ſcriptis, ad alterum principem fuiſſet emiſſum. Quia igitur diuerſis emergentibus cauſis, per hoc tranſacti temporis interuallum ferri leges alias emergentium rerum neceſſitas perſuaſit, quæ nobis perpetua rerum publicarum occupatione diſtrictis ad ſcientiam proferri tuæ maieſtatis minime potuerunt, neceſſarium duximus, has nunc ſaltem vniuerſas tuæ Serenitati, cum noſtræ maieſtatis ſubnotatione transmittere: quo ſubiectis, & prouinciis, & populis ſolenniter innoteſcant, earumque vis etiam in occiduis partibus incipiat obſeruari. Ac lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore, quo publicantur, inuenerint, ſecundum earum tenorem, volumus terminari. Illas autem, quæ iam vel ſententiis diffinitiuis, vel tranſactionibus deciſæ ſunt, minime reſuſcitari. Eas igitur, Domine ſacratiſſ. fili* (Auguſte) *venerabilis, cunctis ex more facias diuulgari, & in-*

vicem

Digitized by Google

*vicem mihi, & prouincialibus, & populis Orientalibus cauenda, obſeruandaque cum ſuæ manus adumbratione transmitti, quæcumque per id temporis ſpatium veſtra perennitas generaliter promulgauit.* Valentinianus etiam Imp. Theodoſii Nouellas ſingulari Nouella confirmat, quæ eſt XIII. *Glorioſiſſimus principum dominus Theodoſius, clementiæ meæ pater leges a ſe poſt Codicem numinis ſui latas nuper ad nos ſicut repetitis conſtitutionibus, cauerat, proſequente ſacra præceptione direxit, Albine, parens Kariſſime Auguſtorum. Inluſtris & præcelſa magnificentia tua noſtrorum quoque apicum tenorem ſecuta perferre eas in notitiam omnium cum ſupradicta venerabili iuſſione ſimul miſſa (quod nihil dubitationis relinquit, tam ſuis quam prouincialium iudicum decernet edictis, vt ſicuti vterque orbis indiuiduis ordinationibus regitur, iisdem quoque legibus temperetur.* Hæc autem conſtitutio decennio poſt, a 448. fuit lata. Confirmatur etiam Codex Theodoſianus Nouella X. cum lex Diui Honorii ad Palladium Præfectum Prætorio miſſa, in Theodoſianum redacta corpus, & Nou. XII. ſecundum Arcadii & Honorii diualia conſtituta, quæ Theodoſianum corpus oſtendit. GOTHOFREDVS in Prolegomenis cap. III. qui etiam docet, qua ratione reliqui Impp. hunc Codicem confirmauerint.

† Latius hoc demonſtrauit GOTHOFREDVS *Prolegom. cap. III.*

†† De hoc GOTHOFREDVS *cap. IV.* vbi etiam ſuccincte demonſtrauit, in quo Codex Iuſtinianeus a Theodoſiano differat.

††† De hoc infra, vbi de collectione Aniani plenius erit agendum.

†††† Iſtæ non in omnibus MStis reperiuntur. Gothofredus tamen eas ex antiquis MStis ſingulis legibus ſubiecit, quandoque duas interpretationes ad vnam legem, vtpote *l. 7. de div. reſcriptis l. vn. de mandat. princ. l. 6. off. rect. prov. l. de off. iud. omn.* Has autem eiusdem cum ipſo Codice olim fuiſſe auctoritatis, atque ſæpius legum Theodoſianarum nomine elatas, GOTHOFREDVS demonſtrauit *Prolegom. cap. VI.*

††††† Singula hæc plenius declarat GOTHOFREDVS *Proleg. c. II.* idem exemplis illuſtrat ex eodem THOMASIVS *de Næuis Iurisprud. p.* 106.

†††††† Edidit illum, ſiue potius Aniani Breuiarium primum Sichardus, *Baſileæ* 1528. *f.* vna cum aliquot Nouellis, & fragmentis aliquot ICtorum, vtpote Caii Inſtitutionum libris II, Iulii Pauli ſententiarum Receptarum libris V, Codicis item Gregoriani atque Hermogeniani, ſed manca eſt editio, cum deſit integer liber VIII, & ex reliquorum titulis haut pauci. Immo etiam manca ſunt fragmenta, quæ adiecit. Poſt Sichardum, idem præſtitit IO. TILIVS, qui titulos ex Corpore Vlpiani XXIX. adiecit. Melior omnino eſt editio IACOBI CVIACII, *Lugduni* 1566. *f.* In hac enim editione & Nouellæ & fragmenta Codicis Gregoriani & Hermogeniani ſunt pleniora. Adiecit Caii libros, Pauli ſententiarum libros, vna cum Aniani interpretationibus & auctiores & caſtiores, quam antea fuerunt, Vlpianum, Volusium Mæcianum de partibus aſſis, Papiani libros Reſponſorum, antea non editos, notas denique Iuris a Magnone collectas. Denuo hæc editio quibusdam mutatis, paucis adiectis, prodiit *Pariſiis* 1586. *f.* & *Aureliæ Allobrogum* 1586. *f.* & mutato ſaltim titulo *Lugduni* 1592. *f.* Optima vero Codicis Theodoſiani editio eſt, quæ cum commentariis perpetuis IACOBI GOTHOFREDI prodiit poſthumo opere, ſtudio ANTONII

MARVILLII, *Lugduni* 1668. *f. VI. Tomis.* Quid in hac editione præſtiterit Gothofredus, præmiſſa Maruillii præfatio, qua ſimul Codicem hunc Theodoſianum commendat, ſatis teſtatur. Præmiſit enim Chronologiam Conſtitutionum vna cum Chronico Impp. Hiſtorico, & Prolegomenis ad Codicis Hiſtoriam facientibus. Deinde hunc Codicem cum Iuſtinianeo exacte contulit, ſingulis Titulis paratitla, ſingulis Conſtitutionibus ſummaria præmiſit. Singulis Legibus breues notas atque commentarium diffuſiſſimum æque ac eruditiſſimum ſubiecit, in quo nihil, quod ad Legis illuſtrationem ex ipſo iure, antiquitatibus, hiſtoria tam eccleſiaſtica quam profana poſſit conducere, prætermiſit. Subiecta ſunt, Notitia Dignitatum vtriusque Imperii, Proſopographia, ſiue Index omnium perſonarum, quarum in hoc Codice fit mentio, Topographia Diœceſion Prouinciarum & Vrbium, vna cum Gloſſario Legum & Rerum Gemino. Opus ſane raræ eruditionis, quod ad illuſtrationem Conſtitutionum Imperatoriarum & Codicis Iuſtinianei, qui ex Theodoſiano ſua habet fundamenta, permultum conducit. De ſingulis editionibus egit GEORGIVS BEYERVS *Not. Aut. Iurid. Specim. II. p.* 28.

## §. XIII.

*Nouellæ Theodoſii & ſubſequentium Impp.*

Poſt Theodoſianum Codicem, non ſolum diuerſæ occurrunt ipſius etiam THEODOSII NOVELLÆ, quibus partim Codex iſte confirmatur, partim etiam ſuppletur. Aliæ ſunt NOVELLÆ VALENTINIANI III qui ipſius gener erat, MARTIANI, MAIORIANI, ANTHEMII; aliorumque Imperatorum, quas quotquot reperiri potuerunt, Codici Theodoſiano ſubiecit Iacobus Gothofredus. *

* Nouellæ etiam Litterariæ nobis indicant LEONHARDVM ADAMI, Volſinienſem, nunc in eo eſſe, vt Impp. Theodoſii, Valentiniani, Maioriani, Seueri & Anthemii Leges Nouellas, Papiniani Reſponſorum Librum, ex MSto Ottoboniano vetuſtiſſimo ederet, ſuppleret atque emendaret.

CAPVT

Digitized by Google

# Capvt Tertivm
## HISTORIA IVRIS IVSTINIANEI.

### §. I.

*Iuſtiniani & Theodoræ laudes ac vitia.*

NOuam plane Iuris prudentia faciem induit ſub Iuſtiniano Imp. quem licet miris, iisdemque immenſis laudibus plerique onerent Iureconſultorum, qui ſacratiſſimum eum Imp. vulgo adpellant * vix autem eſt, vt ipſis, vel Procopio etiam, qui in conuitiis Imp. nimius eſt, ** in omnibus adſentiamur. Hoc tamen a vero haut alienum eſſe putamus, quod ſibi ſuæque nimium vindicet poteſtati, os ſibi & oracula tribuat cœleſtia, *** Theodoræ vxori, mulieri ſcenicæ atque ambiguæ famæ, admodum deditus, **** ita, vt ad ipſius nutum non Remp. ſolum gereret, ***** ſed etiam varias leges publicaret, ****** & Magiſtratus in Theodoræ quoque verba iurarent. ******* Quin etiam auarus fuit, ******** id quod Scriptorum argumenta, exemplaque ſatis comprobant. † Neque tamen rudem illum fuiſſe profitemur, atque plane illiteratum, quod adſerere quidam ex deprauato Suidæ loco non dubitarunt, ſed ſtudiis potius aliquantum vacantem. ††

* Miris ſane elogiis ipſum & Theodoram euehit in Chronico ſuo IOANNES ANTIOCHENVS, dum vitam ipſius deſcribit. Præ cæteris eum commendat PROCOPIVS *lib. I. de Aedificiis p.* 3. dum ait: πρὸς δὲ καὶ τοὺς νόμους λαβὼν τῷ τε πάμπαν πληθεῖς, οὐ δέοντος γεγονέναι, σκοτεινοὺς ὄντας, καὶ συγκεχομένους διαφανῶς τῷ ἀπεναντίας ἀλλήλοις ἰέναι· καὶ τὸν μὲν ὄχλον αὐτοὺς τῆς τερθρείας ἀποκαθάρας, τὸ δὲ ἐς ἀλλήλους διχοστατεῖν βεβαιότατα κρατυνάμενος διεσώσατο. *ad hac legibus, præ nimia obſcuris multitudine, & manifeſta inter ſe pugna confuſis, admota manu; turbam recidit ſuperuacaneam, optimaque conciliatione ſublato ipſarum diſſidio, ius conſeruauit.* Inſigne eſt elogium, quod ipſi tribuit BALDVINVS, *Iuſtiniano ineunte* ſcribens: *Tres ergo Principes magnos, quibus imperantibus maxima, & in Rep. Chriſtiana res geſta ſunt, & rerum conuerſiones in orbe Ro. extiterunt, in primis obſeruare ſoleo, cum Chriſtianorum Principum veterem memoriam hiſtoriamque expono: Conſtantinum, Theodoſium, Iuſtinianum. De duobus autem prioribus cum alias dictum ſit, nunc mihi dicendum eſt de tertio, qui poſtremus eſt: & eſt ita poſtremus, vt Imperii Romani gloria, qua rurſus in eo veluti illuxerat, cum eodem ſit etiam extincta.* FRANCISCVS CVINETVS *in Iuſtiniano ſuo cap. XV.* prædicat huius Imp. pietatem, liberalitatem, iuſtitiam, prudentiam, clementiam, caſtitatem.



Digitized by Google

** Procopivs Cæsarienſis illorum temporum Scriptor, de Rebus Iuſtiniani octo libros conſcripſit, quorum editio eſt optima, quæ græce & latine, interprete Claudio Maltreto, cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus prodiit *Pariſiis* ex Typographia Regia 1663. *f.* His autem octo libris, nonum poſtea ſupplementi quaſi loco addidit, quem ἀνέκδοτα inſcripſit, quemque primus ex MSto Vaticano protulit Nicolavs Alemannvs *Lugduni* 1623. *f.* notasque adiecit, quibus Procopium cum aliis ſcriptoribus confert, eiusdemque dicta defendit. Dicit autem ſtatim ſub initium, ſe ea ſcripturum, ὅσα βελλισαρίῳ μοχθηρὰ, ὕστερον δὲ καὶ ὅσα ἰουστινιανῷ, καὶ θεοδώρᾳ μοχθηρὰ εἴργασαι *quæ Beliſario flagitioſe commiſſa, & deinde quæ Iuſtinianus ac Theodora ſcelerate geſſerunt.* Primo quidem flagitia Antoniæ quæ ex comitatu erat Theodoræ, deſcribit, aliaque a Beliſario commiſſa. De Theodora vero p. 13. ed. Alemanni, ſic loquitur: ἐνταῦθα ἡ βασιλὶς ἐπίδειξιν πεποιῆται ἐς πάντας ἀνθρώπους, ὅτι δὴ χάριτας φονίους εἰδείη, μείζοσί τε, καὶ μιαρωτέροις ἀμείβεσθαι δώροις. ἀντωνίνα μὲν γὰρ ἔνθα οἱ ἐνάγχιστα τὸν καππαδόκην ἐχθρὸν ἐνεδρεύσασα, προὔδωκεν· αὐτὴ δὲ πλῆθος ἐκείνῃ ἐγχειρίσασα ἀνδρῶν ἀνεγκλήτως ἀνήρηκε *hic ſane Theodora documentum apud omnes homines ſtatuere voluit; nempe ſanguinariam referre Antoninæ gratiam, immo maioribus, atque ſceleſtioribus obſequiis compenſare. Nam illa paulo ante Ioannem Cappadocem ex inſidiis Imperatrici tradiderat, ipſa vero magnam illi virorum manum, quos & inſontes peremit.* Pergit porro recenſendis Theodoræ flagitiis atque *p.* 15. dicit: χωρίον γὰρ ἀβέβηλον πώποτε ἀνέφαπτον αὐτῇ οὐδὲν γέγονεν. ἀλλ' αὐτῇ βιάζεσθαι τὰ ἱερὰ ξύμπαντα, οὐδὲν πρᾶγμα ἐδόκει εἶναι *cui nullus tam ſanctus viſus eſt locus, quem non violarit; quin pro nihilo duxit vim omnibus inferre ſacris. p.* 17. βελισάριον δὲ βασιλεύς, καίπερ οὐδενὸς τῶν κατηγορουμένων ἁλόντα, ἐγκειμένης τῆς βασιλίδος περιλύσας *Beliſarium nulli licet crimini, cuius inſimularetur, obnoxium; Auguſta tamen inſtante, Imperator exauctoravit.* Inde *p.* 24. narrat, qua ratione Theodora Beliſarii filiæ pudicitiam per vim proſterni fecerit. *p.* 27. tranſitionem facit, dicens: οἵτινες δὲ ἀνθρώπων ἰουστινιανός τε, καὶ θεοδώρα ἤστην, τρόπῳ τε οὕτῳ διεσπάσαντο τὰ ῥωμαίων πράγματα ἐρῶν ἔρχομαι. *Venio nunc ad Iuſtinianum & Theodoram, dicturus, quid hominum vterque fuerint, quibusue modis rem Romanam afflixerint.* Pergit. *p.* 29. ἀδελφιδοῦς δὲ αὐτῷ (Iuſtino de quo modo dixerat) ἰουστινιανὸς νέος ὢν ἔτι, διῳκεῖτο τὴν ἀρχὴν ξύμπασαν, καὶ γέγονε ῥωμαίοις ξυμφορῶν αἴτιος, οἵας τε, καὶ ὅσας ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα, οὐδείς που πρότερον ἀκοῇ ἔλαβεν. ἦν τε γὰρ ἀνθρώπων ἄδικον φόνον καὶ χρημάτων ἁρπαγὴν ἀλλοτρίων ῥᾷστα ἐχώρει. καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μυριάδας πολλὰς ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καίπερ αὐτῷ αἰτίαν οὐδεμίαν παρεσχομένων, καὶ φυλάσσειν μὲν τῶν καθεστωμένων οὐδὲν ἠξίου ἅπαντα δὲ νεοχμοῦν ἐς ἀεὶ ἤθελε. καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, μέγιστος δὴ οὗτος διαφθορεὺς τῶν εὖ καθεστώτων. τὸ μὲν οὖν λοιμόν, ὅσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, καίπερ ἐπισκήψαν-

τὰ εἰς τὴν γῆν ξύμπασαν διέφυγον ἄνθρωποι, οὐχ ἥσσους, ὅσας διαφθαρῆναι τετύχηκεν. ἢ οὐδαμῆ τῇ νόσῳ ἁλόντες, ἢ γενόμενοι, ἐπειδὴ σφίσι ἁλῶναι ξυνέβη· ἄνδρα δὲ τοῦτον διαφυγεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι τῶν πάντων ῥωμαίων, οὐδενὶ ξυνηνέχθη. ἀλλ' ὥσπερ τι ἄλλο ἐξ οὐρανοῦ πάθος ὅλῳ τῷ γένει ἐπεισπεσὸν, ἀνέπαφον οὐδένα παντελῶς εἴασε. τοὺς μὲν γὰρ ἔκτενεν οὐδενὶ λόγῳ, τοὺς δὲ πενίᾳ μαχομένους ἀφεὶς, ἀθλιωτέρους τῶν τετελευτηκότων εἰργάζοντο· εὐχομένους τὰ παρόντα σφίσι διαλῦσαι θανάτῳ οἰκτίστῳ· τινῶν μέντοι ξὺν τοῖς χρήμασι, καὶ τὰς ψυχὰς εἷλεν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μόνην καταλῦσαι τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, λιβύης τε, καὶ Ἰταλίας, οὐκ ἄλλου του ἕνεκα πεποιῆσθαι τὴν ἐπικράτησιν ἴσχυσεν, ἢ ὥστε ξὺν τοῖς πρότερον ὑφ' αὐτῷ οὖσι διολέσαι τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους. *at eius ſororis filius Iuſtinianus ætate adhuc iunior, & qui ſummam moderabatur imperii, is demum fuit Romanis tot, tantorumque malorum autor, quot & quanta audita non ſunt ex omni ſuperiorum ætatum memoria. Facile prorumpebat in opum alienarum rapinas, in cædis, ſic vt pro nihilo duceret innumeram perdere omnis criminis inſontem multitudinem. Statuta ſeruare nequaquam illi animus; contra ſemper rebus ſtudere nouis, &, vno verbo, bene conſtitutis peſtem importare funeſtiſſimam. Luem illam, quam ſuperioribus libris in totum fere terrarum orbem peruaſiſſe narrauimus, pauciores homines vel non conceptam effugere contigit, vel conceptam depellere, quam ea perire. At Iuſtinianum euitauit nemo Romanorum omnium, qui velut e cœlo immiſſa pernicies ac labes nullum non infecit, alios nefarie de medio ſuſtulit; aliis vitam dira afflictandam egeſtate condonans, perditis miſeriores effecit, qui vel crudeliſſimo ſupplicio tantis malis ſolui cuperent; aliorum demum nec fortunis parcere, nec vita libuit. Non illi ſatis, Romanorum Imperium euertiſſe; ad ſubiugandam Africam, & Italiam vires conuertis, vt cum ſubiectis ſibi Prouinciis illas etiam gentes vnum in exilium deturbaret.* Narrat deinde, qua ratione Amantium ac Vitalianum aliosque contra datam fidem interfecerit, conciliata ſibi Venetorum factione, Praſinos nimium exagitauerit & quæ per Venetorum factionem ediderit flagitia p. 36. ἠλίθιος τε γὰρ ὑπερφυῶς ἦν καὶ νωθεῖ ὄνῳ ἐμφερὴς μάλιστα. καὶ οἷος τῷ τὸν χαλινὸν ἕλκοντι ἕπεσθαι· *nam mire ſtolidus fuit, & lento quam ſimillimus aſino, capiſtro facile trahendus, cui & aures ſubinde agitarentur.* Pergit inde, dicens, qua ratione Imperium Romanum Barbarorum expoſuerit incurſionibus, priuatas Romanorum ſubſtantias vndecunque contraxerit *p.* 37. eius ſtaturam deſcribit, in qua Domitianum dicit æquaſſe. Dum *p.* 38. mores illius deſcribit, ita inter alia loquitur: ἦν γὰρ οὗτος ἀνὴρ κακοῦργός τε, καὶ εὐπαράγωγος, ὃν δὴ μωροκακοήθη καλοῦσιν. οὔτε αὐτὸς ἀληθιζόμενος τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ νῷ δολερῷ ἅπαντα ἐσαεὶ καὶ λέγων, καὶ πράττων. καὶ τοῖς ἐξαπατᾶν ἐθέλουσιν ὑποκείμενος οὐδενὶ πόνῳ. καί τις ἀήθης κρᾶσις ἐν αὐτῷ ἐπεφύκει, ἔκ τε ἀνοίας, καὶ κακοτροπίας ξυγκεκραμμένη. *erat hic homo iuxta malignus, & deceptu facilis; cuiusmodi ingenium fatuum, prauumque appellamus. Nam adeuntibus omnia mente mala, nihil aut re, aut verbis præferebat veri; ipſe nihilominus fraudibus paſſim omnium expoſitus. Inſolente hoc fatua, perditaque mentis temperamento is ſane fuit.* Pergit inde, atque Iuſtinianum, tanquam verſutum, men-

mendacem, periurum, ſibi non conſtantem, auarum, ad quæuis ſcelera pronum, deſcribit, atque hoc modo *p.* 40. finit: δοκεῖ μοι ἂν πλείω φόνον εὑρέσθαι ἀνθρώπων πρὸς τοῦ ἀνδρὸς τοῦδε ξυμβάντα, ἢ ἐν τῷ ἄλλῳ παντὶ αἰῶνι γεγενῆσθαι τετύχηκε *mea quidem ſententia longe plures inueniet factas ab hoc homine cædes, quam ex omni ante acto tempore.* Deſcribit inde *p.* 40. *ſqq.* Theodoram ſcenicam, & commune proſtibulum & *p.* 46. vocat eam fœminam aliis commaculatam ſceleribus, & tot parricidiis infantium vltro abortibus egeſtorum. Inde *pag.* 49. refert, quæ Iuſtinianus in regimine pro arbitrio perpetrauerit, *p.* 52. qua ratione contra Chriſtianos æque ac Gentiles deſæuierit, *p.* 54. qua ratione ſubditorum bonis inhiauerit. De ipſius Natiuitate *p.* 57. ſic loquitur: λέγουσι δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα φάναι τῶν ἐπιτηδείων τισὶν, ὡς οὐ Σαββατίου τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς, οὐδὲ ἀνθρώπων τινὸς υἱὸς εἴη· ἡνίκα γὰρ αὐτὸν κύειν ἔμελλεν ἐπιφοιτᾶν αὐτῇ δαιμόνιον οὐχ' ὁρώμενον, ἀλλ' αἴσθησιν τινὰ ὅτι δὴ πάρεστιν αὐτῇ παρασχὸν, ἅτε ἄνδρα γυναικὶ πλησιάσαντα, καθάπερ ἐν ὀνείρῳ ἀφανισθῆναι *certe Iuſtiniani matrem nonnullis ex neceſſariis narraſſe ferunt, hunc non Sabbatii coniugis, aut hominum cuiuspiam eſſe ſobolem; ſed eo grauida antequam eſſet, quandam Genii ſpeciem ad ſe ventitaſſe, quæ non ad viſum, ſed ad contactum ſe præberet, occubaretque ſibi, & quaſi maritus ſe coniugem iniret, denique veluti per inſomnium euaneſceret.* Et *p.* 58. de eodem loquitur: πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ὅδε ὁ ἀνὴρ δαίμων τις ἀλιτήριος εἶναι, ὅσγε ποτοῦ, ἢ σιτίων καὶ ὕπνου ἐς κόρον οὐδέποτε ἦλθε. ἀλλ' ἀμωσγέπως τῶν παρατεθέντων ἀπογευσάμενος, ἀωρὶ νύκτωρ περιήρχετο τὰ βασίλεια, καίπερ ἐς τὰ ἀφροδίσια, δαιμονίως ἐσπουδακώς. *equidem neſcio cui non dirum, & furiale caput is videretur, qui licet Veneris perdite ſtudioſus, nunquam potus, cibi, vel ſomni ſe expleuerit ſatietate; ſed vt cumque deguſtatis ferculis intempeſta nocte regiam obambularit.* Poſt tot conuitia, quæ contra Iuſtinianum euomuerat, demum *p.* 59. illum quoque laudat, ſcribens: Ἰουστινιανὸς δὲ τοιοῦτος μὲν τὸ ἄλλο ἦθος οἷος δεδήλωται. ἀπρόσιτον δὲ παρεῖχεν αὑτὸν, καὶ πρᾶον τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδενί τε τῶν πάντων ἀποκεκλεῖσθαι τῆς εἰς αὐτὸν εἰσόδου συνέβαινε. ἀλλὰ καὶ τοῖς οὐκ ἐν κόσμῳ παρ' αὐτὸν ἑστῶσιν, ἢ φθεγγομένοις, οὐδέποτε χαλεπῶς ἔσχεν. *Iuſtinianus vero iis licet moribus eſſet, omnibus tamen ita ſe præbuit in congreſſu facilem, ac lenem, vt neminem acciderit eius aditu probiberi, nec vnquam ægre ipſe tulerit, ſi quis indecore apud ſe vel ſtaret, vel loqueretur.* Ipſius deinde clementiam varie adhibitam prædicat. Pergit *p.* 60. καὶ αὐτὸς δὲ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὰς τῶν ζώντων, ἢ τετελευτηκότων οὐσίας, καὶ ταύτας τῶν τινὶ νεῶν εὐθὺς ἀνατιθεὶς. τῷ τῆς εὐσεβείας ἐφιλοτιμεῖτο παραπετάσματι, ὡς μὴ ἐς τοὺς βιασθέντας ἡ τούτων αὖθις ἐπανίοι κτῆσις. ἀλλὰ καὶ φόνων ἀριθμὸν ἄκριτον διὰ ταῦτα εἰργάζετο. εἰς μίαν γὰρ ἀμφὶ τῷ Χριστῷ δόξαν ἅπαντας ἐν σπουδῇ ἔχων, λόγῳ οὐδενὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διέφθειρε, καὶ ταῦτα ἐν τῷ τῆς εὐσεβείας προσχήματι πρεσσόντων, οὐ γὰρ οἱ ἐδόκει φόνος ἀνθρώπων εἶναι, ἤν γε μὴ τῆς αὐτοῦ δόξης

οἱ

οἱ τελευτήσαντες τύχοιεν ὄντες οὕτως ἦν κατεσπουδασμένος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐσαεὶ φθορός. *Ipſe male parta aliorum bona ſiue ſupereſſent, ſiue de vita illi deceſſiſſent, templis addixit, vt ſic & crimen obtegeret pietate, & nunquam in poſterum ad vexatos olim poſſeſſores facultates redirent. Quin ſe infinitis cædibus præpoſtera hac pietate cruentauit. Illud etiam pugnauit, vt in vnam omnes conuenirent de Chriſto ſententiam; eaque ſpecie religionis aliis vitam violauit, haud eſſe homicidium ratus, quod in aliena opinionis populares committeretur.* Sic erat ſemper perdendis populis intentus *p.* 61. ἄπιστος γὰρ ἐν πᾶσι πλήν γε δὴ τῆς τε ἀπανθρωπίας, καὶ φιλοχρηματίας διαφανῶς ἦν· ταύτης γὰρ αὐτὸν ἀποστεῖσαι δυνατὸν οὐδένι γέγονεν· ἀλλὰ καὶ ἐς ἃ πείθειν αὐτὸν ἡ γαμετὴ οὐκ εἶχε, χρημάτων αὐτῷ μεγάλων ἐλπίδας ἐκ τοῦ ἔργου ἐσομένων ἐμβαλομένη εἰς τὴν πρᾶξιν ἣ προὐβούλετο, οὔτι ἐθελούσιον τὸν ἄνδρα εἵλκυε. κέρδους γὰρ οὐκ εὐπρεποῦς ἕνεκα, καὶ νόμους τιθέναι, καὶ αὖ πάλιν αὐτοὺς καθέλκειν οὐδαμῆ ἀπηξίου. ἐδίκαζέ τε οὐ κατὰ τοὺς νόμους, οὓς αὐτὸς ἔγραψεν, ἀλλ' ἔνθα ἂν αὐτὸν μείζων τε ὀφθεῖσα, καὶ μεγαλοπρεπεστέρα ἡ τῶν χρημάτων ὑπόσχεσις ἄγοι *denique fuit Iuſtinianus nulla in re ſtabilis, præterquam crudelitate, ſtudioque pecuniæ, a quibus nullus eum cohibere vnquam potuit. Theodora certe coniux ſi quando illum non haberet obſequentem, iniecta ſpe magnarum ex negotiis pecuniarum, tandem inuitum ducebat, quo ipſa cumque vellet. Nam non eſt veritus & leges ferre, & quas tuliſſet refigere, dummodo turpi lucro eſſet; neque ad eas, quas ſcripſit conſtitutiones, exegit iudicia, ſed ad quas trahebatur pecunias, ſeu luculentiores viſas, ſiue promiſſas munificentius.* Inde prolixe refert, qua ratione auro iudicia penſauerit, ac pretio conductus, leges alterauerit. *p.* 67. refert, qua ratione omnia ad Theodoræ nutum fuerint geſta. Progreditur *p.* 70. & *ſqq.* atque varia Iuſtiniani ac Theodoræ flagitia recenſet *p.* 80. & *ſqq.* Iuſtinianum reprehendit, quod ipſius culpa Imperium varie fuerit deuaſtatum. *p.* 83. refert, qua ratione Romanorum atque omnium fere Barbarorum cruore vniuerſus terrarum orbis abunde redundauerit. quæ mala ſub ipſius regimine facta *p.* 86. narrat, qua ratione ærarium ab Anaſtaſio refertiſſimum exhauſerit. *p.* 89. & *ſqq.* qua ratione indignis ſæpe magiſtratus contulerit *p.* 104. ea, quæ commiſerit in milites. *p.* 119. dicit. τὰ μὲν Ἰουστινιανῷ εἰργασμένα, τοσαῦτά ἐστίν, ὡς μήτι τὸν πάντα αἰῶνα τὰ περὶ αὐτῶν λόγῳ ἐπαρκεῖν δύνασθαι *tot Iuſtiniani ſunt flagitia, vt ad ea numeranda nullum tempus ſatis futurum eſſet. p.* 124. narrat, qua ratione accepta pecunia, leges mutauerit, præcipue, quod eadem centenariam Rerum Eccleſiæ præſcriptionem conſtituerit. *p.* 126. πολλούς τε αὐτῶν οἱ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τεταγμένοι, ἅτε προβατείων κρεῶν ἐν τούτῳ γευσαμένους τῷ χρόνῳ τὸ ἐς τὴν πολιτείαν παρανόμως ὑπάγοντες χρήμασιν ἐζημίουν πολλοῖς. ἔργα μὲν οὖν καὶ ἄλλα τοιαῦτα Ἰουστινιανοῦ ἀνάριθμα ἐξεπιστάμενος, οὐκ ἄν τι ἐνθεῖεν *quin pleroſque eo tempore agnina paſtos in crimen violatæ Reipublicæ adductos, pecunia ingenti Magiſtratus puniuit. Iuſtiniani facinora huius generis infinita mihi plane comperta prætereo.* Pergit deinde, narrans, qua ratione diſſimulator fuerit & verſipellis. Concludit tandem hiſtoriam ſuam Procopius his verbis ὁπηνίκα οὖν, ἢ ἄνθρωπος ὢν Ἰουστινιανὸς ἀπίλθῃ τοῦ βίου, ἢ ἅτε τῶν δαιμόνων ἄρχων ἀπολύσει τὸν βίον,

ὅσοι τηνικάδε περιόντες τύχωσι, τ' ἀληθὲς εἴσονται *verum, vbi Iuſtinianus, ſiquidem homo ipſe eſt, ex rebus humanis exceſſerit, vel ſi furiarum Princips res humanas euerterit, quicumque tum ſuperfuerint, id compertum habebunt.* Et quis omnia, quæ in Iuſtinianum euomuit conuitia enarraret. Fuerunt equidem, GABRIEL TRIVORIVS potiſſimum & IO. EICHELIVS qui fidem Procopii ſubleſtam facere conantur. Aſt, licet facile concedam, Procopium adfectibus ſuis indulſiſſe, neque tamen in omnibus Procopii fidei denegari auſim, prout in Prolegomenis iamdum fuit demonſtratum.

*** Sic l. 2. C. de Fabricenſibus ait: *eos, qui apud aulam præſto ſibi ſint futuri, eo dirigendos, vt adorent æternitatem ſuam* l. 1. §. 6. C. de Vet. I. enucl. *a noſtro diuino fuerint ore profuſa* l. 2. C. de iure dom. imperr. *hinc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, iure dominii a noſtra ſerenitate habere, eandem rem expetat, habeantque ex diuino oraculo eam in ſuo dominio* l. vlt. C. de quadr. præſcripr. ſub fin. *qua ergo pro Auguſto honore, & cautela res accipientium noſtra ſtatuit æternitas hac tam ſublimitas tua quam cæteri omnes iudices noſtri obſeruare feſtinent.* l. 12. C de adquir. & retin. poſſ. *ex libris Sabinianis quæſtionem in diuinas noſtri numinis aures relatam tollentes, definimus.* l. 15. C. de legit. hæred. *meminimus autem diuinam nos promulgaſſe conſtitutionem.* l. 23. §. 1. C. de nuptiis. *itaque cum iniuſtum ſit, ſeruos quidem libertate donatos poſſe per diuinam indulgentiam natalibus ſuis reſtitui.* l. 7. pr. C. de Summa Trinitate, *ideoque ex præſentibus diuinis noſtris breuiculis ſciet tua ſanctitas* l. 4. C. de tempor. *& reparata per hanc diuinam ſanctionem decernimus.* l. 23. C. de nuptiis, *liceat eis noſtro ſupplicare numini, vt diuinos affatus ſine dubio mereantur.* l. vn. §. 10. C. de Caducis tollendis *ſecundum quod in diuini noſtri numinis deciſionibus ſtatutum eſt.* Sæpius occurrunt *diuina lex, iuſſio, ſanctio, diuinum edictum.* Quantæ arrogantiæ plenum ſit Procemium Inſtitutionum, vel ſingulis conſtat. Reprehendit hunc Iuſtiniani faſtum PAGANINVS GAVDENTIVS *de Iuſtinianei ſeculi moribus* p. I. c. V. & HERMANNVS POST diſſertatione ſua inaugurali *de diuinis Imperatorum titulis, eorumque Origine, Erfordia* 1716. 4.

**** Vt Procopium mittamus, habemus quoque teſtes alios. Sic ALEMANNVS p. 33. Auctorem de antiquitate vrbis Conſtantinopolitanæ inducit loquentem: τὸν ἅγιον παντελεήμονα, Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ὅτε ἦλθεν ἀπὸ παφλαγονίας ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ κατῴκει πένης οὖσα, καὶ ἔρια νήθουσα, ἐξ ὧν εἶχε καὶ τὴν διατροφήν, μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι ἐκτισε τὸν πενιχρὰν ἐκείνην οἰκείαν εἰς ναὸν *Theodora vxor Magni Iuſtiniani poſt reditum ex Paphlagonia in Embolo habitauit, vbi propter egeſtatem lanam nebat, ex quo opificio vitam ſuſtentauit; vbi vero ad Imperium peruenit, in abiecta illa domo Templum conſtruxit S. Pantaleonis.* Dum autem in Embolo vixit, ſatis patet, ſcenicam eam fuiſſe & quæſtuariam. Talem PLINIVS *lib. VII. c. XLVIII.* vocat mulierem embolariam. De qua SALMASIVS ad Vopiſci Aurelianum c. XLII. p. 530. *empolaria mulier eſt ſcenica vel quæſtuaria. Scenicæ enim mulieres quæſtum corpore faciebant, & cuiuis volenti patebant.* Hanc etiam fuiſſe conſtantem famam ex Aimoino ſeculi XI. Scriptore patet, dum lib. II. de G. Franc. c. V. ſic loquitur: *his ipſis apud Conſtantinopolim diebus, Iuſtino humanis rebus exempto, Iuſtinianus ei ſucceſſit in regno. Is autem Iuſtinianus, dum eſſet temporibus memorati Iuſtini ſacri ſcrinii præpoſitus, & Beliſarius equitum præfectus, mutua ſibi adinuicem dextras dederant amicitiæ. Et iuriſiurandi ſe obligauerant fide, vt ſi quilibet eorum altioris gradus potiretur honore, ſocium ſibi æquaret digni-*

*dignitate. Quadam itaque die, cum coæquæuis ſibi lupanar ingreſſi, conſpiciunt duas mulierculas ex gente Amazonum ſorte captiuitatis abductas, inibi eſſe proſtitutas. Eas illi rapiunt, atque ad proprias domos deducunt: vni earum nomen Antonia, alia vocabatur Antonina. Et Antoniam quidem Iuſtinianus, Antoninam vero accepit Beliſarius. Erantque ambæ ſorores. Vna ergo dierum, Iuſtiniano meridianis horis ſub dio quieſcente, eum caput in ſinum ſuæ reclinaſſet amatæ, adueniens aquila, alis expanſis ab ardore ſolis eum conabatur defendere. Intellexit mulier auſpicium, quod Iuſtiniano portendebat imperium: & experrectum tali voce compellat virum. Oro, inquit, amantiſſime iuuenis, vt dum regni potitus fueris ſceptris, non me indignam iudices gratiſſimæ amplexibus coniugis. Illo dicente, impoſſibile hoc eſſe; vt ipſe ad culmen proueheretur imperiale: rogat mulier, vt, quod illa pro certo ſciebat ne ſe inexoratum ei præberet. Quo tribuente aſſenſum, factaque commutatione annulorum vtrinque eſt diſceſſum. Sane Beliſarius eique copulata Antonina, eadem inierunt connubii fœdera: vt, quia non dubitabat Beliſarius adepturum ſe potioris honoris gradum, ſi imperio potiretur Iuſtinianus, ſociam ſui eam adſciſceret ſtatus. Nec multum fluxerat temporis, cum Imperator Iuſtinus expeditionem parauit aduerſus regem Perſidis. Sed in ipſo belli apparatu morbo præuentus, anno aſſumpti imperii octauo eſt defunctus. Conſenſu Senatus, totiusque ſimul exercitus, Auguſtus efficitur Iuſtinianus. Qui nihil moratus, collecto exercitu contra Barbaros eſt profectus. Et commiſſa pugna, fugatisque hoſtibus, Regem ſe eorum cepiſſe gauiſus eſt. Quem in ſolio regni iuxta ſe ſedere fecit: & vt prouincias, quas Romanis eripuerat, ſibi reſtitueret, imperauit. Cui ille, non, inquam, dabo. Ad hæc Iuſtinianus reſpondit: Daras? pro cuius nouitate ſermonis, ciuitas eo loco conſtructa eſt, cui Daras nomen eſt. Rex autem Perſidis, licet non voluntarius, omnia ei reſtituit, quæ Romani fuerant iuris: ſicque in regnum ſuum eſt redire permiſſus. Iuſtinianus quoque Auguſtus cum magno triumpho Conſtantinopolim eſt regreſſus. Tunc Antonia, eius quondam amata, ſui nequaquam oblita, ſumptis quinque aureis palatium eſt ingreſſa: E quibus duos dedit ianitoribus, vt ſibi pateret introitus, tres vero tenentibus cortinam, vt ſuam permitteretur enarrare cauſam: & ſtans ante Principem, hunc apud eum habuit ſermonem. Cum ſcriptura dicat, Honor Regis iudicium diligit: Et item, Rex qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo: ego, clementiſſime Imperator, hæc dicta eſſe de te intelligens fiduciam ſumpſi te adeundi, tibique propriæ neceſſitudinis cauſam exponendi. Eſt denique in hac ciuitate iuuenis, qui mecum permutatis annulis fidem pepigit alterni amoris, profeſſus quod me ſibi iungeret ſub nomine legitimæ coniugis. Ob id Serenitatis tuæ præſentiam adii, tui ſuper hac re expoſcens ſententiam iudicii. Cui Imperator, Si, inquit, fides eſt pacta, non debet fieri irrita. Quo illa audito, annulum ſuo detrahens digito oſtendit Auguſto. Videas, ait, Dominus meus, cuius iſte fuerit anulus. Agnoſcit Princeps eum, quem dederat annulum: iubet eam introduci in cubiculum: ornamentiſque regalibus indutam, de cætero vocari & eſſe Auguſtam. Quod factum vehementer abhorruit populus cunctiuſque Senatus: adeo vt palam clamarent, nefariam rem feciſſe Auguſtum, vt publicæ abiectionis ſcortum ſibi copularet in matrimonium. Hac Cæſar exagitatus iniuria, pleroſque Senatorum pertrahi iubet ad necem. Quæ res in tantum perterruit plebem, vt ſibi quiſque metuens, conatibus eius in poſterum minime obuiare auderet.*
Conuenit itaque Aimoinus cum anterioribus, niſi quod Theodoræ loco ſupponat nomen Antoniæ, eandemque demum poſt Iuſtini mortem ductam fuiſſe dicat, ideoque confudiſſe mihi videtur, quod vxor, & quod Auguſta facta. Illud vel omnium

 teſti-

teſtimonio, viuo adhuc Iuſtino factum: hoc vero demum poſt iſtius mortem ſub Imperii initium. Sic enim THEOPHANES *p.* 146. ἔστεψεν δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα τὴν Θεοδώραν Αὐγούσταν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. *Coronauit autem Auguſtam Vxorem ſuam Theodoram ſimulatque cepit Imperium.* Id quod ALEMANNVS in notis *p.* 36. plenius perſequitur. Huius matrimonii cauſſa Conſtitutio iſta, quæ in *l.* 23. *C. de nuptiis* reperitur, lata fuiſſe videtur. Sic enim §. 1. *itaque cum iniuſtum ſit, ſeruos quidem libertate donatos poſſe per diuinam indulgentiam natalibus ſuis reſtitui, poſtque huiusmodi principale beneficium ita degere, quaſi nunquam ſeruiſſent, ſed ingenui nati eſſent: mulieres autem quæ ſcenicis quidem ludis ſeſe ante immiſcuerunt, poſtea vero ſpreta mala conditione ad meliorem migrauere ſententiam, & inhoneſtam profeſſionem effugerunt, nullam ſpem principalis habere beneficii, quod eos ad illum ſtatum reduceret, in quo ſi nihil inhoneſti peccatum eſſet, commorari potuerunt: præſenti ſanctione clementiſſima principale beneficium eis ſub ea lege condonamus, vt, ſi derelicta mala & inhoneſta conuerſatione commodiorem vitam amplexæ fuerint, honeſtatique ſe dederint, liceat eas noſtro ſupplicare numini, vt diuinos affatus ſine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: his, qui eis coniungendi ſunt, nullo timore terrendis, ne ſcitis præteritarum legum infirmum eſſe videatur tale coniugium, ſed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quaſi nulla præcedente inhoneſta vita vxores eas duxerint: ſiue dignitate præditi ſint, ſiue alio modo ſcenicas in matrimonium ducere prohibeantur: dum tamen dotalibus omnino inſtrumentis non ſine ſcriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, & quaſi ſuis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhoneſtum eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquam eas habere cum his quæ nihil ſimile peccauerunt.* Facit ad Legis intellectum PROCOPIVS *p.* 45. de Iuſtiniano dicens: Τότε δὴ τὴν ἐγγύην πρὸς τὴν Θεοδώραν ἐνεχείρει ποιεῖν. ἀδύνατον δὲ ὂν ἄνδρα ἐς ἀξίωμα βουλῆς ἥκοντα ἑταίρᾳ γυναικὶ ξυνοικίζεσθαι, νόμοις ἄνωθεν τοῖς παλαιοτάτοις ἀπορρηθέν, λῦσαί τε τοὺς νόμους τὸν βασιλέα νόμῳ ἑτέρῳ ἠνάγκασε. καὶ τὸ ἐνθένδε ἅτε γαμετῇ τῇ Θεοδώρᾳ ξυνῴκησε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι βάσιμον κατεστήσατο τὴν πρὸς ἑταίρας ἐγγύην. *Tum is cum Theodora moliri nuptias aggreditur; nam cum viris Senatoriis (quod priſca lege cautum eſt) vxorem ducere meretricem non liceat, illa Principem adigit ad legem noua conſtitutione euertendam; & exinde Theodora matrimonio iungitur, aditu reliquis ad meretricia connubia patefacto.* Diſceptatur itaque, an iſta Conſtitutio Iuſtiniani ſit an Iuſtini Senioris. Rubrica legis XXIII. in Codice habet Imp. IVSTINIANVS A. DEMOSTHENI P. P. Aſt, Alemannus *p.* 37. notauit, in MStis Codicis ſic exaratum Imp. IVST. *Auguſtus Demoſtheni Præfecto Prætorio*, idemque ex Procopio *p.* 28. demonſtrat, Iuſtinum nomen ſuum per quatuor literas IVST. ſcribere ſolitum, ex quo perperam formatum fuerit Iuſtinianus, dum hæc Conſtitutio Iuſtino potius ſit adſcribenda. Adſentitur PETRVS RELANDVS *Faſtis Conſularibus p.* 692. Tanto magis, quod eiusmodi errores in Codicem varii irrepſerint, prout *l.* 7. 8. *C. de aduocat. diuerſ. iudicum* æque Iuſtiniano tribuatur, cum tamen Iuſtini ſit. Exemplum addere licet *l.* 4. *C. de ſumma Trinitate*, quæ Marciano Imp. tribuitur *Dat. VIII. Idus Febr. Conſtant. Patricio Conſ. & Richimer* 459. quo Marcianus iamdum biennio præterlapſo, fuerat defunctus. IO. EICHELIVS quidem *p.* 177. & 179. ex eo, quod aliæ etiam leges, vtpote *l.* 24. & 25. *C. de Epiſc. audientia & l. vlt. C. de LL.* ad eundem Demoſthe-

nem

nem ſint directæ, concludit; hanc etiam Conſtitutionem potius videri eſſe Iuſtiniani. Verum, ſi Alemanno fides eſt habenda, quod Codices antiqui litteras IVST. Conſtitutioni habeant præfixas, facile ipſi accedimus, Iuſtino hanc potius eſſe tribuendam, quam Iuſtiniano. Et ſi vel maxime huius eſſet, in fauorem tamen Theodoræ fuiſſet publicata. Dum autem in dicta conſtitutione ad priſcam legem prouocetur, qua Senatoriis viris vxorem ducere ſcenicam meretricem fuerit prohibitum. Extat de hoc lex .44. *π. de Ritu Nupt.* & Conſtantini *l.1. C. de natur. liberis, Senatores ſeu præfectos, vel quos in ciuitatibus duumuiralitas, vel ſacerdotii id eſt Phœniciarchiæ, vel Syriarchiæ ornamenta condecoraut, placet maculam ſubire infamiæ & alienos a Romanis legibus fieri, ſi ex ancilla, vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia, vel ſcenica, vel ſcenicæ filia, vel tabernaria, vel tabernariæ filia, vel humili vel abiecta perſona, vel lenonis aut arenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuit, ſuſceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio aut noſtri prærogatiua reſcripti.* Aliaque Valentiniani & Marciani l.7. C. de inceſtis & inutil. nuptiis. *Humiles vero abiectasque perſonas eas tantummodo mulieres eſſe cenſemus, ancillam, ancillæ filiam, libertam, libertæ filiam, ſcenicam, ſcenicæ filiam, tabernariam, tabernarii vel lenonis aut arenarii filiam: aut eam, quæ mercimoniis publice præfuit.* Ideoque huiusmodi inhibuiſſe nuptias, ſenatoribus harum fœminarum, quas modo enumerauimus, æquum eſt. Confirmata autem dicta *Lex XXIII.* C. de Nuptiis *l.7. C. de inceſt. & inutil. nupt.* per *Nou. CXVII. c. VI.* vbi Iuſtinianus decernit. *Conſtantini vero piæ memoriæ, per quam mulierum coniunctiones (quas Conſtantini lex abiectas vocauit) ad quosdam dignitatibus decoratos, prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus: ſed licentiam volentibus præbemus (etſi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur) huiusmodi mulieres cum dotalibus inſtrumentis ſibimet copulare. Reliqui vero citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati ſunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, ſiue ſcripto voluerint, ſiue ſolo affectu nuptiali: ſi tamen liberæ ſint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.* Facit huc etiam Iuſtiniani Reſcriptum ad Epiſcopos, apud ALEMANNVM *p.41.* Defendit ideo Iuſtinianum, cui hanc legem tribuit GABRIEL TRIVORIVS *in Obſeruatione Apologetica cap. XI. §. IV.* Chriſtianæ charitati hoc conuenire, ob rationem legis, his verbis expresſam: *nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum noſtra naturæ poſſibile eſt) imitari, qui cottidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem eam ſtatum deducere. Quod ſi circa noſtro ſubiectos imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni eſſe videbimur.* Prouocat ad *c.13. &* 14. *c.32. qu.1. c.2. de Sponſalibus* vbi bonum opus eſſe dicitur, ſi quis meretricem duxerit vxorem. Bella ſane defenſio!

***** Patet hoc ex eo, quod Iuſtinianus in publicis monumentis vxoris ſuæ nomen expreſſerit, eandemque, tanquam Imperii participem adgnouerit. Ex hinc inſcriptionem menſæ ſacræ factam, quam nouam & admirabilem donauit Eccleſiæ Sophiæ, ornatam auro, argento, omnique lapillorum genere, ex Cedreno adducere licebit, dum *p.386.* loquitur: Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρομεν οἱ δοῦλοι σου Χριστέ. Ἰουστινιανὸς καὶ Θεοδώρα, ἃ εὐμενῶς πρόσδεξαι υἱὲ καὶ λόγε τοῦ Θεοῦ ὁ σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει σου διατήρησον. καὶ τὴν πολιτείαν ἣν ἡμῖν ἐπιστεύσας, εἰς τὴν ἰδίαν σου δόξαν αὔξησον, καὶ φύλαξον, πρεσβείας τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου

Μαρίας. *Tua de Tuis offerimus Tibi famuli Tui, Chriſte, Iuſtinianus & Theodora: ea benigne ſuſcipe, Fili & ſermo Dei qui incarnatus & crucifixus es pro nobis: atque in orthodoxa nos fide tuere: Remp. quoque a Te nobis creditam & commiſſam in propriam Tui gloriam auge & conſerua: precibus & interceſſione Sanctæ Dei genitricis & Semper Virginis Mariæ.* Formula iſta finalis conuenit cum clauſula *l. 1. pr. C. de off. præf. Prætor. Africæ: hoc etiam deprecantes exoramus, ſanctæ & glorioſæ Semperuirginis & Dei genitricis precibus.* Patet hoc etiam ex EVAGRIO lib. IV. c. X. Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν τῶν ἐν Καλχηδόνι συνεληλυθότων, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων, μάλα γεννικῶς ἀντεῖχετο. Θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικος, τῶν μίαν φύσιν λεγόντων. εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων. ἡνίκα γὰρ ὁ περὶ πίστεως προήκει λόγος, πατέρες τε πρὸς παῖδας, παῖδές τε αὖ πρὸς τοὺς φύντας διΐσαντο. γυνή τε πρὸς τὸν ἴδιον γαμέτην, ἀνήρ τε αὖ πάλιν πρὸς τὴν ἰδίαν γαμέτην. εἴτε καὶ κατά τινα συγκείμενοι οἰκονομίαν, ἵν' ὁ μὲν τῶν λεγόντων δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀντέχηται, ἡ δέ, τῶν πρεσβευόντων μίαν φύσιν. ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἐνεδίδοσαν. ἀλλ' ὁ μὲν τῶν ἐκ Καλχηδόνι συντεθειμένων μάλα σπουδαίως ἀντελαμβάνετο. ἡ δέ, μετὰ τῶν ἀπεναντίας οὖσα, τῶν λεγόντων μίαν φύσιν παντοίως προυνόει, καὶ τοὺς γε ἡμεδαποὺς περιέθαλπε, καὶ τοὺς ἀλλοδαποὺς μεγάλοις χρήμασιν ἐδεξιοῦτο. ἣ καὶ πείθει τὸν Ἰουστινιανὸν μεταπέμπτον Σευῆρον ποιήσασθαι. *Et Iuſtinianus quidem eos, qui in Chalcedonenſi Synodo conuenerant, & quæcunque ab illis fuerant expoſita, acriter defendebat. Eius vero coniux Theodora, ab illorum partibus ſtabat, qui vnam in Chriſto naturam adſererent: ſiue quod ipſi reuera ita ſentiebant. Nam quotieſcunque agitur de fide, patres a filiis, & filii diſſident a parentibus: & vxor quidem a marito, maritus vero ab vxore ſua diſſentit: Siue per quandam ſimulationem, ita inter ipſos conuenerat, vt alter quidem eorum partes defenderet, qui duas in Chriſto Deo noſtro naturas eſſe dicebant poſt vnitionem: altera vero, illorum qui vnam duntaxat naturam aſſeuerabant. Neuter tamen ea in re neutri ceſſit. Sed Iuſtinianus quidem ea quæ Chalcedone acta fuerunt, pertinaciter tuebatur. Theodora vero contrariæ parti addicta, eorum qui vnam naturam aſſererent maximam curam ac ſollicitudinem gerebat. Et noſtros quidem fouebat, extraneos vero maximis muneribus afficiebat.* Denique perſuaſit Iuſtiniano, vt Seuerum ad ſe accerſeret. Conueniunt hæc plane cum verbis PROCOPII *p. 47.* νῦν δὲ αὐτῆς καὶ τ' ἀνδρὸς τὰ πεπραγμένα ἐν ὀλίγῳ δηλωτέον ἡμῖν. ἐπεὶ οὐδὲ τι ἀλλήλοιν χωρὶς ἐς τὴν δίαιταν ἐπραξάτην. χρόνον μὲν γὰρ πολὺν ἔδοξαν ἅπασι ταῖς γνώμαις ἀεὶ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι καταντικρὺ ἀλλήλοιν ἰέναι· ὕστερον μέντοι ἐξεπίτηδες αὐτοῖν ξυμπεπλάσθαι ἡ δόκησις αὕτη ἐγνώσθη, τοῦ μὴ ξυμφρονήσαντας τοὺς κατηκόους σφίσιν ἐπαναστῆναι, ἀλλὰ διεστάναι τὰς γνώμας ἐπ' αὐτοὺς ἅπασι. πρῶτα μὲν οὖν τοὺς χριστιανοὺς διαναστήσαντες, καὶ τὴν ἐναντίαν ἔγγε τοῖς ἀντιλεγομένοις σκηπτομένω ἀλλήλοιν ἰέναι. διεσπάσαντο οὕτως ἅπαντας, ὥσπερ μοι λελέξεται οὐ πολλῷ ὕστερον. ἔπειτα δὲ τοὺς στασιώτας διείλοντα. *nunc vero ſummam habeamus rerum ab ea, coniugeque geſtarum; nam illis in re gerenda nihil non*

in

*in communi all utatum; licet diu multumque omnibus opinionem fecerint, quaſi in diuerſas irent ſententias, & contraria ſtudia: nam deprehenſum eſt demum ex induſtria hanc illos ſpeciem ſimulationis induiſſe; ne ſubditi, communicatis conſiliis, ſeditionem agitarent quandiu de illis opinio eſſet in ambiguo. Principio quidem ſimulatis his ex aduerſo ſtudiis Chriſtianos inter ſe quæſtionibus, vt paulo poſt dicam, concitatos, deinde vero factionum populares diſtraxerunt.* Pergit idem EVAGRIVS *c. XI.* dicens, qua ratione Seuerus ad Iuſtinianum æque ac Theodoram litteras direxerit. Idem teſtatur, IO. ZONARAS *Ann. lib. XIV. p. 60. ed. Pariſ.* ἄρξαντος Ἰουστινιανοῦ οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου δεδύνητο, *Iuſtiniano principatum adepto, non vnius, ſed duorum poteſtas fuit, cum vxor eius non minus ipſo, ac potius plus poſſet.* Teſtatur hoc etiam VICTOR TVNNVNENSIS qui circa medium ſeculi ſexti & tempora Iuſtiniani vixit. Hic enim hinc inde teſtatur, quantum Theodoræ faſtus perualuerit. Vtpote p. 37. *Decio V. C. Coſſ. Theodoræ Auguſtæ factio vnum de Trinitate paſſum non aſſerens ſecundum quid, ſed abſolute ſuſcipiendum cunctis generali lege imponit; & a clericis atque monachis ſubſcriptiones violenter exegit.* p. 39. *Anthemius Epiſcopus Eutychianus Trabezontenſis, factione Theodoræ Aug. Conſtantinopolitanam peruadit Eccleſiam.* p. 40. *Agapitus Archiepiſcopus Romanus Conſtantinopolim venit, & Anthemium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Eccleſiæ peruerſorem Chalcedonenſis Synodi inimicum, deponit. Theodoram Aug. eius patronam, communione priuat.* p. 41. *poſt conſulatum Baſilii V. C. anno ſecundo, Theodoræ factione Auguſtæ quæ occulta eſſe Synodi Chalcedonenſis nunquam deſtitit inimica, ex quo regnare cœpit proſcriptionum inſidiæ præparantur. Syluerius Rom. Epiſcopus exilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinaretur, occulto chirographo elicuit, vt papa effectus, in proſcriptione Synodi Chalcedonenſis tria capitula condemnaret.* & p. 44. *Theodora Auguſta Chalced. Synodi inimica, canceris plaga corpore toto perfuſa, vitam prodigioſe finiuit.* Idem teſtatur LIBERATVS in Breuiario c. XX. *ea tempeſtate mortuo Epiphanio Conſtantinopolitano Epiſcopo Theodora Auguſta Anthimum tranſtulit in ſedem, qui fuit Epiſcopus ciuitatis Trapezunti regionis Ponti, latenter Chalcedonenſe concilium non ſuſcipientem.* & c. XXII. *De Agapeti deceſſu audiens Romana ciuitas Siluerium ſubdiaconum Hormiſdæ quondam Papæ filium elegit ordinandum. Auguſta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri ſecreto ab eo flagitauit, vt ſi Papa fieret, tolleret Synodum, & ſcriberet Theodoſio, Anthimo & Seuero, & per epiſtolam ſuam eorum firmaret fidem; promittens dare ei præceptum ad Beliſarium, vt Papa ordinaretur, & dari centenaria ſeptem.* Et paullo poſt: *Theodora vſa conſilio cum Vigilio Diacono, miſit epiſtolam Romam ad Siluerium Papam rogans & obſecrans: ne pigriteris ad nos venire: aut certe reuoca Anthimum in locum ſuum. Hæc cum legiſſet beatus Siluerius, ingemuit & dixit: modo ſcio, quia cauſa hæc finem vitæ meæ adducit. Sed beatiſſimus Siluerius fiduciam habens in Domino, & beato Petro reſcripſit, dicens: Domina Auguſta, ego rem iſtam numquam ero facturus, vt reuocem hominem hæreticum in ſua nequitia damnatum. Tunc indignata Auguſta, miſit iuſſiones ſuas ad Beliſarium Patricium, per Vigilium diaconum, iſta continentes: vide aliquas occaſiones in Siluerio Papa, & depone illum de Epiſcopatu, aut feſtinus certe tranſmitte eum ad me, ecce ibi habes Vigilium Archidiaconum & Apocriſarium noſtrum cariſſimum, qui nobis pollicitus eſt reuocare Anthimum Patriarcham, tunc ſuſcipiens iuſſionem Beliſarius Patricius ait: ego quidem iuſſionem facio: ſed is qui intercedit in necem Silnerii Papæ,* ipſe

*ipſe reddet rationem de factis ſuis Domino Ieſu Chriſto.* Pergit inde Liberatus, atque docet, quantis artibus Theodora Syluerium prohibere voluerit, ne Romam reuerteretur. Sic etiam THEODORVS in vita Iuſtiniani apud Alemannum p. 66. *duxit Iuſtinianus Theodoram, egregiam puellam, licet reclamante matre Biglenıza, quippe quæ indolem puellæ alioqui ſcitiſſimæ & eruditiſſimæ, ſed leuioris & arrogantioris ingenii aliquando obfuturam, fortunæ & pietati filii pertimeſceret, præſertim quia vetula quadam diuinationibus addicta Theodoram futuram Dæmonedoram Romano Imperio, inſtructuramque rectitudinem Iuſtiniani ex ſortium augurio conſulenti Bigleniza prædixerat.* Adgnouerunt etiam hoc Recentiores. Sic enim PAGANINVS GAVDENTIVS *de Iuſtiniani ſeculi moribus p. II. p. 21. videt diuiſum ſic fuiſſe inter Theodoram, & Iuſtinianum Imperium, vt potior pars penes mulierem eſſet. Audeo autem affirmare Imperatorem fuiſſe Iuſtinianum, ſuoque iure imperaſſe, ſi quid vero auctoritatis habuit Theodora, hoc imputamus Cæſari valde propenſo in pulcerrimam eloquentemque vxorem.* GIPHANIVS Iuſtiniano p. 19. *Breuiter Theodora fuit Iuſtiniani, vt Liuia Imp. Octauiani & Claudii Agrippina Tanaquil altera.* HVGO GROTIVS in Florum ſparſione: *In Iuſtinianeis legibus magnam partem habuit Theodora, quæ muliebris ſexus ſemper & ſupra modum miſerebatur.* Quem ideo notat TABOR *de altero tanto p. II. art. I. §. I.* PAGANINVS GAVDENTIVS *in libro de Iuſtinianei ſeculi moribus,* quæſtionem equidem *p. II. cap. IX.* proponit, an diuiſum fuerit Imperium inter Iuſtinianum & Theodoram? eandemque ita concludit, vt non quidem diuiſum fuiſſe Imperium tradat, adminiſtraſſe tamen illud Iuſtinianum ad nutum vxoris. Idemque magis adhuc perſequitur in Tractatu *de fœminis excluſis a ſucceſſione.* Aſt ANT. FABER lib. VIII. *Coniect. cap. XI.* Eloquentiſſimus Neapolitanus ICtus GRAVINA *lib. I. n.* 130. ſic loquitur: *Iuſtinianus propter contraria ſcriptorum ſtudia, & imperium cum Theodora muliere ſcenica, quam vxorem duxerat, communicatum, Princeps fuit ancipitis famæ.* Plenius etiam hanc Theodoræ dominandi libidinem artesque exponit GVNDLINGIVS *Tom. I. Obſ. VIII.* eademque erudita, licet etiam reliquum vitæ ſtatum, laudesque, quas promeruerit, non prætermiſerit. THOMASIVS *Delin. Hiſt. Iuris §. XLII.* de Iuſtiniano: *ſed tamen nec vere eruditus & prudens, ſed ſuperſtitioſus, metaphyſicus ac eruditione ſcholaſtica leniter tinctus, ac Theodoræ vxori fœminæ vitioſiſſimæ, nimis obnoxius.* PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS *lib. XLVII. tit. XI.* Iuſtinianum vocat ſtolidum, mulieroſum, flexum a mulieris arbitrio in quam vellet partem. Idem illuſtrauit GEORGIVS RICHTERVS in Oratione Academica *de arcanis aulæ Iuſtinianeæ,* quæ reperitur præmiſſa Epiſtolis ſelectioribus.

****** Teſtem hic adducimus ipſum IVSTINIANVM Nov. VIII. cap. I. *hæc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem conſilii ſumentes eam; quæ a Deo data eſt nobis reuerendiſſimam coniugem & tuæ celſitudini cauſam communicantes, & quadam etiam a tuo ſumentes conſilio, ad hanc ſacram venimus legem: per quam ſancimus, neque proconſulariam vllam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet adminiſtrationem, neque proconſularem, neque præſidalem, (quam conſularitias & correctiuas vocant) quarum expreſſim meminit ſubiecta huic ſacræ legi noſtræ deſcriptio, quasque ſolas ſub hac lege ducimus, dare aliquod ſuffragium, neque pro adminiſtratione quamlibet donationem, neque iudici vlli, neque horum qui circa adminiſtrationem ſunt alicui, neque alteri per occaſionem patrocinii.* Sic etiam in *l.* 3. *C. de Quadriennii præſcript. Sereniſſima Auguſta circa alienationes & donationes bonorum*

rum

*rum eadem prærogatiua ſtatuitur ac iis quæ ab Imp. aliena.* Quare etiam vt inquit GIPHANIVS p. 19. *huius in gratiam multas Imperator leges de commodis mulierum tuliſſe creditur.* Audiamus vero hac de re GVNDLINGIVM plenius loquentem p.2.6. *Tu euoluas leg. XX. Cod. de donat. ante nupt. & melius eſſe viſum Iuſtiniano deprehendes, propter fragilitatem ſexus mulieribus ſubuenire, quam maribus. Donatio ſane ante nuptias conuerſa eſt in donationem propter nuptias. Nec ſimplicem amplius donationem voluit. Lex XXX. Cod. de iure dotium in rebus dotalibus mulieri hypothecariam omnibus anteriorem dedit, quid? quod ſcopo ſuo ſeruiens, vt colorem haberet in rem actionem concedendi mulieri ſoluto matrimonio, nuda fictione iuris ciuilis, maritam rei dotalis dominam eſſe pronunciauit. Lege XXXI. tit. eod. mulier morte mariti ſoluto matrimonio in triſtitia ſua ſolatium etiam ab extraneo dotem datam repetit. Leg. I. C. de rei vxor. act. in ex ſtip. (quæ omnium Latinarum Conſtitutionum Iuſtiniani eſt longiſſima) Iuſtinianus actionem rei vxoriæ in actionem ex ſtipulatu transfudit. Lex XXVI. C. de don. int. vir. & vx. donationes quas Diuus Imperator in piiſſimam Reginam ſuam coniugem, vel illa in ſereniſſimum maritum contulerit illico valere ſancit, & pleniſſimam habere firmitatem. Lex VI. C. de lib. præterit. vel exhered. deteriorem conditionem filiarum ſuſtulit, vt & hæ nominatim forent exheredandæ; non inter cæteros amplius. VVisenbachius agnoſcit in Comment. ad h. l. Theodoræ conſilia. Kalendæ Septembres, inquit, poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis nobiles vtilesque Iuſtiniani conſtitutiones nobis pepererunt, inprimis hanc l. 4. quam Iuſtinianus ſequiori ſexui dediſſe videtur; adnitente vxore Theodora Auguſta; quam Reipublicæ conſiliis adhibere conſueuit, & in eius nomen magiſtratus iurare voluit: Lex XII. C. qui pot. in pign. mulieri inſuper hoc priuilegium indulget, vt licet res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non exſtent, ſed quocunque modo, vel diſſipatæ, vel conſumtæ ſint, ſi tamen re ipſa fuerint parti mariti datæ, potiora iura habeat contra omnes mariti creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati: Quis enim earum, inquit Cæſar, non miſereatur propter obſequia quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem, pro quibus multa noſtris legibus inuenta ſunt priuilegia? & ideo, quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo conſummauimus: & ſiue liberos habeat mulier, ſiue ab initio non habuit, ſiue progenitos amiſit, hoc ei priuilegium indulgemus. At, cur Theodoræ inquis, omnia hæc imputas, quæ inſigni iuris ſpecie nituntur? Nituntur, reſpondeo, cum obducuntur eloquenti pigmento. Dic enim quæ hic reperiatur æquitas? Ille qui contrahit cum aliquo, poſtque diligentem diſquiſitionem videt, poſſe ei tuto credi, repellitur a muliere, quæ poſt ipſum dotem marito tradit. An non ſic decipitur Vir bonus ſine ſua culpa? ſed notum eſt e Procopii lib. III. de Bell. Goth. quod* ἡ βασιλὶς ἐπεφύκει ἀεὶ δυστυχούσαις γυναιξὶ βοηθεῖν *Imperatrix quodam naturæ inſtinctu comparata erat ad ſuſcipiendum afflictarum mulierum patrocinium.* Addit poſtea, qua ratione Iuſtinianus *Nov. CXXXIV. c. X.* adulteræ gladii pœnam remiſerit, verberatamque in monaſterium detrudi voluerit. De quo IO. BODINVS lib. I. de Rep. c. III. *Theodora, Iuſtiniani vxor, quæ faſces imperii marito ſtupido ſane ac illiterato Principi ademerat, cum omnia beneficia feminis aduerſus maritos tribueret, eas etiam adulterii pœna liberauit, infamiæ notam reliquit.* Idem adgnoſcit ANT. MATTHÆI *de Criminibus p.* 377. Non ſine cauſſa igitur ſuſpicari poſſis, Theodoram magis Iuſtiniani coniugem huius conſtitutionis auctorem eſſe. Idem confirmat SONNEMANNVS *ad d. Nov.* Licet CARPZOVIVS *in Praxi Rer. Crim. qu. LIII. n.* 20. BASILIVS MONNER *de Matrim. p. V. c. III.*

*n.* II. 12. Imp. defendere conentur. Ex hiſce veritas eorum, quæ PROCOPIVS p. 77. dicit, ſatis eluceſcet: τότε καὶ ταῖς γυναιξὶ σχεδόν τι ἁπάσαις τὸν τρόπον διεφθάρθαι ξυνέβη. ἐξήμαρτον γὰρ ἐς τοὺς ἄνδρας ἐξουσίᾳ τῇ πάσῃ, οὐ φέροντος αὐταῖς κίνδυνόν τινα, ἢ βλάβην τοῦ ἔργου, ἐπεὶ καὶ ὅσαι μοιχείας ἁλοῖεν, αὗται κακῶν ἀπαθεῖς ἔμενον, παρὰ δὲ τὴν βασιλίδα αὐτίκα ἰοῦσαι, ἀντίστροφοί τε γενόμεναι, καὶ δίκην οὐ γεγονότων ἐγκλημάτων ἀντιλαχοῦσαι τοὺς ἄνδρας ὑπῆγον. περιῆν τε αὐτοῖς ἀνεξελέγκτοις οὖσι, τὴν μὲν προῖκα ἐν διπλασίῳ ἀποτιννύναι, μεμαστιγωμένοις δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθῆναι. καὶ αὖ πάλιν τὰς μοιχευτρίας ἐπιδεῖν, κεκομψευμένας τε, καὶ πρὸς τῶν μοιχῶν ἀδεέστερον λαγνευομένας. τῶν δὲ μοιχῶν πολλοὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἔργου καὶ τιμῆς ἔτυχον. διόπερ οἱ πλεῖστοι τὸ λοιπὸν πάσχοντες πρὸς τῶν γυναικῶν ἀνόσια ἔργα, ἀσμενέστατα ἀμαστίγωτοι σιωπῇ ἔμενον, τὴν παρρησίαν αὐταῖς τοῦ μὴ πεφωρᾶσθαι δοκεῖν ἐνδιδόντες ἅτε ἅπαντα πρυτανεύειν αὐθαγνωμονοῦσα τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ ἠξίου, *hac tempeſtate omnium fere mulierum mores corrupti, quæ per ſummam licentiam impune peccabant in maritos, & in crimen adulterii vocatæ dimittebantur inultæ; adita ſtatim Imperatrice, ac reddito iterum de eadem cauſa plane contrario iudicio, criminum immunes pronunciabantur; maritis, qui probationes non impleſſent, in crimen adductis duplique pœna dotem ſoluentibus, multis vapulantibus, in carcere ſqualentibus, ac vinculis, & rurſum inſpectantibus calamiſtratas adulteras libere a corruptoribus conſtuprari: qui etiam dignitates, mercedem ſceleris, conſequerentur. Quamobrem plerique ne flagriones fierent, impiam coniugum libidinem vltro diſſimularunt, quin etiam illis, ne quando manifeſto deprehenderentur, omnem fecerunt opportunitatem.* Sic etiam Iuſtinianus *Nov. CXVII. c. VIII. §. 2.* conſtituit, vt maritus conſtante matrimonio vxorem accuſet, nec repudiet niſi conuictam. Vult etiam maritum in crimen inſcribere.

******* Patet hoc ex iuramento, quod reperitur Nov. VIII. Tit. III. *Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem & ſemper virginem Mariam, & per quatuor euangelia quæ in manibus meis teneo, & per ſanctos archangelos Michaelem & Gabrielem, puram conſcientiam germanumque ſeruitium me ſeruaturum ſacratiſſimis noſtris dominis Iuſtiniano & Theodoræ coniugi eius, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: & omnem laborem ac ſudorem cum fauore ſine dolo & ſine arte quacumque ſuſpicio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio atque republica.* Reperitur hoc Iusiurandum in Codice Iuridico Chartaceo Græco ſeptimo apud NESSELIVM *p.* 19. Amiciſſimus equidem collega, GVILIELMVS HIERONYMVS BRVCKNERVS ſingulari Programmate: *An Iuſtinianus Imp. fuerit vxorius*, anno 1705. publicato, eundem defendit his potiſſimum vſus argumentis, quod Zonaræ auctoritas non ſatis ſit firma, nec omnes leges ſtatim Iuſtiniano ſint imputandæ, quin potius multa odia fœminarum ex Iure antiquo Romano reliquerit: Ipſe tamen fateri neceſſum habet, Iuſtinianum Theodoram participem ſuorum conſiliorum feciſſe, ipſiusque ope Tribonianum ad quæſtoriam dignitatem ſublatum, ad ipſius etiam nutum ſe compoſuiſſe. Iuſtinianum etiam defendere conatur IACOBVS MÆSTERTIVS *de Iuſtitia Legum Romanarum dub. III.* his potiſſimum vſus argumentis, haut paucos diuerſis temporibus

bus

Digitized by Google

bus fuiſſe Principes, qui Auguſtarum conſiliis ſummo cum Reipublicæ bono fuerint vſi, & quod leges in fauorem fœminarum latæ non fuerint iniquæ. Excuſat eam etiam PAGANINVS GAVDENTIVS *de Iuſtinianei ſeculi moribus cap. IX.* dicens: *audeo autem affirmare Imperatorem fuiſſe Iuſtinianum, ſuoque iure imperaſſe: ſi quid vero auctoritatis habuit Theodora, hoc imputamus Cæſari valde propenſo in pulcherrimam eloquentemque vxorem.*

******** EVAGRIVS *lib. IV. c. XXX.* Ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν, τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι, τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι, καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχειρήσας τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμιώσαντο ὁμιλίαν τινά. ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους, ὅλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος, οἴκοι μετεσκευάσατο. καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν. ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους, καὶ ἑκασταχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἀναστῆσαι, ἄλλους τε εὐαγεῖς οἴκους εἰς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν ἀώρων τε καὶ ἐξώρων, καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων, συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι, πρᾶξαι τε καὶ ἄλλα μυρία εὐσεβῆ, καὶ θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν. *In Iuſtiniano tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis, atque adeo abſurda rerum alienarum appetitio, vt omnia ſubiectorum bona his qui Magiſtratus adminiſtrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de cauſa inſidias hominibus ſtruere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, imo vero innumerabiles qui multa bona poſſidebant, cauſa falſa commentitiaque conficta omnibus fortunis mulctauit. Quod ſi quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciens, conſuetudinem ſe vllam cum eo, vel coniunctionem habuiſſe ſimularet, ſtatim omnia iura ac leges, modo Iuſtinianum turpis lucri ſocium conſtitueret, eius cauſa euerſa iacuerunt, facultatesque omnes illius qui falſo in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum tranſlatæ. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, vti multa & magnifica templa in diuerſis locis extrueret; magnamque ſeorſum colligeret a ſuis pecuniarum vim, vnde iſta perficerentur, quæ ſane pia Deoque accepta eſſent, ſi modo vel ille, vel alii qui talia moliuntur, de ſuis ipſorum bonis efficienda curarent, ſuaque vitæ actiones vacuas a ſceleris labe tanquam hoſtiam Deo offerrent.* Idem Euagrius c. XXXI. Procopii dicta confirmat, quod nimium propenſus fuerit Iuſtinianus in factionem Venetorum, quibus omnia flagitia in contrariam factionem conceſſerit. IO. ZONARAS *lib. XIV. p.* 61. ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς ῥᾷστος μὲν πρὸς ἔντευξιν, καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολάς, ὀξὺς δὲ πρὸς ἄμυναν, ἀφειδὴς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν αὐτῶν ἀφειδέστερος. τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε εἰς οἰκοδομάς τὰ δὲ ἵν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγχανε πρὸς

βουλῆς. ἔτι δὲ εἰς πολέμους, καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ταῖς αὐτοῦ θελήσεσιν ἔριδας· ὅθεν ἀεὶ χρημάτων δεόμενος ἐξελέγετο ταῦτα ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν. καὶ χάριτας ᾔδει τοῖς προφάσεις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. καὶ οὐχ ὁ μὲν οὕτω διέκειτο, ἡ δὲ βασιλὶς ἠλαττοῦτο κατά τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν, ἐκ τρόπου παντός. Ἐδύνατο μὲν γὰρ πολλῷ τοῦ μέσου τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. ἦν δὲ καὶ ποριμωτάτη πρὸς εὕρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἱ συμφοραί. οἵ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξήροντο, καὶ καινοὶ προσεπινενοοῦντο. καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς ἐκολάζοντο, καὶ τὰς περιουσίας ἀφῄρηντο· οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων τρόπων, καὶ ἕτεροι ἐξ ἑτέρων. πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν μακρᾶς ἂν δέοιτο συγγραφῆς.

*Fuit hic Imperator aditu facilis, ad pœnam irrogandam æque promptus atque ad crimina audienda; pecuniam & temere profudit, & per fas ac nefas comparauit; aliam in ædificia, aliam ad exequenda conſilia ſua, aliam in rem bellicam, & contentiones eorum, qui voluntati ipſius aduerſabantur, inſumendo. Ita factum, vt, cum pecunia ſemper egeret, eam rationibus parum honeſtis compararet, ac gratiam haberet iis, qui colligendi argenti vias oſtenderent. Neque vero ille ſic affectus erat. Imperatrix vero illi ſiue licentia, ſiue quouis modo faciendæ pecuniæ ſolertia cedebat. Sed & maritum longo interuallo potentia ſuperabat, & nouos, eoſque varios quæſtus ingenioſiſſime reperiebat. Hinc ſubditi gemino onere premebantur. Nam & annua tributa exaggerabantur, & noua excogitabantur. Alii, vt perperam de religione ſentientes mulctabantur: alii vt immodeſte & petulanter viuentes opibus priuabantur: alii ob contentiones inter ſeſe: alii denique aliis de cauſis; quæ omnia breuiter recenſeri nequeunt.* GREGORIVS TVRONENSIS, qui, licet poſt iſta tempora vixerit, neque alias teſtis ſit omni exceptione maior, in hac hiſtoria vero ab omni partium ſtudio videtur fuiſſe alienus. Sic autem ille de Gloria Martyrum lib. I. c. CIII. vbi de Polioﬅi Martyris templo loquitur: *huius baſilicæ cameram Iuliana quædam vrbis illius matrona auro puriſſimo texit hoc modo. Cum ad imperatorem Iuſtinianum fama facultatis eius multis narrantibus perueniſſet, ad occurſum illius properare celerius non tardauit, dicens: Latere te non puto, o venerabilis mater, qualiter a ſpecie auri theſauri publici ſint exhauſti, dum vos quietos eſſe volumus, dum patrias defenſare ſtudemus, dum gentes nobis placamus, dum ſolatia diuerſorum dando conquirimus. Ergo quia tibi potentia Maieſtatis diuinæ multum contulit auri, quæſo, vt nobis manum porrigas, atque aliquid pecuniæ commodes, vt ſcilicet cum tributorum publicorum fuerit ſumma delata, ilico tibi quæ commodaueris reformentur, ac in poſterum laudis tuæ titulo præcurrente, canatur, vrbem Conſtantinopolitanam a Iuliana matrona fuiſſe pecuniis ſubleuatam. At illa intelligens Imperatoris ingenium, ſapienter obtegit, quæ Deo deuouerat, dicens; paruitas redituum meorum tam de tributis, quam quod de fructibus ſperatur, per ipſas adhuc reſidet domos: ſi ergo gloria veſtra recipiendi ſpatium tribuerit, cum collectum fuerit, conſpectui veſtro repræſentabitur. Cumque oculis propriis cuncta contemplati fueritis, quæ placuerint & relinquetis, & auferetis. Erit mihi ratum, quod*

*volun-*

Digitized by Google

*Voluntas cordis veſtri cenſuerit. His ita deluſus Imperator verbis, ad palatium gaudens rediit, putans ſe hanc pecuniam iam in theſauris publicis retinere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occulte, dicens: Ite, & factis iuxta menſuram tignorum tabulis, beati ex hoc Polioƈti martyris cameram exornate, ne hac auari Imperatoris manus adtingat. Illi vero perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ adfixerunt, texeruntque ex auro mundiſſimo. Quo opere explicito, vocat mulier Imperatorem, dicens: paruitas pecuniolæ, quam coniungere potui, adeſt: veni ad contemplandum eam, & quod libuerit, facito. Surrexit gauiſus Imperator de ſolio, nihil percepturus ex auro: pergit ad domum mulieris putans ſe copioſos theſauros palatio deportare. Cui cum mulier occurſum humiliter reddidiſſet, inuitat in templum Martyris, ad orationem: erat enim proximum domui eius; & hac quæ habere potuerat loco illi delegauerat ſancto. Adprehenſa autem Imperator manu mulieris, eo quod eſſet ſenex, ingreditur ædem, proſternitur ad orationem. qua expleta, ait mulier: ſuſpice quaſo cameram huius ædis, glorioſiſſime Auguſte, & ſcito quia paupertas mea in hoc opere continetur. Tu vero quod volueris exinde facito, non aduerſor. Ille vero ſuſpiciens atque admirans, erubuit: & ne pudor eius manifeſtaretur, conlaudans opus, & gratias agens, abſcedere cœpit.* GRAVINA de eo p. I. c. CXXX. *ad reparandas item, & ſimul ad euertendas precio leges paratiſſimus, vt intelligas præclara illius facinora non e virtutis ſtudio, ſed e popularis gloriæ cupiditate proceſſiſſe, quam ſæpe ſuperabat alia cupiditas, nempe auaritia; eaque ſimulatas virtutes retegebat.* FRAN. HOTTOMANNVS Anti-Triboniano cap. XI. p. 151. *Iuſtinianus homo erat inſatiabili auaritia, & alieni ita appetens, vt ſubditos ſuos vulgo venderet, iis præſertim qui magiſtratus obtinebant, quique vectigalia & tributa redemerant aliisque qui inſidias illis locarent, ſub aliquo colore aut prætextu quo ipſe vteretur: ditiſſimi vero cuiusque bona in fiſcum redigebat.*

† Præter dictos Scriptores non deſunt etiam alii, qui Procopii dicta confirmant. Sic ALEMANNVS *in Notis p. 27.* adducit locum MENANDRI Protectoris, dum ait: οὐ γὰρ ἐσφρίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤκμαζεν ἡ ἀλκὴ, ἀλλ᾽ ἤδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο φρόνημα μετεβέβλητο εἰς τὸ ῥαθυμότερον *neque enim amplius vegeto erat corpore, viribusque florentibus; ſed iam ſenuerat, & fortis ille animus in ſegnitiem vecordiamque degenerauerat.* Sic etiam languorem Iuſtiniani circa regendam Rempublicam in vitæ decurſu deſcribit AGATHIAS *lib. V.* Conueniunt hæc cum eo, quod Procopius *p. 36.* ait, ipſum mire ſtolidum fuiſſe. Eodem loco ipſum ſimillimum aſino dicit, quod Alemannus ex Faſtis Siculis confirmat, qui tradunt, quod in Theatro Praſini illum aſinum vocauerint. Sic enim Faſti: ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπιορκεῖς σγαύδαρι. Alii clamitarunt peieras, Sgaudari. lege Γαύδαρι ſiue Γαυδάρη Lingua Græcorum vernacula γάυδαρος, eſt Aſinus, inde etiam apud Germanos *ein Gäbtzer.* Quod ſanguinarius fuerit, idem *p. 29.* ex THEOPHANE confirmat, qui Praſinorum vocem ſolennem, adducit: εἴθε Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἔχῃ υἱὸν φονέα *vtinam in lucem Sabbatius non veniſſet, certe filium te non habuiſſet ſanguinarium.* Huc etiam Agapeti Pontificis vox pertinet apud Anaſtaſium: *ego ad Iuſtinianum Imperatorem venire deſideraui, ſed Diocletianum inueni.* Et Vigilii, apud eundem: *vt video, non me fecerunt venire ad ſe Iuſtinianus & Theodora piiſſimi Principes; ſed hodie ſcio, quod Diocletianum & Eleutherium inueni.* Teſtatur hoc etiam EVSTATHIVS Presbyter in vita S. Eutychii apud ALEMANNVM pag. 35.

οἱ τοῦ ἀγρίου θηρὸς ὑπουργοὶ συλλαμβάνουσι συέρχονίες τοὺς ἐπὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ὀφείλοντας αὐτοῦ καταμαρτυρῆσαι, ἵνα δείξωσι δῆθεν μετ᾽ εὐλόγου προφάσεως αὐτὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐξεῶν. *Immanis belluæ miniſtri comprehenſos trahunt ſancti viri famulos, vt aduerſus eum teſtimonium dicant. Ne ſine iuſta cauſa ille ex Epiſcopatu pulſus videatur.* Claudit igitur hiſtoriam Iuſtiniani EVAGRIVS *lib. V. c. I.* hiſce verbis: οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἅπαξάπαντα ταραχῆς καὶ θορύβων πληρώσας, καὶ τὰ ἐπίχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου κομισάμενος εἰς τὰ κατώτατα μετεχώρησε δικαιωτήρια. *Iuſtinianus igitur, cum omnia omnino turba ac tumultu compleuiſſet, mercedemque his rebus debitam in extremo vitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia iuſto Dei iudicio apud inferos luenda profectus eſt.* Friuola ſane eſt excuſatio IACOBI MÆSTERTII *de Iuſt. Leg. Roman. dub. IV.*

†† Talem Iuſtinianum fuiſſe volunt ANDREAS TIRAQVELLVS *de nobilitate c. XXXI. n.* 536. IACOBVS RÆVARDVS *Var. lib. IV. c. X.* IO. BODINVS *de Rep. III. n.* 17. IO. CVSPINIANVS *in vita Iuſtiniani p.* 141. Sic etiam ANDREAS ALCIATVS & GVILIELMVS BVDÆVS eundem indoctum fuiſſe dicunt & plane rudem. Decepti iſti fuerunt verbi SVIDÆ, voce ἀμάθητος *p.* 195. ex Edit. Aemil. Porti ὁ γὰρ Ἰουστῖνος ἀμάθητος ἦν γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. *Iuſtinus omnium literarum erat imperitus, & (quod vulgo dicitur) analphabetus erat.* Licet enim Demetrius Chalcocondyles in editione ſua Mediolanenſi legat Ἰουστινιανὸς· PROCOPIVS tamen p. 18. notat, omnes Codices Vaticanos habere Ἰουστῖνος. Tanto magis hoc confirmat ipſe PROCOPIVS *p.* 28. vbi de Iuſtino dicit ἀμάθητος γὰρ γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν. Ex quo etiam patet, alium Suidæ locum vbi ait: Ἰουστινιανὸς, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὀρθοδοξότατος ἦν γὰρ ἀμάθητος γραμμάτων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. *Iuſtinianus Romanorum Imperator, valde quidem orthodoxus fuit, ſed omnium literarum imperitus, & quod vulgo dicitur analphabetus*, eſſe librariorum vitio corruptum, prout etiam in notis ſuis docuit KÜSTERVS. Quare haut immerito ipſum defendit IACOBVS MÆSTERTIVS *de Iuſtitia Legum Roman. diſp. II.* dum contrarium etiam pateat ex *§.* 6. *proœmii I.* in quo Inſtitutiones ſibi oblatas ſe legiſſe & recognouiſſe dicit, & ex *l.* 2. *pr. C. de V. I. E. noſtra quoque maieſtas ſemper inueſtigando & perſcrutando ea, quæ ab his componebantur, quicquid dubium & incertum inueniebatur, hoc nomine cæleſti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat.* Sic etiam IOANNES Papa in *l.* 8. *C. de Summa Trinitate*, ipſi tribuit *claras ſapientiæ ac manſuetudinis laudes.* Nec credendum facile eſt, Iuſtinianum tantum Opus fuiſſe adgreſſum, ſi litterarum plane fuerit expers. Defendit eundem GABRIEL TRIVORIVS *Obſeruatione Apologetica cap. III.* & GEORGIVS CALIXTVS *Epit. Theol. Moralis p.* 109.

## §. II.

*Codex Iuſtinianeus.* Hic etiam gloriæ potiſſimum cupiditate ductus, * nouum Codicem per ſelectos ad id viros illuſtres, Ioannem Exquæſtorem ſacri palatii, Leontium Expræfectum Prætorio, Phocam, Magiſtrum militum, Baſilidem Expræfectum prætorio Orientis, Tho-

Thomam Quæſtorem ſacri palatii, Tribonianum, Conſtantinum Comitem ſacrarum largitionum, Theophilum Comitem ſacri Conſiſtorii, Dioſcorum & Præſentinum Aduocatos Fori Prætoriani fecit concinnari. ** In hunc ſub certis titulis, libris XII. collectas videmus potiores Conſtitutiones ex tribus iſtis Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano ſelectas, additis Nouellis, quæ poſt Codicem Theodoſianum fuerant promulgatæ, *** ita, vt, quæ ad ſacra, ſacerdotes, Magiſtratus ſpectarent, vberius, diſtinctiusque hoc Codice proponerentur, de Iudiciis quoque, reſtitutionibus, nuptiis, dotibus, tutelis, pignoribus, rebus iudicatis, appellationibus, fuſius ageretur. Ita tamen, vt Præfationes, aliaque ex iisdem fuerint reſecta, vel in compendium redacta, omniaque ad nutum Collectorum, Triboniani potiſſimum, cuius præcipua erat auctoritas, fuerunt directa. **** Initium, præmiſſa Conſtitutione factum eſt Idibus Februarii A. 528. quo demandatum fuit negotium ſingulari Iuſtiniani Imp. conſtitutione dictis viris. ***** Publicatus vero eſt Codex VII. Idus Aprilis A. 529. ita vt per annuum ſaltim ſpatium Codex hic feſtinaretur potius, quam concinne & congrue conſtrueretur, idemque abolitis prioribus Codicibus, ſingulari conſtitutione fuit confirmatus. ****** Qui tamen hodie amplius non ſupereſt, ſed iſte quo hodie vtimur, eſt repetitæ lectionis.

* Patet hoc ex L. 1. §. 2. C. de Vet. Iure enucl. *hocque opere conſummato, & in vno volumine noſtro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus relinqui ad ſummam & pleniſſimam iuris emendationem peruenire properamus, & omnem Romanam ſanctionem & colligere & emendare, & tot auctorum diſperſa volumina vni codici indita oſtendere, quod nemo alius neque ſperare, neque optare auſus eſt, res quidem nobis difficillima, imo magis impoſſibilis videbatur: ſed manibus ad cælum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare, & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt* & §. 6. *ſed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote, cum poſſit vnius forſitan & deterioris ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea, quæ antea in notis Aemilii Papiniani ex Vlpiano & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant, propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non miremini, vt omnes, qui relati fuerint in hunc codicem prudentiſſimi viri habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus conſtitutionibus profecta, & a noſtro diuino fuerint ore profuſa: omnia enim merito noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus inuenit.* En propriam laudem! Confirmant hæc ea, quæ PROCOPIVS *p.*49. dixit:

ἔξχαι

ἀρχάς τε γὰρ μενούσας ἀνῄρει, τὰς δὲ οὐκ οὔσας ἐφίστη τοῖς πράγμασι. τούς τε νόμους καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς καταλόγους. ταὐτὸ τοῦτο ἐποίει, οὐ τῷ δικαίῳ εἴκων, οὐδὲ τῷ ξυμφόρῳ ἐς τοῦτο ἠγμένος ἀλλ' ὅπως δὴ ἅπαντα νεώτερά τε, καὶ αὐτοῦ ἐπώνυμα εἴη. ἢν δέ τι καὶ μεταβαλεῖν ἐν τῷ παραυτίκα ἥκιστα ἴσχυσεν, ἀλλὰ τούτῳ γε τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτοῦ ἔθετο. *nam ſtatis Magiſtratuum formis legumque ac militarium ordinum abrogatis, alias inuexit non iure, non publico commodo adductus, ſed vt omnia noua, & de ſuo nomine dicerentur. Rei, cuius ſtatim abolendæ copia non fuiſſet, ſaltem ſuum indidit vocabulum.* Illuſtrat hæc ALEMANNVS, atque longum Catalogum nectit vrbium, oppidorum, domuum, librorum, Scholarium, Magiſtratuum, Militum, quæ de ſuo nomine voluerit adpellari. Patet etiam gloriæ Iuſtiniani cupido, dum ſeſe Alamannicum, Gotthicum, Francicum, Germanicum, Anticum, Alanicum, Africanum ſcriberet, quaſi de ſingulis gentibus triumphaſſet, quod tamen iſtæ ægre admodum tulerunt, prout refert ALEMANNVS *p. 51.* Qua ratione Pii nomen adfectauerit, patet ex Nov. *LXXVIII. c. V. ſicut enim Antoninus Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit.)*

** Patet hoc ex Conſtitutione Iuſtiniani de nouo Codice faciendo §. 1. *Ideoque ad hoc maximum, & ipſius reipublicæ ſuſtentationem reſpiciens opus efficiendum, elegimus tanto faſtigio laborum, tantæque ſollicitudini ſufficientes, Ioannem virum excellentiſſimum ex quæſtore ſacri noſtri palatii, conſularem atque patricium: Leontium virum ſublimiſſimum magiſtrum militum, conſularem atque patricium: Baſilidem virum excellentiſſimum ex præfecto prætorio Orientis, atque patricium: Thomam virum glorioſiſſimum quæſtorem ſacri noſtri palatii, & exconſulem: Tribonianum virum magnificum magiſteria dignitate inter agentes decoratum: Conſtantinum virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum inter agentes, & magiſtrum ſcrinii libellorum, ſacrarumque cognitionum: Theophilum virum clariſſimum comitem ſacri noſtri conſiſtorii & iuris in hac alma vrbe doctorem: Dioſcorum & Præſentinum, diſſertiſſimos togatos fori ampliſſimi prætoriani.* Repetuntur iſti in Conſtitutione Iuſtiniani de Codice confirmando. §. 2.

*** Conſtitutio de nouo Codice ſub initium, *hæc quæ neceſſario corrigenda multis retro principibus viſa ſunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere auſus eſt: in præſenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis cenſuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem Conſtitutionum, quæ tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodoſiano continebantur, illarum etiam quæ poſt eosdem Codices a Theodoſio diuinæ recordationis, aliisque poſt eum retro principibus, & a noſtra etiam clementia poſita ſunt, reſecanda: vno autem Codice ſub felici noſtri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium Codicum, quam nouellas poſt eos poſitas conſtitutiones oportet.* IOACH. HAGEMEIER *cap. V.*

**** d. Conſtit. §. 2. *quibus ſpecialiter permiſimus (reſecatis tam ſuperuacuis, quantum ad legum ſoliditatem pertinet, præfationibus, quam ſimilibus, & contrariis, præterquam ſi iuris aliqua diuiſione adiuuentur: illis etiam quæ in deſuetudinem abierunt) certas & breui ſermone conſcriptas ex iisdem tribus codicibus & nouellis conſtitutionibus leges componere, & congruis titulis ſubdere: adiicientes quidem & detrahentes, imo & mutantes verba earum vbi hoc rei commoditas exigeret; colligentes vero in vnam ſanctionem, quæ in variis conſtitutionibus diſperſa ſunt, & ſenſum earum clariorem efficientes: ita tamen, vt ordo temporum earum conſtitutionum non ſolum ex adiectis diebus conſulibus-*

*que,*

*que, ſed etiam ex ipſa compoſitione earum clareſcat, primis quidem in primo loco, poſterioribus vero in ſecundo ponendis, & ſi quæ earum ſine die & conſule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus nouellæ conſtitutiones receptæ ſunt, inueniantur: ita his ponendis nullaque dubietate ſuper generali earum robore ex hoc oriunda: ſicut & illas vim generalis conſtitutionis obtinere palam eſt, quæ ad certas perſonas reſcriptæ, vel per pragmaticam ſanctionem ab initio datæ, eidem nouo Codici propter vtilitatem ſanctionis inſertæ fuerunt.* Repetitur etiam hoc in Conſtitutione Iuſtiniani de Conceptione Digeſtorum *§. 2. & l. 2. §. 1. C. de V. I. E. omnia igitur confecta ſunt, Domino & Deo noſtro Ieſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis, quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem conſtitutiones* 12. *libris digeſtas, iam ante in Codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus.* Agit de hoc Codice PAVLVS DIACONVS de G. Langob. lib. I. c. XXV. dicens: *Leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, & inutilis diſſonantia, mirabili breuitate correxit. Nam omnes conſtitutiones principum, quæ vtique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coarctauit, idemque volumen Codicem Iuſtinianeum appellari præcepit. In Nov LXVI.* vocatur a Inſtiniano *cognominis noſtri Conſtitutio*, & paullo poſt: *Iuſtinianeus Codex.* Agit de eodem Codice IOANNES ANTIOCHENVS Iuſtiniano p. 183. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ ἀνακωδίκευσις ἐγένετο τῶν παλαιῶν νόμων· καὶ ποιήσας ἰδίους νόμους, κατέπεμψεν ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, πρὸς τὸ τοὺς δικαζομένους μὴ περιπίπτειν θλίψεσι, καὶ ζημίαις· ἀλλὰ ταχεῖαν ἔχειν τὴν ἀπαλλαγήν· ὅπερ μονόβιβλον κατασκευάσας, ἔπεμψεν ἐν Ἀθήνας, καὶ ἐν Βερουτῷ, *eodem tempore Leges omnes veteres in Codicem vnum coactæ ſunt: quin & Leges a ſe latas, per ſingulas Imperii vrbes, Iuſtinianus emiſit, nempe, vt in ius vocati, celerius, & minori cum diſpendio, cauſidicis ſeſe expedirent. Leges vero has in volumen vnum digeſtas, Athenas, vt & Berytum tranſmiſit.* Inſertæ huic Codici etiam integræ Iuſtiniani Imp. Conſtitutiones, qualis eſt *l. 6. C. de ſumma Trinitate*, de qua IOANNES ANTIOCHENVS p. 220. ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐν ἑκάστῃ πόλει κατέπεμψε θείας προστάξεις περιέχουσας οὕτως. Ἠδίκτον περιέχον περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ κατὰ ἀσεβῶν αἱρετικῶν. Καὶ προσετέθη ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. *Iiſdem temporibus Iuſtinianus Imperator Conſtitutiones diuinas vbique per Imperium dimiſit, Titulum hunc ferentes: Edictum de Orthodoxa fide, aduerſus impia Hæreticorum Dogmata. Quod quidem Edictum ſingularum vrbium in Eccleſiis appendebatur.*

***** Extat hæc Conſtitutio ad Senatum Vrbis Conſtantinopolitanæ directa, præmiſſa Corpori Iuris, quæ ſic finit: *hæc igitur ad veſtram notitiam ferre properauimus, vt ſciatis quanta nos diuturna, ſuper rerum communi vtilitate cura ſollicitet, ſtudentes certas & indubitatas, & in vnum codicem collectas eſſe de cætero conſtitutiones: vt ex eo tantummodo ſub felici noſtro nomine nuncupando Codice, recitatio Conſtitutionum in omnibus ad citiores litium deciſiones fiat iudiciis.*

****** Extat hæc Conſtitutio, priori ſubiecta, atque ad Mennam, Præfectum Prætorio directa, in cuius §. 3. 4. 5. hæc habentur: *hunc igitur in æternum valiturum iudicio tui culminis intimare perſpeximus, vt ſciant omnes, tam litigatores, quam diſertiſſimi aduocati, nullatenus eis licere de cætero conſtitutiones ex veteribus tribus codicibus quorum iam mentio facta eſt, vel ex iis, quæ nouellæ conſtitutiones ad præſens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, ſed ſolum eidem noſtro Codici inſer-*

*tis conſtitutionibus neceſſe eſſe vit, falſi crimine ſubdendis his, qui contra hoc facere auſi fuerint: cum ſufficiat earundem conſtitutionum noſtri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites, nullaque dubitatione emergenda vel ex eo, quod ſine die & conſule quadam compoſita ſunt, vel quod ad certas perſonas reſcripta ſunt: cum omnes generalium conſtitutionum vim obtinere procul dubio eſt: ſed & ſi qua earum conſtitutionum detractis vel additis vel permutatis certis verbis (quod & ipſum præfatis excellentiſſimis viris ſpecialiter permiſimus) compoſita ſunt: nullis concedimus ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, ſed ſolam iuris interpretatorum ſententiam commendare: vt nunc teneat, cum minime aduerſetur eiusdem noſtri Codicis conſtitutionibus. Si qua vero pragmaticæ ſanctiones quæ minime in eodem noſtro Codice recepta ſunt, ciuitatibus forte, vel corporibus, vel ſcholis, vel ſcriniis, vel officiis, vel alicui perſonæ impartita ſunt: eis ſiquidem aliquod priuilegium ſpeciali beneficio indulgent, omni modo ratas manere: ſi vero pro certis capitulis facta ſunt, tunc tenere, cum nulli noſtri Codicis aduerſantur conſtitutioni, præcipimus. Sed & ſi qua re geſta in tui culminis iudicio, vel in aliis iudiciis ciuilibus vel militaribus, vel apud principia numerorum, pro publicis expenſis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus poſita ſunt: ea etiam prout communis rei commoditas exigit, firma eſſe cenſemus. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato ſibi circa rempublicam noſtrasque diſpoſitiones explendas ſtudio ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propoſitis peruenire faciat: ipſo etiam textu Codicis in ſingulas prouincias noſtro ſubiectas imperio, cum noſtra diuina ſubnotatione mittendo, vt eo modo ad omnium notitiam eiusdem noſtri Codicis conſtitutiones valeant peruenire, & vt extantibus feſtis diebus id ex die ſexto decimo Kalendarum Maii præſentis ſeptimæ indictionis, conſulatu Decii viri clariſſimi recitationes conſtitutionum ex eodem noſtro Codice fiant.* De hoc FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano lib. II. p.* 101. *Sed Decemuiri, qui* (Codicem) *concinnarunt, nimium properaſſe videntur, cum non niſi menſes XV. in eo & colligendo & interpolando impenderint: & Iuſtinianus in eodem euulgando nimium fortaſſe feſtinauit, cum vix decimam adhuc partem earum conſtitutionum, quam edere fuit illi neceſſe, edidiſſet. Quid? quo die Codicem illum euulgauit eo adhuc die nonas prope quot horis leges excudebat.*

## §. III.

*Pandectæ.* Poſt Codicem animum Iu[illegible]ianus adplicauit ad Pandectas, quas ex duobus librorum veterum ICtorum millibus, & immenſis fere ſententiis, ſiue, vt Iuſtinianus loqui amat, trecenties decem millibus verſuum, colligi fecit. * Negotium, ſingulari Conſtitutione XVIII. Kl. Ianuarii 530. publicata, mandabatur Triboniano, cui tamen ſedecim viri addebantur, ** iidemque in Palatium Conſtantinopolitanum vocati, iubebantur, *** vt ex omnibus ICtorum libris vnum volumen, ſecundum ordinem Codicis vel Edicti Perpetui, prout commodum ipſis viſum fuerit, conficerent. **** Decennium labori deſtinauerat Iuſtinianus, quod, ex celeritate gloriam ducens Tribonianus, ad triennium contraxit, ***** atque Opus,

Opus, quia vndique collectum, omnia complecteretnr, ad exemplum veterum ICtorum Pandectas adpellauit, ****** quas in L. libros diſtinxit, † qui CL. pene millia verſuum ſiue linearum comprehenderent. ******* Singulis Titulis, & Pandectarum & Codicis Rubricæ ſunt præfixæ, quibus tamen adeo ſuperſtitioſe haut inhærendum, maxime, ſi generalis ſit, tunc enim ex legē, quæ ſequitur, debet declarari. † Singulis vero Legibus nomen ICti ex cuius ſcriptis deſumpta eſt, fuit præfixum. †† Nihil vero ex Codice vel Conſtitutionibus Anteceſſorum in Pandectas haſce transferri voluit Imperator. †††

* L. 2. §. 1. de Vet. Iure enucl· *ſed cum percontabamur, a præfato viro excelſo ſuggeſtum eſt, duo pæne millia librorum eſſe conſcripta, & plus quam trecenties decem millia verſuum a veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia legerè & perſcrutari, & ex his, ſi quid optimum fuiſſet, eligere.* In conſtitutione Iuſtiniani Græca l. 3. C. §. 1. de V. I. enucl. νῦν δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων συναγαγόντες γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους ἀπὸ τῶν βιβλίων ἅπερ ἦν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἀριθμὸν δὲ εἶχον στίχων μυριάδων τριακοσίων ἐπὶ ἐμμετρόν τε ἅμα καὶ εὐσύνοπτον συνηγάγομεν ἄθροισμα. *nunc vero omnium veterum iuris conditorum ſententias ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas myriadas verſuum pertingebat, in moderatum & perſpicuum collegimus compendium.*

** Extat hæc Conſtitutio Corpori Iuris præmiſſa, atque titulo Codicis de Veteri Iure enucleando inſerta, ad Tribonianum directa, in cuius §. 3. hæc habentur: *Et ad tuæ ſinceritatis optimum reſpeximus miniſterium: tibique primo & hoc opus commiſimus, ingenii tui documentis, ex noſtri Codicis ordinatione acceptis: & iuſſimus, quos probaueris tam ex facundiſſimis anteceſſoribus, quam ex viris diſertiſſimis togatis fori ampliſſimæ ſedis, ad ſociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in noſtrum palatium introductis nobisque tuo teſtimonio placitis, totam rem faciendam permiſimus: ita tamen, vt tui vigilantiſſimi animi gubernatione res omnis celebretur.* Reliqui vero nominantur L. 2. §. 9. C. de Vet. Iure enucl. *quæ omnia confecta ſunt per virum excelſum, nec non prudentiſſimum magiſtrum, exquæſtore & exconſule* TRIBONIANVM, *qui ſimiliter eloquentia & legitimæ ſcientia artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis eminuit, nihilque maius, nec carius noſtris vnquam iuſſionibus dixit: nec non per alios viros magnificos & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt, id eſt,* CONSTANTINVM, *virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum, & magiſtrum ſcrinii libellorum, ſacrarumque cognitionum, qui ſemper nobis ex bona opinione & gloria ſeſe commendauit: nec non* THEOPHILVM *virum illuſtrem, magiſtrum iurisque peritum in hac ſplendidiſſima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem:* & DOROTHEVM *virum illuſtrem & facundiſſimum quæſtorium, quem in Berutienſium ſplendidiſſima ciuitate leges diſcipulis tradentem, propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus participemque huius operis fecimus, ſed &* ANATOLIVM *virum illuſtrem magiſtrum, qui & ipſe apud Berutienſes iuris interpretes conſtitutus, ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitima procedens, cum & pater eius Leontius & auus Eudoxius, qui poſt Patricium inclytæ recordationis quæſtorium & anteceſſorem, &* LEONTIVM *virum glorioſiſſimum*

*præfectorium, conſularem, atque Patricium filium eius, optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt, nec non* CRATINVM *virum illuſtrem, & comitem ſacrarum largitionum & optimum antecesſorem huius almæ vrbis conſtitutum, qui omnes ad prædictum opus electi ſunt, vna cum* STEPHANO, MENNA, PROSDOCIO, EVTOLMIO, TIMOTHEO, LEONIDE, LEONTIO, PLATONE, IACOBO, CONSTANTINO, IOANNE, *viris prudentiſſimis, qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ, quæ Orientalibus prætoriis præſidet. Omne autem ſuæ virtutis teſtimonium vndique accipientes, & a nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt: & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelſi, vt tantum opus nobis auctoribus poſſint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt.* Et §. 11. *& ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, nec non Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus & facundiſſimis antecesſoribus accerſitis, mandauimus.* Præcipuas tamen partes Triboniani fuiſſe, patet ex l. 2. pr. C. de V. I. E. *nos itaque more ſoluto ad immortalitatis reſpeximus præſidium, & ſummo numine inuocato, Deum auctorem & totius operis præſulem fieri optauimus: & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, magiſtro officiorum & exquæſtori ſacri noſtri palatii & exconſuli credidimus, eique omne miniſterium huiuſcemodi ordinationis impoſuimus, vt ipſe vna cum aliis illuſtribus & prudentiſſimis viris, noſtrum deſiderium adimpleret,* & §. 1. *Poſtea vero maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera tam pæne confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamini tradere.*

*** Conſtit. de Concept. Dig. §. 4. *Iubemus igitur vobis antiquorum prudentium quibus auctoritatem conſcribendarum interpretandarumque legum ſacratiſſimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnis materia colligatur, nulla, ſecundum quod poſſibile eſt, neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta: ſed ex his hoc colligi quod vnum pro omnibus ſufficiat. Quia autem & alii libros ad ius pertinentes ſcripſerunt, quorum ſcripturæ nullis auctoribus recepta, nec viſitata ſunt: neque nos eorum volumina noſtram inquietare dignamur ſanctionem.* Repetitur illud *l.* 1. §. 4. *C. de Vet. Iure enucl.*

**** Communis eſt ICtorum ſententia, Tribonianum vna cum ſociis, Ordinem Edicti Perpetui fuiſſe ſecutos. Verum, licet Edicti Perpetui Ordinem propoſuerit Iuſtinianus, commendauit tamen æque Codicis Conſtitutionem, addendo: *prout hoc vobis commodius eſſe paruerit.* Sic enim iubet: Conſtit. de Concept. Dig. §. 5. *Cumque hæc materia ſumma noſtri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quaſi proprium & ſanctiſſimum templum iuſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum ius digerere, tam ſecundum noſtri conſtitutionem Codicis, quam Edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe paruerit: vt nihil extra memoratam conſummationem poſſit eſſe derelictum; ſed his quinquaginta libris totum ius antiquum per milleſimum & quadringenteſimum pene annum confuſum & a nobis purgatum quaſi quodam muro vallatum nihil extra ſe habeat. omnibus auctoribus, iuris æqua poteſtate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua ſeruanda: quia non omnes in omnia, ſed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur.* Idem repetitur *l.* 1. §. 5. *C. de Vet. Iure enucl.* ANT. AVGVSTINVS *Emend. & Opin. lib. I. c. I.* & GEORGIVS FRANTZKIVS *Comm. ad Pandectas in Proœmio n.* 3. DIONYSIVS GOTHOFREDVS vero *Notis ad l.* 2. *π. de ſtatu Hominum*, hunc ordinem non ſemper fuiſſe obſeruatum contendit, quem ſequitur ERICVS MAVRITIVS *de libris Iur.*

*Iur. Comm. §. VIII.* FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano p.* 268. Prouocatur equidem ad l. 2. π. de Statu Hominum: *cum igitur hominum cauſa omne ius conſtiutum ſit: primo de perſonarum ſtatu, ac poſt de cæteris, ordinem edicti perpetui ſecuti.* Verum hæc non verba ſunt Triboniani, ſed Hermogeniani libro I. Iuris Epitomarum, qui eundem ordinem ſecutum ſe fuiſſe, profitetur. Hic autem Hermogenianus libro primo Epitomarum egit de Iure Municipali, quod ex *l.* 16. *&* 23. *π. ad municipalem* patet. Immo Paulus, Vlpianus & Iulianus ICti libro primo & ſecundo ad Edictum, de eadem materia egerunt, cum tamen Tribonianus hanc materiam in librum L. reiecerit. Ipſe Iuſtinianus l. 2. §. 5. C. de V. I. E. de emtionum & venditionum materia, atque actione redhibitoria ait: *in vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca aliena & multo diſtantia deuagantes, per noſtram autem prouidentiam hic congregata.* Vid. & HAGEMEIER *cap. III. pag.* 12.

***** In Conſtitutione equidem de Conceptione Digeſtorum nullum tempus fuit definitum, ſed in §. finali hæc ſaltim habentur: *hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vna cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat & tam ſubtili, quam celerrimo fini tradere: vt codex conſummatus, & in quinquaginta libros digeſtus nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ argumentum, noſtrique Imperii, veſtrique miniſterii gloriam.* Conſtitutio autem de Conceptione Digeſtorum ſcripta *XVIII. Kl. Ianuariis, Lampadio & Oreſte viris clariſſimis conſulibus* 530. Conſtitutio vero de confirmatione Digeſtorum, quæ eſt ſecunda de Vet. Iur. enucl. publicata, *XVII. Kal. Ian. Domino noſtro ter conſule* 533. Opus vero non niſi intra decennium abſolutum iri ſperaſſe Iuſtinianum, patet ex dicta Conſtitutione *l.* 2. *§.* 12. *C. de Vet. Iure enucl. Omni igitur Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum ſeu Pandectarum, nec non Conſtitutionum, perfecta, & in tribus annis conſummata, quæ vt primum ſeparari cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabitur.* L. 3. §. 12. C. de V. I. Enucl. *Sic itaque omni Romani iuris diſpoſitione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: quod nobis ab initio omnem ſpem excedere: circa finem autem, cum iam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne in decem quidem annis totum abſolui potuiſſe videbatur) tanta ergo trium annorum celebritate conſummato opere.* De hac feſtinatione Tribonianum cum ſociis reprehendit FRANCISCVS BALDVINVS *Iuſtiniano p.* 270.

****** L. I. C. §. 12. de V. I. Enucl. *noſtram autem conſummationem, quæ vobis Deo annuente componitur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habere ſancimus,* & l. 2. §. 1. *nomenque libris impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum, qui omnes diſputationes, & deciſiones in ſe habent legitimas, & quod vndique fuit collectum, hoc in ſinus ſuos receperunt.* PAVLVS DIACONVS lib. I. c. XXV. *rurſumque ſingulorum magiſtratuum, ſiue iudicum leges, quæ vsque ad duo millia pene librorum erant extenſæ, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem Digeſtorum ſiue Pandectarum vocabulo nuncupauit.* Ad exemplum hoc veterum ICtorum factum, patet ex iis, quæ ſuperiori capite ſecundo *§. IX.* iamdum diximus, quod ICti ſcriptis ſuis Iuris Ciuilis, Pandectarum nomen præpoſuerint. IACOBVS CVIACIVS Paratitlis ad π. ſub initium: *Digeſta ſic dicuntur, vt Græce* ςρόματα, *vel potius, vt ipſe Iuſtinianus ait, vt iuris antiqui* διαιρέσεις, καὶ διατυπώσεις. Pandectæ vero ἐκ τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. II. c. CLXXXIV.*

† L. 1. §. 14. C. de V. I. E. *Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vna cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat, & tam ſubtili, quam celerrimo fini tradere: vt codex conſummatus, & in 50. libros digeſtus nobis offeratur.* l. 2. §. 1. eod. *& in quinquaginta libros omne quod vtiliſſimum erat, collectum eſt.*

******* L. 2. C. §. 1. de Vet. Iure enucl. *& in centum 50. pæne millia verſuum totum opus conſummantes*, in ſequenti Iuſtiniani Conſtitutione Græca, quæ extat *l. 3. C. de Vet. I. enucl.* §. 1. ſic habetur: ὐ παραιτέρω τε πέντε καὶ δέκα μυριάδων στίχων ἀριθμὸν αὐτῷ δόντες *nec vltra quindecim myriadum verſuum numerum eis dantes.* Et in Procemio Digeſtorum §. 1. *& antea quidem, quemadmodum & veſtra ſcit prudentia, ex tanta legum multitudine quæ in librorum quidem duo millia; verſuum autem tricies centena extendebatur.* Leges & paragraphos hic non intelligi, ex eo patet, quod in iisdem ſaltim 8134. leges numerentur, quod etiam gloſſa numerat & STRYKIVS *not. ad Lauterbachii Comp. in præfat.* Licet ipſe LAVTERBACHIVS in Pandectis 433. titulos & 9132. leges numeret. Scilicet, variat pro editionum diuerſitate Legum numerus, cum varie leges a Contio atque Cuiacio fuerint reſtitutæ, quæ tamen in foro non adgnoſcuntur. Vid. LVDOVICI *Hiſt. Pand.* §. *XXVII.* Idem tamen §. *XXVIII.* autumat, potius integras periodos hic intelligi, cum credi vix poſſit, quod Iuſtinianus ſingulas lineas numerari curauerit, ſibi conſentientem adlegans DVARENVM *Procem. in π. c. III. & lib. II. Diſp. Anniv. c. VI.* Gothofredus tamen in notis ad hunc locum: *hic locus oſtendit verſuum vocabulo leges & paragraphos intelligi non poſſe, ſed potius lineas.* Idem plenius explicarunt, & ſub verſibus lineas intelligi docuerant ANTONIVS CONTIVS *lect. ſubceſiuis lib. I. c. VIII.* In Gundlingianis *p. IV. Obſ. V.* plenius demonſtratur, veteres Romanos Græcosque ſecundum cola & commata lineas ſuas poſuiſſe, quas verſus adpellant. Confirmatur hoc ex loco Hieronymi, dum in Præfatione ſuper Eſaiam ad Paulam & Euſtochiam ſic loquitur: *Nemo, cum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos metro eos exiſtimet ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur & commata, qui vtique proſa, & non verſibus conſcripſerunt, nosque vtilitati legentium conſulentes interpretationem nouam nouo ſcribendi genere diſtinximus.* Patet hoc etiam ex nomine verſus, qui a vertendo dicuntur. Patet hoc tanto magis ex Græca voce στίχος, quod æque verſum ſiue lineam notat, de qua SVICERVS *Theſauro Eccleſiaſtico*, CODINO *de Officiis cap. VI. n. 43. cap. XIV. n. 1.* CAR. du FRESNE *Gloſſario*, voce στίχος.

† Sic HAGEMEIERVS *cap. V. p. 19.* Exemplum in Titulo Codicis: *Negotiatores ne militent*, quæ prohibitio in ipſo textu multis modis reſtringitur.

†† Hoc ipſe innuit IVSTINIANVS l. 2. §. 10. C. de V. I. E. *tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina prudentum taciturnitati tradere nullo patiamur modo: ſed vnusquisque eorum, qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt.* Plenius vero hoc traditur in Conſtitutione ad Senatum & omnes Populos l. 2. §. 20. C. de V. I. E. *Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris conſummatio ordinata eſt, iuſſimus & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: vt manifeſtiſſimum ſit, ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, & quot millibus hoc iuſtitia Romanæ templum ædificatum eſt. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erant, & quos & anteriores piiſſimi principes admittere non ſunt indignati, omnibus vno dignitatis apice impertito, nec ſibi quoquam aliquam prærogatiuam vindicante,*

cum

Digitized by Google

*cum enim conſtitutionum vicem & has leges obtinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam eſſe intelligatur, cum vna dignitas, vna poteſtas omnibus eſt indulta.* Idem repetitur *l.* 3. §. 20. Iureconſulti autem horumque ſcripta, ex quibus Pandectæ fuerunt compoſitæ, indicantur in Indice Florentino, Pandectis præfixo, ex quo habet ANGELVS POLITIANVS *lib. V. ep. IX.*

††† L. 1. §. 9. C. de V. I. E. *Sed & ſimilitudinem ſecundum quod dictum eſt, ab huiusmodi conſummatione volumus exulare, & ea quæ ſacratiſſimis conſtitutionibus, quas in codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex veteri iure non concedimus cum Diualium conſtitutionum ſanctio ſufficiat ad eorum auctoritatem* & l. 2. §. 14. *Similique modo ſi quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi conſtitutionum recitatione ſufficiente, niſi & hoc raro ex iisdem cauſis, quibus ſimilitudo adſumpta eſt.*

§. IV.

Hæc autem Digeſta ipſe Iuſtinianus ſuperſtitione quadam motus, atque ad numerorum naturam & harmoniam reſpiciens, * in ſeptem partes diſtinxit, ita, vt prima pars, τὰ πρῶτα quatuor priores libros complecteretur. Secunda, a quinto libro ad finem libri vndecimi de Iudiciis & eo ſpectantibus ageret. Tertia a duodecimo ad decimum nonum, iura rerum & diuerſas Contractuum ſpecies comprehenderet. Quarta libro vigeſimo ad vigeſimum ſeptimum ageret de hypothecis, emtionibus, venditionibus, vſuris, teſtibus, ſponſalibus, nuptiis atque tutelis. Quinta a libro XXVIII. ad XXXVII. de Teſtamentis, Legatis & Hæreditatibus. Sexta a libro XXXVII. ad XL. bonorum poſſeſſiones, interdicta & ſimilia contineret. Septima reliqua complecteretur. ** In has autem Pandectas nullos Iuris Commentarios permiſit Imperator, ne maior inde oriatur confuſio, ſed breues ſaltim interpretationes & Paratitla admiſit. *** Adleguntur hodie Pandectæ vel per ff. quod ex Græcorum π. efformatum fuiſſe videtur, vel per D. quod Digeſta notat. **** *Pandectarum Diuiſio*

* Sic enim ipſe Iuſtinianus l. 2. §. 1. C. de V. I. E. *& in ſeptem partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione, ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes & conſentaneam eis diuiſionem partium conficientes.* Scilicet iam ab antiquo diuinitas quædam ac religio numero ſeptenario ineſſe credebatur. Sic MACROBIVS *in Somn. Scip. lib. I. c VI.* eum numerum plenum vocat & GELLIVS *lib. III. c. X.* illud variis exemplis confirmat. Ex recentioribus PETRVS BONGVS *Myſtica Num. ſignif. p.* 198. LVDOVICI *Hiſt. Pand. §. III.*

** Rationem huius diuiſionis ipſe reddit IVSTINIANVS, & in Conſtitutione ſua ad Senatum l. 2. C. §. 2. C. de Vet. Iure enucl. ſic loquitur: *Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros ſepoſita eſt: §. 3. Secundus autem articulus 7. libros habet, qui de iudiciis appellantur. §. 4. In tertia vero congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis deputatis.*

§. 5.

† L. I. §. 14. C. de V. I. E. *Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vna cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat, & tam ſubtili, quam celerrimo fini tradere: vt codex conſummatus, & in* 50. *libros digeſtus nobis offeratur.* l. 2. §. 1. eod. *& in quinquaginta libros omne quod vtiliſſimum erat, collectum eſt.*

******* L. 2. C. §. 1. de Vet. Iure enucl. *& in centum* 50. *pæne millia verſuum totum opus conſummantes*, in ſequenti Iuſtiniani Conſtiturione Græca, quæ extat *l.* 3. *C. de Vet. I. enucl.* §. 1. ſic habetur: ὀ περαιτέρω τε πέντε καὶ δεκα μυριά-δων ςίχων ἀριθμὸν αὐτῷ δόντες *nec vltra quindecim myriadum verſuum numerum eis dantes.* Et in Proœmio Digeſtorum §. 1. *& antea quidem, quemadmodum & veſtra ſcit prudentia, ex tanta legum multitudine quæ in librorum quidem duo millia; verſuum autem tricies centena extendebatur.* Leges & paragraphos hic non intelligi, ex eo patet, quod in iisdem ſaltim 8134. leges numerentur, quod etiam gloſſa numerat & STRYKIVS *not. ad Lauterbachii Comp. in præfat.* Licet ipſe LAVTERBACHIVS in Pandectis 433. titulos & 9132. leges numeret. Scilicet, variat pro editionum diuerſitate Legum numerus, cum varie leges a Contio atque Cuiacio fuerint reſtitutæ, quæ tamen in foro non adgnoſcuntur. Vid. LVDOVICI *Hiſt. Pand.* §. *XXVII.* Idem tamen §. *XXVIII.* autumat, potius integras periodos hic intelligi, cum credi vix poſſit, quod Iuſtinianus ſingulas lineas numerari curauerit, ſibi conſentientem adlegans DVARENVM *Proœm. in π. c. III. & lib. II. Diſp. Anniv. c. VI.* Gothofredus tamen in notis ad hunc locum: *hic locus oſtendit verſuum vocabulo leges & paragraphos intelligi non poſſe, ſed potius lineas.* Idem plenius explicarunt, & ſub verſibus lineas intelligi docuerant ANTONIVS CONTIVS *lect. ſubceſiuis lib. I. c. VIII.* In Gundlingianis *p. IV. Obſ. V.* plenius demonſtratur, veteres Romanos Græcosque ſecundum cola & commata lineas ſuas poſuiſſe, quas verſus adpellant. Confirmatur hoc ex loco Hieronymi, dum in Præfatione ſuper Eſaiam ad Paulam & Euſtochiam ſic loquitur: *Nemo, cum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos metro eos exiſtimet ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur & commata, qui vtique proſa, & non verſibus conſcripſerunt, nosque vtilitati legentium conſulentes interpretationem nouam nouo ſcribendi genere diſtinximus.* Patet hoc etiam ex nomine verſus, qui a vertendo dicuntur. Patet hoc tanto magis ex Græca voce ςίχος, quod æque verſum ſiue lineam notat, de qua SVICERVS *Theſauro Eccleſiaſtico*, CODINO *de Officiis cap. VI. n.* 43. *cap. XIV. n.* I. CAR. du FRESNE *Gloſſario*, voce ςίχος.

† Sic HAGEMEIERVS *cap. V. p.* 19. Exemplum in Titulo Codicis: *Negotiatores ne militent*, quæ prohibitio in ipſo textu multis modis reſtringitur.

†† Hoc ipſe innuit IVSTINIANVS l. 2. §. 10. C. de V. I. E. *tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina prudentum taciturnitati tradere nullo patiamur modo: ſed vnusquisque eorum, qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt.* Plenius vero hoc traditur in Conſtitutione ad Senatum & omnes Populos l. 2. §. 20. C. de V. I. E. *Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris conſummatio ordinata eſt, iuſſimus & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: vt manifeſtiſſimum ſit, ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, & quot millibus hoc iuſtitia Romana templum ædificatum eſt. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erant, & quos & anteriores piiſſimi principes admittere non ſunt indignati, omnibus vno dignitatis apice impertito, nec ſibi quoquam aliquam prærogatiuam vindicante,*

cum

Digitized by Google

*cum enim conſtitutionum vicem & has leges obtinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam eſſe intelligatur, cum vna dignitas, vna poteſtas omnibus eſt indulta.* Idem repetitur *l.* 3. *§.* 20. Iureconſulti autem horumque ſcripta, ex quibus Pandectæ fuerunt compoſitæ, indicantur in Indice Florentino, Pandectis præfixo, ex quo habet ANGELVS POLITIANVS *lib. V. ep. IX.*

††† L. 1. §. 9. C. de V. I. E. *Sed & ſimilitudinem ſecundum quod dictum eſt, ab huiusmodi conſummatione volumus exulare, & ea qua ſacratiſſimis conſtitutionibus, quas in codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex veteri iure non concedimus cum Diualium conſtitutionum ſanctio ſufficiat ad eorum auctoritatem* & l. 2. §. 14. *Similique modo ſi quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi conſtitutionum recitatione ſufficiente, niſi & hoc raro ex iisdem cauſis, quibus ſimilitudo adſumpta eſt.*

§. IV.

Hæc autem Digeſta ipſe Iuſtinianus ſuperſtitione quadam motus, atque ad numerorum naturam & harmoniam reſpiciens, * in ſeptem partes diſtinxit, ita, vt prima pars, τὰ πρῶτα quatuor priores libros complecteretur. Secunda, a quinto libro ad finem libri vndecimi de Iudiciis & eo ſpectantibus ageret. Tertia a duodecimo ad decimum nonum, iura rerum & diuerſas Contractuum ſpecies comprehenderet. Quarta libro vigeſimo ad vigeſimum ſeptimum ageret de hypothecis, emtionibus, venditionibus, vſuris, teſtibus, ſponſalibus, nuptiis atque tutelis. Quinta a libro XXVIII. ad XXXVII. de Teſtamentis, Legatis & Hæreditatibus. Sexta a libro XXXVII. ad XL. bonorum poſſeſſiones, interdicta & ſimilia contineret. Septima reliqua complecteretur. ** In has autem Pandectas nullos Iuris Commentarios permiſit Imperator, ne maior inde oriatur confuſio, ſed breues ſaltim interpretationes & Paratitla admiſit. *** Adlegantur hodie Pandectæ vel per ff. quod ex Græcorum π. eformatum fuiſſe videtur, vel per D. quod Digeſta notat. ****

*Pandectarum Diuiſio*

* Sic enim ipſe Iuſtinianus l. 2. §. 1. C. de V. I. E. *& in ſeptem partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione, ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes & conſentaneam eis diuiſionem partium conficientes.* Scilicet iam ab antiquo diuinitas quædam ac religio numero ſeptenario ineſſe credebatur. Sic MACROBIVS *in Somn. Scip. lib. I. c VI.* eum numerum plenum vocat & GELLIVS *lib. III. c. X.* illud variis exemplis confirmat. Ex recentioribus PETRVS BONGVS *Myſtica Num. ſignif. p.* 198. LVDOVICI *Hiſt. Pand. §. III.*

** Rationem huius diuiſionis ipſe reddit IVSTINIANVS, & in Conſtitutione ſua ad Senatum l. 2. C. §. 2. C. de Vet. Iure enucl. ſic loquitur: *Igitur prima quidem pars totius contextus, qua Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros ſepoſita eſt:* §. 3. *Secundus autem articulus* 7. *libros habet, qui de iudiciis appellantur.* §. 4. *In tertia vero congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis deputatis.*

§. 5.

§. 5. *Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam inuenitur vmbilicus, 8. libros ſuſcepit: in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, repoſita ſunt, vt vt non a pignoratitia actione in libris de rebus poſita multum diſtarent. Alio libro eodem inſerto volumini, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem & duplæ ſtipulationem, quæ de euictionibus propoſita eſt, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones, quaſi pediſſequæ illam ab initio proceſſerunt, in vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multo diſtantia deuagantes, per noſtram autem prouidentiam his congregata: cum oportuerat ea, quæ de eodem pæne loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque liber, poſt duos primos nobis excogitatus eſt de vſuris & traiectitiis pecuniis, & de inſtrumentis, & teſtib. & probationibus, nec non præſumptionibus, & memorati tres ſingulares libri iuxta compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos ſi qua de ſponſalibus, vel nuptiis, vel dotibus, legibus dicta ſunt, repoſuimus tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curatoribus geminos libros conſcripſimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis repoſuimus, omnia vndique tam vtiliſſima quam pulcherrima iura continentem.* §. 6. *Quintus autem exoritur nobis Digeſtorum articulus, in quem de teſtamentis & codicillis tam priuatorum quam militum, omne quidquid antiquis dictum eſt, inueniat quis depoſitum, qui de teſtamentis appellatur. De legatis autem & fideicommiſſis 5. librorum numerus adgregatus eſt. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam vt legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommiſſis autem SC. Trebelliani, ſingulis libris vtrique eorum applicatis tota pars quinta in nouem libros coadunata eſt. Solum autem S. C. Trebellianum ponendum eſſe exiſtimauimus: captioſas etenim & ipſis veteribus odioſas Pegaſiani ſenatuſconſulti ambages, & vtriuſque Senatuſconſulti inter ſe tam ſuperuacuas quam ſcrupuloſas diuerſitates reſpuentes, totum ius ſuper his poſitum Trebelliano S. C. adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis a nobis memoratum eſt: ne cauſa, quæ in rebus non proſpere geſtis, & triſtis temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coaleſcens ciuili noſtris maneat temporibus, quæ fauor cœleſtis & pacis vigor firmauit, & ſuper omnes gentes in bellicis victoriis periculis ſuperpoſuit: ne luctuoſum monumentum læta ſecula inumbrare concedatur.* §. 7. *Sexta deinde pars Digeſtorum exigitur, in qua omnes bonorum poſſeſſiones poſitæ ſunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos reſpiciunt: vt & ius omne, quod de gradibus & adfinitatibus deſcendit, legitimaque hæreditates, & omnis ab inteſtato ſucceſſio, & Tertullianum, & Orphitianum S. C. ex quibus mater & filii inuicem ſibi heredes exiſtunt, in geminos libros contulimus, bonorum poſſeſſionis multitudinem in compendioſum & manifeſtiſſimum ordinem concludentes. Poſt hæc ea, quæ de operis noui nunciationibus, damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum inſidiis, & quæ de aqua pluuia arcenda, veteribus auctoribus placita ſunt: nec non de publicanis & donationibus tam inter viuos quam mortis cauſa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum ſingularem deduximus. De manumiſſionibus autem & de liberali cauſa, alius liber reſpondit: quemadmodum & de adquiſitione tam dominii quam poſſeſſionis & titulis, qui eam inducunt, multæ & variæ lectiones vni ſunt inſertæ volumini, alio libro deputato his, qui iudicati, vel in iure confeſſi ſint, & de bonorum detentionibus & venditionibus, & vt ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſtque hæc omnia interdicta glomerata ſunt: & deinceps exceptiones & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus & actionibus liber iterum ſingularis extenditur: vt præfata ſexta pars totius Digeſtorum voluminis octo libris definiatur.* §. 8. *Septimus autem & nouiſſimus articulus Digeſtorum ſex libris formatus eſt:*

in

Digitized by Google

*in quos de ſtipulationibus ſeu verborum obligationibus & fideiuſſoribus, & mandatoribus, nec non nouationibus & ſolutionibus & acceptilationibus & de prætoriis ſtipulationibus, omne quod ius inuenitur gemino volumine inſcriptum eſt, quod in libris antiquis nec numerare poſſibile fuit. Et poſt hoc duo terribiles libri poſiti ſunt de delictis priuatis & extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent ſeueritatem pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta ſunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: nec non de eorum ſubſtantiis. Liber autem ſingularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt, contra ſententias, tam ciuiles quam criminales cauſas finientes. Cætera autem omnia, quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis & pollicitationibus, diuerſis cognitionibus, & cenſibus, vel ſignificationibus verborum, a veteribus inuenta ſunt, quæque regulariter definita, in ſeſe recepit quinquageſimus, totius conſummationis perfectus.* Idem repetitur in poſteriore Conſtitutione Græca. Hac Iuris partitione vſus fuit NICOLAVS VIGELIVS *de Methodo Iuris.*

*** De hoc ipſe IVSTINIANVS Conſtitutione de Concept. Digeſt. §. 12. *Noſtram autem conſummationem, quæ vobis Deo adnuente componetur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habere ſancimus, nullis iuriſperitis in poſterum audentibus commentarios illi applicare, & verboſitate ſua ſupradicti codicis compendium confundere, quemadmodum in antiquioribus factum eſt, cum per contrarias interpretantium ſententias totum ius pæne conturbatum eſt, ſed ſufficiat per indices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quæ* παράτιτλα *nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.* & l. 2. §. 21. C. de V. I. E. *Hoc autem, quod & ab initio nobis iuſtum viſum eſt, cum hoc opus fieri Deo adiuuante mandabamus, tempeſtiuum nobis videtur & in præſenti ſancire, vt nemo neque eorum, qui in præſenti iuris peritiam habent, neque qui poſtea fuerint, audeat commentarios hiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velint eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua & voce Romana poſitæ ſunt: hoc quod Græci* κατὰ πόδα *dicunt, & ſi quid forſitan per titulorum ſubtilitatem adnotare maluerint, in ea, quæ paratitla nuncupantur, componere, alias autem legum interpretationes, immo magis peruerſiones eos iactare non concedimus: ne verboſitas eorum aliquid legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus, quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diuerſas ſententias, producentes (contrahentes) in infinitum diſtraxerunt: vt pæne omnis Romana ſanctio eſſet confuſa. Quos ſi paſſi non ſumus, quemadmodum poſteritatis admittetur vana diſcordia? ſi quid autem tale facere auſi fuerint, ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur, volumina autem eorum omnimodo corrumpentur. Si quid vero, vt ſupra dictum eſt, ambiguum fuerit viſum, hoc ad imperiale culmen per indices referatur, & ex auctoritate Auguſta manifeſtetur, cui ſoli conceſſum eſt leges & condere & interpretari.* Idem repetitur *l. 3. §. 21. C. de V. I. E.* Quid vero Paratitla Veterum fuerint, docet IANVS A COSTA *in Præfatione ad Summaria, ad IX. priores Titulos lib. I. Decretalium,* dum ait: *Ergo Paratitla non ſunt explicationes Titulorum, ſed ex ceteris Titulis Titulorum repletiones, id eſt, Indices Legum, quæ ex ceteris Titulis ad Titulum ſubtiliter reuocari poſſunt: vel, vt Iuſtinianus loquitur, per ſubtilitatem Titulorum admonitoria.* Idem dicit IO. LEVNCLAVIVS in Prologo, de priſco Paratitlorum vſu, qui Latinæ Græcorum Paratitlorum Interpretationi eſt præfixus: *hæc igitur de modo Iuris explicandi poſteriore per Paratitla mens Iuſtiniani fuit, vt liceat quemuis ad Titulum Pandectarum adnotare,*

*quæ aliis in Titulis ac locis illum ad Titulum pertinentia reperiantur. Hic priſcus ſcilicet, germanusque Paratitlorum vſus.* Eiusmodi Paratitla ſingulis Titulis Codicis Theodoſiani præmiſit IACOBVS GOTHOFREDVS, quibus connexionem eiusdem, collationemque cum aliis titulis legibusque demonſtrat. Plenius hæc explicat MENAGIVS *Amœnitat. Iuris c. XV.*

**** Coniectura eſt ANDREÆ ALCIATI, admodum probabilis, *Libro III. Diſpunctionum c. XVI.* dicens: *quod circumflexum ſupraposuerint, hac forma π̃.* cui adſentitur HAGEMEIER *cap. III. p.* 8. IAC. FRIDER. LVDOVICI *Hiſtoria Pandectarum* §. LIX. *Hodie vel littera D. vtimur, quæ Digeſta indicat, vel nota ff. de qua nota, eiusque origine diverſæ admodum reperiuntur opiniones. Huberus in prælect. ff. procem. n. 2. & in f. ita: in citandis legibus Pandectas deſignamus digrammate ff. quod eſt corruptum e græco π. Id enim, vbi celerius ſcribitur, lineam transverſam fere habet per medias rectas. Accurſiani, pergit, & Bartoliſtæ cum viderent π. ita negligentius pictum, ignari græcarum literarum, putarunt eſſe ff. vt Zoës. in procem. n. 11. qui addit, literam π. olim cum circumflexo, ſcriptam fuiſſe hoc modo π. & inde errorem provenisſe. Alii duplex ff. adhiberi putant, vt ſignificetur, pandectas factas fuiſſe: alii exiſtimant, pandectas antiquitus ſcriptas fuiſſe per D. & G. (Digeſta) easque literas in coniunctione ſua noſtris ff. ſimiles fuiſſe: iuxta alios primitus pandectæ per duplex LL. notatæ fuerant, quæ duæ literæ L. libros notarunt, ex quibus deinde ff. factum: alii in ea ſunt opinione, quod liber hic ideo ff. adlegetur, quia per duos imperatores, patrem & filium, vtrumque Fridericum nominatum, maturius ruminatas & digeſtas fuerit,* v. RICCIVS *de libr. iur. aph. XVIII.* ANONYMVS *in modo legendi abbreviaturas,* Colon. 1570. *Aliam adhuc derivationem habet Haloander in præfat. ff. quod ſcilicet olim nomen operis ſignificaverint per litteram græcam θ in medio transverſum circumflexum habentem. Notariorum inventum eſſe, quod plerumque nullam habet rationem, putat Gothofred. in not. ad rubr. C. de vet. iur. enucl. §. LX. Ex his nunc elige, cui dicas, tu mihi ſola places. Omnia ſunt incerta, prima tamen opinio de lit. π. probabilis quodammodo eſſe videtur. Lepide Riccius de libr. Iur. aph. XVIII. forte, inquit, ſi ſors alibi decollaverit, dici poſſet, quod, veluti græcis ſignum, θ denotavit mortis ſupplicium, ita nobis græcum π. denotet iuſtitiam vel furcam, vnde natum proverbium: abi in græcum π. in criminalibus autem pandectas operoſe occupatas eſſe atque adeo inde hanc notam accepiſſe.*

## §. V.

*Laudes & Defectus Pandectarum.*

Licet autem Iuſtiniano Imp. ſua laus deneganda minime ſit, quod ex tot immenſis voluminibus Ius Romanum in breviorem Ordinem redigi fecerit, idemque Ius æquitatis ſubinde rationem habeat, * nec tamen ſine labe Opus eſſe, plures iamdum emunctioris naris Iureconſulti adgnoverunt. Iuſtinianus enim operi huic adhibuit viros tanto negotio parum ſufficientes, ** quorum caput erat Tribonianus, homo vaniſſimus, qui Iuſtiniano nimium adulabatur, *** & leges pretio vendere ſolebat. **** Hi etiam, prohibente licet Iuſtiniano, ***** varias Antinomias, ****** atque Geminationes admiſerunt, ******* quod in tanta colligentium turba, ex tot contrariarum ſectarum ſcriptis, immenſis voluminibus & ſententiis, maxime, dum præcipite cura agentes, tam breue temporis ſpatium ſibi ſumſerant, vix aliter fieri poterat. Et cum Iure-

Iureconſulti illi veteres, ex quorum ſcriptis Pandectæ ſunt compilatæ, fuerint Pagani, multum etiam iſtæ redolent gentilis religionis, a Chriſtiana plane alienum. ******** Inter hæc Tribonianus pleraque agens confuſe & ſine ordine, interpolando veterum ICtorum ſententias, nimiam ſibi ſumſerat poteſtatem, † multas Iuris antiqui, nec dum vſitati reliquias inſeruerat. †† Reliqui omnes natione Græci erant, qui libros latinos tractabant, ††† qui tamen ſermone ita antiquo ſcripti erant, vt Cicero iam ſua ætate profiteretur, eſſe quædam in iis ob ſermonis antiquitatem tam obſcura, vt nec ſui æui Iureconſulti ea intelligerent. †††† Hi etiam ad ſtatum potius Græci Imperii Iurisprudentiam direxerunt, atque dum pro auctoritate agerent, antiquas leges, Edicta, Senatusconſulta, ICtorum ſcripta ſuppreſſerunt atque aboleuerunt, ††††† & relictis ICtorum antiquorum ſcriptis, ex iis Pandectas concinnarunt, quæ ſuo æuo erant propria, qui tamen plerumque Græci erant & peregrini, nec linguam, nec leges Romanas ſatis callentes. †††††† Ex his vero centonem male conſarcinatum congeſſerunt Pandectarum compilatores. Immo, vt paucis multa dicamus Ius Iuſtinianeum, ex parte Ius eſt iniuſtum, ††††††† Ius eſt incertum, †††††††† & Iuſtitia exulat. †††††††††

* Commendatur hoc Pandectarum Opus in Epigrammate antiquo, Pandectis Florentinis præmiſſo, quod ANGELVS POLITIANVS primus in lucem emiſit, & ex eo CHRISTOPH COLERVS *Parergorum lib. II. cap. XXII.*

Βίβλον Ἰȣστινιανὸς ἄναξ, τεχνήσατο τήνδε.
Τὴν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆι
Οἷα τις Ἡρακλῆι πανδαίδαλον ἀσπίδα τεύξας,
Ἧς ἔπι μαρμαίρȣσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων.
Ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε δορυκτήτȣτε Λιβύσσης.
Εὐρώπης τε πίφαυνται ὅλȣ σημάντορι κόσμȣ.

*Hunc Iuſtiniades librum ſub luminisoras edidit hoc illi rerum, regnique potito Tribonianus opus cura ſic extudit; vt qui Alcida varium clypeiprocuderet orbem. Omnis vbi Recti, ſanctique effulget imago. Europa vero atque Aſia, Libyaque ſubacta vnum omnes populi regem, dominumque tuentur.* GIPHANIVS Iuſtiniano pag. 54. *Quare vt in hoc præclaro corpore nævi fortaſſe aliqui ſint; Iuſtiniano tamen, Conditori eius, æterna laus & gratia debetur: qui bis mille annorum ſapientiam, paullatim & hominum induſtria & Dei munere repertam, totque annis vix collectam nobis conſeruarit, in vnum non ita magnum Corpus concluſam. Ea certe huius Imperium exceperunt tempora, vt niſi vno ea volumine, eoque non magno, eſſet concluſa, cum ipſis veterum iuriſconſult. ſcripta tota fere interiiſſet.* ALBERICVS GENTILIS *lib. I. de I. B. & P.* dicit: *Ius illis præſcriptum libris non Ciuitatis tantum eſſe, ſed & Gentium & Naturæ, & aptatum ſic eſſe ad naturam vniuerſam vt Imperio extincto ipſum ius diu ſepultum ſurrexerit*

*& in omnes ſe effuderit Gentes humanas, ergo & Principibus ſtare, & ſi eſt priuatis conditum.* Quem tamen ideo notat IO. SELDENVS *Mari clauſo lib. I. c. XXIV.* IOACH. HAGEMEYERVS de Aut. Iur. Civ. cap. III. §. VIII. *Sequuntur Digeſta: opus pretioſum & theſaurus incomparabilis, quæ omnem prope Philoſophiam & receptas veterum Iuris Conſultorum ſententias continent. Tanta in his Latinæ dictionis ſinceritas eſt & elegantia, vt non facile quis affirmauerit, rerumne ſcientia, an orationis dignitas maiori laude celebranda ſit, adeoque bene dictum a Politiano lib. 10. Epiſt. ad Marq. Breiſacium, totam pene vim linguæ latinæ in legibus eſſe.* Neque etiam cum B. Parente *S. I. C. Exerc. I. §. LX.* adſerere dubitamus: Ius hoc Iuſtinianeum non a ſolo Iure poſitiuo ſed ex naturalibus etiam præceptis, gentium & ciuilibus fuiſſe collectum. GROTIVS ep CCCXXXII. p. 119. ad Maurerium, *ſed plane rogo, quod dicere multis ſoleo, veriſſimum credas, nihil eſſe homine nobili dignius quam cognitionem iuris. Primum quidem eius, quod omnes homines hominibus, & gentes gentibus ſociat; deinde vero patrium, cuius partem non exiguam facit ius Romanum a plerisque populis adoptatum, per ſe quoque ſupra omnia ciuitatum iura digniſſimum noſci, vt quod perfectum excultumque ſit experimentis tam magni, tamque diuturni Imperii. Quidquid a Decemuirûm tempore ad Iuſtiniani vsque tempora, viri maximo & iudicio & ſanctitate morum & eruditione præditi, ad firmandam illam ciuilem ſocietatem reperire potuerunt, id omne Digeſtis primum, deinde Codice & connexis ei libris continetur. Tam euidens denique eſt eius Iuris in plerisque partibus, iis maxime, quæ ad contractus aut damnum iniuria datum, pertinent, æquitas, vt ad quos populos Romana arma pertingere nunquam potuerunt, vt in Poloniam vicinasque gentes, eo leges Romanæ ſine vi illa, iuſtitiæ ſuæ vi triumphantes peruenerint.* LAVRENTIVS VALLA *Elegant. lib. III. in princ.* dicit: *ſe perlegiſſe quinquaginta Digeſtorum libros ex plerisque iurisconſultorum voluminibus excerptos, relegiſſe libenter & quadam cum admiratione, quod neſcias, vtrum diligentia an grauitas, prudentia an æquitas, ſcientia an orationis dignitas præſtet. Et hæc ipſa in vnoquoque illorum ita ſunt egregia & perfecta, vt vehementer dubites, quem cui præferendum putes; & his nihil addi adimive poſſe videtur tam eloquentiæ quam Latinitatis & elegantiæ, ſine qua cæca omnis doctrina eſt & illiberalis, præſertim in iure Ciuili.* Sic etiam Iuris ciuilis æquitatem mire prædicat CAROLVS MOLINÆVS *in Comment. ad Conſuetud. Pariſ. tit. des Fieſs. n.* 110. Permulta elogia Iuris ac Legum Romanarum collegit ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctoritate Iuris lib. I. cap II.* Sic etiam Ordinem atque Methodum π. commendat IACOBVS CVIACIVS *in Paratitlis* π. *Mandati* dicens: *cohærent digeſtaque ſunt omnia arte mirabili, non tam ingenio Triboniani, quam Iuliani, Hermogeniani & veterum prudentum, quorum ille veſtigia ſecutus eſt, & qui aliam deſiderant vel comminiſcuntur artem, ſunt ineptiſſimi & improbiſſimi, neque quid ſit ars ſciunt, nec artem Digeſtorum.* Iuſtinianei Iuris ſtrenuum æque ſe Defenſorem præbuit illuſtris noſtræ Academiæ Anteceſſor, IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS, dum in Programmate ſuo inaugurali, quod in Io. Strintzii honorem a. 1711. publicauit, tali modo argumentatur: *profecto parum lepide, vt Plauti verbo vtamur, ingeniati, ſed laſciui ac proterui hominis character eſt, fontem, alieno impendio publicis vſibus præparatum, vnde ad omnium hauſtus multis annis ſaluberrimus liquor decurrit, quoque niſi & tu labra proluiſſes, fortaſſe nec illud ſaperes, quod ſapis; duntaxat vt abhorreant deinceps alii, ſordibus polluere. Nec ingrati minus eſt, beneficio alterius, etiam qualicunque, ſine nauſea, & ſine contumelia largientis, frui non poſſe. At vero non modicum, ſed omnino ingens Iuſtiniani, iudicibus, & deditis iurisprudentiæ decoris ingeniis, conſulturi, beneficium merito*

*habe-*

*habetur, veterum iuris librorum tam immenſam molem, atque indies creſcentem, quam non inuidia vlla, vtque manibus hominum excuteres, ſed tollendarum diſceptationum, & leuandi oneris cauſſa, oggeri iudicibus vetabat, ſollerti, & pro temporis, quod impenſum fuit, ſpatio, ſatis felici ſuorum opera, in breuiorem ambitum coarctaſſe. Quin ipſius ſummi Numinis ſingulare agnoſci munus debet, quod innumeris litterarum monumentis, barbarorum hominum furore perditis, illud Pandectarum & Codicis volumen, vnde poſt tot ſacula tam multi, in diuerſis gentibus, & certiſſimo quisque patria ſua emolumento, profecere, ſartum ſeruari voluit rectumque. In quo paſſim terrarum, vt deinceps vniuerſalis fere legis inſtar foret, in ſcholas & iudicia recipiendo, certe non temerario quodam impetu, ſed ſapientiſſimorum virorum iudicio, & longo edocti vſu, ac fatali quodam, atque vnius velut ſideris ductu, tot reges, & principes, & ciuitates conſpirarunt. Quos omnes imprudentiæ accuſare, & per Triboniani latus, cum mortuis ſuperſtites ferire, cuius dicamus mentis eſſe? Qui Deorum conſilia culpet, ait Plautinus ſenex, ſtultus inſcitusque ſit, Quique conuituperet.*

** Facit huc Cenſura, licet nimium acris, FRANCISCI AMELINI, Pariſini *Reſtitutionum libro I. Tit. II.* quam debeo IOACHIMO HAGEMEIERO *de auctoritate Iuris p. 2.* dum ita ſcribit: *parua huius caſus querela foret, niſi is deinde ſecutus eſſet Imperator, qui omnium, qui ad hanc diem fuerunt, mortalium nequiſſimus nomen ſibi impoſterum per nefas aſtruens, quando per fas non poterat, inſigni impoſtura, omne ius ſubuerteret, abolitis ſublatisque de medio, qui extabant Iurisconſultorum libris. Vſus eſt miniſtris ſtultiſſimis hominibus, qui eo colore, quaſi omnia, quæ vsquam egregia erant, in vnum volumen colligerent, iusque vbi animaduerterent eſſe opus, emendarent. Productum eſt varium & multiplex volumen, nullo ordine, nulla rationis conſtantia, multum in his referendis quæ inutilia quæque falſa ſunt, in vtilibus vero explicandis breue atque concisum, ſpecioſum prudentum virorum vbique prælato nomine, ineptiis, quæ iisdem prudentibus viris adſcribuntur, delirum: denique adeo multa abſurda complexum, ita confuſum, ita obſcurum, ſuppreſſis definitionibus, diuiſionibus & ipſismet legum verbis, vt facile appareat, compilatores illos, quo intelligentiores viderentur, & plura ſcire, multa correxiſſe, multa commentos eſſe, multa quæ a poſterioribus Imperatoribus conſtituta & id ætatis profeſſoribus tractata antiquioribus & Principibus & Iuriſperitis tribuiſſe: & cauiſſe ne prudentiores eis poſtea exiſterent, qui fraudem & inſcitiam eorum detegerent. Quin illi nos palam derident; cum enim omnia oppoſitis ſcateant, ſcribuut nihil contrarium eſſe in iure: callidi tamen qui vetent, in volumina ſua Commentarios ſcribi, vt longe aliter rem ſe habere pateſieret, & vt intenderetur ignorantia, quæ inſulſa pro falſis, & incondita pro conditis, vt contingit, admitteret: quique præ ſe ferunt, ſe habere libros peritorum iuris, quo ſcilicet licentius autoritate eorum abuterentur; Et certe ſi peritorum iuris ſcripta pura & incorrupta manſiſſent, præ illis viluiſſent Impoſtorum Principis Conſtitutiones, multa eaque inſulſa nec non inter ſe pugnantia effutire conſuentis*

Adſentitur FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano p. 253.* de Iuſtiniano dicens: *quod hactenus tentare nullus audebat, deſcribi poſſe putarit, vnius ſui Triboniani ope & ingenio fretus. Si habuiſſet aliquem Mucium, aut Craſſum: ſi vt Iulius Cæſar, Sulpitium aliquem, ſi aliquem Iulianum, vt Adrianus: fortaſſe potuiſſet, quod inſtituebat, efficere. Sed ſuo Triboniano eſt contentus, nullaque deſperatione debilitatus, XVIII. Cal. Ianuar. Lampadio & Oreſte Coſſ. (qui annus Chriſti fuit trigeſimus ſupra quingenteſimum) de conceptione Digeſtorum mandatum edit. Mandat autem, vt in hoc opere collegas ſibi*



Digitized by Google

*Tribonianus adiungat, quos maxime idoneos eſſe putaret. Is adhibuit Theophilum & Cratinum, Conſtantinopolitanos: Dorotheum & Anatolium, Beritienſes, Iuris Anteceſſores: & ex foro Prætorianæ Præfecturæ Orientis, cauſarum patronos Vndecim. Vellem equidem, etiam ſibi adiunxiſſet Iulianum, eius temporis Conſulem & Patricium Conſtantinopolitanum quem Priſcianus teſtatur, in omni genere doctrinæ tam Græcos quam Latinos Veteres prope ſuperaſſe. Ipſum denique Priſcianum adiunxiſſet, qui tunc quoque Conſtantinopoli Verſabatur: Grammaticum illum quidem, ſed talem Grammaticum, qui Romanarum & literarum & antiquitatum cognitione præſtabat, ac Veterum quoque Prudentum monumenta euoluebat, & eruditam dicendi ſcribendique Viam tenebat.*

*** Vanitatem Triboniani ſatis docet l. 2. §. 17. C. de V. I. E. *In præſenti autem conſummatione noſtrorum Digeſtorum e tantis leges collectæ ſunt Voluminibus, quorum & omnia antiquiores homines non dicimus neſciebant, ſed nec Vnquam audiebant, quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata, Vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentiſſima autem breuitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus Vir excellentiſſimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti, quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc ſemotum in optimam noſtram compoſitionem peruenit.* Idem in *l. 3. §. 17.* repetitur. THOMASIVS *Delin. Iuris §. XLIII.* de Iuſtiniano: *qui ad emendationem hanc adhibuit pariter Viros, pro genio illius ſeculi reuera inſufficientes, quorum caput erat Tribonianus, homo & Vaniſſimus & auariſſimus, minime omnium eruditus.* Sed audiamus Veteres: HESYCHIVS Procopii æqualis, *de Viris illuſtribus:* Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἔπειθεν αὐτὸν ὡς οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην τε καὶ ἄθεος. *Tribonianus adulando perſuadere Iuſtiniano Imperatori conabatur, eum non moriturum, ſed in cœlum aſſumptum iri. Erat quippe Tribonianus Gentilis & Atheus.* Idem dicit SVIDAS: Τριβωνιανὸς, Μακεδονιανοῦ, ἀπὸ δικηγόρων, τῶν ὑπάρχων. οὗτος ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην ὑπῆρχε, καὶ ἄθεος, ἀλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως· κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεὼν, καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ὡς ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται· ἦν δὲ Κοιαίστωρ Ἰουστινιανοῦ, Οὗτος φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο καὶ παιδείας εἰς ἄκρον τε ἀφίκετο, τῶν κατ' αὐτὸν οὐδενὸς ἧσσον· *Tribonianus, Macedoniani F. ex cauſidicis Præfectorum Prætorii. Hic Tribonianus fuit gentilis, & impius, & a Chriſtianorum fide prorſus alienus: idemque adulator, & impoſtor: qui Iuſtiniano perſuadere conabatur, eum non moriturum, ſed Viuum in cœlum translatum iri. Fuit autem Iuſtiniani Quæſtor. Hic & ingenii acie Valebat, & apicem eruditionis attigerat, ita, Vt nullum ætatis ſuæ mortalium hac laude ſuperiorem haberet.*

**** Suidas voce Τριβωνιανός. ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακὼς, οἷός τε ἦν κέρδους αἰεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι· τῶν τε νόμων ἡμέρας οἱ ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἑκάστης τοὺς μὲν ἀνῄρει τοὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκατέρου· ἔτη δὲ πολλὰ ἐπιβιοὺς τῇ ταιῇ ἐτελεύτησε νόσῳ. οὐδὲν ἄχαρι πρὸς οὐδενὸς παθών. Ἦν γὰρ αἱμύλος

λος τε καὶ τ᾽ ἄλλα ἦθος καὶ τῆς φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιάσαι ἱκανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ. *Verum, cum eſſet homo bianti & inexplebili auaritia, lucro vnice ſeruiebat, erantque apud illum iura venalia. Legum enim nundinationi deditus, alias figebat, prout e re erat atque vſu poſcentium. Cum autem multos annos in hoc honore vixiſſet, morbo deceſſit, nullam a quoquam iniuriam paſſus. Erat enim mira vrbanitate, lepore, & ſuauitate praditus & auaritiam ſplendore ſummæ eruditionis obſcurabat.* Mire hæc conueniunt cum iis, quæ PROCOPIVS p. 61. alibi de Iuſtiniano dixerat: Κέρδους γὰρ οὐκ εὐπρεπῶς ἕνεκα, καὶ νόμους τιθέναι, καὶ αὖ πάλιν αὐτοὺς καθέλκειν οὐδαμῆ ἀπηξίου. ἐδίκαζέ τε οὐ κατὰ τοὺς νόμους, οὓς αὐτὸς ἔγραψεν, ἀλλ᾽ ἔνθα ἂν αὐτὸν μείζων τε ὀφθεῖσα καὶ μεγαλοπρεπεστέρα ἡ τῶν χρημάτων ὑπόσχεσις ἄγοι. καὶ κατὰ μικρὸν γὰρ κλέπτοντι ἀφαιρεῖσθαι τὰς τῶν ὑπηκόων οὐσίας αἰσχύνην αὐτῷ φέρειν τινὰ οὐδαμῆ ᾤετο, ἡνίκα δὴ οὐχ ἁπαξάπαντα ἀφελέσθαι λόγῳ τινὶ εἶχεν. ἢ ἔγκλημα ἐπενεγκὼν, ἀπροσδόκητον ἢ διαθήκης οὐ γεγενημένης προσχήματι. *nam non eſt veritus & leges ferre, & quas tuliſſet, refigere, dummodo turpi lucro eſſet; neque ad eas quas ſcripſit conſtitutiones, exegit iudicia, ſed ad quas trahebatur pecunias, ſeu luculentiores viſas, ſiue promiſſas munificentius. Nullum admittere ſe dedecus putauit, cum ſubditorum ſuppilaret facultates, vbi ſimul omnium rapiendarum nulla ſuppeteret cauſa, hoc eſt, agendi crimine ſe, vel ſuppoſiti teſtamenti obtendendi.* Sed, ne Procopii Anecdotis fides denegetur, audiamus ipſum de B. Perſico lib. I. p. 71. Edit. Pariſ. ita loquentem: Τριβουνιανὸς δὲ φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο, καὶ παιδείας ἐς ἄκρον ἀφίκετο τῶν κατ᾽ αὐτὸν οὐδενὸς ἧσσον· ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακὼς, οἷός τε ἦν κέρδους ἀεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι. τῶν τε νόμων ἡμέρᾳ ἐκ τῶν ἐπὶ πλεῖσταν ἑκάστῃ τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκατέρων. *Tribunianus autem cum ingenii & ipſe acie valebat, tum apicem eruditionis attigerat, ſic vt nullum ætatis ſuæ mortalium haberet, hac laude ſuperiorem. Verum bianti homo & inexplebili auaritia, vnice lucro ſeruiebat, erantque apud illum iura venalia. Iamdiu legum nundinationi deditus, quotidie pretio refigebat alias, alias figebat, prout e re erat atque vſu poſcentium.* HARMENOPVLVS ſub initium προχείρου ſiue Promptuarii ſui καὶ εἰς φύσεως δεξιότητα καὶ εἰς φιλοχρηματίαν δαιμόνιον prædicari adfirmat: eidemque Nouellarum obſcuritatem & ambiguitatem fert acceptam, quod illas ſcribens, data a litigatoribus pecunia, ad eorum arbitrium quædam mutaret, quædam obſcura & ad duplicem ſenſum vergentia exararet, idque vt lectores in ambiguitatem inciderent. HVGO GROTIVS Proleg. ad Scriptores Gothicos p. 65. *in publico iure primum eſt ipſa conformatio legum, quæ apud Romanos a voluntate pendebat principis, hominis vnius falli mutarique facilis, inde tot repugnantia Imperatorum inter ſe Edicta, ſolus Iuſtinianus non tantum veterum mutauit pleraque, Triboniani ad omnia venalis arbitrio, ſed ipſe de re eadem ter, quater mutauit ſententiam.* Concordat Io. Ludouicus Viues de Cauſis corruptarum diſciplinarum libro VII. *quod dicunt Tribonianum fuiſſe magnum & eruditione & prudentia & iudicio virum, non dubito; ſed hominem nec optimum, & quem Suidas ait conſueſſe Leges vendere pre-*

*tio*

*tio, & tales figere ac refigere, quales congruerent iis, qui plurimum numerarent.* COELIVS RHODIGINVS *Lectionum Antiquarum lib. XXII. c. XX. erat ſagacis vir ingenii & ad ſimulandum facti, impius quoque & Chriſtiani cultus ex profeſſo hoſtis, auaritia cumprimis mancipatus: ſic vt ad omnem lucelli auram Leges fixerit ac refixerit: hic fraudes ſperans, peſtifero afflatu Iuſtinianum Imp. ita infecerat, vt numquam moriturum perſuaderet, ſed viuum ſentientemque in cœlum translatum iri.* AEGIDIVS PERRINVS, licet in vita Iuſtiniani hunc potiſſimum commendet, Triboniani tamen auaritiam, quod pretio leges vendere ſolitus, reticere non audet. BARTHOLOMÆVS FAIVS Regius Lutetiæ Senator Præfat. in Comment. Iuris Ciuilis Franciſci Connani: *quin ita Architectum illum, parum ſincere hic verſatum: quippe Leges pretio fixiſſe ac refixiſſe Suidas teſtatur, Procopio iſtius obiecti fidem ſic eleuante, vt conceſſo interim auaritiæ crimine, pæne aſtruere videatur. Vtcumque conſtat harum aliquas ſub Iuſtiniani nomine recens latas, ab eodem ſubinde antiquatas fuiſſe; aliis præpoſtere adeo ſuperinductis, vt vtra ab altera corrigatur, non ſemel ab Accurſianis, tum de lana caprina ſæpiſſime, præ multa hiſtoriæ optimarumque diſciplinarum ignoratione, ſit altercatum.* FRANC. BALDVINVS Præfatione in Iuſtinianum. *Et vero Triboniani, qui iis* (Iuris voluminibus) *componendis concinnandisque præfectus fuit, peccata cognoſcenda, neque diſſimulanda facinora ſunt. Nam neque illi, ſed veritati addicti ſumus. In huius* (inquam) *non illius verba iurauimus. Fuiſſe hominem acrem, acutum, doctum, ingenioſum, Procopius fatetur* φύσεως (inquit) δυνάμει ἐχρῆτο, καὶ παιδείας εἰς ἄκρον ἀφίκετο· *Sed linguæ Latinæ & antiquitatis Romanæ peritum ſatis, & ſemper memorem fuiſſe, affirmare non auſim. Mitto illud, quod ignominioſe dicitur, leges precio fixiſſe atque refixiſſe. Talem ille notam temere inurere nolim. Sed vbi Ius dare dicereque ſerio voluit, repetitum ex antiquis Legum tabulis & Prudentum Ro. Commentariis, neque illarum, neque horum acumen peruidit ſemper: & ſententiam aliquando parum aſſecutus eſſe videtur. Quid dicam de audacia, atque etiam inconſtantia in veterum legum verbis immutandis? Quid de ea (vt breue faciam) confuſione, qua tanquam malus coquus multa iura miſcuiſſe dicitur?* FRANCISCVS OVINETVS licet alias Tribonianum admodum defendat, ipſum tamen p. 38. ab auaritiæ crimine abſolui minime debere autumat. M. ANTONIVS DELRIO *Diſquiſit. Mag. lib. VI. qu. II. Tribonianum hominem plane ſceleſtum vocat, ab omni pietate & religione alienum.* Et licet IOANNES CHIFLETIVS, Veſontinus, *in diſſertatione Apologetica de Iuris vtriusque architectis, capite Tertio,* hunc etiam Tribonianum ab iniuriis Grammaticorum tanquam doctum, ab inculpato etiam Gentiliſmo atque Atheiſmo defendere conetur, ipſumque, tanquam ciuili prudentia inſtructum, atque humaniſſimum venditet, fateri tamen neceſſum habet, eſſe quædam in Pandectis, quæ Romanam elegantiam minime redoleant, nec Chriſtianæ religionis profeſſionem ſatis digne confirment, hoc ſaltim adſerens, ſi vel maxime fuerit Gentilis, pium tamen fuiſſe.

***** Sic enim in Conſtitutione de Conceptione Digeſtorum l. 1. §. 8. C. de V. I. E. *nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris antinomia, (ſic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum, ſed ſit vna concordia, vna conſequentia, aduerſario nemine conſtituto.* Perſuaſerat etiam ſibi Iuſtinianus, hæc Digeſta taliter fuiſſe compoſita, vt nihil plane in iisdem reperiatur contrarii. Sic enim iſte in l. 2. pr. C. de V. I. E. de ſe iactitans: *& leges antiquas iam ſenio prægrauatas, per noſtram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem & moderatum peruenire compendium,*

*dium, quod nemo ante noſtrum imperium vnquam ſperauit neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimauit. erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab vrbe condita vsque ad noſtri imperii tempora, quæ pæne in mille & quadringentos annos concurrunt inteſtinis præliis vacillantem, hocque & in Imperiales conſtitutiones extendentem, in vnam reducere conſonantiam; vt nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ vsquam appareant, namque hoc cæleſtis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo poſſibile* Et §. 1. *& omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo relicto.* Et L. 2. §. 15. *Contrarium autem aliquid in hoc codice poſitum nullum ſibi locum vindicabit, nec inuenitur, ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiat: ſed eſt aliquod nouum inuentum, vel occulte poſitum, quod diſſonantiæ querelam diſſoluit, & aliam naturam induxit diſcordiæ fines effugientem.*

****** Bene in rem HOTTOMANNVS Anti-Triboniano cap. XII. pag. 159. *cum hæc fragmenta & centones ex libris diuerſarum partium & ſectarum ſint deprompta, Sabinianorum ſcilicet, & Proculianorum, de quibus ſupra diximus, neceſſum eſt, infinitas contradictiones & diſcrepantes ſententias remanſiſſe, quas vulgo antinomias vocant. Nam quantumuis ſæpe Tribonianus contrarium iactet, dicatque veterum libros harum contrarietatum plenos fuiſſe, ſuos autem iis purgatos & mundos eſſe, experientia tamen plane contrarium demonſtrat. Neque vllus hodie alicuius nominis & auctoritatis Doctor eſt, quin id libere fateatur.* FRANC. BALDVINVS Iuſtiniano p. 173. *fuit certe magna Triboniani culpa, pugnantes ſententias Pandectis inſerentis. Sed multo eſt maior, cum id facit, vbi etiam Iuſtinianus alteram prius reiecit, alteram recepit. Peccatum tamen non ſemel in hoc quoque genere abs Triboniano eſſe, res ipſa loquitur: & impudenter verecundi ſunt interpretes, ne ineptos & inſulſos dicam, qui quiduis fingunt & comminiſcuntur potius, quam ſui Triboniani maieſtatem imminuant, quaſi vero fuerit ille ἀναμάρτητος.* Thomaſius in Delin. §. XLVIII. *porro quod antinomias attinet, etſi multi ſudent ac ſudauerint in iis conciliandis, ac omnia potius ICto eſſe tentanda adhuc hodie aſſerant ICti eximii quidam, quam vt concedatur, dari antimonias; reuera tamen dari eas, oſtenderunt Antonius Matthæi, VViſſenbachius alii, & quilibet regulis bonæ interpretationis inſtructus quotidie deprehendet, adhuc plures dari, quam hactenus notatæ ſunt. Ac facile demonſtrari poteſt, hypotheſin de multitudine antinomiarum, eſſe conuenientiorem veræ Iuris Theoriæ, ac longe vtiliorem in Praxi, quam alteram, quæ diſtinctiunculis quibuscunque excogitatis vult ſanare næuum inſanabilem.* Contrarium tamen tenet VDALRICVS ZASIVS, Epiſt. ad Claudium Cantiunculam, his verbis: *non nego complura in legibus offendi poſſe, quæ pugnantia primis oculis appareant, ſi tamen introſpexeris: ſi ad medullam manus moliaris; iam propemodum omnia tibi conſonantia, concordia, & iunctiſſime amica eſſe comprobabuntur.* Plures equidem fuerunt, qui leges obſtantes conciliare fuerunt conati, IO. WVRMSERVS, EVERHARDVS BRONCHORSTIVS, NICOLAVS DE PASSERIBVS, GRATIANVS DE GARZATORIBVS, HVBERTVS GIPHANIVS, IACOBVS BRANDMVLLERVS, REINHARDVS BACHOVIVS, HELFRICVS HVNNIVS, GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS, IO. HENRICVS BERGERVS, LÜDERVS MENCKENIVS, de quibus in *Bibliotheca Iuris* fuit dictum *cap. VII. §. XVII.* nec inutiles iſti fuerunt, quin potius plures leges conciliarent ſatis accurate, vix tamen eſt, vt omnes plane antinomias ab iisdem eſſe ſublatas, dicamus. Hoc, poſtquam latius perſecutus eſſet FRANCISCVS BALDVINVS *Iuſtiniano p.* 261. tandem ita concludit: *nimis profecto petulans*

*ille fuit, qui nuper dixit, libros Digeſtorum eſſe Pandectas* τῶν ἀντινομιῶν. *Sed hominis eſt prudentis & ingenui, vbi antinomia occurret, curet, cuius nulla ſit probabilis conciliatio,* ἀντινομίαν *eſſe, vt eſt: verecunde confiteri: ſtulti & prope inſani, nihil proficiendo torquere ſe velle, vt illa quæ eſt, eſſe non videatur.* IOANNES IACOBVS WISSENBACHIVS in Exercitationibus ſuis ad Pandectas, potius plures adhuc antinomias haut conciliandas adnotauit. Quis enim vnquam conciliabit *l.* 2. §. 1. *de off. proconſ. apud Legatum vero proconſulis nemo manumittere poteſt, quia non habet iurisdictionem talem* & *l.* 17. §. 1. π. *de manum. vindicta ſed & apud legatum eius (proconſulis,) manumittere poſſumus.* Talis eſt inter *l.* 27. *pr. de pactis & l.* 31. §. 1. π. *de Nouationibus,* inter *l.* 13. §. *vlt.* π. *de his qui not. infam. & l.* 2. π. *de Stellionatu.* inter *l.* 48. §. 1. π. *de adquir. rer. dom. & l.* 25. §. *vlt.* π. *de vſuris.* inter *l.* 1. §. 1. π. *de vſufr. accreſ.* & *l.* 20. π. *de legatis* 2. inter *l.* 1. *pr.* π. *ſi vſufr. pet. & l. vn.* §. 5. π. *de remiſſ.* inter *l.* 13. π. *ad l. Aquiliam & l.* 9. §. 7. π. *pro ſocio.* inter *l.* 41. π. *de pignorat. act. & l.* 22. *de pign. & hypoth.* inter *l.* 9. §. 7. π. *de peculio, & l.* 23. §. 3. π. *de ædil. edicto.* inter *l.* 50. *pr.* π. *de peculio & l.* 7. §. 15. π. *quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat.* inter *l.* 28. §. 1. π. *ad SCtum Vellei. & l.* 6. *C. eod.* inter *l.* 63. π. *pro ſocio & l.* 16. π. *de re iudicata.* inter *l.* 19. §. 1. π. *locati & l.* 13. *pr.* π. *de act. empt.* inter *l.* 5. §. 3. π. *de præſcriptis verbis & l.* 15. π. *eod.* inter *l. vlt. pr.* π. *qui pot. in pign. & l.* 28. π. *de iure fiſci.* inter. *l.* 70. *pr.* π. *de leg.* 3. *& l.* 32. §. 6. π. *de aur. & arg. leg.* inter *l.* 79. §. *fin.* π. *de leg.* 3. *& l.* 98. §. 8. π. *de ſolut.* inter *l.* 41. §. 2. π. *de legatis* 1. *iunct.* §. 10. *Inſt. de legatis & l.* 1. §. *vlt.* π. *de reg. Caton.* inter §. 39. *Inſt. de rer. div. iunct. l. vn. C. de theſauris, & l.* 3. §. *pen.* π. *de Iure fiſci.* inter *l.* 36. §. *vlt. l.* 38. π. *de hered. pet. & l.* 7. §. 12. π. *de adquir. rer. dom. &* §. 30. *fin. I. de Rer. div.* inter *l.* 36. π. *de acquir. rer. dom. & l.* 18. π. *de Reb. cred.* inter *l.* 66. §. 3. π. *de legatis* 2. *& l.* 72. §. 4. π. *de Solutionibus.* inter *l.* 7. §. *vlt.* π. *de acquir. rer. dom.* §. 32. *I. de rer. diuis. & l.* 6. §. 2. π. *arbor. furt. cæſ.* inter *l.* 3. *pr.* π. *de Iure fiſci & l* 40. π. *eod.* inter *l.* 31. §. 7. π. *de donat.* inter *vir. & vx. & l* 3. §. 13. *l.* 4. π. *eod.* inter *l.* 31. & 94. π. *de condit. & demonſtr. & l.* 54. §. 1. 2. π. *de legat.* 1. inter *l.* 74. §. 1. ad SCtum Trebell. *& l.* 48. π. *de cond. & demonſtr.* inter *l.* 3. §. 8. *pr. & l.* 47. π. *de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* De eiusmodi Antinomiis ſic loquitur FRANC. BALDVINVS Iuſtiniano p. 235. *Quid igitur dicemus? An Iuſtiniani conſtitutio iugulat omnia hæc reſponſa? & accuſabitur Tribonianus, qui imprudenter poſtea Pandectis ea inſeruit. Ita quidem, ſi ſummo iure agatur, dici poterit. Eſtque ineptum & plane putidum, fingere atque illinire aliquem conciliationis ementitæ fucum, vbi manifeſtum eſt diſſidium.* Præter WISSENBACHIVM igitur, tales etiam adgnouerunt ANTONIVS MATTHÆVS *Diſſ. de Antinomiis.* THOMASIVS *notis ad Strauchium & ſcholiis ad Huberum.* LVDOVICI *in Hiſtoria Pandectarum* §. *XVII.* ANT. MERENDA *lib. V. Cont. I. C. c. XXXVIII.* ECKOLT *in diſſert. de Antinomiis* ponit octo tales. Et plures, quos adlegat MÜLLER *ad Struvium Exerc. I.* §. *LXIX.*

******* Egit hoc potiſſimum PARDVLPHVS PRATEIVS in *Iurisprudentia media*, quæ *Lugduni* 1561. 8. prodiit, in qua, Libro primo capitibus 160, totidem proponit geminationes: libro ſecundo ſedecim capitibus perſtringit omiſſiones: libro tertio capitibus XXXV. obſeruat inuerſiones & truncationes, quæ a compilatoribus Pandectarum male fuerint diſſecta, vel etiam immutata. Libro quarto proponit capitibus XIII. ſpecimina ſententiarum, id eſt, locorum veterum, in diuerſos ſenſus pertractorum,

rum, ignoratione antiqui iuris, rerum & bonarum litterarum, prout hæc libri contenta in Obſeruatione VIII. Tomi I. Obſeruationum Halenſium recenſentur. Idem demonſtrauit FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano c.XII. p.* 161. Euoluatur modo *l.* 80. *π. de Iure dotium*, quæ in *l.* 83. *eod.* iisdem verbis repetitur. Eadem dici poſſunt de *l.* 18. *π. de Iure dotium*, quæ *l. pen.* §. 3. *π. ſol. matr.* iisdem fere verbis repetitur. & IOACH. HAGEMEIERVS *cap. V. p.* 19. *Interea non negamus, relictas eſſe in Digeſtis Proculianorum, qui diuerſæ ſectæ autores vocantur ex Trebatio nati, & Sabinianorum diſſenſiones & ἀντινομίας de quibus l.* 2. *in fin. de O. I. eſtque profecto puerilis opinio vel hæreſis potius, enixe defendere, nihil contrarium in iure noſtro reperiri, quo video inclinare Albericum Gentilem in diſput. de libris iuris ciuilis cap.* 1. *nullas eſſe ἀντινομίας in libris Iuſtiniani credere debes ipſi ita affirmanti Imperatori, & mihi docenti aduerſus nouos aliquos interpretes noſtros. Rectius meo iudicio ſentit Didacus Couarruuias Variar. Reſolut. lib. I. cap.* 3. *n.* 7. *qui affirmat paſſim Iurisconſultos ob varia iudicia contraria reſpondiſſe, ſiquidem plerumque Iuliano aduerſatur Paulus, a Paulo diſſentit Vl[?]ianus. Nec mirum eos, qui Iuſtiniani Imperio tot Iursseonſultorum Reſponſa ex tot eorum libris ad Epitomen deduxerunt, memoria lapſu (homines enim erant) non aduertiſſe repugnantia inuicem Reſponſa ſe ipſos Pandectarum libris aſſerere. Exempla peti poſſunt ex l.* 3. *§. ex contrario ff. de aequ. vel amitt. poſſ. iunct. l.* 4. *ff. in quibus cauſis pign. vel hypoth. tacit. l.* 2. *ff. de ſeruit. vrb. iunct. l.* 2. *de ſeru. ruſt. præd.* Sic etiam GVIDO PANCIROLLVS *Theſauro Var. Lect. lib. I. c LXXVIII.* & PETRVS MÜLLERVS Tractatu ſuo *de ſtudio iuris tractando* longum catalogum nectit legum ſub diuerſis titulis ingeminatarum & repetitarum. Adgnouit hoc ipſe IVSTINIANVS, qui in Conſtitutione ſua ad Senatum & omnes populos l. 2. §. 14. C. de V. I. E. ſic ſcribit: *ſi quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inueniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis quam mortalitatis eſt: quod & a maioribus dictum eſt: deinde ſciat, quod ſimilitudo in quibusdam & his breuiſſimis adſumpta non inutilis eſt: & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſecutum: aut enim ita lex neceſſaria erat, vt diuerſis titulis propter rerum cognationem applicari eam oportuerit: aut cum fuerat aliis diuerſis permixta, impoſſibile erat eam per partes detrahi, ne totum confundatur, & in his partibus, in quibus perfectiſſimæ viſiones expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc diuidere ac ſeparare, penitus erat inciuile: ne tam ſenſus quam aures legentium ex hoc perturbentur.*

******** Sic Reliquias Paganiſmi videmus in *l.* 9. §. 2. *π. de Rer. diuiſ.* verbis: *& ſolent, qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare.* Ritum autem euocandi Deos gentilem, ex MACROBIO *Saturn. III. c. IX.* deſcripſimus *Synt. Antiquit. c. IV. p.* 231. Sic in *l.* 66. §. 1. *π. de donat. inter vir. & vxorem* de virgine ſponſa dicitur: *prius quam aqua & igni acciperetur.* Aquam autem & ignem nuptiarum ſolennibus adhiberi ſolitam, BRISSONIVS de Ritu Nuptiarum *pag.* 78. & ANTONIVS HOTTOMANNVS *de Ritu Nuptiarum c. XVIII.* demonſtrarunt. MÆSIERTIVS equidem *dubit. XI.* binas has leges a paganiſmi nota liberare nititur, ſed ſatis infeliciter. Sic per *l.* 3. *π. de Concubinis*, Concubinatus conceditur. l. 19. §. 4. *π.* de Minoribus. *idem Pomponius ait: in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumuenire.* l. 24. pr. *π.* ad L. Iuliam de adulteriis, *marito vxoris ſuæ adulterum licet*



Digitized by Google

*occidere l.* 35. *π. de relig. & ſumt. funerum*, parricidium permittitur his verbis: *minime maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos, interficiendos venerit. quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet: ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum, omnes conſtituerunt.* Sic etiam ex Paganiſmo relicta fuit Tortura, prout ex Titulo *π.* & C. *de Quæſtionibus* patet. * Addimus, ſimilia reperiri in Codice. Sic *l.* 29. *C. ad L. Iuliam de adulteriis*, adulterium cum miniſtra cauponæ toleratur, hac addita ratione: *hæ autem immunes a iudiciaria ſeueritate & ſtupri & adulterii præſtentur, quas vitæ vilitas dignas legum obſeruatione non credidit. l.* 8. *C. de repudiis*, ob plures cauſas, etiam ciuiles, repudium permittitur. Transactio de Criminibus *l.* 18. *C. de Transactionibus* permittitur. De his IO. GRÖNING *de Nauis Corporis Iuris* §. *X.*

† Conceſſa equidem hæc poteſtas erat ab Imp. Triboniano, in Conſtitutione de Conceptione Digeſtorum §. 7. *ſed & hoc ſtudioſum vobis eſſe volumus: vt ſi quid in veteribus non bene poſitum libris inueniatis, vel aliquid ſuperfluum, vel minus perfectum: ſuperuacua longitudine ſemota, & quod imperfectum eſt, repleatis & omne opus moderatum & quam pulcherrimum oſtendatis. Hoc etiam nihilominus obſeruando: vt ſi aliquid in veteribus legibus vel conſtitutionibus, quas antiqui, in ſuis libris impoſuerunt, non recte ſcriptum inueniatis, & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis, vt hoc videatur eſſe verum, & optimum, & quaſi ab initio ſcriptum, quod a vobis electum, & ibi poſitum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturam arguere audeat: cum enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, omne ius omniſque poteſtas populi Romani in imperatoriam translata ſunt poteſtatem: nos vero ſanctionem omnem non diuidimus in alias & alias conditorum partes, ſed totam noſtram eſſe volumus: quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare? Et in tantum eadem omnia, cum repoſita ſunt, obtinere: vt, etſi aliter fuerant apud veteres conſcripta, in contrarium autem in compoſitione inueniantur, nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electioni hoc adſcribatur.* Et in Conſtitutione ad Senatum & omnes Populos l. 2. §. 10. C. de V. I. E. *tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina prudentum taciturnitati tradere nullo patiamur modo: ſed vnuſquiſque eorum, qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo a nobis effecto, vt ſi quid in legibus eorum vel ſuperuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt: vel adiectionem, vel diminutionem neceſſariam accipiat & rectiſſimis tradatur regulis, & in multis ſimilibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt, vnaque omnibus auctoritate indulta: vt quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, cum iis, quæ noſtra auctoritas introduxit, quia multa & maxima ſunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata ſunt, adeo vt etſi principalis conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus: ſed & hoc corrigendum eſſe putauimus, & in melius reſtaurandum: nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſeruauimus, & propter hanc cauſam & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutiſſimam peruenit quietem, nullo titulo titubante relicto.* Belle in rem HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano c. XII. p.* 157. *tertio in omni hac congerie nullam nobis integram orationem reliquit, ſed interruptos potius, atque hinc inde conſarcinatos ſermones, modo ex hoc, modo ex illo autore, ſine vllo diſputationis vinculo aut ductu. Nam ex duobus aut tribus tractatuum millibus per diuerſos auctores factis,*

ipſe

*ipſe ex alio vnum, ex alio item ſex, & rurſus ex alio nouem aut decem verſus ſumit. Plane quaſi vietori ſimilem ſe exhibere voluerit, qui ingentem doliorum cuparumque numerum primum diſſolueret, tum deinde ex diverſorum generum aſſeribus aut coſtis vas aliquod noua forma effingeret. Fuere tamen homines adeo ſtulti, qui ius Tribonianum in artem & methodum certam redigere ſatagerent; non ſecus quam ſi Geometra aliquis artificium & proportionem iſtius de quo loquimur, vaſis demonſtrare conetur. Quarto Tribonianus in coagmentandis his ſegmentis nullum ſeruauit ordinem, conſequentiam aut diſpoſitionem vlla in materia. Nam quando exempli cauſa de lege Iulia & adulteriis, aut laſæ maieſtatis tractare incipit, primum fruſtum ex libris Tryphonini excerptum ad decimum legis caput, ſiue articulum pertinebit: ſecundum ex Iauoleno erit, ad ſextum caput: tertium ex Papiniano, ad primum, ita de reliquis: ita vt lex quæ nunc loco poſtrema eſt, prima eſſe debuiſſet. Quodque amplius eſt, ita male cohærent omnia, ita trunca ſunt & interrupta, vt aquila noctuæ ſimilior ſis (quod dici ſolet) quam hæc præceptis a prudente & intelligente aliquo magiſtro profecta.* Pergit p. 159. *Sexto, etſi Tribonianus ſingularem ſollicitudinem & conſcientiam in tranſcriptione ICtorum præfert, teſtato dicens, nihil a ſe in Pandectas relatum eſſe, niſi expreſſe addito nomine & titulo auctoris, adeo vt multis in locis inſcriptio legis totum verſum, aut duos etiam expleat, lex vno verbo contineatur: vt in l. 2. ff. de incend. naufr. Gaius libro viceſimo primo ad edictum prouinciale: & loco. Iterum in l. 3. ff. de vſu & habit. Et clientes. Rurſus in l. 20. ff. de reb. aut. iud. vel ſurdo vel muto.* Et in proxima: *vel fatuo Nihilominus poſtquam aliquo abhinc tempore hominum aures animosque bonæ literæ aperuerunt, compertum eſt, Tribonianum non tantum de ſuo immiſcuiſſe duo aut tria verba, ſed integros etiam verſus & ſententias, quin paginas etiam, velut in l. 2. ff. de orig. iur. quam nihil niſi fabulas & deliria Triboniani eſſe pates, ſuppoſitamque ſub falſo nomine & titulo Pomponii: huc refer l. cum indebito. 25. §. 1. ff. de probat. l. 1. de interrogat. act. Sed vt ſine vlla difficultate iudicium hac de re fias, conferatur ſolum liber ſententiarum Pauli, ante triginta abhinc annos inuentus, cum legibus quas Tribonianus inde excerpſit, atque in Pandectas retulit, tum apparebit ſancta illa & ſollicita boni Triboniani conſcientia.* Facit in rem M. ANTONIVS MVRETVS præfatione in librum de Origine Iuris, ad Paulum Sacratum ſcribens: *ei malo mederi cupiens Imperator Iuſtinianus, negotium Triboniano & aliquot aliis dedit, vt ex eorum ſcriptis ea tantum excerperent, quæ vtilia eſſent, quæque in iudiciis obtinerent: quæ cum in vnum corpus, reſectis ceteris, ordine digeſſiſſent, ſola tererentur ſtudioſorum manibus eisque laborem minuerent. At illi, hac poteſtate accepta, non vt ille Horatianus agricola, qui inutiles ramos falce amputans, feliciores inſerit, ſed vt milites accepto ſigno ad oppidum aliquod diripiendum ac deprædandum, per medium ius ciuile graſſantes, & vt quidque obuiam erat, lacerantes, mutilantes, trucidantes, breui tempore exhibuerunt nobis veteres iuriſconſultos, inſtar Deiphobi, laceros crudeliter ora, Ora manusque ambas: quamque diſciplinam illi purgandam ac perpoliendam ſuſceperant, eam ita deformarunt, vt vix vlla amplius eius imago ſupereſſet.* HOTTOMANNVS in vita Iuſtiniani, Commentario eius in Inſtitutiones præmiſſa: *homo auarus nulla fide, nulla iuſtitia, negotium hoc, quod mira vtens confidentia, illis præſertim vtens ſociis & adminiſtris (quorum nemo, quantum ſane latina quædam illorum epiſtola nobis præbent exiſtimandi copiam, vel latinis literis eruditus, vel vlla magna ingenii laude præditus fuit) hoc inquam negocium, quod ita confidenter aggreſſus erat, ſane celeriter ac perbreui admodum tempore confecit.* IdemDedicat.diſp. feud. vocat *Tribonianum planum & vere πανοῦργον,* homi-

*hominemque facinoroſum, qui coactis aliquot operis ita legum & Iureconſultorum libros circumciderit, vt ex copia illorum innumerabili nihil nobis præter fragmenta quædam reliquerit, nullo ordine deſcripta, ſed ita confuſe ac perturbate diſiecta, vt quaſi Sibyllæ folia eſſe videantur.* Sic etiam IACOBVS CVIACIVS ad l. 40. de hered. inſtit. vocat Tribonianum *virum non ſatis accuratum, nec iuris vel literarum valde peritum.* FRANC. DVARENVS in tit. de pactis. *Verum eſt, quod Budæus noſter dictitabat, Tribonianum acciſas nobis Pandectas, & mutilas verius quam compendioſas tradidiſſe: adeo vt quotidie nobis diuinandum ſit in his, quibus, ſi veterum extarent monumenta, nihil erat futurum dilucidius. Neque tamen haſce reliquias, qualeſcumque ſint, ideo reſpuere & auerſari, ſed amplecti potius & boni conſulere debemus; ſimiamque illam imitari, quam ſcriptores quidam tradunt, cum catulum quemdam ſuum pulchellum & carum amiſiſſet, alterum fœdiorem, quem prius inuiſum habuerat, deperiiſſe.* BARTHOLOMÆVS FAIVS præfat. in Comment. Iuris Ciuilis FRANCISCI CONNANI. *Cœptum illud confuſaneum, ineruditum ac redundans cum ſcribendi tum profitendi Iuris genus paſſim a recentioribus Iuriſperitis repudiari: neque iniuria; cum in eo vix ſtudiis aſſequendo haud multum differre ab iis videremur qui metalla veſtigant, quibus immenſos montes perforare, ingentem terræ vim eruere magnis impenſis ac laboribus neceſſe eſt, priusquam vel ad plumbum veniant, qui argentum quærunt: ac plerumque ſpe eluſi, impenſam atque operam ſe perdidiſſe perquam grauiter ferunt, indignanturque. Atque vtinam Caio Cæſari egregia illa cogitata de Iure Ciuili ad certum modum redigendo, ac ex immenſa diffuſaque Legum copia optima quæque neceſſaria in pauciſſimos libros conferendo proceſſiſſent. Nam vt Iuſtiniani multo poſt Imperatoris par prope voluntas ſingularisque ratio fuerit, præcipua quæque Conſultorum monumenta in centonem contrahendi, ne perpetuo alioquin intercepta opere, ſuas eximiis auctoribus laudes inuiderent; hæc tamen perfunctoria Triboniani & eius ſociorum opera acciſa verius quam tentata, adhuc ſupremam inſignis cuiuſdam artificis manum deſideret. Accurauêre Græculi illi ad Perpetui Edicti imitationem ſolum titulorum ordinem, reliqua cuique titulo ſubiecta capita & reſponſa, deformi ſeu membrorum tranſpoſitione, non tam corpus quam monſtrum e pluribus compoſitorum operum fragmentis effingentes, vltro etiam confudere. Et dubio procul eſt, quibus nullus fere procurando eo, quem in ſe receperant, moderato ordine rerum & ſententiarum delectus fuerit, præſertim variis & diuerſæ ſectæ auctoribus in vnum cogendis, non pauca inuicem obſtantia extidiſſe.* IAC. CVIACIVS ſub initium Paratitlorum: *de ſuo nomine vult appellari Imp. Iuſtinianus Digeſta Iuris veteris ſua auctoritate compoſita, & ad ſuam ætatem accommodata, commutatis ſæpe contortisque veterum Iuris auctorum ſcriptis, quorum tamen nomina vbique prætendit, & ea quidem nonnunquam ſola, licet ex eorum mente ſermonem ſubſequatur nihil, vt l. cum de in debito, de probat. & aliis plerisque locis.* FRANC. BALDVINVS Iuſtiniano p. 113. *nos miſeri, & bis terque miſeri, qui tales inter ſcopulos iactamur: ſed multo illi etiam miſeriores, qui neque vident, neque ſentiunt, ac ne per ſomnium quidem cogitant quidquam de Triboniani ſiue flagitio, ſiue ſtultitia, ſiue audacia in Pandectarum capitibus, non iam dico componendis, ſed potius cauponandis.* Idem p. 144. *Optarem equidem habuiſſet Iuſtinianus Scriptores ſuarum Legum diligentiores. Habuit profecto nimis verboſos; ſed in rebus ipſis alioqui explicandis & diſcernendis negligentiſſimos: quæ negligentia noſtram Iurisprudentiam miſere perturbat & commiſcet.* Idem p. 186. *Miſeri Interpretes volunt, inuito etiam & reclamante Papiniano, pugnantes ſententias conciliare: & propterea nihil non fingunt, & vehementer ſe vexant. En quam ſit de illis bene meri-*

Digitized by Google

*meritus Tribonianus, & quo iudicio in Pandectis conſarcinandis Vſus ſit.* Idem p. 489. *Græculorum Ius Ciuile, Iuriſconſultorum Romanorum diſputationes illotis manibus tractantium, & Vt catuli lacerant panniculos (quemadmodum ait ille apud Platonem) diſcerpentium hallucinationem & imperitiam potius accuſauerim.* Hæc autem Idem p. 189. ſic excuſat: *Nemo exiſtimet me delectari reprehenſione eius Viri, cui Iurisprudentia noſtra multum debet: & quem accuſare non poſſum, ſi Iuſtinianum ipſum liberare Velim. Sed Vt nos tamen aliquando liberemur hiſce ſcrupulis, ingenue dicendum eſt, quod res ipſa ſuggerit. Nemo exiſtimet me Pandectas, quibus nihil habeo antiquius, nihilque ex illa antiquitate reliquum eſſe ſentio, quod colere magis debemus, conuellere Velle. Non modo ingratus, ſed & prope inſanus eſſem, ſi id Vellem, præſertim cum ea ipſe doceam. Sed libere tamen agnoſcendum eſt, ecquid merito & iure in iis deſideramus.* Hos etiam Tribonianiſmos probe notauit ANTONIVS FABER, de quo IO. CHIFLETIVS *de Iuris architectis cap. II. n. 5. is paſſim (lib. VIII. Coniect. c. VIII. IX. XVIII. Lib X. c. XX. lib. XI. c. I. lib. XII. c. I. & alibi) Triboniani facinora, audaciam atque inſcitiam notat, & monet plus Iuris rationi tribuendum, quam illi qui ſecum ipſe pugnans, multa de ſuo, nimia Iuris imperitia, ſtylo parum eleganti adiecerit; ab obſcuro ad obſcurius, ab abſurdo ad abſurdius gradum fecerit; quique inhumanas & impias manus Veterum Prudentum ſcriptis intulerit, & barbare loquens cautelam pro cautione ſcripſerit, aliaque eiuſmodi.* THOMAS REINESIVS ep. XLVI. ad Rupertum p. 411. *Tribonianus, qui magna licentia Iurisprudentiam Veterum laceraſſe prius, tum male iterum conſarcinaſſe conuictus eſt a Viris magnis, quique multa perperam accepit, paragraphos e diuerſis locis, ſæpe ne Vnius quidem Iurisprudentis in Vnum traduxit, & non cohærentes connexuit, multa quæ non intelligeret, expunxit; Voces antiquas & Vere Latinas exoletas mutauit Vſitatis minus Latinis, aliudque nonnunquam ſignificantibus: multa etiam edicta Veterum ad morem & ius ſeculi ſui reformauit; & cum, ne multitudine librorum obrueretur poſteritas excerpſiſſet Edicta & Reſponſa Veterum, infinitis Commentariis, qui compilationem eius interpretarentur, & iurgiis inceſſabilibus Orbem repleuit. Querela hæc eſt ipſorum, qui Tribonianum præterquam Suidæ, & Lud. Viues l. 7. de cau. corr. art. ICtorum. Tribonianiſmos Vocat ea quæ in recitandis Veterum Prudentum Verbis & ſententiis peccauit, Anton. Faber l. XII. & XVI. Coniect. Iur. Ciu. & decur. 21. Error. Pragm. 7. Indiligens Vero illud ſtudium quod in Iure componendo adhibuit, ſubinde carpunt Alciatus, Duarenus, Cuiacius, Mornacius, Grotius lib. ſpar. flor. Iuſt. Hotom. de ritu nupt. c. 22. Anton. Guib. l. I. Quæſt. Iur. c. 10. Anton. Matthæi in notis ad Inſtit.* Facit hanc in rem etiam FRANC. BALDVINVS Iuſtiniano p. 265. ſcribens: *Verum illud omnia interturbat, quod & nullam adiiciant notam, qua diſcernamus quid eorum ſit, quid ab Veteribus acceptum: & Iuſtinianus mandarit præfigi Veterum inſcriptionem, perinde atque ſi nihil immutatum eſſet. Hic equidem Vereor, ne naſutus aliquis exclamet; humano capiti ceruicem pictor equinam iungere ſi Velit. &c. Caput eſt Vlpiani, aut Pauli: reliquum tamen corpus Triboniani, aut Iuſtiniani: aut ita ex multis commixtum, Vt cuius tandem ſit, Vix intelligatur: eius tamen Vel non eſſe, Vel in ſolidum eſſe, cuius nomen præ ſe fert, plane non poſſit. Accedit & illud incommodum, quod Tribonianus huic & ſuperiori mandato partim paruerit, partim non paruerit: & quod mandauerat Iuſtinianus, partim fecerit, partim non fecerit: lectoremque hæc Varietas tanto magis incertum relinquat. Si nihil immutaſſet, Vel omnia quæ Iuſtinianus iuſſerat, immutaſſet: minus hæreremus. Nunc laborandum nobis eſt, Vt diſcernamus, quid integrum, quid deminutum: quid Vetus, quid nouum & aſſutum ſit: & ſæpe in eodem capite, quod Vlpiani* *eſſe*

Digitized by Google

*eſſe dicitur, cogimur notare,* HOC VLPIANI NON EST, SED TRIBONIANI, AVT IVSTINIANI. *Hæc qui non obſeruant, neceſſe eſt in luto ſemper hæreant, & inextricabilibus tricis ſeſe inuoluant.* Singularem in eo præſtitit induſtriam inſignis Belgarum ICtus, IO. IACOBVS WISSENBACHIVS, edendo *Emblemata Triboniani,* quo multa cura congeſſit Leges a Triboniano interpolatas, & ad noui iuris rationem inflexas, quæ a præſtantiſſimo Halenſium ICto IACOBO FRIDERICO LVDOVICI *Doctrina Pandectarum* fuerunt adiecta, ex iterata editione, *Halæ* 1714. 8. Adgnouit hanc adrogatam Compilatorum poteſtatem etiam EBERHARDVS SPECKHAHN *de difficultate Iuris Romani p.* 42. *ſqq.* atque exinde non minimam ducit iuris difficultatem. Hinc facile patet, quam bene IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manuali Iuris* iuſtam Pandectarum & Codicis ſeriem nectere auſus fuerit. De hoc etiam ita iudicat THOMASIVS Delin. Iuris §. XLVII. *etſi enim Tribonianiſmo hoc non fuerit crimen commiſſum, cum imperator poteſtatem hanc compilatoribus dederit, imprudenter tamen factum, quod emblemata hæc non fuerint ſigno aliquo notata, ſed ipſis ICtis, præpoſitione propriorum nominum adſcripta.*

†† Hæc pluribus declarat FR. HOTTOMANNVS in *Anti-Triboniano* ſuo, præcipue *cap. IX. p.* 139. vbi ait: *ſed inter omnes has ſubtilitates nulla magis ſolennes ſunt, quam illæ actionum directarum, vtilium, in factum, & præſcriptis verbis. Nam nulla eſt in libris Iuſtiniani intricatior ac contentionis plenior diſputatio, quam cum dubitatio incidit, ſitne danda actio directa, an vtilis, an præſcriptis verbis, id eſt num formulis in prætorio albo & edictis propoſitis vti ſit conuenientius, an vero aliæ nouæ ſint fingendæ opera & auctoritate Iuriſconſulti cuiusdam. Vbinam locus eſt, in omni iuri ciuili hac difficultate non implicatus? Quis adeo pertinaciter huic ſtudio fauet, vt non fateatur, turpem & non tolerandum Triboniani errorem eſſe, quod vbique refertos his rebus libros ſuos reliquerit, præſertim cum Iuriſconſultus Paulus ſuo iam æuo ſcripſerit, vſum iſtiusmodi res refutare. Non refert,* ait, (*l.* 47. *π. de neg. geſt.*) *directa quis an vtili actione agat vel conueniatur, quia in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maxime cum vtraque actio eiusdem poteſtatis eſt, eundemque habet effectum. Siue autem a Paulo, ſiue a Triboniano hæc ſcripta ſunt (vt ſuſpicax non nemo dubitare poſſit) apparet tamen hanc iuris ciuilis partem ante mille amplius annos eſſe abolitam: deinde nullam eſſe rationem modumue eam reſtituendi, ſi id maxime cuperemus; quippe cum tam pauca inde nobis ſint reliqua.* Prohibuerat id equidem Iuſtinianus l. 1. §. 10. C. de V. I. E. *ſed & ſi qua leges in veteribus libris poſitæ iam in deſuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus, cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo huius almæ vrbis comprobauit.* Sed, parum hæc obſeruauit Tribonianus, de quo FRANCISCVS BALDVINVS Iuſtiniano p. 262. *hic profecto Iuſtinianus maximam veterum legum partem expungit: multisque obeliſcis opus habuit Tribonianus, vt quæ in libris veterum Prudentum occurrerent obſoleta, iugularet atque confoderet: vel multis potius ſecuribus, vt reſecaret. Vix vllam antiqui iuris paginam legebat, cui ſæpius hanc aſcribere notam non deberet,* SED HOC IVRE NON VTIMVR. *Quantulum enim illud reliquum erat, quod ex Romano iure referri poterat ad mores & forum Iuſtiniani? quod ex veteri Roma ad nouam transferri? quod ex Romano foro ad palatium Conſtantinopolitanum? Mutata erat ipſius quoque Imperii non ſolum ſedes, ſed etiam forma & facies. Alia erat religio, alia iurisdictio, alii mores, alia denique plane Reſpublica. Certe non multas antiquitatum Romanarum reliquias continerent hi libri, ſi*

*in*

Digitized by Google

*in eos nihil relatum fuiſſet, quam quod atâs Iuſtiniani adhuc in vſu habebat. Equidem non omnino moleſte fero, hâc in parte Iuſtiniano minus obtemperatum eſſe, ſed neceſſe eſt, ne quis fallatur, multis locis addere notam iuris antiqui: quod ne Iuſtiniani quidem temporibus receptum erat, aut vſitatum, tametſi in Pandectis extet.* Contrarium tamen tenet HAGEMEIERVS *cap. V. p.* 18. dicens: *Supereſt, vt videamus, vtrum in legibus Pandectarum quædam hiſtoriæ cauſa relicta ſint. Eſt hæc ratio conciliandi valde familiaris quidem Interpretibus, atque in eandem ſententiam inclinat quodammodo Cuiacius l.* I. *Obſ. c.*16. *ſed cum Imperator l.* 2. *§. tanta* 10. *C. de vet. iure enucl. parem auctoritatem legibus ſuis tribuat, ideo quicquid in Pandectas relatum eſt, ſi non expreſſe improbetur, pro lege retinendum exiſtimamus. Accedit, quod ipſe Iuſtinianus profitetur in l.* 2. *§* 11. *C. de vet. iur. enucl. ſe id, tantum, quod in veterum ſcriptis vtile & aptiſſimum, & vndique elimatum, & rebus, quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur, conſentaneum fuerit repertum, Pandectis inſeri curaſſe.*

††† De his iam ſupra dictum fuit. Confirmat hoc HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano cap. XI. p.* 151 & FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano p.*256. *interea vniuerſi ab Vrbe condita Iuris omniumque antiquitatum recognitio Græculis hominibus mandatur.*

†††† Vide ſupra capite primo *§. IX.*

††††† Reprehendit hoc maxime FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano cap. XI.* ineunte. *Primum igitur de conſummato hoc opere notandum eſt, quod Tribonianus eo abſoluto omnes antiquas leges, edicta Prætorum, Senatusconſulta ſupprimi & aboleri curauit: quod certe facinus; ſi aliud vnquam, ſacrilegii nomine fuit digniſſimum, eorum etiam iudicio, qui Iurisprudentiam Romanam maxime laudant & efferunt. Nam ſi Iuſtinianus Pandectarum libros ædem Iuſtitiæ, opus diuinum potius quam humanum, ſapientiæ ciuilis theſaurum appellat, quanto pretioſiorem & digniorem fuiſſe exiſtimamus tot bonarum & ſalutarium legum ac ſtatutorum collectionem.* Adgnouit illud etiam M. ANTONIVS MVRETVS in Præfatione ſua ad Paulum Sacratum, dicens: *Quam enim hanc infelicitatem eſſe, dicemus, quod cum hoc ius ex legibus, ſenatusconſultis, plebiſcitis, edictis magiſtratuum, conſtitutionibus principum, reſponſis prudentum conſtare dicatur, hodie in libris iuris nulla lex extat, nullum ſenatusconſultum, integrum ſaltem & ὁλόκληρον, nullum plebiſcitum: edicti perpetui pauca quædam, vt ex naufragio, tabulæ, ipſæ principum conſtitutiones multis locis ita decurtatæ, & ἠκρωτηρασμέναι prudentum autem ſcripta diſtracta, dilacerata, diuulſa, vt in eis vetus illa Hippolyti fabula renouata videatur.* Adgnouit hoc etiam IO. STRAVCHIVS in docto iſto programmate, quod fatis Iurisprudentiæ Romanæ ſubiecit SCHVBARTVS *p.* 649 ſcribens: *& quis negare auſit, corpus iſtud legum Iuſtinianiarum tam obſcurum, tam perplexum, nec non imperfectum plurimis partibus eſſe, vt non vnis extrinſecus auxiliis indigeat, quibus debito lumini exponatur; quo magis erat curandum, vt ſi fieri poſſet, aditus poſtliminio ad ea fieret, quæ Iuſtiniani auctoritate e ſcholis & foro proſcripta penitus, vel ex parte duntaxat & luxate retenta fuerunt, vt fieri iudicium inde poſſet, qua mente quiduis ab auctore ſuo dictum, qua cauſſa a Iuſtiniano mutatum, quare additum, quare detractum ei fuerit, quæ medicina mutilatis & luxatis, quæ cenſura interpolatis adhibenda, quo modo diuulſa, diſcerpta, diſiecta per partes hinc inde viciſſim ſanari, componi, ſolidari, compingi queant. Recte id ſuperiori ſeculo & ſapienter animaduertit, & ni fallor, primus omnium ſummus Cuiacius atque excerpta illa priſcæ prudentiæ digne ab interprete haberi non poſſe, pleneque intelligi, atque dextre ad vſum transferri, quam ſi hinc inde per pandectas diſperſa diſſitaque membra*

 *ad*

Digitized by Google

*eſſe dicitur, cogimur notare,* HOC VLPIANI NON EST, SED TRIBONIANI, AVT IVSTINIANI. *Hæc qui non obſeruant, neceſſe eſt in luto ſemper hæreant, & inextricabilibus tricis ſeſe inuoluant.* Singularem in eo præſtitit induſtriam inſignis Belgarum ICtus, IO. IACOBVS WISSENBACHIVS, edendo *Emblemata Triboniani,* quo multa cura congeſſit Leges a Triboniano interpolatas, & ad noui iuris rationem inflexas, quæ a præſtantiſſimo Halenſium ICto IACOBO FRIDERICO LVDOVICI *Doctrinæ Pandectarum* fuerunt adiecta, ex iterata editione, *Halæ* 1714. 8. Adgnouit hanc adrogatam Compilatorum poteſtatem etiam EBERHARDVS SPECKHAHN *de difficultate Iuris Romani p.* 42. *ſqq.* atque exinde non minimam ducit iuris difficultatem. Hinc facile patet, quam bene IACOBVS GOTHOFREDVS *in Manuali Iuris* iuſtam Pandectarum & Codicis ſeriem nectere auſus fuerit. De hoc etiam ita iudicat THOMASIVS Delin. Iuris §. XLVII. *etſi enim Tribonianiſmo hæc non fuerit crimen commiſſum, cum imperator poteſtatem hanc compilatoribus dederit, imprudenter tamen factum, quod emblemata hæc non fuerint ſigno aliquo notata, ſed ipſis ICtis, præpoſitione propriorum nominum adſcripta.*

†† Hæc pluribus declarat FR. HOTTOMANNVS in *Anti-Triboniano* ſuo, præcipue *cap. IX. p.* 139. vbi ait: *ſed inter omnes has ſubtilitates nullæ magis ſolennes ſunt, quam illæ actionum directarum, vtilium, in factum, & præſcriptis verbis. Nam nulla eſt in libris Iuſtiniani intricatior ac contentionis plenior diſputatio, quam cum dubitatio incidit, ſitne danda actio directa, an vtilis, an præſcriptis verbis, id eſt num formulis in prætorio albo & edictis propoſitis vti ſit conuenientius, an vero aliæ nouæ ſint fingendæ opera & auctoritate Iuriſconſulti cuiusdam. Vbinam locus eſt, in omni iuris ciuili hac difficultate non implicatus? Quis adeo pertinaciter huic ſtudio fauet, vt non fateatur, turpem & non tolerandum Triboniani errorem eſſe, quod vbique refertos his rebus libros ſuos reliquerit, præſertim cum Iuriſconſultus Paulus ſuo iam æuo ſcripſerit, vſum iſtiusmodi res refutare. Non refert,* ait, (*l.* 47. *π. de neg. geſt.*) *directa quis an vtili actione agat vel conueniatur, quia in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maxime cum vtraque actio eiusdem poteſtatis eſt, eundemque habet effectum. Siue autem a Paulo, ſiue a Triboniano hæc ſcripta ſunt (vt ſuſpicax non nemo dubitare poſſit) apparet tamen hanc iuris ciuilis partem ante mille amplius annos eſſe abolitam: deinde nullam eſſe rationem modumue eam reſtituendi, ſi id maxime cuperemus; quippe cum tam pauca inde nobis ſint reliqua.* Prohibuerat id equidem Iuſtinianus l. I. §. 10. C. de V. I. E. *ſed & ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ iam in deſuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus, cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo huius almæ vrbis comprobauit.* Sed, parum hæc obſeruauit Tribonianus, de quo FRANCISCVS BALDVINVS Iuſtiniano p. 262. *hic profecto Iuſtinianus maximam veterum legum partem expungit: multisque obeliſcis opus habuit Tribonianus, vt quæ in libris veterum Prudentum occurrerent obſoleta, iugularet atque confoderet: vel multis potius ſecuribus, vt reſecaret. Vix vllam antiqui iuris paginam legebat, cui ſæpius hanc aſcribere notam non deberet,* SED HOC IVRE NON VTIMVR. *Quantulum enim illud reliquum erat, quod ex Romano iure referri poterat ad mores & forum Iuſtiniani? quod ex veteri Roma ad nouam transferri? quod ex Romano foro ad palatium Conſtantinopolitanum? Mutata erat ipſius quoque Imperii non ſolum ſedes, ſed etiam forma & facies. Alia erat religio, alia iurisdictio, alii mores, alia denique plane Reſpublica. Certe non multas antiquitatum Romanarum reliquias continerent hi libri, ſi*

in

*in eos nihil relatum fuiſſet, quam quod ætàs Iuſtiniani adhuc in vſu habebat. Equidem non omnino moleſte fero, hàc in parte Iuſtiniano minus obtemperatum eſſe. ſed neceſſe eſt, ne quis fallatur, multis locis addere notam iuris antiqui: quod ne Iuſtiniani quidem temporibus receptum erat, aut vſitatum, tametſi in Pandectis extet.* Contrarium tamen tenet HAGEMEIERVS *cap. V. p. 18.* dicens: *Supereſt, vt videamus, vtrum in legibus Pandectarum quædam hiſtoriæ cauſa relicta ſint. Eſt hæc ratio conciliandi valde familiaris quidem Interpretibus, atque in eandem ſententiam inclinat quodammodo Cuiacius l. 1. Obſ. c. 16. ſed cum Imperator l. 2. §. tanta 10. C. de vet. iure enucl. parem auctoritatem legibus ſuis tribuat, ideo quicquid in Pandectas relatum eſt, ſi non expreſſe improbetur, pro lege retinendum exiſtimamus. Accedit, quod ipſe Iuſtinianus profiteatur in l. 2. § 11. C. de vet. iur. enucl. ſe id, tantum, quod in veterum ſcriptis vtile & aptiſſimum, & vndique elimatum, & rebus, quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur, conſentaneum fuerit repertum, Pandectis inſeri curaſſe.*

††† De his iam ſupra dictum fuit. Confirmat hoc HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano cap. XI. p. 151* & FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano p. 256. interea vniuerſi ab Vrbe condita Iuris omniumque antiquitatum recognitio Græculis hominibus mandatur.*

†††† Vide ſupra capite primo *§. IX.*

††††† Reprehendit hoc maxime FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Triboniani cap. XI.* ineunte. *Primum igitur de conſummato hoc opere notandum eſt, quod Tribonianus eo abſoluto omnes antiquas leges, edicta Prætorum, Senatusconſulta ſupprimi & aboleri curauit: quod certe facinus; ſi aliud vnquam, ſacrilegii nomine fuit digniſſimum, eorum etiam iudicio, qui Iuriſprudentiam Romanam maxime laudant & efferunt. Nam ſi Iuſtinianus Pandectarum libros ædem Iuſtitiæ, opus diuinum potius quam humanum, ſapientiæ ciuilis theſaurum appellat, quanto pretioſiorem & digniorem fuiſſe exiſtimamus tot bonarum & ſalutarium legum ac ſtatutorum collectionem.* Adgnouit illud etiam M. ANTONIVS MVRETVS in Præfatione ſua ad Paulum Sacratum, dicens: *Quam enim hanc infelicitatem eſſe, dicemus, quod cum hoc ius ex legibus, ſenatusconſultis, plebiſcitis, edictis magiſtratuum, conſtitutionibus principum, reſponſis prudentum conſtare dicatur, hodie in libris iuris nulla lex exſtat, nullum ſenatusconſultum, integrum ſaltem & ὁλόκληρον, nullum plebiſcitum: edicti perpetui pauca quædam, vt ex naufragio, tabulæ, ipſæ principum conſtitutiones multis locis ita decurtatæ, & ἠκρωτηριασμέναι prudentum autem ſcripta diſtracta, dilacerata, diuulſa, vt in eis vetus illa Hippolyti fabula renouata videatur.* Adgnouit hoc etiam IO. STRAVCHIVS in docto iſto programmate, quod fatis Iuriſprudentiæ Romanæ ſubiecit SCHVBARTVS *p. 649* ſcribens: *& quis negare auſit, corpus iſtud legum Iuſtinianiarum tam obſcurum, tam perplexum, nec non imperfectum plurimis partibus eſſe, vt non vnis extrinſecus auxiliis indigeat, quibus debito lumini exponatur; quo magis erat curandum, vt ſi fieri poſſet, aditus poſtliminio ad ea fieret, quæ Iuſtiniani auctoritate e ſcholis & foro proſcripta penitus, vel ex parte duntaxat & luxate retenta fuerunt, vt fieri iudicium inde poſſet, qua mente quiduis ab auctore ſuo dictum, qua cauſſa a Iuſtiniano mutatum, quare additum, quare detractum ei fuerit, quæ medicina mutilatis & luxatis, quæ cenſura interpolatis adhibenda, quo modo diuulſa, diſcerpta, diſiecta per partes hinc inde viciſſim ſanari, componi, ſolidari, compingi queant. Recte id ſuperiori ſeculo & ſapienter animaduertit, & ni fallor, primus omnium ſummus Cuiacius atque excerpta illa priſcæ prudentiæ digne ab interprete haberi non poſſe, pleneque intelligi, atque dextre ad vſum transferri, quam ſi hinc inde per pandectas diſperſa diſſitaque membra*

*ad proprios artus reuocarentur atque coirent, adeo, vt omnia dicta, quæ Paulus, quæ Vlpianus, quæ alii hoc vel illo libro continua ſerie ſcripſerunt, iterum ſub vnum conſpectum atque compagem reducerentur, & quoad eius fieri poſſet, iuncturis ſuis connecterentur. Et ita Cuiacius Africani lacera per pandectas membra, ita diſcerptum per plurimas titulorum plagas Paulum, ita diremtum, dirutumque Papinianum nobis, tanquam Aeſculapius diſcerptum olim Virbium, ab inferis reuocauit, concinnauit priſcæque figuræ quadantenus, cum integritati non poſſet, reſtituere anniſus eſt.*

†††††† Optime hanc in rem FRANC. HOTTOMANNVS cap. XII. pag. 154. *ſecundo conſiderandum eſt, quod Tribonianus iactat, ſe nobis ICtorum expoſitiones reliquiſſe, cum omnes tamen libros magnorum & eximiorum ICtorum veterum, qui vere Romani, & in ſummo honorum & auctoritatis gradu ſtante rep. fuerunt, ſuppreſſerit & aboleuerit. Tales fuerunt duo Catones, Mucii, Manilius, Caſcellius, Ser. Sulpitius, ea grauitate & auctoritate viri, vt ſola ipſorum præſentia & maieſtas formidabilis futura fuerit poſterioribus illis Græcis, Syris, Africanis, qui cum in Iurisprudentiam irrepſiſſent, hoc eis primum fuit, vt veterum ſcripta morderent ac reprehenderent. Priſcorum ergo ſcriptorum loco Tribonianus nobis tradidit libros & tractatus horum peregrinorum, qui e diſſitis prouinciis Roman: venerunt, vt linguam Latinam, & demum Iurisprudentiam addiſcerent, quique a dignitate veterum tam longe aberant, quantum aduena nouitius a vero nobili negotiis patriæ ſuæ innutrito, atque in iis exercitato. Hoc numero audiui quandoque cenſeri Africanum, Triphoninum, Modeſtinum, Iauolenum, & his ſimiles, qui honoratos iſtos & eximios ICtos veteres tam ambitioſe reprehendere & carpere conati ſunt: quemadmodum accidit nonnunquam, vt aduenæ habitandi cauſa in ciuitatem recepti ciuibus naturalibus moleſtiam exhibeant. Quanquam homines liberaliter educati, in linguæ Latinæ puritate exercitati ex illorum loquendi modo facile perſpiciunt, fuiſſe ipſos promptiores ad ſcribendum vernacula ſua lingua Græca, Syriaca, Africana, quam Latina: tum ita hærere in exprimendo Latine id quod volunt, vt dimidia pars ſupplenda ſit, &, (vt vulgo dicitur) iuuanda litera etiam diuinando. Atque ſi quis temporis fallendi cauſa experimentum capere vult, conſideret is modo ſermonem celebris iſtius inter leguleios Callimachi, aut vt rectius dicam, celebrem & inſolentem diſputationem in lege Gallus: vt omittam ſcholaſticorum Doctorum dicterium de Africano, hæc lex eſt Africani, ergo difficilis. Quod ſi pluribus verbis vti licet (quod ego profecto haud libenter faciam, qui ſciam quam pauci hæc poſſint concoquere) conſideretur modo ſtylus & forma ſcribendi, qua vſus eſt Tertullianus, qui cum inter Iurisconſultos eſſet, e quibus Pandectas ſuas exſculpſit Iuſtinianus, poſt ad religionis ſtudium ſe tranſtulit, ſcripſitque egregios iſtos libros, quos a Theologis in pretio & exiſtimatione videmus haberi. Præterquam igitur, quod Lactantius Firmianus & B. Hieronymus de duritate & ruditate ſermonis ipſius teſtimonium perhibent, Beatus Rhenanus vir magnæ eruditionis, magnique iudicii, ſecutus illorum auctoritatem, in præfatione, quam Tertulliani operibus præfixit, ita loquitur: Deprehendimus, inquit, Tertullianum, plerumque græciſſare, figuris & conſtructionibus Græcis vtentem, vt Victorini illius ſæpe venerit in mentem, quem D. Hieronymus melius græce quam latine ſciſſe ſcribit. Sed, vti dixi, facile credo multos eſſe, quibus hæc oratio non ſit placitura, eoque minus, ſi dicam (vt huic articulo finem imponam) Vlpiano, cum natione Syrus eſſet, quod ipſe teſtatur, cumque bonam ætatis partem in ſcholis Græciæ, atque in Rhetorica exegiſſet (quod ex commentariis in Demoſthenem, qui ipſi tribuuntur, apparet) longe facilius fuiſſe Græce, qua in lingua exercitatus erat, quam Latine ſcribere, quem ſermonem declinante iam ætate*

*didi-*

Digitized by Google

*didiciſſe eum oportuit.* Contra Hotomannum tamen, Tribonianum defendere conatur ANTONIVS SCHVLTINGIVS, in Oratione, Iuriſprudentiæ Veteri ſubnexa, in qua cardinem rei *p.* 892. ſic proponit: *at illud contendimus, illudque probandum recepimus, nihil ab officio Triboniani magis alienum fuiſſe quam, vt, neglectis recentioribus, Papiniano, Paulo, Vlpiano, Iuliano, Caio, Africano, Marcello, ceteriſque, quorum certa, indubitata & viuida, ipſis etiam Principum Conſtitutionibus approbata erat auctoritas, & vetuſtis illis, qui Rempublicam liberam viderant, Catonibus, Muciis, Manlio, Caſcellio, Seruio Sulpicio ſimilibusque Pandectas componeret.* Scilicet, ſeligendos fuiſſe putat, Scriptores, qui ad vſum fori illorum temporum magis fuerint accommodati, cum antiquorum ſcripta vſu obſoleta, ita, vt iam ſuo tempore Ammianus Marcellinus iſta cum Auruncorum & Sicanorum dudum ſepultis & obliuione obrutis legibus comparet. Immo, non liquere ait, an ſcripta iſta omnia ſuperfuerint, cum iam ſuo tempore multa intercidiſſe referat Pomponius. Maxime, dum ſæpius iam dum mutata fuerit Iuris Romani facies ſub Cæſare & Auguſto, Hadriano & Conſtantino M. Hoc Iuſtiniano, Tribonianoque potiſſimum curæ fuiſſe, vt Iura ex confuſione in ordinem redigerent. Immo, nec concedit, Pandectarum compilatores potiſſimam partem fuiſſe Græcos. Non defuerunt tamen, qui vel ſolœciſmos vel latinitatem ſuſpectam in Pandectis reperiri vellent. Verum, defendit eaſdem IACOBVS MÆSTERTIVS *de Iuſtitia Legum Romanarum lib. II. dub. LXVII.* & GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS *diſſertatione de latinitate ICtorum vel præter meritum vel merito ſuſpecta, VVitteberga* 1690. Idem *elogia & elegantias latinitatis veterum ICtorum* ſingulari diſſertatione iam ante expoſuerat *VVitteberga* 1687. 4. Varia opuſcula LAVRENTII VALLÆ, ANDREÆ ALCIATI, FRANCISCI FLORIDI, aliorumque qui faciunt ad elegantias Iuris congeſſit CAROLVS ANDREAS DVCKERVS *Lugduni Bat.* 1711. 8.

†††††† Patet hoc ex iis, quæ antea iamdum fuerunt monita, quod Pandectis varia contineantur a moribus Chriſtianorum plane aliena, ideoque & iniuſta. Facit huc controuerſia inter binos ICtos Belgas, ſub medium ſuperioris ſeculi agitata. Scripſerat IACOBVS MÆSTERTIVS *de Legum Romanarum iuſtitia, Lugduni Batauorum* 1647. 12. E contrario CYPRIANVS REGNERVS *Iuſtitiam quarundam legum Romanarum contra Mæſtertium* defendit, *Lugduni Bat.* 1674. 12. Hinc MÆSTERTIVS pleniori quidem apparatu, Iuſtitiam Romanarum legum libris duobus repetitæ lectionis fuit perſecutus, *Lugduni Batauorum* 1676. 4. nec tamen ſatis feliciter. Iniquitatis etiam Leges Romanas inſimulauit SIMON A GRÖNEWEGEN *de legibus abrogatis & inuſitatis in Hollandia, Nouiomagi* 1677. 4. & BERNHARDVS AVTVMNVS *in Cenſura Gallica in Ius Ciuile Romanorum. Pariſiis* 1616. 8. Contra hos tamen Iuriſprudentiam Iuſtinianeam defendere adgreſſus eſt VLRICVS HVBERVS, in *Eunomia Romana ſiue Cenſura Cenſuræ Iuris Iuſtinianei.* Quod opus poſthumum, curante *Zacharia Hubero*, filio, editum *Franeckeræ.* 1700. 4. Opus eſt magni laboris, per diſputationes olim in Academia Franeckerana propoſitum, quod tamen auctori, dum fato præuentus, abſoluere non licuit, ſed tantum ad titulum Pandectarum de Ritu Nuptiarum illud perduxit. Negandum equidem non eſt, multas leges in hac Eunomia explicari, atque ab emendatione vindicari magna eruditione, neque tamen omnes næui plane ſunt ſublati, neque ius ab omni incertitudine fuit liberatum, dum etiam Triboniani emblemata fateri neceſſum habeat. Recenſionem huius ſcripti habent Acta Eruditorum *menſe Aprili* 1700. *pag.* 161.

 ††††††† De

†††††††† De his ex ſuperius dictis ſatis patebit.

††††††††† De hoc conqueritur Auctor Orationis in electionem Caroli V. apud FREHERVM *Tomo III. p.* 157. dum ait: *ſi videres quot technæ, quot limæ abſolutiſſimo iuris corpori pernicioſe, ac calumniæ tantum cauſa ſint adiectæ, ac improbe in dies ſine modo confingantur, adeo, vt cuique ſatius fuerit cauſa cadere, qua habeat amittere, in nexum corpus tradere, quam lites ſequi in quartum traductas heredem, ac tum demum ſummi iuris ſummam expectare malitiam.*

## §. VI.

*Inſtitutiones* Poſt compoſitas Pandectas, ex iisdem per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum, Inſtitutionum ibros quatuor extrahi fecit Iuſtinianus, vt iuuentus ab his, veluti a ſimplicioribus elementis iurisprudentiam auſpicaretur. * Depromptæ iſtæ potiſſimum ſunt ex Caii Inſtitutionibus. ** Id quod omnino vitio ſuo laborat, quod non tam de nouo fuerint confectæ, & non potius vni, quam tribus exigui huius libelli compilatio fuerit demandata, in quo neceſſaria multa omiſſa, antiquata vero inſerta. *** Hæ igitur, licet poſt Digeſta fuerint compoſitæ, ante eadem tamen XI. Kal. Decembris 533. Iuſtiniano III. Conſule fuerunt publicatæ, publica iſtis auctoritate attributa. **** Hæ autem quandoque Pandectis derogant, maxime, dum in iisdem ad Conſtitutiones Pandectis poſteriores prouocatur. †

* Prooemio Inſtitutionum §. 2. *& cum ſacratiſſimas conſtitutiones antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam: tunc noſtram extendimus curam ad immenſa veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cæleſti fauore iam adimpleuimus.* §. 3. *Cumque hoc, Deo propitio peractum eſt: Triboniano viro magnifico, magiſtro, & exquæſtore ſacri palatii noſtri, & exconſule, nec non Theophilo, & Dorotheo, viris illuſtribus, anteceſſoribus, (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras iuſſiones fidem, iam ex multis rerum argumentis accepimus) conuocatis mandauimus ſpecialiter: vt ipſi noſtra auctoritate, noſtrisque ſuaſionibus, Inſtitutiones componerent: vt liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere: & tam aures, quam animi veſtri, nihil inutile, nihilque perperam poſitum: ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant. & quod priore tempore vix poſt quadriennium prioribus contingebat, vt tunc conſtitutiones Imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantoque reperti felicitate, vt & initium vobis & finis legum eruditionis a voce principali procedat.* §. 4. *Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, (in quibus omne ius antiquum collectum eſt, quod per eundem virum excelſum, Tribonianum, nec non cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos confecimus) in quatuor libros easdem Inſtitutiones partiri iuſſimus: vt ſint legitimæ ſcientiæ prima elementa.* §. 5. *In quibus breuiter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratum imperiali remedio illuminatum eſt.* L. 2. §. 11. C. de Vet. l. enucl. *ſed, cum proſpeximus, quod ad profundam tantæ ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem præparandam eſſe cenſuimus, vt ſub ea colorati, & quaſi primi.*

Digitized by Google

*primitiis omnium imbuti, poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, nec non Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus & facundiſſimis anteceſſoribus accerſitis, mandauimus, quatenus libris, quos veteres compoſuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Inſtitutiones vocabantur, ſeparatim collectis, quicquid ex his vtile & aptiſſimum, & vndique ſit elimatum, & rebus, quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur, conſentaneum inuenitur, hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuuenes ſuffulti poſſint grauiora & perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam noſtrarum fiant Conſtitutionum, quas pro emendatione Iuris promulgauimus, & in confectione Inſtitutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur vt ſit manifeſtum & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem relatum eſt. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe iudicauimus, & prædictos libros Conſtitutionum vicem habere iuſſimus: quod & in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur.* Eadem repetuntur *l.* 3. §. 11. & *Procemio Digeſtorum* §. 2. Circa Diuiſionem in quatuor libros nugatur FRANCISCVS ACCVRSIVS, dum iſtam ad ſimilitudinem quatuor elementorum, ſc. aquæ, terræ, ignis & aëris confecerit, quia ſicut ex his omne corpus gubernatur humanum, ita ex hoc volumine Inſtitutionum per quatuor libros partito ſeu diuiſo iuuenes ſuſtentantur i. e. adiuuantur, vt poſtea poſſint ſecure accedere ad libros legales, ex quo in iſtis Inſtit. primo ſtuduerint. Iſtam autem diuiſionem GEORGIVS BEYERVS *Delin. Iur. Civ. lib. Tit. IIII. §. XLIII* merito reprehendit, dicens: *dividitur in quatuor libros inepta diſſectione & particula Iuris in re ad librum tertium, particula iuris ad rem in librum quartum reiecta.* P. DIACONVS de G. Langob. lib. I. c. XXV. *Quatuor etiam Inſtitutionum libros, in quibus breuiter vniuerſarum legum textus comprehenditur nouiter compoſuit.*

** Patet hoc ex §. 6. Procemii Inſtitutionum: *quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, & præcipue ex Commentariis Caii noſtri, tam Inſtitutionum, quam rerum quotidianarum compoſitas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus & pleniſſimum noſtrarum Conſtitutionum robur eis accommodauimus.*

*** Sic etiam THOMASIVS *in Delineatione Hiſtoriæ Iuris* Hottomanni Anti-Triboniano præmiſſa §. LIII. & LIV. *vti vero incapacitatem autorum ſatis arguit, quod non potuerint proprio Marte Inſtitutiones conficere, ſed ex aliorum Inſtitutionibus eas aliiſque multis commentariis libelli exſcribere neceſſe habuerint, & quod tantilli confectio non vni, ſed tribus viris fuerit demandata; ita & aureus iſte, vt vulgo nominatur libellus pluribus adhuc næuis laborat. Præterquam enim, quod magnam iudicii eclipſin arguat præ Papiniano, Vlpiano, & aliis Iuris Conſultis eruditiſſimis, electio Caji, ICti & remotiſſimi & non acutiſſimi, quis homo ingenuus ſine mentis commotione ferre poſſit omiſſionem neceſſariarum & potiſſimarum doctrinarum iuris, recenſionem iuris antiquati & antiquandi, ineptam methodum non ſolum generalem titulorum, ſed & ſpecialem paragraphorum, inconuenientes ac ſæpe ridiculas verborum phaleras coniunctas cum ſtrenua antiquitatum Romanarum & palpabili prudentiæ Legislatoriæ ignorantia, quoties ad ſuas conſtitutiones prouocat Iuſtinianus vel ius vetus abrogat.* Sic etiam WESENBECIVS *Comment. ad §. I. Inſt. de teſtam. ordin.* dicit, *ſibi nec materiam, nec methodum, neque in his elementariis libellis, neque in aliis horum Collectorum operis placere.*

**** In Procemio Inſtitutionum.

† Adgnouit hoc etiam ARTHVRVS DVCK de vſu & authoritate Iuris cap. IV. §. XIV. *Inſtitutiones*, ait, *componi mandauit Iuſtinianus poſt Pandectas compoſitas, quæ tamen vno menſe edita ſunt ante Pandectas ſeptimo Imperii eius anno. Vnde ius Inſtitutionum derogare iuri Pandectarum ſi in aliquo diſſentiunt, plurimi exiſtimant.* Prouocatur autem ad Conſtitutiones Iuſtiniani, Pandectis poſteriores *in §. 4. Inſt. de teſt. m. ordinandis*, quæ reperitur *l. 29. C. de Teſtamentis. §. 5. Inſt. de exhæred. liberorum* cum quo conuenit *l. 4. C. de liber. præter. §. 4. I. de legit. agnat. ſucceſſ.* cui iungenda eſt *l. penult. C. de legitim. hered.* Vid. HAGEMEIER *de vſu & author. Iuris cap. I. §. IV.* Sic aperta omnino eſt Antinomia inter *l. 23. §. 3. de Rei Vind.* vbi Paulus dicit, picturam tabulæ cedere, cum contrarium doceatur *in §. 34. I. de R. D.* quod etiam in *l. 9. §. 2. π. de A. R. D.* confirmatur. Sic olim Iure Prætorio ſola ſignacula in teſtamentis ſufficiebant. *l. 12. pr. π. de iniuſt. rupt. l. 7. de bon. poſſ. ſec. tabulas*, quod tamen per *§. 3. I. de Teſtam.* fuit immutatum. Vid. STRYK. *Præcogn. Iuris §. XII. ſ.* THOMASIVS *delin. Iuris §. LII.* LVDOVICI *Hiſt. Pand. §. XXXVI.* Plura exempla adlegat PETRVS MVLLERVS ad Struuii Syntagma Exerc. I. §. LXIX. *Statuentes, quod Inſtitutiones Digeſtis & Codici derogent, allegant §. 1. Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. l. pen. C. de Serv. nec. hered. inſtit. quibus denegatur l. 10. §. 4. de teſtam. tut. l. 9. C. de fideicom. hered. Iure Digeſtorum tempus pubertatis incertum erat l. 49. pr.* & *§. 1. cum ſqq. ff. de leg. 1. l. 34. §. 2. de legat. 3. l. 101. §. 2. ff. de condit. & dem. l. 22. ff. quando dies leg. ced. In Inſtit. & Codice definitum pr. I. quib. mod. tut. fin. l. vlt. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin. Iure ff. minores poterant eſſe tutores l. 73. pr. ff. de R. I. Aliud diſponitur in Inſtit. §. item maior. 13. de excuſat. & l. vlt. C. de legit. tut. Iure Digeſtorum minima capitis diminutio extinguebat vſumfructum l. 8. ff. de annuis leg. l. 5. quib. mod. vſusfr. fin. Secus de iure Inſtitutionum & Codicis §. finitur 3. Inſt. de vſufr. l. pen. C. eod. Aliquando tamen in inſtitutionibus locus ex ff. vel C. deſcriptus, ex illis vel reſtituendus, vel extendendus, vel reſtringendus eſt v. g. extendendum eſt pr. Inſt. de ingen. per l. antepen vlt. ff. de ſtat. hom. Contra reſtringendus eſt §. 9. Inſt. de rer. div. per l. 41. de relig. & ſumt. fun. Item §. 25. Inſt. eod. per l. 7. §. 7. in fin. de acq. rer. dom. Item §. 30. Inſt. eod. per. l. 37.* & *38. ff. de R. V.*

## §. VII.

*Publicatio Corporis Iuris.*

Hinc Corpus hoc Iuris Iuſtinianei tribus libris conſtans, Codice, Pandectis & Inſtitutionibus, a Iuſtiniano Imp. binis Conſtitutionibus fuit confirmatum *, vna die XVII. Kl. Ianuarii 533. publicatis, quarum altera ad Senatum & omnes populos directa, Latina; Altera Græca ad magnum Senatum & populum, & omnes Imperii Romani Ciuitates directa, quam latine reddidit Antonius Contius. Hoc Corpus Iuris vt a III. Kl. Ianuarii 533. in foro valere debeat in omne æuum, ** iuſſit, ideoque in Academias, Romanam, Conſtantinopolitanam & Berytenſem publica lege introduxit, ita vt in reliquis vrbibus hoc doceri prohiberet, *** atque vt ſecundum illud decidatur, mandauit. **** Methodo etiam atque ordine addiſcendi, pertractandique Iurisprudentiam præſcripta, quæ, quia

quia anno quinto finiebatur, Quinquenniũ Iuris adpellabatur. ***** Prohibuit etiam, ne per ſigla, ſiue notas litterarum leges & Corpus hoc Iuris ſcriberetur. ******

* Extat vtraque Conſtitutio præmiſſa Corpori Iuris, atque inſerta titulo Codicis de Veteri Iure enucleando. Ad easdem prouocat Imp. in Proœmio Digeſtorum ſub initium. *& omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & poſt omnium conſummationem factam, libenter admittentes, definire, iam per noſtras orationes tam Græca lingua quam Romanorum, quas æternas fieri optamus, explicata ſunt.* Dicitur in prima Conſtitutione §. 12. *omni igitur Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum ſeu Pandectarum, nec non Conſtitutionum perfecta* & *l. 3. §. 12. C. de vet. Iure enucl.* In Proœmio Digeſtorum, ſtatim ſub initium: *omnem reipublicæ noſtræ ſanctionem iam eſſe purgatam & compoſitam in 4. libris Inſtitutionam ſeu elementorum, quam in 50. Digeſtorum ſeu Pandectarum, nec in 12. Imperialium Conſtitutionum quis amplius quam vos cognoſcit?* Immo in Conſtitutione de ConceptioneDigeſtorum l. 1. §. 11. C. de V. I. E. ad tres iſtos codices iam prouocatur: *ideo iubemus, duobus iſtis codicibus omnia gubernari vno conſtitutionum: altero Iuris enucleati, & in futurum codicem compoſiti: vel ſiquid aliud a nobis fuerit promulgatum inſtitutionum vicem obtinens, vt rudis animus ſtudio ſi ſimplicibus enutritus facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam. l. 2. §. 23. C. de V. I. E. l. 3. §. 23. C. eod.*

** Prouocat ad eiusmodi Conſtitutionem ad Legum Profeſſores Ipſe Iuſtinianus l. 2. §. 21. C. de V. I. E. *quod & antea a nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſtitutione & in Græca, quam ad legum profeſſores dimiſimus.* Reperitur iſta in Digeſtorum Proœmio ad Theophilum, Dorotheum, Theodorum, Iſidorum, Anatolium, Thallieleum, Gratinum & Salaminium directa, in cuius §. 7. hæc habentur: *hæc autem tria volumina a nobis compoſita tradi eius tam in regiis vrbibus (Romæ & Conſtantinopoli) quam in Berytienſium pulcherrima ciuitate, quam & legum nutricem bene quis appellet, tantummodo volumus, quod iam & a retro principibus conſtitutum eſt, & non in aliis locis quæ a maioribus tale non meruerint priuilegium. quia audiuimus etiam in Alexandrina ſplendidiſſima ciuitate, & in Cæſarienſium & in aliis quosdam imperitos homines deuagari, & doctrinam diſcipulis adulterinam tradere, quos ſub hac interminatione ab hoc conamine repellimus, vt ſi auſi fuerint in poſterum in hoc perpetrare, & extra vrbes regias & Berytienſium metropolim hoc facere, denarum librarum auri plectentur, & reiiciantur ab ea ciuitate, in qua non leges docent, ſed in leges committunt.* Erant autem iſtæ tres Vrbes non ſolum Metropoles, prout Titulus XX. Codicis de Priuilegiis vrbis Conſtantinopolitanæ & XXI. de Metropoli Beryto nos docent, ſed etiam Academiæ. De Romana quidem & Conſtantinopolitana, teſtatur Titulus Codicis Theodoſiani & Iuſtinianei *de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ & Conſtantinopolis*, Et quidem per l. vn. C. h. tit conſtituuntur a Theodoſio Iuniore duo Conſtantinopoli, qui iuris ac legum voluntates pandant. Berytenſem vero Academiam iam ſeculo III. Iuris ſtudio floruiſſe, docet nos *l. 1. C. qui æt. vel profeſſ. ſe excuſerunt* qua Diocletianus & Maximianus Herculius reſcribunt: *cum vos adfirmetis liberalibus ſtudiis operam dare, maxime circa iuris profeſſionem conſiſtendo, in ciuitate Berytiorum, prouinciæ Phœniciæ: prouidendo vtilitati publicæ & ſpei veſtræ decernimus, vt ſinguli vsque ad viceſimum quintum annum ætatis ſuæ ſtudiis non auocentur.* Huius autem primam mentionem a Gregorio Thaumaturgo, qui Alexandri Seue-

Seueri temporibus claruit, in oratione Panegyrica ad Origenem, fieri autumat AEG. MENAGIVS *Amœnit. Iuris c. XXIV.* Plenius de hac vrbe atque Academia egit IO. STRAVCHIVS *in Beryto*, inter alias Diſſertationes *Ienæ* 1673. 4. coniunctim editas. & IACOBVS HASEVS de Berytenſi Iure conſultorum Academia Libro Singulari, *Halæ Magdeb.* 1716. 8. Nouæ Librorum rariorum collectioni Faſc. V. adiecto. Hic tamen cap. IV. §. XXIV. XXV. XXVI. auctor eſt, ex anteceſſoribus, ad quos directa hæc eſt Iuſtiniani Conſtitutio, duos tantum, Dorotheum & Anatolium fuiſſe Profeſſores Berytenſes, quorum etiam in *l. 2. §. 9. C. de V. I. E.* fiat mentio. Verum, licet iſti ad Pandectas concinnandas ſaltim fuerint adhibiti, ex eo tamen minime ſequitur, plures in decantata illa Iuris cathedra non fuiſſe Anteceſſores. Hinc MENAGIO potius adſentimur, dum *Amœn. Iuris cap. XXIV.* ait: *cum enim duos duntaxat Romæ totidem Conſtantinopoli conſtet fuiſſe Anteceſſores, conſequens eſt quatuor reliquos fuiſſe Berytienſes.*

***L. 12. §. 9. C. de V. I. E. *haſce igitur leges & adorate & obſeruate omnibus antiquioribusquieſcentibus, nemoque veſtrum audeat vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in vtroque eſt, requirere. quia omne, quod hic poſitum eſt, hoc vnicum & ſolum obſeruari ſancimus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iisdem inſtitutionibus, noſtrisque Digeſtis, & conſtitutionibus a nobis compoſitis vel promulgatis aliquid vel recitare vel oſtendere conetur: niſi temerator velit falſitatis crimine ſubiectus vna cum iudice, qui eorum audientiam patiatur, pœnis grauiſſimis laborare* & §. 23. *Leges autem noſtras quas in his codicibus, id eſt Inſtitutionum ſeu Elementorum, & Digeſtorum vel Pandectarum poſuimus, ſuum obtinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vna cum noſtris conſtitutionibus pollentes & ſuum vigorem in iudicio oſtendentes in omnibus cauſis.* Item repetitur *l. 3. §. 21. C. eod.*

**** L. 2. C. de V. I. E. §. 23. *Leges autem noſtras, quas in his codicibus, id eſt Inſtitutionum ſeu Elementorum, & Digeſtorum vel Pandectarum poſuimus, ſuum obtinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vna cum noſtris conſtitutionibus pollentes & ſuum vigorem in iudicio oſtendentes in omnibus cauſis: ſiue poſtea emerſerint, ſiue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compeſcuit: quæ enim iam vel iudiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita, hæc reſuſcitari nullo volumus modo. Bene autem properauimus in tertium noſtrum conſulatum & has leges edere; quia maximi Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti auxilium feliciſſimum eum noſtræ reipublicæ donauit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. Poſt Europam enim & Aſiam & tota Libya noſtro Imperio adiuncta eſt, & tanto oneri legum caput impoſitum eſt, & omnia cœleſtia dona noſtro tertio conſulatu indulta.* §. 24. *Omnes itaque iudices noſtri pro ſua iurisdictione easdem leges ſuſcipiant, & tam in ſuis iudiciis, quam in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelſus huius almæ vrbis præfectus: curæ autem tribus excelſis præfectis prætoriis, tam Orientalibus quam Illyricis, nec non Libycis, per ſuas auctoritates omnibus, qui ſuæ iurisdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare.* Idem repetitur *l. 3. §. 23. 24.*

***** IVSTINIANVS in Prooemio Digeſtorum antiquam methodum & nouam Iuſtinianeam præſcribit. De antiqua quidem §. I. ſic loquitur: *& antea quidem, quemadmodum & veſtra ſcit prudentia, ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo millia, verſuum autem tricies centena extendebatur, nihil aliud niſi ſex tan-*

tum

Digitized by Google

*tummodo libros & ipſos confuſos, & iura vtilia in ſe perraro habentes, a voce magiſtra ſtudioſi accipiebant, cæteris iam deſuetis, iam omnibus inuiis. In his autem ſex libris* Gaii *noſtri Inſtitutiones, & libri ſingulares quatuor, primus de illa vetere re vxoria, ſecundus de tutelis, & tertius nec non quartus de teſtamentis & legatis connumerabantur: quos nec totos per ſequentias accipiebant, ſed multas partes eorum quaſi ſuperuacuas prætcribant.* Pergit inde, dicens, qua ratione per quadriennium methodus iuris fuerit abſoluta, ita, vt primo anno ius, non ſecundum ordinem edicti perpetui, ſed per ſaturam collectum, fuerit traditum. In ſecundo anno prima pars legum & priores libri traditi, certis ſaltim titulis exceptis. In tertio anno ad Papiniani Reſponſa via aperiebatur, vsque dum quarto anno Pauliana reſponſa per ſemetipſos recitarent. Licet de hac methodo ſic iudicet Iuſtinianus: *& hinc erat in quartum annum omnis antiquæ prudentiæ finis: vt ſi quis ea quæ recitabant, enumerare malit, computatione habita inueniat ex tam immenſa legum multitudine vix verſuum ſexaginta millia eos vacuæ notionis perlegere: omnibus aliis deuiis & incognitis conſtitutis.* Hinc §. 2. Nouam Quinquennii ſui Iuris introducit methodum. Primo anno præſcribit Inſtitutiones, vna cum prima parte Digeſtorum τὰ πρῶτα dicta, addens: *cuius auditores non volumus vetere tam friuolo quam ridiculo cognomine Dupondios appellari, ſed Iuſtinianos nouos nuncupari.* DVPONDIVM autem duas drachmas conſtituebat CVIACIVS XII. obſ. vlt. *Dupondii igitur duarum drachmarum ſtudioſi, hoc eſt viliſſimi, quod nomen Iuſtinianus hic aboleuit.* Secundo anno per viciſſitudinem vel de Iudiciis libros ſeptem, vel de rebus libros octo præſcribit, iisdemque addere de tutelis, legatis, fideicommiſſis libros. Tertii anni doctrinam talem præſcribit, vt ſiue libri de iudiciis, ſiue de rebus ex priori anno fuerint reliqui, iſti prælegantur, additis libris de hypothecis, vſuris, edicto ædilitio, & lectione Papiniani, hinc etiam huius anni ſtudioſi Papinianiſtæ vocabantur. Quarti anni ſtudioſos λύτας vocat, qui in ſexta & ſeptima parte Pandectarum debeant eſſe occupati, atque in vltimis quatuordecim libris, quo ad iudicia reddantur perfecti. Quinti anni ſtudioſos vocat προλύτας qui metas conſtitutionum, Codicem tam legere quam ſubtiliter intelligere ſtudeant. Vid. PETRVS MVLLERVS *de Quinquennio Iuris.*

****** L. 2. §. 22. C de V. I. E. *eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus aduerſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſingulorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere. Omnia enim, id eſt, & nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros, per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manifeſtari: ita, vt qui talem librum ſibi parauerit, in quo ſigla poſita ſunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice, in iudicio aliquid recitare, qui in quacunque ſua parte, ſiglorum habet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali pœna, ſecundum quod dictum eſt, plectetur, ſed etiam libri æſtimationem in duplum dominus reddat, ſi & ipſe dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit, quod & antea a nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſtitutione & in Græca, quam ad legum profeſſores dimiſimus.* Et l. 1. §. 13. C. de V. I. E. *ne autem per ſcripturam aliqua fiat in poſterum dubitatio: iubemus non per ſiglorum captiones & compendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & per ſuum vitium antinomias induxerunt, eiuſdem codicis textum conſcribi, etiam ſi numerus librorum ſignificatur, aut aliud quicquam: nec enim per ſpecialia ſigna numerorum manifeſtari, ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus.* Quare Manilius ſine earum notitia Ius cognoſci non potuiſſe dicit, dum canit:



Digitized by Google

*hinc etiam legum tabulas & condita iura*
*nouerit, atque notis leuibus pendentia verba*

Mentionem earum quoque faciunt Pandectæ l. 33. §. 1. eos, *qui notis ſcribunt acta præſidum, reipublica cauſa non abeſſe certum eſt.* Sic etiam *l. 40. π. de Teſtam. milit. teſtamentum notis ſcriptum valere dicitur.* Licet in notis hiſce litterarum legendis, explicandisque lapſum fuiſſe Tribonianum arguat GOTHOFREDVS *in notis ad l. 7. pr. π. de capite minutis,* vbi notæ erant: E. H. Q. I. I. A. P. P. *exceptis his, quæ in iure agnationis proximis deferuntur* pro quo Tribonianum legit: *exceptis his, quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur.* Vid. RICCIVS *de libris Iuris aph. XVII.* ZOESIVS *ad π in proœm. n.* 19. LVDOVICI *Hiſt. Pand. §. XXXII.* De his notis GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XXX.*

## §. VIII.

*Quinquaginta Deciſiones.*

Cum autem diuerſæ adhuc ſupereſſent ICtorum diſſenſiones, eas componere tentauit Iuſtinianus L. Deciſionibus, eo tempore, dum Pandectæ conciperentur, Poſtumio Lampadio & Oreſte Coſſ. vel paullo poſt illorum Conſulatum publicatis & quidem tales potiſſimum ad Iulianum & Iohannem Præfectos Prætorio latæ, in quibus altercationes veterum & controuerſias quaſdam videmus deciſas. * Dum autem vna die plures ad Iohannem, & Iulianum fuerint directæ, pro diuerſis ſæpe capitibus vnius Deciſionis ſunt habendæ, alias numerum iſtum quinquaginta Deciſionum multum excederent. Has nouo Codici inſertas per Titulos diſtribuit, quem per Tribonianum, Dorotheum, Mennam, Conſtantinum & Iohannem componi, & abrogato priori edi fecit, in eundemque præter dictas Deciſiones, nouellas, quaſdam conſtitutiones poſt Codicem priorem latas, inſeruit, ** atque in XII. libros diuiſum *** auctiorem emendatioremque publicauit XVI. Kal. Decembris anno 534. **** quem repetitæ lectionis vocari voluit. ***** Hunc autem tanquam poſteriorem, Pandectis derogare, omnino certum. ****** Licet etiam Tribonianus, poteſtate ipſi facta ſuperuacua reſecandi, & quæ neceſſaria eſſent emendandi, ******* abuſus, leges Codicis Theodoſiani, diſcerpendo, interpolando, omittendo veritati ſæpe fucum fecerit atque falſi genus non vnum admiſerit. ******** Hinc ab anno 528. ad a. 534. Inſtitutiones, Pandectas & Codicem videmus conſummatas. †

*Codex repetitæ Prælectionis.*

* Patet hoc ex Conſtitutione Iuſtiniani de Codicis Emendatione §. 1. *poſtea deciſionem fecimus, quam alias ad commodum propoſiti operis pertinentes plurimas conſtitutiones promulgauimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coarctatus eſt, omne ius antiquum ſuperuacua prolixitate liberum atque enucleatum in noſtris Inſtitutionibus & Digeſtis reddidimus.* HAGEMEIERVS *cap. V. p.* 17. veram notam effedicit L. Deciſionum, quæ vulgatæ ſunt Lampadio & Oreſte Coſſ. vel poſt Con-

Conſulatum eorum ad Iulianum & Iohannem Præf. Prætorio, vel poſt menſem Aprilem ſub Decio Conſule, vel ab ipſo Iuſtiniano cum tertia vice Conſul eſſet, ita tamen, vt in hiſce conſtitutionibus altercationes veterum ICtorum decidat Imp. faciatque ex controuerſo certum. Varias Iuſtiniani Conſtitutiones & Deciſiones hinc inde inſertas indicauit STIRNIVS *de Conſtit. Princ. tit. X. p* 274. EDMVNDVS MERILLIVS in Commentario ſuo ad L. Deciſiones horum Catalogum nectit, huc referens *l. vlt. C. de negot. geſtis. l. 2. C. qui & adu. quos reſt. non poſſunt. l.* 12. 13. 14. 16. 17. *C. de vſufr. l.* 14. *C. de ſeruit. & aqua l. vlt. C. de Reb. cred. l. pen. & vlt. C. de cond. indeb. l. vlt. C. per quas perſ. nobis adquir. l. vlt. C. ad SCtum Maced. l. vlt. C. ad SCtum Velleianum. l. vlt. C. de contrab. empt. l. vlt. C. de pactis inter empt. & vendit. l.* 24. 25. 26. *C. de nuptiis. l. vlt. C. de dote promiſſa. l. vlt. de arbitr. tutel. l.* 6. *C. de curat. fur. l.* 20. 21. 22. *C. de furtis. l.* 9. *C. qui teſtam. fac. poſſunt. l. pen. & vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit. l.* 4. *&* 5. *C. de neceſſ. hæred. inſtit. l.* 3. 4. *C. de poſth. hæred. inſt. l.* 20 21. *C. de iure delib. l.* 23. 24. *C. de legatis. l.* 4. *C. de V. S. l. pen. C. de fideicomm. l. vlt. C. de Condit. inſert. l. vlt. C. ad SCtum Orfitianum l.* 14. 16. 17. *C. de fideicomm. libert. l.* 1. 2. *de Comm. ſeruo manum. vlt. C. de acquirend. poſſeſſ. l. vlt. C. de prætor. pign. l. vlt. C. de remiſſ. pign. l.* 13. *C. de contrab. ſtipul. l.* 10. *C. de adopt.* Ex eodem hauſit IOACHIMVS HAGEMEIERVS & PETRVS MVLLERVS *Notis ad Syntagma Struuianum Tom. I. p.* 57. In his autem Imp. primo refert ius antiquum controuerſum, quod deinde deciſione noua declarat, vt ideo ab his Deciſionibus aliæ Iuſtiniani conſtitutiones probe ſint diſtinguendæ, qualis refertur §. 3. *fin. Inſt. de libertinis.* Neque tamen omnes Leges Codicis, quibus antiqui iuris altercationes tolluntur, ſunt ex numero L. Deciſionum, ſicut hoc apparet *ex l. vlt. C. quando tutores vel curat. & l.* 12. *C. de contrahenda ſtipulatione*, ſed illæ ſaltim, quæ Lampadio & Oreſte Coſſ. & poſt ipſorum Conſulatum fuerunt latæ. Has quinquaginta Deciſiones ſingulari Commentario illuſtrauit IO. STRAVCHIVS. Verum mancæ illæ ſunt, cum commentarius iſte ad decem ſaltim leges ſit directus, licet pro more Strauchiano multa induſtria fuerit elaboratus. Huius recenſionem habet GEORGIVS BEYERVS *in Notit. Aut. Iurid. ſpecim. II. p.* 54. Præſtat omnino EDMVNDI MERILLII *Commentarius in easdem Pariſiis* 1618. 4. & PETRI FRANCISCI LINGLOIS *Deciſiones L. a II. vſque ad IX. librum Codicis, Antwerpiæ* 1661. *f.* Facit huc etiam DOMINICI BASSI *rediuiuus ingenii partus, ſ. D. Iuſtiniani Imp. Quinquaginta Deciſiones, præcipuis controuerſiis ex vniuerſo iure communi deſumtis ſolide illuſtrata, iurique Bauarico paſſim accommodata, Viennæ* 1708. 4.

** In d. Conſtitutione §. 2. *ſed cum nouellæ noſtræ tam deciſiones quam conſtitutiones quæ poſt noſtri Codicis confectionem latæ ſunt, extra corpus eiusdem Codicis diuagabantur, & noſtram prouidentiam noſtrumque conſilium exigere videbantur: quippe cum earum quædam ex emerſis poſtea factis aliquam meliore conſilio permutationem vel emendationem deſiderabant, neceſſarium nobis viſum eſt per Tribonianum virum excelſum magiſtrum exquæſtore & exconſule legitimum operis noſtri miniſtrum, nec non virum magnificum quæſtorem & Berutienſium legum doctorem Dorotheum, Mennam inſuper & Conſtantinum & Ioannem viros eloquentiſſimos togatos fori ampliſſimæ ſedis easdem conſtitutiones noſtras accerpere, & ita in ſingulas diſcretas capitula ad perfectarum conſtitutionum ſoliditatem competentibus ſupponere titulis, & prioribus conſtitutionibus eas adgregare.*

*** Contenta priorum IX. librorum verſibus hiſce comprehenduntur:



Digitized by Google

PARS PRIOR *Officia & Leges & Sacra docebit,*
*Tranſigo, Reſtituo, Gero, Poſtulo, parte* SECVNDA.
TERTIA *Ius dicens, queritur, ſeruit, petit, occat.*
*Actio, Contractus, Teſtes,* QVARTA *referantur.*
QVINTA *dabit Nuptias, Tutelarumque figuras.*
SEXTA *Libertos at Teſtamenta notabo.*
HEPTA *manumittit, Præſcribit, Prouocat, haut ter,*
PIGNORAT OCTAVA, *Interdicit, Dat, Stipulatur.*
VLTIMA *multiplici pars Crimina Lege flagellat.*

**** Extat iſta in Hiſtoria Iuris, Pandectis præmiſſa, ad Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ directa in qua §. 4. *his igitur omnibus ex noſtra confectis ſententia, commemoratus Iuſtinianeus Codex a prædictis glorioſiſſimis & facundiſſimis viris purgatus & candidus factus, omnibus ex noſtra iuſſione & circumductis, & additis, & repletis, nec non transformatis, nobis oblatus eſt: & iuſſimus in ſecundo eum ex integro conſcribi, non ex priore compoſitione ſed ex repetita prælectione & eum noſtri numinis auctoritate nitentem, in omnibus iudiciis frequentari ex die. 4. Kalend. Ian. quarti noſtri feliciſſimi conſulatus & Paulini viri clariſſimi: nulla alia extra corpus eiusdem Codicis conſtitutione legenda: niſi poſtea varia rerum natura aliquid nouum creauerit, quod noſtra ſanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium eſt, quod ſi quid in poſterum melius inueniatur: & ad conſtitutionem neceſſario ſit redigendum, hoc a nobis & conſtituatur, & in aliam congregationem referatur, quæ Nouellarum nomine conſtitutionum ſignificetur.* §. 5. *Repetita itaque iuſſioni nemini in poſterum concedimus vel ex deciſionibus noſtris, vel ex aliis conſtitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Iuſtinianei Codicis editione aliquid recitare: ſed quod in præſenti purgato & renouato Codice noſtro ſcriptum inuenitur, hoc tantummodo in omnibus rebus & iudiciis obtineat, & recitetur, cuius ſcripturam ad ſimilitudinem noſtrarum Inſtitutionum & Digeſtorum ſine vlla ſignorum dubietate conſcribi iuſſimus: vt omne quod a nobis compoſitum eſt, hoc & in ſcriptura, & in ipſa ſanctione puram atque dilucidam clareat, licet ex hac cauſa in ampliorem numerum ſumma huius Codicis redacta eſt.* §. 6. *Vt igitur ſanctiſſimi & florentiſſimi patres noſtri labores vobis manifeſti fiant, & per omne tempus obtineant, hanc præſentem legem ad frequentiſſimum ordinem veſtrum duximus deſtinandam.*

***** In dicta Conſtitutione §. 3. *vt vndique non ſolum Inſtitutionum & Digeſtorum via dilucida & aperta pateat, ſed etiam conſtitutionum noſtri Codicis plenum iubar omnibus clareat: nulla penitus nec ſimili, nec diuerſa, nec inuſitata relicta (conſtitutione:) cum nemini venit in dubium, quod repetita prælectio probauit, hoc ſatis validum, ſatisque eſſe formoſum. In antiquis enim libris non ſolum primas editiones, ſed etiam ſecundas (quas repetitas prælectiones veteres nominabant) ſubſecutas eſſe inuenimus: quod ex libris Vlpiani viri prudentiſſimi ad Sabinum ſcriptis promptum erat quærentibus reperire.* Prælectiones ſecundum CVIACIVM *erant lectiones quibus Præceptores viua voce vel ſcripto diſcipulis vias diſcendi præmonſtrabant.* Hinc etiam GELLIO lib. XVIII. c. V. *prælector idem eſt ac magiſter. Quod ſi igitur ſententiam ſuam mutarent atque auditoribus ſuis hoc denuo proponerent, dicebatur prælecta repetitio.* Hinc etiam ſecundæ editiones ſecundum Vlpianum, quem hic adlegat Imp. dicebantur *repetitæ prælectionis.* Variaſſe autem Iureconſultos & priorem ſæpe ſententiam reuocaſſe ipſæ leges docent. Sic de Papiniano hoc teſtatur *l. 6. §. 3. π. de ſerv. export.*

*&*

*& l. ult. §. 3. C. de furtis, & licet ab antiquis variatum eſt, & ab ipſo Papiniano in contrarias declinante ſententias; tamen nobis hoc decidentibus Papinianus, licet variaverit, eligendus eſt.*

****** Multum de hoc controuertitur inter ICtos, an Leges Codicis Pandectis derogent an ſecus? HVBERTVS GIPHANIVS ſingulari Tractatu conatur euincere, Codicem Pandectis minime derogare, idque primo, quia Imp. ipſe ait, hos tres libros ſuos, Inſtitutiones, Codicem & Pandectas inter ſe conſentire. Secundo, quia Codex repetitæ prælectionis propter Pandectas iamdum editas fuerit factus. Tertio, quia Imp. veterum ICtorum reſponſa, quæ abrogauerit Pandectis, non inſeruerit. Quarto, quia alias lex prior tempore emendet poſteriorem. Quinto, quia Imp. nusquam dicat, ſe per Codicem Pandectas velle emendare. Licet idem etiam *Comm. ad §. 2. I. de legatis*, fateri neceſſe habeat, Iuſtinianum in Conſtitutionibus ſuis ſæpius recesſiſſe a principiis iuris ſemel introducti. Hinc etiam GROTIVS *Flor. ſparſ. ad Ius Iuſtin. p. 270. nihil incertius* hoc iure, *pauci principes in iure condendo leges veteres, & earum peritos conſuluere, vt Seuerus. Pleraque ad gratiam facta.* Verum, ad ſingula reſpondet HAGEMEIERVS *cap. V. p.* 17. & demonſtrat, iuri Pandectarum omnino derogari per Codicem, idque *l. fin. C. de teſtam.* cum ibi dicatur, quod in teſtamentis ruſticorum quinque teſtes ſufficiant. Sic etiam per *l. fin. C. de legitimis hæredibus* ratione ſucceſſionis quædam mutantur. Et *l. fin. C. de Iure dom. impetr. l* 4. *π. de pignor. act.* corrigit. Pergit tamen, atque autumat, per Quinquaginta Deciſiones potiſſimum derogari Pandectis, additque: *ponamus huius rei aliquot exempla: Paulus in l. 1. §. 5. π. ad leg. Falcid. ait, legem Falcidiam pertinere ad ea, quæ Deo relinquantur. Hoc diſerte correctum in l. ſi quis ad declinandum* 49. *C. de Epiſc. & Clericis. Aliud ſumi poteſt ex quatuor Legatorum generibus, quorum veſtigia in Pandectis occurrunt, & ab Vlpiano in fragmentis tit.* 24. *explicantur. Quæ omnia immutata per l. 1. C. comm. legat. ita vt eadem hodie legatorum conditio & natura ſit.* Et licet varii ſint, qui per L. haſce Deciſiones Pandectis minime velint derogari, vtpote GEORGIVS FRANTZKIVS *pr. π. n.* 14. Contrarium tamen in *Præcognitis Iuris* probe demonſtrauit IOACHIMVS HOPPIVS, eo quod per iſtas Deciſiones ius antiquum corrigere voluerit Iuſtinianus. B. PARENS *S. I. C. Exerc. I. §. LXIX.* proprie loquendo Codicem Pandectis minime derogare auctor eſt, eo quod conſtitutiones ex priori codice in poſteriorem translatæ, ac quinquaginta Deciſiones ante Pandectas fuerint ſancitæ, paucis vero illis Conſtitutionibus, quæ poſt Pandectas latæ, Iuſtiniano IV. & Paulino Coſſ. nihil mutetur aut abrogetur. Eadem mens eſt GEORGII FRANTZKII *Comm. ad π. proœm. n.* 17. Alii per quinque iſtas Conſtitutiones Pandectis poſteriores, quæ continentur *l. 2. C. de præfect. Africæ: l. fin. C. de iuretur. propter calumn. dando: l. fin. C. de teſtamentis. l. fin. C. de legitim. hæred. l. fin. C. de caducis tollendis.* Pandectis volunt derogari. EMVNDVS MERILLIVS & IO STRAVCHIVS per L. Deciſiones ſaltim Pandectis derogari contendunt, per alias leges non item, quam ſententiam etiam fouet HELFR. VLRICVS HVNNIVS *de autor. Iuris cap. I. qu.* I. Verum, adſentimur potius ERICO MAVRITIO, qui, poſtquam de Libris Iuris Communis *§. XIV.* priores recenſuiſſet ſententias, addit, *quando Codex cum Pandectis pugnet, tunc, nullo habito reſpectu an ſit conſtitutio ex dictis quinque Conſtitutionibus, an ex L. Deciſionibus, potiorem auctoritatem tam in Cathedra, quam in foro legibus Codicis tanquam poſterioris eſſe tribuendam*, idque potiſſimum ex *§.* 4. Conſtitutionis de Codice emendan-

tio ſuperius iamdum adlegato confirmat, vbi Imp. non ſolum dicit, omnia ab ipſo eſſe repleta, circumducta & transformata, ſed etiam Codicem iſtum vbiuis vult obſeruari. & ex *l. Vlt. π. de Conſtit. Principum Conſtitutiones tempore poſteriores, potiores ſunt his, qui iſtas præceſſerunt.* Addit: *atque approbatores ſententiæ noſtræ habemus, Albericum Gentilem, cuius hæc Verba, quod rei explicandæ imprimis idonea Videantur adiicimus ex Diſput. de libris Iuris Ciuilis cap.* I. *quid ſi Codex, ſcribit ille, a Digeſtis diſſentiret, extra illas* 50. *Deciſiones, ius Digeſtorum Veluti Codici priori poſterius in aliis præualeret? nusquam lectum, nusquam auditum. Tene igitur Codicem ſibi parem eſſe Vbique & Ius recentius Iure Inſtitutionum & Digeſtorum, ſic autem tenendo defendes multa impugnata, expugnabis etiam defenſata.* Quidquod ipſe Dn. Frantzkius in Reſolut. *lib. I. reſol.* II. *n.*61. *legem* 17. *in princ. l.* 18. *π. de R. V. iuncta l.* 1. *§.* 1. *de litigioſis & l.* 1. *§. Vlt. Verſ. quid ergo. ff. quæ res pignori obligari non poſſint, per l.* 2. *fin. C. de litigioſis, mutatam aſſerit? quæ lex tamen non eſt ex poſterioribus conſtitutionibus, ſed Conſtantini, lata anno* 331. *Vt adeo in antiqua Codicis editione etiam eſſe potuerit.* Et defendit hanc ſententiam *Gothofredus Fibigius loco allegato prolixe. Adſtipulatur & Carpzouius iurisprud. forenſi Romano-Saxonica p. II. conſt. VII. def.* 6. *n.* 7. *Dn. Hahn ad Pand. VVeſenbecii tit. de reſtit. in integr. n.* I. *& tit. de inofficioſo teſtam. n.* 8. *atque pro illa etiam Mattertum, Zoeſium, Bachouium, Vinnium, VVeſembecium, Sutholt, Chriſtinæum, iam adduxit Dn. Lauterbach Concluſ. Forenſ. Exerc. I. §. XXIII.* Adſtipulatur etiam THOMASIVS *Delin. Iuris §. LX.*

******* Patet hoc ex d. Conſtitutionis § 3. *Supradictis itaque magnificis & prudentiſſimis Viris permiſimus hæc omnia facere: & ſi qua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, ſed noſtra auctoritate freti: Conſtitutiones Vero ſuperfluas Vel ex poſterioribus ſanctionibus noſtris iam Vacuatas: Vel ſi quæ ſimiles Vel contrariæ inVenirentur, circumducere, & a proprii Codicis congregatione ſeparare, & tam imperfectas replere, quam nocte obſcuritatis obductas, noua elimationis luce detegere.*

******** Tribonianiſmos hosce in Codice admiſſos notauit IACOBVS GOTHOFREDVS *Prolegom. Cod. Theodoſ.* cap. IV. cuius verba licebit adlegare: *Lucem detraxit, dum hiſtorica reſecuit: dum leges deſcripſit: nam cum legem* 8. *C. Theod. de Iurisdict. in tres diſcerpſerit, puta in l.* 8. *Cod. Vnde Vi. l. penult. de accuſat. l. Vn. de abigeis; nondum tamen integram illius mentem expreſſit. Item, cum l. Vn. C. Th. ne in ſua cauſa; in duas diſcerperet in l. Vn. C. eod. & l.* 10. *de Teſtibus, argumenti elegantiam ſuſtulit. Propoſitum non tenuit; nam eum hanc legem ſibi dixiſſet; Vt quæ in præteritum reſpiciunt, omitteret, attamen huiusmodi nonnulla retinuit, Vt conſtat ex collatione l. turres.* 18. *de operibus publicis & l.* 81. *C. Theod. eod. Ignorantiam ſuam prodidit, Vt in l.* I. *de Veteranis, ibi perfruantur. Falſi genus non Vnum admiſit, Vt pluribus probatur in Comment. Quoad materiam; Vt l.* 6. *de hæreticis. l.* 9. *de Epiſc. & Clericis. l.* 3 *C. de Apoſtatis. Quoad formam, ex duabus Vnam legem ſæpe conflauit; ſic Vt inſcriptionem Vnius tantum ſeruarit, at ſubſcriptionem Vtriusque retinuerit, Vt in l.* I. *C. Iuſt. de aquæductu, quæ conflata eſt ex l.* 5. 6. *C. Th. eod. in l. Vn. Venat. ferar. quæ conflata ex l.* 12. *C. Th. eod. Quandoque cumplures in Vnam contrahit ſiue eorumdem, ſiue diuerſorum Imperatorum, & poſteriori ſubſcriptionem adſcribit, interdum etiam ex ſuperiore ſeu priore, Vt l.* I. *C. de ſuper ex act. quæ conflata eſt ex l.* I. 2. *C. Theod. eod. tit. l. nemo l. paſchal. de indulg. l.* 3. *C. de epiſcopali audient. Quandoque addit, quæ inſcriptioni repugnant, Vt cum l.* 5. *C. de oper. publ. addit Veterem & nouam: cum tamen lex* II. *C. Theod. eod.*

*eod. tit. ad vrbem Romam veterem, tantum pertinent. Vnde apparet quot modis hodie fucus ea re fiat, quamque periculoſum ſit ex Cod. Iuſtinia. leges allegare: imo quot in errores inducti fuerint, qui fidem Triboniani ſequuntur, non inſpecto Cod. Theodoſiano. Exemplum in Alexandro P. c. vigilanti extra. de præſcriptionibus: cum* 40. *annorum præſcriptionis auctorem facit Theodoſium Iun. Exemplum in Petauio qui legem vn. C. de priuileg. v. Conſtant. a Theodoſio iun. confirmare ius Italicum ſcribit: in Iuliano p.* 326. *qui ſi legem omnip. innouatione Cod. Theod. de Epiſcopis legiſſet, id non dixiſſet. Quid denique profuit Triboniano, retento nomine Imp. conſtitutiones edere, cum iis aliam ſententiam affigit, ſic vt potius Iuſtiniani iam ſint quam illorum Imperatorum, & quarum primus auctor extitit.* Idem dicit FRANC. BALDVINVS *Iuſtiniano p.* 16. *Tandem Iuſtinianus, cum in hoc genere nihil adhuc actum eſſe iudicaret, quod Reip. & iurisdictioni ſatis eſſet, non ſolum tres illos Conſtitutionum Codices in vnum conflari iubet: ſed & multa quæ iis deerant, Principum reſcripta cumulauit, repetita iam inde ab Adriani Imp. tempore vſque ad ſuam ætatem, per annos* CCCC. *Neque vero materia illi deeſſe poterat, cum præter illos Codices haberet ſcrinia reſcriptis illis referta, quæ aſſeruabantur in ſacro Laterculo palatii Couſtantinopolitani. Ceterum materiam illam ita circumcidit, vt cum multo plura quam Theodoſius congeſſerit, tamen Codicem breuiorem reliquerit. Qua in conciſione ſecutus fuiſſe videtur quoddam ipſius Alarici exemplum. Sed & omnia interpolari, vt cum nouo iure conuenirent, voluit. Sic non ſolum quæ in Codice Th. integra leguntur, mutilata ſunt in Codice Iuſt. ſed & quæ illic negantia ſunt, interdum hic ſunt aientia: & e diuerſo ex aientibus facta leguntur negantia. Quo exemplo talis interpolatio fiat præſertim cum antiqui auctoris nomen, idem ſemper præfixum ſit, alii viderint.* Facit hanc in rem optime IO. STRAVCHIVS in eleganti Programmate, quod Schubartus Fatis Iurisprudentiæ *p.* 651. ſubiecit, qui poſtquam de Labitti Indice Pandectarum egiſſet, addit: *Ceterum numquid in Codice Iuſtinianeo ſimile quid adornari e re ſit, forſan dubitari poſſit. Etenim portiunculæ illæ integrarum olim conſtitutionum non videntur eſſe membra continui alicuius operis & texturæ, ſed ſingulares quaſi ſummæ reſponſorum ab Impp. ad ſuggeſtiones & conſultationes varias, vel magiſtratibus diuerſorum locorum, vel priuatis etiam hominibus aliis atque aliis datæ, vel certe edictorum plus vno argumento non continentium epitomæ, quæ ſibi ſatis conſtent, & quo cum coaleſcantur, quoue referantur, extra ſe non habere. Verum enim vero, etſi ſunt quædam reſcriptorum fragmenta, quæ non niſi ad vnam vnius quæſtionem reddita fuere, tamen nihil impediebat, quo minus, quæ vnius eſſent Imperatoris, vtut argumento diuerſo ſingula pro temporum quibus edita, ordine ex diſſitis titulorum ſedibus, ſub quibus, ceu ſignis militabant, euocatæ vindicarentur, redderenturque. Ita vt iam reſponſa primo ſecundum Imperatorum, deinde Conſulum, denique dierum menſiumque ordinem collocentur. Cuius rei ſpecimen iam pridem dedit Guolfgangus Freymonius, & nuper adhuc Georgius Chriſtophorus Stirnius. Sed hoc quidem, nempe vt ſingulorum Impp. conſtitutiones ordine ita diſpoſitas ſimulque iunctas habeas, parum erat, niſi de Tribuniani fide quoque conſtet, vtrum archetypo leges Codicis Iuſtiniani reſpondeant, quidque ſibi manus audax compilatorum hic permiſerit. Quod eo expeditius indagari in Codice poteſt, quod adhuc non ſolum fragmenta Gregoriani Hermogenianique Codicum ſed quod maximi momenti eſt, tantum non integer Theodoſii Codex exſtet. Vnde ſi quis hactenus de emblematis Tribuniani dubitauit, in rem ipſam deduci poterit, viſurus quo auſu non tantum ab ipſo inſcriptiones, legum magiſtratuumque nomina, ad quos conſtitutiones datæ ſint interpolata: verum quam multa legibus aſſuta, plura in alium ſenſum, detorta,*

Digitized by Google

*detorta, plurima reſecta, mutilata, diſſecta fuerint.* Quod Strauchius tunc optauit, haut ita pridem in Faſtis ſuis Conſularibus præſtitit PETRVS RELANDVS. Omiſſas autem eſſe quaſdam prioris Codicis conſtitutiones in hoc repetitæ prælectionis patet ex *præf. Nov. XIX.* Sic etiam *§. vlt. I. & ex quib. cauſ. manumitti non poſſunt. & §. 11. I. de Teſtamentis* ad Conſtitutionem Codicis prouocatur, quæ tamen in eodem non reperitur.

† Talis autem eſt ordo Temporum, quem a IACOBO GOTHOFREDO *in Manuali Iuris cap. VIII. pag. 31. 32.* videmus obſeruatum, & STIRNIO *de Conſtit. Principum Tit. X. p. 265.*

A. D. DXXVIII. Iuſtiniano A. II. Cos.
DXXIX. Decio V. C. Cos.
DXXX. Lampadio, & Oreſte Coſſ.
Codicem fieri mandauit Iuſtinianus.
Idibus Febr.
Codex editus Idib. April.
Deciſionum 50. initium ab hoc anno.
Digeſta componi mandat Decembri menſe.
DXXXI. Poſt Cos. Lampr. Or. I.
DXXXII. Poſt Cos. Lampr. Or. II.
DXXXIII. Iuſtiniano III. Cos.
Inſtitutiones eduntur menſe Nouembri.
DXXXIV. Iuſtiniano & Paullo Coſſ.
Codex repetitæ prælectionis editur
menſe Nouembri abrogato priori.

§. IX.

*Nouellæ.* Poſt Codicem, ob negotiorum varietatem ortæ fuerunt novæ Conſtitutiones, prout ipſe Imp. in Conſtitutione ſua de emendando Codice promiſerat, dictæ Nouellæ, * ſ. Ius Nouum. ** Græco ſermone iſtæ fuerunt publicatæ, excepta Nouella IX. & XI, præfatione Nouellæ XVII, Nouella XXIII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XLI. LXII. LXV. CXIV. CXXXVIII. CXLIII. quæ dum in Occidente valere deberent, latino idiomate euulgatæ. *** De earum numero variant auctores Iuris. Gloſſatores non niſi XCVIII. habent. Iuliani Epitome CXXV. qui tamen non niſi eas, quæ a Iuſtiniano fuerunt profectæ, collegiſſe videtur. Haloander CLXV. Quibus Dionyſius Gothofredus ex Cuiacio tres addidit, vt illarum numerus ad CLXVIII. excreſceret**** Licet hæc numeri diuerſitas ex eo originem, trahere videatur, quod plures Nouellæ, quæ certum perſonarum vel prouinciarum ſtatum concernerent, eo quod vſum ampius non haberent, fuerint omiſſæ, a librariis tamen ad calcem Codicum deſcriptæ, atque hinc diuerſimode inſertæ. Inde etiam factum, vt dum multæ in ſcholis foriſque negligerentur, Gloſſa ſaltim XCVIII. interpretaretur. ***** Et licet Nouellæ omnes Iuſtiniani

nomen

nomen præ ſe ferant, nihilominus non omnes ſunt ipſius. Quippe Nouella CXVII. CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX. Iuſtino Imperatori Nov. CLXI. CLXIII. CLXIV. Tiberio Imperatori tribuuntur. ******

* *§. 3. hoc etenim nemini dubium eſt, quod ſi quid in poſterum melius inueniatur: & ad conſtitutionem neceſſario ſit redigendum, hoc a nobis & conſtituatur, & in aliam congregationem referatur, qua Nouellarum nomine conſtitutionum ſignificetur.* IO. ANTIOCHENVS *Iuſtiniano p.* 168. ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἀνενέωσε τοὺς ἐκ τῶν προλαβόντων βασιλέων θεσπισθέντας καὶ ποιήσας νεαροὺς νόμους, ἔπεμψε κατὰ πόλιν. *Idem Iuſtinianus renouatis antecedentium Imperatorum Legibus, Nouellas etiam Conſtitutiones ipſe edidit: quas in vrbes emiſit.* Vocatur igitur talis poſt Codicem lata Conſtitutio, Nouella LXVI. cap. I. §. 2. νεωτάτη. P. DIACONVS *de G. Longob.* lib. I. c. XXV. de Iuſtiniano: *nouas quoque leges, quas ipſe ſtatuerat, in vnum volumen redactas, eundem codicem Nouellarum nuncupari ſanciuit.*

** Sic FRANC. BALDVINVS Commentarium ſuum ad Nouellas inſcribit *Iuſtinianus, ſiue de Iure Nouo*, PETRVS GVDELINVS *de Iure Nouiſſimo.* Alias Ius nouum veteri XII. Tabularum opponitur. Sic in l. I. π. de Hæred. petit. *hereditas ad nos pertinet aut vetere iure, aut nouo. Vetere e lege duodecim tabularum: vel ex teſtamento, quod iure factum eſt.* & l. 91. π. de R. I. *quotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio: repudiato nouo iure, quo ante defertur, ſupererit vetus.* Alias Ius nouum idem eſt ac iniquum l. I. §. I. π. quod quisque Iuris, *qui magiſtratum poteſtatemue habebit, ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit,, ipſe quandoque aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet.* Explicatur hæc per l. 3. pr. eod. *ſi quis iniquum ius aduerſus aliquem impetrauit: eo iure vtatur.*

*** Patet hoc ex editionibus SIMONIS VAN LEVWEN, aliisque, quæ Græcum textum habent. Iuſtinianum autem quasdam Nouellas ad Cccidentis ſtatum latino ſermone promulgaſſe, patet ex Nov. LXVI. cap. I. §. 2. *alteram vero nouellam, quæ inter Conſtitutiones poſt Codicem poſita eſt, decernentem quod filiis relinquatur, valere & in hac feliciſſima ciuitate, & in prouinciis poſt duos menſes inſinuationis, ſicuti prædiximus: eo quod factis a nobis vniformibus conſtitutionibus de menſura inſtitutionis filiorum, alia quidem Græcorum lingua conſcripta: propter multitudinis frequentiam, alia vero Latina, quæ etiam firmiſſima propter reipublicæ figuram eſt: illa quidem Kalendarum Martiarum habet conſcriptionis tunc diem: non autem tunc inſinuata eſt: alia vero eſt Latina voce conſcripta ad Salomonem glorioſiſſimum apud Afros ſacrum præſulem tunc prætoriorum Kalendis Aprilis.*

**** Totidem etiam adgnoſcunt omnes Græci, Harmenopulus, Attaliata & Michael Blaſtares, prout demonſtrauit IOSEPHVS MARIA SVARESIVS *in Notitia Iuris*, quem ſequitur MAVRITIVS *§. XVII.* GENTILIS vero *lib. I. de libris Iuris Ciuilis c. VII.* cum Iuliano C XX V. facit.

***** Aliam quidem rationem adducit IOACHIMVS HAGEMEIERVS *de autor. Iur. Civ. cap. VIII. p.* 30. *in numero Nouellarum non conueniunt Iutrpretes, Anton. Contius centum ſexaginta octo Nouellas, nec plures, nec pauciores numerari exiſtimat. Matthæus Monachus in præfat. Collect. Conſtitutionum Græcarum ſcripſit, Iuſtinianum CLXX. Conſtitutiones condidiſſe. Alii CLXVIII. agnoſcunt. Haloander tantum CLXV. edidit,*

*edidit, in cuius ſententiam inclinat Dionyſius Gothofredus, qui tamen tres poſteriores Nouellas e Cuiacio appoſuit. Albericus Gentilis in diſput. de libris iuris Ciuilis cap. 6. In ius certum non acciperem, niſi nonaginta octo. Diſcrepantiam hanc lectionibus capitulorum adſcribimus. Nam cum eiusdem Nouellæ ſæpe plura capita ſunt, facile fieri potuit, vt a recentioribus in peculiares Conſtitutiones diuellerentur. Aſt, ſequimur potius Antonium Contium dum in præfatione ait: cur autem multa deperierint, in cauſa hæc ſunt. Erant inter has leges permultæ conſtitutiones* ἰδικαὶ *& locales, quarum nullus fere vſus eſſe viſus eſt illis præſertim Longobardis plus æquo Muſas & humaniores literas abhorrentibus, nilque quod non* πρὸς ἄλφιτα *conduceret, magni facientibus: cuiusmodi erant, de priuilegiis archiepiſcopi Iuſtinianæ primæ. Vt eccleſia ſanctæ reſurrectionis &c. De Armeniis, de præſide Piſidiæ, Lycaoniæ, Thraciæ, Iſauriæ, & huiusmodi prope innumera, quæ quia ab interpretibus in ſchola non legebantur, deſierunt paulatim deſcribi, vt aliqua omnino perierint. A diligentioribus tamen librariis ad calcem libri deſcribebantur, quemadmodum ex meis aliquot exemplaribus deprehendi, a quibusdam etiam ad antiquitatis memoriam aſſeruabantur.* Adſentitur ER. MAVRITIVS *§. XVII.* Vid. ALBERICVS GENTILIS *de libris Iuris Ciuilis cap. VII. p. 60.*

****** Has igitur Nouellas Scrimgerus in editione ſua a Iuſtinianeis ſeparauit.

## §. X.

*Nouellæ Latinæ.*

Licet autem Iuſtinianus Imp. has Nouellas Conſtitutiones Græco ſermone publicauerit, dubitatur tamen perperam, an iſtæ Conſtitutiones, quæ adhuc ſunt ſuperſtites, ſint genuinæ. In foro tamen vtimur hodie verſione latina. Auctorem eius quidam Bulgarum faciunt, qui Irnerii temporibus vixit, vel eius coæuum Berguntionem Piſanum. * Certius eſſe videtur, hominem Græcum fuiſſe, ætate Iuſtiniano haut longe inferiorem, qui non multo poſt editionem Nouellarum, Occidenti latinam dederit Interpretationem, ** barbare licet, ſed, prout iuſſerat Iuſtinianus, *κατὰ πόδα* perfectam. *** Patet illud, ex Gregorii M. qui haut longe abfuit a Iuſtiniani temporibus, epiſtolis, quæ integra ſæpe huius translationis verba adducunt. **** Adparet hæc verſio in Corpore Iuris, Codici ſubiecta, ſub nomine AVTHENTICÆ, eo quod vera iſta ſit, ad diſtinguendum eam ab interpretatione Iuliani, qui ſuam interpretationem in epitomen redegit, atque recepta eſſe dicitur ab Irnerio. ***** Diuiſæ iſtæ a Berguntione, ſiue alio interprete, circa a. 1140. peruerſo tamen ordine in nouem collationes, ita, vt neque temporis, neque materiæ habita fuerit ratio. ****** Dictæ autem ſunt COLLATIONES, quaſi collatæ ad alias, atque propoſitæ ad declarandas vel abrogandas leges Codicis. ******* In his etiam Nouellis nulla plane reperitur methodus, diuerſiſſima ſæpe capita vni conſtitutioni ſunt inſerta, vna alteri eſt contraria, vt po-

*Authenticæ Collationes.*

ſterior

ſterior priori deroget. † Inepti præterea prologi & epilogi, inſerta varia verba obſcura & tautologiæ, †† vt & iſtæ Nouellæ næuis ſuis haut deſtituantur. †††

* ALCIATVS *Parerg. II. c. XLVII.* & COVARRVVIAS. ANTONIVS AVGVSTINVS *in Paratitl. Nov. XC.* probabilius eſſe putat, tempore Irnerii & Bulgari repertum fuiſſe librum Græcum Nouellarum, opera cuiusdam Monachi Berguntionis Piſani.

** Auctor eſt CVIACIVS *lib. III. c. XXXVI. lib. VIII. obſ. XL.* Adſentitur IOACHIMVS HAGEMEIERVS *cap. VIII. p.* 30. ERICVS MAVRITIVS *§. XVI.*

*** ANTONIVS CONTIVS in præfatione: *illa eſt iniucunda & ſalebroſa, atque vt ita dicam, barbara hac tralatio qua hodie habetur. Verum id non omnino veteris interpretis culpa accidiſſe arbitror, tametſi illum ab omni culpa vindicare meum non ſit. Paruit enim legi Iuſtinianea, qua ita demum in aliam linguam leges transformari permiſit, ſi modo ſub eodem ordine eademque verborum conſequentia, id eſt eo genere, quod Graci* κτ̃ πόδας *dicunt, transferrentur. Metuebat enim, ne, ſi vulgaris illa transferendi libertas paſſim permitteretur, noua ex verbis legis ſuborirentur calumnia, & occaſiones, illis legibus, vt variis & ambiguis, non parendi.* GRAVINA de Ortu & progr. Iuris §. CXXXV. *quamobrem & nos vna cum Graco textu hanc Anonymi verſionem retinemus in foro: quamuis vt liberius loquar, abſonam, & confragoſam, qua Graca lingua verbis reſpondet, non loquendi generibus.* Cuius tamen operis eruditionem, & antiquitatem haud parui fecit CVIACIVS *lib. IV. obſ. XXXVIII. & lib. VIII. cap. vlt.*

**** Sic ex GREGORII *lib. XI. ep. LIII.* eſt *cap.* 38. *c.* 11. *q.* 1. quod ad verſionem Nov. 113. prouocat & *c.* 2. *de Teſtibus* caput vltimum Nouellæ XC. recitat. ISIDORVS quoque in libro Canonum Eccleſiaſticorum integram Nouellam XLII. de Anthimi depoſitione hinc deſumpſit. Mentionem etiam CONTIVS in præfatione facit Concilii Pariſienſis, tempore Ludouici Pii habiti, vbi ex Nouella CXXIII. integer locus adducitur. Multa in Legibus Caroli M. & Ludouici Pii alias, atque Burcardo Wormatienſi ex hoc Interprete fuerunt deſumpta. De quo etiam MAVRITIVS *§. XVI.*

***** ANDR. ALCIATVS Parerg. lib. II. c. XLVII. *cum interrogatus quandoque eſſem, vnde fieret, vt Conſtitutionum Iuſtiniani Volumen Authentici nomine citaremus, cum tamen nusquam appareret, hunc ei titulum ab ipſo legislatore praſixum eſſe? ſic reſpondendum duxi, editum eſſe eum librum Graco ſermone, & Conſtitutiones eas Grace* Νεxρας *appellatas eſſe. Verum, cum Aſiatica quadam luxuria diffuſus, prolixitateque nimia ſcriptus liber eſſet, translatum Latine a Iuliano Patricio & Exconſule fuiſſe, ſed compendioſius & ſtilo, vt tunc tempora ferebant, non ineleganti, qui liber adhuc extat & Nouella titulo circumfertur, dubio procul legitimus Iuſtiniani ipſius partus, quem tamen Dd. noſtri vt ſpurium reiecerunt, maluitque Accurſius barbaram & Bulgari tempore factam interpretari, quod vberior ei videretur, ideoque Authenticam appellauit, quoniam ex ipſo Graco Originali ad literam traducta eſſet.* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpr. p. 122. *In vno tamen Irnerius non parum erraviſſe viſus eſt, quod ex duabus Gracarum Nouellarum verſionibus aliam elegantiorem velut adulterinam reiecit, & eam, qua minus Latina, & corrupta erat, recepit, quam etiam Authenticam velut omni fide dignam ad alterius ſenioris differentiam vocauit. & quod exitiale Iurium ſtudiis damnum attulit, poſteri eius errorem ſicuti verſionem illam iam authenticam factam pro germana*

*tenuerunt. Errandi cauſam Irnerio viro alioqui prudentiſſimo Iuſtiniani Conſtitutio præbuit, quæ leges in diuerſum idioma niſi κατὰ πόδα, id eſt ad verbum verti prohibentur. Quæ igitur authentica nunc eſt interpretatio velut ad verborum ſeriem facta comprobata, alia vero, quæ ſenſum potius quam verba ſequitur, damnata fuit, hac in perpetuum exilium acta nusquam hodie apparet, illa autem longe (vt creditur) deterior, ſola pro legitima agnoſcitur, & in vſu habetur. Noſtri librum Authenticorum a Nouellis differre falſo opinantur, & quod eas corrigat & probabiliora contineat authenticum dictum fuiſſe putant.*

****** De his ita HAGEMEIERVS cap. VIII. p. 27. *In his conſtitutionibus nulla alia quam temporis ratio obſeruata eſt, quæ ipſa interdum negligitur, agiturque non tantum de cauſis forenſibus, ſed etiam de rebus ſacris recte adminiſtrandis ordinandisque officiis Eccleſiaſticis, quod ipſum Iuſtinianus operoſe quadraginta ſex Nouellis explicat. Enim vero in Nouellis vt dixi, nullus ordo, ſed nec temporis ratio ſemper obſeruata eſt, vt ordine ſcriptura priores, poſteriores interdum corrigant: adeoque vera eſt Balduini ſententia: Si quis roget, inquit, quis eas collegerit in vnum volumen, fatebor mihi notum non eſſe hunc Rhapſodum, ſed ſimul dicam Farraginem eſſe ſine vlla arte congeſtam. Agathias autor bonus & antiquus, cum de Tzanis loquitur, & eorum mentionem fieri in Nouella prima narrat, librum τῶν νεκρῶν Iuſtiniani proprium eſſe ait, ſed rem & materiam potius, quam ipſam συναγωγὴν vlli acceptam ferre videtur. Sic Nov. 6. prius edita corrigit quintam, pariterque Nouella 23. prior editione Nov. 20. item Nov. 50. prior 41. & Nov. 162. prior 57. Quædam valde ambigua ſunt, quam obſcuritatem dedita opera Tribonianum affectaſſe in quibusdam ſuſpicatur Harmenopulus, quales ſunt Nov. 2. & Nov. 106.* Pergit p. 28. *apprime autem notandum eſt, quod Nouellæ interdum ſibi inuicem derogent, & alia aliam tollat. Sic Nouellam ſecundam, in qua diſponitur de adminiſtratione donationis propter nuptias, ſi mulier ad ſecundas nuptias tranſierit, abrogatam eſſe per Nov. 22. certiſſimum eſt, quæ anno & quatuor menſibus poſt edita. Porro Nouella 9. de præſcriptione centum annorum contra Eccleſiam Romanam, corrigitur per Nov. 131. c. 6. quæ ſuppoſititia putatur, nec autore Scrimgero inter Græcas reperitur, ſed hoc ideo fortaſſis, quod Latine ad Latinum, h. e. Romanum Epiſcopum fuerit ſcripta, & propterea a Librariis Græcis propter ignorantiam peregrini ſermonis omiſſa. Ita Nov. 7. cap. 3. in pr. vbi diſponitur de ſucceſſione Eccleſiaſtica Emphiteuſeos correcta eſt per Nov. 120. priori recentiorem. Nouellam 18. per Nov. 115. quinquennio poſt latam abrogari quibusdam placet, in cuius c. 3. & 4. diſerte conſtitutum eſt, quod parentes legitimam non amplius quouis, vt donationis, legati, fideicommiſſi, ſed ſolo inſtitutionis titulo debeant liberis ſuis relinquere. Porro Nouella 90. derogat Nouellæ 106. & reuocauit Imp. l. 26. C. de vſuris, quæ conſtitutum eſt, ne fœnus nauticum centeſimam excedat. Eodem modo Nouell. 97. etſi ordine compilationis prior, derogat tamen Nouellæ 140. quia compoſitione poſterior eſt. Quod Nouellam 135. attinet, certum eſt, eam neque in Authenticas Latinas relatam, neque ab vllo veterum Interpretum Latinorum commemoratam eſſe, adeo vt illa videatur prorſus in deſuetudinem abiiſſe, & reuocatum ius Pandect. & Codicis, vt non aliter poſſit obæratus vincula & alia incommoda declinare quam ſi ceſſerit bonis. Itaque ſic generaliter Nouellam, ſi gloſſata non ſit, a veteribus minime receptam fuiſſe, cum Alberico Gentili in diſput. de libris Iuris Ciuilis cap. 6. exiſtimo. Non facile tamen conceſſerim, a Græculis quædam textui Nouellarum inſerta eſſe, quod putant accidiſſe cap. 1. Nouell. 5. ibi enim de cruce loquitur, pro more ſui ſeculi, quo plurimi iam ritus erant deprauati, & varios errores contraxerat Eccleſia.* Hunc in colligendo ordinem per-

Digitized by Google

peruerſum notauit etiam ALBERICVS GENTILIS *de libris Iuris cap. VII. pag.* 65. GRAVINA *p.* 158.

******* Hanc diuiſionem ſub Friderico II. fuiſſe factam, docet IACOBVS ALVAROTTVS Proœmio Feudalium n. 12. dicens: *Vt Vnum ſciatis, Authenticum quod fuit compoſitum a Iuſtiniano habet nouem Collationes. Poſtremo cum Venit Imperator Fridericus Iunior, miſit has conſtitutiones ad ciuitatem iſtam* (Papienſem) *Doctoribus LL. Vt aptarent eam ſingulis legibus ſub congruentibus titulis. Et ita fecerunt Doctores dum inVenerunt in S. Petro: qui iſtam* (authent a Caſſa) *aptauerunt ad legem iſtam. Poſtea quid fecerunt? Dominus Hugolinus poſt nonam Collationem poſuit librum Feudalem, & omnes conſtitutiones Friderici antiqui & Iunioris & aliquas LL. Conradi Imperatoris. Et Vocatur decima Collatio. Sed pauci ſunt qui habent ita ordinata in libris ſuis.* De hoc autem ſic iudicat Contius: *Vulgata autem in nouem Collationes diuiſio, a nobis retenta eſt, quia ſicut noua eſt, & non multum ante Gratiani tempora excogitata, ita ad memoriam & allegandi promptitudinem apprime Vtilis.*

† Patet hoc ex *Nouella CXXVII. c.* 1. quæ derogat *Nov.* CXV. c. 3. *Nov. CXVII. c.* 10. quæ derogat *Nov. XXII. c. IV. Nov. CXXVII. c.* 2. quæ derogat *Nov. CXIX. cap.* 1.

†† Patet hoc potiſſimum ex *Nov. CXV. & CXVIII.*

††† Hos næuos animaduertit GEORGIVS BEYERVS *de Orig. Iuris* § *LXXXVI. ſqq.* & THOMASIVS *in delin. Hiſt. Iuris* §. *LXVII. LXVIII.* Huic defectui remedium adferre voluit, DIONYSIVS GOTHOFREDVS in Epitome Nouellarum ordinem Codicis adaptata. PARDVLPHVS PRATEIVS *in Lexico Iuris, Voce Nouellarum Methodus* & CONRADVS RITTERSHVSIVS *in expoſitione Nouellarum methodica.*

## §. XI.

*Iuliani Epitome Nouellarum.*

Ex his Nouellis Epitomen fecit IVLIANVS Patricius, Exconſul, atque Conſtantinopolitanus Anteceſſor. Huius liber Nouellarum circa annum 570. latino ſermone fuit confectus. Hic autem Nouellas non quidem vertit integras, aut ad verbum, ſed in Epitomen contraxit, reſecatis tamen Prologis atque Epilogis. Continet iſta Epitome Nouellas CXXV. atque in duos libros eſt diſtincta, quorum prior peruenit vſque ad Nouellam LXIII. atque per Irnerium aliosque illorum temporum. ICtos ſub Nouellarum nomine fuit propoſita. Hæc autem Epitome licet purioribus verbis atque elegantioribus conſcripta ſit, quam vetus iſta translatio, in foro tamen recepta non eſt. *

* ANT. CONTIVS in præfatione: *iisdem autem temporibus, quibus illa tralatio facta eſt, prodiit & harum conſtitutionum epitome a Iuliano quodam Viro eloquentiſſimo, anteceſſore Conſtantinopolitanæ ciuitatis, ſic enim appellatur in Veteri quadam eius epitome manuſcripta, quam mihi communicauit aliquando doctiſſimus anteceſſor Iacobus Cuiacius. Quæ quidem epitome longe purioribus Verbis & elegantioribus conſcripta eſt, quam Vetus illa tralatio; Vtraque tamen tralatio diligenter a Veteribus iuris interpretibus, Accurſio, lectitata & comparata cum inuicem, tum etiam cum cæteris iuris libris. Vt autem in his duabus citandis atque allegandis Vitaretur confuſio, prolixiorem illam tra-*

*lationem vocauerant Authenticam, quaſi dicerent verum & nullo modo detruncatum Iuſtinianearum Nouellarum exemplum: breuiorem vero hanc Iuliani epitomen, ſimplici nomine nuncupauerunt Nouellas. Vtraque etiam tralatio conſtitutiones ſingulas habuit propriis capitibus diſtinctas, ita vt breue ſingulorum capitum argumentum literis miniatis deſcriptum eſſet.* Egit de eadem MAVRITIVS *§. XVI.* GRAVINA *lib. I. n. CXXXVI.* Primus eam edidit NICOLAVS BÖERIVS cum legibus Longobardorum & ſcholiis, *Venetiis* 1537. 8. Poſtea LVDOVICVS MIRÆVS eandem edidit *Lugduni* 1560. 8. Idem etiam editionem HVBERTI GOLTZII procurauit *Brugis* 1565. 4. Hunc ſecutus fuit ANTONIVS AVGVSTINVS, cuius *collectio Nouellarum Iuliani* cum paratitlis, & Conſtitutionibus Græcis, quæ deſunt in Codice Iuſtinianeo, prodiit *Ilerdæ* 1567. 8. quæ reliquis limatior eſt atque emendatior. Tandem FRANCISCVS PITHOEVS, ex fratris Petri Bibliotheca aliam edidit, quæ cum paratitlis, ſcholiis Auguſtini & variis lectionibus *Baſileæ* prodiit 1567. *f.* Additæ nonnullæ Iuſtiniani & Iuſtini Conſtitutiones, Gloſſarium quoque atque explicatio vocum obſcuriorum.

## §. XII.

*Nouellarum variæ editiones.*

Nouam harum Nouellarum verſionem procurauit GREGORIVS HALOANDER. Hic enim, prout in reſtauranda Iuriſprudentia Iuſtinianea nimium ſedulus erat, cum videret translationem, qua hodie vtimur, textui Græco minus reſpondere, nouam dedit, eandemque accuratiorem æque atque elegantiorem, *Noribergæ 1530. f.** Dum autem in hac editione Græcæ aliquæ Conſtitutiones deſiderarentur, ſuppleuit easdem IO. HERVAGIVS & HENRICVS SCRIMGERVS ex MScto Beſſarionis in Bibliotheca D. Marci apud Venetos. Horum igitur cura, qui Andreæ Alciati aliorumque Doctorum ope adiuti, Nouellæ variis additis, prodierunt *Baſileæ 1541. f.* & plenius ex Bibliotheca Fuggeri, *Baſileæ 1558. f.* Notas etiam marginales Aemarii Ranconeti, Petri Fabri & Iacobi Cuiacii adiecit. Haloandri translationem LVDOVICVS RVSSARDVS ex Franciſci Duareni emendatione recognitam edidit *Pariſiis 1567. f.* Plenior his eſt editio HENRICI AGYLÆI, qui conſtitutiones Nouellas Iuſtiniani ab Haloandro verſas caſtigauit, lectionum varietatem adnotauit, & ipſe quoque easdem transtulit *Pariſiis 1560. 4.* Idem quoque dedit Nouellarum Iuſtiniani Conſtitutionum ſupplementum, cum Haloandri ac Scrimgeri editionum collatione, *Baſileæ per Io. Heruagium 1561. 4. & Coloniæ 1552. 8.* Obtinet tamen in foro verſio illa vulgata, quam ANTONIVS CONTIVS edidit emendatiorem & cum gloſſis *Lugduni 1589. f.* & Corpori Iuris eſt ſubiecta, qui etiam aliquas Nouellas adiecit. Licet negandum haut ſit, ad illuſtrationem textus Græcos fontes haut male adhiberi.**

* De

* De hac editione ſic iudicat ANTONIVS CONTIVS in præfatione dicens: *quod ad editionum varietatem attinet: illud diligens librorum inſpector facile animadvertet, ex Græco exemplari longe fideliore & integriore vulgarem hanc tralationem prodiiſſe, quam aut Haloandrinam (quæ a quodam priuato homine propria auctoritate contaminata eſt) aut Scrimgerianam, quæ ſuas lacunas habet, & nullam Latinarum continet. Sane & Haloandrinam editionem elegantiorem eſſe non inficior, ita & hanc plerumque fideliorem in plerisque locis adnotaui nam dum vitat barbariem, incidit plerumque in prauam affectationem. In Nouella XCVI. cap. II. ad criminalem accuſationem refert, quod ad ciuiles cauſas pertinet, dum vitat vulgarem tralationem,* ἐν αἰτίαις ἐποιήσατο *In conuentione fecit. Cætera illius tralationis vitia inuidioſe nolo contra viri bene meriti exiſtimationem congerere, malimque ob ſummos eius pro communi ſtudiorum vtilitate labores & conatus, gratias agere. Melius tamen (vt opinor) publicis ſtudiis eſſet conſultum, quando propter gloſſarum vſum, quæ prima capitum ſeu paragraphorum verba ſemper vſurpant, vulgata editione carere non poſſumus, ſi in illius tralationis vitiis perpurgandis, quamuis permulta ſint, elaboraſſet.* De his editionibus etiam agit IOS. MARIA SVARESIVS *Notitia Baſilicorum.*

** IOACH. HAGEMEIERVS equidem *cap. VIII. p.* 31. autumat, ſi latina verſio a Græco textu ita diſcedat, vt inde alius ſenſus oriatur, hoc caſu redeundum eſſe ad ipſum fontem. Aſt, ALBERICVS GENTILIS *de libris Iuris Ciuilis c. VII.* & ARTHVRVS DVCK *de authoritate Iuris Ciuilis lib. I. c. IV. n.* 16. adeo probatam eſſe hanc verſionem aiunt, vt ab ipſius ſenſu in iudiciis recedere integrum non ſit, etiamſi cum textu Græco non conueniat, cum quo etiam conuenit ERICVS MAVRITIVS *§. XVI.*

## §. XIII.

Ex Nouellis plerumque deſumtæ ſunt quædam particulæ, quæ ſub Authenticarum nomine, Codici hinc inde fuerunt inſertæ, eo fine, vt leges Codicis vel corrigant, vel limitent, vel reſtringant. *Authentica Codicis.* Iſtæ, quia ex Conſtitutionibus Authenticis vel ex Nouellis Iuſtiniani fuerunt deprompræ, ſic dictæ, vel ex Friderici I. Imp. Conſtitutionibus, quales ſunt *Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. Auth. Caſſa C. de SS. Eccleſ. Auth. Nulla C. de Epiſc. & Cler. Auth. Credentes C. de Hæreticis,* decantata illa *Auth. Habita C. ne filius pro patre & Auth. Nauigia C. de furtis.** Horum Auctorem vulgo faciunt Irnerium. Licet pericopæ quædam ex Nouellis decerptæ, paullo poſt Iuſtiniani tempora in foro obtinuiſſe ex eo pateat, quod a Gregorio M.** ad easdem iamdum prouocetur. Hinc Burcardus atque Iuo, qui Irnerii tempora anteceſſerunt, earundem faciunt mentionem,*** & quod Irnerio tribuuntur, communi potius fama nititur,**** quam digna auctoritate. Licet forſan hoc denegari nequeat, Irnerium authenticis iſtis pro auctoritate multa adſuiſſe.***** Hoc tamen certum, quisquis Authenticarum auctor fuerit, hunc Authenticas iſtas ex Nouellis male decerpſiſſe, partim



Digitized by Google

perperam deſcripſiſſe, nimium reſtrinxiſſe, partim etiam alienum in locum transtuliſſe. ****** Hæ igitur aliter non valent, niſi in quantum vel in foro receptæ, vel cum Nouella, ex qua fuerunt depromptæ, conueniant. ******* Hunc in finem enim videntur fuiſſe inſertæ, vt ſub quouis titulo, quid per Iuſtiniani Nouellas fuerit immutatum, reperiatur. Iſtæ tamen, quæ Friderico I. Imp. attribuuntur, ſuam in foro habent auctoritatem. †

* Harum auctorem perperam faciunt Fridericum II. cum tamen tempus quibus latæ ad Friderici I. tempora nos ducat, de quo ANTONIVS GATTVS *Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis cap. XIII.*

** *lib. XI. ep. LIV.* citat Auth. Presbyteros C. de Epiſc. & Cler. dicens: *ne vero obiiciatur, quod de Clerico hoc loquitur, non de Presbytero, ſciendum eſt, quod in eadem Conſtitutione lib. Cod. legitur appellatione Clericorum & Presbyteros & Diaconos contineri.* Verba autem legis ſunt iſta: *Presbyteros & Diaconos, & SubDiaconos, Cantores & Lectores, quos omnes, Clericos appellamus.* Neque tamen ipſam Nouellam CXXIII. adlegari quis putet, cum ad lib. I. Codicis prouocetur. Et licet in quibusdam Exemplaribus pro *lib. I. Cod.* legatur *l. 1. Ca. pro quo* NIELLIVS *diſſ. feud. II. §. V.* & Critici Gregoriani reſcribunt *l. 1. C. ſc. Nov. CXXIII.* mera tamen hæc eſt coniectura.

*** *Auth. item prædium & Auth. ſed & permutare*, habentur apud Burcardum & Iuonem & *Authent. qui vero res* apud IVONEM *p. III. c. CLXXXV.* Sic etiam Gratianus in Decreto ſua varia capitula ex Authenticis inſeruit, vtpote *c. 9. c. 19. qu. 3.* quas & conſtitutiones nouas vocat *c. 2. & 3. c. 10. qu. 2. & c. 16. c. 16. qu. 3.* nec Irnerii vllam facit mentionem.

**** Communis fere ICtorum turba Irnerium pro auctore habet, ſecuta DIDACVM COVARRVVIAM *ad c. ſi hæredes X. de Teſt. n. 7.* MARCVM MANTVAM *de vir. illuſtr. in vita Irnerii,* TIBERIVM DECIANVM *in Apologia pro Iurisprudentia adu. Alciatum c. VIII. n. 6.* HVLD. EYBENIVS *de Tutel. fæm. m. II. §. 13.* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpr. lib. II. c. XIII. *Cæterum non negligendum opus aggreſſus eſt Irnerius, qui, vt laborem ſtudioſorum ſubleuaret, & ab ea lectione, quæ ſæpius ſtomachum mouebat, homines forenſes liberaret, authenticas interpretationes anguſtis verbis coarctatas appoſite Codici inſeruit. Eo beneficio effectum eſt, vt raro, & nonniſi in ambiguis quæſtionibus, Nouellarum librum conſulere cogamur, quod aliqua ex Archetypo quandoque reliquiſſe vel immutaſſe dicatur.* IO. VINC. GRAVINA *de Ort. & Prog. Iuris p. I. n. CXLIII. p. 172.* de Irnerio dicens: *ſtudioſorum autem laborem leuauit laudabili ſane opera, redactis nempe in epitomen ſalebroſis atque garrulis Iuſtiniani Nouellis: quarum ſummas perſpicuas ſimul atque breues per Codicis titulos diſpertiuit, attexuitque legibus iis, quæ Nouellis, aut abrogabantur aut detractione, vel adiectione mutabantur: quas Authenticas vulgus appellat. Vnde per Irnerium vna ſerie, eademque lectione Codicis & Nouellarum ſenſum licet arripere. Cauendum tamen ab erroribus, quos in iis deprehenderunt eruditi: qui non paucas earum authenticarum, aut non ad ſuos titulos relatas obſeruarunt. Quorum errorum ſeriem pertexuit Iacobus Viſſembachius: eamque adſuit diſſertationi ſuæ de mutuo. Sunt qui ſero-nouellas Irnerio innotuiſſe tradant: adduntque, illum, dum cauſas oraret, nouellarum auctoritate confutatum, negaſſe germanum eas eſſe Imperatoris partum, ſed nebulonis alicuius commentum, quod vim ſibi legis adrogaret.*

***** Io.

***** Io. STRAVCHIVS *in Irnerio non errante*, cap. II. examinat auctoritates, quibus Irnerio tribuantur hæ Authenticæ. Prouocatur enim ad ODOFREDVM *in Auth. qui res C. de SS. Eccleſ. n.* 3. ſed hæc verba ſunt Odofredi, *Vos non debetis hic plus habere in iſta Authentica: tamen quidam hic habent plus. Sed iſta Verba non ſunt Iuſtiniani, quia non ſunt in corpore Authenticarum, ſea hac ſunt Verba Irnerii.* Non igitur integras Authenticas Irnerio tribuit, ſed hoc ſaltim dicit, quod ab eodem aliquid dictæ Authenticæ fuerit adſutum. Idem dicit Gloſſa ad hanc Authenticam. Neque aliud patet ex eadem Gloſſa *ad Auth. defuncto* C. *ad SCtum Tertull.* quæ ſimiliter verſiculum iſtum, *Vbi nulla*, Irnerii eſſe dicit. Eadem ratio eſt eius, quod Gloſſa habet *in Auth. in ſucceſſione* C. *de ſuis & Legitimis*, in cuius fine hæc habentur: *nota, quod hac Verba : ſola naturali : non ſunt de corpore Auth. ſed Irnerius poſuit.* ARTHVRVS DVCK etiam *liV. I. de auctor. Iur. CiV. cap. VIII. p.* 60. prouocat ad ALVAROTTVM *Proœm. feud. n.* 12. qui tamen potius de Friderici I. quam de Iuſtiniani Imp. Authenticis loquitur. Hinc non immerito CAROLVS MOLINÆVS *lect. Dol. III. n.* 20. *ſqq.* Irnerium minime pro auctore habendum eſſe autumat, id quod ſingulari etiam ſchediasmate egit IO. STRAVCHIVS, quod inter ipſius Diſſertationes Academicas Ienæ coniunctim a. 1662. 4. editas, reperitur, quem ſecutus eſt ALEXANDER ARNOLDVS PAGENSTECHER *in Sicilimentis ad Compendium Lauterbachianum* paſſim, inprimis Manipuli tertii appendice, *Coloniæ* 1698. 8. Huic tamen CORNELIVS BYNCKERSHOECK in Diſſertatione ſua, *de auctore, auctoribusue Authenticarum* contradixit. Hic, dum iniuriofus nimium eſſet in Pagenſtecherum, hunc adegit, vt hanc materiam plenius declararet *in Irnerio Iniuria Vapulante, ſiue Commentario ad Authenticas Codici Iuſtinianeo repetitæ prælectionis aſſutas, Groningæ* 1702. 4. In huius prolufione ex adductis argumentis demonſtrat, Irnerium Authenticarum auctorem minime eſſe, ſed Gloſſas in easdem primum ſcripſiſſe &, ſi vel maxime eſſet, minime tamen erraſſe in iis, quæ ipſi a Wiſſenbachio & Rittershuſio imputentur. Deinde in ipſius Authenticas plenius commentatur, nec circa easdem erroris quidpiam fuiſſe commiſſum contendit.

****** Notauit quædam IOACH. HAGEMEIERVS *cap. VII.* dicens : *ita Auth. bona damnatorum C. de bonis proſcriptorum, diſſentit a NoV. CXXXIV. c. Vlt. in qua de ſucceſſione collateralium, Vsque ad tertium gradum, fiſco excluſo, nulla mentio ſit. Similis hallucinatio eſt in Auth. ex cauſa C. de lib. prat. Vel exhared. qua cum ex Nouell.* 115. *c.* 3. *ſ. fin. deſumpta ſit, ſecundum eam quoque examinari debet. Ibi autem Iuſtinianus non agit de præteritione, ſed exhæredatione tantum. Pari modo perperam concepta eſt Auth. Hac ita C. de Verb. oblig. ex Nouell.* 99. *Porro Auth. ſed hodie C. de Iudiciis, non recte mentem Nouell.* 8. *quaſi Iuſtiniani Conſtitutio in C.* 14. *de Iudiciis de maiore Magiſtratu hodie ſit mutata & correcta, quandoquidem in formula Iuramenti Nouell.* 8. *expreſſe continetur, Vt indices iurent, ſe ſecundum legem & omnem iuſtitiam iudicaturos. Plures Irnerii errores non libet attingere, quos facili negotio deprehendimus, ſi Authentica iuxta literam Nouellarum examinentur, adeo, Vt pro regula tenendum ſit, toties non obtinere Authenticas Irnerii, quoties a ſenſu Nouellarum receditur, quem inuertere aut immutare minime licuit priuato.* Plenius vero Errores in decerpendis Authenticis commiſſos notauit GEORGIVS RITTERSHVSIVS *in promulſide Errorum Irnerianorum, Argentorati* 1669. 4. & IO. IACOBI WISSENBACHII *ſylloge Errorum Irnerianorum in Authenticis, quæ acceſſit* Eiusdem Tractatui de Mutuo & IOACHIMI HAGEMEIERI Tractatui *de Autoritate Iuris.* Vtrosque recenſet GEORGIVS BEYERVS *Not. Aut. Iurid. ſpec. II. p.* 56.



Digitized by Google

******* HAGEMEIERVS *c. l.* ARTH. DVCK *lib. I. c. IV. §. XIII.* de quibus quoties controuerſia incidit, recurrendum eſſe ad fontes, vnde ſumuntur, omnes conſentiunt, a quo ſæpe deuiare reperiuntur ALBER. GENTILIS *de libris Iuris Ciuilis cap. VI. non ſunt igitur leges: cuius priuati hominis factum hoc eſt. Et igitur ab ipſis recurrendum eſt ad fontem, a quo, ſiue Græco, ſiue Latino, deuiant ſæpe, & ita receptum omnibus eſt. Aliquando & verbis paucis referunt, quod verboſius per plures columnas, eſt traditum in fonte.* FRANC. HOTTOMANNVS *Quæſt. illuſtr. qu. XIV.* PAGENSTECHER *in proluſione p. 9.*

## §. XIV.

*Edicta Iuſtiniani.*

Poſt Nouellas, in Corpore Iuris reperiuntur EDICTA IVSTINIANI Tredecim, quæ, licet in Foro nullam habeant auctoritatem, faciunt tamen ad interpretationem atque illuſtrationem Legum Iuſtiniani. Idem dicendum erit de Iuſtini, Tiberii, Leonis, aliorumque Impp. Conſtitutionibus, quæ iisdem ſubiectæ & nunquam fuerunt receptæ.

CAPVT

# CAPVT QVARTVM
# HISTORIA IVRIS GRÆCI.

## §. I.

*Theophili Inſtitutiones*

POſt Iuſtiniani tempora manſit adhuc Iuri Iuſtinianeo ſua auctoritas in Foris atque Gymnaſiis. Cum autem e ſcholis foriſque Græcorum ſenſim recederet Latinæ Linguæ vſus, introduci quoq; cœperunt Iuris Iuſtinianei partes in Græcorum ſermonem traductæ. THEOPHILVS equidem, Iureconſultus Conſtantinopolitanus Iuſtiniani ætati proximus, * Inſtitutiones græce vertit vberiori quandoque vſus metaphraſi, qua varios Romanorum ritus latius fuit proſecutus. ** Licet contra Iuſtiniani mentem quandoque paraphraſin conceperit. *** Has adhuc habemus ſuperſtites, ex curatiori editione Caroli Annibalis Fabrotti editas. **** THALELÆVS vero, vnus ex Collectoribus Pandectarum, quinquaginta Pandectarum libros κατὰ πόδα Græce reddidit. ***** Codicem vero in eundem ſermonem ſiue idem Thalelæus, ſiue alius quis tranſtulit ****** Nouellas Latinas varii tranſtulerunt, Iulianus vti diximus, in epitomen redegit. Nec defuerunt, qui Metaphraſes, Paratitla, παραπόμπας, ſiue locorum ſimilium indicationes ederent. Singuli tamen priuata ſaltim auctoritate id peregerunt. Potiſſimam vero Iuris Græci partem faciebant Conſtitutiones Imperatorum poſt Iuſtinianum, Græco ſermone latæ. ******* Harumque Epitomæ. † Quo factum fuit, vt Corpus Iuris, quatenus a Iuſtiniano Imp. fuerat publicatum, plane deſineret, atque Ius Græcum orireτur, cuius tamen fontes præcipui ſunt Iura Iuſtinianea.

*Thalelæi Pandectæ.*

* IAC. CVIACIVS eundem Theophilitzen vocat, cum tamen omnes vel Codices, vel editiones Theophili nomine vtantur. Idem in Recitationibus ſuis ad Tit. Inſt. de Actionibus, ipſum Accurſio facit iuniorem. Aſt, ſibi parum conſtans, in Commentario ad l. 19. π. de Rebus creditis, Theophilum dicit fuiſſe ex vltima Iurisprudentia vetuſtiſſimum & iuris prudentiſſimum. De ætate, qua vixit, audiamus CAROLVM ANNIBALEM FABROTTVM in Præfatione ſic loquentem: *quo autem ſeculo floruerit Theophilus noſter, etiam in diſquiſitionem venit. & illi quidem errorem longe maximum errare mihi videntur, qui Iuſtiniano coætaneum fuiſſe autumant, cuius etiam opera Iuſtinianus ipſe in componendis Inſtitutionibus vſus fuerit, quemq; vnum ex Pandectarum architectis appellant: Nec enim veriſimile eſt, Theophilum illum virum illuſtrem, & Anteceſſorem Conſtantinopolitanum, Ius illud in quo verſabatur, ignoraſſe, & interdum lapſum fuiſſe, vt huiasce Theophili errata*

*quadam obſeruauimus in Notis noſtris. Quamquam Vt Verum fatear, non puto errata grauiora eſſe Theophili noſtri, ſed ſtudioſi alicuius, qui hac in ora libri ſui primum adſcripſerit, Vnde in Theophili ipſius contextum, poſtea irrepſerint. Id ſuadet Theophili auctoritas & peritia. Certe & antiquiſſimum & erudititiſſimum eſſe ſatis conſtat ex Verbis certis, ac legitimis, quibus Vtitur: Vt Veriſimile ſit, Veteres eum Iuris auctores, puta Caium, aut Vlpiani titulos pra manibus habuiſſe: nec enim apud cateros Gracos interpretes, tot formulas, totque Verba* τοπικὰ *inuenire eſt. Et crediderim equidem ante auctorem Baſilicῶν eum claruiſſe: obſeruo enim quadam in eis ex Theophilo tranſcripta, & Theophilum noſtrum citari a Thalelao, quem Baſilicis antiquiorem eſſe non ambigitur, cum ex eius ſcriptis nonnulla, Vt Graci interpretes monent, Baſilicis inſerta ſint.* Patet hoc tanto magis, quod ipſi in Titulo de Vſucapionibus §. I. dicatur Iuſtinianus ἡμέτερος βασιλεὺς *noſter.* Dum §. XII. ad Iuſtiniani Conſtitutionem prouocat, dicit iſta διάταξις τοῦ θειοτάτου ἡμῶν δεσπότου *religioſiſſimi domini noſtri conſtitutio.* Potiſſimum vero in fine dicti Tituli ſic loquitur: ἐφοίτησε γὰρ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις ἣν ἔναγχος ἐξεφώνησε, τὰ αὐτὰ βουλομένη κρατεῖν, καὶ ἐπὶ τῶν ἐκποιουμένων ἢ παρὰ τῆς αὐτοῦ χαληνότητος ἢ παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης ἡμῶν δεσποίνης, ἅτινα ἡ Ζήνωνος διάταξις ἐπὶ τῶν φισκαλίων διετύπωσεν ἐκποιήσεων. *Extat & Principis noſtri conſtitutio, quam nuper emiſit, qua cauetur, Vt eadem obſeruentur in his, qua ſerenitas ipſius alienauerit, aut religioſiſſima domina noſtra* (Theodoram intelligit) *quacunque Zenonis conſtitutio in fiſcalibus alienationibus introduxit.*

** ANGELVS POLITIANVS Miſcellaneorum cap. LXXXIV. *Inſtitutiones ha, qua Vocantur in Iure Ciuili, Iuſtiniani Principis nomine edita, ſed a Triboniano tamen doctiſque aliis Viris compoſita, etiam Grace ſcripta ſub eodem prorſus intellectu repeTiuntur: niſi quia ritus quidam, conſuetudines Romanorum Veteres, Vberius aliquanto & latius in Graco ipſo, quam in Latino Codice referuntur, Vt peregrinis hominibus, atque a Romanorum more, conſuetudineque alienis, res tota penitus innoteſceret.* ANTONIVS AVGVSTINVS *lib. III. Emendationum cap. VIII. Theophilus antiquus ſatis Iuriſconſultus, Iuſtiniani Inſtitutiones Grace Vertit, addiditque quaedam doctas ſane antiquitatis interpretationes. quo libro nullus extat ad eos Iuſtiniani intelligendos aptior.*

*** IOACHIMVS HAGEMEIERVS de Author. *Iuris Ciu. cap. II. p.* 6. eius rei exempla quædam adducit, dicens: *Permittit* IVSTINIANVS in *§. 3. Inſt. de nuptiis, matrimonia conſobrinorum, Theophilus paraphraſin ita concepit, quaſi ea prohiberet. Non negamus in hoc iuris articulo ſæpius fuiſſe Variatum, poſtea tamen Arcadio & Honorio Imperatoribus placuit renouare priſci iuris autoritatem, qua in Inſtitutis repetita eſt, ſicut apparet ex l. 9. C. de Nuptiis. Aliud exemplum eſt in §. 27. Inſt. de Rerum diuiſione, Vbi dicit Iuſtinianus, ſi fortuito & non Voluntate Dominorum confuſa fuerint, Vel eiuſdem generis materia, Vel diuerſa, totum id corpus, quod ex confuſione fit, Vtriuſque commune eſſe, quod negat Theophilus contra mentem Iuſtiniani. In principio Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. docet Iuſtinianus, inutile teſtamentum eſſe, ſi filiusfamilias de alio peculio, quam Caſtrenſi, Vel quaſi Caſtrenſi diſponat, id quod expreſſum quoque eſt in l. penult. C. qui teſtam. fac. poſſ. Theophilus autem in paraphraſi admittit etiam diſpoſitionem teſtamentariam in peculio aduentitio, cuius pater Vſumfructum non habet. Porro ad §. 36. Inſt. de R. diuiſ. contra principia Iuriſprudentia & mentem Iuſtiniani*

*τὸ inquit* παρέλκεται. *Nam iſta temperandi vox ideo adiecta eſt, quia licet in perceptione fructuum Colonus & fructuarius comparentur, in aliis tamen maxime differunt. Expediti enim Iuris eſt, fructuarium qui maturis fructibus diſceſſit, ius percipiendorum fructuum non transferre ad haredes, vt colonum, §. vlt. Inſt. de locat. & conduct. iunct. §. 36. Vbi male Theophilus diſtinguit inter colonum, qui nummis aut partibus colit, cum vterque eos demum fructus ſuos faciat, quos ipſe percepit l. 60. §. meſſem, ff. locat. & l. 61. §. Locati ff. de furtis.* Eueniſſe hoc putat Hagemeierus, ex Latini ſermonis ignorantia. Verum, hoc Theophilo vix tribuerem, potius crederem, dum *Inſtitutiones non* κατὰ πόδα *tranſtulerit*, ipſum multa ex iure nouo, atque eo, quod apud Græcos obtinuerit, immiſcuiſſe.

**** Theophili Inſtitutiones primum ſine verſione prodierunt, cura Viglii Zuichemi, *Baſileæ*, ex officina Frobeniana 1534. *f.* In epiſtola dedicatoria ad Carolum V. Imp. directa, poſtquam dixiſſet, quid Cæſares anteriores circa ordinandam Iuris prudentiam egerint, Carolum etiam his verbis hortatur: *Et profecto, Auguſtiſſime Cæſar, nihil ſupereſt, quo tot illuſtribus rebus a te geſtis, maiorem diuturnioremque tibi gloriam apud poſteros comparare poſſis, quam ſi Ius Ciuile, quo publica & priuata reguntur, in ordinem, in concordiam, in breuitatem redigas: quo tandem ſciamus, quo iure vti debeamus, atque vt idem deinceps & intelligere & ediſcere commodius poſſimus.* Poſtquam inde illos prædicaſſet, qui circa Iuris prudentiam emendandam eſſent occupati, pergit ad Ius Græcum, atque rationem addit, quod, dum Beryto diruta, Conſtantinopoli ſaltim Iuris prudentiæ fuerint Doctores, iidemque Græco ſermone in explicandis legibus vſi, anſam dederint interpretationibus & gloſſis eodem ſermone ſcribendis. In hac vero editione Zuichemus vſum ſe fuiſſe dicit binis Codicibus, altero Beſſarionis ex Bibliotheca Venetorum D. Marci; altero Io. Baptiſtæ Egnatii. Hanc vero ſine latina verſione exhibuit. Recuſa hæc editio LOVANII 1536. 4. Easdem Inſtitutiones in latinum ſermonem a Iacobo Curtio tranſlatas edidit LVDOVICVS MIRÆVS, *Lugduni* 1581. Tandem CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS ex tribus Codicibus Bibliothecæ Pariſienſis Regiæ textum pluribus in locis emendauit, latinam Curtii verſionem, ſcholia Græca atque notas adiecit *Pariſiis* 1638. 4. ex editione ſecunda 1657. 4. Easdem poſtea cum nouis notis atque animaduerſionibus eruditis edidit IOANNES DOVIATIVS *Pariſiis* 1681. 12. ſed ex latina ſaltim paraphraſi. Vberius de Theophilo, eiusdemque editionibus agitur in GVNDLINGIANIS *p. II. obſ. II.*

***** De hoc IOSEPHVS MARIA SVARESIVS *in Notitia Baſilicorum* ſic habet: *Digeſta quoque comprehenſa libris quinquaginta, Græce reddita ſunt a Thalelæo ætate Iuſtiniani, & conuerſa* κατὰ πόδα, *vt vult Balduinus in præfatione Scholiorum ad Nouellas, Haloander in proœmio ad Nouellas aſſerit hæc ſe legiſſe. Accedunt huic ſententiæ* SVALLEMBERGVS *in Prologo ad Harmenopulum,* & CVIACIVS *cap.* 31. *lib.* 17. & *cap.* 10. *lib.* 6. *Obſeruationum, Iuris qui Thalelæum* νομικῆς ὀφθαλμὸν *dictum adnotat c.* 53. *lib.* 13. *Erat iſte Thalelæus anteceſſor & vir illuſtris, atque vnus e Collectoribus Pandectarum, ſeu Digeſtorum, eiusque meminit Iuſtinianus in præfatione Codicis, & Conſtitutione, omnem, vt Antonius Auguſtinus obſeruat in notis ad librum de propriis nominibus pandectarum, vbi aſſerit ſicut & Cuiacius, ex hac interpretatione Thalelæi multa in Baſilicis ſupereſſe.* AT MATTHÆVS BLASTARES *relatus ab Antonio Auguſtino, ad Nouellas in* προλεγομένοις, *Stephanum* εἰς πλάτος *interpretatum eſſe Digeſta, Cyrillum* καθ' ἐπιτομὴν, *Dorotheum vſum in eorum verſione,* μέσῃ τάξει *tradit. Thalelæum Rutilius, alii Thallelæum vocant.*

 ****** De

****** De hoc SVARESIVS: *Codex in libros duodecim diuiſus, in Græcum tranſlatus etiam fuit, atque huiusmodi Codicem Græcum viſum fuiſſe in inſula Creta Suallembergus loco laudato, & Balduinus in prolegomenis affirmant reperiri. Freherus refert, eius interpretem exſtitiſſe illum, qui* Κωδικευτοῦ *nomine laudatur in Baſilicis opinor. Scribit tamen Matthæus Blaſtares Thalelæum Anticenſorem* τοὺς Κώδικας εἰς πλάτος *expoſuiſſe, Theodorum Hermopoliten* συντετμημένως, ἔτι δὲ συντομώτερον *Anatolium, at Iſidorum contractius Thalelæo, aliis vero duobus latius. Theodori argumenta breuia in Codicem laudari in Baſilicis Cuiacius prodit, illumque paſſim laudat, ſicut & Antonius Auguſtinus, Gothofredus, & exſtat eiusdem Codicis verſio Gallica ſub Lothario facta, vt teſtis eſt Freherus, eaque ſe Cuiacius vſum eſſe profitetur in cap. paſtoralis ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & alibi exſtat quoque Turcica, cuius in paratitlorum prologo meminit* αὐτόπτης *Leunclauius.*

******* Faciunt huc Iuſtini, Tiberii, Leonis Conſtitutiones Nouellæ, quæ Henrico Agylæo interprete, Corpori Iuris acceſſerunt. Tales etiam ENIMVNDVS BONEFIDIVS *in Libris Tribus Iuris Orientalis* congeſſit 1573. 8. ex officina Henrici Stephani, vna cum latina interpretatione. In primo equidem libro Conſtitutiones Impp. Orientis, Heraclii, Leonis Iconomachi, Conſtantini Copronymi, Nicephori, Leonis Armeni, Theophili, Baſilii, Leonis & Alexandri, Conſtantini Porphyrogeniti, Romani Senioris, Nicephori Phocæ, Baſilii Porphyrogeniti, Romani, Zoes, Michaelis, Iſaaci Comneni, Michaelis, Nicephori Botoniatæ, Alexii Comneni, Manuelis Comneni, Alexii Comneni, Iſaaci Angeli, Ioannis Ducæ, Michaelis Palæologi deprehenduntur. In alterum decreta Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, in tertium Pontificum ſententias, & reſponſa quædam digeſſit. Hauſiſſe ſe ea dicit ex Theodoro Balſamone, & Rhapſodia quadam manuſcripta Græcarum Conſtitutionum tam Ciuilium quam Eccleſiaſticarum, incerti auctoris, quam ex Bibliotheca Viti Amerbachii nactum ſe eſſe dicit, ex Harmenopulo item & Hiſtoriis Zonaræ, Cedreni, Gregoræ. Harum etiam latina verſio Corpori Iuris fuit ſubiecta. In PETRI LAMBECII *Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea* libro ſexto & DANIELIS NESSELII Catalogo parte ſecunda *p.* 4. 5. reperitur talis Codex Membranaceus, eiusmodi Conſtitutiones continens Nouellas, Et Chartaceus *p.* 9. alius *p.* 12. Plures ſingulares Impp. Græcorum Nouellæ in diuerſis Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus occurrunt.

† Sic in Bibliothecæ Cæſareæ Codice apud NESSELIVM p. 6. extat *Epitome Nouellarum Imp. Leonis Philoſophi ſeu Sapientis, cuius titulus & principium:* Ἐκλογὴ τῶν νεαρῶν Λέοντος τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως. Θεσπίζομεν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

## §. II.

*Libri Βασιλικῶν.*

Durauit hæc Iuris Iuſtinianei translatio vsque ad Baſilii Macedonis tempora. Hic enim circa annum C. 867. nouum quaſi Corpus Iuris ex omni Iure Iuſtinianeo fecit compilari, licet & librorum numero & titulis variet, neque iſti in leges, prout fit in Pandectis, ſint diſtincti, Hoc opus ad XL. libros vsque primum perduxit,* a Leone Philoſopho, eius filio & ſucceſſore,** ad LX. libros vsque fuit continuatum, & ſub nomine Βασιλικῶν publicatum. ***

Illud

Digitized by Google

Illud demum Conſtantinus Porphyrogenitus eius filius, poſt XL. annos circa annum 910. repetita prælectione purgauit, atque in meliorem ordinem redegit, **** quo Opere hodie vtimur, licet ad abolendam Iuſtiniani memoriam potius compoſitum eſſe videatur. ***** Manſit hoc Βασιλικῶν Opus fundamentum Iuris Græcorum, vſque ad finem Imperii Græcorum. Illud primum a Gentiano Herueto in latinam linguam translatum, prodiit mancum. ****** Perfectiorem tamen æque atque accuratiorem editionem, ex Bibliotheca Regia, auſpiciis Franciæ Cancellarii Petri Seguierii, vna cum latina interpretatione dedit CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS, *Pariſiis 1647. fol. VII. Vol.* Licet etiam hæc editio adhuc XIX. libris ſit mutila, cum integrum Corpus amplius non extet. Perierunt autem libri XIX. XXXI. vſque ad XXXVIII. XLIII. XLIV. a XLIX. vſque ad LX. Licet etiam hunc defectum ex Synopſi & Gloſſis ſupplere conatus fuerit Fabrottus. Huic vltimæ editioni addita quoque eſt IOSEPHI MARIÆ SVARESII *Notitia Baſilicorum*, quæ ad eandem Hiſtoriam & Græcorum facit Iurisprudentiam. Licet autem hoc Baſilicorum Opus ad decidendum in foro haut valeat, ad Iuris Iuſtinianei tamen textus emendandos reſtituendosque haut parum conducit, cum ſæpe Paraphraſin præbeat. †

* Ipſe Leo Philoſophus, Baſilii filius, in Nouella ſua prima Baſilio patri hoc corpus legum tribuit, dum ſub finem ſic ſcribit: *ſecundum reliquas vero ſcriptas, atque veteres, & quæ haud ita pridem a ſempiterna memoriæ patre noſtro atque nunc a nobis ſelecta aut lata ſunt.* Sic etiam ad Baſilii, patris Corpus Legum prouocat *Nov. LXXI. præſtantiſſimum illud æquiſſimumque patris noſtri ſempiternæ gloriæ Principis placitum, quanto videlicet a vicini finibus ſpatio abſtinere debeant, qui in locis, quos hactenus aratrum ſecauit, inue quibus vineæ conſtiterint, nouiter domus publicis muneribus aſſignandas ædificare velint: quoniam ab ipſo in legum Corpus,* (εἰς τὴν τῶν νόμων πολιτείαν) *tranſcriptum non eſt, legis auctoritate decorari oportere iudicauimus.* Sic etiam teſte SVARESIO, ipſe Baſilius in præfatione τῆς ἐπαναγωγῆς, cuius initium τὸ ἀξίωμα, narrat, vt τὰ ἐν πλάτει κείμενα πάντα, ſeu Διατάξεις Βασιλικὰς in libros quadraginta digeſſerit, tum ex illis repurgatis Epitomen in titulis quadraginta diſtributam expreſſerit, ſiue πρόχειρον. Item in prooemio ἐκλογῆς incipiente, ὁ δεσπότης, remittit ſtudioſos ad ἀνακάθαρσιν τοῦ πλάτους quam confecerat. Sic etiam Baſilio initia tribuit CEDRENVS Hiſt. *Compendio* p. 569. Ἀλλὰ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους, πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας ἰδών, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον προσφόρως ἐπανασώσασθαι ἔσπευσε καὶ τὴν μὲν τῶν ἀνῃρημένων ἀχρηστίαν περιελεῖν, τῶν δὲ κυρίων ἀνακαθᾶραι

τὸ

τὸ πλῆθος· οὐκ ἔσχε δὲ καιρὸν, προκαταληφθεὶς θανάτῳ. ἐξεπλήρωσε δὲ τὸ ἔργον Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, μετὰ ταῦτα. *Sed & ciuiles leges videns multum habere confuſionis atque obſcuritatis, operam dedit, vt iis conuenientem faceret medicinam. itaque abrogare inutiles, iiſque amputatis multitudinem bonarum expurgare intendit. Sed mors eius hoc inſtitutum intercepit, res a filio deinde perfecta eſt.*

** Patet hoc ex procemio Nouellarum Leonis & potiſſimum Nouella prima. In hac enim, poſtquam Iuſtinianum, partim ob collectionem Corporis Iuris laudaſſet, partim etiam, quod priorem Codicem euerterit, vituperaſſet, addit: *certe quidem cum vsque ad hodiernum diem nunc ex recentioribus ſanctionibus, nunc ex inſcriptis, & non aliunde quam quod multitudini placeant, authoritatem præ ſe ferentibus conſuetudinibus, permulta ab illo tempore innouata ſint: parum abeſt, quin res legalis prorſus turbata confuſaque ſit, & communis vita negotia ſurſum deorſum ſubſultim ferantur. Quapropter, quum ſi quid aliud, hoc certe, quod opitulatrice noſtra induſtria & cura neceſſario oriatur, dignum ſit tractatum inſuper & conſuetudinibus quæ ad rerum gubernationem deueniſſent, diligenter excuſſis legum inter ſe contradictionem ſuſtulimus; quidquid aduerſarium & ad præſentem rerum conſtitutionem rationemque illicitum eſſet, huic legalem authoritatem abrogantes: quæcunque vero conſuetudines non male neque noxie de rebus conſtituere viderentur, has non amplius inſcriptas & neglectas conſuetudines manere ſiuimus, ſed ad legis vim ac poteſtatem extulimus: alicubi autem & ad ſæuitiam quiddamque præfractius ſpectantem, ac ceu iuſtitiæ penitus oblitam legem, ad ſuum decentemque modum legibus debita cum æqualitate contraximus. His itaque hoc pacto diſpoſitis & conſtitutis, omnibus quibus iuſtitiæ trutina commiſſa ſunt, & magiſtratibus & iudicibus mandamus, vt quæ Leges ab Imperatoria noſtra maieſtate a legali ſolo exulare iuſſæ ſunt, has inutiles iudicantes, dehinc in omne æuum reiici ſinant: ſecundum reliquas vero ſcriptas, atque veteres, & quæ haud ita pridem a ſempiterna memoriæ patre noſtro atque nunc a nobis ſelectæ aut latæ ſunt, controuerſiis diiudicationes ſuppeditent, neminique poſthac ad aliquam a legali authoritate exterminatam iuris ſpeciem declinare, neque ad conſuetudinem quampiam, quæ accepta prærogatiua, pro eo quod conſuetudo eſſet ac diceretur, ad legis maieſtatem & honorem a potentia noſtra ſubuecta non ſit, recurrere permittatur.* SVARESIVS: *Leo Philoſophus Baſilio patri ſuccedens, inchoatum ab eodem Baſilio* διατάξεων Βασιλικῶν *volumen (Baſilicum vocant Græci) perfecit, vti Cedrenus aſſerit, operaque Sabbatii Protoſpatharii (vti Matthæus Blaſtares tradit, ex eoque Antonius Auguſtinus in Bibliotheca, libro de propr. nomin. π. & in* προλεγομένοις *ad Nouellas) promulgauit. hac Leonis* καθάρσει *Photius in procanone videtur vſus Gothofredo, anno a virginis partu circiter* 886. *a Leone concinnatos fuiſſe* Βασιλικῶν *libros, Michael Pſellus, Michael Attaliota, Harmenopulus, Balſamon, Blaſtares, & Cuiacius ſummo conſenſu teſtantur. Cuiacius lib. IX. obſ. X.* Sic autem CONSTANTINVS HARMENOPVLVS Libro primo *Manualis Iuris Tit. I. §. XI.* Τελευταῖος δὲ καὶ ὕστερος πάντων, Λέων ὁ σοφὸς, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, τὰ Δίγεστα, καὶ τοὺς Κώδικας, καὶ τῶν Ἰνστιτούτων πολλὰ, καὶ τὰς νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν ὁμοῦ, καὶ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ἑξήκοντα, τὴν λεγομένην ἑξηκοντάβιβλον, τελείως ἀπήρτισεν· ἣν καὶ εἰς τεύχη ἓξ διεμέρησε, τεῦχος ὀνομάσας ἕκαστον τῶν μειζόνων τμημάτων·

ὃ καὶ

τὸ καὶ πολλῶν βιβλίων ἐστὶ περιεκτικόν. *Vltimus vero omnium erat Leo Sapiens, inter Reges admodum celebris, qui Digeſta & Codices ex Inſtitutionibus multa & Nouellas in vnum colligens atque hoc opus libris abſoluens ſexaginta, dictum* ἑξηκοντάβιβλον *penitus perfecit. Idemque in ſex volumina diuiſit. Volumen vocans vnumquamque maiorum partium, quæ plures in ſe libros comprehendebat:* MATTHÆVS BLASTARES Τελευταῖος δὲ πάντων ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Λέων ὁ σοφὸς μίαν τὰ πάντα ποιησάμενος πραγματείαν διά τινος Σαββατίου πρωτοσπαθαρίου καὶ τα διέχοντα τῇ θέσει συνάψας, εἰς ἓν τάτε Δίγεστα καὶ τὸν Κώδικα, καὶ πολλὰ τῶν Ινστιτούτων, καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ Ιουστινιανοῦ Νεαρὰς ἐν βιβλίοις μὲν ἑξήκοντα, τεύχεσι δὲ ὠργάνωσεν ἕξ· πᾶν ἐναντίον καὶ χρῆσιν οὐ παρεχόμενον ἐν τοῖς πράγμασιν ἀποκρίνας τε καὶ ὑπεξελών, διὰ τὸ ὡς εἰκὸς πολλὰ τῶν ἀρχαίων νομοθετημάτων παραδοκιμασθῆναι τοῖς ὕστεροις. ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκλεγέντων τῆς συνθήκην τῆς φράσεως μηδὲν περιττὸν ἔλειν καὶ παρέλκων ἐφρόντισεν· ἔπειτα τὰ ἀνὰ μέρος καὶ διεσπαρμένως περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος εἰρημένα εἰς μίαν κατέστησε τίτλου περιοχήν. *Vltimus vero omnium, inter Reges admodum celebris erat Leo Sapiens negotium faciens maximum per Sabbatium Protoſpatharium & theſes hinc inde diſperſas in vnum congeſſit, Digeſta & Codicem, & multa ex Inſtitutis & Iuſtiniani Nouellas in libros ſexaginta, partes vero ſex diuiſit. Omnia quæ vſum non haberent, in negotiis plane reiiciens atque tollens, eo quod, vt decens erat, multis veterum legum derogatum fuerat per poſteriores. Ex iis vero quæ elegerat, nihil modum excedens vel ſimulatum inſeri curauit: Poſtea ea, quæ partim & ſparſim de obueniente negotio dicta, in vnam ſummam coëgit.*

*** SVARESIVS ſtatim ſub initium Notitiæ ſuæ: Libri Βασιλικῶν in ſex τεύχη, ſeu volumina diſtincti ſunt, indeque dicti ἑξάβιβλος & in libros ſexaginta ſubdiuiſi, indeque ἑξηκοντάβιβλος nuncupati.

**** SVARESIVS: *ſubſecutus Leonem Conſtantinus eius filius cognomento Porphyrogeneta reuocauit has* Βασιλικὰς *ſub incudem, & nouam* ἀνακάθαρσιν, *ſeu repetitam prælectionem emiſit in lucem, vt cum in vnum corpus quinquaginta trium locorum communium Hiſtoricos omnes colligi iuſſiſſet, non minus de Iuriſprudentia, quam de hiſtoria, quæ coniungendæ ſunt, bene mereretur, vt obſeruauit Caſaubonus in præf. ad Polybium. Vnde* Βασιλικῶν *auctor aſſertus fuit a Luitprando, atque a Gentiano Herveto. Hanc* ἀνακάθαρσιν *paſſim laudat Theodorus Balſamon.*

***** De hoc latius MARQV. FREHERVS *in Præfatione ad Ius Græco-Romanum.*

****** De his Editionibus ſic SVARESIVS: Βασιλικῶν *libros indicauit primus Viglius, qui in præfatione ad Inſtitutiones Theophili: Percurri, inquit, aliquando voluminis, quod* Βασιλικὸν *inſcribitur, bonam partem, quæ libros quinque continebat, & titulos ex Pandectis, Codice, atque Nouellis plus minus 90. Inter hos primus titulus eſt de Excuſat. Tutorum. Edidit Latine Gentianus Heruetus Lutetiæ 1557. Tomos duos; quos ab Antonio Auguſtino Romæ acceperat, & Franciſco Duareno communicarat,*

 *quibus.*

*quibusque libri 45. de ſucceſſionibus ab inteſtato, 46. de ſtatu hominum, & rerum diviſione, 47. de Donationibus, 48. de manumiſſionibus ſimul compacti, & ſeorſim ab his, ſimul tamen 28. 29. 30. de dotibus & nuptiis, quamuis mutili continentur, illi vero recuſi ſunt Hanouiæ 1590. Cuiacius Latine 60. librum de Iudiciis commiſit prælo hic 60. Hanouiæ quoque lucem vidit anno 1596. Ipſum autem relatum e Conſtantinopolitana legatione Iacobus Cambrayus dono dederat Iacobo Cuiacio, qui profitetur id beneficium in præfatione commentarii ad tit. κ π' de excuſat. Tutor. & cap. 40. l. 16. obſeruationum iuris, promiſerat Cuiacius 38. 39. 40. 41. & 42. libros, quos beneficio Viglii ſibi commendatos (cum Viglius Hoppero dediſſet, Hopperus rogatu Giſanii miſiſſet vtendos Cuiacio) tunc in manibus fuiſſe teſtatur, refertque Giſanius in vita Iuſtiniani; quin & 28. 29. & a 45. emendatiores. Sed Cuiacium mors præuenit, eiusque præclaros conatus interrupit: emiſit igitur ex autographo Cuiacii Carolus Labbæus libros 38. & 39. in lucem Pariſiis 1609. vt e 60. libris editos vtcumque habeamus Latine decem, nempe ſeptem Herueti, munere vero Cuiacii tres. Giſanius addit, ſe accepiſſe Cuiacium totum Corpus Βασιλικῶν nactum eſſe cum ſcholiis Græcorum Interpretum. Broeus in Chronologia Iuris famam eſſe ſcribit, libros Baſilici reliquos penes Cuiacium fuiſſe, illoque demortuo perueniſſe ad Petrum Fabrum Sanioranum Præſidem Tholoſanum, cuius heredes Theſaurum illum cuſtodiunt, vt didici ex litteris Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Toloſani. nec ipſe Cuiacius diffitetur in ſupradicta præfatione ad tit. κ π. de excuſat. Tutor. In præfatione autem lib. 60. ait, ſe Leonis ἑξηκοντάβιβλον, omnem pene euoluiſſe, cuius poſtremum librum emitteret. Antonius Auguſtinus inter libros Græcos MSS. Bibliothecæ ſuæ publice notum voluit ſe Βασιλικῶν habere libros duos, VII. acephalum, & VIII. integrum Codicibus 177. & 178. item alios duos imperfectos 28. & 29. Codice 179. item quatuor alios. 45. 46. 47. 48. Codice 180. cum Scholiis incerti, & Theodori, Thalelai, Dorothei, Cyrilli, & alterius anonymi interpretationibus. Inſuper Βασιλικῶν ſexaginta librorum Decadem primam a Theodoro Hermopolita Scholiis illuſtratam, atque Codicem titulorum omnium Βασιλικῶν, cuiusmodi habeo domi, & proœmium quoque.*

† IACOBVS GOTHOFREDVS in appendice ad Philoſtorgii Cappadocis Hiſtoriam Eccleſiaſticam diſſ. poſter. ad l. 8 C. de Teſtamentis p. 44. *Illud ſtudioſos Iuris monere operæ pretium puto, haud vilem equidem Græcorum Interpretum auctoritatem eſſe, & inter alia quidem ad ſtabiliendam ſæpe veram Legis lectionem, atque in componendis inter ſe Iuris textibus, ſuique ſeculi Iuriſprudentia indicanda: non tantum tamen haberi oportere, vt in explorando genuino Legum Romanarum, qui controuerſus eſſe poteſt, ſenſu, horum ſententiæ protinus, ſeu ἀβασανίστως ϗ ἀνεξετάστως adhæreſcendum putemus. Nam, vt Iuriſprudentiæ Romanæ dignitas omnis ipſorum æuo iam conciderat, certe non illi hodie eſſe poſſunt, quos hac parte arbitros vnos tuto adeas, quosque pro fundo ſeu fundamento in huiuscemodi dubiis quæſtionibus habeas; quando & Imperii Romani, veteris illius, neque vola iam, neque veſtigium ferme eo tempore amplius exſtabat, verborumque ad Ius pertinentium ſignificationem exploratam ipſi non ſemper habuere, imo vim ſermonis Latini ne aſſequerentur quidem ſæpe: absque quo tamen nemo vnquam genuinum Legum ſenſum aſſequi ſe poſſe ſperat: Quare optimum quod meſoxumum.*

§. III. Dum

## §. III.

Dum igitur fundamentum hoc eſſet Iuris Græci, plures etiam apud eosdem exorti fuerunt Iureconſulti, qui Commentariis ſuis hoc Opus illuſtrarent, vel Gloſſas & Paraphraſes ederent. Inter hos vero numerantur Nicæus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus Dux, ſeu ProConſul, Sextus, Leo, Domninus, Ioannes forte priſcus Nouellarum gloſſator, Hagiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Garidas, Beſtes, Theophilitzes, Patzus, Phobenus, Demetrius Chartophylax.* Plures adhuc nominantur a Cuiacio, qui tamen Βασιλικῶν ætatem anteceſſiſſe videntur, prout Suareſius notauit.** *Gloſſæ in libros Βασιλικῶν.*

* Indicauit hoſce SVARESIVS ſub finem Notitiæ ſuæ.

** Meretur, vt SVARESIVM de hoc audiamus loquentem, quem eo lubentius ſequimur, cum iſte ex Scriptoribus Iuris Græci, pleraque accuratius examinauerit. Sic autem iſte: *in hoſce* Βασιλικῶν *libros ſcripſere commentarios, gloſſas*, παραπόμπας, & παραγραφὰς ἔσωθεν, *quæ interlineares*, ἔξωθεν *quæ marginales, vnde dignoſci poſſunt* Βασιλικά, *plerique Iuriſconſulti, e quibus Cuiacius recenſet Stephanum, Nicæum, Thalelæum, Iſidorum, Euſtathium, Eudoxium, Calocyrum, Sextum, Calliſtratum, Leonem, Phocam, Modeſtinum, Domninum, Gobidam, Chumnum Ioannem, Hagiotheodoretum, Doxapatrum, Gregorium, Garidam, Beſtem, Baphium, & Theophilum, addit Freberus Patzum, Theophilitzen, Phobenum, Theodorum Hermopolitem, Demetrium Chartophylacem, quos, (inquit) enumeratos ſufficit, quia certo ſciri nequit, quibus annis vixerunt ſinguli. Anonymum præterea Cuiacius vult eſſe incertum interpretem. Baſilicum contextum ipſum* Βασιλικῶν. *Enantiophanem coacernationem pugnantium inter ſe, &* ἀντινομιῶν, *cuius forſitan auctor Photius, qui fatetur in Nomocanone ſe librum ſcripſiſſe* περὶ ἐναντιοφανῶν, *quem imitati ſunt Gilbertus Regius editis libris duobus* ἐναντιοφανῶν *Antwerpiæ* 1564. *& Iulius Pacius Centuriis ſeptem Lugduni* 1606. *& Hanouiæ* 1605. *quamuis* Βασιλικῶν *Conditores hiſce nominibus vtantur quaſi propriis, ſicut & Indicio qui Cuiacio videtur* πλάτος τῶν νομων *late diffuſum a Dorotheo, & Cyrilli concinnatum, quamuis vſitatior ſit Dorotheus, vt animaduertit Cuiacius cap.* 39. *libri* 24. *obſeruat. Iuris. exſtabat hoc* πλάτος *æuo Theodori Balſamonis: namque is illud contulit cum recentioribus interpretibus Græcis. Dionyſius Gothofredus in præfatione ad libros* Βασιλικῶν *Herueti, & Cuiacii ex titulo* 48. *libri* 60. *& ex Græcis ad l.* 5. *de plagiariis, Interpretes fuiſſe tres putat, Indicem religioſum in vertendis Latinis vocibus, Baſilicum largiorem, Baphium Conſtantino Porphyrogenetæ alterum Tribonianum, multaque adiungentem. Laudatus &* παλαιὸς, *aliis* παλαιὸν, *quem Interpretem antiquum Digeſtorum, Codicis, Inſtitutionum ætate Iuſtiniani vixiſſe, eiusque permiſſu vertiſſe* κατὰ πόδα *libros ſupra ſcriptos Gothofredus cenſet, adiiciens illum ſubſequutos Cyrillum in Digeſtis, in Codice Theodorum. Cuiacius mauult alios* τὸ κατὰ πόδα, *alios* τὸ παλαιὸν *condidiſſe veſtigiis Latini textus inhærentes, huic* παλαιῷ τὸ πλάτος νόμων *adſcribit Gothofredus. Rurſus notat*

*Cuiacius Græcis non fuiſſe ſatis habere textum Digeſtorum, & Codicis Græcum compendioſiorem, qui* Βασιλικῶν *nomen obtineret, item alium auctoris incerti, & Cyrilli in Digeſta, Theodorique in Codicem breuia argumenta, niſi fuiſſent aliis cumulati, in Baſilicis quoque laudari obſeruat Nomophylacem quemdam, & Romani* πεῖραν*, vulgo Praxin, &* Κωδικευτὴν*, de quo ſuperius. Vt ſententiam meam ingenue promam, quosnam deſignent Innominatus, ſeu Anonymus, Enantiophanes, & Baſilicus, recte indicauit Cuiacius, etſi Baſilici Sophiſtæ Suidas meminerit; in Baphii, & Indicis expoſitione, ab eo æque, ac a Gothofredo diſſentio, nam Indicem opinor fuiſſe Elenchum rerum ac vocum, quæ continentur in Baſilicis, cuius fragmentum puto eſſe gloſſas, quas Carolus Labbæus edidit Pariſ.* 1606. *& plura exempla extant in Bibliotheca Antonii Auguſtini, Regis Chriſtianiſſimi, & Vaticana. Baphium expono Iuriſconſultum illum, qui rubricas explanauit, ſeu titulos illuſtrauit Notis: nam ex veteri modo Iuriſconſulti ſuorum librorum titulos minio pingebant. Vnde Maſuri rubrica, & rubræ maſorum leges a Poëtis decantantur. hos Iuriſconſultos imitati quoque ſunt Græci cum* διὰ κινναβάρεως *ſcriberent, & Imperatores cum ſubſcriptione* ἐρυθροβάφῳ *vterentur.* Παλαιὸς *antiquus mihi quoque videtur Interpres, nempe Stephanus Pandectarum, & Thalelæus Codicis ex Blaſtare,* κατὰ πόδα *interpres verbis inhærens, & in ea veluti iurans. Thalelæus cum ævo Iuſtiniani floruerit, vt ſuperius dictum eſt, falſo inter Iuriſconſultos qui ſcripſerunt in* Βασιλικὰς *accenſetur, ſicut & Stephanus, Iſidorus, Theodorus, Theophilus, Phocas, cum Stephanus iuſſu Iuſtiniani Græcis Digeſtis inſudarit, Theodorus, & Iſidorus duo e XVII. viris qui Latinis Digeſtis conſuendis præfuerunt, & Codici præterea Græco, Theophilus Græcis Inſtitutionibus, Phocas vnus e X. viris, qui laborarent in Codice Latino, extiterint. Notiſſimum eſt, Calliſtratum, & Modeſtinum antiquiores ipſo Iuſtiniano fuiſſe. Itaque niſi quis oſtendat alios ab his eſſe, ſed cognomines, illi potius erunt collocandi inter Iuriſconſultos, quorum e Commentariis* Βασιλικαὶ *fuerunt compilatæ.*

## §. IV.

*Compendia & Synopſes Iuris Græci.*

Ex magno autem hoc Opere varia contracta fuerunt Compendia, quæ inſtar eſſent Inſtitutionum. Tale *πρόχειρον νόμων* ſiue *Promptuarium Legum* ipſe Conſtantinus fieri fecit, quod tamen varie fuit interpolatum. * Alius eſt *Delectus Legum compendiarius*, a Leone Philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito compoſitus, atque in titulos viginti octo diuiſus. ** Sic etiam *Ecloga Baſilicorum*, quam Io. Sambucus Tarenti apud Calabros reperit, & cum verſione latina Io. Leunclauius edidit, cuius auctorem eſſe volunt Romanum Iuniorem Lacapenum. *** In hanc Synopſin obſeruationes edidit atque emendationes Carolus Labbæus. **** Alia Baſilicorum Synopſis extat Michaelis Attaliotæ, cui titulus eſt præfixus, *ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικόν*, quæ iuſſu Michaelis Ducæ a. 1077. conſcripta. ***** Eodem fere tempore Michael Pſellus politicis verſibus legum *ſynopſin* contexuit. ******

Con-

Conſtantinus etiam Harmenopulus anno 1143. *promptuarium Iuris* edidit. ******* Antonius quoque Auguſtinus Antiochi Balſamonis *Prochirum* † & Ioſephi Tenedii πρόχειρον βασιλικῶν κατὰ στοιχεῖον & Indicem βασιλικῶν κατὰ στοιχεῖον ſiue ſecundum Alphabethum commendat. †† A quo diſtinctum *Alphabethum Legale*, ſiue Baſilicorum Synopſis minor τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον. ††† Secutæ fuerunt variæ Gloſſæ †††† & Paratitla. ††††† Demum ad Ius Græcum etiam ſpectat Euſtathii Anteceſſoris Conſtantinopolitani liber περὶ χρονικῶν διαστημάτων *de interuallis temporalibus temporum ſiue diuerſis præſcriptionibus* a momento vſque ad centum annos, quem partim ad Baſilicorum Libros accommodauit. †††††† Hæc & ſimilia Scripta a Io. Leunclauio & Marquardo Frehero Iuri Græco Romano videmus inſerta. †††††††

* Reperitur illud in Bibliotheca Cæſarea, de quo PET. LAMBECIVS *lib. V. p. 162. & lib VI. p. 24. 25. Proœmium Abbreuiationis & Correctionis Iuris Iuſtinianei, ab Imperatore Baſilio Macedone & filiis ipſius Conſtantino & Leone Philoſopho promulgata menſe Martio Indictionis nonæ, anno Mundi* 6384. *ſiue anno Chriſti* 876; *quod ibi inſcribitur, atque incipit hoc modo,* ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συνόμῳ γενομένη παρὰ Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν φιλευσεβῶν ἡμῶν Βασιλέων, ἀπό τε τῶν Ινστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ κώδηκος, καὶ τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ Διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον, ἐκτεθεῖσα ἐν μηνὶ Μαρτίῳ ἐπινεμήσεως θ' ἔτους ςτπδ'. Ὁ δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων Θεὸς ἡμῶν *&c. Exſtat quidem hic liber in* IOANNIS LEVNCLAVII & MARQVARDI FREHERI *Iuris Græco-Romani Tomo primo a pag. 79. vsque ad pag. 130. ſed valde mendoſe ac mutile, conſtatque ibi tantum Titulis viginti octo, nec appellatur Liber Baſilii, Conſtantini & Leonis, ſed imperfecte & præpoſtere Liber Leonis & Conſtantini. Ibidem quoque perperam legitur, Librum hunc promulgatum eſſe anno Mundi* ςτμζ', *hoc eſt,* 6347. *ſiue anno Chriſti* 838. *ſeu potius* 839, *cum reuera legendum ſit* ςτπδ' *hoc eſt,* 6384. *ſiue anno Chriſti* 878. *currente Indictione nona, Imperatoris autem Baſilii Macedonis anno decimo, quippe qui poſt interitum Imp. Michaelis Methiſtæ imperare capit A. C.* 867. Huius etiam mentionem facit IACOBVS CVIACIVS *Obſerv. lib. VI. c. IX.* licet illud LX. Titulis conſtare dicat. Idem habet DAN. NESSELIVS *Catal. Bibl. Cæſ. p.* 396. qui etiam alium eiusdem Prochiri II. Codicem *p.* 10. adlegat, cuius, (ipſius verbis loquor) inſcriptio generalis cum principio talis: Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ιησοῦ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Αὐτοκράτορες καίσαρες Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, εὐτυχεῖς, ἔνδοξοι, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, ἀεὶ σεβαστοὶ, πιστοὶ Αὔγουστοι Τὸν μέγαν φύσει καὶ ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ιησοῦν χριστὸν διὰ παντὸς ἐπικαλούμενοι, σπουδὴν ἐμμελῆ &c. Finito hoc proœmio, ſequitur Index Titulorum quadraginta, hoc modo: Πίναξ τοῦ Προχείρου νόμου. Τίτλος α' περὶ συναινέσεως μνηστείας. Τίτλος β' περὶ ἀρραβώνων μνηστείας &c. Tale etiam in Codice tertio occurrit *pag.* 13. in Codice ſeptimo *p.* 18. in Codice decimo quinto *p.* 32. & in Codice decimo octa-

vo p. 34. De hoc Prochiro ſic loquitur Suareſius : *etenim Baſilius idem Macedo cum filiis ſuis Leone & Conſtantino, ſiue Alexandro* πρόχειρον *edidit* τῶν νόμων *quod titulis quadraginta, ſeu ſexaginta conſtabat, & extabat modo ſub Leonis Imperatoris: modo Leonis & Alexandri, ſiue Conſtantini; modo Baſilii, Leonis & Conſtantini nominibus, & diuerſis præfationibus in Bibliotheca Palatina, vt adnotauit Marquardus Freherus in Chronologia Iuris, at nunc reperitur in Vaticana in Codice Palatino ſignato numero 223. cui titulus eſt,* ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου σὺν θεῷ ἐμφανεστέρου ἀπὸ Βασιλείου, καὶ Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν Βασιλέων, *cuius præfatio incipit,* τὸ ἀξίωμα, *& in quo tituli quadraginta continentur. Eodem in Codice aliud eſt inſcriptum,* ἐκλογὴ τῶν νόμων καὶ ἐπιδιόρθωσις ἐκτεθεῖσα ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἔτει ςτμζ' *hoc eſt 6347. a Chriſto nato 838.* τῷ μηνὶ Μαρτίῳ ἰνδ. θ'. *præfixis nominibus Leonis & Conſtantini, cuius proœmium incboatur a voce* ὁ δεσπότης. *eſt vero ſimillimum illi, quod editum fuit a Leunclauio Tomo II. Iuris Græco-Romani ex membranis Sambuci cum præfatione deprompta e Codice Bibliothecæ Palatinæ Septemuiralis, iſto (vt opinor) in quo cum ſint quadraginta duo tituli, tamen in edito viginti octo tantum leguntur. Præterea in Vaticana Codice notato numero 856. videre eſt,* ἐκλογὴν *cum eadem epigraphe, niſi quod Baſilii quoque nomen inſcriptum eſt, ſed titulos quadraginta complectitur, & alia eſt præfatio cuius exordium* τὸ μέγαν, *quæque præponitur exemplaribus* τοῦ ἐγχειριδίου, *ſiue* προχείρου *(quæ ſunt in forma Enchiridii, & circumferuntur ſub nominibus Leonis, & Conſtantini, Vaticano notato numero 857. & Palatino notato num. 196. quorum primus titulus eſt* περὶ νόμων, *ſicut in Codice Palatino notato num. 223. at in Vaticano notato num. 856.* ἐκλογῆς *prior titulus eſt,* περὶ συναινέσεως μνηστείας. *Atque hoc Baſilii* πρόχειρον *illud eſt, quod dicitur Harmenopulo, cum tamen Harmenopulus ipſe in præfatione Hexabibli diſerte profiteatur illius auctores* τοὺς περὶ Βασίλειον, Κωνσταντῖνον Λέοντα, *& illud titulos tantum quadraginta contineat, vt adnotauit Cuiacius. Harmenopuli vero prochirum longe plures, ex illo namque decerpſit Harmenopulus, maximamque partem redegit in ſuum, aliaque ex Romano, & Coſma magiſtro ſubiunxit vt idem fatetur.*

** PETRUS LAMBECIUS *libro VI. Comment.* & DAN. NESSELIUS Cat. p. II. p. 8. In Bibliotheca Cæſarea Codicem reperiri dicunt, hoc titulo: *Delectus compendiarius compoſitus ab Imp. Leone Philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito, & in titulos viginti octo diuiſus, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo:* περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς. Τίτλος α'. κεφάλαιον α'. Συνίστανται μνηστεῖαι χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου. Alium eiuſdem Codicem exhibet p. 12. cuius titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν Βασιλέων. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῆς νεαρᾶς νομοθεσίας. Τίτλος α'. περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς. κεφάλαιον α'. Συνίστανται μνηστεῖαι χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου. *Vltimus Titulus inſcribitur* περὶ διαμερισμοῦ σκύλων, *ſiue de diuidendis ſpoliis.* Alium exhibet p. 10. qui tamen mancus eſt, & tredecim tantum Titulis conſtat.

*** De

Digitized by Google

*** De hoc IACOBVS CVIACIVS *lib. XVIII. Obſerv. c. XXXVII. Baſilicorum* Extat hæc Ecloga & Synopſis Βασιλικῶν in Bibliotheca Cæſarea, Codice membranaceo deſcripta apud Lambecium *libro ſexto*, & Neſſelium *p. II. p.* 9. cuius Inſcriptio talis eſt: ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων, καὶ ἐν πεντήκοντα τίτλοις διηρμοσμένων, ἀπό τε τοῦ δυοδεκαδέλτου τῶν Διγέστων Ἰουστινιανοῦ, καὶ Ἰνστιτούτων καὶ τῶν καλουμένων Νεαρῶν σὺν τῷ ἐκλογῆς τοῦ ἐγχειριδίου *Ecloge Legum compendiaria, in Titulos quinquaginta diuiſa, & primo Imp. Romani Senioris anno Imperii edita.*

**** Titulus libri eſt: CAROLI LABBÆI *Obſeruationes & Emendationes in Synopſim Baſilicῶν Pariſiis* 1606. 8. In Præfatione potiſſimum emendationes ex MStis contra aliorum calumnias defendit, in quo verbis vtitur: *Conſtat igitur ſententia veterum, quod Caſſiodorus ex ſenatore Abbas Cœnobii Rauennatenſis factus, olim dixit, Iſtud genus emendationis, vt arbitror, valde pulcherrimum eſt: & doctiſſimorum hominum negotium glorioſum. Nec ſolos veteres ſic exiſtimaſſe veriſſimum eſt, recentes namque doctores in ipſa barbarie idem ſenſiſſe, ſummamque fiduciam in libris MSS. & veteribus habuiſſe, vnicuique manifeſtum eſt. Quis ſiquidem ignorat Bartolum tradente ſibi inuicem poſteritate, cum eſſet ei cum Peruſino Baldo magna de re contentio, & de cuiusdam capitis ſcriptura dubitaretur, Piſas miſiſſe, vt Etruſcæ Pandectæ vera vetuſtatis & fidei ſpectatæ libri conſulerentur? Quis neſcit Accurſium in Gloſſis harum Pandectarum lectionem ſæpe vetuliſſe? Sic in tanta ſcientiarum caligine, Accurſius, Bartolus, & alii hanc veram opinionem ſeruauerunt, quid in hac luce literarum ſibi volunt, iſti nebulones* φαγολοίδοροι, ἰαμβοφάγοι, *dum eam oppugnant, lucemque hanc obumbrare conantur? Faceſſant igitur hac Arcadiæ pecuariæ, & recedere deſinant; cumque illis diſpliceat fontis vnda puriſſimi, cœnoſos riuulos bibant.* In ipſis vero obſeruationibus multa loca reſtituuntur, plurimæ Lacunæ replentur, quædam capita nunc primum in lucem proferuntur: quædam etiam Leges Digeſtorum & Codicis rationibus illuſtrantur. Additæ ſunt Conſtitutiones Impp. Græco-Latinæ X. multis in locis auctiores & emendatiores, quam antea a Cuiacio, Bonefidio & Leunclauio editæ, vna cum veteribus Gloſſis verborum Iuris, quæ paſſim in Baſilicis reperiuntur, atque ex MS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis prodeunt.

***** De hoc SVARESIVS: *ante Harmenopulum anno* θεογονίας 1071. *ſeu* 1077. *Michael Attaliota Iudex, &* ἀνθύπατος *ſcripſit prochirum, quod* πόνημα, *ſeu* πραγματικὴ *nominatur, quodque Leunclauius edidit Græce & Latine Tomo 2. Iuris Græco-Romani, cum iam indicaſſet lib. 2. Notatorum in paratitla; extat exaratum calamo in Vaticana codicibus 640. & 856.* De eodem LAMBECIVS *lib. VI. p.* 20. & NESSELIVS *p. II. p.* 10. *Michaelis Attaliotæ, Iudicis & Proconſulis ſynopſis Legum ad Imp. Michaëlem Ducam, cuius Procemium ſine vlla Inſcriptione incipit his verbis:* Μέλλων, ὦ θειότατε βασιλεῦ, κατὰ τὸ ἐπιτετραμμένον μοι. ἐκ πολλῶν καὶ ἀπείρων τῶν ἄνοθεν διαταγμάτων καὶ συγγραμμάτων ἰδικήν τινα &c. *Exſtat quidem hæc Synopſis in Iure Græco-Romano, a Ioanne Leunclauio collecto, & in latinum ſermonem tranſlato, a Marquardo autem Frihero edito, Tomo II. a pag. 1. vsque ad pag. 79. ſed diſcrepat editio illa impreſſa multifariam ab hoc manuſcripto exemplar Cæſareo, eiusque adminiculo valde poteſt emendari ac ſuppleri.*

****** SVA-

****** SVARESIVS: *eodem fere tempore Michael Pſellus politicis verſibus Legum ſynopſin contexuit. Habetur illa in Bibliotheca Vaticana, codice* 845. *&* *Palatina Cod.* 316. *& Conſtantinopolitana, in Laurentiana Florentinarum nobiliſſima, ſe vidiſſe teſtatur Antonius Auguſtinus, qui eum non magni facit libro* 4. *emendationum cap.* 3. NESSELIVS *p. II. p.* 28. *Michaelis Pſelli Synopſis Legum verſibus politicis compoſita iuſſu Imp. Michaelis Ducæ; cuius titulus & principium* τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ ψελλοῦ Σύνοψις ἐπίτομος τῶν νομικῶν κεφαλαίων γεγονυῖα ἐξ ἐπιτάγματος τοῦ ἁγίου βασιλέως, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα.

Πολὺ μὲν δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου,
Εν πλάτει δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει.

******* De hoc NESSELIVS *p. II. p.* 15. *Conſtantini Harmenopuli Prochiron Legum, ſiue Promptuarium Iuris, cuius inſcriptio generalis, & principium:* Αρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ προχείρου τῶν Νόμων. τοῦ Εξαβίβλου. Βιβλίον ά τίτλος ά κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ὅτε μοναρχίαι ἦσαν βασιλικαὶ &c. *Sequuntur deinde etiam ibi quatuor alii Tituli ſeparati, quorum primus* περὶ ἀξιωμάτων, *ſiue de Dignitatibus, cuius Principium* Ἀπὸ πατρικίων ἕως Ἰλλουστρίων. Et *p.* 26. *Conſtantini Harmenopuli, Nomophylacis & Iudicis Theſſalonicenſis, Prochiron Legum; ſiue Promptuarium Iuris, in Libros ſex diuiſum, idcoque vulgo appellatum* Ἑξάβιβλος. *Ipſa tituli verba græca cum principio Protheoriæ ſiue Proœmii ſunt hæc:* Πρόχειρον νόμων, τὸ λεγόμενον, ἡ Ἑξάβιβλος, συναθροισθὲν πάνθοθεν κατ᾽ ἐκλογὴν, κατ᾽ ἐπιτομὴν οὕτω συντεθὲν παρὰ τοῦ πανσεβάστου Σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου Προθεωρία. Βιβλίον νόμων πάλαι πεποίηται τοῖς περὶ τὸν Βασίλειον, καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα τοὺς εὐσεβεστάτους Βασιλέας, Πρόχειρον οὕτω καλούμενον, &c. *Præcedit autem hoc Proœmium peculiaris ac ſeparata quædam exhortatio ad Iudices; cuius titulus & principium:* Κριτῶν προκατάστασις, ἢ περὶ δικαιοσύνης· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ τὸ βιβλίον συντεταχότος. Ὁ κρίνειν λαχὼν &c. *Item Sententia condemnatoria contra Iudices ab Imperatoribus Leone Philoſopho & fratre eius Alexandro pronunciata, quæ inſcribitur atque incipit: hoc modo:* Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα πρὸς τοὺς κριτὰς ὑπὸ τῶν πανευσεβῶν Βασιλέων Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου. Οἴμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων &c. *Libri autem ſexti titulus vltimus deſinit his verbis:* καὶ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ ἱκανὸν καὶ κοινωνῷ συνελαύνεται. *Sequuntur deinde alii quatuor tituli ſeparati, quorum inſcriptio generalis:* ἕτεροι τίτλοι διάφοροι. *Primus autem eorum ſpeciatim incipit hoc modo:* Περὶ ἀξιωμάτων τίτλος ά Ἀπὸ Πατρικίων ἕως Ἰλλουστρίων &c. *In fine demum horum quatuor titulorum exſtat hæc totius Promptuarii ſubſcriptio:* Τέλος πάσης τῆς Ἑξαβίβλου. *Digniſſimum profecto eſt hoc exemplar manuſcriptum, vt Dionyſii Gothofredi editio impreſſa græco-latina accurate cum eo conferatur.* SVARESIVS: *Harmenopuli prochirum conſcriptum fuit anno a Chriſto nato* 1143. *euulgatum Græce Pariſiis anno* 1540. *ab Adamo Suallembergo, Latine a Bernardo*

*Rey*

*Rey* 1547. *&* 1549. *Rurſus Latine a Mercero Lugduni* 1556. *demum Græce Latineque ſimul a Dionyſio Gothofredo. Extat manuſcriptum in Vaticana* 848. 849. 850. 851. *&* *Palat.* 256. 369.

† SVARESIVS: *Antiochi Balſamonis prochirum ſimile prochiro Michaelis Attaliota, & illi quod Baſilio, Leoni, & Conſtantino tribuitur, recenſet in ſua Bibliotheca idem Antonius Auguſtinus Codice* 188. *videturque cum Pſelli opere confundere in voce* πανδέκτης *de propriis nominibus pandectarum.*

†† SVARESIVS: *Laudat idem Auguſtinus in Notis ad Nouellas* πρόχειρον Βασιλικῶν κτ̅ στοιχεῖον *Ioſephi Tenedii, & Indicem* Βασιλικῶν κτ̅ στοιχεῖον, *cuius ea eſſe ſufficere exemplaria, quæ ſeruantur in Vatican. Codicibus* 852. 854. *&* *Palatin. Cod.* 222. *præcipue in Codice inſcripto* Τιπούκειτος χρόνος, *& Vlpianus quidem Tyrius alius a Iuriſconſulto, ſi Caſauboni ſententiam cap.* 2. *animaduerſ. in Athenæum ſequamur, vel ipſemet Iuriſconſultus, ſi Cuiacio fidem adhibeamus c.* 39. *lib.* 24. *obſervationum Iur. ab Athenæo in libris dipnoſophiſtarum non tantum* ὀνοματοθήρης, *ſed etiam* κειτούκειτος *vocatus fuit, quod in epulis nihil guſtaret cibi, quin potius rogaſſet* εἰ κεῖται, *ſeu* οὐ κεῖται; *ſiue* ὅπου κεῖται *eius appellatio. Nunc Indicem vulgo dici ius Alphabeticum notat ipſe Antonius Auguſtinus in ſua Bibliotheca Codicib.* 181. 182. 187. *Carolus Labbæus* νόμιμον κτ̅ στοιχεῖον *vocat, & gloſſas poſt illud inuentas publicauit. Cuiacius* ἐκλογὴν, καὶ Σύνοψιν τ̃ Βασιλικῶν ξ̅ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κτ̅ στοιχεῖον *ſibi dono datum a Iacobo Cambrayo, qui retulerat illam e legatione Conſtantinopolitana, teſtatur in præfatione ad titulum* π. *de excuſat. Tutorum.* In Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, ſecundum LAMBECIVM *lib. VI. p.* 4. & NESSELIVM *p. II. p.* 1. primus Codex Iuridicus Græcus hanc Synopſin continet, de qua NESSELIVS: *Baſilicorum Ecloga & Synopſis, in Titulos trecentos quadraginta octo, ordine alphabetico diſpoſitis, diuiſæ; ita nempe vt litera* A. *comprehendat Titulos ſeptuaginta vnum, quorum primus eſt* περὶ Ἀγγαρειῶν καὶ παραγγαρειῶν, *ſiue de Angariis & Parangariis, &c. litera* B. *Titulos ſeptem, quorum primus* περὶ Βαθμῶν συγγενείας, *ſiue de Gradibus cognationis; litera* Γ. *Titulos nouem quorum primus* περὶ γάμων νομίμων, *ſiue de Nuptiis legitimis &c. litera* Δ *Titulos quadraginta quatuor, quorum primus* περὶ Δαπανημάτων ἐν πράγματι ἀλλοτρίῳ γινομένων, *ſiue, de Sumptibus in re aliena factis; litera* E *Titulos quadraginta duos, quorum primus* περὶ Ἐγγυητῶν, *ſiue de Fideiuſſoribus; litera* Z *Titulos duos, quorum primus* περὶ Ζημιούντων ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, *ſiue, de Hominibus & brutis animalibus; damnum pauperiemue facientibus, &c. litera* H *Titulum vnicum* περὶ Ἡμερῶν ἀπράκτων, *ſiue de Diebus feriatis, &c. litera* Θ *Titulos tres, quorum primus* περὶ Θεάτρων καὶ θυμελικῶν, *ſiue de Sacis; litera* K. *Titulos viginti octo, quorum primus* περὶ κακοτρόπων, *ſiue, de Impoſtoribus &c. litera* Λ *Titulos quinque, quorum primus* περὶ τ̃ λάθρα, *ſiue, de iis, quæ clam; litera* M. *titulos nouendecim, quorum primus* περὶ Μαθηματικῶν, *ſiue de Mathematicis, litera* N *Titulos ſeptem, quorum primus* περὶ Ναυτικῶν ἐνοχῶν, *ſiue, de Nauticis Obligationibus,*

 *litera*

Digitized by Google

*litera* Ξ *Titulum vnicum* περὶ τοῦ Ξενῶνος τοῦ ὁσίου Σαμψών, *ſiue, de Hoſpitali S. Xenonis; litera* Ο *Titulos nouem, quorum primus* περὶ Ὁδοῦ δημοσίας τε καὶ ἀγροικικῆς καὶ ἰδιωτικῆς, καὶ πλατείας, *de Via publica, ruſtica priuata, & lata; litera* Π *Titulos triginta ſeptem, quorum primus* περὶ Παιδῶν φυσικῶν ἤτοι νόθων, *ſiue, de Liberis naturalibus ſeu nothis, &c. litera* Ρ *Titulos duos, quorum primus* περὶ Ῥημάτων σημασίας, *ſiue de Verborum ſignificatione; litera* Σ *Titulos duodecim, quorum primus* περὶ Σταυροῦ τιμίου, *ſiue, de Venerabili Cruce; litera* Τ. *Titulos tredecim, quorum primus* περὶ Ταβουλαρίων, *ſiue, de Tabulariis; litera* Υ *Titulos quindecim, quorum primus* περὶ Ὕβρεων, *ſiue, de Iniuriis; litera* Φ *Titulos nouem, quorum primus* περὶ Φαλκιδίου, *ſiue, de Falcidia; litera* Χ *Titulos quatuor, quorum primus* περὶ Χηρῶν, *ſiue, de Viduis; litera* Ψ *Titulos tres, quorum primus* περὶ Ψευδομαρτύρων, *ſiue, de falſis teſtibus; litera* Ω *Titulum vnicum* περὶ Ὡρειαρίων, *ſiue de Horreariis. Omnibus autem hiſce Titulis reſpectu dignitatis ſeu excellentiæ extra ordinem alphabeticum & ſine numero præfixus eſt Titulus* περὶ τῆς ὀρθοδόξου Πίστεως τῶν χριστιανῶν, καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾷν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν, *hoc eſt, de orthodoxa Chriſtianorum Fide, & vt nemo de ea publice contendere audeat. Poſt generalem igitur omnium ſupra memoratorum trecentorum quadraginta &c. Titulorum Indicem alphabeticum, qui integris ſeptem foliis conſtat, & præfixam habet hanc Inſcriptionem:* Πίναξ ἀκριβὴς τῶν Βασιλικῶν ξ´ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, *ſequitur porro ipſa Ecloga & Synopſis, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo:* Ἐκλογὴ καὶ Σύνοψις τῶν βασιλικῶν ξ´ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, ὧν περὶ Πίστεως μόνου τίτλου προτεθέντος πάντων τῶν στοιχείων διὰ τὸ τίμιον. περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῶν χριστιανῶν. καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾷν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν. *Adiuncta etiam eidem Operi paſſim ſunt varia antiqua græca Scholia marginalia.* Παραπόμπαι autem quæ hic occurrunt, ſignificant Indicationes locorum ſimilium, quas vulgo vocant Remiſſiones. Talis etiam eſt Codex Chartaceus apud NESSELIVM *p.* 21. in cuius fine literæ Ω exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν βασιλικῶν ξ´ βιβλίων κατὰ στοιχεῖον.

††† Reperitur hoc in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi in Codice chartaceo, de quo NESSELIVS *p.* 31. *Anonymi cuiusdam Autoris Alphabetum Legale, ſiue, Baſilicorum vniuerſi Iuris Romani Synopſis alphabetica minor, quam Græci vocant* τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον; *reſpectu videlicet alterius iſtius Synopſeos alphabeticæ maioris, quæ exſtat in ſupra memoratorum Codicum manuſcriptorum Iuridicorum primo & ſecundo. Minor itaque hæc Synopſis inſcribitur atque incipit in hoc Codice manuſcripto Cæſareo his verbis:* Νομιμὸν κατὰ στοιχεῖον. Οἱ Ἄνθρωποι πάντες ἢ δοῦλοι εἰσὶν ἢ ἐλεύθεροι. ἢ ἀπελεύθεροι &c. Vltima autem litera nempe Ω, incipit hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ Ω. Ὡρεῖα λέγονται τὰ οἰκοδομήματα ἤτοι τὰ σιτο-

ὑποδοχεία. Reperitur eadem Synopſis alphabethica minor in Codice decimo ſeptimo *p.* 34.

†††† In Bibliothecæ Cæſareæ Codice ſecundo Chartaceo apud NESSELIVM p. 8. occurrunt Gloſſæ Iuridicæ, ſiue Vocabula Iuris Latina cum interpretatione Græca; quorum titulus & principium; Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ τ̃ νόμυ. Κωδικελλ☉, τελευταῖα βύλησις. Δευήτωρ, ὁ χρεώςης. Et in Codice ſeptimo *p.* 29. Anonymi cuiusdam autoris Gloſſæ Iuridicæ, ſiue Vocabula Iuris Latina cum Interpretatione Græca; quorum titulus & principium; Λέξεων Ῥωμαϊκῶν συναγωγὴ κτ̃ ἀλφάβητον. Ἀνναλίων λεγάτων ἐτησίων. Ἄκτ☉, πρᾶξις. &c. In Codice decimo tertio apud NESSELIVM *p.* 29. Gloſſæ Iuridicæ, ſiue, Vocabula Iuris Latina cum Interpretatione Græca; quorum titulus & principium: Ἄκτωρ, ὁ ἐνάγων. Ἀντικρίνσωρ, ἀντιγραφεὺς &c. Similes Gloſſæ occurrunt etiam in Codice decimo quinto *p.* 32. Tales Gloſſas veteres verborum Iuris, quæ paſſim in Baſilicis reperiuntur, ex variis MStis Codicibus Bibliothecæ Regiæ CAROLVS LABBÆVS eruit, digeſſit & notis illuſtrauit, *Pariſiis* 1606. 8.

††††† Reperiuntur eiusmodi in Codice ſeptimo Græco Iuridico Bibliothecæ Græcæ de quo NESSELIVS *p.* 19. Anonymi cuiusdam Autoris Paratitla, in Titulos triginta duos diuiſa, quorum titulus & principium: Τὰ παράτιτλα. Τίτλος ά περὶ προτιμήσεως ἐπιτρόπων. Ἐὰν γυνὴ μτ̃ θάνατον τῦ ἀνδρὸς. Faciunt huc Paratitlorum libri quatuor antiqui, qui interprete Io. Leunclauio, *Francofurti* 1593. 8. prodierunt.

†††††† Extat in Codice Bibliothecæ Cæſareæ Iuridico Græco primo, de quo NESSELIVS *p.* 5. EVSTATHII Anteceſſoris Liber *de temporalibus internallis a momento vsque ad annos centum*, qui absque nomine Euſtathii inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ χρόνων καὶ προθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ́ ἐνιαυτῶν. Ά περὶ ῥοπῆς. Ἠλευθερώθη δύλη ἐν διαθήκῃ &c. Exſtat hic Liber græce ſub Euſtathii nomine in Iacobi Cuiacii Operibus, quæ de Iure fecit, & edi voluit, *Tomo I.* columna 305; græce autem & latine in FREHERI *Iure Græco-Romano Tom. II. p.* 207. & vtrobique inſcribitur περὶ χρονικῶν διαςημάτων. & in Codice ſecundo *p.* 9. Et in Codice ſeptimo *p.* 18. occurrit: EVSTATHII *Anteceſſoris Synopſis Actionum Iuridicarum, & Interuallorum temporalium a momento, vsque ad annos centum; cuius titulus & principium:* Αἱ ἐν συνόψει ἀγωγαὶ καὶ αἱ ῥοπαί. Τί ἐςιν ἀγωγή; Ἀγωγή ἐςι δίκαιον τῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαςηρίῳ τ̀ &c. Altera autem eiusdem Synopſeos Pars de temporalibus Imteruallis inſcribitur atque incipit ſpeciatim his verbis: Περὶ ῥοπῶν. Περὶ χρόνων προθεσμίας, ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν Ἠλευθερώθη δύλη ἐν διαθήκῃ. Prodiit hic libellus etiam cura Simonis Schardii, *Baſileæ* 1561. 8. & *Roſtochii* 1671. 4.

††††††† Extant *Iuris Romani tam Canonici, quam Ciuilis Tomi duo*, IOH. LEVNCLAVII *ſtudio ex variis Europæ Aſiæque Bibliothecis eruti Latineque redditi, nunc primum editi cura* MARQVARDI FREHERI, *cum eiusdem Auctario, Chronologia Iuris ab exceſſu*

*exceſſu Iuſtiniani ad amiſſam Conſtantinopolin & Præfat. ad Imp. Rudolf. II. Francof.* 1596. *fol.* In Præfatione Freherus agit de Iuris Græci origine, vſu hodierno, Leunclauii & huius editionis laude, cuius vtilitatem, ad hiſtoriam non ſolum Byzantinam, ſed legum etiam explicationem multis commendat. In eiusdem autem Tomo primo continetur HARMENOPVLI *epitome Iuris Canonici Græcorum*, *Nouellarum Auguſtalium de rebus Eccleſiaſticis liber vnus*, *Decretorum Synodalium libri duo*, *Reſponſorum libri duo*, *Theodori Balſamonis*, *Patriarchæ Antiocheni Meditata ſeu reſponſa* MATTHÆI MONACHI *Quæſtiones & cauſæ matrimoniales*, IVSTINIANI *Imp. Edictum de fide orthodoxa.* CONSTANTINI HARMENOPVLI *de ſectis & vera fidei confeſſione liber vnus.* In Tomo ſecundo vero continentur MICHAELIS ATTALIOTÆ *Opus de Iure, ſiue Pragmatica*, *Michaelis Ducæ Imp. iuſſu facta.* BASILII *delectus Legum compendiarius.* *Nouellarum Auguſtalium Liber de rebus ciuilibus & iudiciariis.* *Reſponſi veteris formula ex iure de nudis pactis.* *Teſtandi formula vetuſta, qua Gregorii Nazianzeni teſtamentum continetur.* EVSTATHII *liber de temporalibus interuallis a momento vsque ad centum annos, auctior & integrior*, quam antea a Schardio vel Cuiacio editus.. *Leges militates Ruſſi.* *Leges Colonariæ.* *Leges Nauales Rhodiorum*, quæ ſingula magna cura in Oriente Io. Leunclauius collegerat. Eiusdem breuem recenſionem habet GEORGIVS BEYERVS *in Notitia Autorum Iuridicorum p.* 127.

## §. V.

*Photii Nomocanon.*

Eodem denique cum Baſilio & Leone inſtituto PHOTIVS, Conſtantinopolitanus Patriarcha * circa annum 880. edidit *Nomocanonem*, qui etiam, quia Canonibus præponitur, Procanon fuit adpellatus. Hunc ex Conſtitutionibus Imperatorum, Baſilicis, maxime vero ex Canonibus Eccleſiaſticis congeſſit.** Hic Iuris Canonici Græcorum inſtar erat, quem repetita prælectione repurgatum edidit Conſtantinus Porphyrogenitus. *** In hunc Nomocanonem, variosque Conciliorum Canones Commentarium dedit THEODORVS BALSAMO. **** Hinc Anonymus quidam hunc Canonem abbreuiatum dedit. ***** Vt taceam IO. SCHOLASTICI, aliorumque Collectionem Græcorum Canonum. ******

* Eius Vitam plenius deſcripſit MARTINVS HANKIVS *de Scriptoribus Byzantinis p. I. cap. XVIII.*

** Huius conteuta expreſſit optime GERHARDVS a MASTRICHT in *Iuris Eccleſiaſtici n.* 240. dicens: *diuiſus eſt in quatuordecim titulos, & hi iterum in certa capita. Congeſſit in eum, vt docent prolegomena, nunc demum in Bibliotheca iuris Canonici veteris vulgata, ſequentes canones conciliorum, Patriarcharum, Epiſcoporum, & Patrum canones qui ſanctorum Apoſtolorum dicuntur, LXXXV. Synodi Nicænæ ſanctorum Patrum can. XX. Synodi Ancyranæ canones XXV. Synodi Neocæſarienſis canones XIV. Synodi Gangrenſis canones XX. Synodi Antiochiæ in Syria canones XXV. Synodi Laodicenæ Phrygiæ canones LIX. Synodi Conſtantinopolitanæ Sanctorum Patrum centum & quinquaginta Canones VII. Synodi Epheſinæ ſanctorum Patrum CC. canones VII. Eiusdem Synodi epiſtolam ad Pamphiliæ Epiſcopos. Synodi Calchedonenſis DCCXXX. ſanctorum Patrum canones*

*nones XXVIII. Synodi Sardicenſis canones XXI. Synodi Carthaginenſis can. CXXXVIII. Synodi Conſtantinopolitanæ can. I. Synodi ſextæ canones CII. Synodi ſeptimæ canones XXII. Synodi Conſtantinopolitanæ primæ & ſecundæ canones XVII. Dionyſii Archiepiſcopi Alexandrini ex epiſtola ad reginam, canones IV. Petri Archiepiſcopi Alexandrini & martyris ex oratione de pœnitentia, canones XIV. Eiusdem ex ſermone in Paſcha canonem I. Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neo Cæſarienſis epiſtolam canonicam. Baſilii Epiſcopi Caſareæ Cappadociæ e tribus canonicis epiſtolis ad Amphilochium Iconii epiſcopum, canones LXXXIV. Eiusdem ex alia epiſtola ad eundem Amphilochium Epiſcopum, canonem I. Eiusdem epiſtolam canonicam ad Diodorum. Eiusdem epiſtolam canonicam ad Gregorium presbyterum. Eiusdem Epiſtolam canonicam ad Archiepiſcopos. Eiusdem Epiſtolam canonicam ad Epiſcopos ſibi ſubditos. Eiusdem ex his quæ ad Amphilochium ſcripta ſunt de Spiritu ſancto. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni ex epiſtola canonica ad Letoium Melitenum Epiſcopum can. VIII. Timothei Archiepiſcopi Alexandrini, veteris dicti ex interrogationibus & reſponſionibus ab eo ſcriptis canones XV. Theophili Archiepiſcopi Alexandrini allocutionem de ſancta Dei apparitione, quæ vulgo Epiphaniæ dicitur. Eiusdem ex commentario propter Lycopolim Aegypti vrbem facto, canones X. Eiusdem epiſtolem ad Agathum Epiſcopum. Eiusdem epiſtolam ad Menam Epiſcopum. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini ex epiſtola ad Domnum, canones III. Eiusdem ex epiſtola ad Epiſcopos Libyæ & Pentapolis, canones IV. Gennadii ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani ſanctæque Synodi eum eo congregatæ circularem epiſtolam ad omnes ſanctiſſimos Metropolitanos. Primi Gennadii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani quædam. His ſubiiciuntur tam leges Imperatorum Eccleſiaſticæ, ad eosdem titulos & capita pertinentes; Canones ſub titulis citantur tantummodo non recitantur. Compilationis rationem reddit ipſe Photius in prologo, qui diu deſideratus, tandem, vt dictum, ex MS. Bibliothecæ Oxonienſis in lucem protractus eſt a Iuſtello filio in Bibl. Iur. Can. veter. ex cuius fine collectum cognoſcimus Nimocanonem Anno Mundi ſecundum Græcos 6391. is eſt æra Chriſtiana 883.* Pergit poſtea Maſtricht, atque n. 243. diuerſas verſiones & editiones examinat.

*** IAC. CVIACIVS *lib. VI. Obſ. IX.* Extat in Bibliotheca Cæſarea Codex, quintus Iuridicus Græcus chartaceus, de quo NESSELIVS p. II. p. 14. *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon, hoc eſt, Canones Sanctorum Apoſtolorum Conciliorumque veterum cum Legibus Imperatorum Romanorum collati, & in vnum digeſti Volumen quod in Titulos quatuordecim diuiſum, & Theodori Balſamonis, Patriarchæ Antiocheni, ampliſſimis Commentariis illuſtratum & explanatum eſt. Præfixum huic Operi eſt iam memorati Theodori, Carmen, cuius principium:* Ἀςέρες ὡς πολύφωτοι ἀφεγγῆς ὄμματα νυκτὸς &c. *Quo finito, ſequitur præfatio eiusdem Theodori his verbis:* Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε αὐτοῖ γὰρ &c. Prodiit hoc opus primum græce ſimul & latine cura & ſtudio CHRISTOPHORI IVSTELLI *Pariſiis a.* 1615. *in quarto.* Idem quoque Nomocanon itidem græce & latine *Pariſiis* editus eſt *a.* 1620. in folio cum reliquis Theodori Balſamonis Operibus, ac porro Bibliotheca Iuris Canonici veteris, a GVILIELMO VŒLLO & HENRICO IVSTELLO *Pariſiis A.* 1661. duobus Tomis græce & latine in folio edita, & quidem *Tomo ſecundo a pag.* 785. *iisque ad pag.* 1140. In hac autem editione primum græce & latine adiecta ſunt ipſius Photii Prolegomena in ſuum Nomocanonem, quibus priores editiones caruerunt. Minime etiam dubitandum eſt, quin omnes iam memoratæ editiones beneficio Codicis manu



Digitized by Google

ſcripti Cæſarei, de quo in præſens agitur, non mediocriter poſſint emendari, ſi curate ac diligenter cum eo conferantur.

**** Reperitur in editione Pariſina & Iuſtelli Bibliotheca. Alia ſunt Eiusdem Balſamonis Opera. Quale in Nono Codice Græco Iuridico Bibliothecæ Cæſareæ apud NESSELIVM *p. II. p.* 22. *Nouellarum Conſtitutionum Imp. Iuſtiniani I. ſiue Magni Epitome eccleſiaſtica, a* THEODORO BALSAMONE *compoſita, & in Capita octoginta ſeptem diuiſa, cuius titulus & principium:* Ἐκ τῶν μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τῆς τοῦ θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνάδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν ἰσχὺν νεμοῦσαι, αἷς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σύντομον εὕρεσιν τῶν ἐπιζητουμένων κεφαλαίου. διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα. ὡς ὑποτέτακται. Τῆς ἐγκειμένης μετὰ τοὺς κανόνας τῶν Συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια. Κεφάλαιον ά. περὶ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων θείων δωρεῶν &c. *Finito hoc Indice octoginta ſeptem Capitum, ſequitur nouus titulus cum principio Capitis primi.* Exſtat quidem hoc Opuſculum in GVILIELMI VÖELLI & HENRICI IVSTELLI *Bibliotheca Græco-latina Iuris Canonici veteris Tomo II. a pag.* 1312. *vsque ad pag.* 1361. *ſed longe aliter, quam in hoc Codice MSto Cæſareo.* Alia ſunt Meditata ſiue Reſponſa eccleſiaſtica octo, de quibus NESSELIVS *pag.* 15. Vid. MASTRICHT *Hiſtoria Iuris Eccleſiaſtici n.* 345.

**** Extat talis Codex in Bibliotheca Cæſarea, de quo NESSELIVS *p. II. p.* 26. *Anonymi cuiusdam Autoris Nomocanon abbreuiatus, cuius titulus & principium.* Νομοκάνωνον ἐν ἐπιτομῇ, βεβαίας καὶ ἀσφαλεῖς ἔχων τὰς μαρτυρίας ἐκ τῶν ἐνθέσμων θείων γραφῶν. Εἰδέναι χρή, ὅτι &c.

****** Exſtat in Codice vndecimo MSto Græco, Bibliorhecæ Cæſareæ, de quo NESSELIVS P. II. p. 25. *Ioannis Scholaſtici, Eccleſiæ Antiochenæ Presbyteri, & poſtea Patriarchæ Conſtantinopolitani, Collectio Canonum Eccleſiaſticorum, in quinquaginta Titulos diuiſa, cuius titulus & principium:* Νομοκάνωνον σὺν Θεοῦ Ἐν ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ὁμοουσίου τριάδος, συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν ἐκ τῶν Κανόνων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῶν δέκα συνόδων ἕως τοῦ ἁγίου Βασιλείου, εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένη. Διάταξις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων Συνόδων. Οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ καὶ Ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος Κανόνας ἐξέθεντο. μετὰ δὲ τούτους &c. *Eadem exſtat collectio in Bibliotheca Iuris Canonici veteris græco-latina Tomo ſecundo a pag.* 499. *vsque ad pag.* 672. *ſed longe aliter quam in Codice hoc Manuſcripto Cæſareo.* Vid. MASTRICHT n. 162.

CA-

# CAPVT QVINTVM
## DE
## HISTORIA IVRIS GOTHICI, LONGOBARDICI ET IVSTINIANEI RESTAVRATI.

§. I.

VArias autem Iuris prudentia Romana in Occidente experta fuit mutationes. Poſtquam enim Conſtantinus M. ſedem ſuam Byzantium transtuliſſet, exoleuit ſenſim Iuris Romani auctoritas etiam in Occidente, maxime cum Roma præda fieret inuadentium. Primum in Italia ante tempora Iuſtiniani Imp. exortæ fuerunt Leges Wiſi-Gothicæ. Poſtquam enim Wiſigothi Italiam occupaſſent, effrenis gens & barbara ſine legibus viuebat; * poſt, cultior facta, ſenſim leges introduxit ſcriptas, quas Eurico quidem primum tribuunt, auctoritate Iſidori moti. ** Aſt, antiquiores iſtos Leges habuiſſe, patet ex eo, quod Athaulphus Rex circa annum 412. ſingulari edicto mandet, vt cum Gothicis Legibus ſimul & Romanas obſeruarent, *** & Athalricus præſcribat, idem Ius Gothis atque Romanis commune eſſe futurum. **** Hoc tamen facile conceſſerim, Euricum qui in Gallia Narbonenſi Gothis ab anno CCCCLXV. ad a. CCCCLXXXIV. vsque præfuit, Gothorum Leges ſparſas vnum in Codicem coëgiſſe. Eundem, poſtea circa a. 580. plurimum auxit Lewigildus, ***** adiectis variis Eurisci ſucceſſorum decretis, Chindeſindi potiſſimum & Recesſwindi, qui emendatæ legis auctores paſſim habentur. ****** Hæc igitur Collectio Legum Gothicarum nomine poſtea venit, apud Hiſpanos *Fuero Iuzgo* ſiue *Forum Iudicum* dicta, quam Pithoeus & Lindenbrogius nobis conſeruarunt. ******* Manſerunt nihilominus apud Italos reliquiæ Iuris Romani ********

*Leges Gothica.*

* Sic enim Athaulphus apud OROSIVM lib. VII. c. XXIX. *at vbi multa experientia probauiſſet, neque Gothos vllo modo parere legibus poſſe propter effrenatam barbariem, neque reipublica interdici leges oportere ſine quibus reſpublica non eſt reſpublica, elegiſſe ſe ſalutem vt gloriam ſibi de reſtituendo in integrum augendoque Romano nomine Gothorum viribus quæreret, habereturque apud poſteros Romanæ reſtitutionis autor, poſtquam eſſe non poterat immutator.*

** Ita-

** ISIDORVS Aera Hiſpanica DIV. p. 720. *ſub hoc rege Gothi legum inſtituta ſcriptis habere cœperunt, antea tantum moribus & conſuetudine tenebantur.* Eurico etiam tribuunt vel omnes Hiſpani Scriptores quos longo numero recenſet. GERARDVS ERNESTVS de FRANKENAV *ſacris Themidos Hiſpaniæ arcanis ſect. I. §. V.* Inprimis DIDACVS SAAVEDRA *in Corona Gothico-Caſtellano-Auſtriaca p. I. cap. VIII.*

*** Extat Edictum hoc Athaulphi Narbonæ publicatum, apud GOLDASTVM *Tom. III. p.* 586. in quo: *ob hoc abſtinere a bello, ob hoc inhiare paci nitimur, præcipue religioſarum legum, quas vel Romani Principes ſanciuerunt, vel Gothorum conſuetudines habent, aut noſtra Serenitas de nouo adinuenit prudentiumque virorum ad omnia bonarum ordinationum opera perſuaſu & conſilio vtrumque populum ſub felicis pacis compoſitione temperaturi.*

**** Extat Edictum ad Populum Romanum apud GOLDASTVM *Tom. III p.* 92. in quo hæc verba: *quapropter, auſpice Deo dictum ſit, glorioſi domni aui noſtri ita vobis nuntiamus ordinatione diſpoſitum, vt Gothorum Romanorumque in regnum noſtrum ſuauiſſimus conſenſus accederet: & ne aduerſis rebus aliqua poſſit remanere ſuſpicio, vota ſua ſacramentorum interpoſitione firmarunt, ſe dominatum noſtrum tanto gaudio ſubire, tanquam ſi vel illis domnus auus noſter fatali ſorte non videretur ſubtractus: ne ſolis linguis, ſed etiam imis pectoribus, probarentur eſſe deuoti: quod ſi vos, vt opinamur, libenti animo ſimilia feceritis, harum portitores ſub obteſtatione diuina vobis fecimus polliceri, iuſtitiam nos & æquabilem clementiam, quæ populos nutrit, iuuante domino, cuſtodire & Gothis Romaniſque apud nos ius eſſe commune.*

***** Sic enim ISIDORVS Æra DCVI. p. 725. *in legibus quoque ea quæ ab Eurico incondite conſtituta videbantur, correxit, plurimas leges prætermiſſas adiiciens, pleraſque ſuperfluas auferens:* FRANKENAV *§. VI.*

****** Sic enim CONRINGIVS *de Orig. Iuris Germ.* pag. 5. cap. III. *adiecta ſunt autem nonnulla & a ſecutis quibuſdam regibus pauca a Siſibutho & Gundemaro, multa ab VVamba Erwigio eiuſque genero Egica, plura a Chindeſuindo & Receſwindo qui emendatæ legis auctores paſſim audiunt.*

******* Quiſnam illum Codicem Legum Wiſi-Gothicorum, Forum Iudicum dictum, collegerit, variæ ſunt ſententiæ AMBROSIVS MORALIS *Coron. General. de Eſpana lib. XII. cap. XXVIII. f.* 123. *& cap. LXI. fol.* 194. citante FRANKENAV *§. VIII. ſqq.* de eodem latius agit, atque ab aliis Siſenandum Gothorum Regem, Legibus hiſce in ordinem redigendis ſedulam præſtitiſſe operam, prolatum dicit, qui illud ex Codice antiquo MSto demonſtraut, qui Siſenandi nomen in fonte gerat. Ab aliis vero Alfonſum Caſtum, Legionis & Caſtellæ Regem, pro collectore habitum dicit. Aſt, ipſe auctor eſt, Forum illud Iudicum ſub Cindiſwindo & Receſuindo, patre filioque, Regibus colligi cœptum, vltima demum manu in XVI. Concilio Toletano ſub Egica fuiſſe perfectum. Conſtat hic Codex ex Edictis Regum Gothorum præſcripto cuiuis Legi Regis auctoris nomine, Conciliorum Toletanorum decretis, Legibus Antiquis, quæ ex Romanis creduntur eſſe deſumptæ, atque Legibus talibus, quæ titulo ac epigraphe deſtituuntur Magnæ autem hoc Forum ſemper fuit auctoritatis in Hiſpania & Gallia Narbonenſi, vt ex illo etiam in Capitulare Caroli M. quædam fuerint inſerta *Lib. IV. Tit. I. Lib. VI. Tit. CCLXIX.* Et quidem ARTHVRVS DVCK *de vſu & author. Iuris lib. II. cap. VI. §. XV.* eundem ad exemplum Codicis Iuſtinianei in XII. libros fuiſſe diuiſum dicit. Latine hic primum ſcriptus, poſtea in linguam Caſtellanam translatus.

Pri-

Primus illum Latine edidit PETRVS PITHOEVS, ſub titulo: *Codicis Legum VViſi Gothorum libri XII.* cum Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi de Gothis, Wandalis & Sueuis Hiſtoria ſeu Chronico. *Pariſiis* 1579. *fol.* Ad idem Exemplar has leges Wiſi-Gothicas Codici ſuo Legum antiquarum inſeruit FRIDERICVS LINDENBROGIVS, ſtatim ſub initium. Easdem in Hiſpanicum ſermonem transtulit ALPHONSVS de VILLADIEGO *Madriti* 1600. *f.* Plures in easdem fuerunt commentati. Plenius de iisdem Legibus FRANKENAV *ſacris Themidis Hiſpanae arcanis ſectione I.* HOFMANN *de origine & Nat. Legum Germ. ſect. II.*

******** Codicis Theodoſiani vſum fuiſſe in Italia, ex Anthemii, Imp. Occidentis Conſtitutione patet, in qua: *Pius, ac triumphator Imper. Auguſtus filius noſter Anthemius Occidentis Imperator, licet diuina maieſtas & noſtra creatio pietati eius plenam imperii commiſerit poteſtatem, tamen prudenti & qua pollet aequitate per ſacros adfatus nos credidit conſulendos, adferens in Italiae partibus multa exorta negotia ex donationibus quas de alienis rebus Principes contra legum cauta fecere, & vtrum &c. Nam cum de huiusmodi controuerſiis ab Ampliſſimis cognitoribus tractaretur, prolata eſt conſtitutio de Codice Theod. ſub titulo de bonis vacantibus, qua D. Conſtantinus cauit &c.* & mox, *cum & ipſe titulus ſupra praedictae Conſtitutionis, vnde conſulta eſt noſtra clementia, de vacantibus tantum, non de omnibus bonis atque ſubſtantiis euidenter loquatur. Tandem hanc igitur conſtitutionem in cauſa etiam Domninae & Fortunati illuſtrium perſonarum, quae huic legi praeſtitit occaſionem, valere praecipimus.* Per Gallias etiam & Aruernis, qui Romano ſuberant Imperio, vſum fuiſſe Codicis Theodoſiani ex SIDONII APOLLINARIS *libro II. ep. I.* ad Hecditium patet, dum de Seronato, quodam ex Aturribus Aquitaniae, quae in poteſtate Gothorum erant, in Aruerniam reduce, inter caetera ait: *exultans Gothis, inſultansque Romanis, illudensque praefectis, colludensque numerariis, Leges Theodoſianas calcans, Theodoricianasque proponens; veteres culpas, noua tributa perquirit.* Sic ipſe Theodoricus vniuerſis prouincialibus Galliarum, apud CASSIODORVM lib. III. ep. XVII. *libenter parendum eſt Romanae conſuetudini*, atque ad Spatarium ſuum, apud Caſſiodorum lib. III. ep. XLIII. ſcribit: *delectamur iure Romano viuere, quos armis cupimus vendicare.* Plura exempla vbi Gothi ad Ius Romanum prouocant, congeſſit IAC. GOTHOFREDVS *in Codice Theodoſiano Proleg. cap. III.* Sic etiam in praefamine Edicti Theoderici Regis: *vt ſalua iuris publici reuerentia, & legibus omnibus cunctorum deuotione ſeruandis, quae Barbari Romanique ſequi debeant ſuper expreſſis articulis, edictis praeſentibus euidenter cognoſcant.* Et in fine: *quae ex Nouellis legibus ac veteris iuris ſanctimonia pro aliqua parte collegimus:* Gelaſii P. epiſtola in Decreto Iuonis *p. I. c. XVIII.* ad Theodoricum: *certe eſt magnificentiae veſtrae leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum cuſtodiendas eſſe praecepit, multo magis circa beati Petri Apoſtoli ſedem pro ſuae felicitatis augmento velle ſeruari.* AIMOINVS in Dagoberti Regis Hiſtoria lib. IV. c. XXV. *Id circo in publico Francorum conuentu, a quibusdam proceribus ſecundum leges Romanas, (quae ſanciunt a paterna eos diuidere haereditate debere qui noluerint interfecti necem vindicare) omnibus paternis exſpoliati ſunt bonis atque inanes relicti.* GREGORIVS TVRONENSIS *Hiſt. Franc. lib. IV. c. XXIV.* laudat Celſum Patritium, tanquam *in verbis tumidum, in reſponſis opportunum, iuris lectione peritum* & cap. XLVII. Andarchium *laudat legis Theodoſianae libris eruditum.* Idem plenius demonſtrauit Herm. Conringius de Orig. Iur. Germ. cap. IV. & V.



Digitized by Google

## §. II.

*Aniani Breuiarium, & Auctoritas Iuris Gothici.*

Iuris Romani reliquias etiam conſeruauit ANIANVS Gothus,* qui iuſſu Alarici Iunioris Wiſi-Gothorum Regis, a. 506. adhibitis in Conſilium ſacerdotibus ac nobilibus viris, ** ordinante id viro illuſtri Comite Goiarico, *** præter Fragmenta ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano. Regulis Vlpiani, Caii Inſtitutionibus, & Pauli ſententiis, Breuiarium Codicis Theodoſiani **** congesſit, recognouit ac ſubſcripſit, hunc in finem vt omnis legum Romanarum & antiqui iuris obſcuritas in meliorem lucem redigeretur, atque ad ſtatum illorum temporum adplicaretur. ***** Hic Codex, poſtquam Aturibus in Nouempopulania anno XXII. Alarici fuiſſet confectus, ****** exemplaria ad Comites vniuerſos regni Alariciani fuerunt transmiſſa, vt iuxta eum cauſſæ iudicarentur, ******* neque alia lex vel iuris formula recipiatur. Vocatur hæc Collectio *Aniani Breuiarium*, *Corpus Theodoſianum* † & *Lex Romana.* †† Licet autem altero poſt anno Alaricus Rex in prœlio occubuerit, atque regnum Tholoſanum occupantibus Francis fuerit ſuperatum, Theodericus tamen Oſtro-Gothorum rex, partem regni recepit, Gothorumque iuri reſtituit. ††† Hinc iſtud Corpus adhuc in Gallia potiſſimum Narbonenſi atque terris Gothicis vim retinuit, †††† vsque dum ex decreto Chindeſwindi Regis, introducto plene Codice Legum Weſi Gothicarum, vſus Iuris Romani, propoſita pœna, plane aboleretur. ††††† Id quod odium filius eius Receswindus confirmauit. †††††† Inde Egica Rex emendationem Legum Gothicarum in morem Chriſtianum commiſit Epiſcopis Hiſpaniæ, ſaluis tamen Chindeſuindi decretis.* Manſit etiam Legum Gothicarum auctoritas per Hiſpaniam & Galliam ** vsque dum ſeculo XI. Sanctius, Ramiri ſucceſſor Ius Cæſareum introduceret, *** ex quo etiam Alphonſus X. Rex Caſtiliæ Partitarum librum, potiſſimum Iuris Hiſpanici fundamentum compilauit.

* IAC. GOTHOFREDVS equidem *Proleg. Cod. Theod. cap. V.* hunc Anianum huius Breuiarii neque editorem nec interpretem fuiſſe autumat, ſed recognitorem tantum atque ſubſcriptorem, atque putat, Anianum, Alarici Regis fuiſſe Referendarium, cuius munus in eo conſtaret, vt ſubſcriptionem Regiis literis apponeret. Verum ipſe Gothofredus *n.* 8. ex MSto Regio hæc verba finalia huius Codicis adducit: *Anianus V. S. hunc Codicem legum iuris ſecundum authenticum ſubſcriptum & in theſauris editum, ſubſcripſi & edidi ſub die* 3. *Nonas Februarii A.* 22. *regnante Domno noſtro Alarico Rege; ex præceptione domni noſtri glorioſiſſimi Regis Alarici, ordinante viro*

*Magni-*

*Magnifico & Illuſtri Goiarico Comite.* *Et* SIGEBERTVS GEMBL. *de Scriptoribus Eccleſ. c. LXX. Anianus vir Spectabilis, iubente Alarico R. volumen vnum de legibus Theodoſii Imp. edidit: & monente Oruntio Epiſcopo Librum Ioannis Chryſoſtomi in Matthæum de Græco in Latinum tranſtulit.* His fundamentis nixus, ANTONIVS SCHVLTINGIVS, cum primum Gothofredo fuiſſet adſenſus, ſententiam ſuam mutauit, in præfatione, Iurisprudentiæ Ante-Iuſtinianeæ præfixa.

** Patet hoc ex auctoritate, ſeu Commonitorio, quod præfixum eſt dicto Breuiario, quod tali modo incipit: *In nomine Chriſti incipit Authoritas Alarici Regis.* In hac autem dicitur ſecundum Gothofredum *c. l. in conſilium adhibitis Sacerdotibus ac nobilibus viris.* Et paullo poſt: *roborata ea Epiſcoporum ſelectorum prouincialium adſenſu.*

*** De hoc ſic loquitur GOTHOFREDVS c. l. *diſcimus factum id ordinante viro Illuſtri Comite Goiarico, qui procul dubio Alarici ſi non Quæſtor, ita nos hodie vocamus, Cancellarius fuit. Certe, quod malim, Comes Palatii erat: cuius muneri hoc omnino conueniebat. Hinc adeo in MS. Regio N. XCVII. in totius libri vmbilico Aniani ſubſcriptio hac quidem tenebat: de prudentium ſolertia, Aniani V. S. ex præceptione domini noſtri glorioſiſſimi Regis Alarici, ordinante vero viro Magnifico illuſtri Goiarico Comite, hunc Codicem legum iuris, &c. ad Comites Palatii Illuſtres. v. Chlotarii iudicium apud Bign. in Marculph. p. 510. Vt ex Eginard. in v. Caroli & Hincmaro ep. 3. c. 21. ad Epiſcopos Franciæ diſcimus, Goiaricus, inquam, haud aliter atque Tribonianus huius operis* ἐργοδιώκτης *fuit. Quare in ipſo Commonitorio legum a Goiarico Comite, quod etiam nonnullis in memoriam venit. Nempe idem &* ἐργοδιώκτης *fuit, iuſſusque e theſauris ſeu ſcriniis Regis hunc Codicem ad Comites & Iudices deſtinare.*

**** IAC. GOTHOFREDVS *Proleg. c. V.* ſub initium ait: *hinc adeo Alaricus Rex Romanorum legum collectionem inſtituit, quibus Romani inter ſe diſceptarent, eamque hic nominis auctoritate inſigniuit, ac potiſſimum ex Cod. Theodoſiano tam ex Gregoriano, Hermogeniano, Pauli ſententiis, Caii Inſtitutis atque ex Nouellarum corpore quod vulgo Aniani Breuiarium audit.* Quare etiam GRATIANVS in Rubrica *c. 21. c. 2 qu. 6.* quod ex libro V. ſententiarum Pauli eſt deſumtum, habet *in Theodoſianis Legibus, ex Breuiario Alarici an. 506. in Nouem populania.*

***** IAC. GOTHOFREDVS n. 4. *cauſam finemque adeo huius collectionis diſcimus ex principio dicta Auctoritatis: nempe ait Alaricus, ſe vtilitates populi ſui tractantem, id etiam quod in Iure iniquum videbatur, corrigere in animum induxiſſe: vt ita omnis legum Romanarum & antiqui iuris obſcuritas in meliorem lucem & intelligentiam redigeretur: nihilque dubii relinqueretur, quo litigantes diu inter ſe iurgarentur: quin contra ea collectione negotia diſcingerentur, & iuxta eius ſeriem cauſæ deciderentur, addita ſanctione, ne quidquam, aliud in diſceptatione vel in foro proferretur, vel reciperetur, propoſita pœna acerbiſſima.*

****** De hoc IAC. GOTHOFREDVS n. 9. *Hic Codex, de Theodoſianis legibus eſt electus Aduris anno XXII. Alarici: editus atque ſubſcriptus dicitur. Quod quidam hactenus ita accipiunt, quaſi Codex hic Aduris confectus fuerit. Ego potius putem id ſignificari, Aduris eum ab Aniano editum & ſubſcriptum. Aduris vero, id eſt Aturribus in Nouem populania: quorum Aturrenſium, vt omittam alia, mentio quoque apud Sidonium dicta ep. 2. lib. I. qui cum tota Aquitania in poteſtate Gothorum erant, Anthemii iam tempore ſub Theodorico: qui ibi quoque ſedem aliquando fixit, vt ex eadem*



Digitized by Google

*epiſtola colligitur. Et ſane ſunt viri docti, qui hunc Codicem compoſitum Toloſæ tradunt: ex eo, quod in MS. nonnullis fine Commonitorii hæc leguntur: Data ſecundo Nonas Februarii anno vigeſimo Toloſæ regnante Alarico Rege. Neque tamen id inde recte colligas: nam id pertinet, non ad locum vbi hic Codex conditus, verum ad deſignandum regnum, cuius Rex erat Alaricus: quomodo, hic quoque poſt Aniani ſubſcriptionem, additum dat. ſub die IIII. Non. Febr. anno XXII. Alarici Regis Toloſæ.*

******* IAC. GOTHOFREDVS n. 7. *Nam, quod ſeptimo hinc diſcimus, ſtatim vt Codex Alaricianus compilatus fuit, exemplaria eius ad Comites vniuerſos regni Alariciani miſſa fuere; vt iuxta eum cauſæ iudicarentur. Quo numero fuit & Timotheus vir Spectabilis, Comes ciuitatis, ſeu regionis alicuius, ad quem Commonitorium hoc dirigitur. Ita quidem, vt in foro nulla alia lex neque Iuris formula proferri vel recipi præſumatur, capitis etiam pœna omniumque bonorum diſpendio propoſita, prout ipſa Alarici Præfatio habet.*

† Baluzius Tom. II. p. 474. *& vt præſens epiſtola firmior ſit, manibus propriis eam ſubter firmauimus, & bonis hominibus roborandam decreuimus, ſecundum ſententiam illam quæ data eſt ex corpore Theodoſiani libri quinti,* dicens: *ſi quis infantem a ſanguine emerit, ſi nutritum dominus vel pater eum recipere voluerit, aut eiuſdem meriti mancipium, aut pretium nutritor quantum valuerit, conſequatur.* Intelligitur hic l. vn. C. Th. *de his qui ſanguine.* Eiuſdem Noua Collectio Formularum Form. XVI. *ea vero ſcilicet ratio, vt ſi in conſtitutum placitum res illas mihi iuſtiſſime debitas adprobare non potuero, vt lex mundana Theodoſiano corpore arbitratu diſcernit, me impleturum eſſe polliceor data editione de inſcriptionibus accuſatoribus recreſcant Theodoſiano nono.* IO. SELDENVS *Diſſ. ad Fletam cap. V. §. IV.*

†† In Edicto Chlotharii Regis de a. 560. n. 4. apud BALVZIVM Tom. I. p. 7. *inter Romanos negotia cauſarum Romanis legibus præcipimus terminari. & n. 12. nec quicquam aliud agere aut iudicare quam vt hæc præceptio ſecundum legum Romanarum ſeriem continet.* Legibus Burgundionum Tit. LV. l. 2. *Quod ſi enim Romanus, hoc eſt, hoſpes ipſius adhibere præſumpſerit, vtrumque XII. ſolidos iubemus exſoluere, & cauſam Romanis legibus terminari.* L. Ripuariorum Tit. LVIII. c. 1. *hoc etiam iubemus, vt qualiſcumque Francus, Ripuarius, ſeu tabularius ſeruum ſuum pro anima ſua remedio, ſeu pro pretio ſecundum legem Romanam libertare voluerit.* & Tit. LXI. l. 1. *quod ſi aliquid criminis is admiſerit, ſecundum legem Romanam iudicetur.* Sic in Formulis Sirmondicis XXII. *quicquid filiis vel nepotibus de facultate patris cognoſcitur ordinaſſe, voluntatem eius in omnibus lex Romana conſtringit adimplere.* Prouocatur hic ad l. 1. C. Th. de fam. erciſc. & n. XXIV. *Lex Romana conſtringit, vt qui tutores noluerint eſſe paruulorum, ſi forte ceſſerit luctuoſa hereditas, ex ipſa habeantur extranei.* Deſumtum hoc ex Aniano in l. 1. Cod Th. qui petant. n. XXV. *Romanaque lege ordinante, vt quicunque in ætate perfecta pactionem vel definitionem per ſcripturam fecerit, & hoc quod fecit implere neglexerit, aut contra eam ire præſumpſerit, infamis vocetur.* Deſumpta eſt hæc formula ex Aniani Breuiario *& l. 8. C. Th. de Pactis & Tranſact.* Cur autem Codex Theodoſianus ſupermanſerit, rationem reddit optimam STEPHANVS BALVZIVS Not. ad Capit. Tom. II. p. 995. *Lex Romana, ait, ſiue Codex Theodoſianus, erat valde fauorabilis Eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis; adeoque propter hanc cauſam & Principes Eccleſiis conceſſerunt vſum huius legis, & qui in clerum aſſumebantur, relictis legibus ſecundum quas hactenus vixerant, ad iſtam ſe conferebant.*

*Charta*

Digitized by Google

*Charta Rainulfi Epiſcopi Teatenſis data anno MLXXXVI. Sicut in lege ſcriptum eſt, omnis ordo Eccleſiarum ſecundum legem Romanam viuant & faciant. Lex ad quam reſpicit hic Epiſcopus, eſt lex Longobardorum ; vbi Ludouicus Pius ſtatuit vt omnis ordo Eccleſiarum ſecundum legem Romanam viuat. Charta anni MXCV. edita a Durante Doria in hiſtoria familiæ Trinciæ pag.* 90. *Anno ab incarnatione D. N.* 1095. *Indictione tertia menſe Februarii. Nos Presbyter Acto q. Berardi & Presbyter Ioannes q. Ioannis, qui profeſſi ſumus ex natione noſtra legem viuere Langobardorum, ſed nunc pro honore ſacerdotii noſtri videmus viuere legem Romanorum &c.*

††† ISIDORVS Chron. p.720. Ed. Grotii. *Anno decimo imperii Zenonis Eurico mortuo Alaricus filius eius apud Toloſenſem vrbem princeps Gothorum conſtituitur, regnans annis viginti & tribus. Aduerſus quem Fladericus Francorum princeps Galliæ regnum affectans, Burgundis omnibus ſibi auxiliantibus bellum mouit, fuſisque Gothorum copiis ipſum poſtremum Regem apud Pictauos ſuperatum interfecit. Tudericus vero Italiæ rex dum interitum generi comperiſſet, confeſtim ab Italia proficiſcitur, Francos proterit, partem regni, quam manus hoſtium occupauerat, recepit, Gothorumque iuri reſtituit.* Hinc cum temperamento intelligendus eſt VICTOR TVNNVNENSIS, dum in Chronico p. 32. *bis diebus pugna Gothorum & Francorum Boglodoreta: Alaricus Rex in prælio a Francis interfectus eſt. Regnum Tholoſanum deſtructum eſt* ; dum ſecundum GREGORIVM TVRONENSEM lib. II. c. XXXVII. *Clodouæus ſaltim Burdegalam vſque peruenerit*, licet etiam teſte AIMOINO *lib. I. cap. XXII.* Toloſam petierit. Immo ipſe GREGORIVS *lib. III. c. XXI.* auctor eſt, Gothos poſt Clodouæi mortem multa recuperaſſe.

†††† ANT. DADINVS ALTESERRA *in libro III. Aquitan. Rer. c. VIII.* pluribus demonſtrat, in Aquitania a Francis occupata & in Prouincia Narbonenſi Romanas etiam leges diutius obtinuiſſe, de quo etiam CONRINO *de Orig. Iur. Germ. cap. III.*

††††† Extat illud inter Leges Wiſi-Gothorum lib. II. Tit. I. l. IX. *Alienæ gentis legibus ad exercitium vtilitatis imbui & permittimus, & optamus: ad negotiorum diſcuſſionem & reſultamus & prohibemus. Quamuis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus hærent: adeo cum ſufficiat ad iuſtitiæ plenitudinem & præſcrutatio rationum, & competentium ordo verborum, quæ codicis huius ſeries agnoſcitur continere, nolumus ſiue Romanis legibus, ſiue alienis inſtitutionibus amodo amplius conuexari.*

†††††† L. X. ſubſequenti : *nullus prorſus ex omnibus regni noſtri, præter hunc librum, qui nuper eſt editus, atque ſecundum ſeriem huius amodo tranſlatum librum alium legum, pro quocunque negotio in iudicio offerre pertentet ; quod ſi præſumſerit, XXX. libras auri fiſco perſoluat. Iudex quoque ſi vetitum librum ſibi poſtea oblatum diſrumpere fortaſſe diſtulerit, prædictæ damnationis diſpendio ſubiacebit. Illos tamen a damno huius legis immunes eſſe iubemus, qui præteritas & anteriores leges non ad confutationem harum legum, ſed ad comprobationem præteritarum cauſarum proferre in iudicio fortaſſe voluerint.*

* In Concilio Toletano XVI. verba ſunt Egicæ: *illis procul dubio legum ſententiis reſeruatis, quæ ex tempore diuæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Domini Chindeſuinti regis vſque in tempus Domini VVambani Principis ex ratione depromtæ, ad ſinceram iuſtitiam vel negotiorum ſufficientiam pertinere noſcuntur.*

** In Gallia Narbonenſi ætate Iohannis VIII. qui vixit a. 880. adhuc in vſu fuiſſe legem Wiſi-Gothicam, patet ex ipſius epiſtola, ex Concilio Tricaſſenſi miſſa *p. III. c. XCVIII.* in qua hæc verba : *venit ante præſentiam noſtram*

*filius noſter Siſiboldus Narbonenſis Epiſcopus, & detulit nobis librum Gothica legis, vbi nihil habeatur de ſacrilegiis; & in eiſdem legibus ſcriptum erat, vt cauſa, quas illa leges non habent, non audirentur a iudicibus illius patria atque ita ius ſancta Eccleſia ſuffocabatur ab incolis Gallia & Hiſpania.* Immo in aula Imp. Gothis conceſſum fuiſſe propria lege ſua vti, patet ex Authore vitæ Ludouici Pii p. 375. apud PITHOEVM dum ſcribit: *in palatio quoque Bera Comes Barcinonenſis, quum impeteretur a quodam vocato Sanild, infidelitatis argueretur, cum eodem ſecundum legem propriam, vtpote quia vterque Gothus erat, equeſtri pralio congreſſus eſt, & victus.* Inter eas etiam conditiones, in quas cum dediditiis Narbonenſibus pepigere Franci, fuit etiam permiſſio Legis Gothicæ, prout ex MSto veteri Chronico habet ANTONIVS DADINVS ALTESERRA lib. III. Rer. Aquitan. cap. XI. *Anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo nono Franci Narbonam obſident, dato ſacramento Gothis, vt ſi ciuitatem traderent partibus Pipini, permitterent eos legem ſuam habere. Quo facto, Gothi Sarracenos occiderunt, & ciuitatem partibus Francorum reddiderunt.*

*** IO. MARIANA *de reb. Hiſp. lib. IX. c. VII. Sanctium Romani ſucceſſorem memorant Gothicas leges abrogaſſe, Barcinonis exemplo ſcilicet: ſanxiſſe Caſareas, & ſecundum eas iura populis dari.* Et paullo poſt: *in huius* (Gudeſtei) *locum Didacus Pelagius. cooptatus eſt, quo Pontifice in Hiſpania lex Toletana eſt, & lex Romana recepta: ſic hiſtoria Compoſtellana auctor ait Legem nos Toletanam, ſacrorum ritus interpretabamur, ſiue diuina hoſtia ſacrificandum eſſet, ſiue laudes diuina decantanda ex Gallia Toletum aduectos: inde in alias vrbes & oppida fuſos, Gothicis antiquatis, vti competenti loco explicandum eſt. Legem Romanam cœlibatus neceſſitatem viris ſacratis impoſitam inuectamque in Germaniam, Galliam, Hiſpaniamque Pontificum Romanorum diligentia.* Vid. CONRING. *de Or. Iur. c. III.*

## §. III.

*Papiani Reſponſa.*

Aniani Exemplum ſecutus fuit, PAPIANVS, ex Burgundionum, vt videtur, gente, * qui Reſponſorum librum Titulis XLVI. conſtantem, ex lege Romana, vtpote Breuiario Aniani, Caii Regulis, Pauli ſententiis, item ex corpore Nouellarum Theodoſii, Valentiniani, Maioriani, Leonis & Seueri congeſſit. ** Ordinem ſecutus fuit Legum Burgundicarum Gundebaldi Regis, *** atque hunc in finem hæc Reſponſa congeſſiſſe videtur, vt hoc ipſo illis, qui lege Romana viuere vellent, quæ libertas a Burgundionibus aliisque Germaniæ gentibus, quæ Gallias infeſtabant, ſubditis ſuis fuerat relicta, **** normam præſcriberent & Corpus quoddam Iuris ex Lege Romana.

* Papianum ex vna gentium fuiſſe, quæ Gallias tunc temporis inſederant, patet ex Tit. II. vbi ait: *Dominus noſter ſtatuit obſeruari* & Tit. VI. *nationis noſtra* facit mentionem. IACOBVS GOTHOFREDVS ait: *Ego crediderim Burgundionem fuiſſe. Nam ſi quis Legem Gundebaldicam conferat, eundem ordinem pene deprehendet, ac pene paria re videbit.*

** Edidit iſta IACOBVS CVIACIVS & ANTONIVS SCHVLTINGIVS *in Iuris prudentia Veteri* cum notis eruditis.

*** To-

*** Teſtatur hoc FRIDERICVS LINDENBROGIVS in Prolegomenis Codicis Legum antiquarum, dum ait: *cum hac lege* (Burgundionum) *planiſſime conuenit Papiani Liber Reſponſorum, ex iure Romano, vt veroſimile eſt, huius quoque Gundobaldi mandato collectus.* Idem confirmat in notis ſuis paſſim SCHVLTINGIVS.

**** L. Burgund. Tit. LX. l. 1. *ceterum ſi quis poſthac Barbarus vel teſtari voluerit, vel donare, aut Romanam conſuetudinem, aut Barbaricam eſſe ſeruandam ſciat* Et Leg. Longob. lib. II. Tit. LVII. *volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, quali lege vult viuere: vt tali lege, quali viuere profeſſi ſunt, viuant.*

## §. IV.

*Leges Oſtro-Gothorum.*

De Oſtro-Gothorum Legibus in Italia omnia ſunt incerta: Licet enim Iornandes * ſcribat, Diceneum Gothos iam ſeculo I. propriis legibus viuere feciſſe, illud tamen potius de Getarum quam Gothorum ſtatu intelligendum eſſe videtur. Hoc potius certum, Theodoricum Oſtro-Gothorum Regum Romanas Leges ſtabiliuiſſe. ** Hunc & ſucceſſores varia edicta promulgaſſe ad ſtatum Regni ſui accommodata, *** quæ tamen in vnum Corpus nunquam collectæ fuiſſe videntur.****

* *De rebus Geticis cap. XI.* de Diceneo horum conſiliario, qui circa Tiberii tempora vixit: *Phyſicam tradens, naturaliter propriis legibus viuere fecit, quas vsque nunc conſcriptas Bellagines nuncupant.*

** Patet hoc ex proœmio Edicti Theodorici, in quo hæc verba: *querelæ ad nos plurimæ peruenerunt intra prouincias nonnullas legum præcepta calcare. Et quamvis nullus iniuſte factum poſſit ſub legum auctoritate defendere: nos tamen cogitantes generalitatis quietem, & ante oculos habentes illa, quæ poſſunt ſæpe contingere, pro huiusmodi caſibus terminandis, præſentia iuſſimus edicta pendere: vt ſalua iuris publici reuerentia, & legibus omnibus cunctorum deuotione ſeruandis, quæ Barbari Romanique ſequi debeant ſuper expreſſis articulis, edictis præſentibus euidenter cognoſcant.* Sub Legibus autem cunctorum deuotione ſeruandis, Romanas comprehendi omnino certum eſt. Hinc etiam GELASIVS Papa apud Gratianum c. 12. diſt. 10. Theodoricum Regem ſic adloquitur: *certum Magnificentiam veſtram Leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa reuerentiam Beati Petri Apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento velle ſeruari.* Hinc etiam in Gallia idem Theodoricus mores legesque Romanas reduxit, prout patet ex Reſcripto ipſius ad vniuerſos Prouinciales Galliarum, apud CASSIODORVM *Var. lib. III. ep. XVII.* in qua: *libenter parendum eſt Romanæ conſuetudini, cui iſtis poſt longa tempora reſtituti, quia gratus ibi regreſſus eſt, vbi prouectum veſtros conſtat habuiſſe Maiores. Atque ideo in antiquam libertatem Deo præſtante reuocati, veſtimini moribus togatis: exuite barbariem: abiicite mentium crudelitatem: quia ſub æquitate noſtri temporis non vos decet viuere moribus alienis* & Lib. III. ep. XLIII. ad Vnigem Spatarium ſcripta: *delectamur iure Romano viuere: quos armis cupimus vendicare: nec minor nobis cura eſt rerum moralium, quam poteſt eſſe bellorum. Quid enim proficit, Barbaros remouiſſe confuſos, niſi viuatur ex legibus?* Hinc ANT. DOMINICVS *de prærogat. allod. c. VI. Iccirco etiam epiſt. 2. lib. 1. eius conſiſtorium more Romano adornatum depingit, vt patet ex collatione deſcriptionis conſiſtorii Iuſtini minoris apud Corippum lib. 3. Inde quoque ab eodem Sidonio epiſt. 1. lib. 2.*

*Theo-*

*Theodoricianas leges dictas putat Baronius ad annum 468. quaſi ad Romanarum inſtar Gothicas compoſuerit.*

*** Tale eſt edictum Theodorici Regis, quod primum edidit PETRVS PITHOEVS & ex eo FRIDERICVS LINDENBROGIVS, *Codice Legum antiquarum p.* 239. Sic etiam IO. COCHLAEVS vita Theodorici ſinguleri capite XI. egit de Iuſtitiæ vigore & legum obſervatione ſub Rege Theoderico. Talia Theodorici Edicta perplura extant inter Caſſiodori varias lectiones, de quibus Pithoeus præfatione in Edictum Theodorici: *Caſſiodori Variarum libri ad ius Romanum ſic pertinent, vt Theodoriciana & Oſtrogothica pleraque admixta habeant: qua qui non ſatis diſcernunt, hybridas ſæpe nobis pro mere Romanis obtrudunt.*

**** Vid. etiam CONRINO. *de Orig. Iuris Germ. c. IV.*

## §. V.

*Ius Iuſtinianeum in Italia.*

Poſtquam autem Iuſtinianus, deuictis Gothis, Italiam occupaſſet, cœpit etiam per Italiam Ius Iuſtinianeum, * licet hoc ipſo priſtina Italorum Iuriſprudentia, quæ in Iure conſiſtebat Ante-Iuſtinianeo, atque Gothico non ſtatim plene aboleretur. Aſt, cum Longobardi a Narſete euocati, ſub Alboino Rege Italiam occupasſent, ** pro more victorum Leges ſuas Longobardicas introduxerunt, quas in ſcripturam primum Rotharis circa annum 637. redegit.*** Poſt hunc addidit quædam eiusdem Edicto Grimoaldus. **** Inde Luitprandus Rex multas leges adiunxit, quæ in Codicibus MSCtis epigraphis diſtincta leguntur. ***** Acceſſerunt Ratchiſi & Aiſtulphi Edicta. His demum Carolus M. Ludouicus, Lotharius, Pipinus, Guido, Otto, Henricus, Conradus Impp. varia adiecerunt, ****** quæ Lege Langobardicæ videmus inſerta.******* Hanc autem tribus Libris, diuerſisque titulis diſtinctam, Codici Legum Antiquarum inſeruit Fridericus Lindenbrogius,† præmiſſis nominibus Regum vel Impp. a quibus ſingula Capitula fuerunt profecta. Quis iſta Capitula collegerit, equidem incertum, quamuis non adeo recens eſſe factum, ex eo pateat, quod in libris Feudorum †† ad hanc collectionem prouocetur Carolus Cotta etiam, Siculus, qui ante quingentos annos vixit, in eandem iamdum fuerit commentatus. ††† Et quidem circa Lotharii Imp. tempora, †††† ab homine priuato quem Petrum Diaconum Caſſinenſem eſſe volunt, ††††† cum nulla recentior in eodem occurrat conſtitutio. Aſt hic capita ſæpe diſperſit, omnia miſcuit, temporum rationem fere nullam habuit, omnia mire confudit, licet etiam ab aliis ſubinde quædam adiecta fuiſſe videantur. †††††† Magnæ tamen hæ leges fuerunt auctoritatis, vt Italorum plures in easdem fuerint com-

Digitized by Google

commentati. †††††† Hinc etiam reliquiæ Iuris Langobardici apud Italos ſemper remanſerunt. †††††††

* Patet hoc ex iis, quæ Capite Tertio dicta fuerunt §. *VII.* Iuris autem amantem fuiſſe Longobardorum gentem, docet nos GÜNTHERVS *Ligurino*, dum lib. II. v. 131. canit

*Gens aſtuta, ſagax, prudens, induſtria, ſolers,*
*prouida conſilio, legum iuriſque perita*

& v. 155.

*illa tamen legum prudens, & iuris amori*
*dedita gens*

Ad quem locum IACOBVS SPIEGELIVS: *Merula Regnum Longobardorum minime crudele fuiſſe ait, & Legem Longobardam celebrari, cuius præcipue autor Rotaris, & cæteri Reges perhibentur. Nec non eſſe quaſdam Italiæ Ciuitates, quæ in hanc vsque diem iudicia ſua ex edictis Longobardorum magis, quam ex Decretis Imperatoriis exercent. Præterea Longobardorum Reges eos fuiſſe, (fremant licet cætera gentes) qui legibus & armis vniverſam pene Italiam iam a maiorum virtute degeneratam ſubleuauerunt, erexerint, & exornauerint.*

** Hoc latius perſequitur PAVLVS DIACONVS *de geſtis Longobardorum lib. II. c. V. ſqq.* Demonſtrat hoc etiam HERM. CONRINGIVS *de Orig. Iuris Germ. c. XX. p. III.* dicens: *Huc facit pragmatica illa Iuſtiniani, cuius initium: pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Epiſcopi: quædam diſponenda eſſe cenſuimus, ad vtilitatem omnium pertinentia qui per occidentales partes habitare noſcuntur.* Ita etiam habet Artic. X. *Iura inſuper vel leges codicibus noſtris inſertas, quas iam edictali programmate in Italiam dudum miſimus, obtinere ſancimus; ſed & eas quas poſtea promulgauimus conſtitutiones iubemus ſub edictali programmate vulgari, & ex eo tempore, quo ſub edictali programmate vulgatæ fuerunt, etiam per partes Italiæ obtinere, vt vna volente Deo facta republica legum etiam noſtrarum vbique prolatetur auctoritas.* Idem PAVLVS DIACONVS in Hiſt. Longob. lib. I. c. XXV. Iuſtinianeam Iuriſprudentiam admodum laudat. Nouellas commendat *Hiſtoria Miſcella lib. XVI. c. II.* Iohannes VIII. Papa in Concilio Tricaſſino circa a. DCCCLXXXIX. in hæc verba ſcripſit: *vnde noſtra ſerenitas cum præſcriptis Epiſcopis, inſpectis legibus Romanis vbi habeatur de ſacrilegiis, inuenimus ibi a Iuſtiniano Imperatore legem compoſitionis ſacrilegii conſtitutam in quinque libras auri optimi.*

*** PAVLVS DIACONVS lib. IV. c. XLIV. *hic Rothari rex, Langobardorum leges, quas ſola memoria & vſu retinebant, ſcriptorum ſerie compoſuit, codicemque ipſum Edictum appellari præcepit. Erat autem iam ex quo Langobardi in Italiam venerant, annus ſeptuageſimus ſeptimus, ſicut idem rex in ſui edicti teſtatus eſt prologo.* & Lib. I. c. XXI. *hoc ſi quis mendacium & non rei exiſtimat veritatem, relegat prologum edicti, quem Rex Rotharii de Longobardorum legibus compoſuit.* HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 637. *per hæc tempora Rotharius Rex Longobardorum, quamuis Arrianus, iuſtitiæ tamen amator, Leges Longobardorum ſcripſit.* GAVDENTIVS MERVLA lib. I. Antiqu. Vice-Com. Mediol. circa fin. *Lex etiam Longobarda celebratur, cui præcipue autor Rotaris & cæteri Reges perhibentur. Quare minime mirandum, ſi poſt extincto s Reges, quidam Duces imperauerint. & Longobardi a Ciuitatibus in partem iuris, & libertatis conditionem,*

 quæ

Digitized by Google

*qua ipſi erant recepti, ſine diſcrimine ceu indigenæ ſemper habiti fuerint.* CAROLVS SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. II. p.* 39. ad a. 643. *Erat annus, poſtquam Longobardi in Italiam Venerant, ſeptuageſimus ſextus. quam ad diem ipſi ſic Vixerant, Vt legibus nullis ſcriptis, Verum Veteribus ſcitis Vſu quotidiano, ac repetita memoria conſeruatis obtemperarent. Huic igitur incommodo occurrere Rotharis cupiens omnia ſcita collegit, ac multis nouis decretis reip. ſalutaribus aucta, in Tabulas retulit, quas Edictum Vocauit, atque hoc anno X. Kal. Decembris Papiæ publicauit cum hoc prooëmio. Incipit edictum, quod renouaui cum primatibus meis iudicibus, ego in Dei nomine Rotharis Rex, Vir excellentiſſimus ſeptimus decimus Rex gentis Longobardorum anno Regni mei, Deo propitio, octauo, ætatiſque meæ triceſimo octauo, indictione ſecunda, & poſt aduentum in prouinciam Italiæ Longobardorum, ex quo Albeinus tunc temporis Rex procedente diuina clementia aduenit, anno ſeptuageſimo ſexto, feliciter, datum Ticini in Palatio. Quanta pro ſubiectis noſtriſque noſtra fuerit ſolicitudinis cura, Vel ſit, ſubter adnexatio, & norma declarat. Tam propter aſſiduas præcipue fatigationes pauperum, quam etiam propter ſuperfluas exactiones ab iis, qui maiorem Virtutem habent, quos Vim pati cognouimus, ob hoc conſiderantes Dei omnipotentis gratiam, neceſſarium eſſe perſpeximus, præſentem corrigere, & componere legem, quæ priores omnes remoueat, & emendet, & quod deeſt adiiciat, quod ſuperfluum eſt, abſcindat, in Vno prauidimus Volumine complectendam. quatenus liceat Vnicuique ſalua lege, ac iuſtitia quiete Viuere, & propter operationem contra inimicos laborare, ſuoſque fines defendere.* Concluſio vero talis eſt: *Præſentis Vero noſtræ diſpoſitionis edictum, quod Deo propicio cum ſummo ſtudio, ac ſummis Vigiliis, ac cæleſti fauore præſtitis inquirentes, & rememorantes, antiquas leges patrum noſtrorum, quæ ſcriptæ non erant, condidimus. Et quæ communibus omnium gentis noſtræ Vtilitatibus expediunt, pari conſilio, plerique conſenſu cum primatibus principibus cunctoque feliciſſimo exercitu augentes conſtituimus, & in hoc membrano ſcribere iuſſimus, pertractantes, & ſub hoc tamen capitulum reſeruantes, Vt quod adhuc diuina annuente clementia per ſubtilem inquiſitionem de antiquis legibus Longobardorum tam per noſmet ipſos, quam per antiquos homines memorare poterimus, in hoc Edicto ſubiungere debeamus, addentes quin etiam & pergaret hix ſecundum ritus gentis noſtræ confirmantes, Vt ſit hæc lex firma & ſtabilis, quatenus noſtris feliciſſimis, & futuris temporibus firmiter, & inuiolabiliter ab omnibus noſtris ſubiectis cuſtodiatur. Et hoc addimus ac decernimus, Vt cauſæ, quæ finitæ ſunt, non reuoluantur: quæ autem finitæ non ſunt, a præſente Viceſima ſecunda die menſis huius Nouembris inchoatæ, aut ortæ fuerint, per hoc edictum emendentur, ac finiantur. Et hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per Vitium ſcriptoris in hoc Edicto adhibeatur. ſi aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credantur, aut ſuſcipiantur, niſi quod per manus Anſualdi notarii noſtri ſcriptum, aut recognitum eſt, & reuiſum, quia per noſtram iuſſionem ſcripſit.*

**** PAVLVS DIACONVS *lib. V. c. XXXIII.* de Grimoaldo: *hic edicto, quod Rotharis rex compoſuerat, aliqua quoque capitula legis, quæ ei Vtilia Viſa ſunt, adiecit.* CAROLVS SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. II. p.* 46. hoc ad annum 668. refert, dum de Grimoaldo ſcribit: *bellicis inde curis omiſſis, ſequenti anno ad pacis ſtudia ſe conuertit, iuraque populis deſcribere inſtitit. Quippe ex iudicum ſuorum ſententia cum Edictum a Rothari editum nonnullis in partibus imperfectum eſſe ſentiret, aliquot ei leges adiecit, quas maxime idoneas iudicauit, eaſque cum hoc proœmio diuulgauit. Superiore pagina huius Edicti legitur, quod adhuc annuente domino memorare poterimus, de ſingulis cauſis,*

*quæ*

*quæ præſenti non eſſent adſcriptæ, in hoc Edicto adiungere debeamus, ita, Vt cauſſæ, quæ indicatæ, & finitæ ſunt, non reuoluantur. Ideo ego Grimoaldus Vir excellentiſſimus rex gentis Longobardorum anno, Deo propitio, ſexto regni mei, menſe Iulio, Indictione Vndecima, per ſuggeſtionem iudicum, omniumque conſenſum, quæ illis dura, & impia in hoc Edicto Viſa ſunt, ad meliorem ſenſum reuocare prævidimus.*

***** Sic P. DIACONVS lib. VI. c. LVIII. fin. inter alias laudes, quas Luitprando tribuit, ipſum vocat *legum augmentatorem.* BERNHARDVS SACCVS *Hiſt. Ticin. lib. IX. c. V.* de Luitprando Rege: *poſſem alias etiam addere præfationes, quibus ipſe Rex humili ſemper ſermone Deo inuocato ſcriptiones Legum ſuarum inſtituit. Diuerſas penitus a Iuſtiniani iactatione, cuius dicendi Vanitatem imperiti admirantur eo loco, Imperatoriam Maieſtatem, &c. Et ſe Gothicum, Alanicum &c. inſcribens, in ſui ipſius glorificatione euanuit. Huiuſmodi igitur religione imbutus Luitprandus tam in ferendis legibus, de ſuorum Procerum Ducumque cohibendis exceſſibus &c.* De eodem SIGONIVS ad a. 713. lib. III. p. 58. *quo periculo proſpere, egregieque perfunctus animum inde contulit ad regnum legibus inſtruendum. Quippe omnes ex regni partibus iudices Longobardos in regiam euocauit, eosque de nouo iure conſtituendo conſuluit. Itaque re ſequenti anno confecta nouæ leges ad antiquum Rotharis Edictum adiunctæ, Indictione XI, pridie Kalendas Martias diuulgatæ ſunt, anno adhuc illius primo, Vt ipſe in earum proœmio ſcripſit. Recolimus, quoniam robuſtiſſimus deceſſor noſter, atque eminentiſſimus Rothar rex ſicut ipſe eſt in ſcriptis effatus ſuis ſuperius in Longobardis Edictum renouauit, atque inſtituit, Vbi & prudenter inſerere curauit, dicens, Vt quisque Longobardorum Princeps eius ſucceſſor ſuperfluum quid ibi reperiret, ex eo ſapienter auferret, & quod minus inueniret, Deo inſpirante, adiiceret. Poſt hunc enim glorioſiſſimus Grimoald rex, quæ illi ſecundum dominum placita fuerunt, minuit, & ampliauit. Cuius nos normam ſequuti diuinitus, Vt credimus, inſpirati ſimili modo ea, quæ iuxta Dei legem nobis congrua apparuerunt, ſubtrahere, & addere decreuimus ſicuti & in præſenti pagina ſcribere iuſſimus. Ob hoc ego in Dei omnipotentis nomine Luitprand excellentiſſimus, Chriſtianus, & Catholicus Deo dilectæ gentis Longobardorum rex, anno, Deo propicio, regni mei primo pridie Kalend. Martias indictione Vndecima Vna cum omnibus iudicibus de Auſtriæ, & Neuſtriæ partibus, & de Tuſciæ finibus cum reliquis fidelibus meis Longobardis, & cuncto populo aſſiſtente hæc nobis iuxta Dei timorem, atque amorem ſancta comparuerunt, & placuerunt.* De eodem ſic loquitur FRIDERICVS LINDENBROGIVS in Prolegomenis. *Rotharim ſequutus eſt Grimoaldus Rex, & VI. regni ſui anno, menſe Iulio, indictione XII. quæ in priore Edicto emendanda Viſa fuerunt, per ſuggeſtionem iudicum correxit & reuocauit. Hunc Luitprandus, qui & ipſe ſtatim ab anno regni ſui primo, Vſque ad an. XXIII. die Kal. Mart. indict. 3. in Edicti pagina multo plura, quam priores duo, adiunxit; quæ in MSS. Cod. ſuis epigraphis diſtincta leguntur.*

****** Patet hoc ex Collectione legum Longobardicarum, in quarum rubricis hinc Regum horum nomina occurrunt. De Rachi Rege equidem SIGONIVS lib. III. p. 72. ad a. 745. *Poſtero Vero anno, Vt ius in regno ſanctiſſime coleretur, adhibitis omnibus Longobardorum ex Auſtria, Neuſtriaque iudicibus Veteres diligenter perpendit, quæque correctione egere iudicauit, ea nouis legibus latis ex eorum ſententia emendauit. atque has ſequenti anno Kalendis Martiis anno regni ſui ſecundo, indictione quarta decima, promulgauit, cum hoc proœmio. Quoniam glorioſiſſimus, præcelſus Rotharis huius Longobardorum gentis princeps, ſibi Deo inſpirante, leges inſtruit, atque innouauit Vt omnes*

*intentiones, & diſſenſiones malorum regali ſtudio reſecaret. Et quidem ſtatuit, vt cuncti ſucceſſores eius, quæ ſibi Deo inſpirante aſpera & dura cognoſcerent, illa ad mollitiam, & pietatis adducerent gratiam. Deinde ſucceſſor eius Grimoald præcellentiſſimus rex, dum ſtudioſe, ac vigilanter ſingulorum conſiderans neceſſitates, quæ illis melius complacuere, ad cultum ſalutis augendo, minuendoque adduxit. Poſt hunc vero glorioſiſſimus, & orthodoxæ fidei cultor, atque huius gentis gubernator, & noſter per Dei omnipotentiam nutrit*[or] *Luitprand eximius, ac præcelſus, ac ſapientiſſimus princeps, perſiſtens in Dei operibus & quotidianis vigiliis, omnipotentiæ, & ſobrietate ornatus, ſicuti a Deo promeruit per ipſius inſpirationem omnia dicentem, reliquit, & in Edicti pagina cum ſuis Longobardis iudicibus confirmauit. Idcirco per redemptoris noſtri prouidentiam ego diuino auxilio fretus Rachis præcellentiſſimus, & eximius princeps anno regni mei ſecundo die Kalendarum Martiarum, indictione quarta decima, dum cum gentis noſtræ, id eſt Longobardorum iudicibus tam de Auſtriæ, quam de Tuſciæ, vel Neuſtriæ finibus vniuerſa, quæ a deceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt, ſollicite conſideraſſem, quædam ibi iuſta, & quædam purganda cognouimus.* De Aiſtulpho vero dicit lib. III. p. 77. ad a. 754. *interim Aiſtulfus omni quaſi belli cura ſolutus regno legibus cumulando vacauit. Itaque Kal. Martiis, Indictione VII. leges ad Edictum adiectas cum hoc proœmio diuulgauit: Dei omnipotentis auxilio ego Aiſtulfus præcellentiſſimus Catholicus Longobardorum rex præceſſorum noſtrorum omnia inſtituta perpendens quædam ibi reperimus non adnexa, de quibus maximus error noſtrorum iudices addenda iudicia volebant. Ideo anno fœliciſſimi regni noſtri in Dei nomine quinto, in die Kalendarum Martiarum, indictione ſeptima, conuocatis ex diuerſis partibus regni noſtri pertinentibus iudicibus communi conſilio in Edicti pagina affigi ſtatuimus, quæ præcellentiæ noſtræ ſecundum dominum iuſta comparuerunt.* Vid. etiam CONRING *de Orig. I. Germ. c. XI.* CHRISTIAN GODFRID HOFMANN *de Orig. & Nat. Leg. Germ. ſect. IV. §. LXX.*

******* Hæc Capitula non ſolum inſerta videmus Legi Longobardorum, ſed etiam apud BALVZIVM *Tomo I. p. 327.* extant Capitula addita ad Legem Longobardorum & Capitula excerpta ex Lege Longobardorum.

† *p. 503.* Ante Lindenbrogium tamen Melchior Goldaſtus eandem Collectioni ſuæ Legum atque Conſuetudinum inſeruit.

†† Vtpote *I. F. X. & hoc colligitur per legem quæ eſt in titulo de acquiſitione actorum regis in Lombarda* qui eſt *lib. II. Tit. XVII.* & *II. F. XXII. ſed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio: alioquin & beneficium & poſſeſſionem amittit: vt in Lombardia de iis qui ad palatium venire contempſerint, l. ſi cuiuſcunque.* Eſt hæc *l. 3. libri II. Tit. XLIII. & II. F.* XXVIII. *argumentatione legis de vltimis voluntatibus: in Lombarda ſc. illa, quæ dicit: Lib. II. Tit. XVIII.*

††† De hoc LINDENBROGIVS in Prolegomenis: *& qui Capitulare hoc (ſic enim vocant) Commentariis ſuis explicauit Carolus Cottus Siculus, ante quadringentos annos vixit: eodem nempe quo Placentinus (quem in præfatione Lib. I. præceptorem ſuum vocat) ius Romanum interpretabatur.*

†††† Demonſtrauit hoc CONRINGIVS *de Orig. Iuris cap. XXII.* Prouocatur equidem ad Caroli IV. Edictum, quod *lib. III. Tit. I.* editionis Lindenbrogianæ exſtat, quod tamen in Goldaſtina editione haut reperitur: neque illud ad regnum Longobardicum pertinet.

††††† Petrum Diaconum a Lothario Cæſare Logothetam Italicum, Exceptorem,

Char-

Chartularium Imperii fuiſſe conſtitutum, liquet ex Lotharii epiſtola ad Guibaldum Caſſinenſem Abbatem, quæ exſtat in *Chronico Caſinenſi lib. IV. cap. CXXV.* Hunc vero Codicis Longobardici eſſe collectorem, hac ſaltim nititur coniectura, quod quædam Codicum Exempla eiusdem nomen præferant.

†††††† Id quod etiam adgnouit HOFMANNVS *c. l.*

††††††† LINDENBROGIVS in Prolegomenis: *quanti hunc librum maiores noſtri ſemper fecerint, ſatis abundeque viri docti, Carolus Cottus, Andreas de Baruto, Nicolaus Boërius, Io. Bapt. Nenna, indicio ſunt, quos non pœnituit, tot in illum ſcholia & gloſſas ſcripſiſſe.*

†††††††† Sic enim IACOBVS SPIEGELIVS: *eſſe quasdam Italiæ ciuitates, quæ in hanc vsque diem iudicia ſua ex Edictis Langobardorum magis quam ex decretis Imperatoris exercent.* Et alio loco: *in Transpadana regione certa capita Langobardicarum legum etiamnum ſeruari: idque ſatis notum iis eſſe qui volumina interpretum iuris ciuilis verſant:* MELCHIOR etiam GOLDASTVS *in Prolegomenis Collectionis Conſuetud. & Legum Imperialium* ait: *Franciſcus Curtius Iunior probaturus Leges Langobardorum in diſceptandis litibus auctoritatem habere: profert ſententias Gloſſatorum vtriusque iuris, nimirum Accurſii; Pilei, Conradi, & Ioannis Theutonici, veterum. Iuris interpretum*, prout CONRINGIVS notauit *cap. XXII.*

## §. VI.

*Reliquiæ Iuris Romani in Italia.*

Exortis licet Legibus Langobardicis, ſupermanſerunt tamen Iuris Romani reliquiæ, vbi non vſus vel ius ſcriptum eidem contradiceret.* Maxime vero Exarchales vrbes easdem Iuris Romani reliquias conſeruarunt.** Licet etiam iſtæ, dum Aiſtulphus, Longobardorum Rex, ſeculo VIII. Græcis eiectis, finem imponeret Exarchatui *** ſenſim deficerent. Superfuit tamen apud Romanos vſus quidam Iuris Iuſtinianei. Videmus enim in Legibus Longobardicis **** ſæpius prouocatum ad Leges Romanas.

* Diſcimus hoc etiam ex I. F. I. vbi dicitur: *Legum autem Romanarum non eſt vilis authoritas: ſed non adeo vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores.*

** Teſtatur de eo FRANC. BALDVINVS *in Prolegomenis Comment. in Inſtituta*, dum ait: *cum in Italia & reliquis partibus Occidentis regnarent variæ leges barbarorum, veluti Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Francorum, in perturbatiſſimo tamen illic ſtatu Rauennam, quæ diutius paruit Græcis, & ſub Exarchis Conſtantinopolitanis agebat, conſeruaſſe qualescunque Iuris Romani reliquias, allatas ex Græcia interim vero nata feuda, & id genus alia.*

*** HIER. RVBEVS *Hiſt. Rauennat. libro IV.* & ÆGIDIVS STRAVCHIVS *in Hiſtoria Exarchatus.*

**** Patet hoc ex lege Liutprandi lib. I. Legis Longob. tit. XXIX. l. 2. *de ſcribis hoc proſpeximus, vt qui cartam ſcripſerit, ſiue ad legem Longobardorum, quæ aptiſſima & pene omnibus nota eſt, ſiue ad legem Romanorum, non aliter faciant, niſi quomodo in illis legibus continetur. Nam contra Longobardorum legem, aut Romanorum, non ſcribant: quod ſi neſciuerint, interrogent alios. Et ſi non potuerint ipſas leges plene ſcire, non ſcribant ipſas cartas.* Sic Liutprandus Rex ſtatuit l. 1. lib. II. Tit. II. *ſi*

*Romanus homo mulierem Longobardam tulerit, & mundium ex ea fecerit, & poſt eius deceſſum ad alium maritum ambulauerit, ſine voluntate heredum prioris mariti, faida & anagrip non requiratur. Quia poſtquam marito Romano ſe copulauerit, & ipſe ex ea mundium fecerit, Romana effecta eſt, & filii qui de eo matrimonio naſcuntur, ſecundum legem patris Romani ſunt, & lege patris viuunt: & ideo faidam & anagrip, minime componere debet, qui eam poſtea tulit, ſicut nec de alia Romana.* & I. F. I. *cauſarum quarum cognitio frequenter nobis committitur, alia dirimuntur iure Romano: alia vero legibus Longobardorum: alia autem ſecundum regni conſuetudinem.*

## §. VII.

*Reliquiæ Iuris Romani apud Francos & Italos.*

Deuictis autem licet per Carolum M. vna cum horum Rege, Deſiderio, Longobardis, manſit tamen apud Italos etiam ſub Francis, Longobardici æque atque Romani Iuris auctoritas, * quam etiam Franci in terris ſuis paulatim conſeruarunt, vt ſubditis ſuis liberum relinquerent, lege etiam Romana viuere. ** Id quod ſub Francicis Impp. reliquum fuit, vsque ad tempora Lotharii. *** Ita tamen, vt in Galliis, vbi iam iam deſierat Imperii Romani Maieſtas, potior vſus eſſet Codicis Theodoſiani. **** In Italia potior fuit Codicis quam Nouellarum vſus, ***** Pandectarum vſu fere abolito. † Qui factum, vt iſtæ per deſuetudinem plane iacerent ſepultæ, atque Pandectarum Codices cum tineis fere & blattis certarent.

* Patet hoc ex Capitulis, quæ Carolus M. Ludouicus Pius, aliique Francorum Reges Legibus Longobardicis adiecerunt. Talia ſunt Caroli M. ad Legem Longobardorum an. 801. adiecta apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 345. & Pipini Iunioris Capitula excerpta ex Lege Longobardorum *p.* 542. Excerpta Ludouici Pii ex Lege Longobardorum *p.* 659. & quæ in Lege Longobardica apud Lindenbrogium fuerunt inſerta.

** Sic Lotharius ſtatuit in Lege Longobardica lib. I. tit. VII. l. 1. *vt mulieres Romanæ, quæ viros habuerunt Longobardos, eis defunctis a lege viri ſui ſint abſolutæ, & ad ſuam reuertantur legem. Et hoc ſtatuimus, vt ſimili modo ſeruetur in ceterarum natione mulierum.* Idem lib. III. Tit. LVII. l. 1. *volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, quali lege vult viuere: vt tali lege, quali viuere profeſſi ſunt, viuant. Illisque denuncietur, vt hoc vnusquisque, tam Iudices, quam Duces; vel reliquus populus ſciat. Quod ſi offenſionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur viuere, per diſpenſationem pontificis ac noſtram ſubiaceant.* Sic in Capitulis Caroli M. additis ad Legem Longobardorum apud BALVZIVM Tomo. I. p. 345. in præfatione: *pleraque ſtatuta recitata ex Romana, ſeu Longobardica lege competenti ſententia terminata ſunt.* Et in Capitulo Caroli M. de honoranda ſede Apoſtolica p. 358. *vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat definire.* Capit. Caroli M. ſexto n. 2. p. 401. *de ſecundo, vnde me interrogaſti, ſi Comes de notitia ſolidum vnum accipere deberet, & Scabini ſiue Cancellarius, lege Romanam legem; & ſicut ibi inueneris exinde facias.* Add. Capit. IV. n. 45. p. 1202. *vt iuxta Romanam legem hæc corrigantur.* Et n. 160. *ſcimus enim, quoniam talium criminum patratores lex Romana, quæ eſt omnium humanarum mater legum, igne cremari iubet.* In Capit. Caroli Calui, & quidem Edicto Piſtenſi, n. 13. Tom. II. p. 179. *in illis*

*autem*

Digitized by Google

*autem regionibus in quibus ſecundum legem Romanam iudicia terminantur, iuxta ipſam legem culpabilis iudicetur.* Idem repetitur *n.* 16. 21. 23. 28. 31. In Edicto Tuſiacenſi n. 6. p. 198. *ſicut lex Romana praecipit.* Lex Ripuaria tit. X. *Eccleſia lege Romana viuit.* In libro I. Legum Longobardicarum Tit. LVI. tribuitur Carolo talis Conſtitutio: *ſicut conſuetudo noſtra eſt, vt Langobardus aut Romanus, ſi euenerit quod cauſam inter ſe habeant, obſeruemus, vt Romani ſucceſſiones iuxta illorum legem habeant: ſimiliter & omnes ſcriptiones ſecundum ſuam legem faciant: & quando componunt, iuxta legem ipſius, cui malum fecerint, componant: & Longobardos illos conuenit ſimiliter componere De caeteris vero cauſis communi lege viuant, quam Dominus Karolus excellentiſſimus rex atque Langobardorum in Edictum adiunxit.* Annales Francorum Fuldenſes ad a. 801. de Leone III. Papa. *Poſt paucos autem dies iuſſit eos, qui Pontificem anno ſuperiori depoſuerant, exhiberi, & habita de iis quaeſtione, ſecundum legem Romanam, vt maieſtatis rei capitis ſententia damnati ſunt:* Lotharium equidem Imp. vſum iuris Romani abrogare voluiſſe, ex eo patet, quod Leo IV. Papa de eodem interceſſerit, de quo c. 13. diſt. 10. *veſtram flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit absque vniuerſis procellis, & pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita nunc ſuum robur propriumque vigorem obtineat.* Lotharius igitur populo optionem reliquit, legem aliquam ſibi eligendi quod ex lib. II. tit. LVII. L. Longobardicae patet: *volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, quali lege vult viuere: vt tali lege, quali viuere profeſſi ſunt, viuant; illisque denuncietur, vt hoc vnusquisque, tam Iudices quam Duces, vel reliquus populus ſciat, quod ſi offenſionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur viuere per diſpenſationem Pontificis & noſtram ſubiaceant.* MARCVLFVS Append. form. n. LVI. *quod ſecundum Legem Romanam actum eſt nullatenus reuocetur.* Et ſub finem: *ſed; ſicut dixi ſub integra & legitima ingenuitate debeat permanere ingenuus atque ſecurus, & ſemper ad ciuitatem debeat pertinere Romanam teſtamentum etiam faciendi liberam in omnibus habeat poteſtatem.* Immo iam ante Clotharius Rex, negotia inter Romanos Romanis legibus voluerat terminari, de quo extat Conſtitutio in Tomo I. Concil. Galliae *a.* 560. In Capitulis Caroli Calui *Tit. XXXI. c. XX.* dicitur: *in illis autem Regionibus, in quibus ſecundum legem Romanam iudicantur iudicia, iuxta ipſam legem committentes talia iudicentur, quia ſuper illam legem vel contra ipſam legem, nec anteceſſores noſtri quodcunque Capitulum ſtatuerunt, nec aliquid conſtituimus.* Vſus tamen Romanarum legum quantiſper fuit coërcitus, prout ex Caroli M. Capitularibus patet, in quorum *libro VI tit. CCCXLIII.* haec habentur: *alienae gentes legibus homines ad exercitium imbui & permittimus & optamus ad negotiorum vero diſcuſſionem & reſultantes & prohibemus.* In Legibus Wiſi Gothicis vero *lib. II. tit. I. §. 9.* haec ad verbum repetuntur, additurque: *nolumus ſiue Romanis legibus, ſiue alienis inſtitutionibus a modo amplius conuexari.* Ex hac iurium varietate haec confuſio fuit orta, de qua queritur HINCMARVS de poteſtate Regia c. XV. *quando ſperant ob id lucrari, ad legem Romanam ſe conuertunt: quando vero per legem non aeſtimant acquirere, ad Capitula confugiunt, ſicque interdum fit, vt nec Capitula plene obſeruentur, ſed pro nihilo habeantur nec ex.* Vid. HERTIVS *de Conſult. §. XIV.*

*** CAROLVS SIGONIVS lib. VIII. de Regno Italiae p. 188. ad a. 1007. ait: *in quibus illud animaduerſione dignum, cum horum etiam temporum conſuetudo ferret, vt omnes ederent, qua quisque lege viuere vellent, Romana, Longobarda, an Salica, Bonifacium Longobardam eſſe profeſſum, Mathildem vero Salicam, quod ex eorum tabulis, quae plurima*



Digitized by Google

*rima in eccleſia Mutinæ aſſeruantur, cognoſcitur. Quod in patre, & filio, non idem in viro, & coniuge obſeruatum. vnde in eodem tabulario per hæc tempora ſic ſcriptum inuenitur: Maria, quæ profeſſa ſum lege viuere Romana, ſed nunc pro ipſo viro meo lege Longobardorum viuere videor, qui profeſſus eſt ex natione ſua lege viuere Longobardorum.* Sic Henricus III. Imp. *lib. II.* Legis Longob. *Tit. VIII.* ad leges prædeceſſorum ſuorum prouocat. Et lib. II. Tit. XLVII. L. XI. *Henricus diuina pietate ſecundus Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam in legibus cautum eſt, vt nemo clericorum iurare præſumat:* Et paullo poſt: *vt ergo hæc dubietas omnibus penitus auferatur, illam Diui Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium Eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum diuus Iuſtinianus iure decreuerit, vt Canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum Canonibus reperitur, vt clerici iurare non audeant, dignum eſt, vt totus clericalis ordo a præſtando iureiurando immunis eſſe procul dubio cenſeatur.*

**** De prima Regum linea plura habemus teſtimonia. Sic AGATHIAS *lib. I. de b. Goth. p. 7.* teſtatur, Gallos ætate Iuſtiniani ius Romanum in Contractibus, Matrimoniis aliisque ſeruaſſe. καὶ τῇ πολιτείᾳ ὡς τὰ πολλὰ χρῶνται Ῥωμαϊκῇ καὶ νόμοις τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ἀμφίτε τὰ σύμβολα καὶ γάμους, καὶ τὴν θεοῦ θεραπείαν νομίζουσι. *Et Politia vt plurimum vtuntur Romana & legibus iisdem: eandem etiam contractuum & nuptiarum rationem, & diuini Numinis cultum tenent.* AIMOINVS *lib. IV. c. XXVIII.* de Sadregiſili filiis, patris necem vlciſci nolentibus, ait: *idcirco in publico Francorum Conuentu, a quibusdam Proceribus ſecundum leges Romanas (quæ ſanciunt, a paterna eos decidere hæreditate debere qui noluerint interfecti necem vindicare) omnibus paternis expoliati ſunt bonis, atque inanes relicti.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IV. c. XLI.* teſtatur, Guntramum, filium Clotharii Primi, quendam Andarchium peritum in Codice Theodoſiano ad ſummos honoris gradus euexiſſe. Sic Innocentius III. c. 13. de Iudiciis. *nec ſic illud humillimum omittamus, quod Theodoſius ſtatuit Imperator; & Carolus innouauit, de cuius genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe.* Patet hoc ex eo, quod ipſe Carolus M. Codicem Theodoſianum Aniani, anno XX. regni ſui, vt ex antiquiſſima illius operis præfatione patet, confirmauerit. Neque ex Iuſtinianeo, ſed ex Theodoſiano aliquid in Capitularia Regum Francorum fuit translatum. Sic in Formulis Sirmondicis *ſ. XI.* prouocatur ad Corporis Theodoſiani librum quintum, & Noua Collectione Form. XVI. *vt lex mundana Theodoſiano corpore arbitratus diſcernit.* HINCMARVS etiam *in Epiſtola ad Carolum Caluum Opp. Tom. II. p.* 316. ad varias leges Codicis Theodoſiani prouocat. Sic FLORVS Lugdunenſis ad Modoinum, Epiſcopum Auguſtodunenſem ſcribens, ſub perſona Eccleſiæ:

> *Me Conſtantinus reuerendo munit, ab ore,*
> *me quoque Theodoſius protegit ore pio.*

vbi IOANNES MABILLONIVS, qui nobis hanc epiſtolam didit, recte adnotat, hæc ideo dici de Theodoſio, quia Eccleſia Gallicana Codice Theodoſiano vtebatur, & eius libertas ac immunitas legibus Imperatorum Romanorum nitebatur. Apud ADREVALDVM Floriacenſem lib. I. de Miraculis S. Benedicti cap. 25. *ſcriptum eſt, eccleſiaſticas res ſub Romana conſtitutas lege.* Debemus hæc STEPHANO BALVZIO *notis ad Capitularia p.* 995. Idem HERM. CONRINGIVS *de Orig. Iuris Germ. cap. XX. p.* 110. latius demon-

demonſtrauit. VINC. CABOTIVS *lib. II. diſputat. I.* 10. PAPONIVS *in Prologo Corporis Iuris Francici.* CIRONIVS *lib. V. obſerv. Iur. Can. cap. IV. V. & VII.* ARTHVRVS DVCK *de authør. Iuris Civ. lib. II. c. V. §. XXVIII. XXIX.* 10. SELDENVS *Diſſ. ad Fletam cap. V.*

***** De Seculo IX. teſtatur HINCMARVS, eiusdem ſeculi ſcriptor, in Opuſc. XVI. communi Epiſcoporum nomine ad Regem, Operum Tomo II. ed. Sirmondi p. 225. c. V. *Teſtantur hoc publicæ Romanorum leges, quibus orbem vniuerſum viuere ſub ſua dominatione conſtituerunt: in quibus manifeſte præcipitur, & viros raptores & feminas raptas, ſi eis, ſiue ante raptum, ſiue poſt raptum, conſenſum præbuerint, pœnis vltimis eſſe puniendos.* Intelligitur hic Conſtitutio Iuſtiniani, quæ in Titulo Codicis de Raptu Virginum extat. Idem in Opuſculo LV. Capit. aduerſus Hincmarum Laudunenſem, Opp. Tom. II. p. 440. *ſed & leges Romanæ a Iuſtiniano Imperatore promulgatæ, quas probat Eccleſia, decernunt de Epiſcoporum ſine Metropolitani ſui auctoritate, profectione.* Idem Opuſc. LV. c. XXIX. p. 509. *proponam tibi legalem ſententiam Iuſtiniani Catholici Imperatoris quam probat & ſeruat Eccleſia Catholica, qua conſtitutione decreuit, vt nemo Epiſcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur propter quam Eccleſiaſtici Canones hoc fieri iubent.* Statutum hoc Nov. CXXIII. c. II. Idem *c. LI. p. 587. & Epiſt. de Presbyteris Crimin. §. XXXI. p. 799. e Nouellis Iuſtinianeis, quibus debitæ obſeruationis reuerentiam ſancta Eccleſia exhibet,* teſtimonia adfert Opuſc. XLIV. c. XXXII. Tom. II. p. 739. *& quoniam anni triginta ſecundum leges publicas, vt notum eſt, & iuxta conſtitutionem Eccleſiaſticam, vt demonſtrat Gelaſius Papa, humanas adimunt quæſtiones & Iuſtiniana lege, ac decreto beati Gregorii ex eadem lege promulgato, negotia inter venerabiles Eccleſias, ac monaſteria, locaque religioſa anni quadraginta determinant.* Idem De diuortio Lotharii & Thetbergæ Reſp. ad Interrogat. V. Opp. Tom. I. p. 590. *Vt leges ſæculi Chriſtianas contemnamus, ac conculcare velimus, quas etiam in Eccleſiaſticis neceſſitatibus promulgari ſæpe ſolent ab Imperatoribus & Regibus Eccleſia poſtulare, quarumque ſententiis in ſuis iudiciis ſimul cum ſententiis canonum Epiſcopalis auctoritas frequentius vtatur, & in tantum acceptet, vt Damaſus & Leo, atque ſanctus Gregorius, legum ſententias fecerint eſſe canonicas, ſicut in eorum inuenitur epiſtolis, & commonitoria ad Ioannem Defenſorem euntem in Hiſpanias beatus Gregorius de ſacris ordinibus per totum ex legalibus confecerit inſtitutis.* Eſt autem hæc Epiſtola Gregorii LI. libri XII. quæ ex Codice ſaltim & Nouellis eſt collecta. Idem Gregorius lib. XI. Ep. LIII. ad Ioannem Defenſorem, in c. 38. c. II. qu. I. *de perſona Presbyteri hoc attendendum eſt, quia, ſi quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ſed Epiſcopus ipſius adiri debuit: ſicut Nouella conſtitutio manifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, ac reuerendiſſimis Epiſcopis, Clericis, & Monachis, Imp. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.* Prouocatur hic ad Nouellam CXXIII. *§. ſi quis contra.* Ioannes VIII. in Decreto Iuonis Carnotenſis p. III. c. XCVIII. ſub annum 870. conſultus a Sineboldo Narbonenſi antiſtite, in Synodo Tricaſſina de priuilegiis eccleſiæ violatis reſpondit: *noſtra ſerenitas cum præſcriptis Epiſcopis, inſpectis legibus Romanis vbi habebatur de Sacrilegiis, inuenimus ibi a Iuſtiniano Imperatore legem compoſitionis ſacrilegii conſtitutam, ſcilicet in quinque libras auri optimi.* Eſt iſta Conſtitutio Arcadii & Honorii *l. 13. C. de Epiſc. & Cler.* Sic etiam c. 6. c. 24. qu. 3. ex Concilio Pariſienſi a. 829. in Gallia celebrato: de illicita excommunicatione: *Lex Iuſtiniani Imperatoris Catholici, quam probat, & ſeruat Catholica Eccleſia, conſtitutione CXXIII. cap. CCCLI. decreuit, vt nemo Epiſcopus, nemo*



Digitized by Google

*Preſbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam Eccleſiaſtici Canones hoc fieri iubent:* IVO CARNOTENSIS ep. CCXLIII. *quod etiam legibus ſaeculi cautum habemus, quas catholici reges compoſuerunt, & ex auctoritate Romana eccleſia catholicis populis ſeruandas tradiderunt. Vnde Iuſtinianus in Codice Nouellarum.* Prouocat autem ad Nouellam *XXII. de nuptiis cap.* 2. & Ep. CCLXXX. *dicunt enim inſtituta legum Nouellarum, quas commendat & ſeruat Romana eccleſia.* Sic C. 28. c. 2. qu. 6. ex Nouellis eſt deſumtum. Idem Iuo Epiſt. XCIX. adlegat libros Pandectarum & Epiſt. CXXXIV. leges Iuſtiniani Imp. Quare etiam Nouellam Theodoſii Iunioris de praeſcriptione triginta annorum in Gallia proquiritatam fuiſſe a Nicetio, ſcribit SIDONIVS ad Nammatium, *lib. VI. ep. VIII.* Vid. STRAVCHIVS *Amaen. Iuris Canonici ecl. II. cap. XII.* Ad Nouellas etiam prouocat Iohannes VIII. Papa ep. CLXIII. monens Epiſcopos quosdam, ne Bicherrinum quendam praecipitata ſententia excommunicent. *Scitote,* inquit, *quemadmodum in C. cap. Africani Concilii legitur, ſimiliter in 2. Nouell. Iuſtiniani libro, Vt nemo Epiſcopus aut presbyter aliquem excommunicet, antequam cauſa probetur.* Id quod CONRINGIVS *cap. XX.* plenius demonſtrat atque ſic concludit: *ante Lotharium in Italia Iuris Romani, & quidem maxime Iuſtinianei, Vſus aliquis arbitrarius ſuperfuit, exiguus Vbiuis, frequentior tamen Romae, inque aliis Exarchatus locis quam in regno Longobardico, Nouellarum praecipua fuit auctoritas in rebus Eccleſiaſticis nonnullis.*

† Sic *c.* 29. *c.* 2. *qu.* 6. ex libro XLIX. *π.* tit. *quando appellandum ſit* eſt deſumtum: *c.* 30. ex titulo *de recipiendis appellationibus.* Vid. io. SELDENVS *diſſ. ad Fletam cap. VI. §.* 1. 2. Ex quo facile patet, quid de Conringio ſentiendum, qui *cap. XX.* ait: *de Pandectis autem nihil reperio,* quem ſequitur LVDOVICI *Hiſt. Pandectarum §. XXXVI. XXXVII.*

## §. VIII.

*Pandectae Piſana Vel Florentina reperta.*

Dum autem Lotharius Imperator contra Rogerium Apuliae Ducem bellum gereret, in Amalphi vrbe, Salerno proxima, a. 1137. repertus fuit Codex Pandectarum, litteris antiquis exaratus.* Hunc Piſani claſſe Imp. adiuuantes, praemium nauatae operae eximii beneficii loco, ab Imp. exorarunt. Piſis vero poſt longam obſidionem a. 1406. a Caponio militiae Duce expugnatis, ** translatus fuit Florentiam, vbi in Muſaeo Magni Ducis adhuc adſeruatur, duobus voluminibus conſtans, quae holoſerico rubro ligata, argenteis clauſulis ornata. *** Exinde Pandectarum vel Piſanarum vel Florentinarum nomen. **** Huius Codicis tanta olim veneratio, vt quando proferebatur, accenſis id funalibus fieret, monachis circumſtantibus, ſummoque magiſtratu, aperto capite. *****

* Tacent hac de re antiquiores. Aſt, SIGONIVS *de Regno Italiae lib. XI. p.* 270. ex Veterum Annalium fide, ſic inquit: *Piſani Vero quadraginta ſex triremes omnibus rebus inſtructas eisdem litteribus admouentes infeſtam omnem oram maritimam habuerunt. Pridie Nonas Auguſti cum adorti Amalfim eſſent, Vrbem primo impetu expugnarunt. Quod autem ad memoriam eſt inſigne, ex omni praeda Vrbis nihil niſi rem Vnam eximii loco beneficii a Lo-*

*a Lothario petierunt. Hoc fuit iuris ciuilis Pandectarum volumen, olim a Iuſtiniano Imperatore conditum, & priſcis admodum litteris exaratum, quod in hunc vſque diem Piſis Florentiam translatum, ibi magna, vt ita dicam, religione ſeruatur.* Hinc ANGELVS POLITIANVS *Miſcell. c. XLI.* hanc prædæ Piſanæ vocat portionem. Confirmat idem ANTONIVS GATTVS *in Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis cap. XII. p.* 92. Licet præter hanc, aliam æque opinionem referat GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpretibus Libro II. c. XIII. ſcribens: *ſed nondum Pandectis, aut Iuſtiniani Codice vnquam apparentibus, nulla legum Romanarum cognitio habebatur. Forte autem euenit circiter An. humanæ ſalutis MCXXVIII. vt Rauennæ, vbi Honorius, Valentinianusque & poſt eos Gothorum Reges, Exarchique orientalium Principum ſedes poſuerunt, in vetuſta bibliotheca Pandectæ reperirentur, quas Lotharius II. Cæſar ſibi oblatas pro legitimo Iuſtiniani partu agnouit, & publice explicare iuſſit. Id opus, Rauennati gymnaſio tum intermiſſo Bononiam vbi magis diſciplinæ florebant, delatum legi cœpit. Primus prouinciam aggreſſus Pepo diſcentibus parum gratus extitit. Poſt hunc Irnerius, quem aliqui corrupte Guarnerium appellant, vt quidam volunt Mediolanenſis, vel vt alii, Germanus, & artium interpres, a legibus prius domi diligenter perlectis, eas poſtea tanta fœlicitate expoſuit, vt clariſſima nominis fama comparata, Lucerna iuris, quod primus illuſtraſſe viſus eſt, fuerit appellatus. Alii Iuſtiniani tantum Codicem Rauennæ inuentum fuiſſe autumant. Pandectas vero Amalphi, quæ vrbs eſt Campaniæ, vbi ſupra hominum memoriam diu conſeruatæ fuerant, repertas, ex vetuſtis Annalibus referunt, ac Piſanis qui pro Innocentio II. & Lothario item II. adpugnauerunt, pro nauata opera munere fuiſſe donatas. Exinde Piſanæ Pandectæ ſunt appellatæ, & quod omnes, quæ in vſu habentur, ex illis deſcriptæ fuiſſe credantur. Pandictæ Piſanæ pro Archetypo diu ſunt habitæ, & ſolæ, vbi orta erat ſcriptura controuerſia, conſuli conſueuerunt. Id monumentum Piſis per multos annos eſt conſeruatum, donec per Ginum Caponium ea vrbe in Florentinorum poteſtatem redacta, poſtea Florentiam delatum fuit, a quo tempore Pandectæ Florentinæ vocari cœperunt.* Adlegat in margine ODOFREDVM *in l. vlt. col. vlt. C. de in integr. reſt. in l. ius ciuil. ff. de Iuſt. & Iure.*

** VB. FOLIETA *Hiſt. Genuenſis lib. IX. ad a.* 1406. Sic etiam FRANCISCVS TAVRELLVS in præfatione Pandectarum Florentinarum, ex fide veterum Annalium. *Pandectarum id ſeu Digeſtorum eſt antiquum volumen, Florentiæ nunc, Piſis olim adſeruatum, cum Amalphi prius omnem ſupra memoriam fuiſſet. Inde acceptum Piſani, quod Innocentium II. Pontificem Maximum & Lotharium Cæſarem item II. claſſe aduerſus Normannum Rogerium iuuiſſent, egregie nauata opera monumentum retulerunt, diuque penes ſe habuerunt, donec per Ginum Caponium, æque nobilem ac ſtrenuum virum Florentini, anno ſalutis cIↃ CCCCVI. Piſis in poteſtatem redactis, ſubiectionis ſymbolum tranſtulere. Liber itaque illo ex tempore ſumma cum cura ac religione tanquam cœlo delapſus, eſt cuſtoditus. Atque hæc ex antiquis Piſanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum ciuem accepimus. Quibus & Raphael Volaterranus per omnia fere adſtipulatur. Et illo multo antiquior Raynerius Grachia Piſanus his libris, quos ante ducentos ferme annos de bello Tuſco conſcripſit. Sed & Plotius idem affirmat, antiquum inſtrumentum ſe domi habuiſſe donationis eius in Piſanos per Lotharium collatæ, quod poſtea contagioſæ peſtis periculo vitando inter alia ſcripta igne conſumptum fuit.*

*** LAVR. THEODORVS GRONOVIVS qui ipſe Codicem inſpexerat, *Emendat. Pandect.* in præfatione: *quid multa? effeciſti, vt fruerer conſummatione voti vltra fi-*



Digitized by Google


*dem feliciq; vtque clementia Sereniſſimi & Celſiſſimi Magni Ducis in palatio veteri, in diata gemmis auroque & magnificentia regia inſtrumentis copioſiſſima, Dauide & Hercule ianitoribus vtens, illas purpureas ſittybas raſilo auro diſtinctas per tres quattuorue menſes calide tractauerim; & hac beneficio ſummi Numinis non tam reſidua quam in ditionem poſſeſſionemque digna relata duo volumina ad lubitum meum voluerim & inſpexerim.* Primus Tomus autem continet XXIX. alter vero XXXI. libros. ANT. AVGVSTINVS *lib. III. Emend. cap. III.* RICCIVS *de Libris Iuris aph. XXXVIII.* SIMON a LEEWEN *Hiſt. Iur. Rom. pag.* 738. ER. MAVRITIVS *de libris Iuris poſ. IX.*

**** GRAVINA de ortu & prog. Iuris Civ. p. 169. *Sic Franciſcus Accurſius miſit Piſas, ad litteram Piſanam inſpiciendam.* GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum* Interpretibus p. 149. *Bartolus ac Baldus miſerunt ſciſcitatum Piſas.* HORTENSIVS ad Inſtitutiones *p.* 142. Sic de iisdem FRANCISCVS HENRICVS NORISIVS Cenotaphiis Piſanis diſſert. IV. p. 462. *denique in Pandectis MSS. quae in Gaza Magni Ducis Etruriae diligentiori cuſtodia ſeruantur, non ſemel accuſatiuus pluralis eorundem nominum tertiae declinationis in IS effertur. Lib. 8. tit. 1. L. 8. de ſeruit. legitur: licet per partis adquiri non poterit.* Lib. 10. tit. 2. L. 20. *Indemnis igitur coheredes ſuos praeſtare cauebit.* Lib. 10. tit. 3. L. I. *quod ſocio actio magis ad perſonalis inuicem praeſtationes pertinet* Lib. 13. tit. 2. L. 28. *ceteroſque ſimilis.* L b. 39. tit. 4. L. 16. *ne accipiat profiteri volentis. Ceterum cum haec duo volumina a victrici Piſanorum claſſe Piſas delata fuiſſent, ac in minus eruditi I. C. manus incidiſſent, hic litera maiuſcula I. in ſyllaba penultima tria puncta ad latus addidit, vt III. litera deſignaretur. Inſulſam tamen correctionem alienum atramentum manuſque recentior oſtendunt, vti Laurentius Theodorus Gronouius Io. Friderici F. adnotauit. Profecto Taurellus Pandectas ad aureum hocce autographum emendans, ſpuria correctione reiecta, eoſdem accuſatiuos per IS extulit.* Idem p. 486. *In Pandectis ante mille annos, & quod excurrit, maiori Romana litera exaratis, vbique legitur SOLEMNE, quod poſt Taurellum, in noua editione Pandectarum, quam adornat, oſtendet Gronouius iunior, qui integra hieme in vtroque aureo volumine habitauit, ac plures textus mihi ad ipſum adeunti, recitauit.* De ſcriptura Pandectarum Florentinarum plenius dicit ALBERICVS GENTILIS *de libris Iuris Ciuilis cap. III.*

***** Audiamus de eo ANGELVM POLITIANVM loquentem, in epiſtola ad Marquardum Breiſacium, *Florentiae* 1483. ſcripta, qua ſimul huius Codicis Hiſtoria illuſtratur, dum ait: *Principio igitur ſcire te illud opinor Imperatorem Iuſtinianum poſteaquam ius ciuile perpurgauit: in ordinemque redegit: cauiſſe illud inprimis: vt in omnibus ciuitatibus: quae dignitate aliqua praecellerent: exemplaria legum quam emendatiſſima publice aſſeruarentur, quaecunque, ipſe vel nouas condidiſſet: vel etiam antiquas enucleaſſet. Sed nullum ex his clarius tamen: aut celebratius: quam quod ad vsque vrbis eius captiuitatem Piſis magna religione ſit cuſtoditum. Nam & maximus iuris interpres Accurſius & alii plerique viri doctiſſimi, quoties de ſinceritate lectionis ambigitur, literam Piſanam (ſic enim ipſi vocant) quaſi fideliſſimum quoddam teſtimonium citant: mendumque eſſe omnino putant: quicquid aliter, quam in quo diximus, volumine reperiatur. Captis autem deinde Piſis, liber idem Florentiam, cum praeda reliqua videlicet in vrbem victricem translatus eſt. Ibi vero in ipſa curia, loco celeberrimo monachorum quorundam, ſummique magiſtratus diligentia, & religione ſeruatur. Tum quoties profertur, (quod ipſum non ſine graui cauſa fieri ſolet) accenſis funalibus, (ita enim mos traditur) monachi illi, quos dixi, ſummusque magiſtratus capite aperto venerandi circumſtant.* Idem confirmat FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano c. XV. p.* 176.

§. IX.

Ad pag. 373.



Digitized by Google

## §. IX.

*Pandectarum Codex Iuſtiniani authographum non eſt.*

Plures ſunt, qui dictum Pandectarum Codicem illud ipſum dicunt Autographum eſſe, quod publicauit Iuſtinianus, * quia literis antiquiſſimis atque inuicem connexis, ſine vllo vocum interſtitio, prout ex adiecto ſchemate patet, eſt exaratus.** Verius tamen Antonius Auguſtinus, *** & poſt eum, Ioannes Mabillonius **** adſerunt, antiquiſſimum illum quidem eſſe, aſt, poſt Iuſtiniani Imp. mortem priuati cuiusdam viri cura, in Græcia ſcriptum, eo quod verborum & numerorum notis librarius fuerit vſus, a Iuſtiniano ſub Legis Corneliæ pœna prohibitis, ***** & quod multa in hoc Codice reperiantur menda, vel ad alius libri exemplum emendata, vel emendationem adhuc expectantia. ****** Licet in hoc facile adſentiar, archetypum eſſe, ex quo reliqua fuerunt deſcripta. † Quare etiam, vbi variantes in editionibus lectiones occurrunt, ad illum Codicem recurritur. ††

* ANGELVS POLITIANVS lib. X. ep. IV. *nulla in eo libro interpunctiones: nulla ſcribendi compendia. Grandes vbique literæ: & compares græcum in fronte epigramma: græcæ præfationes: auctorum: librorumque index. Quorum hæ leges e fontibus emanarunt. Prorſus vbique argumenta plurima: quæ breuitati ſeruiens omitto: quibus eſſe eum librum Iuſtiniani ætate deſcriptum: non dubitemus. In primisque voluminis ipſius venerandæ facies. Et quæ ſanctam illam vetuſtatem procul oſtendet.* Miſcell. c. XLI. vbi Codicem ſcriptum eſſe dicit maioribus caracteribus, nullisque interuallis dictionum, nullisque item compendiariis notis, quod vltimum tamen, vt infra dicemus, fallit. Idem putat GVIL. BVDÆVS *Annotat. in Pandectas p.* 47. Talem antiquam ſcripturam denotat Eraſinus in præfatione ad Carolum Montinium, in quinque libros Liuii poſtremos, dum ait: *exemplar admirandæ vetuſtatis, priſco more, perpetua litterarum ſerie ita depictum, vt difficillimum fuerit, verbum a verbo dirimere, niſi docto, attento, & in hoc ipſo exercitato.* Vid. ALBER. GENTILIS *de libris Iur. Ciu. cap. III.*

** Tale ſchema ex IO. MABILLONIO de Re diplomatica in *Tab. VII. p.* 356. hic exhibemus.

*** Emendat. lib. I. c. I. *nam cum eos libros diligentiſſime perlegiſſem, in ea ſententia ſum, vt vnicum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes omnino qui hodie extant Digeſtorum libri conſcripti ſunt: ſed tamen id non credam, Iuſtiniani tempore ſcriptum fuiſſe.* Tandem ita concludit: *item illud cognoſcimus e Græcia eos libros in Italiam allatos, neque enim fieri potuit, vt cum iuris ciuilis cognitio non ante multos hic annos reſtituta ſit, ſuperioribus in Barbarorum profligatione poſt Iuſtinianum actis, eiusmodi liber a Græcis librariis ſcriptus: aut ab eisdem emendatus in Italia, aut a Latinis hominibus fuerit. Niſi forte eos audiamus, qui Rauennam Exarchosque neſcio quos loquuntur. Magis probo eos libros, cum ius ciuile Byzantii traderetur, ſcriptos poſt aliquot annos, quam Iuſtinianus e vita migrauit. Fuiſſeque ſtudioſi alicuius viri in Græcia non publicos, mihi ſit veriſimile. Maximum eius rei ſignum eſt, quod numerorum & ver-*

*borum notis vſi multis locis librarii ſint, quas notas Iuſtinianus tribus conſtitutionibus fieri prohibuit. Hoc habent ab Iuſtiniani temporibus alienum: item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim ſublata, partim ſcriptorem deſiderantia. Quæ ablata ſunt, oſtendunt ad alicuius libri exemplum eos libros emendatos: quæ adhuc deprehendunt, indicant non vt ſingulare quoddam iuris monumentum, vt nunc merito habentur, initio habitos eos libros.* ANDREAS ALCIATVS *diſpunct. lib. III. c. XII.*

**** *c. l.*

***** L. 2. §. 22. C. de Vet. I. enucl. *eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus & aduerſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere. Omnia enim, id eſt, & nomina prudentum, & titulos & librorum numeros, per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manifeſtari: ita, vt qui talem librum ſibi parauerit, in quo ſigla poſita ſunt, in qualemcunque locum libri vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe Codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicio aliquid recitare, qui in quacunque ſua parte ſiglorum habet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali pœna, ſecundum quod dictum eſt, plectetur, ſed etiam libri æſtimationem in duplum dominus reddat, ſi & ipſe dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit, quod & antea a nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſtitutione & in Græca, quam ad legum profeſſores dimiſimus.*

****** Varia exempla adducit ANT. AVGVSTINVS *Emend. lib. I. c. I.* RICCIVS *de libris Iuris aph. XLI.* MAVRITIVS *de libris Iuris poſ. IX.* LVDOVICI *§. L.*

† Sic etiam THVANVS de vita ſua lib. I. p. II. *eandem fortunam minime expertus eſt Pandectes olim Conſtantinopoli a Piſanis captus, & Piſis poſtea Etruriam translatus, qui in publico Reip. palatio aſſeruabatur, neque proinde cum priuatæ bibliothecæ libris vrbe exportari potuit, & nunc etiam ſeorſim in eodem palatio cum cæteris rari pretii cimeliis principis religioſe cuſtoditur. eum cum euolueret Thuanus & ex ſcriptura antiquiſſimum eſſe, & ex ligatura archetypum, ex quo omnia noſtra exemplaria deſcripta ſunt, animaduertit. nam eadem, quæ in extremo tranſpoſitio hodie paſſim habetur, illic cernitur, vt ex illo manaſſe in noſtros libros appareat, quod & Antonius Auguſtinus obſeruauit. ſubit & Cuiaciani deſiderii recordatio, qui bis mille aureos depoſiturum ſe multoties obtulit de reſtituendo Pandecte, ſi ſibi ad annum vtendus commodaretur, nam, quamuis fideliſſime expreſſus putetur editione illa, quam Lælius Taurellus procurauit, multa tamen potuiſſe fugere illum & librarios quæ proprio aſpectu & libri tractatione ſe deprehenſurum ſperabat homo felicis diligentiæ, idque Thuano ſæpe dixerat, & cum Auguſtæ Taurinorum eſſet, nihil non fecerat commendatione Philiberti Ducis & Margaritæ vxoris, ipſis etiam ſponſoribus de reſtitutione allegatis, vt tanti voti compos euaderet, ſed nihil impetrare potuerat: tantum a Coſmo reſponſum, ſi Florentiam veniret, fore, vt & libro ad plenam ſatietatem vti poſſet, neque ad ſe acceſſiſſe ipſum pœniteret, id vnum poſt exactiſſimam in excolenda ſua ſcientia adhibitam ſollertiam ad animum explendum ſibi defuiſſe, in eoque ſe deſiderio moriturum aiebat Cuiacius.* Idem de tranſpoſitis vltimis foliis teſtatur & prolixius declarat ANT. AVGVSTINVS *Emendat lib. I. c. I.* *& Taurellus, in præfatione dicens: hic liber vetuſtatem atque adeo auctoritatem plurimam vel vno argumento commendare poteſt, quod poſtremi Digeſtorum tituli paginis carie disiectis, & ab imperito vel indiligenti quopiam homine præpoſtere concinnatis atque compoſitis, penultima antepenultima prælata eſt, hæcque poſterioris in ſedem reiecta.*

*Hic*

Digitized by Google

*Hic error in omnes quos vidimus, vel calamo vel typis deſcriptos libros, irreperat. Cum igitur nullum Digeſtorum volumen præpoſteri huius ordinis expers in manibus habeatur, fatendum eſt, poſteri huius ordinis expers iam manibus habeatur fatendum, & ex hoc cætera fluxiſſe, errorisque originem eſſe vetuſtiſſimam.* De hoc Codice ſic loquitur FRANCISCVS TAVRELLVS in præfatione: *hic liber quantum reliquis præſtet, qui hactenus inter manus hominum verſentur, ipſe aperiet: ipſe cum cæteris collatus laudes ſuas ſecum feret, opesque ingentes explicabit. Hic denique vetuſtatem atque adeo auctoritatem plurimam vel vno argumento commendare poteſt, quod poſtremi digeſtorum tituli paginis carie diſiectis, & ab imperito vel indiligenti quopiam homine præpoſtere concinnatis atque compoſitis, penultima antepenultimæ prælata eſt, hacque poſterioris in ſedem reiecta, quod cum pater quodam ſuo libello, tum prolixius diſertiſſimus iuriſconſultus atque omni virtutum genere illuſtris Antonius Auguſtinus edocuit. Hic error a nobis primum animaduerſus, in omnes quos vidimus vel calamo vel typis deſcriptos libros irrepſerat. Cum igitur nullum digeſtorum volumen præpoſteri huius ordinis expers in manibus habeatur, fatendum eſt & ex hoc cetera fluxiſſe, errorisque originem eſſe vetuſtiſſimam, quantam autem credemus huius venerandi voluminis eſſe, vetuſtatem, quod iam illo ipſo tempore ſitu ac ſenio corroſum glutine & membrana fuerit ſarciendum.*

†† Anſam etiam hoc dedit FRANC. HOTTOMANNO, quod *Anti-Triboniano cap. XV.* ſic conqueratur. *Poſt, cum Dux Florentinus, Coſmus Medicæus, ante quindecim aut viginti annos autographum imprimi permiſiſſet (id enim ante iſtam diem, non ſecus ac ſancta & pretioſa reliquiæ ſolent, ſeruabatur, nec niſi raro, atque adhibitis facibus, qui myſtagogis mos eſt, monſtrabatur) tanta diuerſitas & diſcrepantia inter exempla & iſtud autographum reperta eſt, vt id doctiſſimos quosque noſtri ſeculi homines turbauerit. Nam primo infinita ſunt loca in autographo affirmatiue ſcripta, in vulgata editione negatiue: e contrario non pauciora ſunt, quæ in iſto negatiuam, in hac affirmatiuam vim habent. Non opus eſt exemplis, cum ſcholæ iuris nouis his diſputationibus nunc redundent: adde quod magna pars horum locorum a doctis viris obſeruata eſt, inter quos exiſtimatione primus eſt Antonius Auguſtinus Hiſpanus. Secundo ingens locorum numerus reperitur, in quibus id quod in autographo actori tributum eſt, in altero ad reum refertur: quod iſtic de herede, id hic de legatario dicitur: quod illic genere maſculino, id hic fœminino effertur. Quid facient miſeri iuuenes in hac confuſione & perplexitate, niſi idem quod Doctores: qui dum in contrariis opinionibus & ſententiis perſiſtunt, ſcholæ contentionibus & rixis repletæ ſunt, non modo in rebus exigui momenti, verum etiam in præcipuis diſciplinæ capitibus. Inde alius nec iniucundus ludus pragmaticis noſtris ortus eſt, qui huiusmodi diſputationum capitales ſunt inimici. Nam quia magna pars, regularum & maximarum in praxi receptarum vulgatæ editioni innituntur: quoties ipſis autographi Florentini auctoritas obiicitur, mox exclamant, hoc eſſe fundamenta totius diſciplinæ euertere, eaque ad prima literarum elementa redigere. Quod ſi e nobis Doctoribus, quos purificatos & Pandectarum reformatores appellant, aliquis in eorum ſit conſortio, qui Florentinum exemplar citet, omnes contra illum, ceu hereticum, conſpirant. Neque differendo in alteram partem quicquam proficere licet, ſcilicet in omnibus actis & inſtrumentis ad autographum eſſe recurrendum, & iuxta illud omnia exempla emendanda.*

§. X. Vul-

Digitized by Google

§. X.

*Iuſtinianeum Ius per Irnerium reſtauratur.*

Vulgaris eſt opinio, Lotharium Imp. Codice reperto, eundem publice in fora & Academias introduxiſſe Ius Iuſtinianeum,* abrogatis Legibus Longobardicis, ** ſed erronea, *** cum nullus Scriptorum rei tantum memoria dignæ faciat mentionem. Factum id fuiſſet in publicis Ordinum Conuentibus, qualem Lotharius ſemel tantum in Campis Roncaliis a. 1136. inſtituit, atque ſupermanſit adhuc auctoritas Legum Longobardicarum.**** IRNERIVS potius Bononienſium ICtus, vt ambitioni ſuæ ſatisfaceret, nouamque doctrinam introduceret, nec Lotharii, nec Mathildis auctoritate.***** priuatis ſaltim curis,****** iam ante repertum iſtum Codicem, Ius Iuſtinianeum & Pandectas, in Academiam Bononienſem ******* primus, dum Pepo, qui ante illum hoc fecerat, obſcuri eſſet nominis, ******** reduxit, & dum magno adplauſu doceret, Auditores nactus fuit, quos publica ſolennitate conſtituit, Iuris Doctores, † qui eandem doctrinam quam ab Irnerio fuerunt edocti, vlterius propagarent, ex quo ſenſim in Academias foraque fuit receptum.

* IVSTVS LIPSIVS Cent. III. Miſcell. Epiſt. n. LXXVIII. p. 81. *an bono conſilio in vitam & vſum ius Iuſtinianeum a Lothario Imperatore reuocatum ſit: ſic dico, totum & plenum. Non quin bona in eo, arguta, & a ſeculo veteri; ſed nimis fortaſſe bona, arguta, vetera: & ideo ſeminarium ingeniis ad calumnias fraudesque pangendas. Dic ſodes, quam multa in eo, quæ vſum hodie non habent? quam multa implicata, e variantibus ſententiis enodanda? Quid ſi pugnantia quædam dicam? ſed vix auſim, & iuncti umbonibus me inuadant. Et de iure ipſo priſco, parum etiam ſit: ſed Commentarii quam multi, & pæne infiniti acceſſerunt? atque & ii ſi concordant, vim legis in tribunalibus noſtris poſcunt. Amelii vetus querela an ſcomma fuit: Iurisprudentiam multorum camelorum onus eſſe, quid nunc dicam? elephantos ab India, vix ferent.* Idem Monitis & Exemplis Politicis lib. II. c. X. *Bone Lothari, manes tui per me quieſcant; ſed roſæ aut lilia ſepulcrum tuum non ornent, qui tot tricas & ſpinas nobis ſeuiſti.* Adſentitur ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctor. Iuris Ciuilis lib. I. c. XIV.* THOMAS BOZIVS de ſignis Eccleſiæ lib. XXII. c. IX. n. 175. *ſed, poſtquam Longobardi magnam partem Italiæ inuaſerant, deſitum eſt e legibus Romanis ſententias ferri: quin leges ipſæ nullibi prope reperiebantur ſcriptæ: donec anno, vt notant, MCXXXVII, Lotharius Imperator, Amalphi capta, Pandectas Iuris inuenit, & ex eo quæſtiones emergentes terminari iuſſit.* IO. CARIO *Chronic. lib. IV. p. 848. ſed Henrici Quinti tempore fuit in Italia vir ſummæ autoritatis Irnerius, qui gubernauit eas partes, quæ tum erant Romani Imperii. Is cum eſſet eruditus, fortaſſe Conſtantinopoli, aut ab iis, qui audierunt Conſtantinopolitanos, ſæpe ritus barbaricos in ſucceſſionibus & aliis negotiis ex iure Romano aut correxit aut moderatus eſt. Grauiter autem quaſſarunt Italiam bella Henrici Quarti, quibus, vt fit in bellis ciuilibus, patrimonia multorum tranſlata fuerunt ad alienos. Ex ea calamitate non nihil recreauit eam prudentia & moderatio Irnerii, qui, cum poſteritati*

*etiam*

Digitized by Google

*etiam conſulendum putaret, cupiebat autoritate Imperatoria proferri ius Romanum, ut certæ leges & eruditæ ſcripta extarent, & vitarentur occaſiones diſcordiarum, quæ ex incerto iure naſci conſueuerunt. Hic Irnerius , cum fides eius, & integritas perſpecta auxiſſet autoritatem, nactus Imperatorem Lotharium Saxonem, minus impeditum bellis ciuilibus & qui plurima ad tranquillitatem retinendam neceſſaria conſtituit, fuit huic hortator, vt præciperet cauſas diiudicari ex legibus Romanis, ei vt curaret Romæ & Bononiæ eaſdem publice enarrari, ſicut fieret Conſtantinopoli & antiquitus Athenis, in Berytho, & inſtituto Theodoſii Bononiæ fuiſſet vſitatum, & ne deeſſet doctrinæ copia, produxit libros ſcriptos. Fertur & ipſe Romæ ac Bononiæ docuiſſe, & primus ex Italis gloſſemata textibus addidiſſe. Conſilio ergo Irnerii, authoritate Lotharii reuocata ſunt ſtudia doctrinæ legum, & reductus eſt quaſi poſtliminio vſus earum in forum, a quo annos amplius ſexcentos exulauerat.*

** CAR. SIGONIVS de R. Italiæ lib. XI. p. 272. ſub finem anni 1137. *Conſtans præterea doctorum hominum monumentis eſt fama, Lotharium, vt ex vno iure ciuili Romano poſt hac indicia fierent, lege ſanxiſſe. Ante hoc tempus Italici certe alii Longobardica, alii Salica, alii Romana lege vtebantur, in poſterum autem omnes vni iuri, vnique legi, reliquis abrogatis, nempe Romanæ obtemperarunt, iusque ciuile publicis Italiæ in gymnaſiis maiore celebrari ſtudio, & diligentiore coli opera cœptum.* Magnam autem Hiſtoriæ Sigonii eſſe auctoritatem, ex epiſtola dedicatoria ad Iacobum Boncompagnum Hiſtoriæ dictæ, Kl. Iulii 1574. præfixa, patet, dum ita loquitur: *hic ſtatim magna illa, qua ceteros quoque video circumuentos fuiſſe, difficultas occurrit: vndenam res tam antiquas, tam obſoletas, tam diſperſas eruerem, quas conſtaret a nemine accurate fuiſſe memoriæ conſecratas. Valuit hoc quidem plurimum ad meam in hoc officio debilitandam ac prope frangendam induſtriam. Verum contra tanta fuit mea in hoc quoque genere opera probanda cupiditas, vt, quod poſtea experiens ſenſi, nulla rem aggreſſo ſubſidia defutura ſperarem , ſi modo ad ea conquirenda paulisper animum adieciſſem. Quamobrem ad perſcrutanda omnia, ſiue manifeſta, ſiue occulta, ad hoc ſtudium quoquo modo pertinentia monumenta conuerſus primum omnes mihi, ſiue profanarum, ſiue ſacrarum actionum, qualeſcunque eſſent, commentarios comparaui: deinde vetera Italiæ, & maxime Lombardiæ tabularia peragraui, atque omnia fere quæ apud ciuitates, eccleſias, monaſteria, pontificum, regum atque Imperatorum diplomata reſidebant, aut præſens inſpexi, aut certe abſens beneficio amicorum hoſpitumque cognoui: poſtremo ſingularum etiam chronica ciuitatum, quæ poſt milleſimum a Chriſto annum confici in Italia cœpta, apud priuatas nunc etiam familias aſſeruantur, adiunxi. Ita his omnibus aſſidua opera ac flagranti ſtudio lectis, & rebus, temporibus, locis ac perſonis inter ſe accuratiſſime comparatis ac iudicatis, fallacibus plerisque huius operis anguſtiis, quæ obſtare videbantur, occurri.* Sed, licet hæc de auctoritate Hiſtoriæ ſuæ tradat Sigonius, de hac tamen hiſtoria, non niſi ex communi fama loquitur. Adſtipulatur FRANCISCVS BALDVINVS in Prolegomenis ſuis Commentariorum in libros Inſtitutionum, vbi hunc in modum ſcribit: *Victores Piſani in direptione ciuitatis Malfitanæ, quæ eſt in Appulia, repererunt Pandectas, easque euulgarunt circa Domini annum milleſimum centeſimum trigeſimum ſeptimum. Atque eæ ipſæ ſunt, quæ adhuc hodie tanta veneratione aſſeruantur Florentiæ. His vero in Italia renatis Iuris voluminibus, ſtatim Imperator Lotharius Saxo voluit priſtinam quaſi poſtliminio reddi auctoritatem legibus Romanis, quas & in ſcholis doceri, & in iudiciis valere iuſſit. Præcipue autem commendaſſe dicitur libellum Inſtitutionum. Certe Ioannes Apellus refert,*

 *ſeſe*

*ſeſe ante aliquot annos ad mare Balthicum in parua quadam bibliotheca vidiſſe antiquiſſimum harum Inſtitutionum exemplar, conſcriptum tempore huius Lotharii; & eius quèdem diſpoſitionem & œconomiam non paulo aptiorem eſſe, quam ſit ea, quæ hodie recepta eſt.* Idem dicit VALENT. GVIL. FORSTERVS *Hiſt. Iur. Civ. lib III. c. VI.* Nouiter GRAVINA n. CXLII. de Lothario: *is enim publico edicto, in omnes imperii regiones emiſſo iuſſit, vt Romanorum ius in ſcholas publicas, inque omnia tribunalia reciperetur: ex eoque in poſterum cauſæ iudicarentur, deletis barbaris legibus, profligatiſque cruentis moribus Italico nomine prorſus indignis. Itaque hoc edicto Romano iuri faſces reddidit ab hoſtibus ereptos; eique publicam auctoritatem, lucemque reſtituit.*

*** Inualuit hac de re controuerſia inter GEORGIVM CALIXTVM & BARTHOLDVM Nihuſium, apoſtatam. GEORGIVS CALIXTVS equidem in *Apparatu Theologico* p. 135. ſic dixerat: *ſic itaque ſeculum duodecimum originem præbuit Iuri Canonico, quod hodie exſtat, eiusque ſtudio; neque ſolum, ſed alterius quoque ciuilis, quod, etiam ante inſtitutam a Gratiano canonum collectionem, quum diu in tenebris delituiſſet, opera Irnerii in lucem & vſum reuocauit Lotharius Saxo, Imperator laudatiſſimus, cuius monumentum altero ab hinc lapide viſitur.* Aſt, in Epitome Theologiæ Moralis, vbi de Legibus egerat, plane aliam fouet opinionem, Lotharii ſcilicet iuſſu, Iuſtinianeum Ius minime fuiſſe reductum, licet Mathildis auctoritati quædam tribuat. Huic vero Theologiæ Morali adiecit *Digreſſionem de Arte Noua* ſatis amplam, qua reſpondet BARTHOLDO NIHVSIO apoſtatæ, qui paullo ante ediderat *Artem Nouam, dicto Sacræ Scripturæ vnico lucrandi e Pontificiis plurimos in partes Lutheranorum, delecta & ſuggeſta. Theologis Helmſtetenſibus Georgio Calixto præſertim & Conrado Horneio.* Iſtam Digreſſionem Calixtus ad omnes Germaniæ Academias, Romano pontifici deditas & ſubditas, inprimis Colonienſem direxit, in eademque Nihuſii non ſolum vitæ rationes exponit, ſed etiam de Scriptura vnica fidei norma agit. Contra hanc artem nouam Nihuſius Apologeticum ſcripſit pro arte noua, contra Andabatam Helmſtetenſem, Coloniæ Aggrippinæ 1640. 8. In quo ad Calixti argumenta reſpondere conatur, atque Corollarium ſubnectit, quo, Lotharii auctoritate, Iuſtinianeum Ius in ſcholas & fora fuiſſe reductum, probare contendit. Negauerat Calixtus, Lotharii iuſſu Iuſtinianeam Iurisprudentiam minime fuiſſe reductam, quod tamen adſeruit Nihuſius, & dum Louanienſes deſuper conſuleret, horum reſponſorias, auctoritate tantummodo Sigonii, Balduini, Forſteri nixas, nouo libello *Facula* inſcripto, publicauit. Hinc edito libro, quem Irnerium inſcripſit, Bononienſium etiam epiſtolas inſeruit, qui æque communi ſaltim fama, atque auctoritate Sigonii, Nicolai Alidoſii & Io. Bonifacii nituntur. Has Quæſtiones HERMAN. CONRINGIVS Tractatui ſuo *de Origine Iuris Germanici* ſubiecit *p.* 327. Reſpondet idem CONRINGIVS in præfatione primæ editionis *de origine Iuris Germ. anno* 1643. ipſi Contra eundem quoque egit in ipſo Tractatu *de Origine Iuris Germ. c. XXI. XXII.* Eidemque ſubiecit *p.* 259. Reſponſionem ad Nihuſii obiectiones. Plures ſunt, qui idem negarunt. Conf. CHRISTOPH. AD. RVPERTVS *ad Synopſin Beſoldi p.* 561. & ERICVS MAVRITIVS *Diſſert. de Libris Iuris Communis, horumque vſu §. XXI.*

**** Prouocat ad hoc ſilentium Hiſtoricorum CALIXTVS *in Arte Noua p.* 114. dicens: *inualuit hodie opinio, auctoritate iuſſuque Lotharii, Iuſtinianeum ius in ſcholas & forum reuocatum fuiſſe. Sed id nemo veterum mihi lectorum vel verbo innuit, nedum adſerit. Otho Friſingenſis, qui ea ipſa ætate vixit, geminam Lotharii in Italiam expeditionem commemorat: de VVernero (ſiue Irnerio)* οὐδὲ γρῦ *rem tantam & adeo memo-*

rabilem

Digitized by Google

*rabilem vtique non præteriturus, ſi ita, vt creditur, ſeſe haberet. Tantundem Dodechinus, Robertus de Monte, Helmoldus, Albertus Stadenſis, Gobelinus, Vincentius, Antoninus, Biondus, Tritheimius, Volaterranus, Egnatius, Sabellicus, Naucleras, Cuſpinianus. Adde, quod nec Centuriatores Magdeburgici, nec Card. Baronius, qui omnes pluteos, omnia ſcrinia excuſſerunt, vllam eius rei mentionem faciant.* Reſpondet equidem NIHVSIVS *in Apologetico p.* 137. dicens: *aut quis noſtrum vnquam conceſſit, emiſſa in publicum omnia monumenta Italiæ hiſtorica manuſcripta, aut Calixto viſa eſſe, (an enim viderit Baldi Peruſini opus de Commemorationibus præcipuorum Iuris vtriusque Doctorum, & Thomæ Diplouatarii volumen de præſtantia eorundem, & ICtis interpretibusque a Phoroneo ducta ſerie ad ſeculi decimi quinti initium; quorum illud non extare, hoc ſupprimi, Anno* 1539. *ſcribebat in præfatione libri ante allegati Ioannes Fichardus? an item viderit, ignotos non minus nobis, Plotium, Gryphium & Rainerium Gracchiam de repertis Pandectis Florentinis ſcribentes, quos Franciſcus Taurellius ibidem in dedicatoria ad Coſmum Medicem ait ſibi viſos? vt alia præteream.* CONRINGIVS *de Origine Iuris Germ.* c.XXII. hæc late refutat ex eo, quod nullum teſtimonium vetuſtius ſuperſit, quo probari poſſet, Lotharium receptas hactenus leges in Italia antiquaſſe, ſolis Romanis ſubſtitutis. Et ſi quid tale conſtitutum, factum id eſſe Ordinum conſenſu, in regni Italici conuentibus, talem autem Lotharius ſemel tantum in ſecunda expeditione Italica a. 1136. in campis Roncaliis inſtituit, in quo tamen alia de feudis ſunt acta. Immo talis conſtitio, prout Friderici I. Imp. ſanctio de priuilegiis ſcholarium inſerta fuiſſet Codici. Neque etiam abrogatas fuiſſe Leges Longobardicas ex eo patet, quo, circa Lotharii tempora demum fuiſſent collectæ.

***** CONRADVS VRSPERGENSIS poſtquam de Hiſtoria Lotharii egerat, f. 291. *eisdem quoque temporibus dominus VVenerius libros legum, qui dudum neglecti fuerunt, nec quisquam in eis ſtuduerat, ad petitionem Mahtildæ comitiſſæ renouauit: & ſecundum quod olim a diuæ recordationis imperatore Iuſtiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpoſitis, eos diſtinxit, in quibus continentur inſtituta præfati imperatoris, quaſi principium & introductio iuris ciuilis. Edicta quoque prætorum & ædilium curulium, quæ rationem & firmitatem præſtant iuri ciuili, hæc in libro Pandectarum videlicet in Digeſtis continentur. Additur quoque his liber Codicis, in quo Imperatorum ſtatuta deſcribuntur. Quartus quoque liber eſt Autenticorum, quem præfatus Iuſtinianus ad ſuppletionem legum imperialium ſuperaddidit.* Sequitur AVENTINVS. Sed, dum Mathilda Comitiſſa, iamdum a. 1115. fuiſſet defuncta, prout demonſtratum fuit in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ *diſſ. XVI. §. VII.* merito de eo notatus fuit Vrſpergenſis a Sigonio, de Regno Italiæ lib. XII. p. 272. dum ait: *hoc autem ſenſiſſe quoque videtur Vrſpergenſis, cum Irnerium regnante Lothario ad Pandectas interpretandas acceſſiſſe ſcribit. in eo tamen aperte falſus, quod Mathildis rogatu id ſuſcepiſſe muneris ait, quæ multo ante Lotharii Imperium e vita migrauit.* In argumentis equidem Hiſtoriæ Bononienſis Caroli Sigonii ad a. 1102. hæc habentur: *Irnerius Philoſophiam Bononiæ docens, Mathildis rogatu Pandectas interpretari cœpit & primas gloſſas in eas ſcripſit.* Hæc tamen argumenta minime videntur fuiſſe a Sigonio profecta.

****** Præter ſilentium ſcriptorum coæuorum, patet hoc ex eo, quod nullum hac de re extet Lotharii Imp. edictum. Sic etiam FRIDERICVS LINDENBROGIVS in Prolegomenis in Codicem Legum Antiquarum: *nonnulli commentum nouum addunt, Irnerium quidem e ſitu ac puluere ius Rom. reproduxiſſe; vſum autem eius in foro,*

*abrogatis omnibus legibus, Lotharium iterum edicto publico confirmaſſe. Hoc quidem illi dicunt: ſed rectius faciunt, qui illis fidem non habent. In re enim ſeria aque perniciosum eſt, ficta ſtolide credere, quam falſa confingere. Et vellem ſane, Edictum hoc Lotharianum aliquis nobis oſtendiſſet, quod hactenus factum non eſt. Ipſi Bononienſes Dd. a Nibuſio requiſiti, non niſi priuatis curis hoc factum adſerunt, qui tamen ipſi de ſe: omnia patria monumenta curioſe perluſtrauimus, omnia veterum Iuris interpretum ſcripta ac edita, Odofredi, vel maxime, qui praeceptores Irnerio coaeuos audiuit, aſſidue obvoluimus, ſolum tandem annalium Italicorum, ac Patria, vomere laboris inuertimus; denique in huius rei pertractanda ſententiam ſinguli iuimus. Hi autem rem ita narrant: Irnerius itaque, at aliis & Guarnerius nuncupatus, natione Germanus, cum antea Rauenna artes profiteretur, poſtmodum Bononiam euocatus, vbi cum aliis artium Magiſtris Axis & Aſſis in diſputationem incidiſſet, ab artibus ad ſtudium legale progreſſus, legibus operam peruigilem ſoluit, in voluendisque Codice, Digeſto veteri & nouo, ac Inſtitutionibus tunc Bononiam perlatis, dehinc Infortiato tribus partibus mutilato ac poſtea perfecto, ac demum libro Authenticorum inuento (Odofredo teſte, L. querebatur, in fine ad L. Falcidiam) nunquam feſſus excubauit; quo haud infelicitor peracto, in Ciuili facultate docentis munera Bononiae fuit auſpicatus, eiusdem Odofredi teſtimonio, in Authentica, quo res n. 3. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, qua de re fuiſſe a maioribus eruditum, cum ibi profiteatur, audiueritque Iacobum Balduinum & Azonem, Azo autem Bulgarum, qui vita exceſſit anno centeſimo ſexageſimo ſexto ſupra milleſimum, Odofredi authoritati, maiorum ex ore tunc florentium praedicta enarrantis, haud eſt dubie ſubſcribendum; & eo vel maxime, cum eodem Odofredo, Irnerium inter legum Doctores ſuggeſtus locum primum obtinuiſſe, Forſtero, Fichardo, Cotta, & Sigonio adſtruentibus.* Sic etiam HOSTIENSIS Cardinalis *in c. pr. X. de Teſtam. n. 2.* verbum As cum exponeret, ſcripſit: *As, id eſt, duodecim vnciae; As ergo quandoque ponitur pro obolo, propter quod verbum venit Bononiam ſtudium Ciuile; ſicut audiui a Domino meo,* id eſt Azone. Pergunt equidem Bononienſes atque dicunt: *ſanxit autem Lotharius, vt opinamur, de Legibus Ciuilibus publice interpretandi, & quod ſola in foro dicerentur, ab anno centeſimo trigeſimo ſeptimo ſupra milleſimum, vt propterea non temere credendum ſit, Irnerium ante priuata auctoritate interpretationi Legum initia dediſſe & poſtmodum Lotharii lege, in Italia commorantis, id ſancitum.* Verum, id nulla ratione confirmant. Addunt quidem: *quo anno,* (1136.) *menſe Nouembri, cum fere omnes Itali Principes in Roncaliis conuenerint, vt de Iure miniſtrando ſubditis Imperii, & Italis vel maxime, quam grauiter diſceteretur, enarrante Sigonio de Regno Italiae lib. XI. & ſumitur ab exordio legis cuiuſdam condita per Lotharium de Iure Ciuili in ſcholis publice interpretando; vtque illud in foro diceretur, ac litium ambigua facta, legum Romanarum imperio dirimerentur, tunc non ante, Lotharius, Principibus ſuffragantibus decreto conſtituit.* Verum, ſi conuentum iſtum Roncalienſem, prout a Sigonio deſcribitur, inſpicimus, plane non de Iuris auctoritate, ſed de beneficiis ibidem fuit propoſitum. Sic enim iſte p. 267. ad a. 1136. *Conuentum inde in Roncaliis omnium principum frequentiſſimum habuit. Ibi VII. Idus Nouembris, Indictione XV. legem tulit: ne quis beneficia, qua a ſuis ſenioribus habent, eorum diſtrahere iniuſſu poſſet. Cuius hoc eſt proœmium: cum apud Roncalias ſecundum antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia, ac pace regni componenda conſideremus, omnia, qua ad honorem Imperii Romani ſpectare videntur, ſolicite indagantes pernicioſiſſimam peſtem & reip. non mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus.* Extat integra Conſtitutio inter Leges Longobardicas *lib. III. t. IX. l. X.* ****** Tra-

Digitized by Google

******* Tradunt hoc ipſi Bononienſes in epiſtola ad Nihuſium ſcribentes: *ab anno autem centeſimo vigeſimo octauo ſupra milleſimum, Bononiæ Iuris publicæ profeſſioni exordia dediſſe priſcorum tradunt memoriæ, ad hæc vſque tempora conſtantiſſime perducta. Eapropter publici gymnaſii noſtri inſigni loco, vbi Legiſlatorum Iuriſconſultorum ac interpretum quamplures non ementitæ conſpiciuntur imagines, illa Irnerii hunc titulum promeruit: Irnerius omnium primus leges commentatus eſt anno* 1128; *idem comprobante Alidoſia, (conciue, de patria optime merito, qui ſummis vigiliis, indefeſſisque laboribus otio perluſtrata tabularia publica, ac cœnobiorum archiua, ſtudio pertinaci cum excuſſerit, Viros præſtantiſſimos, & egregia eorum facinora quæ iam diu hominum memoriam exceſſerant, luci velut poſthumæ reſtituit, libro cui inſcripſit li Dottori Bologneſi, de legge Canonica e Ciuile, in præfatione ad lectorem, ibi l' Imperatore Lothario* 2. *diede ordine a Guarnerio dette Irnerio Tedeſco, il quale in Bologna leggeua filoſofia, che publicamente le dichiaraſſe, il che egli comincio à fare circa anno* 1128. *idem repetente alio in libro Doctorum forenſium in artibus in verbo Guarnerius.* Neque etiam CONRINGIVS *de origine Iuris Germ. c. XXI.* haut male argumentatur, Piſani tanti feciſſent illud Pandectarum volumen, ſi non iam tum magno in pretio haberi cæpiſſet Romani veteris iuris auctoritas. Neque Lotharius donaſſet Piſanis Pandectas, queis ſine diſciplina Romani iuris minime profecto integra eſt, ſi Bononiæ iuris illius ſcholam habendam conſtituiſſet. Scilicet, ſi Bononienſium doctorum coniecturæ credimus, aut etiam Alidoſii ac Bonifacii narrationibus, iam ante cœpit Bononienſis illa iuridica ſchola, quam Pandectæ Piſas ſunt translatæ. Bononia ergo potius quam Piſa a Cæſare tantum munus impetraſſet, ſi a Cæſare ſchola illa fuerit inſtituta, & quidem in publicis regni comitiis, quod perſuadent ſibi Bononienſes doctores. Vid. etiam GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. cap. XIII.*

******** ODOFREDVS equidem Profeſſor Bononienſis qui a. 1265. mortuus *in Comment. ad l. Ius Ciuile ff. de Iuſtitia & Iure* ſcribit: *quanquam quidam, Pepo nomine, primus priuata auctoritate leges eſſe profeſſus feratur; tamen tam obſcurus ille, tamque nullius nominis fuit, vt merito ante Irnerium nemo Ius docuiſſe, dici poſſit.* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpret. lib. II. c. IV. *allatis igitur Bononiam iuribus, primus Pepo, qui ibi artes liberales docebat, ea interpretari cœpit; Sed cum non admodum ad id aptus videretur, hoc munus Irnerio eſt demandatum, qui tanta ingenii felicitate, & diligentia tum obſcura explanando, tum conſonantia citando, explicuit, vt Legum Lumen vocari promeruerit, & ne verba interirent, ſcholia gloſſas nuncupatas apte ſuis locis appoſuit. Eum Martinus Goſſia, Bulgarus Placentinus, & alii ſecuti & ipſi poſt Irnerium gloſſas verbis legis congruentis addiderunt, ita vt quæ cuiusque propriæ eſſent gloſſæ poſſet agnoſci. Idem ferme & Græci in Baſilica interpretatione obſeruarunt.*

† Communiter equidem ſolennitates in creandis Iuris Doctoribus Lotharii Imp. auctoritati atque Irnerio tribuuntur, prout etiam ex Walthero ITTERVS *de Gradibus Academicis cap. III. §. IX.* refert, atque Irnerio tribuitur, quod Bulgarum Hugolinum, Martinum, Pileum primos Iuris Doctores renunciauerit. Contrarium tamen & ipſe Itterus docet, & potius ſolennitates in conferendis gradibus Academicis apud Gallos originem traxiſſe, vna cum HERMANNO CONRINGIO *de Antiquitatibus Academicis Diſſ. IV. p.* 134. autumat dicto *cap. IV. §. XXV.*



§. XI. Dum

Digitized by Google

## §. XI.

*Iuſtinianeum Ius ſenſim introducitur in fora atque Academias Germaniæ.*

Dum autem cum Iure Iuſtinianeo creſceret ſenſim Impp. potentia, hi illud varie promouerunt & tacite confirmarunt. * Accedebat Doctorum induſtria, dum ex Irnerii ſchola prodirent Iureconſulti, qui vel gloſſis ſuis vel viua voce Ius Iuſtinianeum non in Bononienſi ſolum Academia illuſtrarent, ſed etiam qui ex eorum ſcholis orti, in alias Academias eandem Iurisprudentiam ab æquitatis ſtudio potiſſimum commendatam introducerent. ** Immo, dum ob Iurisprudentiæ ſtudium Italicæ Academiæ in tantum excellerent, non niſi ex iisdem in aulas, fora atque Academias adſciſcebantur, atque ad inquirenda Iura Imperii in ipſis Regni Conventibus admittebantur. *** Hinc, noua ex ſchola Irneriana oritur ICtorum periodus, e quibus præcipui ſunt MARTINVS Cremonenſis, **** & qui ipſi aduerſarius fuit BVLGARVS, qui in Bononienſi Academia docuit, tempore Friderici Barbariſſæ clarus ***** HVGO A PORTA & IACOBVS HVGOLINVS, primus collector Librorum Feudorum. ****** Hinc ROGERIVS, OTTO & PLACENTINVS, qui in Montepeſſulana Academia ius publice explicauit, PYLEVS, Bononiæ & Mutinæ docens, auctor Quæſtionum Sabbathinarum & Bulgari diſcipulus, ALBERICVS A PORTA RAVENNATE nominis potius celebritate quam moribus clarus. ******* Huius diſcipulus erat AZO Bononienſis, † inter ſuæ ætatis Iureconſultos facile primus, quo Magiſtro vſi fuerunt BAEDVINVS Bononienſis & ROFREDVS Beneventanus. †† Licet iſti antiquitatum & veræ Philoſophiæ ſcientia deſtituti a recto tramite aberrauerint.

* RADEVICVS lib. II. c. III. adducit Friderici Barbaroſſæ orationem in conventu Roncalienſi habitam, in qua hæc verba: *Quia ergo vel bello, vel pace clarum fieri licet, nec refert vtrum melius ſit patriam armis tutare, ſeu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente: bellorum motibus propitia diuinitate ſedatis, ad leges pacis negotia transferamus. Noſtis autem, quod iura ciuilia noſtris beneficiis in ſummum prouecta, firmata, ac moribus vtentium approbata, ſatis habent roboris. Regnorum vero leges, in quibus quod ante obtinebat, poſtea deſuetudine inumbratum eſt, ab imperiali remedio, veſtraque pronidentia neceſſe habent illuminari. Siue ergo ius noſtrum, ſiue veſtrum in ſcriptum redigatur, in eius conſtitutione conſiderandum eſt, vt ſit boneſtum, iuſtum, poſſibile, neceſſarium, vtile, laco temporique conueniens. Ideoque tam nobis quam vobis, dum ius condimus, cautius præuidendum eſt: quia cum leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicari de eis, ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas.* Diſtinguit hic Imp. inter Ius Ciuile & Leges Prouinciales. Sub iſto equidem Iuſtinianeum ius ſolummodo comprehendi, adſerere non auſim, neque tamen iſtud plane excludi vellem.

** CAR.

** CAR. SIGONIVS de Regno Italiæ lib. XV. ad a. 1189. *poſt Lotharii Imperat. decretum, cum ius Romanum toto ferme occidente celebraretur, multæ ciuitates eius ſibi interpretandi negotium aſciuerunt, ſed nullo loco aut illuſtriore doctorum eum laude, aut maiore ſtudioſæ iuuentutis celebritate, quam Bononiæ. Nam Bononienſes primi Pandectas inuentas ex loco ſuperiore exponere, primi gloſſas, quas vocant, in eas ſcribere inſtituerunt, Irnerius, Bulgarus, Hugo, Iacobus, & Martinus; iidemque vbi ſui non ſuppeterent, peregrinos, ingenio, doctrinaque florentes, ſtipendio conduxerunt.*

*** Sic Fridericus Barbaroſſa eosdem in Conuentu Regni in Campis Roncaliis admiſit, de quo RADEVICVS lib. II. c. V. *ſequentibus diebus plena atque ſolenni Curia, iudicio & iuſtitiæ a mane vsque ad veſperam intentus, querimonias & proclamationes tam diuitum quam pauperum diligenter audiebat. Habensque quatuor iudices; videlicet Bulgarum, Martinum, Iacobum, Hugonem, viros diſertos, religioſos, & in lege doctiſſimos, legumque in ciuitate Bononienſi Doctores, & multorum auditorum Praeceptores: cum his, aliisque legisperitis, qui diuerſi ex diuerſis ciuitatibus aderant, audiebat, diſcutiebat, & terminabat negotia. Videns autem multitudinem eorum, qui cruces baiularent, (is enim Italorum mos eſt, vt habentes querelas crucem manibus præferant) miſertus illorum, ait: Mirari ſe prudentiam Latinorum, qui cum præcipue de ſcientia legum glorientur, maxime legum inuenirentur transgreſſores, quamque ſint tenaces iuſtitiæ ſectatores in tot eſurientibus & ſitientibus iuſticiam euidenter apparere.* Plenius ad a. 1158. OTTO & ACERBVS MORENA de Rebus Laudenſibus apud Leibnitium Tom. I. p. 818. *Interea Dominus Federicus in Roncalia colloquium, in Sancto Martino proximo veniente, maximum ſe conſtituit habiturum, præcepitque omnibus fere Italiæ Principibus atque ciuitatum Conſulibus, vt ipſi colloquio intereſſent, ad quod etiam quatuor principales legis doctores, videlicet DD. Bulgarum atque Martinum Groſiam, Iacobum atque Vgonem de porta Ravegnana Bononiæ magiſtros, intereſſe fecit. Iſtorum autem quatuor Doctorum & quamplurimorum aliorum fuit Magiſter Dominus Guarnerius doctor antiquus. Ad quem cum in extremis laboraret, acceſſerunt ſui ſcolares dicentes: Domine, quem vultis poſt mortem veſtram doctorem nobis conſtituere? Quibus ipſe reſpondit per hæc duo carmina:*

*Bulgarus os aureum, Martinus copia legum;*
*Mens legum eſt Vgo, Iacobus id, quod ego.*

*Et ſic dictus Iacobus fuit Doctor. Poſt iſta cum Dominus Imperator ſemel equitaret ſuper quodam ſuo Palafreno in medio DD. Bulgari & Martini, exquiſiuit ab eis, vtrum de iure eſſet Dominus Mundi? & dictus Dominus Bulgarus reſpondit, quod non erat Dominus quantum ad proprietatem; Dominus vero Martinus dixit, quod erat Dominus, & tunc Imperator, cum deſcendiſſet de Palafreno, ſuper quo ſedebat, fecit eum præſentari dicto Martino. Bulgarus autem hoc audiens dixit hæc elegantia verba: amiſi equum, qui dixi æquum, quod non fuit æquum. Omnes prædicti conuenerant ad colloquium nono Calend. Decembris vltra Padum prope Eccleſiam Sancti Petri de Contarbia MCLVIII. indictione ſeptima. Cum autem Dominus Imperator, vniuerſique Principes ac ciuitatum Conſules ibi inſimul conueniſſent: inprimis vocauit Imperator omnes prædictos Bononienſes Magiſtros iuſſitque eis, quod ipſi iudicarent ſibi in veritate omnia iura regalia, quæ ratione Imperii in Lombardia ad ipſum ſpectarent, & ſua eſſe deberent. Qui reſpondentes Imperatori dixerunt, ſe hoc nolle facere ſine conſilio alio-*

rum-

Digitized by Google

*rum iudicum vniuerſarum Lombardiæ ciuitatum ibi tunc exiſtentium: Imperator itaque duos vniuscuiusque ciuitatis Lombardiæ iudices elegit, iuſſitque eis, quod ipſi omnes cum prædictis quatuor Bononiæ Magiſtris ad conſilium irent, omniaque iura regalia, quæcunque eſſent, diligenter inueſtigarent, & cum a conſilio recederent, ſub nomine fidelitatis, quam ſibi iurauerant, & ea omnia recto tramite, prout melius poſſent, publice demonſtrarent. Ipſi autem iudices cum XXVIII. exceptis Bononiæ magiſtris ſtatim, vt Imperator iuſſerat, ad Conſilium euntes, de omnibus regalibus iuribus inter ſe diligentius contulerunt. Qui poſtmodum ad Imperatorem redeuntes, coram omnibus Principibus, omnibusque Ciuitatum Lombardiæ Conſulibus narrauerunt in ſcriptis omnia iura quæ ei iure regali nouerant pertinere. Hoc autem ſic peracto D. Vbertus Mediolanenſis Archiepiſcopus, vna cum Conſulibus Mediolani, omnesque alii præſentes Lombardiæ Epiſcopi, Comites, Marchiones, Duces, cæterique Italiæ Principes, ac omnium Lombardiæ Ciuitatum Conſules ibi aſtantes, publice in colloquio ipſo ſurgentes, in manu ipſius Imperatoris omnia, quæ prædicti iudices iura regalia eſſe dixerunt, refutauerunt, & ei fidem de ipſis omnibus fecerant.*

**** De hoc RADEVICVS ET MORENÆ. Ex contentionibus inter Martinum atque Bulgarum duæ exortæ fuerunt factiones, quarum altera Bulgarum ſequebatur; altera Martinum, a quo ex Goſia familia dicti ſunt Goſiani. GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. XIV.* GRAVINA *de ortu & progr. Iuris p.* 175.

***** De hoc etiam RADEVICVS & MORENÆ & GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpretibus lib. II. cap. XV.* & BVMALDVS *de Doctoribus Bononienſibus p.* 4. GRAVINA p. 176. BAYLE *voce Bulgarus.*

****** De hoc infra, vbi de Iure feudali ſermo erit, pluribus dicemus. Facit eiusdem etiam, inter Italiæ Iudices mentionem CAR. SIGONIVS Hiſt. Bonon. *lib. IV. ſub finem.*

******* De his GRAVINA *p.* 178. *ſqq.*

† De hoc & illorum temporum legum Doctoribus in ſchola Bononienſi optime CAR. SIGONIVS *Hiſt. Bonon. lib. IV. exeunte. Floruiſſe autem hoc tempore Bononiæ ſcholam, non eſt dubium. Viuebat enim Azo iuriſconſultus, quo poſt ius ciuile renouatum nemo maiore cum laude, atque hominum admiratione in ea diſciplina verſatus eſt. Neque enim aſſentiendum eſt iis, qui ipſum ſcribunt anno milleſimo ducenteſimo morte mulctatum quod Bulgarum iuriſconſultum aduerſarium ſuum in diſputatione interfeciſſet, quod & Bulgarus multis ante milleſimum ducenteſimum annis mortuus eſſet, & in Actis ciuitatis poſt eum annum frequens Azonis iuriſconſulti Bononienſis grauiſſimis in legationibus memoria celebretur. quem eundem eſſe titulus ipſe mihi perſuadet, cum ſemper more eius ætatis Dominus Azo legum doctor vocetur, quo modo tum præſtantiſſimum quemque iuris profeſſorem appellabant. Quin etiam Azonem non iudicio, ſed morbo ſublatum ſcribit Odofredus, qui Azonem ipſum eſt allocutus. Hunc librum, inquit, pridie feſtum Sanctorum inchoauimus. Quod alias fieri nunquam vidi, niſi eo anno, quo D. Azo eſt mortuus. Nam gratia eius initium profeſſionis in feſtum omnium ſanctorum eſt prorogatum. Audiui autem ab eo, ipſum nunquam ægrotare ſolitum, niſi per ſtudiorum vacationes, atque ita vacationibus ipſis eſt mortuus. Huius etiam Azonis, vt opinor, viuentis ſuperiore anno in Actis eſt mentio. Eſt enim ſcriptum, præſente D. Azone legum doctore D. Guicciardinum ciuem Bononienſem ſolemne profeſſionis ſacramentum apud prætorem concepiſſe. Quod vero valde memorabile eſt, idem Odofredus alio loco ſic ſcribit. Vidi*

*ego*

*ego Bononiæ ætate D. Azonis, cum ſcholares poterant vitare forum in cauſſa criminali, & aderant eo tempore ferme decem millia ſcholarium. Verum ſcholares renuntiarunt huic priuilegio ætate D. Azonis, cum eſſet orta inter Tuſcos & Lombardos maxima rixa, ita vt doctoribus non liceret in eos animaduertere. Quare permiſerunt, vt prætor cauſas ſcholarium criminales cognoſceret, ſed in ciuilibus ſuum priuilegium retinuerunt. Nunc vero reuocata eſt vetus conſuetudo. Faxit Deus, ne ſibi inuicem noceant: nam per doctores ægre maleficia puniuntur. Ceterum hic Odofredus, qui hac anno MCCLXII. ſcripſit, Ioannem Balduinum audiuit, Balduinus Azonem, quem etiam eſt inſectatus, Azo Ioannem Boſianum, Boſianus Alberici de Porta Rauennate fuit æqualis, ac ſine dubio aut Bulgari, aut Martini, aut primorum iuriſconſultorum auditor. Scripſit autem Azo Summam iuris ciuilis, verum non primus. Prima, ipſomet teſte, fuit Rogerii, ſecunda Placentini, tertia Ioannis, quarta ipſius. Quæ idcirco in annales retuli, vt progreſſum iuris ciuilis poſt inuentas a Lothario Imp. Pandectas, eosque exponi publice iuſſas plerisque ignotum neglectumque oſtenderem.* GVIDO PANCIROLLVS *de Claris Legum Interp. lib. II. c. XXV.* de Azone ſcribens: *Henrico Cæſari, qui Friderici minoris pater fuit, admodum familiaris, & ſæpius de iure ab eo interrogatus, omni adulatione poſthabita, libere, vt ſentiebat, reſpondet: Ferunt enim Henricum circiter An. ſalutis MCXC. Bononiam profectum Azonem, Lothariumque tum clariſſimos profeſſores ob diuerſa negocia accerſere ſolitum fuiſſe. Semel autem cum inter eos medius per vrbem equo veheretur, ab illis quæſiuiſſe, cuinam merum imperium competeret. Tum Azo ad Lotharium conuerſus annuit, vt prior ille reſponderet, ibi Lotharius; Quandoquidem (inquit) Azo me primum iubet dicere, te ſolum Cæſar ius gladii habere arbitror. Tum Henricus Azonem interpellavit, vt ſuam ſententiam proferret. Et ille etiam prouinciarum Præſidibus iure animaduertendi poteſtatem tributam, ſed non minus Auguſtum velut omnino ſupremum Principem, eandem auctoritatem retinuiſſe aſſeruit. Ad palatium deducto Cæſare cum diſceſſiſſent, Henricus Azone dimiſſo, Lothario velut rectius ſentienti equum dono miſit. Quare Azo leges de hoc loquentes poſtea interpretatus & in priſtina, verioreque ſententia permanens ſe æquum quidem dixiſſe, Sed Lotharium equum duxiſſe querebatur.*

†† De his plenius GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. XVI. ſqq.* THOMASIVS Delin. Hiſt. *Iur.* §. CLV. *præprimis autem conditio iuriſprudentiæ apparet, & quam grauibus neuis ea laborauerit, dum videlicet Gloſſatores per aliquot Secula pro conditione illorum temporum omnes antiquitates Romanas, & ita etiam rationes Legum Romanarum ignorarent; dum ſinguli quidem ſtupenda diligentia memoriam excoluerant, iudicium vero ſimul excolere nec voluerunt nec potuerunt; dum nimio ſtudio conciliare voluerunt diſtinctionibus quibuscunque excogitatis antinomias, etiam veras; dum ex illis rationibus, & inſuper ex perpetua æmulatione ac corruptiſſimis quorundam moribus, neceſſario Secta & præiudicia autoritatis ac ſimul maxima iuris incertitudo orta fuit; dum his omnibus non obſtantibus maxima illorum temporum ingenia in magna copia his tamen defectibus fuerunt inquinata, & eos fere in totam Europam incredibili & rei litteraria & Republica damno propugnarunt.*

## §. XII.

Hi autem varie etiam Ius Iuſtinianeum diuiſerunt. Prima *Diuiſio Pan-*
equidem Pandectarum diuiſio in duas partes erat, & incipiebat ſe- *dectarum.*
cundum Volumen circa finem *l. quærebatur ad L. Falcidiam.* *
Poſtea vero Bulgarus cum aliis Dd. Digeſta in tres partes diſtinxit,

DIGESTVM VETVS, quod pertingit vſque ad Titulum de ſoluto matrimonio. Digeſtum INFORTIATVM, quod cum Titulo de noui Operis nuntiatione finitur, & Digeſtum NOVVM, quod cum fine Pandectarum terminatur. ** Hæc autem diuiſio non tam ex certa ratione facta eſſe videtur, quam potius, vt ſecundum quantitatem volumina diuiderent. Quare Vetus pertingit vſque ad librum XXIV. Tit. III. Infortiatum vſque ad librum XXXIX. Tit. I. Nouum ad finem vſque. Burgundioni Iudici atque Ciui Piſano tribuitur, quod latine verterit, quæ in Pandectis Græce leguntur. *** Eidem diſtinctio Nouellarum in nouem Collationes adſcribitur. ****

* ALBERICVS GENTILIS de libris Iuris Ciuilis p. 60. *quod priusquam inciperet ius gloſſari, diuidebantur Digeſta in volumina duo & incipiebat ſecundum circa finem l. quærebatur. ad l. Falcid. vbi gloſſa notat: & vbi in memoriam adhuc ponitur littera magna in editionibus quibusdam, quod & Contius retulit.*

** ALBER. GENTILIS c. l. *Ratio adpellationis ex eo deſumta eſſe videtur, quod Digeſtum Vetus notet partem priorem, Infortiatum mediam, nouum poſteriorem. Cur autem Infortiatum adpelletur, diſputatur adhuc. Sunt enim, qui ab inferendo ducant, quod iſta pars, quæ de hæreditatibus, ſubſtitutionibus & ſimilibus agit, plurimum inferat. Quare etiam Alexander ICtus in præfatione ad Tit. de vulg. & pup. ll. ſubſtitutione Raphaelem Cumanum refert ex ore ipſius Baldi audiuiſſe, quod ex ſola ſubſtitutionum materia lucratus eſſet quindecim millia ducatorum, tum hæc verba ſubiungit, ideo aduertatis.* Verum, prout ex du Fresne voce *Infortiare* videmus, hoc idem eſt, ac firmare, ideoque hic dicitur quia medium eſt, veteri ac nouo munitum.

*** FRANC. ACCVRSIVS equidem, Antonius Auguſtinus, Antonius Contius, Iacobus Cuiacius, earum auctorem faciunt Bulgarum, quem tamen Græcarum litterarum fuiſſe expertem, tradit GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpret. lib. II. cap. XV.* Hic autem potius Burgundioni tribuit, ſecutus Odofredum ad l. II. π. de Legibus & LAVR. PIGNORIVM *Symbolarum Epiſtolicarum ep. XXXIX.* AEGIDIVS MENAGIVS *Amœn. Iuris cap. XXXIII.* multa ſpalmata adnotauit in verſione iſta commiſſa.

**** Vide ſupra cap. III. §. IX.

## §. XIII.

*Vſus & auctoritas Iuris Iuſtinianei in Regnis diuerſis.*

Neque tamen intra Alpes ſaltim ſe continuit Iurisprudentia Iuſtinianea, ſed, dum etiam melior videretur gentium Barbararum Legibus, * easdem quoque transuolauit. In Galliæ equidem Academias iam Seculo XIII. ſenſim cœpit introduci, ** fruſtra hoc prohibere conantibus Pontificibus, vt Ius Canonicum magis eueherent. *** Et licet in priuilegiis a Philippo Pulcro Academiæ Aurelianenſi a. 1312. conceſſis, contineretur, Regnum illud iure non ſcripto regi atque gubernari, conceſſit tamen idem Rex, vt conſuetudine vtantur, iuxta iuris ſcripti exemplar, moribus introducta. ***

Hinc

Hinc non ſub prima ſolum Regum Linea, ***** verum ſub Carolingicis etiam Regibus magna ſemper fuit Iuris Romani auctoritas. In Aquitania potiſſimum & Narbonenſi Gallia a Regibus Francorum conſeruatus fuit vſus Iuris Romani. Quare etiam hæc Gallia dicta fuit Romana, & dictæ prouinciæ iuris ſcripti, dum reliquæ Galliæ partes Gallia Francica dicerentur. ****** Et licet Codicis Theodoſiani potior fuerit vſus, ******* vna cum reſtituto Iure Iuſtinianeo, etiam huius auctoritas ad Gallos tranſiit. ******** Hodie equidem proprio iure vtuntur Galli, in ſubſidium tamen vocant Ius Romanum, apud ipſos commune dictum, quod etiam adhuc obſeruatur. ********* In Hiſpania prohibitum equidem fuit a diuerſis Regibus, ne Romanum Ius in foro adlegaretur.********** Alphonſus x. tamen Caſtiliæ Rex, Partitarum Collectioné, quæ potior Iuris Hiſpanici pars eſt, ex Iure Romano potiſſimum deſumſit. Quare ad earundem illuſtrationem, in Hiſpaniæ Academiis vtuntur Iure Romano, non autem in Foro. † Eadem ratio eſt in Luſitania, maxime dum Ius Romanum in Conimbricenſi Academia doceatur. †† Idem Ius paullo poſt Lotharii tempora a. 1149. in Oxonienſi Academia profiteri cœpit Vacarius, gente Longobardus. ††† Et licet dum numerus ſtudioſorum Legum Romanarum in immenſum creſceret, Stephanus Rex edicto ſuo prohiberet, ne amplius docerentur Leges Romanæ in Anglia, atque vt nemo earum libros retineret, ſilentium etiam Vacario fuerit indictum, inualuit, †††† tamen Ius Romanum, quod per Franciſcum Accurſium, aliosque in Angliam euocatos, magis adhuc fuit promotum, ††††† ita, vt ius Iuſtinianeum hodie adhuc in Academiis non ſolum Anglorum, ſed etiam foris, tanquam ſubſidiarium obtineat. †††††† In Vngaria receptum equidem a Matthia Coruino Rege fuit Ius Iuſtinianeum, ſed dum lites inde creſcerent, paullo poſt iterum abolitum. †††††††

* Quare etiam CAROLVS MOLINÆVS *ad Conſuetud. Pariſ. Tit. des fiefs n.* 110. Ius Romanum tam æquum eſſe ait, & rationi conſentaneum, vt omnium fere Chriſtianarum gentium vſu & approbatione commune ſit effectum.

** Demonſtrauit hoc Auctor Anonymus in libro, cui titulus *Inſtitution du Droit Romain, & du Droit François* quem edidit FRANCISCVS de LAVNAY, *a Paris* 1686. 4. qui *Libro I. cap. XIV. n.* 14. ſic loquitur: *Sur la fin du douziéme ſiecle, & au commencement du treizieme, le Droit Romain compilé par Iuſtinien, qui avoit eſté composé ſix cens ans auparavant, & qui n'avoit pas eſté inconnu en France dés la ſeconde Race, commença d'y paroître generalement par tout, d'y eſtre enſeigné publiquement dans pluſieurs Univerſitez du Royaume, & d'eſtre communement pratiqué dans les Barreaux, & ſuivy dans les Iugemens meſme dans la Gaule Belgique, & païs de Coûtume.*



Digitized by Google

*Et le Parlement de Paris ayant eſté depuis rendu fixe & ordinaire par le Roy Louis Hutin, il fut remply de gens qui avoient appris ce Droit, & qui le mirent en uſage dans le Parlement, d'où il ſe répandit dans toutes les Compagnies ſubalternes. Il eſt facile d'eſtre perſuadé de cette ſuite des tems, qu'aprés l'etabliſſement certain du Royaume de France, il y a eü dans les Gaules un mêlange perpetuel du Droit Romain, & du Droit François, dont on peut alleguer pluſieurs cauſes. La premiere eſt la magnanimité & l'humanité de la Nation Françoiſe, laquelle ne ſçait ce que c'eſt que d'eſtre contrainte, & de contraindre les peuples qu'elle a aſſujettis. La ſeconde eſt, que la penſée & la fin principale des Rois de France a toûjours eſté, non pas tant de s'appeller les Auteurs & les Protecteurs de la liberté, que de l'eſtre en effet; c'eſt pourquoy de peur qu'il ne ſemblât qu'ils vouluſſent abroger cette meſme liberté, dont ils eſtoient les defenſeurs, ils ont bien donné leurs Loix aux François, mais apres qu'ils eurent reduits tous les peuples des Gaules ſou leur Empire, ils leur ont laiſſé la liberté de choiſir eux-meſmes la Loy dont ils vouloient ſe ſervir: c'eſt pour cela que les premiers Rois auoient ordonné à ceux qui intentoient quelque action, de declarer au commencement de la procedure, ſuivant quelle Loy ils vouloient que leurs differends fuſſent reglez. C'eſt auſſi par leur ordre qu'on a introduit certaines formules pour agir, ou par la voye de la Loy Salique, ou par celle de la Loy Romaine, & que l'on a inſtitué des Iuges ſçavans pour la diſtribution de la Iuſtice, ſuivant l'une & l'autre Loy. La troiſiéme raiſon eſt la grande ſterilité des Loix de François, qui ne comprenoient que la moindre partie des cas, qui peuvent faire naître les procez, deſquels on ne trouvoit pas la deciſion ny dans le droit contenu dans les Loix Saliques ny dans celuy compris dans les Capitulaires, ce qui les obligea à la neceſſité de recourir au Droit Romain, dont la Gaule s'étoit deja ſervie, & où il s'eſtoit acquis beaucoup d'autorité; & c'eſt pour cela qu'Agathias écrit que de ſon tems les François eſtoient en poſſeſſion de ſe ſervir du Droit Romain, pour regler les clauſes des contrats des mariages & pour decider toutes les autres affaires, qui n'avoient point eſté prevûës par les Loix des François.*

*** Sic Honorius III. Papa, Roma a. 1220. in Galliam reſcripſit, quod edictum extat in c. 28. de priuilegiis, in quo: *ſane, licet Sancta Eccleſia legum ſecularium non reſpuat famulatum, quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur: quia tamen in Francia & nonnullis Prouinciis Laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur, & occurrunt raro Eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſunt ſtatutis Canonicis expediri; vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur. Firmiter interdicimus, & diſtrictius inhibemus, ne Pariſiis, vel ciuitatibus, ſeu aliis locis vicinis quiſquam docere, vel audire Ius Ciuile præſumat. Et qui contra fecerit, non ſolum a cauſarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per Epiſcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.* De hoc etiam egit ARTHVRVS DVCK *de author. Iuris Ciuilis lib. II. §. XXXVIII.* licet non deſint, qui aliam huius prohibitionis cauſam eſſe velint, ne ſcilicet reliquæ Academiæ vacuæ relinquerentur, omneſque eo concurrerent ad Leges audiendas, cum tamen nulla tum eſſet Academia pro Legum Profeſſoribus. Sic etiam eodem teſte, Carolus IX. & Henricus III. Edictis ſuis promulgarunt ne Ius Ciuile Pariſiis doceretur, aut gradus Academici in eo Iure conferrerentur, ne ſubmittere ſe viderentur Legibus Imperialibus in Sede Regni ſui & Curiis ſuis Supremis, & ne reliquæ Academiæ ſuæ negligerentur.

**** Io. TILIVS de Republica Gallica ipſa Philippi Pulcri verba adducit, allegante CONRINGIO c. XXIII. *Propterea, inquit, vbi Academiæ & profeſſiones iuris in Gallia inſtitutæ ſunt & ornatæ priuilegiis, nominatim proteſtati ſunt Reges ſe iura illa*

*non*

*non auctoritatis loco, ſed rationis tantum accipere. Inter archiua priuilegiorum a Philippo Pulcro Rege conceſſorum Aurelianenſibus, tabulis ſcriptis menſe Iulio anni milleſimi trecenteſimi duodecimi, rex Philippus narrat: regnum ſuum conſuetudine non iure ſcripto gubernari, præter Prouincias quasdam, vbi proſpicientibus regibus anteceſſoribus populares plurimum vtuntur iure ſcripto, non quod obſtricti ſint, ſed quia illud ſibi continuandum aſſumpſerunt. Et quemadmodum liberales artes ſeruiunt Theologiæ, ita leges ſcriptas ad rationem informatricem morum intelligendam adiuuare, docere ius ſuum cuique tribuere ex ratione ſecundum Deum & conſuetudinem intelligentiam comparare. Atque vt Romani legibus Græcorum vſi ſunt, vnde duodecim tabulæ profluxerunt; ita etiam Reges voluiſſe Romanum ius, & ſcriptum publice legi & diſci in regni Academiis, vt doceretur æquitas & excoleretur ratio, ex quibus plurimum in regno Galliæ iudicatur. Quod ſi decreta iudicia & ſtatuta conſuetudinibus anteponenda defuerint, neque habeatur contraria conſuetudo ex qua fuerit iudicandum, poſſe adhiberi leges. Ne quiſquam cogitet, iuridicis Academiis in regno inſtitutis Reges conſuetudini atque rationi leges iuraque ſcripta prætuliſſe: multa prodeſſe ad doctrinam quæ tamen non accipiuntur; exemplo Eccleſiæ quæ canones multos non accipit, & tamen ex conditione leguntur in Academiis. Senſa enim mores & conſuetudines hominum ex variis temporibus & locis collecta non mediocriter ad doctrinam conferre.* FRANCISCVS etiam HOTTOMANNVS *Ante-Triboniano* ſuo *c. XVII.* ſic ſcribit: *præterea in confirmatione Academiæ Aurelianenſis anno MCCCXII. facta, inuenio. Regem Philippum Pulchrum Confirmationis auctorem dicentem: non modo regnum ſuum moribus & iure non ſcripto regi ac gubernari, verum etiam iis in locis vbi receptum eſt ius ſcriptum, incolas eo iure non teneri, teneri autem conſuetudinibus, ad exemplum & imitationem iuris ſcripti introductis. Ceterum, ait, ſuper negotiis & cauſis forenſibus regnum noſtrum conſuetudine moribusque non iure ſcripto regitur: licet in partibus regni quibusdam ſubiecti, ex permiſſione progenitorum noſtrorum & noſtra, iuribus ſcriptis vtantur. In pluribus non vt iuribus ſcriptis agantur, ſed conſuetudine, iuxta iuris ſcripti exemplar moribus introducta.* Et paullo poſt: *non putet igitur aliquis nos recipere, vel progenitores noſtros recepiſſe leges quaslibet, ex eo quod in diuerſis locis & ſtudiis regni noſtri per ſcholaſticos legi ſinantur.*

***** GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IV. c. XXIV.* de filiis Clotarii I. loquens, circa annum 570. a. Gontrano Celſum quendam peritum eſſe creatum, ait, eumque deſcribit: *in certis tumidum, in reſponſis oportunum, & iuris lectione peritum.* Idem c. XLVI. de quodam Andrachio dicit: *ad ſtudia literarum poſitus bene inſtitutus emicuit. nam de operibus Virgilii, legis Theodoſianæ libris arteque calculi ad plenum eruditus eſt.*

****** INNOCENTIVS CIRONIVS *lib. V. Obſerv. Iur. Canonici cap. II. & VI.* ANT. DOMINICVS *de prærog. allod. c. VII.* ARTHVRVS DVCK *lib. II. cap. V. §. XIV. ſqq.*

******* Quod ſupra iamdum demonſtrauimus *§. V.*

******** Quare ARTHVRVS DVCK *lib. II. cap. V. §. XXIX. Libri autem Iuſtinianæi hactenus delituerant vsque ad Lotharii tempora, poſt quæ Ius Romanum deinceps in Academiis & Iudiciis Galliæ ſemper floruit. Et ſub tertia Regum Linea Ius Romanum viguiſſe in Iudiciis ſatis conſtat per Ordinationes Curiæ Supremæ Pariſienſis in veteri ſtylo, quæ pro maxima parte ex Iure Romano tranſcriptæ ſunt. Codicisque Iuſtinianæi tranſlationem antiquam in Linguam Gallicam fuiſſe factam a temporibus Lotharii Imperatoris multi opinantur, eandemque Cuiacius ſæpe laudat.* Et §. XXXVII. *In Academiis Gal-*

*liæ Ius Ciuile Romanorum cœpit efflorescere, quamprimum Irnerius ſub Lothario Bononiæ illud profeſſus fuit. Mox enim amplis ſtipendiis accerſiti ex Italia Placentinus & Azo in Academia Montiſpeſſulana, in Tholoſana Franciſcus Accurſius iunior, & Petrus de Bella Pertica aliique libros Iuſtinianæos publice legerunt diu, ante Academias in Gallia pro Legum ſtudio inſtitutas. eratque Legum Profeſſio in Academia Pariſienſi ante Academias Legum erectas, & ante probibitionem Honorii III. Pontificis, qui Anno Chriſti MCCXX. Ius Ciuile Pariſiis legi prohibuit. Nam Aurelianenſis Academia pro Legum ſtudio prima inter Gallicas erecta fuit, per Clementem V. & Philippum Pulchrum, Galliæ Regem Anno MCCCXII. & poſtea reliquæ Academiæ Gallicæ pro Legum Cæſarearum ſtudio per Reges Galliæ, & Pontifices inſtitutæ ſunt (ſcilicet Tholoſana, Andegauenſis, Pictauienſis, Montiſpeſſulana, Cadomenſis, Burdegalenſis, Bituricenſis, Caduricenſis, Nannetenſis, Valentinia, Gratianopolitana, Remenſis, e quibus Cadomenſem Academiam in Normannia pro Legibus Romanis Richardus II. Angliæ Galliaque Rex excitauit. Adeo enim ad Leges Cæſareas propenſa ſemper fuerunt Gallorum ingenia, vt ante Academias ſuas pro Legibus erectas, publico conſenſu inuitarent præſtantiſſimos Iuriſconſultos ſuos Italosque, magnis ſtipendiis, ad docendum Ius Ciuile in priſtinis Academiis ſuis, quibus tantum Theologiæ, Philoſophiæ, & Artium docendarum facultas hactenus conceſſa fuerat.*

********* De hoc latius egit ARTHVRVS DVCK *de author. Iuris §. XXX. ſeqq. & § XXXIX.* vbi dicit: *Tantum vero honorem Iuri Ciuili Romanorum deferunt Galli, vt in Academiis ſuis nullæ aliæ Leges publice doceantur, præter Leges Romanas, in ſolo iure Ciuili gradus Scholaſtici in Academiis Gallicis conferuntur; nemo in Gallia admittitur in Iudicem aut Aduocatum, niſi in vtroque aut altero Iure Doctor aut Licentiatus fuerit; iis ſolum Dignitatum porta in Curiis Galliæ Supremis aperta eſt, ſicut & apud reliquas Europæ Nationes (pauciſſimis exceptis) ſoli Iuris Romani Conſulti Iudicum & Aduocatorum munera exercent. Tantumque eſt Iuris Romani apud Gallos ſtudium, vt plures numerentur in Gallia Iuris Ciuilis ſtudioſi & Profeſſores quam in Germania, Italia & Hiſpania, & adiiciunt aliqui plures lites in Curiis Galliæ, quam apud reliquas gentes vicinas vniverſas reperiri.* Sic etiam originem, vſum atque authoritatem Iuris apud Gallos deſcripſerunt INNOCENTIVS CIRONIVS qui etiam IO. COSTÆ Tractatum *de Origine Iuris in Gallia* commendat. Alias IO. DOVIATIVS *in Hiſtoria Iuris Ciuilis Romanorum Pariſiis* 1678. 4. & IO. BOSCAGERIVS *de iuſtitia & iure, Pariſiis* 1689. 12. originem atque auctoritatem Iuris Ciuilis apud Gallos declararunt.

********** De hoc ſupra iamdum dictum §. I. Sic etiam Legum Romanarum aliarumue abrogatio fuit facta per *l. vlt. Tit. VI. Libri I. Fori Legum. L. XV. Tit. I. Partita I. L. VI. Tit. IV. Partita III. L. I. Tauri L. III. Tit. I. Lib. II. nouæ Compilationis.*

† De his plenius ARTHVRVS DVCK *de vſu & authoritate Iuris Romani lib. II. cap. VII.* GERARDVS ERNESTVS de FRANKENAV *ſacris Themidis Hiſpanæ arcanis ſect. I. & II.*

†† ARTHVRVS DVCK *de author. Iuris Ciuilis lib. II. c. VII.*

††† CHRON. NORMANNIÆ inter Scriptores Rer. Normann. ab Andr. du Cheſne editos p. 983. *Obiit Bechardus VI. Abbas Becci, cui ſucceſſit Rogerius Magiſter Vacarius, gente Longobardus, vir honeſtus, & iuris peritus, cum leges Romanas anno ab incarnatione Domini MCXLIX. in Anglia diſcipulos doceret, & multi tam diuites quam pauperes ad eum cauſa diſcendi confluerent. Suggeſtione pauperum, de Codice & Di-*

*& Digeſta exceptos IX. Libros compoſuit, qui ſufficiant ad legum lites, quæ in Scolis frequentari ſolent, decidendas, ſi quis eos perfecte nouerit.* ARTHVRVS DVCK *lib. II. c. VIII. p. II. §. XXVII.* adlegat GERVASIVM DOROBVRNENSEM *in vita Theobaldi MS. Biblioth. Cotton.* qui ſub Henrico I. ſcribit: *tunc Leges & Cauſidici in Angliam primo vocati ſunt, quoniam primus Magiſter Vacarius hic Oxenfordiæ Legem docuit.* Plura de eodem IO. SELDENVS *Diſſ. ad Fletam cap. VII. §. III. IV. V.*

†††† IO. SARISBERIENSIS Policratico lib. VIII. c. XXII. *alios vidi, qui libros legis deputant igni, nec ſcindere verentur, ſi in manus eorum Iura peruenirent aut Canones. Tempore Regis Stephani a regno iuſſæ ſunt leges Romanæ, quas in Britanniam domus venerabilis patris Theobaldi, Britanniarum Primatis, aſciuerat. Ne quis etiam libros retineret edicto regio prohibitum eſt, & Vacario noſtro indictum ſilentium; ſed, Deo faciente, eo magis virtus legis inualuit quo eam amplius nitebatur impietas infirmare.* Plura apud SELDENVM *c. l. §. III.*

††††† De hoc pluribus ARTHVRVS DVCK *c. l. §. XXXV.*

†††††† Plenius hac de re egerunt ARTHVRVS DVCK *c. l.* & IO. SELDENVS *c. l.* De tentata a COWELIO Harmonia Romani Iuris & Anglicani, dictum fuit diſſertatione præliminari.

††††††† HOTTOMANNVS c. XVII. p. 100. *Atque hic non poſſum non meminiſſe, hiſtoriæ notatu dignæ de magno iſto Hungariæ Rege Matthia Coruino, qui ante annos circiter centum regnauit. Antequam reciperet leges Romanas, inquit hiſtoria, pauca erant lites, eaque paruo temporis ſpatio, ſine prolixa cognitione dirimi poterant. Accidit vt in matrimonium Rex acciperet Ferdinandi Neapolitani Regis filiam, quam in Hungariam adduxerat & comitati ſunt, vna cum primariis viris compluribus, celebres aliquot & clari Doctores ex conſilio regio. Hi Doctores cum ſæpius Rege præſente honorificam legum Iuſtiniani mentionem facerent, prædicarentque quam profunda ſapientiæ myſteria iis reperiſſent, perſuaſerunt ei, vt diſciplinam & exercitium illarum in ſuas prouincias reciperet. Re conſtituta, vocati ſunt ex Italia eruditiſſimi in his libris Doctores & Profeſſores. Quid euenit? in locum quietæ a litibus tranquillitatis, quæ fuerat vſa Hungaria, exiguo tempore omnia cauſis & calumniis repleta ſunt, perinde quaſi legum Doctores iſti controuerſias & lites a ſe traxiſſent, quemadmodum Cæcias nubes attrahere dicitur. Tandem, vt paucis dicam, Rex quo tranquillitati & quieti ſubditorum conſuleretur, coactus eſt & libros Triboniani, & hos Doctores e regno eiicere, eo cum priuilegio, ne quis in poſterum de iis loqueretur. Et reuera mirum eſt, in prouinciis, vbi libri Iuſtiniani auctoritatis plurimum habent, quam vbertim lites & cauſæ proueniant & propagentur. Quin videtur Iuſtinianus libris ſuis non aliter cauſidicos & rabulas progenerare, quam Cadmus olim ſeminatis draconis dentibus bellatores produxit. Neque negari poteſt, tam in Italia, quam in Gallia id experientia priuari. Ex diuerſo in quibusdam Germaniæ locis & præcipue in Heluetia; vbi parum auctoritatis & pretii his libris tribuitur, nec milleſima pars cauſidicorum ſcribarumque.* Facit huc OTTONIS TABORIS *Collatio Iuris Hungarici & Romani, Argentorati* 1651. 4. Nouiter in noſtra Academia IOANNES IONY nobilis Hungarus, ſub præſidio Dni CASPARIS ACHATII BECKII diſſertationem exhibuit *de vſu & auctoritate Iuris Romani in Hungaria circa doctrinam de patria poteſtate, Ienæ* 1617. 4. Dnus LVDEWIG tamen in Differentiis Iuris Romani & Germanici *D. III.* demonſtrare conatus fuit, nec in Vngaria nec multis aliis regnis vſum eſſe Iuri Romano.

§. XIII. Cre-

Digitized by Google

§. XIII.

*Gloſſæ Iuris Ciuilis.*

Creſcente igitur magis magisque Iuſtinianei Iuris auctoritate, exorti fuerunt, qui gloſſis ſuis in Iuris iſtius partes ſcriptis, magnam ſibi famam, magnamque auctoritatem conciliarent. Præcipui inter hos erant Martinus Cremonenſis, Bulgarus, Hugolinus, Rogerius, Placentinus, Pileus, & potiſſimum Azo, quorum dicta pro oraculis habebantur. † Ex horum ſcholis prodierunt, qui in fora, Academiasue Europæ promouerentur, dum Italiæ Iuris Doctorum tanta eſſet auctoritas, vt ad eosdem audiendos ex omni parte terrarum aduolarent. Hi aliam Iurisprudentiam haut edocti ſecundum eandem cauſſas terminarunt, iura tuerunt profeſſi.

† De his plenius GRAVINA *n. CXLIV. ſqq.* GVIDO PANCIROLLVS de claris Legum Interpret. lib. II. c. IV. *aliud interpretandi genus primus Rogerius inuenit, vt iuris tractatus in Compendium redigeret, quod ſummam vocauit. Hunc æmulati ſunt Placentinus, Iohannes & Azo, qui in hoc ſcribendi ſtylo cæteris viſus eſt antecelluiſſe.*

§. XIIII.

*Corpus Gloſſatum.*

Dicti autem Iureconſulti & horum æquales, Gloſſas in Corpus Iuris conficiebant particulares, quas additis propriis, demum ſeculo XIII. in vnum collegit atque anno 1220. perfecit Azonis diſcipulus, FRANCISCVS ACCVRSIVS, * qui, licet in explicandis legibus admodum induſtrius, in ſenſibus etiam veſtigandis acutus, ſolers, perſpicuus, in legibus conciliandis felix fuerit, ** vt ideo Gloſſatorum Coryphæus vulgo audiret; *** Sæpius tamen ob Hiſtoriarum atque elegantioris litteraturæ imperitiam, hallucinatur. **** Exinde ortum fuit Corpus Iuris Gloſſatum, diuerſimode editum, ***** quod in tantum inualuit, vt, qui ſequuntur Interpretes, ſuam operam potius in gloſſis explicandis, quam in verbis legum intenderint, vt hoc ipſo Iurisprudentiam haut parum corrumperent. ****** Immo, tanta Gloſſæ fuit auctoritas, vt ex eius ſententia cauſam ordinauerint iudicandam, quoties inſignis aliquis interpres eidem adhæſerit. ******* Licet Gloſſæ auctoritas hodie admodum decreuerit. ********

* Vixit iſte ſub Friderico II. ad annum 1227. vt ipſe teſtatur *in l. penult. C. de accuſationibus.* Septennium autem conſumſit in Pandectarum & Authenticarum interpretatione, vti conſtat ex his, quæ dicit *in Auth. vt proponatur nomen Imperatoris* circa principium, in circa verb. *Indictionis.* GVIDO PANCIROLLVS *de Claris Legum Interpret. lib. II. c. XXIX.* ſic de eo loquitur: *Accurſius patria Florentinus, iam quadragenarius, vel, vt alii ſcribunt, XXVIII. An. natus ius ciuile ab Azone audiuit, cum prius philoſophiæ naturali, atque aliis diſciplinis operam dediſſet, in numerum Iuriſconſultorum receptus & ipſe Romanas leges Bononiæ diu eſt interpretatus. Demum in ſoli-*

*litudinem ſecedens, ex aliorum gloſſis, quæ confuſa, & velut a pluribus factæ ſub variis nominibus diſtinctæ erant, nouas conſtauit, quæ perpetuo contextu conſcriptæ, quod abſolutiores, ordinatioresque eſſent ſolæ in manibus ſtudioſorum verſari, ac legi cœperunt. Aliqui Cyprianum antiquum enarratorem id ante ipſum egiſſe tradunt. Sed Accurſius ab Inſtitutionibus auſpicatus omnes iurium partes breui interpretatione illuſtrauit. Et An. Salutis MCCXX. in Authenticorum volumen gloſſis extuſſis, opus perfecit. Similibus iuribus in vnum congeſtis & contrariis ſublatis, mirifice ſtudioſos iuuit; ſæpe ſibi ipſe contrarius fuiſſe videtur; ſed id non ex ingenii leuitate, ſed diuerſis antiquorum, quas annotabat, opinionibus euenit. His enim, quæ ab aliis inuenta fuerant, ad prolixitatem euitandam, primam nominis auctorum literam apponere conſueuerat, quæ etiamnum in mediis gloſſematibus conſeruantur. In fine vero vt plurimum deſunt, ita fit, quæ alterius plerunque eſt opinio, Accurſii eſſe credatur, & ſibi ipſi aduerſari videatur, vt Cinus, & alii animaduerterunt. Vſque adeo breuis fuit in ſcribendo, vt ſæpe obſcuritatem euitare non potuerit, etſi Paulus Caſtrenſis, vt iuuenum ingenia excitaret, id eum data opera feciſſe exiſtimet.* Et c.IV. *Sed cum tot auctorum congeſta gloſſemata tædium afferrent, Accurſius illorum interpretum vltimus ea omnia in vnum corpus conflata ſibi adſcripſit, quorundam tantum nominibus quandoque recitatis. Summa totius interpretationis eſt, vt legum ſemina aperiant, ſimilia citent, contraria concilient, & aliquot quæſtiones breuiter excitent.* In Monumentis illuſtrium Virorum reperitur *Tab. LXXIX.* eiusdem Monumentum Sepulcrale, cum tali elogio: *Accurſius Florentinus, auditor Iohannis & Azonis, vir magni ingenii & ſingularis induſtriæ. Primus enim in vniuerſum corpus legum, ipſasque ſingulas leges Gloſſas conſcripſit. Profeſſus eſt Bononiæ, vbi & ſepultus eſt, hoc epitaphio ornatus:* SEPVLCHRVM ACCVRSII GLOSSATORIS LEGVM ET FRANCISCI EIVS FILII. Plura de eodem habent GESNERVS in *Bibliotheca.* VAL. GVIL. FORSTERVS in *Hiſtoria Iuris Ciuilis lib. III. c. XII.* 10. FICHARDVS *de ICtis.* GRAVINA *h. CLV.* BAYLE.

** Sic enim IACOBVS CVIACIVS Obſeruat. lib. XII. c. XVI. *neque* δικαιομάστιγας *huiuſmodi Iuriſprudentibus comparauerim: & Accurſium longe magis corona donauerim, a quo quidquid aberrat Bartolus, vana fictiones & ægri ſomnia videntur.* FRANCISCVS DVARENVS teſte ANTONIO MORNACIO *ad l. 2. §. hoc autem ff. de vet. iur. enucleand.* eum Latinis & Græcis omnibus interpretibus antepoſuit. ARTHVRVS DVCK *lib. I. c. IV. § XIV. Franciſcus Accurſius Florentinus fere quadragenarius ad Ius Ciuile acceſſit ſub Azone & Odofredo, in quo tantum profecit, vt Magiſtros longe ſuperaret, relictaque profeſſione Iuris publica in ſolitudinem ſe recepit, in qua per ſeptennium ſcripſit gloſſas in Pandectas & Nouellas, & per aliud biennium in Codicem, vt ipſe de ſe teſtatur, in quibus mira breuitate Leges omnes ſimiles addit, diſſentientes conciliat, & ex iis tantam induſtriæ, iudicii, memoriæque famam eſt aſſecutus, vt nemo poſt eum Iuri gloſſas adiicere tentauerit, & Interpretes poſt eum, ex eius admiratione, parem operam in eius gloſſis explicandis ac in verbis Legum impenderint, quod ſane in iis merito reprehendendum eſt, adeoque eum inſecuti aliam viam docendi Iuris per Commentarios prolixos inierunt, contra Iuſtiniani Sanctionem, prohibentis commentarios Legibus ſuis aſcribi.* Ipſe etiam TRITHEMIVS ſic de eodem loquitur: *Accurſius natione Italus, ex Florentia Ciuitate oriundus, auditor quondam & diſcipulus Azonis, vir in vtroque iure peritiſſimus, atque in cæteris ſecularium literarum diſciplinis non infime doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, cuius quanta ſit hoc tempore apud Legum profeſſores auctoritas, nemo eſt vel modice doctus, qui neſciat. Scripſit multa præclara opuſcula, & primus totum ius*



Digitized by Google

*Ciuile gloſſauit.* GRAVINA n. CLV. ita de eodem iudicat : *nemo ante ipſum exortus erat, qui ſcientiam iuris breuius vberiusque ſuppeditaſſet. Sententia enim legum tum in vniuerſum : tum particulatim expoſita : ſimilia loca ex vniuerſo iuris corpore colligit, & contraria mire componit, adductis aliorum, ac modo adprobatis, modo reiectis opinionibus, quaeſtionibusque plurimis vtiliſſimisque ad locum excitatis, ac definitis. In ſenſibus autem veſtigandis adeo fuit acutus, & ſolers ; perſpicuus autem in verbis, & ſobrius ; felixque in abditis ſententiis eruendis, vt , niſi temporum barbaries antiquitatis ei lucem & ſermonis elegantiam ademiſſet ; nullam fortaſſe laboris partem reliquiſſet eruditis recentioribus.*

*** CASPAR BARTHIVS animadu. ad Claudianum in Rufinum lib. II. v. 85. p. 1200. 1201. *Hanc ſignificationem animo habuit Fr. Accurſius Gloſſatorum veterum Coryphaeus, homo ingenii prorſus ſtupendi, qui in tantis diſciplinarum tenebris ipſam diſciplinarum diſciplinam accuratiſſime intellexit , cum non iurisdictionem , ſed iurisditionem ſcribendum cenſuit.*

**** Audiamus de eo IO. BERNARTIVM *de vtil. leg. Hiſtoriae lib. I. p.* 2. dum ait : *quid enim tam infandum ſomniauit vllus aegrotus , quam illud quod ad totum hoc Pomponii caput ( & ſimul librum propius admouens cognoui quod verſaretur in titulo de Origine Iuris) comminiſcitur potius quam commentatur Accurſius noſter, vir alioquin plane talis, vt eum, ſi cum latialis phraſis , tum praecipue antiquitatis magis fuiſſet peritus, omnibus tam Graecis, quam Latinis interpretibus Iuris, ſi mei arbitrii res foret, anteponere non dubitem. Sed hoc lumine deſtitutus, mirum quam ille ſaepius, quaſi in Cimmerios delatus eſſet, caecutiat, quam frequenter ludos faciat equite adeo non plaudente, vt adoleſcentulis etiam ſeſe ridendum praebeat.* Idem lib. II. p. 141. *multo maiora deliria delirauit magnus ille Accurſius, non in expoſitione alicuius loci, ſed totius tituli de Origine Iuris ; qui noſtrae huius diſputationis heri praebuit argumentum : profecto quotiescumque lego , in ſomniantis hominis commento videor verſari , non vigilantis commentario.* IOACH. HAGEMEIER de vſu & author. Iuris p. 34. *Inter eos, qui ex Latinis ius Ciuile commentariis illuſtrarunt , primo loco nominandus eſt Accurſius, quem Graecis Latinisque omnibus anteponit Cuiacius l. 3. obſ. c. 2. quod iudicium nobis diſplicet , cum is neque Graece ſciuerit, neque ea recte interpretatus ſit , quae ad hiſtoriam Romanam pertinent ; imo etiam non ſemper ſibi conſtet, adeo, vt Cynus de contrarietatibus Accurſii peculiarem librum confecerit. Habendus vtique pro egregio Interprete, qui ſummo labore ſummaque diligentia ſcripturae varietatem ſignificat, verborum Origines & ſignificationes ex omnibus omnium generum libris elicit, inſignem denique curam in toto iure Ciuili declarando ſimilibus contrariisque locis adſcriptis oſtendit.* ZASIVS lib. I. ſing. intell. c. 7. n. 10. *Accurſii gloſſemata non plus ponderis habere pronuntiat, quam alterius viri docti.* BRASSICANVS inter epiſtolas Hel. Eob. Heſſi p. 32. *doceo Iuris Ciuilis integrum , quem vocant textum, omiſſis Accurſii deliramentis omnibus.* LVDOVICVS VIVES etiam haec Accurſii deliramenta ridet , dum de cauſis *corrupt. artium lib I. p.* 52. ſic ſcribit : *Accurſius eſt Iuriſconſultus, vel quum interpretatur, que, id eſt, & : aut , id eſt, dixit : ſeu , id eſt, aut. Diligens & accuratus Hiſtoricus, vel quum de Origine* 12. *tabularum lepidam fabellam comminiſcitur, aut de adoptione Germanici Caeſaris.* HERM. CONRINGIVS de ciuili Prudentia c. III. *Ridicula eſt Accurſii gloriatio ( in Gl. ad l. 10. ſect. 2. ff. de I. & I. nihil opus eſſe Theologiae ſtudio, ad cognoſcenda diuina , vt quae ex legum Romanarum libris affatim queat peti. Immo in Prouerbium abit quaſi ab Accurſio effatum:*

*Gra-*

*Græcum eſt, non poteſt legi.* Licet ALBERICVS GENTILIS de *Iuris Interpretibus p.* 29. hoc Accurſio minime tribuat, potius ipſum, tanquam in Græca lingua verſatum adgnoſcat. DIONYSIVS GOTHOFREDVS ſæpius in notis ſuis: *male ſecundum Accurſium.*

***** Plures ſunt editiones, vt taceamus enim antiquiores iſtas, quæ litteris monachalibus adparent, frequentiores ſunt *Lugdunenſes* 1530. 1548. 1550. *f. Pariſienſes de anno* 1559. 1569. 1576. *f.* 1535. 4. *Antwerpienſis* 1576. *f. Veneta* 1591. 1593. 4. Præſtant vero reliquis eæ, quæ ſub ſigno Salamandræ prodiit *Lugduni* 1554. *f.* 5. Tomis atque rubricis eſt diſtincta; Ea, quæ & ſub ſigno Leonis prodiit *Lugduni*, Ius Canonicum quidem *a.* 1572. Ius Ciuile 1580. Hanc inſecutæ eas quæ cum gloſſis, ſcholiis Contii, paratitlis Cuiacii, additis notis Dionyſii Gothofredi prodiit *Lugduni* 1589. *f.* 6. Tomis. Optima vero eſt editio quæ *Venetiis* 1574. 4. prodiit V. Tomis. Pandectas hæc continet cum Florentinis collatas, Codicem, Inſtitutiones & Nouellas, etiam Feudorum Conſuetudines, adiectis gloſſis, & rubricis diſtincta, vna cum ſcholiis ANTONII PERSII, Indice materiarum AEGIDII PERRINI, cuius etiam vita Iuſtiniani Inſtitutionibus eſt præmiſſa. Codici acceſſerunt quædam Conſtitutiones Græcæ, Faſti Conſulares Antonii Contii. Hæc editio ob chartæ litterarumque nitorem, accuratam imprimendi rationem, diſtinctiones rubricarum, atque adiectum Indicem ſatis locupletem, reliquis præſtat. Nec contemnenda tamen eſt Editio PETRI BAVDOZIANI, caractere minori exſcripta, atque edita *Lugduni* 1593. 4. & *Geneua* 1614. 4. *Tomis* 4. quæ non ſolum accurata & rara, ſed ad vſum etiam quotidianum maxime commoda. Ad hocce vero Gloſſatum Corpus binos habemus Indices. Alterum, collectore PETRO BROSSEO, *Lugduni* 1589. *f.* qui tamen breuior eſt, alias ob additas remiſſiones commendandus. STEPHANI vero DAOYS, Nauarri, Index ad Corpus Iuris Ciuilis, auctus per Thomam de Iuges & *Venetiis* 1610. ac *Geneua* 1635. *f.* editus, optimus eſt, & non ad textum Iuris ſolum, ſed etiam gloſſam directus, immo etiam rarus.

****** Conqueritur de eo FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Triboniano cap. XIV.* dum ait: *cum magni iſti quatuor Doctores & conſiliarii Imperatoris Friderici gloſſas quasdam, & minutas remiſſiones in libros Iuſtiniani reliquiſſent, ſic eos æmulati ſunt ſucceſſores, vt intra trecentos annos plures tractatus, diſputationes, commentarii, conſilia, deciſiones, obſeruationes, annotationes, repetitiones, ſingularitates, apoſtilla, & alii variorum generum libelli prodierint, quam ante Iuſtinianum mille & quadringentorum annorum ſpatio. Nimirum volebat vnusquisque Doctorum hoc pacto innoteſcere, & publice celebrari, vt poſtea a Principibus euocaretur, aut in legum Vniuerſitates acceſſeretur, aut pingui ſtipendio ad ſcribendum conſilia, inſtructiones & monitiones ad inſtruendas lites conduceretur.*

******* RAPH. FVLGOSIVS *in L. ſi ſolutum C. de Oblig. & Action.* Auditores ſuos ita adloquitur. *noſtis, quanta ſit auctoritas Gloſſatoris. Nam heri dixit Cynus Gloſſam timendam propter præſcriptam Idololatriam per aduocatos. Significans, quod ſicut antiqui adorabant Idola pro Diis, ita Aduocati adorent Gloſſatores pro Euangeliſtis. Volo enim potius pro me Gloſſatorem quam textum. Nam ſi allego textum, dicunt aduocati diuerſæ partis & etiam iudices: Credis tu quod Gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu & non ita bene intellexerit ſicut tu? ego recordor & ſit iſtud pro nouo quod, dum eſſem Scholaris, eram ſatis acutus. & dum ſemel eſſemus ſocii multi in vna colla-*

*collatione, auſus fui vnum textum allegare contra ſententiam Doctoris mei, tantam audaciam habui. Dixit vnus ſocius, tu loqueris contra Gloſſam, quæ dixit ſic: Et ego reſpondi; etſi gloſſa dicit ſic, ego dico ſic, ignarus autoritatis Gloſſatorum, credebam enim quod eſſent ſpeciales Apoſtillæ, quæ ſunt in libris Grammaticæ, ſicut ſuper Virgilio & Ouidio. Sed tamen non ita eſt. Fuerunt enim Gloſſatores maximæ ſcientiæ viri & auctoritatis.* Idem in L. ad officium C. communi *diuid.*: *veruntamen, in Iudiciis malim auctoritatem Gloſſatoris pro me habere quam textum, quoniam dicit ille, qui eſt in medio: Credis tu quod gloſſa non viderit textum illum & non ita bene intellexerit ſicut tu?* Idem in L. 1. C. de his qui potentior. nom. *Dominus tamen Bartholus eſt in contraria ſententia, vt iſte titulus locum habeat etiam in actore, ſed vt videtis Gloſſa exponit, id eſt, defenſionis: cuius auctoritas in Iudiciis noſtris præualet. nam nemo ex ſcribentibus, etiamſi duo ſint, præualet Gloſſatori.* GVIDO PANCIROLLVS lib. II. c. XXIX. p. 148. de Franciſco Accurſio dicens: *Tanta auctoritatis fuit, vt omnibus interpretibus auctoritate præſtet, quippe quem Aduocatorum Idolum appellare Cinus non dubitauit in l. non moriturum C. de contr. & committ. ſtipul.* ARTH. DVCK lib. I. cap. VIII. §. VI. *tanta eſt Accurſii authoritas, vt ex eius ſententia cauſa iudicanda ſit, quoties inſignis aliquis Interpres ei adhæret.*

******** Sic IOACHIMVS HAGEMEIER *de vſu & author. Iuris Civ. cap. IX.* ait: *Magna Gloſſæ autoritas eſt, non tamen maior quam omnium Doctorum, vt vult Bartolus in l. vt vim ff. de Iuſtit. & Iure. Imo ab ea recedendum eſſe exiſtimamus, quoties vel aperte falſa eſt, vel optimis rationibus conuincitur. Sic Gloſſam in §. item Seruiana Inſt. de Action. quæ tenet, quod Creditor agens hypothecaria contra tertium dominum probare debeat, debitorem tempore obligationis, rei obligatæ vel hypothecatæ dominum fuiſſe, Doctores noſtri tanquam falſam reiiciunt. Ita gloſſa (vt de multis aliis iam non dicam) a ſenſu legis 12. C. ad leg. Corn. de falſis aperte diſcedit. Apparet itaque quam debile & fallax ſit Idolum hoc Aduocatorum. In hunc ſenſum Baldus ad l. 4. C. quibus ex cauſis mai. rectiſſime pronuntiat, gloſſam nihil allegantem nihil probare. Enimuero quando Gloſſa refert plures opiniones & nullam eligit vel approbat, tunc videtur tranſire cum vltima, & illa dicitur ſua opinio. Euerhard. in loco ab author.*

## §. XIV.

*Primi Iuris Commentatores.*

Poſt Accurſium, nemo amplius Gloſſas adgreſſus eſt, dum Commentatorum oriretur ætas. Seculo enim XIV. noua quaſi cœpit Iuris Ciuilis periodus, dum BARTOLVS, de Saxoferrato * eiusdemque diſcipulus BALDVS, ** & qui hos ſequuntur ALEXANDER TARTAGNVS, BARTHOLOMÆVS SALYCETVS, PAVLVS CASTRENSIS, IASON MAYNVS, CYNVS, OLDRADVS, PETRVS DE BELLAPERTICA, RAPHAEL FVLGOSIVS, RAPHAEL CVMANVS, HIPPOLYTVS RIMINALDVS, aliique *** nouos in Corpus Iuris conſcriberent Commentarios. Hi autem, licet ſubtiles admodum ſint, ſcholaſtica tamen potius vtuntur grauitate & nimia prolixitate, immo agunt ſine ordine, antiquitatum etiam, hiſtoriæ, atque litterarum elegantiorum notitia deſtituti. ****

* ARTHVRVS DVCK lib. I. c. V. ʃ. XV. *Bartolus natus anno* 1303. *Ius Ciuile profeſſus eſt Piſis, poſteaque Peruſii, quod tanto iudicio aperuit in Commentariis ſuis immenſis pro ætate ſua (quæ quadraginta ſex annos exceſſit) vt longe primus Iuſtiniani Interpres poſt Accurſium adhuc apud omnes celebretur, & in eo fuiſſe præ ceteris admirabilem Legum peritiam, eiusque ingenis nunnen adfuiſſe Interpretes noſtri teſtentur.* BOXHORNIVS in Monumentis Virorum illuſtrium p. 102. *Bartolus de Saxoferrato (Vrbs eſt Vmbriæ, Sentinum olim dicebatur) natus Anno* 1303. *parentibus honeſtæ conditionis Petri Aſſiſii in Philoſophia auditor fuit, & in Iurisprudentia præceptores habuit Cinum, & Iacobum Boſigarium. Vir fuit ingenio ſubtili & acuto, facunda eloquentia & multi conſilii: aſſiduus in ſtudio legum, ſobrius in victu, memoria labili, cui defectui vt ſuccurreret: quæcunque meditabatur, ſcripto ſtatim mandauit. Ideo delitias omnes poſtponens & liberiora corporis exercitia negligens, totum ſe ſtudiis dedebat; nullam ſibi a ſeuerioribus meditationibus relaxationem concedens. Seuerus in omni re maxime in delictorum pœnis, quas iuſto acerbius exigebat a reis, dum criminalium cauſarum Tuderti Iudex eſſet conſtitutus. Hæc nimia ſeueritas illi crudelitatis notam inuſſit, illumque populo reddidit odioſum. Exiſtimabant enim omnes Tudertini doctrinam, & bonarum diſciplinarum ſcientiam morum eruditionem debere gignere, & truculentam iſtam crudelitatem mitigare, quæ incultum & barbarum animum plerumque ſequitur, & humanitatis expertem. Summum ius ſumma ſæpe eſt iniuria. Clementia principem generoſum & optimates in magiſtratu conſtitutos adprime decet. Si enim Deum, cuius ſunt miniſtri imitari debent: qui non exacte punit ſontes: ſed maiori miſericordia erga genus humanum vtitur, quam acerbitate, licet crimina ſontium mereantur durius caſtigari. Cum igitur Bartolus propter nimiam ſeueritatem ſuis eſſet ingratus, & odioſus: neque ferre poſſet publicum contemptum & inuidiam, relicta Vrbe ſeceſſit in villam quam habuit amœniſſimam, vbi ſcriptioni incumbens, multos annos priuatus exegit. Piſis interim & Peruſii magna auditorum frequentia, & laude docuit ius ciuile: eius autoritas magna erat per totam Italiam propter ſoliditatem conſiliorum, quibus res principum adiuuabat. Erat enim Caroli Quarti Rom. Imper. conſiliarius. a quo nobilitate donatus eſt. Mortuus eſt Peruſii Ann. ætatis quinquageſimo ſexto Chriſti vero* 1355. *Carolo IV. Romano Imperatore, & Innocentio VI. Pontifice Maximo.* GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpretibus lib. II. c. LXVII.* vitam ipſius & laudes deſcribens *p.* 191. ſic loquitur: *in ſoluendis antinomiis, & diſtinctionum ſæcere conciliandis iuribus adeo excelluiſſe exiſtimatur, vt omnium Interpretum Princeps habitus, Iuris ſpeculum & lucerna, veritatisque amator ſit nominatus, cui primæ inter veteres iuris interpretes tribuuntur quemadmodum Ioanni Andreæ inter antiquorum canonum profeſſores. Id etiam ſupra alios præcipuum habuit, vt in tot & tam variis commentariis, quæ edidit, raro ſibi contrarius reperiatur, mira breuitate vſus plus tacendo, quam loquendo dixiſſe fertur. In ea denique apud Hiſpanos exiſtimatione fuit, vt in diuerſis Doctorum ſententiis eam partem præualere decreuerint, pro qua Bartolus ſtetiſſet, quod olim de Papiniano lege cautum fuit. Alii eius opinionem ſemper præualere affirmant. Veronæ quoque ſtatutum eſt, neminem ibi Iurisprudentum Collegium poſſe ingredi, qui Bartoli commentaria non habuiſſet, quæ in decidendis cauſis maxime neceſſaria eſſe crediderunt.* Et p. 192. *non deſunt tamen qui eum Sophiſticum, & mollem, ac ineptum Leguleium per contemptum vocauerint, quod ſolus quandoque in opinionibus inuentus ſit. Saturnini Iurisconſulti exemplo, Saturninus a Baldo eſt appellatus. Ingenio quoque tantum quandoque transgreſſus eſſe fertur,*

 vt

vt quid diceret, non animaduerterit. Nec ſolum contra aperta iura reſpondiſſe, ſed & ea perperam quinque expoſuiſſe a Baldo diffamatus eſt, qui ſemina ab eo iacta ſe ſequi, & ſarculo male ſarta extirpare dicebat: Sed modeſtiores eius verba a ſe non intelligi malunt fateri, quam tantum virum inſcitia arguere, & adeo obſcurus quandoque fuit, vt nonnullis teutonice locutus fuiſſe dicatur. Memoria infirma fuit, qui cum aliquid commentabatur, leges in promptu habere non poterat, & ab aliis eas accipere cogebatur, & multas Franciſcus Tigrinus Piſanus eius amiciſſimus ſuggeſſit. Nicolai quoque Mattarelli atque aliorum veterum ſententias quandoque ad verbum deſcriptas ſibi impudenter attribuiſſe dicitur, & ipſe, vbi plenius loquitur, ſæpe defeciſſe arguitur. In quibus cauſis conſilium ab eo petebatur, negocium cum Mercatoribus, quos alicuius iudicii nouerat, conferre ſolitus eſt, & ſecundum eorum opinionem ſæpe reſpondebat. Plurimorum tamen conſenſu principem in explicandis Iuribus locum aſſecutus eſt, vt eo maiorem auctoritatem nemo adhuc obtinuerit. Vnde Iudicum Romanæ Rotæ ſententiis ſaltem in Cæſareis vrbibus eum poſtponendum non eſſe aliqui affirmant. Dinum, Cinum, Petrum a Bella Pertica, cum Iacobo Butrigario omnes ſimul ſcientia a Bartolo ſuperatos eſſe Tindarus eius pronepos contendit, & nihil boni ignoraſſe dicitur. Luculento ordine vſus eſt, poſt theoremata praxin ponere ſolitus; quam iuuentute contra reos ſeueritatem induerat, vix vnquam dimittere potuit, plura enim aduerſus fontes rigide ſcribens, quos dicto perdere non potuit, calamo extirpare conatus eſt. Eoque modo cauſa fuiſſe dicitur, vt innumeri eius auctoritate immerito ſupplicio afficentur; ob id & alia ex abrupto dicta aliqui illius animam apud Inferos torqueri nimis audacter dixerunt. DAN. MOLLERVS lib. II. Semeſtr. XLIX. n. 12. huic plus credendum, vt cenſet Angelus, quam omnibus aliis tanquam Magiſtro omnium. Et Caccialupus refert, Regio Edicto cautum fuiſſe, vt in Hiſpania & Luſitania in conflictu opinionum Bartoli obſeruaretur ſententia, eo quod a ſemita veritatis & æquitatis raro iudicatus fuerit aberraſſe. ROL. MARESIVS Lib. I. Ep. XL. Inter antiquos Interpretes Accurſius & Bartolus principatum tenent, de ſermone non valde anxii, rerum quas tractant, curam ſolum habuerunt, quas cum noſſent, quantum in illa barbarie, & codicum deprauatione noſſe poterant, explicare niſi incondite & barbare nequiuerunt; quod non tam eis quam ſeculo illi tribuendum quo linguæ, & bonæ literæ prorſus iacebant; PAVLVS IOVIVS in Elogiis vir. doct. n. VII. defuit ei Latinæ eloquentiæ facultas, ne ſummæ gloriæ faſtigium teneret. Et tamen eſt, quod maxime miremur, illum in perpetuo docendi munere occupatum, tot & tanta volumina perſcribere potuiſſe, quum quadrageſimo ſexto ætatis anno fato ereptus fuerit. IO. VINCENTIVS GRAVINA n. CLXIV. haud ſcio, an plus antiquitas tribuerit Papiniano, quam noſtrates Bartolo: cuius omnibus fere tribunalibus auctoritas imperat; præcipue apud Hiſpanos: apud quos ea ſententia vincit, a qua Bartolus ſtetit. Immo vbi deeſt lex, illius vice Bartolus conſulitur. Hinc crebra, & vulgata illa de Bartolo frementibus eruditis: nempe, Speculum, & Lucerna Iuris; virtus iuris; Dux vniuerſorum, robur veritatis; Auriga optimus; Apollo Pythius; Apollinis oraculum; ac modo lumen humani iuris appellatur. Varia etiam quæ ipſi tribuuntur elogia congeſſit IACOBVS CVIACIVS lib. XII. Obſ. c. XVI. IO. BERNARTIVS de vtilitate in hiſt. leg. lib. II. p. 119. Bartholus, qui hiſtoriarum ignorantia denſiſſimis tenebris omnia inuoluit, & ſpiſſam nebulam omnium antiquorum oculis obiecit.

** ARTHVRVS DVCK c. l. eum Baldus Peruſinus eius auditor, annis ſuperauit: vixit enim vsque ad ætatem decrepitam, mortuus anno 1420. & ius Ciuile profeſſus eſt Bononiæ & Ticini per 56. annos tanto cum ingenii acumine iudicioque, vt Baldum nihil ignorare ſoleret Iaſon dicere, & Philippus Decius teſtetur, neminem mortalium authoritate Bal-

Digitized by Google

*Baldum adæquare poſſe.* IOACH. HAGEMEYER de vſu & author. Iuris cap. IX. p. 36. *Minor Baldi autoritas habetur, quod ſæpe multas cumulat deciſiones ſine lege aut ratione certa aut idonea, diſceptans ex Philoſophia, dubiis interdum argumentis, quæ facile queant euerti. In Conſiliis non ſemel ſibi contrarius eſt, id quod aliis etiam Doctoribus eueniſſe animaduertimus, cum reſponſa ſæpe fauor, ſæpe quæſtus extorqueat. Interea non negamus fuiſſe hominem perſpicacis ingenii, qui cum legum peritia alias quoque diſciplinas coniunxit, certe inter ICtos nemo extat, qui vberius philoſophetur.* Quæ illius & coæuorum docendi fuerit ratio, exponit GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. IV. Bartolus, & qui circa illa tempora ſcripſerunt, plurimi in gloſſis examinandis multas ex ſuo quæſtiones breuius tractatas addiderunt. Hac docendi methodo totum iuris corpus ſingulo quadriennio abſoluebant. ac primo quod vocant Digeſtum vetus, poſtea Codicem explicabant, cæteras iuris partes extra ordinem interpretabantur, ac his ſingulis diebus docebant.* Idem lib. II. c. LXXI. de Baldo: *de iure reſpondendo immenſam pecuniam coëgit, qui ex ſolis ſubſtitutionum ſpeciebus plus quindecim millia aureorum lucratus fuiſſe traditur.* Et paullo poſt: *Tanta denique apud omnes exiſtimationis fuit, vt in iure nihil ignoraviſſe crederetur. Cuius opinionis fama cum ad Galeaccium perueniſſet, ab eo per iocum interrogatus eſt, Vbi lex inueniretur, quæ de veſpis & muſcis loqueretur, eam oſtendit: Quare omnibus maximam admirationem dedit.* Et paullo poſt: *cum parum ſibi conſtans ſæpe numero contrarius reperiatur, id tamen non leuitate, ſed ingenii ſubtilitate eueniſſe Paulus Caſtrenſis autumat. Vnde illius argutiam in prouerbium abiiſſe aliqui aſſerunt; ipſe quoque ſe excuſat, quod intellectus qui ratiocinatur, non ſemper ſit idem, ſed varius & Epiſcopo Ticinenſi ſæpe interroganti, cur toties leges mutarentur, reſpondet, Flagrante bello permittitur, quod pacis tempore non licet, ita id iuſtum eſſe, quod cuique ſuo tempore expedit, exemplo enim medicorum tempora a legum latoribus dicebat obſeruari. Plura etiam in Decretalium commentariis ſingularia, & præter aliorum opinionem citata ex ſuo capite protuliſſe dicitur, ac ſi quæ citat, ad rem non faciunt, multa etiam extraneis, & non ſuis locis pertractauit, in neceſſariisque deficere, ac ſuperfluis abundare arguitur. Vnde Herculem laudare fertur, quem nemo vituperat non facere, quæ omnes efflagitant, ad ea reſpondere, quæ nullus requirit, quandoque etiam nimium ſubtilis ſe ipſe fregiſſe memoratur. Ingeniumque propter rerum copiam quandoque, habuiſſe dicitur, inſtar auis in aëre volatile; & ipſe ad argumenta ſe fugitiue quandoque reſpondiſſe fatetur, & quod audacius loqui conſueuiſſet, notatur; ſummam tamen apud Iudices auctoritatem habet, præcipue vbi neminem inuenit ſibi contra dicentem. Nemo enim Baldo auctoritate æquari poſſe creditur, neque aliquod dubium eſt, quod eius dictis decidi nequeat, quippe nihil intactum reliquit.* GRAVINA n. CLXV. *huius* (Bartoli) *gloria non parum acceſſit ex Baldo diſcipulo. quo abſente Bartolus videbatur ſibi carere auditoribus, ideoque ſine Baldo Bartoli ſchola conglaciabat. Etenim tantum ille huic vni diſcipulo tribuebat, vt Baldo adhuc puero ſæpe aliquid obiiciente; Bartolus ad reſpondendum tempus petere non erubeſceret. Hinc diſcipulus tandem euaſit æmulus & etiam in certamine, ac quinque horarum diſputatione victor.* Hauſit hæc Grauina ex CASTRENSI *in L. 7 inſtitu. 27. §. de Teſtamento vlt. ff. de inoff. teſtam.* Inde poſtquam de ipſo vberius egiſſet, addit: *opum fuit haud minus, quam doctrinæ cupidus. Quas adeo magnas tum e ſchola, tum etiam e foro collegit: vt ex ſolis ſubſtitutionum titibus quindecim millia contraxerit aureorum, ſiue ſcutorum, vt vocant, præter ea, quæ ex criminum cauſis, & ex contractibus adiecit.* Adlegat CVMANVM ex Alexandro *in rubric. ff. de vulgar. & pupill.* BAYLE Elogium ipſius atque Epitaphium reperitur in Monumentis virorum illuſtrium p. 97.

*** De his GRAVINA *n. CLXVI. CLXVII. CLXVIII. CLXIX.* De IASONE potiſſimum loquitur IOACHIMVS HAGEMEYERVS de vſu & author. Iuris cap. IX. p. 36. *in Iaſone hoc peculiare eſt, quod is tanquam poſtremus ex antiquis Interpretibus omnium Doctorum, qui ante ipſum ſcripſerunt, opiniones & ſententias ſemper referat & examinet, ac deinde ſubiungat, quænam opinio iuri & rationibus magis conueniens ſit, ita, vt ſi quis Iaſonem peruoluat diligenter, compendio omnes alios Doctores legiſſe intelligatur.*

**** De his ARTHVRVS DVCK de Bartolo & Baldo quidem c. l. *In his ſane nihil deſiderari poteſt, quam vt fœliciore ætate vixiſſent, in ea enim Sæculis barbaries Gothica & Longobardica Latinum ſermonem & literas fere omnes extinxerat, & ea ratione Antonius Contius eos Longobardicos Doctores appellat. Ideoque ſi in iis Sermo Gothicus, hiſtoriarum literarumque ignorantia reprehendatur, condonanda ſunt illis vero temporis ratione, ac compenſanda pura exactaque Iuris Romani ſcientia quam immenſo labore iudicioque poſteris tradidere.* De reliquis vero *§. XVI.* ſic loquitur: *qui eos ſecuti ſunt, Angelus Peruſinus Baldi frater, Salycetus, Alexander, Paulus Caſtrenſis, Franciſcus Aretinus, Iaſon, Phil. Decius, aliique pari iudicio, acumine ingenii, & induſtria ius Romanum docuerunt, quod Commentarii eorum teſtantur. Et hucusque maxima laus debetur Italis, qui præ reliquis nationibus Chriſtianis Ius Ciuile illuſtrarant: In iis tamen omnibus deerat adhuc Sermonis Latini elegantia literarumque Græcarum & Latinarum ſcientia, quam Iuriſconſulti Sæculi inſequentis aſſecuti ſunt. Ea vero obtigit ex infelici Ciuitatis Conſtantinopolitanæ excidio, poſtquam omnes Græcæ literæ librique in Occidentem exules miſſi, & ex earum æmulatione literæ Latinæ effloreſcere cœperunt, & ex iis maximum Iuri Ciuili ornamentum acceſſit.* GRAVINA n. CLXIX. *atque hi omnes ab Irnerio vſque ad Alciatum explicandi ratione vſi ſunt vtili quidem illa, & peracuta, ſed non vbique vera: nam vbi non tam ingenii vires proficiunt, quam lectio veterum, & morum temporumque cognitio, notitiaque ſermonis abſtruſior; hærent ipſi miſere, ac ſæpe labuntur: etſi aliquando audaci coniectura freti, diuinatione potius, quam arte rem conſequantur. Stylo præterea vtuntur illorum temporum inquinato, & barbaro; a cuius tamen lectione, ob rationum acumen, & rerum vbertatem, viri maturioris iudicii minime abhorrent: immo vanitatem rident eorum, qui non tam eruditione propria, quam in eruditorum interpretum contemtu atque faſtidio ſe profitentur eruditos.* De his etiam plenius egit GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpretibus lib. II. c. LXXII. ſqq.*

## §. XV.

*Andreæ Alciati Iurisprudentia & ſequentium.*

Manſit hæc Commentatorum ætas, vsque ad tempora ANDREÆ ALCIATI, inſignis iſtius Iureconſulti Mediolanenſis, qui Iuris prudentiam, ſublata priſtina barbarie, nitori ſuo reſtituit, eandemque ex antiquitatibus & Iure Romano, multis licet obſtantibus illuſtrauit; id quod ante eum, Caſtilionæus, Cumanus atque Fulgoſius incaſſum tentarunt. Ex eiusdem ſchola non ſolum plures prodierunt, ſed etiam eius exemplum imitati fuerunt permulti ſolidæ Iurisprudentiæ cultores, atque inter hos ÆMYLIVS FERRETVS, ANTONIVS GOVEANVS, GVILIELMVS BVDÆVS, VIGLIVS ZVICHEMVS:

VDALRI-

VDALRICVS ZASIVS, ANTONIVS AVGVSTINVS, FRANCISCVS HOTTOMANNVS, FRANCISCVS DVARENVS, HVGO DONELLVS, ANTONIVS ET PETRVS FABER, EGVINARIVS BARO, ANDREAS TIRAQVELLVS, GVIDO PANCIROLLVS, BARNABAS BRISSONIVS, qui lucem Iurisprudentiæ prætulerunt haut minimam.** Præ cæteris vero IACOBVS CVIACIVS tantum præſtitit, quantum reliqui omnes, quem deinde plures fuerunt ſecuti ex recentioribus.*** Inter quos diſcipulus eius PETRVS PITHOEVS haut infimum locum occupat.****

* Egregium de eo eſt elogium IOSEPHI RIPAMONTII *Hiſt. Mediolan. lib. X. p. 747.* dum Philippi Archi Ducis introitum in Ducatum Mediolanenſem deſcribit, ait: *forte tunc in Academia Ticinenſi verſabatur Andreas Alciatus, Mediolanenſis, ſcientia Legum inter primos, aut ſane primus æui, neque id optimum eius viri fuit: ſed interiores litteras in barbariem illam inuexerat pene ad formam antiquitatis poteratque loqui de Regum negotiis, & ob vita auctoritatem alloqui Reges. Ei datum eſt negotium vt Reipublicæ nomine peroraret apud Principem, quod fecit ille veterum Romanorum lingua, non quotidiani Oratoris ritu: Princepsque celerius multo quam vellet, orationem euolaſſe illam aiebat.* CASTELLIANVS COTTA libro de Iuris peritis extremo: *Andreas Alciatus Mediolanenſis omni parte conſummatiſſimus, qui ICtos etiam ætate noſtra Latine loqui poſſe demonſtrauit, & qui iuris ciuilis ſcientiam cum ſtudiis humanitatis optime coniunxit.* THVANVS lib. IX. exeunte. ad a. 1551. *hic etiam Annus vltimus fuit Andreæ Alciato Mediolanenſi, qui primus purioris litteraturæ & antiquitatis cognitionem ad iuris ſcientiam attulit; in Gallia diu Auarici Biturigum Cuborum, & poſtea Aueniome publice profeſſus, vbi noſtris hominibus poſtea ad eandem ſcientiam illuſtrandam exemplo ſuo viam prairuit. inclinata iam ætate in Italiam relicta Gallia ſe contulit, & Bononiæ primum, dein magnis ſtipendiis ab Hercule II. euocatus, Ferrariæ docuit; tandemque multis editis ſcriptis emeritus ſenex Ticini, vbi & ius profitebatur, cum annos LVIII. M. VIII. dies IV. vixiſſet, ſic enim ex eius genitura ab Hier. Cardano conſcripta patet, ſub principium anni prid. Eid. Ian. placide in Deo obdormiuit, ad B. Epiphanii ſepultus.* GVIDO PANCIROLLVS de claris Legum Interpretibus cap. CLXIX. *omnes, qui ante ſe ius ciuile interpretati ſunt dicendi ornatu Andreas Alciatus Mediolanenſis longe ſuperauit, qui candida Latini ſermonis eloquentia, ac Græcis inſuper literis imbutus primus noſtros ICtos Latine loqui docuit, quos ante ſe blateraſſe, non locutos fuiſſe dicebat. In omni denique diſciplinaram genere ita verſatus eſt, vt abſolutam iurium eruditionem eum obtinuiſſe, mirum videatur.* GRAVINA *n. CLXX. Iurisprudentia quoque Alciati manu ex humo ſublata, oculos ad primordia ſua reflectens, vetera ornamenta, natiuamque dignitatem a priſcis repetiit auctoribus. Cumque Alciati diſcipuli ex Gallia, & Italia vniuerſa conſpirarent, eorum præſidio iurisprudentia ſe in primæua eruditione, atque elegantia collocauit. Quæque in Irnerii, Accurſii, & Bartoli ſcholis vires exeruerat, retenta rubigine: cultu eruditorum & induſtria literarum elegantiorum exuit barbariem, & natiuam explicuit vetuſtatem.* Pluribus de eodem agit FORSTERVS *lib. III. c. XLI.* HANCKIVS *de Script. Rer. Roman. p. I. c. LII. & p. II. c. LII.* GHILINI *Theatro, vol. I. p. 10.* IMPERIALIS *Muſæo Hiſtorico. p. 98.* BAYLE.

** De his ARTH. DVCK lib. I. cap. V. §. 17. *poſt eum ſtatim effulſerunt ex ſingulis nationibus Chriſtianis Iuriſconſulti clariſſimi, ex Italis Decianus, Menochius, Panci-*



*rollus;*

*rollus; ex Hiſpanis Anton. Auguſtinus, Did. Couarruuias, Ant. Goueanus, Arius Pinellus; ex Galliis Budæus, Cuiacius, Duarenus, Tiraquellus, Contius, Hottmannus, Balduinus, Briſſonius, Anton. & Petr. Faber; ex Germanis Zaſius, Sichardus, Viglius, aliique plurimi, qui deinceps ad exornandum Ius Ciuile Romanorum tantam literarum omnium cognitionem attulerunt, vt cum omnibus omnium ſcientiarum Profeſſoribus ſine inuidiæ aut arrogantiæ labe poſſint contendere. Ita denique verum Iuris Ciuilis Romanorum vſum & iudicium prioribus Italis, Lumen vero, Elegantiam & Ornamentum inſequentis ſæculi Interpretibus tribuere debemus: nam vetuſtiores Iuris Interpretes fructus nobis reliquerunt, Budæus vero & recentiores magis flores quam fructus attulerunt, vt Itali de ſe prædicant.* FRANC. HOTTOMANNVS Anti-Triboniano cap. XV. p. 178. *Nimirum bonæ literæ & ſcientiæ poſtquam ſingulari Dei beneficio reſtitutæ ſunt, animos Doctorum in iis exercitatos ſic exacuerunt, vt partim ingenio & acumine ſuo, partim veterum Codicum adiumento ingentem vitiorum & erratorum numerum detexerint: quæ plagas & vlcera ipſi appellant, eaque in editione vulgari hærere confirmauit. Qui hoc genus chirurgiæ primi inſtituerunt, ſunt, ex Gallia Guilielmus Budæus, ex Italia Andreas Alciatus, e Germania Gregorius Holoander. Poſt hos numerus ita auctus eſt, vt ſi adhuc aliquot annos in applicandis emplaſtris pergent, quæ ipſi obſeruationes, emendationes, transpoſitiones, lituras & mutationes appellant, Pandectarum corpus denſius iis obtectum iri credibile ſit, quam vllus vnquam fuit ager venerea lue affectus: adeo vt ipſe Iuſtinianus, ſi redeat, vix opus ſuum agniturus ſit, modo ne prorſus, vt alienum, repudiet.* Plenius GRAVINA *n. CLXXI. ſqq.* ANT. SCHVLTINGIVS *Orat. de Iuriſprud. Hiſtorica p.* 928.

*** Mira igitur ſunt, quæ Cuiacio tribuuntur elogia: THVANVS lib. XCIX. p. 99. *poſt eum memorandus venit Iacobus Cuiacius Toloſæ natus, rarum non ſolum Galliæ, ſed vniuerſi Chriſtiani orbis, in quo literæ & Iuriſprudentia vigent, ornamentum, a ſummis Iuris conditoribus interpres primus & vltimus, cui quicquid puræ natiuæque lucis et ſcientiæ vndecunque acceſſit, ætas hæc habet, & poſtera debitura eſt. hæc enim elogia illi a viro doctiſſimo & gratiſſimo P. Pithoeo merito tributæ ſunt. huic rara felicitate, quod vix aliis poſt mortem datum contigit, vt viuus videntque laude, quam meruerat, frueretur, & in foro ac ſubſelliis, vbi purior Iuris veteris ſcientia, quam ille profitebatur, a pragmaticis noſtris minore in pretio habetur, cum alii peculiari quisque nomine ſuo citentur, ipſe per eminentiam Iuriſconſulti nomine appellaretur.* SCÆVOLA SAMMARTHANVS Elog lib. IV. p. 70. *Iacobo Cuiacio, in vrbe Tectoſagum genere humili nato, præcelſum ac plane cœleſte ingenium natura concesſerat, cuius vnius ope, nec vllis præterea magiſtris adiutus, ſupremum illum eruditionis gradum attigit, quo late conſpicuum & nitentem hac ætate vidimus, dum incredibili nationum omnium concurſu intima iuris & antiquitatis penetralia, quorum aditus penes illum erant, iuuentuti aperiret, ac reſolueret. Docuit enim pluribus in locis ac præſertim apud Biturigas, vbi maximo illius vrbis ornamento longiſſime commoratus eſt.* ROLANDVS MARESIVS lib. I. ep. XL. *Cuiacius præſertim nouorum princeps legendus, vir non in iure tantum, ſed in omnibus literis apprime exercitatus: Quanquam mea ſententia magis aptus ei, qui animi cauſa, & Romanæ tantum Antiquitatis noſcendæ, iuri operam dabit, quam ei, qui in foro, & in litibus verſari ſolet, legendus tamen ob iuris in doctrina excellentiam.* SCALIGERIANA II. *Cuiacius theoriam iuris veteris Romani calluit optime, practica non ignarus tantum, ſed, ſi quid in ea ſciret, dediſcendi cupidiſſimus, vtpote quod ipſum a Iure Romano diuerteret. Idem hoc obtinuerat, ne exploderetur, nam diſceſſiſſet, ſi vel minimum contra lubitum*

*bitum obſtreperent Auditores. Dominus Cuiacius tam bonus vir fuit, Diſcipulorum Pater erat, & plus quam quatuor millium librarum iacturam fecit, quod pecunias Diſcipulis ſuis commodaſſet.* GRAVINA n. CLXXX. GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. CXC.* Vitam ipſius & Elogium ſcripſit IO. PAPIRIVS MASSO *Elog. p. II. p.* 291. quæ etiam Operibus ipſius fuit præmiſſa. Eiusdem Opera coniunctim edita proſtant *Pariſiis* 1584. *f.* & *Lugduni* 1606. *f.* Reliquis vero emendatior longe & auctior eſt, quæ opera & cura CAROLI ANNIBALIS FABROTTI 1658. *f.* prodiit, in decem Tomos diſtributa.

**** Belle de eo THVANVS *lib. CXVII. p.* 703. *in iure autem ciuili Romanorum ad illud faſtigium peruenerat, vt de eo, celeberrimoque eius præceptore Iacobo Cuiacio dici iure potuerit, hunc diſcipulo prræcipuiſſe, ne primus Iuriſconſultus eſſet, illum præceptori ne ſolus.* Elogium ipſius vide apud MASSONEM *p. II. p.* 321. & SAMMARTHANVM *lib. IV. p.* 97.

## §. XVI.

*Editiones Pandectarum, Haloandrina, Florentina & Vulgaris.*

Dum igitur accuratius in origines fonteſque iuris inquiri cœptum eſſet, atque animaduerteretur, vitio librariorum multos in Pandectas irrepſiſſe errores, * GREGORIVS HALOANDER, alias HOFMANN nouam adornauit editionem, eandemque ex fide antiquorum Codicum emendatam, & illud quidem Noribergenſium munificentia. ** Pandectæ equidem prodierunt *Noribergæ* 1529. 4. 3. *Vol.* Codex 1530. *f.* Nouellæ 1531. Hic, cum perficiendi inſtituti cauſa, iter in Italiam denuo ſuſcepiſſet, Venetiis fuit extinctus. *** Secutus fuit non ipſum codicem Florentinum, ſed collectionem Florentinarum manu Politiani olim factam, & a Bolognino deſcriptam, licet eiusdem notas non vbique fuerit ſecutus, nec textum nec orthographiam vbique ſeruauerit. **** Hanc decennio poſt ſecuta eſt Heruagiana, *Baſileæ* 1541. *f.* a IOANNE HERVAGIO, Typographo Baſileenſi facta, Alciati, vt ſcribit, aliorumque ope adiuto, in qua Græcorum verborum, vbi obueniunt, addidit interpretationem. In Codice, Haloandrinam editionem ſecutus, aliquas lectiones variantes adiecit. Horum induſtria excitavit alios, qui Pandectas ad Codicem Florentinum collatas ederent. Primus hoc fecit HVGO A PORTA, cuius editio ad Florentinum exemplar collata, prodiit *Lugduni* 1542. *f.* atque alia limatior 1552. *f.* in qua inſcriptiones legum reſtituit, Græcas ſanctiones inſeruit, cum latina Franciſci Hottomanni interpretatione. ***** Nouam procurauit LÆLIVS TAVRELLVS, quam filius ipſius Franciſcus demum in lucem dedit, *Florentiæ* 1553. *f.* nitido charactere exſcriptam, ſeruata etiam Pandectarum Florentinarum orthographia. Hæc editio optima eſt atque rariſſima. ****** Ad easdem Florentinas accommodata quoque eſt editio LVDOVICI RVSSARDI, quæ primum *Lugduni* prodiit 1561. *f.* dein

*Antwerpiæ* apud Plantinum recuſa *1567. 8.* additis notis clariſſimorum ICtorum & ſummariis Duareni. Codex quoque ad XV. Exempla fuit collatus. Alia eſt ANTONII CONTII, quæ *Lugduni* apud Guilielmum Rouilium prodiit *1571. 8.* in qua duæ lacunæ, ſub titulo de bonis damnatorum & de interdictis & relegatis, ope Baſilicorum repletæ, Conſtitutiones quam plurimæ Græcæ, earumque epitomæ plus quam 150. ex theſauris Cuiacii, atque Antonii Auguſtini fuerunt additæ: Græcorum quoque interpretationes adiectæ, & ſummaria ex Bartolo. Tandem quoque Ludouici Charondæ editio prodiit *Antwerpiæ* apud Plantinum 1575. *f.* Hæ vero & ſimiles editiones in foro quidem non receptæ, adſeruantur tamen in Bibliothecis, ad notandas lectiones variantes, atque explicandas leges corruptas. Exinde tres potiſſimum ortæ fuerunt editiones *Vulgaris*, *Haloandrina atque Florentina.* ******* Et licet vel omnes ex Florentini Codicis fonte emanauerint, litteræ tamen iſtius Codicis antiquæ atque inuicem connexæ difficilem ſæpe reddiderunt lectionem librariis, qui in eodem vel deſcribendo vel cum aliis conferendo adlaborarunt, vt voces per verterent, variosque committerent errores.******** Adlegari Pandectæ ſolent ver per ff quod ex Græcorum π. corruptum eſſe videtur, vel per D. quod Digeſta notat.

* Adgnouit illud IACOBVS CVIACIVS Obſeruationum lib. I. c. XXXVIII. ſcribens: *nunc oſtendemus non omnes quidem, ſed nonnullos ex his quos iamdudum deprehendimus errores, creatos ex praua verborum aut verſuum collocatione, vt hoc velut indice ſtudioſi, vel ad ceteros, quos ſupprimimus, inueſtigandos: vel ad alios, quos adhuc non deprehendimus, inueniendos excitentur.*

** De hoc vide GEORGIVM BEYERVM *Notitia autorum Iurid. p.71.*

*** Plura de eo MELCH. ADAMI *vitis ICtorum p. 28.* PETRVS ALBINVS *Chron. Miſn. tit. XXV. p.345.* VIGLIVS ZVICHEMVS in præfatione Theophili Inſtitutionibus præmiſſa, ad Carolum V. *nam vt nihil nunc de Alciato, Zaſio, Budæo ac aliis maiorum gentium ſcriptoribus dicam, quantum ſibi gratiæ atque gloriæ Gregorius Haloander nuper peperit, qui Pandectas ſublatis tot maculis, mendis, næuisque, ad nouam quandam venuſtatem redegit? Cui deinde & Codicis non pœnitendam emendationem, cum pulcherrimo veterum Conſulum Catalogo adiecit, nouiſſimeque etiam nouellas primus omnium Græca lingua, hoc eſt, vere authenticas, (ſic enim ſunt ab initio compoſitæ) publicauit, latina quoque ſubiecta interpretatione, longe certe puriore elegantioreque, quam ſit ea qua vulgo in ſcholis vtimur, in qua nonnunquam nec verborum ſyntaxis cohæret, nec rerum ſenſus percipi poteſt. Fuit enim prior interpres (quisquis is demum fuit) vtriusque linguæ æque imperitus. Vtinam vero Haloander ille, ad hæc ſtudia noſtra iuuanda natus, diutius nobis ſuperſtes fuiſſet, pulcherrimisque ceptis colophonem imponere potuiſſet. Nam eo conſilio redierat in Italiam, ſed vix ingreſſus, Venetiis miſere quaſi in ipſo conſiliorum rerumque præclararum portu extinctus eſt.* IO. OLDENDORPIVS: *Pandectarum lectionem optima fide ac multo labore (vt Apellus quoque vir magna eruditionis teſtatur) reſtituit nobis doctiſſi-*

*doctiſſimus Haloander. Anno* 1529. *cui profecto & Noribergenſi Reipub. totus orbis Romanus nunquam parem referre poteſt gratiam, ſi magnitudinem beneficii recte expendat. Atque vtinam Deus virum illum aliquanto diutius nobis concedere voluiſſet, ad reſtaurandum æqui & boni conſilium.*

**** ALBER. GENTILIS de libris Iuris Ciuilis cap. II. p. 39. *at Norica editio dicitur, quam Gregorius Haloander concinnauit, atque ita nuncupatur Haloandri editio; paullo ante edisionem Florentinam: quæ fuit anno MDLIII. Vnde autem ſuam editionem Haloander confecerit, detexit Antonius Auguſtinus. Ex libris Bolognini confectam ſcribit, qui ex libris Politiani manarunt, emendatis ad Florentinum exemplar. Vt ſic in multis locis emendationum ſuarum, ait, profiteri quidem Haloandrum, ſe ſequi Florentinum librum: quod & illuſtrius ad nomen, & cautius ad fidem exiſtimabat, id dicere, quam id, quod vere fecit, Bolognini deſcriptionem ex Politiani libris acceptam dicere ſe proferre. Cæterum nec viderit Florentinum Haloander, ſed nec Politiani, at ſolum libri, Bolognini. Similia narrat idem Auguſtinus de Alciato, apud quem nonnunquam libri Etruſci aut Florentini appellantur, qui ſunt Bolognini & Haloandri. Et leges etiam apud Auguſtinum, cur ſæpiſſime Noricus a Florentino diſſidere deprehendatur, etſi idem ille ſumptus ab hoc eſt. Scilicet, quia nec Politianus ſemper conſuluit diligentiſſime Florentinum, aut ſuum cum iſto contulit: nec Bologninus de Politianeo deſcripſit, vt oportuit. Creſcere errata ſolent.* Idem dicit IOACHIMVS HAGEMEIERVS *c. IV.* Sic autem ipſe HALOANDER in præfatione: *notas Pandectarum Florentinarum, quæ olim Piſanæ fuerunt, quarum inſpiciendarum deſcribendarumque poteſtatem magnus ille Politianus beneficio Laurentii Medicis excellentiſſimi viri habuit, in commune profero.* Hinc addit: *ſe non per omnia illarum fidem ſecutum eſſe, ſed eatenus duntaxat, quatenus peruulgata lectionis bonitate manifeſte præcelluerint, vel alioqui probabilior ratio ſuaſerit. maxime ſi antiquorum codicum conſenſus, quos neque paucos, neque peſſimos cum iis contulerit, accederet.* Cur autem Haloander nullam plane Bolognini mentionem feciſſet, rationem reddit ANTONIVS AVGVSTINVS *emendat. lib. III. c. III.* dicens: *non ignotum eſt, quanta religione coli ſuos libros ipſe voluerit. Itaque, qui ad ea myſteria adeunt, ab his, qui illis ſacris præſunt, nullam earum rerum memoriam, aut ſine ipſius autoris nomine prodituram, polliceri coguntur. Et hæc ratione eſt; cur Politiani libros edere ſe Haloander, quos viderat numquam, ſcripſit. Sed & illud credo, leuem eum ipſi autorem viſum, vt eius nominis crebra ipſi fieret mentio. Huc acceſſit, quod vt omnes probi viri ſolent, facile dicentibus, ita Florentiæ ſcriptum eſſe credidit.* Hanc autem editionem varie adhuc diſcrepare cum Florentina, variis exemplis demonſtrat ANT. AVGVSTINVS *Emendat. lib. III. c. III. VI. VII. IX.* RICCIVS *de libris Iuris aphor. XXXVI.* Ex iisdem LVDOVICI *Hiſt. Pandect. §. XLV.* SIMON A LEEWEN *Hiſt. Iur. Rom. pag.* 738.

***** De his plenius MAVRITIVS *de libris Iuris poſ. VII.* SIMON A LEEWEN *Hiſt. Iur. Rom. p.* 739. IAC. GOTHOFREDVS *Manuali Iuris c. IV.* LVDOVICI *Hiſt. Pandect. §. LIV. ſqq.* De his ſic loquitur TAVRELLVS in præfatione ſuæ editionis: *optamus itaque vobis hæc omnia grata fore, certo quidem ſcimus, neminem antehac tanta cura in rem iſtam incubuiſſe, neminem tali fide rettuliſſe. Politiani libros, quos vir ille doctiſſimus ſua manu ex horum ipſorum euolutione reconcinnauerat, totos contulimus. Haloandrini, & Heruagiani, & quos Hugo a Porta proximo biennio edidit, inter omnes verſantur. hic quidem puram putam quam prætendit Florentinarum pandectarum lectionem, numquam vidit: accepit autem multa ex quodam bono viro cui familiariter ſuorum priuatorum librorum Lælius pater non adeo tunc emendatorum copiam fecerat, ex*

*quibus tum alia, tum adnotatiunculas nonnullas deſumpſit, Hugonique exhibuit nobis ignaris, hæc ille omnia pro ſuis edidit, plurima tamen omiſit, plurima ſecus quam in Florentino exemplari habeantur tradidit: vt clare vobis legentibus apparebit. neque id mirum: cum difficile fuerit nobis ipſis optata perficere, qui venerandum illum librum amplius decennium domi habuimus, atque verſauimus, in hunc vſum.*

****** Titulus eſt: *Digeſtorum ſeu Pandectarum Libri Quinquaginta ex Florentinis Pandectis repræſentati, Florentiæ in officina Laurentii Torrentini Ducalis Typographi MD. LIII. cum ſummi Pontif. Caroli V. Imp. Henrici II. Gallorum Regis, Eduardi VI. Angliæ Regis, Coſmi Medicis Ducis Florent. II. Priuilegio.* In Tomos equidem hæc Editio diuiſa non eſt, quare vel tribus vel duobus voluminibus compacta reperitur. In Bibliotheca noſtra publica Primum Volumen libros XIX. comprehendit. Alterum a parte quarta Pandectarum incipit cum libro XXXVI. definit. Reliqua Tertium comprehendit.

******* ALBER. GENTILIS c. l. *Et ad Pandectas hoc notandum in primis eſt triplicem eſſe illarum editionem. Eſt vulgata editio, atque iſta multiplex eſt. Eſt editio Norica laudatior ſupra omnem vulgarem merito cæteris integrior, & emendatior habetur ait Duarenus. Eſt editio Florentina laudatiſſima, & ferme ſacroſancta. Dicimus vulgarem, quæ ſemper fuit in manibus omnium eandemque multiplicem, quæ non vbique eadem fuit omnibus, ſed ſæpiſſime varia: vt inque veterum gloſſis frequentiſſime legimus de alia, atque alia loci eiusdem lectione ſecundum alios, atque libros.*

******** ALBER. GENTILIS c. l. *Et ſic vulgares mendoſiores: qui ab eodem Florentino ſunt, certe ſunt longius. & non ſolum inter ſe locis (inquit Auguſtinus in præfatione) contrariis ſexcentis, ſed & ab archetypo in plurimis, & cum varietate ſcribendi tertio quoque verbo manus quælibet addit vitia ſua. Et plura ſic ſunt vitia in vulgaribus libris qui plurium manibus expreſſi ſunt.*

## §. XVII.

*Dionyſi Gothofredi Notæ.*

Sub finem ſeculi XVI. cœpit ſchola Gothofrediana, dum DIONYSIVS GOTHOFREDVS, * abolitis priorum nugis, breues in Corpus Iuris Gloſſas concinnaret, quæ, quod Leges potiſſimum parallelas atque legis ſenſum indicarent, receptæ. Hinc toties prodiit Corpus hoc Iuris Ciuilis Dionyſi Gothofredi. **

* Vitam ipſius habet HENNINGVS WITTEN inter alias ICtorum vitas *p.* 85.

** Præſtat autem editio, quæ cura SIMONIS VAN LEEVWEN *prodiit Amſtelodami* 1663. *f.* atque alia *Francofurti* 1663. quarto maiori edita, quæ eſt accuratiſſima. Nec negligenda eſt ea, quæ *Lugduni* 1660. *f.* prodiit, & quam Lipſienſes a. 1708. 4. procurarunt. GRAVINA tamenn. CLXXXIII. ſic de ea iudicat: *Gothofredus ſenior, qui perpetuis notis ex eruditorum penu depromptis Ius ciuile ambiit, cuius doctrinæ varietatem potius laudauerim quam acumen.*

## §. XVIII.

*Maiora Iuris Syſtemata.*

Sub initium ſuperioris ſeculi cœperunt ICti diffuſum Iuris Opus in certam formam & Syſtema concinnare. Licet in eo iam ſeculo XV. præluſerat GVILIELMVS DVRANDVS, * *Speculum Iuris* edendo, ideoque Speculator dictus. ** Recentiori vero tempore primus, ni fallor, eſt FRANCISCVS CONNANVS in *Commentariis Iuris*

*Ciuilis*

*Ciuilis*,*** quem ſecutus eſt PETRVS GREGORIVS, Tholoſanus, in *Syntagmate Iuris vniuerſi.* **** Inde prodierunt HVGONIS DONELLI *Commentarii Iuris Ciuilis*, ***** quos in *Donello* ſuo *enucleato* in epitomen contraxit OSWALDVS HILLIGERVS. ****** In his tamen deſiderari ſæpe ſolet neruus & acumen, niſi quod Hilligerus in ſelectu reliquis præſtet.

* De hoc IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS *in Bibliotheca Patauina pag.* 14. GVIL. CAVE *Script. Eccl. p.* 516. IO. GOTFRIED OLEARIVS *Bibliotheca Script. Eccleſiaſticorum p.* 210. Vitam ipſius ſpeciatim ſcripſit SIMON MAIOLVS.

** Prodiit illud *Lugduni* 1551. *f. Baſilea* 1574. *Francofurti* 1592. *f.*

*** Prodierunt *Pariſiis* 1552. 2. *Vol.*

**** Prodiit *Antwerpia* 1582. *Francofurti* 1596. *Hanouia* 1612. *f.*

***** *Geneua* 1611. *f.*

****** Vitam ipſius ſcripſerunt HADRIANVS BEYERVS *in ſyllabo Profeſſorum Ienenſium p.* 588. & IO. ZEVMERVS *Vitis Profeſſorum Iuris p.* 97. Donellus ipſius enucleatus prodiit *Iena* 1627. 4. *Antwerpia* 1642. *f.*

## §. XIX.

Circa medium ſuperioris ſeculi in vſu eſſe cœpit IVSTI MEYERI *Collegium Argentoratenſe*, ſecundum cauſarum methodum per Diſputationes diſpoſitum, a diuerſis Reſpondentibus, dirigente Meyero, compilatum. Pandectas & Codicem frequentius confert, atque collatis textibus oſtendit, vbi materia vel extenſionem admittat, vel limitationem * quod ſecutæ fuerunt HENRICI HAHNII *Obſeruationes ad Weſenbecium*, ** ideo fere receptæ, quod ad praxin ducerent. Inde Beatus PARENS *Syntagma* conſcripſit *Iuris Ciuilis*,*** quod ob methodum atque ordinem placuit, in pleraſque receptum fuit Germaniæ Academias. Dum vero prolixius quibusdam videretur, paullatim quoque in vſu eſſe cœpit *Compendium Schützianum* ex Collegio Lauterbachiano excerptum. **** Noſtra ætate Syſtemata Iuris cœperunt, quæ Ciuile Ius cum moribus Germaniæ æque atque hodiernis conferrent. Inter hæc præſtant SAMVELIS STRYKII *Vſus Modernus Pandectarum*, ***** quid in foro hodie obtineat, egregie demonſtrans, & IOANNIS HENRICI BERGERI *Oeconomia Iuris*, ad vſum hodiernum accommodata, præiudiciiſque ſingula confirmans. ****** VLRICI HVBERI *Prælectiones ad Ius Romanum* † ſolidam iuris Romani rationem docent. Inter Compendia præſtat IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Doctrina Pandectarum*, †† ob perſpicuam tractandi rationem & methodum, commendata. Addimus GEORGII BEYERI *Delineationes Iuris Ciuilis* ††† & cariſſimi Fratris FRIDERICI

*Recentiora Iuris Syſtemata & Compendia.*

RICI

RICI GOTTLIEBII STRUVII *Compendium Digeſtorum.* †††† aliaque quæ indies augentur.

* Prodiit *Argentorati* 1657. 4. 3. *Vol.* Hoc deinde enucleatum edidit GEORGIVS BICCIVS, *Argentorati* 1667. 4. IO. REBHAHN vero edidit *Paralipomena Meierianorum, ſiue Quæſtionum Iuris Selectarum ad Vbertorem Collegii Argentoratenſis directarum decades octo. Argentorati* 1672.4.

** *Helmſtadii* 1668. *f.* atque 1706. *f.*

*** Ex editione vltima prodiit 1709. 4. Hoc poſtea perpetuis remiſſionibus ad Pandectas contulit ADRIANVS BEYERVS *in Harmonia Struuio-Schnobeliana, Ienæ* 1674. 4. In idem Syntagma prodierunt HENRICI ERNESTI FLÖRCKII Adfinis cariſſimi *Adnotationes Magdeburgi* 1707. 4. Plenius vero in illud commentatus fuit PETRVS MVLLERVS, *Francofurti & Lipſiæ* 1692. 3. *Vol.* qui potiſſimum diuerſas Doctorum ſententias operoſe collegit.

**** Prodiit *Francofurti & Tubingæ* 1716. 8. Deſumptum illud eſt ex *Collegio Lauterbachiano,* quod ad Pandectarum æque Titulos directum prodiit *Tubingæ* 1713.4. Ad illud Compendium B. SAMVEL STRYKIVS *Adnotationes* ſuccinctas edidit *Lipſiæ* 1701. 4. ALEXANDER ARNOLDVS PAGENSTECHERVS *Sicilimentorum ad Compendium Lauterbachianum* edidit manipulos tres *Coloniæ* 1694. & 1696. quibus potiſſimum controuerſias ex eodem compendio declarat. GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS *Obſeruationum ratiocinantium in Compendium iuris Lauterbachianum* centurias V. ſcripſit *Lipſiæ* 1703.8. in quibus vulgaria quædam præiudicia euertere conatur. BERNHARDVS KLEPPERBEINIVS *Examen & Repertorium Compendii iuris Lauterbachiani* per Quæſtiones tractauit *Lipſiæ* 1705.8. Nuper demum IOANNES HENRICVS MOLLENBECIVS, illud Compendium ſub Theſauri Iuris Ciuilit titulo vulgauit, additis cum Notis Strykii, Bergeri, Menckenii, Titii, Pagenſtecheri, Kleinii, Wernheri, Ludouici, tum aliorum doctorum obſeruationibus Theoretico-Practicis. Lemgouiæ 1717. 4.

***** Prodiit primo Specimen Vſus Moderni Pandectarum ad V. libros priores *Francofurti* 1690. 4 Acceſſit continuatio vſus moderni Pandectarum a libro VI. vsque ad XII. *Halæ* 1704. 4. Porro Eiusdem continuatio ad librum XXII. vsque *Halæ* 1710. 4. Secuta fuit Continuatio Tertia a libro XXIII. vsque ad XXXVIII, quod poſthumum opus procurauit Beati Auctoris filius vnicus IO. SAMVEL STRYKIVS *Halæ* 1713. 4. & Continuatio quarta ad finem vsque, *Halæ* 1713. 4.

****** Prodiit Lipſiæ 1712. 4.

† Prodierunt iſtæ cum ſcholiis Chriſtiani Thomaſii, cura Lüderi Menckenii Lipſiæ 1707. 4. qui etiam differentias iuris Ciuilis & Saxonici adiecit.

†† Prodiit ex editione ſecunda, eademque auctiore & emendatiore Halæ 1714. 8.

††† Prodiit primum Lipſiæ 1708. 8. altera vice 1713. 4.

†††† Prodiit Ienæ 1711. 8. ad methodum Syntagmatis Struuiani conſcriptum.

## §. XX.

Inde cœperunt Commentationes in Corpus Iuris noua methodo adornatæ. Subtili equidem ratione diſputat ANTONIVS FABER in Rationalibus ad Pandectas.* Licet Codex ipſius Sabaudicus ad ordinem Codicis Iuſtinianei digeſtus, magis faciat ad praxin forenſem.** Secuti fuerunt ANTONIVS MORNACIVS. ***

IO.

IO. VOETIVS, **** ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, ***** qui antiqui etiam Iuris Romani habent rationem. IO. BRVNNEMANNVS in Commentariis ad Pandectas & Codicem ad ſingulas leges procedit, atque ad Praxin facit forenſem, ****** IO. SCHILTERVS in Commentario ſuo Ius Ciuile cum Legibus Germanorum mediæ ætatis confert, hodiernamque Praxin forenſem inſimul monſtrat. ******* Iuris Romani potiſſimum rationem habuit GERARDVS NOODT in Commentario ſuo ad Pandectas, cuius prior ſaltim pars, quatuor priores libros complectens, prodiit. †

* Scripſit iſte Rationalia in Pandectas, quorum Tomus primus prodiit *Geneuæ* 1604. *f.* ſecundus *Geneuæ* 1619. *f.* Tertius *Coloniæ* 1624. Acceſſerunt poſtmodum fragmenta quædam in nonnullos Titulos Quartæ & Quintæ partis Rationalium, quæ etiam iteratæ editioni Lugduni 1663. *f.* fuerunt adiecta. His autem priores Pandectarum partes ſubtili ratione examinat, atque rationes iuris vel dubitandi vel decidendi ad ſingulas leges erudite docet. Licet & ſingulares, quas fouet opiniones, ad theoriam potius faciant, quam ad praxin.

** Prodiit iſte *Francofurti* 1612. *Lugduni* 1649. *f.* Hic ad ordinem librorum & titulorum Codicis eſt accommodatus, ita, vt ſingulis titulis eo ſpectantes materiæ per definitiones in Senatu Pedemontano factas illuſtrentur. Adiectæ fuerunt notæ, ſingula per Leges atque ICtorum auctoritates confirmantes. Recentior editio prodiit *Lipſiæ* 1706. *f.* quæ non ſolum reliquis eſt emendatior, ſed etiam in notis adiectum, quid Iuribus Imperii nouiſſimis & Saxonicis de materiis obuenientibus ſit ſtatutum, nec non recentiorum pragmaticorum celebriorum auctoritates, vt ideo hæc editio ad praxin & fora Germaniæ longe ſit vtilior. De eodem ſic iudicat GRAVINA n. CLXXXIII. *Tandem in Antonio Fabro conſiſtam interpretum audaciſſimo & pragmaticorum hoſte vehementiſſimo: qui aliis quidem in operibus acumen magis, quam veritatem præſtitit: in Codice vero ſuo vſum rerum, & ingenii ſui iam maturi reddidit nobis vtilitatem: vt meliora ſint illius, quæ minus acuta.*

*** Scripſit iſte Obſeruationes ad XXIV. libros Pandectarum & IV. Codicis. *Pariſiis* 1631. *f.*

**** Prior Pars eius Commentarii ad Pandectas prodiit *Lugduni Batauorum* 1698. *f.* Altera continens libros poſteriores, *Hagæ Comitum* 1704. *f.*

***** Aliquos ſaltim titulos Pandectarum & Codicis recitationibus ſuis quotidianis illuſtrauit ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, *Toloſæ* 1684. 4.

****** Commentarius Codicem nuper prodiit, *Francofurti & Lipſiæ* 1716. *f.*

******* Titulus eſt: *Praxis Iuris Romani in foro Germanico, iuxta Ordinem Edicti Perpetui & Pandectarum Iuſtiniani.* Prodiit primum per modum Diſſertationum in hac Academia, ſed curante GEORGIO SCHVBARTO iterum edita, *Ienæ* 1698. *f.* Noua editio prodiit *Francofurti & Lipſiæ* 1713. *f.* cum Præfatione CHRISTIANI THOMASII atque Indice locupletiori. Plenius de eodem diximus in Bibliotheca Iuris *c. VI. §. VIII.*

† Lugduni Batauorum 1716. 4.

## §. XXI.

*Scriptores Conſiliorum & Deciſionum.*

Nec defuerunt, qui in Conſtitutiones atque Leges Prouinciales commentarentur. * Communes Opiniones ** vel res Iudica-

tas colligerent, Deciſiones, Conſilia euulgarent, vel propria, vel certorum Collegiorum, *** vt exinde auctoritas oriretur Prudentum **** & maior adhuc introduceretur Iuris incertitudo, ***** atque difficultas. ******

* De eiusmodi Commentatoribus ad Leges Germaniæ Prouinciales, diximus in Bibliotheca Iuris *cap. VI. §. CXIII.*

** Facit huc *Theſaurus Communium Opinionum, Francofurti* 1616. *f.* Addi poteſt HIERONYMI CÆVALLOS *ſpeculum aureum, ex recentiori editione Coloniæ* 1664. *f.* editum, quo communes opioiones continentur contra communes. Plura vide in Bibliotheca Iuris *cap. VIII. §. X.*

*** De his ſigillatim egimus in Bibliotheca *Iuris cap. X.*

**** Receptum fere eſt, vt quot hodie reperiantur Dicaſteria, tot etiam ſint ſententiæ. Demonſtrauit hoc potisſimum EVERHARDVS FABRICIVS *in Gailio enucleato, Coloniæ* 1697. 4. qui diſſentientes circa vnicum caſum Iureconſultorum atque Collegiorum opiniones ſatis accurate obſeruauit.

***** Deſcribit eandem IACOBVS SOBIVS *in Oratione ſua ad Carolum V. apud Freherum Tomo III. p.* 188. exclamans: *ſi videres, quot technæ, quot limæ abſolutiſſimo iuris corpori pernicioſe, ac calumniæ tantum cauſa ſint adiectæ, ac improbe indies ſine modo confingantur, adeo, vt cuique ſatius fuerit cauſa cadere, qua habeat amittere, in nexum corpus tradere, quam lites ſequi in quartum traductas hæredem, ac tum demum ſummi iuris ſummam expectare malitiam.*

****** Facit huc potiſſimum EBERHARDI SPECKHANII *Tractatus breuis & ſuccinctus de difficultate Iuris Romani, eius cauſſis & remediis, a Iulio Pacio ante oratiuncula quadam delineatus: nunc autem multis modis adauctus & locupletatus: Helmſtadii* 1600. 8. Definit iſte Iuris Iuſtinianei difficultates ex rerum nouarum inuentione & crebra mutatione, circumſtantiarum varietate, a Iuris Compilatoribus, legibus contrariis, Doctoribus Iuris, Commentariorum multitudine & Quæſtionum immenſo numero, Doctorum inuidia impoſturis, barbarismo vel neglectu ſtudiorum exortas.

## §. XXII.

Hanc Iuris incertitudinem animaduertentes, non defuerunt, qui vſum Iuris Iuſtinianei, Pandectarum potiſſimum, perſpicientes, vel Differentias Iuris Romani & Germanici, vel cum Iuribus Prouincialibus docuerunt, * vel de nouo Corpore Iuris Patrii concinnando, vel de reformanda alias Iurisprudentia eſſent ſolliciti, atque Conſilia proponerent, quæ tamen ob tot ſententiarum varietatem in effectum vix eſſent ducenda. **

* Horum longum catalogum exhibemus in Bibliotheca Iuris *Cap. VI. §. CXIX. CXXIII.* Noviter inſignem induſtriam adhibuit Dnus IO. PETRVS LVDEWIG, cui debemus *Iuris Romani & Germanici differentias*, quas ad Procemium Inſtitutionum, & in materia de tutela & fructibus exhibuit variasque Prouinciarum Leges inuicem contulit.

** De his infra dicemus, vbi de ſtatu hodierno Iuris Germanici ſermo erit. Videri etiam poteſt IOACHIMVS HOPPIVS *in diſcurſu præliminari de Vſu & auctoritate Iuris Romani, Vſui moderno Stryckiano præmiſſa.*

CA-

# CAPVT SEXTVM
# HISTORIA IVRIS GERMANICI.

## §. I.

GErmanorum Ius vel patrium eſt, vel aliunde petitum. Patrium primis temporibus dum litterarum ſecreta ignorarent, * ſcriptum non erat, neque tamen ideo iure ſuo deſtituti erant Germani, vt pro libidine ſaltim agerent, prout Tutor Batauus cauillabatur, ** cum plus apud Germanos boni mores olim valerent, quam alibi bonæ Leges. *** Hinc etiam circa iuſtitiæ adminiſtrationem plurimum erant ſolliciti. Principes habebant, qui iura per pagos vicosque redderent, **** pœnasque pro ratione delicti infligebant. ***** Neque tamen procedendi modus pro Romanorum more erat ordinatus, ſed tumultuarius: Varia etiam inter eos armis diſceptabantur. ****** *Status Iuſtitia apud Germanos antiquos.*

* TACITVS de M. G. cap. XIX. *Litterarum ſecreta viri pariter ac feminæ ignorant.*

** TACITVS Hiſt. IV. c. LXXVI. *nam Germanos, qui ab ipſis ſpernentur, non iuberi, non regi, ſed cuncta ex libidine agere.*

*** Verba ſunt TACITI c. l.

**** CÆSAR VI. de B. G. c. XXIII. *in pace, nullus communis eſt magiſtratus; ſed principes regionum atque pagorum inter ſuos ius dicunt, controuerſiasque minuunt.* TACITVS de M. G. c. XII. *eliguntur in iisdem conciliis & Principes qui iura per pagos vicosque reddant. Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas adſunt.*

***** TACITVS de M. G. c. XI. XII. *Licet apud concilium accuſare quoque & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt. Ignauos & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecto inſuper crate, mergunt. Diuerſitas ſupplicii illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed & leuioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuicti multantur. Pars multæ Regi vel ciuitati, pars ipſi qui vindicatur, vel propinquis eius exſoluitur.* CONRING *de Orig. Iur. Germ. cap. I.* HERTIVS *Not. Vet. Germ. Pop. cap IV. §. VII. Syntagm. Hiſt. Germ. Diſſ. III. §. XX.*

****** Patet hoc ex VELLEIO PATERCVLO *lib. II. c. CXVII. CXVIII.* vbi de Q. Varo loquitur: *is eum exercitui, qui erat in Germania, praeeſſet, concepit eſſe homines qui nihil praeter vocem membraque haberent hominum, quique gladiis domari non poterant, poſſe iure mulceri. Quo propoſito velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine, trahebat æſtiua. At illi quod niſi expertus vix credebat, in ſumma feritate verſutiſſimi, natumque mendacio genus, ſimulantes fictas litium ſeries, & nunc prouocantes alter alterum iniuria, nunc agentes gratias,*

*quod eas Romana iuſtitia finiret, feritasque ſua nouitate incognita diſciplina miteſceret, & ſolita armis diſcerni iure terminarentur, in ſummam ſocordiam perduxere Quinctilium, vsque eo, vt ſe pratorem vrbanum in foro ius dicere, non in mediis Germania finibus exercitui praeſſe crederet.*

§. II.

*Origo Legum Germanicarum*

Poſtquam autem ſeculo V. diuerſæ Germanorum Gentes per migrationes ſuas, Prouincias Romani Imperii occupaſſent, horum etiam moribus adſueti, leges ſumſerunt ſcriptas & proprias. Horum in numero erant Burgundiones, Franci, Gothi, Longobardi, Saxones, qui Leges ex patriis moribus hauſtas deſcriptasque ſinguli ad gentis genium, Romana quidem lingua litterisque, quod ſuæ linguæ voces litteris exprimere neſcirent, & propriis caracteribus deſtituerentur, expreſſerunt. Neque enim in vnam eandemque legem adſtringi poterat tenaciſſimus libertatis ſuæ populus. Leges Gothicæ potiſſimum Italos, & Hiſpanos concernebant, Leges Burgundionum Gallos. * Potiſſimæ, quæ Germanos tangunt, ſunt Leges Francorum, Alemannorum, Baioariorum. Saxonum, Longobardorum, quibus addi debet Lex Apparens, ſiue Hordalia & Iudicia magna, de quibus ſigillatim erit dicendum.

* De his CONRINGIVS *cap. II.* HOFMANN *Period. III.* IO. SICHARDVS Leges Ripuariorum, Baioariorum & Alemannorum congesſit *Baſilea* 1530. 8. Poſt hunc plures in vnum congesſit BASILIVS IOANNES HEROLDVS, ſub titulo: *Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri, Leges videlicet Salica, Alemannorum, Saxonum, Angliorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuaria, Boioariorum, VVeſtphalorum, VVerinorum, Friſiorum, Langobardorum, Theutonum; Baſilea* 1557. *f.* Pleniorem vero editionem adornauit FRIDERICVS LINDENBROGIVS, ſub titulo: *Codex Legum Antiquarum, in quo continentur Leges VViſi-Gothorum, Edictum Theodorici Regis, Lex Burgundionum, Lex Salica, Lex Alamannorum, Lex Baiuariorum, Decretum Taſſilonis Ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Anglorum & VVerinorum, Friſionum, Longobardorum, Conſtitutiones Siculæ ſiue Neapolitanæ, Capitulare Caroli M. & Hludowici Imp. vna cum Gloſſario. Francofurti* 1613. *f.*

§. III.

*Lex Salica.*

Præcipua olim atque inter antiquiſſimas eſt habenda LEX SALICA. * Hæc pro Saliis populis qui intra Carbonariam & Ligerim habitabant, ** ſub initium Seculi V, paullo antequam Pharamundus Rex factus. *** lata, per Proceres atque Rectores gentis, qui iſto tempore erant, Wiſogaſtum, Bodogaſtum, Salogaſtum & Windogaſtum, & quidem populi conſenſu, re prius in tribus Comitiis agitata. **** Conſcripta autem eſt lingua latina, corrupta tamen admodum ſcribendi ratione; intermixtis tot vocibus Atuaticis

ticis & Franciſcis. ***** Hinc a variis Gallorum Regibus, Clodouæo, potiſſimum, Childeberto, Chlothario, demum a Carolo M. & Ludouico Pio varie fuit aucta.****** Talis eius erat auctoritas, vt, qui ſub Saliis habitarent, lege Salica tenerentur,******* cum reliqua Francorum pars lege Ripuariorum teneretur, quæ a Salica plane erat diſtincta: ******** Dum autem Salii præcipui eſſent Francorum, lex etiam Salica præcipua fuit habita, vt Romanæ atque Lombardicæ opponeretur. ********* Inde factum putem, vt, cum omni Francorum genti conueniret, ſenſim etiam apud omnes Francos reciperetur. Durauit iſta per admodum longum tempus, vsque dum ſenſim decreſceret, atque ſeculo XIII. demum plane in deſuetudinem abiret, † Neque tamen vnica ſaltim Lex erat, ſed, prout Leges XII. Tabularum, integrum Legum Corpus & Volumen conſtituebat, in certos Titulos, Capita & Legum numeros diſtinctum. LIBER vel PACTVS LEGIS SALICÆ dictus. †† Binæ vero ſuperſunt Leges Salicæ, prima, eademque antiquiſſima, prout ex Codice Fuldenſi ab Heroldo fuit edita; quam ſequitur Godefridus Wendelinus. Recentior altera, prout a Tilio, Pithœo, Lindenbrogio atque Baluzio euulgata, ††† quæ a Regibus Francorum Chriſtianis fuit emendata, additis Caroli M. & Ludouici Pii Capitulis.††††

* Variæ de adpellatione & nomine Legis Salicæ ſunt ſententiæ. Non deſunt, qui eandem a Salegaſto, qui vnus erat ex proceribus, Legis auctoribus, ducant, ſecuti auctoritatem OTTONIS FRISINGENSIS, qui libro IV. c. XXXII. de Francis: *leges quoque VViſigaſtaldo & Salagaſto auctoribus exhinc habere cæpere. Ab hoc Salagaſto legem, quæ ex nomine eius Salica vsque hodie vocatur, inuentam dicunt.* Sequitur eundem IO. TRITHEMIVS *lib. I. Annalium p.35. & de Origine Francorum p. 83.* HENRICVS COCCEIVS *Oratione de Lege Salica p.6.* Salicum itaque nomen vnde tractum varie putant, aliis coniecturis omiſſis, quæ parum probabili ratione nituntur, quidam a Salagaſto, præcipuo legis autore id deducunt. Etſi enim a Salagaſto non videatur factum eſſe Salicum, id tamen inde eſt, quia antiqua Francorum lingua nomina plurima hac plerumque appendicula vocis gaſt terminabantur, vti & in cæterorum compilatorum nominibus accidit; quæ erant, Weſogaſt, Wyndegaſt, Biſogaſt: idem euenit in nominibus Arbogaſt, Hildegaſt, aliisque quam plurimis, quæ particula non ad ſubſtantiam ipſam nominis, ſed ad eius terminationem pertinebat, in denominationibus autem inde factis non attendebatur. Alii a verbis initialibus plerorumque legis capitulorum, Si aliquis, ſi aliqua, legem dictam eſſe putant, eo magis, quod etiam dicatur Lex Saliqua: vel quod magis adhuc abſurdum eſt, a ſales id eſt prudentia, vel corrupte pro Gallica, quos iamdum notauit FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Franco-Gallia c. X.* COCCEIVS *p. 7. & 29.* a Sala ſiue palatio ſic dictum putat, eo quod ſit Lex Palatina.

** Multum quidem diſputatur de Terra Salica, quæ fuerit? Verum fines iſtius ipſa Lege Salica *tit. XLIX.* definiuntur: Sic enim in eadem: *ſi quis qui lege Salica viuit, ſeruum aut ancillam, caballum vel bouem, ſeu iumentum, ſeu quamlibet rem*

 *ſuam*

*ſuam ſub alterius poteſtate agnouerit, mittat eam in tertiam manum, & i'e apud quem agnoſcitur, debet adthramire : Et ſi intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoſcit, & apud quem agnoſcitur in noctes quadraginta placitum faciant.* Et in fine tituli : *quod ſi trans Ligerim aut Carbonariam manet ille apud quem res agnoſcitur, in noctibus octuaginta lex iſta cuſtodiatur.* BASILIVS HEROLDVS Titulum L facit, & legit : *& ſi intra Ligerim, aut Carbonariam, aut citra mare ambo manent.* quem etiam ſequitur GODEFRIDVS WENDELINVS. BALVZIVS vero, omiſſa hac clauſula, ſecutum ſe eſſe dicit conſenſum veterum Codicum & poſteriorum editionum. Hanc etiam clauſulam omittit LINDENBROGIVS. Carbonariam Belgii Syluam eſſe, partem Arduennæ in Hannoniæ atque Brabantiæ confiniis, ſatis conſtat, prout etiam eum ſitam HADRIANVS VALESIVS *Notitia Galliarum*, & GODEFRIDVS WENDELINVS *natali ſolo Legis Salicæ cap. X.* plenius deſcripſerunt. Habitaſſe autem Francos circa Carbonariam, patet ex Annalibus Metenſibus ad a. 687. *Pipinus, filius Anſegiſili, nobiliſſimi quondam Francorum Principis, ſuſcepit Principatum Orientalium Francorum: erat ei glorioſa genitrix, cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pipini præcellentiſſimi quondam Principis, qui populum inter Carbonariam ſiluam, & Moſam fluuium, & vsque ad Friſonum fines, vaſtis limitibus habitantem, iuſtis legibus gubernabat.* His verbis quoque Saliorum fines, licet latius paullo deſcribuntur. Sub Ligeri autem non Galliæ fluuium eſſe intelligendum, ipſa res docet. Facimus potius cum Baluzio, notis ad Capitularia : *Ligerim hoc loco VVendelinus interpretatur fluuium Belgicæ in Hasbania, qui Lachara vocatur apud Doubletum in antiquitatibus S. Dionyſii p. 724. Ego facilius crediderim heic agi de Leſura fluuio Treuerorum, quem hodie Leſerem vocant, quattuor milliaribus Germanicis ab Auguſta Treuerorum. Hunc fluuium ego reperi Ligerim vocatum in præcepto Dagoberti Regis pro Eccleſia Treuirenſi, quod a VVillelmo Kyriandro editum eſt in commentariis de Auguſta Treuerorum pag. 74. itemque in alio præcepto Regis Pippini ibidem relato, pag. 78.* Vid. Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. V. §. X.* & plenius GODEFRIDVS WENDELINVS, *in Natali Solo Legum Salicarum demonſtrato.* Ex hoc facile patet, quid de CONRINGII ſententia ſentiendum, qui de *Orig. Iuris Germ. cap. VII. p. 21. ſqq.* contendit, Legem hanc pro ſingulis Francis Orientalibus fuiſſe latam.

*** Diſputatur adhuc de tempore, quo lata fuerit Lex Salica. HADRIANVS VALESIVS *Rer. Franc. lib. III. p. 119. ſqq.* ſub Clodouæo eam fuiſſe latam contendit, ſcribens : *Mihi quidem ſimilitudo nominum cum latorum legis, tum locorum, in quibus condita dicitur ſuſpecta ſemper fuit : neque exiſtimaui, cum Burgundiones, Veſigothi, Oſtrogothi, & Langobardi non prius leges ſcriptas habuerint, quam hi in Gallia, illi in Italia conſediſſent, legem Salicam in Germania Francis fuiſſe deſcriptam : quæ vtique Faramundo regnante Germanicis conſcribi literis, & a ſubſequentibus Regibus poſt occupatam Galliam lingua Latina verti debuit. at huius conuerſionis nemo mentionem facit. Quare vt Gundobadus Burgundionibus, Veſigothis Theodoricus poſterior, aut vt aliqui arbitrantur, Euricus, Oſtro-Gothis Theudericus, Rotharius Longobardis, Regnis iam diuturnitate confirmatis, iura Latine deſcripſere : ſic Chlodoueus regnum primo, deinde & legem Salicam, quam in proœmio legis correxiſſe tantum dicitur, videtur condidiſſe.* Hunc ſequitur P. DANIEL *Hiſt. de France Tom. I. p. 8.* Du HAILLIAX e contrario Legem hanc ſub Philippo longo natam, teſte HERTIO *Not. Regni Franc. Vet. cap. V. §. XXXI.* Verum, ipſi Francorum ſcriptores antiqui, prout inſequens nota nos docebit, Pharamundo eam tribuunt, licet a Clodouæo hanc fuiſſe emendatam, dubitare non auſim.

**** Sic

Digitized by Google

**** Sic enim procemium dictæ Legis : *dictauerunt Salicam legem proceres ipſius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus, VViſogaſt, Bodogaſt, Salogaſt & VVindogaſt, in locis quibus nomen Salagheue, Bodogheue & VVindogheue. Qui per tres mallos conuenientes omnes cauſſarum origines ſollicite diſcurrendo, tractantes de ſingulis, iudicium decreuerunt hoc modo.* Geſta Francorum epitomata c. IV. *tunc defuncto Sunnone, & accepto conſilio, in vnum primatum eorum vnum habere principem, petierunt conſilium Marchomiro, vt Regem vnum haberent ſicut & cateræ gentes. At ille dedit eis conſilium, & elegerunt Faramundum filium ipſius Marchomiri, & leuauerunt eum ſuper ſe Regem crinitum. Tunc & legem habere cœperunt, quam conſiliarii eorum priores gentiles his nominibus VViſowaſt, VViſogaſt, Arogaſt, Salegaſt in villabus Germaniæ, id ſunt Bodeckeim, Salecheim & VVidecheim tractauerunt.* CHRON. MOISSIAC. p. 131. *defuncto itaque Sunnone in eodem prælio, accepto conſilio in mo- - - Primates eorum vt vnum haberent Principem, petierunt conſilium ipſi Marcomiro, vt Regem vnum haberent, ſicut & ceteras Gentes. Ille, dedit eis conſilium, vt eligerent Faramundum filium ipſius Marcomiri, & leuarunt eum in Regem ſuper ſe ex genere Priami crinitum. Tunc & Legem habere cœperunt, quam Conſiliarii eorum priores his nominibus VVindogaſt, Viſogaſt, Arogaſt, Soligaſt, in villabus Germaniæ Idsleb, Iulothagin, & VVindigagin, tractauerunt.* ADO VIENNENSIS æt. VI. *Franci egreſſi a Sicambria peruenerunt in extremas partes Rheni fluminis in Germanorum oppida, ibique aliquot annos cum Principibus ſuis Marcomiro & Sunone reſederunt. Vbi primum regem Pharamundum ſibi poſtmodum ſtatuunt, legibusque ſe ſubdunt, quas priores eorum VViſuaſtus & VViſogaſtus, Arogaſtus, Salogaſtus inuenerunt.* Hæc Adonis verba in Chronicon ſuum transtulit IVO CARNOTENSIS. Plenius idem negotium exprimit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 422, Secutus eſt CONRADVS VRSPERGENSIS f. 94. Prouocatur ad eandem Legem in Decretione Childeberti Regis a. 595. *De Chrenecruda Lex, quam Paganorum tempore obſeruabant, deinceps nunquam valeat; quia per ipſam cecidit multorum poteſtas.* Titulus de Chrenecrude eſt in Salica LXI. Videtur igitur hæc lex paullo ante Pharamundi electionem fuiſſe lata, cum iſti legislatores dicantur fuiſſe populi rectores. MELCH. GOLDASTVS equidem Conſtit. Imperial. Tomo II. p. 2. exhibet Salicas ſub hac Rubrica : *Faramundi Primi Francorum Regis Leges Salicæ in Comitiis quondam Salizenſibus per Francos & eorum Proceres decretæ : & per Regem poſtea cum eisdem Francis & toto cœtu Populi confirmatæ & ſancitæ, Anno Domini CCCCXXIV. atque in margine addit : qui locus hodie Salzburg, ad Salam fluuium in Franconia olim Salehem in pago Salico.* Verum vix eſt, vt Goldaſti fidem ſequamur.

***** Diſputatur equidem adhuc de idiomate Legis Salicæ. De latino ſingularum legum Germanicarum idiomate teſtatur HERM. CONRINGIVS de M. G. cap. II. dicens : *hi ſane omnes ſeculo illo quinto vel paulo poſt leges ſibi conſcribere cœperunt, & Romana quidem tum lingua, tum literis ; quod ſua lingua voces literis exprimere neſcirent, & propriis characteribus deſtituerentur, minime id ſane facturi, absque hac fuiſſet neceſſitate, qui erant in Romanos hoſtili animo.* Adſentitur THOMASIVS *Delin. Hiſt. Iuris* §. *LXXXII.* Verum ANT. DADINVS ALTESERRA *Rer. Aquitan. lib. III. c. IX.* fatetur, Legem Salicam a Francis conditam, Clodouæum Regem emendaſſe & Latinitate donaſſe. Sequitur eundem IO. SCHILTERVS *præfatione ad Ius Feud. Alemann.* §. *XIII.* & HOFMANN *ſect. I.* §. *II. p.* 24. putans, Germanos non adeo characteribus pro-

propriis fuiſſe deſtitutos: nec credendum facile eſſe, ſi vel maxime propriis deſtituti fuerint caracteribus, eos Romana lingua fuiſſe vſos, ob æmulationem eorum erga Romanos. Aſt, dum ex Otfriedi Hiſtoria conſtat, quod primus is linguam Germanicam & quidem magna adhuc difficultate latinis litteris protulerit. Nec ſcrupulum mouebit latinum idioma, quo ex cleri arcano iſta ætate in Legibus ſolummodo vtebantur. Potius corrupta admodum ſcribendi ratio, a genio iſtius ſæculi aliena, permixtæ tot voces barbaræ, atque Francicæ ſatis indicant, a homine barbaro, latini ſermonis parum gnaro easdem leges fuiſſe conſcriptas.

****** Patet hoc ex Prologo, in quo hæc reperiuntur verba : *at vbi Deo fauente Clodoueus Comatus & pulcher, & inclytus Rex Francorum primus, recepit Catholicum Baptismum, quidquid minus in Pacto habebatur idoneum, per præcelſos Reges Clodoueum, Childebertum & Hlotarium fuit lucidius emendatum, & procuratum decretum hoc : viuat qui Francos dilexit Chriſtus, eorum regnum cuſtodiat, & Rectores de lumine ſuæ gratiæ repleat, exercitum protegat, fidei monumenta tribuat, pacis gaudia & felicitatem, tempora dominantium Dominus Chriſtus Ieſus pietate conducat.* Adiecta eſt Legi Salicæ apud LINDENBROGIVM *p. 346. Decretio Childeberti Regis, Pactum pro tenore Pacis Dominorum Childeberti & Chlotharii Regum, Decretio Chlotharii Regis, Capitula a Carolo M. & Ludouico Pio adiecta,* BALVZII *Capitularia Tom. I. p. 17. 387. 606. & Tom. II. p.* 1060.

******* Lex Salica Tit. XLIII. n. 1. *ſi quis ingenuus hominem Francum aut barbarum occiderit qui lege Salica viuit octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis iudicetur.* Et Tit. XLIX. *ſi quis qui lege Salica viuit ſeruum aut ancillam, caballum vel bouem, ſeu iumentum, ſeu quamlibet rem ſuam ſub alterius poteſtate agnouerit.* COCCEIVS de Lege Salica p. 21. *nunquam igitur lex Salica Gallis lata eſt, aut in Gallia, ſed Francis & in Francia, quæ Germaniæ fuit regio.*

******** Lex Ripuariorum Tit. XXXI. n. 3. *hoc autem conſtituimus, vt infra pagum Ripuarium, tam Burgundiones, Alamanni, ſeu de quacunque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, ſicut lex loci continet vbi natus fuerit, ſic reſpondeat.* EGINHARDVS Vita Caroli M. c. XXIX. vbi de Carolo : *poſt ſuſceptum imperiale nomen; cum aduerteret multa legibus populi ſui deeſſe (nam Franci duas habent leges plurimis in locis valde diuerſas) cogitauit quæ deerant, addere, & diſcrepantia vnire praua quoque ac perperam prolata corrigere. Sed in his nihil aliud ab eo factum eſt, quam quod paucula capitula & ea imperfecta, legibus addit. Omnium tamen nationum, quæ ſub eius dominatu erant, iura, quæ ſcripta non erant deſcribi ac literis mandari fecit.* Mire hic locus torſit interpretes, maxime vero, quid per leges iſtas duas, plurimis in locis valde diuerſas intelligat Eginhardus. CONRINGIVS quidem *de Origine Iuris Germanici c. VII.* vnicam ſaltim fuiſſe legem putat, Francis omnibus communem, atque Eginhardum de duobus ſaltim diuerſisque vnius legis Salicæ editionibus loqui, quod perſpicere licet ex iis quæ ſubiungat, Carolum nempe voluiſſe quidem omnia emendare & diſcrepantia vnire, pauca duntaxat Capitula Legibus addidiſſe. Illa autem addita ſoli Legi Salicæ, hodieque extare. Supereſſe quoque adhuc diuerſas editiones Heroldi atque Pithœi. Verum, quo minus Conringio accedamus, facit, quod inter Legem Salicam Heroldi atque Baluzii non tantam reperiamus diuerſitatem, vt exinde duas Francorum leges faciamus. Immo falſa eſt ratio, ſoli Legi Salicæ addita fuiſſe Capitula, cum extet apud BALVZIVM Tom. I. p. 495. Capitulare quartum anni 803. ſiue *de Lege Ripuarienſe.*

Idem

Idem CONRINGIVS *cap. X.* ex aliis rationibus contendit, hanc Legem Ripuariorum minime ſub altera Francorum Lege intelligi. Primo, quod Ripuarii in his Legibus ſemper a Francis diſtinguuntur. Secundo, quod diſerte Franci inter Ripuarios advenæ dicantur, vt lib. I. Tit. XXXVI. *ſiquis Ripuarius aduenam Francum interfecerit.* Tertio, quod Franci in Ripuario pago ſuis legibus debeant iudicari. Verum, ex his ſaltim patet, diſtinctos equidem fuiſſe Ripuarios a reliquis Francis, minime vero, quod non æque ſub generali Francorum nomine fuerint comprehenſi, prout etiam HOFMANN docet *p.* 32. Quare etiam in *tit. XLIX. ed. Baluz.* de Filtortis qui Salica Lege viuunt, diſtinguitur inter eos, qui intra Ligerim aut Carbonariam, atque illos qui trans Ligerim aut Carbonariam habitant. Hinc Cuiacium potius ſequimur, qui *libro I. de feudis tit. I.* dicit: *ſeparatis libris habetur Lex Salica, & lex Francica: hæc eſt Occidentalium, illa Orientalium.* Idem tradit HOTTOMANNVS *Franco Gallia* c. X. Accedit BESSELIVS Notis ſuis ad Eginhardum, & Goldaſtus, qui per duas has leges, Salicam & Ripuariam intelligunt. Sequitur HIER. BIGNONIVS, notis ad titulum Legis Salicæ, atque ipſe Baluzius, CHIFLETIVS *Vindiciis Hiſpanicis c. V.* NIC. VIGNERIVS *de origine Veterum Francorum* apud du CHESNE *Tomo I. pag.* 157. *Præterea inter Salicæ Legis capita, quæ ad nos vsque peruenerunt, ſcriptum eſt, hanc Legem ab iis Francis, qui Galliam a Silua Carbonaria Ligerim vsque occuparunt; Ripuariam vero, vnde Ripuariorum ſeu Ribarollorum nomen deductum eſt, ab iis qui inter Rhenum, Scaldim, & Moſam, conſederunt, conditam fuiſſe.* Vtrasque leges, & Salicam & Ripuariam Heroldus & Baluzius Codicibus ſuis inſeruerunt, ex earumque collatione facile patebit, duas leges eſſe diſtinctas, quæ inter ſe maxime diſcrepent. Sic enim legis Ripuariæ mentio fit in Charta Diuiſionis Imperii inter Lotharium, Pipinum & Ludouicum n. 16. apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 578. Vid. HOFMANN *ſect. VI.*

********* Capit. VI. de a. 803. n. 2. *de ſecundo vnde me interrogaſti, ſi Comes de notitia ſolidum vnum accipere deberet, & Scabinii ſiue Cancellarius, lege Romanam legem; & ſicut ibi inueneris, exinde facias. Si autem ad Salicam pertinet legem, & ibi minime repereris quid exinde facere debeas, ad placitum noſtrum generale exinde interrogare facias.*

† Seculo vndecimo hanc legem adhuc fuiſſe vſitatam, patet ex CAR. SIGONIO de Regno Italiæ lib. VIII. p. 188. *pater fuit Comitis Mathildis, quæ hereditatem omnem eius adiuit. In quibus illud animaduerſione dignum, cum horum etiam temporum conſuetudo ferret, vt omnes ederent, qua quisque lege viuere vellent, Romana, Longobarda, an Salica, Bonifacium Longobardam eſſe profeſſum, Mathildem vero Salicam quod ex eorum tabulis, quæ plurimæ in eccleſia Mutinæ aſſeruantur, cognoſcitur.* De ſeculo vero duodecimo OTTO FRISINGENSIS *Chronico lib. IV. c. XXXII.* dum ait: *legem, quæ ex nomine eius Salica vsque hodie vocatur, inuentam dicunt. Hac nobiliſſimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc vtuntur.* STEPH. BALVZIVS in probationibus Hiſtoriæ Breſſanæ p. 5. & 215. auctor eſt, eam adhuc anno 1185. & 1250. apud Lugdunenſes & Friburgios in vſu fuiſſe, paullo poſt tamen deſiiſſe.

†† Vocatur igitur in editione Lindenbrogii, Liber Legis Salicæ. Sub introitum vero: *Libellus Tractati legis Salicæ.* Alias vocatur in Titulo generali Heroldi & Baluzii, *Pactus Legis Salicæ.* In Prologo veteris Legis Salicæ dicitur: *quicquid in pacto habebatur minus idoneum, per illos fuit lucidius emendatum.* Lex quoque Alemannorum hunc titulum habet in vetuſtiſſimo Codice Monaſterii Corbionenſis: *incipit Pactus Lex Alamannorum.* Synodus Dingiluingenſis c. VII. *de eo vt nullus hereditate*

*ſua priuatur niſi per tres cauſas quas in pacto ſcribentur.* ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *in Comment. ad Decretales Innocentii III. p.* 145. ait: *non inepte lex regia pactum Francorum dici potuit, quia leges ſancitæ fuerunt in conuentu Francorum*, quod etiam magis conuenire videtur, quam quod HERTIVS ait *Not. Vet. Regni Franc. cap. V. §. XXVIII. a Packen* ſiue combinare. STEPHANVS BALVZIVS *notis ad Capitularia p. 995. & 1143.* putat pacti Francorum nomine intelligi legem Ripuariam, licet etiam Salicæ conuenire, eiusdem Titulus docet.

††† Differunt editiones & ordine & numero titulorum & vocibus atque periodis tranſpoſitis. Lindenbrogii editio LXXI. ſaltim titulos continet, quorum vltimus eſt *de terra Commendata.* Baluzius ex Codice Mazariniano Bibliothecæ Regiæ illato addit titulum LXXII. Heroldi editio LXXX. Titulos continet. Hæc autem diuerſitas iam in ipſo Epilogo, quem & Heroldus habet & Lindenbrogius, & Baluzius, reperitur, his verbis: *ſciendum autem eſt, quod in quibusdam legibus Salicis inueniuntur Capitula principalia LXV. in aliis LXX. in nonnullis LXXX. etiam paullo plus aut minus.* Ratio differentiæ in eo latet, quod hæc Lex ſæpius fuerit immutata, prout ex præfatione Legis Salicæ, patet. Ex quibus etiam verbis prima legis Salicæ fundamenta iamdum tempore paganiſmi fuiſſe iacta diſcimus. Hinc FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS *Monum. Paderbornenſibus p.* 111. *Lata eſt hac lex auctoritate populi per quatuor gentis proceres, cum barbari adhuc eſſent, ſeu, vt vetuſtus in eas præfatus eſt ſcriptor, cum adhuc barbarico ritu tenerentur, ante quam a Pharamundo quartus Francorum rex Clodoueus Chriſti religionem ſuſciperet.* Tali modo autem editiones inter ſe differunt. In Baluziana editione deeſt Prologus, qui reperitur in Heroldina, Lindenbrogiana & Wendeliniana: Alium prologum habet editio Pithœana. In ipſa Lege priores XIV. Tituli in ſingulis, ſi paucorum quorundam verborum tranſpoſitionem excipias, conueniunt. Titulus XV. plane deeſt in editione Heroldina, apud Wendelinum agit de eo, qui vxorem tulerit alienam, viuo marito: qui XVI. eſt apud Heroldum, Titulus XVII. de Superuentis vel expoliationibus, Titulus XVIII. de eo qui villam alienam adſalierit, qui XVI. XVII. & XVIII. apud Wendelinum conſtituunt. Apud Lindenbrogium vero & Baluzium Titulus XV. eſt de eo, qui hominem ingenuum expoliauerit XVI. de eo qui villam alienam adſallierit. XVII. de eo qui mortuum hominem expoliauerit. In reliquis conueniunt editio Lindenbrogii & Baluzii atque Heroldi & Wendelini Titulus XVIII. ad XXV. ed Baluzianæ conueniunt cum Titulo XIX. ad XXVI. ed. Heroldinæ. Titulus XXVI ed. Bal. eſt de his, qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint XXVII. de adulteriis ancillarum XXVIII. de libertis dimiſſis XXIX. de furtis diuerſis. In Heroldina Tit. XXVII. de furtis diuerſis XXVIII. de homicidiis paruulorum XXIX. de adulteriis ancillarum, XXX. de Libertis dimiſſis. Reliqui Tituli in vtrisque conueniunt, niſi quod Titulus XXX. de locationibus ed. Bal. apud Heroldum faciat Titulum XXXI. & ſic de reliquis, vsque ad Titulum LXXI. *de Terra Commendata*, qui apud Heroldum eſt Titulus LXXII. Addidit Baluzius ex Codice Mazariniano Titulum LXXII. *de inuſto ſtricto.* Apud Heroldum & Wendelinum ſequuntur Tit. LXXIII. *de cultello Sexxaudro.* Tit. LXXIV. *de Chreodiba*, Tit. LXXV. *de muliere grauida occiſa*, Tit. LXXVI. *de antruſſione* Tit. LXXVII. *de eo qui in aliena domo reſedit* Tit. LXXVIII. *in quantas cauſſas Thalaptas debeant iurare* Tit. LXXIX. *de Delatura* Tit. LXXX. *Incipiunt Chunnas.* Inter Codices membranaceos Bibliothecæ Ducalis Gothanæ MStos reperitur etiam antiquisſimus, varias Legum Collectiones compre-

prehendens: de quo ERN. SAL. CYPRIANVS in Catalogo Codic. MStorum n. LIV. p. 13. *Primo occurrit præfatio de legum inuentoribus, quam Godefridus VVendelinus tertio loco poſuit. Poſtea legitur illa quæ in VVendelini editione prima eſt. Denique eodem contextu additur prologus tertius, quem iam olim Pithœana exhibuerat. Capitula plane non ſeruant ordinem, quem illis Lindenbrogiana aut VVendeliniana aſſignant.* Inde recenſet Cyprianus ordinem titulorum, prout in dicto obueniunt MSto.

†††† Sic apud BALVZIVM Tomo I. p. 281. reperitur Pactus Legis Salicæ prout a Carolo M. fuit publicatus, cum hac rubrica: *anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCXCVIII. Indictione VI. Domnus Karolus Rex Francorum inclitus hunc libellum tracti legis Salicæ ſcribere iuſſit.* Eiusdem Caroli M. Capitula ad legem Salicam adiecta reperiuntur p. 387. ſub hac rubrica: *Incipiunt Capitula quæ in lege Salica Domnus AuguſtusKarolus anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCIII. imperii vero ſui anno tertio præponenda addere iuſſit.* De iisdem L. Longobard. lib. III. Tit. XXXI. *Generaliter omnes admonemus, vt capitula, quæ præterito anno legi Salicæ cum omni conſenſu addenda eſſe cenſuimus, iam non vlterius capitula, ſed tantum leges dicantur, imo pro lege Salica teneantur.* Alia Ludouici Pii Capitula Idem exhibet p. 597. ſub hac rubrica: *Capitula addita ad legem Salicam in generali populi conuentu habito apud Aquisgranum poſt natale Domini anno quinto Imperii Ludouici Pii deſinente. Hæc Capitula Domnus Hludouicus Imperator anno imperii ſui quinto cum vniuerſo Cœtu populi in Aquisgrani palatio promulgauit atque legi Salicæ addere præcepit. Ipſeque poſtea, cum in Theodonis villa generalem conuentum habuiſſet, vlterius capitula appellanda eſſe prohibuit, ſed vt lex tantum dicerentur, voluit.* Hæc etiam Capitula, vna cum Decretione Childeberti & Chlotharii Regis, Legi Salicæ adiecit FRIDERICVS LINDENBROGIVS p. 346. Eadem videmus apud GOLDASTVM *Tomo III. pag.* 15. Mentionem eiusdem fecit MARCVLPHVS *lib. I. formul. c. XX.* Prouocat ad eandem Legem Carolus Caluus in Edicto Piſtenſi de a. 864. *tit. XXXIV.* Commentatus in easdem Leges ſpeciatim fuit GODEFRIDVS WENDELINVS, qui etiam Gloſſarium adiecit atque HIERONYMVS BIGNONIVS. Vid. etiam HERTIVS *Not. Reg. Francor. Veteris cap. V. §. XXXI.* IO. PYRRHVS Englebermæus ſcripſit equidem Commentariolum de Lege Salica & Regni ſucceſſione qui Stephani Forcatuli Tractatui de feudis acceſſit, ea tamen ſaltim proponit, quæ Legi ratione denegatæ ſucceſſionis fœmineæ poſſint opponi.

## §. IV

Præter Legem Salicam, habuerunt & aliæ Germanorum gentes ſuas Leges & Inſtituta. GOTHI equidem propriis ſuis legibus vtebantur, non quas ſolum in Septentrione conſeruarunt,* quæ nos minime tangunt, ſed etiam in migrationibus ſuis in Italia potiſſimum Leges introduxerunt Oſtro-Gothi, in Hiſpania Wiſi-Gothi. ** Sic etiam LANGOBARDI gens Germana, Leges ſuas in Italia publicarunt. *** BVRGVNDIONES auctore Gundebaldo vel Gundebado Rege ſuo, librum Legum publicarunt Lugduni circa annum quingenteſimum **** qui tamen in Burgundiæ regno ſaltim obtinuit. ***** Lata autem iſta Lex communi Procerum adſenſu, ****** atque ab Auctore GVNDEBADA nominata, ad quam in Capitularibus Regum *Leges Variorum Germaniæ populorum.*

Francorum prouocatur. ******* Ex quo patet, Francos, deuictis licet Burgundionibus, hanc legem iisdem reliquiſſe. Extat etiam LEX FRISIORVM, † qui æque inter Germaniæ populos numeratur, †† incertum, quo auctore lata, dum alii Theodericum, Francorum Regem, Clodouæi filium, alii Clotharium vel Dagobertum, Haraldum etiam Danorum Regem, vel Carolum M. ſubſtituant. ††† Licet hoc facile concedamus, Leges Friſiorum fuiſſe antiquiores a Carolo M. excuſſo Danorum iugo, ineunte ſeculo nono, auctas & confirmatas. †††† Habemus quoque LEGEM ANGLORVM, ††††† apud Germanos quidem vſitatam, vsque dum Anglo-Saxones in Britanniam Leges ſuas introducerent, LEGEM WERINORVM ſiue Varinorum, qui Vandali erant, a Varna amne ſic dicti in tractu Megapolitano habitantes. ††††††

* De his ANDREAS BVREVS, in deſcriptione regni Suecici politica. Plenius de earundem Origine IOANNES MESSENIVS, cuius Leges Suecorum Gothorumque per Doctorem Ragualdum, Ingemundi, Archidiaconum Vpſalienſem, Latinitate primum, donatæ, prodierunt *Stockholmiæ* 1614. 4. Hunc poſtea Codicem Legum, prout a Chriſtophoro Rege a. 1442. atque a Carolo IX. a. 1608. fuerat confirmatus, IOANNES LOCCENIVS edidit, ſub titulo: *Sueciæ Regni Leges Prouinciales, Holmiæ* 1672. *f.* Plenius hiſtoriam ſtatumque Iuris Gothici indagauit IO. O. STIERNHOOK *de Iure Sueonum & Gothorum vetuſto, Holmiæ* 1682. 4. & potiſſimum CAROLVS LVNDIVS, cuius Zamolxes, primus Getarum legislator, academica diſſertatione luci publicæ reſtitutus, *Vpſaliæ* 1687. 4. Vid. etiam CONRINGIVS *cap. I.* HOFMANN *ſect. I. p.* 65.

** Vid. *Cap. V. §. I. & IV.*

*** Vid. *Cap. V. §. V.*

**** Extat *Legis Burgundionum Liber* apud HEROLDVM *p.* 149. cuius Prooemium hoc modo incipit: *In Dei nomine. Agnoſcendi fidei, domini noſtri glorioſiſſimi Gundobadi Regis, Liber Conſtitutionum, , de præteritis, & præſentibus, atque in perpetuum conſeruandis Legibus, editus ſub die III. Calendas Aprilis Lugduno, amore iuſtitiæ, per quam Deus placatur, & poteſtas terrena dominationis adquiritur.* Extat æque apud LINDENBROGIVM *p.* 266. cum tali initio: *In Dei nomine anno ſecundo Regni Domini noſtri gratioſiſſimi Gundebaldi Regis. Liber Conſtitutionum de præteritis & præſentibus atque in perpetuum conſeruandis Legibus, editus ſub die IV. Kal. Aprili Lugduni.* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. Hiſt Franc. c. XXXIII.* de Gundebaldo: *ipſe vero regionem omnem, quæ nunc Burgundia dicitur, in ſuo Dominio reſtaurauit. Burgundionibus leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent.* LINDENBROGIVS equidem auctor eſt, has leges in MSto Codice filio eius Sigismundo tribui. Verum, ex eo ortum hoc eſſe videtur, quod bina fortaſſe additamenta huic legi adiecerit Sigismundus. Conuenit cum hac lege PAPIANI Liber Reſponſorum, de quo ſupra *cap. V. §. III.*

***** Patet hoc ex Prooemio Legis Burgundionum, in quo hæc verba: *inter Romanos vero interdicto ſimili conditione venalitatis crimine, ſicut a parentibus noſtris ſtatutum eſt, Romanis legibus præcipimus iudicari, qui formam & expoſitionem legum conſcriptam, qualiter iudicent, ſe nouerint accepturos, vt per ignorantiam ſe nullus excuſet.*

****** Pro-

****** Procemium Legis: *amore iuſtitiæ, per quam Deus placatur & poteſtas terrenæ dominationis adquiritur, ea primum habito conſilio comitum, procerumque noſtrorum ſtuduimus ordinare, vt integritas & æquitas iudicandi a ſe omnia præmia, vel corruptiones excludat. Omnes itaque adminiſtrantes iudicia ſecundum leges noſtras, quæ communi tractata compoſitæ & emendatæ ſunt, inter Burgundionem & Romanum præſenti tempore iudicare debebant.* Finis vero procemii ita ſe habet: *Conſtitutionis vero noſtræ ſeriem placuit etiam adiecta Comitum ſubſcriptione firmari, vt definitio, quæ ex tractatu noſtro & communi omnium voluntate conſcripta eſt; etiam per poſteros cuſtodita perpetuæ pactionis teneat firmitatem.*

******* In Capitularis Caroli M. ſecundi a. 813. procemio: *Karolus ſereniſſimus Imperator Auguſtus, a Deo coronatus, magnus, & pacificus, cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Ducibus, omnibusque fidelibus Chriſtianæ Eccleſiæ cum conſenſu conſilioque conſtituit ex lege Salica, Romana, atque Gundobada capitula iſta in palatio Aquis, vt vnusquisque fidelis iuſtitias ita faceret, quæ & ipſe manu propria firmauit capitula iſta, vt omnes fideles manu roborare ſtuduiſſent.* In LL. Langobard. lib. II. Tit. LV. l. 22. *vt infantes, qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur iurare, ſicut Gundebada lege viuentes faciunt. Et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſtea, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius iurator exiſtat.* Explicari inde poterit Caroli M. Capitulare Aquisgranenſe a. 789. c. LXII. *& vt paruuli, qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur iurare, ſicut Gunebodigni faciunt.* Idem dicitur in Capitulari Francofurtenſi a. 704. c. XLIII. *& paruuli non trahantur ad ſacramentum, ſicut Guntbadingi faciunt.* Sic AGOBARDVS ad Ludouicum Imp. librum ſcripſit *aduerſus Legem Gundobadi, & impia certamina, quæ per eam geruntur. Quæ vtilitas eſt, vt propter legem quam dicunt Gundobadam, cuius auctor extitit homo hæreticus, & fidei catholicæ vehementer inimicus, (cuius legis homines ſunt perpauci) non poſſit ſuper illum teſticari alter etiam bonus Chriſtianus? Ex qua re oritur res valde abſurda, vt ſi aliquis eorum in cœtu populi aut etiam in mercato publico commiſerit aliquam prauitatem, non coarguatur teſtibus, ſed ſinatur periurare; tanquam non fuerint per quos veritas poſſet agnoſci. Hic manifeſte apparet damnoſam eſſe damnabilem legem.*

† Extat iſta Lex apud HEROLDVM *p.* 131. & LINDENBROGIVM *p.* 487.

†† Tacitus IV. Ann. c. LXXIV. *clarum inter Germanos Friſium nomen.* VBBO EMMIVS peculiari libro Rempublicam Friſiorum: alio, eorum Hiſtoriam deſcripſit. Egit de iisdem HERTIVS *Not. Vet. Germ. pop. cap. V.* Terminos illorum atque populos & vicos egregie deſcribit MENSO ALTINGIVS *Not. Germ. Inferioris p. II.* & quidem p. 62. ſic loquitur: *atque tunc ſumma Friſiæ diuiſio fuit in Occidentalem, quæ Cisfli, id eſt, Cisfleuana in antiquis Freſionum Legibus, Citerior Venerabili Bedæ vocatur: Et Orientalem ſeu Vlteriorem. Occidentales autem Freſiones dicti in antiquis illis Legibus, qui inter Flebi & Sincfalam, id eſt, inter duo Oſtia, quæ Plinio Fleui & Scaldis, nobis Vlie ende Suin: Orientales ergo reliqui omnes a Fleuo in Viſurgim; Diviſi iterum Laubacho ſeu Laubaco fluuio, haut dubie de Laubach ſeu Laubeke, vel contractius ſecundum Stokium & alios De Laueke, id eſt, tepens riuulus, illa ætate dicto.* Quare etiam in dictis legibus ſæpius occurrit: *inter Laubachi & VViſaram & Cisfli: inter Fli & Sincfalam: inter Laubaci & Sincfalam: trans Laubaci.*

††† CONRINGIVS quidem cap. XIII. Carolo M. tribuit, de quo EGINHARDVS dicat, c. XXIX. *omnium nationum, quæ ſub eius ditione erant, iura, quæ ſcripta non erant,*

*erant, deſcribere, ac literis mandari fecit.* Aſt, contradicit LINDENBROGIVS in præfatione, putans, Membranas iſtas, ex quibus has Leges deſcripſerit, Caroli M. ætatem antecedere videri. De Haraldo auctore videri poſſet, eo quod ALBERTVS STADENSIS ad a. 984. de Haraldo Rege: *ipſeque Transalbianis & Freſonum genti leges & iura conſtituit, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri ſeruare contendunt.* Et HELMOLDVS lib. I. Chron. Slau. c. XV. de Haraldo: *huius viri induſtria, in diuinis quidem rebus fuit eximia, nihilominus tamen etiam in mundana ſapientia, in his videlicet quæ ad regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruit, vt leges & iura ſtatuerit, quæ pro authoritate viri, non ſolum Dani, ſed & Saxones adhuc hodie ſeruare contendunt.* Prout etiam teſtatur HENR. SPELMANNVS *Gloſſario voce Lex Friſonum.* Verum, licet facile concedamus, Haraldum Friſionibus Leges conceſſiſſe, recentiores tamen iſtas fuiſſe illis, de quibus diximus, ex antiquioribus patet Codicibus. Vid. plenius CONRINQ. *de Or. Iuris c. XIII.* HOFMANN *ſect. VI. Notis.*

†††† VBBO EMMIVS Rer. Friſic. lib. V. p. 71. ad a. 810. *excuſſo fœdiſſimæ ſeruitutis iugo, recuperataque libertate, leges quoque ab Imperatore ſiue recens tum ſcriptas, ſiue multo ante vſurpatas, denuoque diligentius ſancitas, quibus domi militiæque vterentur, accepêre. Quibus ferendis hic modus habitus eſt, vt prudentiſſimi duodecim e populo lecti, qui conſuetudines & inſtituta maiorum noſſent, eas conciperent, Imperator vero ratas, ac in perpetuum ſanctas eſſe iuberet. Quapropter pleræque electiones aut placita, alia iura prouincialia appellantur. Hiſce autem legibus optimum ius Friſiorum libertasque integra ſancitur: vt liber ſit populus, ſuique iuris in perpetuum: vt rebus ſuis, vti velint, ſinguli vtantur, fruantur: Imperio tantum in cuius clientela gens eſt, cenſum modicum ſoluant; nemini præterea ſint obnoxii: a vi mutua abſtineant, pacate ſecundum leges ſua poſſideant, vindicentque: Iudices controuerſiis finiendis habeant liberis populi ſuffragiis lectos, atque Imperatori ſacramento obligatos, qui ex patriis legibus cauſas diſceptent & lites finiant: Sacerdotes, ſacraque omnia ſancta ſint: Matronarum virginumque honos conſeruetur: omnium delictorum mulcta ſit; quam pecunia, pecore, reliquis fortunis ſoluant: Pœna capitis, niſi parricidis, proditoribus, latronibus, incendiariis, nocturnis graſſatoribus, inceſtis, nemini irrogetur: Duello, ferro ignito, aqua feruente, ſanctiſſimo iureiurando, criminum purgatio habeatur: Suam cuique cauſam coram iudice, voce ſua agere liceat. Tum de ſucceſſionibus familiaque herciſcunda, de dotibus, de criminibus plura decernuntur, quæ priuati iuris ſunt. Quæ licet ad Carolum Magnum Imp. omnia vulgo referantur, mihi tamen cuncta conſideranti haud dubium ſit, quin altius principium a Martello pleraque habeant. Hic enim conditor religionis in Friſia, victo Radbodo, populum rudem legibus excolere, & propoſita libertate in Chriſti cultu & obſequio continere, quod legum autorem ſpectaſſe ex verbis ſatis liquet, neceſſe habuit. Sed cœpta a Martello, atque a Danis penitus abolita, Carolus Magnus inſtaurauit, auctioraque fecit.* Auxit has leges ad gentis petita, Rudolphus Habsburgicus Imp. de quo idem EMMIVS Rer. Friſ. lib. VI. exeunte, *adiecit etiam capita decem iuri antiquo Friſico, quæ cum reliquis in codice legum noſtratium ante annos CXXX. Coloniæ typis excuſo, patrio ſermone edita, in manibus omnium habentur. Sed ab imperitis aut ineptis potius, dum neſcio quam gratiam rythmis male contextis addere argumento voluerunt, ita corrupta eſſe videntur, quæ extant, vt habeant ſane, qui fidem derogare illis, ac pro commentis traducere volunt, quod non inique cauillentur. Verum hoc quicquid eſt vitii, inſulſo poetæ, qui res non nouerat, non rebus eſt acceptum ferendum.*

An-

Antiquas Friſiorum Leges notis illuſtrauit SIBRANDVS SICCAMA, *Franeckeræ* 1617. 4.

††††† Has Anglorum Leges habet HEROLDVS *p.* 127. LINDENBROGIVS *p.* 479. & LEIBNITIVS *Tom. I. Script. Brunſuic. p.* 81. Iſtæ Leges vero concernebant Anglos, adhuc in primis ſedibus ſuis in Sleſuicenſi Ducatu habitantes. De reliquis Legibus apud Britannos vſitatis, egimus in Bibliotheca Iuris *cap. V. §. XIV.*

†††††† Multum diſputatur, quinam Werini. Vulgo explicantur per Thuringos, ſed dum coniungitur Lex Anglorum & Werinorum, facile patet, hos gentem fuiſſe Anglis vicinam. Contradicit igitur CONRINGIVS *cap. XIII.* haut immerito atque coniectatur, forte Anglorum & Varinorum nomen ab imperitæ manu irrepſiſſe, legemque illam vere eſſe Thuringorum, licet nihil certi concludat. Coniungit etiam TACITVS *de M. G. c. X.* Anglos & Varinos, iidemque ſunt, qui PROCOPIO lib. IV. *de B. Gothico* Varni ſiue Warni dicuntur atque FREDEGARO ad a. 595. Habitabant iſti in tractu Megapolitano, a Varna fluuio, qui Roſtochium alluit ad Warnemundam, & prope mari Balthico infunditur, ſic dicti, de quo CLVVERVS *Germ. Antiqua lib. III. c. XXVII. p.* 106. H. BANGERTVS *notis ad Helmoldum pag.* 711. HERTIVS *Not. Vet. Germ. Pop. p. II. §. XXXIX.* LEIBNITIVS Notis ad has Leges *Tom. I. p.* 82. *Mirum Anglos & VVerinos coniungi. Equidem Taciti temporibus vicini erant trans Albim, ſed poſtea VVerini cis Albim, Angli trans mare profecti ſunt. VVerinos ad mare pertigiſſe ex Procopio diſcimus. Idem VVidikindus refert de Thuringis, antequam a Saxonibus inuaderentur. Itaque credibile eſt, VVerinos habitos pro parte Thuringorum, & habitaſſe in regione Cauchorum.*

## §. V.

Nec defuerunt aliæ Francorum leges, vel quæ ab iisdem, devictis gentibus fuerunt conceſſæ. Seculo VI. enim Theodoricus Rex Francorum cum eſſet Catalaunis, elegit viros ſapientes, qui in regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante, iuſſit conſcribere legem Francorum, Alemannorum, Boioariorum & quidem vnicuique genti quæ in eius poteſtate erat, ſecundum conſuetudinem: addiditque addenda, & improuiſa atque incompoſita reſecauit, & quæ erant ſecundum conſuetudinem paganorum, mutauit ſecundum legem Chriſtianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter vetuſtiſſimam paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſthæc Hildebertus Rex incoauit, ſed Lotharius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex glorioſiſſimus per viros inluſtres Claudium, Chadum, Indomagum, & Agilulfum renouauit, & omnia vetera legum in melius tranſtulit, & vnicuique genti ſcripta tradidit. * Exinde enata quoque eſſe videtur Lex Ripuariorum. ** *Leges Theodorici.*

* Verba ſunt, Prologi Legis Baiuariorum, in fine ſubiiciuntur hæc verba: *Hoc decretum eſt apud Regem, & Principes eius, & apud cunctum Populum Chriſtianum, qui infra Regnum Merwangorum conſiſtunt.*

** STEH-

Digitized by Google

** STEPH. BALVZIVS, dum Dagoberti Capitulare triplex, continens Legem Ripuariorum, Alemannorum & Baioariorum Capitularibus inſerit Tom. I. p.25. talem ad Lectorem præmittit admonitionem: *quamuis Dagobertus non ſit primus auctor iſtarum legum, ſed Theodericus, vt docet præfatiuncula, quia tamen conſtat, illas plurimum mutatas fuiſſe a Principibus qui poſt Theodoricum regnarunt, ac tandem purgatas, emendatas, & auctas a Dagoberto, adeoque ab iſto tales promulgatas ac conſtituats fuiſſe, quales etiamnum leguntur in veteribus libris, conſultius viſum eſt eas illi tribuere quam Theodorico, de quo nihil aliud certi compertum habemus, quam ipſum leges quasdam imperfectas compoſuiſſe & dediſſe Francis, id eſt, Ripuariis, Alamannis, vt Baiuuariis, quæ a ſucceſſoribus eius Francorum Regibus perfectionem poſtea acceperunt.* Vid. CONRING. *cap. X.* HOFFMANN *ſect. II.*

## §. VI.

*Lex Alamannica.* Dum autem Theodoricus vnicuique genti, quæ ſub eius poteſtate fuerat, legem tuliſſet, ſecundum conſuetudinem ſuam, enata exinde quoque fuit LEX ALEMANNICA. Qui poſtquam in prœlio ad Tolbiacum a Francis fuiſſent deuicti, * ab iisdem leges ſecundum conſuetudines ſuas, acceperunt a Childeberto & potiſſimum Clotharico II. vna cum Procerum conſenſu varie vel aucta vel emendata, quod etiam fecit circa annum 630. Dagobertus. ** *Leges Boiica.* Iidem etiam Boiicas Leges vel tulerunt, vel emendarunt confirmaruntque. *** Cum autem maiori adhuc poteſtate vterentur Bauariæ Duces ex gente Agilolfingica, **** ipſi quoque Duces cum Primatum ſuorum conſenſu decreuerunt, prout Decretum Thaſſilonis Ducis nos docet a. 772. publicatum, atque Legi Boiorum ſubiectum. *****

* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. II. c. XXX.* Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VI. §. V.*

** Extat iſta Lex apud HEROLDVM *p.* 17. LINDENBROGIVM *p.*363. & prout a Dagoberto confirmata apud BALVZIVM *Tomo I. p.*53. SCHILTERVM, Notis ad Königshouen Elſaſſiſche Chronic *p.* 623. qui easdem etiam in Germanicum tranſtulit ſermonem notasque adiecit, in cuius prologo hæc habentur: *incipit Lex Alamannorum, quæ temporibus Chlotarii Regis vna cum Principibus ſuis, id ſunt XXXIII. Epiſcopis, & XXXIIII. Ducibus, & LXXII. Comitibus, vel cetero populo conſtituta eſt.* CONRING. *c. IX.* du FRESNE & SPELMANN Gloſſario voce *Lex Alemannorum.* HOFMANN. *ſect. III.*

*** Extat Lex Baiuariorum apud HEROLDVM *p.*58. LINDENBROGIVM *p.*391. BALVZIVM *Tom. I. p.* 91. Magna autem Exemplarium eſt varietas, differre etiam a Lindenbrogiana editione Codicem Bibliothecæ Iuliæ MStum, teſtatur CONRINGIVS *cap. IX.*

**** Patet hoc ex Lege Boiorum tit. II. c. IX. *ſi quis autem Dux de prouincia illa, quem Rex ordinauerit, tam audax aut contumax, aut leuitate ſtimulatus, ſeu proteruus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contemſerit, donatu dignitatis ipſius ducati careat, etiam & inſuper ſpem ſuprema contemplationis ſciat ſe eſſe condemnaturum & viam ſalutis amittat.* Prouocarunt etiam ſequiori tempore

Digitized by Google

pore Boii ad hanc legem, de quo ADELBOLDVS *Vita Henrici II.* apud Leibnitium Tom. I. p. 423. *prætereundum non exiſtimo, quod antequam Rex ab Alemannia exiret, Hezelo, Bertholdi filius, quem tempore Ducatus ſui vltra omnes Comites Regni huius ditauerat, legatos, quos in ipſo exercitu meliores eligere poterat, ad ipſum transmiſit, vt Bauarienſem Ducatum ſibi concederet, inconſulte rogauit. Sed inconſultæ quæſtioni conſulta paratur reſponſio, & feſtinanti petitioni, ponderata monſtratur deliberatio. Patienter enim audita legatione ait: quos ſemper præcipuos inter omnes gentes habui, quosque ſemper toto mentis affectu amaui hos adepta benedictione regali, in lege ſua nec deteriorare volo deteriorari patiar, dum vixero, Legem habent, & ducem eligendi poteſtatem ex lege tenent: hanc ne dum ego frangam, quicunque frangere tentauerit, me inimicum habebit.*

**** Sic enim incipit decretum illud Taſſilonis: *regnante in perpetuum Domino noſtro Ieſu Chriſto, in anno vero XXII. regni religioſiſſimi Ducis Taſſilonis gentis Baioariorum, ſub die conſulum, quod erat II. Id. Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. diuina perflatus inſpiratione, vt omne regni ſui prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibidem tam regulare ordinaret, in ſancto habitu cænobium virorum & puellarum, quam Epiſcopales moderaretur obſequias; inſuper gentis ſuæ inſtitutiones legum per primates imperii, vniuerſa conſentiente multitudine: quæ reperit diuturnitate vitiata, & quæ videbantur abſtrahenda euelleret, & quæ decretis placerent componenda, inſtitueret.* Hic eſt iſte Taſſilo, qui rebellis in monaſterium fuit detruſus, de quo Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VII. §. XXVIII.*

## §. VII.

Sequitur LEX SAXONVM. Gens iſta olim millitaris & ferociſſima, * iure vtebatur vel non ſcripto, vel Legibus ſcriptis, ante Caroli M. etiam tempora. ** Leges Saxonum plures memorantur apud Hiſtoricos. *** Potiſſimum vero adſeruatur adhuc Lex Saxonum, **** eademque duriſſima, ***** licet nondum ſatis conſtet, quo auctore iſta fuerit lata. Ad hanc prouocaſſe videntur Otto M. & Otto III. ****** Adiecit Carolus M. Præceptum de Inſtitutione Epiſcopatuum per Saxoniam a. 798. ****** Eiusdem anni eſt Præceptum pro Trutmanno Comite. ******** Et Capitulatio de partibus Saxoniæ ad extirpandum potiſſimum e Saxonia Paganiſmum directa. ********* Subſecutum Eiusdem eſt Capitulare Saxonum, datum Aquisgrani A. C. DCCXCVII. V. Kalendas Nouembres in generali Epiſcoporum & Optimatum conuentu. ********** Iſtam vero Legem crudeliſſimam Saxonum, ſecundum eorum conſtantem voluntatem confirmauit primum Henricus II. † dein Conradus II. Imperator, †† poſteriori tempore etiam apud eos vſitatam. ††† Transalbiani vero Saxones ab Haraldo, Danorum Rege peculiares Leges acceperunt, †††† quæ tamen cum ipſius Imperio iterum deſiiſſe videntur.

*Leges Saxonum.*

 * De

* De hac H. MEIBOMIVS *Introduct. ad Hiſt. Saxoniæ inferioris.* HERTIVS *Notit. Vet. Germ. Pop. p. III. c. III.* MONVM. PADERBORN. *p. 79. ſqq.*

** Patet hoc ex Poëta Anonymo in Ann. Caroli M. vbi de Pace inter Carolum & Saxones facta ad a. 803. ait:

*Tum ſub iudicibus, quos Rex imponeret ipſis*
*Legatisque ſuis, permiſſi legibus vti*
*Saxones patriis, & libertatis honore.*

Fuiſſe etiam ante Caroli M. tempora legem apud Saxones, patet ex Capitulari de Partibus Saxoniæ c. XXXIII. *de periuris ſecundum legem Saxonum ſit.* Et in Capit. Saxonum Aquisgrani a. 797. *ſimiliter quicquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant reſtaurare & ſecundum eorum euua componere.* Idem dicitur Capit lib. IV. app. II. c. XXXV. *ſi aliquis Saxo caballos in ſua meſſe inuenerit, & ipſos caballos inde ducere pro ſuo damno ad comprobandum voluerit, ſi quis liber homo ei hoc contradixerit, aut aliquod malum pro hoc ei fecerit, tripla compoſitione ſecundum legem & ſecundum ewam contra eum emendare ſtudeat.* Sub Euua autem Lex intelligitur. Confirmatur hoc in Speculo Saxonico *lib. I. art. XVIII.* vbi dicitur: *Triplicia iura Saxones præter conſenſum Caroli Imperatoris ſibi retinuerunt. Ius Sueuiæ in odium fœminarum. Secundum, quod quicquid Saxo in iudicio non fecerit, ſi ſacramento mediante negare voluerit, hoc facere poteſt, convincibili probatione aliqua non obſtante. Tertium, quod in nulla terra Saxoniæ coram imperio ſententia tam vera & iuſta promulgatur, quin ſi Saxo eam increpare voluerit & iniuſticiam eius ſuper dextram ſuam & in maiorem partem ſententiæ relinquet, & ſi ſeptenus alios ſeptem debellauerit, tunc maior pars vincentium, ſententiam obtinebit. Ad hæc omnia ſua antiqua iura conſuetudinaria ab aula Chriſtiana fidei non deuiantia obtinuerunt.* Confirmatur hoc in Concilio Triburienſi ex quo c. IX. de Sponſalibus: *de Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem: verum quia non eisdem vtuntur legibus Saxones & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, id eſt Francorum lege deſponſauerat, vel donauerat, dimiſſaque illa aliam ſuperduxit.*

*** ADAMVS BREMENSIS lib. I. c. V. ex Eginhardo: *quatuor differentiis gens* (Saxonum) *conſiſtit; nobilium ſcil. & liberorum, libertorumque, atque ſeruorum. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in copulandis coniugiis propriæ ſortis terminos transferat; ſed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniungatur libertæ, & ſeruus ancillæ. Si vero quispiam horum ſibi non congruentem & genere præſtantiorem duxerit vxorem, cum vita ſua damno componat.* In Lege Saxonica vero, Lindenbrogio etiam notante, nunc quidem tale nil legitur: ſed Rotharis Regis conſtitutio ea de re extat Lege Longob. *lib. II. Tit IX.* WITTICHINDVS lib. I. Ann. p. 634. *a tribus etiam principibus totius gentis Ducatus adminiſtrabatur, certis terminis exercitus congregandi poteſtate contentis, quos ſuis locis ac vocabulis nominus ſignatos in Orientales ſcilicet, populos, Angarios atque VVeſtualos. Si autem vniuerſale bellum ingrueret, ſorte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad adminiſtrandum imminens bellum. Quo peracto, æquo iure ac propria poteſtate vnusquisque contentus viuebat. De legum vero varietate noſtrum non eſt in hoc libello diſſerere, cum apud plures inueniatur lex Saxonica diligenter deſcripta.* Sic etiam Bonifacius epiſtola ad Aethebaldum: *in antiqua Saxonia, ſi virgo paternam domum cum adulterio maculauerit, vel ſi mulier maritata, perdito fœdere matrimonii adulterium perpetrauerit: aliquando cogunt eam propria manu per laqueum ſuſpenſam vitam finire, & ſuper buſtum illius incenſa & concremata corruptorem*

*ruptorem eius ſuſpendunt; aliquando congregato exercitu fœmineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt virgis cadentes & veſtimenta eius abſcindentes iuxta cingulum & cultellis ſuis totum corpus eius ſecantes & purgantes minutis vulneribus cruentatam & laceratam de villa in villam mittunt.* Sic Liemarus Archiepiſcopus in Diplomate ſuo de VII. manſis, quos dedit Gerhardus de Stumpenhuſen Eccleſiæ Bremenſi apud LINDENBROGIVM Script. Rer. Septentr. p. 147. *poſt idem G. decimo die ex condicto noſtro in ſylua apud Asbeke, vbi nos calcem ad ædificandam Eccleſiam noſtram parabamus, matrem ſuam veriſſimam eius heredem nobis præſentauit: quæ ex lege Saxonum donationem eius ore laudauit, & digito confirmauit.* Has Saxonum Leges etiam ſeruarunt Nordalbingi, ſecundum HELMOLDVM *Chron. Slau. cap. XLVII.* dicentem: *Tres autem Nordalbingorum populi, Sturmarii, Holzati, Thetmarzi nec habitu nec lingua multum diſcrepantes, tenentes Saxonum iura, & Chriſtianum nomen, niſi quod propter Barbarorum viciniam, furtis & latrociniis operam dare conſueuerint.*

**** Extat iſta lex apud HEROLDVM *p.* 121. LINDENBROGIVM *p.* 121. LEIBNITIVM *Script. Rer. Brunſuic. Tom. I. p.* 77. & conſtat XVIII. Titulis.

***** Patet hoc ex Tit. II. III. IV. & V. vbi ſæpius pœna capitis ſtatuta, quæ in aliis legibus rarius occurrit. Potiſſimum hoc patet ex Tit. IV. de Furto: *Qui caballum furauerit: capite puniatur* II. *Qui aluearium apum infra ſepem alterius furauerit, capite puniatur: ſi extra ſepem furatum, nouies componendum eſt.* III. *Qui nocte domum alterius effodiens vel effringens intrauerit, & duorum ſolidorum pretium abſtulerit, capite puniatur, ſi ibi occiſus fuerit, non ſoluatur.* IV. *Qui infra Screonam aliquid furauerit, capite puniatur.* V. *Qui bouem quadrimum, qui duos ſolidos valet, nocte furto abſtulerit, capite puniatur.* VI. *Qui in re qualicunque, vel interdiu vel nocte trium ſolidorum pretium furto abſtulerit, capite puniatur.* Vbi LEIBNITIVS in notis: *quid incongruum magis, quam caballi furtum capite puniri, nobiliſſimi viri eadem pecunia lui?* Sic enim Tit. II. *Qui nobilem occiderit ICCCCXL. ſol. componat.* Patet hæc de furto equi pœna ex Actis Ludgeri apud LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 97. dum ait: *ferebant autem veraciſſimi Viri de diſcipulis eius, quod quodam tempore ad comitatum pergens, qui Haſſi dicuntur, iter ageret, per orationes eius homo mortuus reuixerit. Qui ſcilicet propter furtum caballum VVidekindi Ducis Saxonum huic morti adiudicatus fuit, vt in campo ad ſtipitem ligatus, iactatis in eum ſudibus acutis & lapidibus necaretur. Quod dum factum fuiſſet, corpus exanime in campo relictum eſt.*

****** In Charta equidem de a. 952. apud STANGEFOL *Ann. VVeſtphal. lib. II. p.* 185. atque alia Ottonis III. p. 203. prouocatur ad Legem Saxonicam.

******* Extat illud apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 245.

******** Apud BALVZIVM *p.* 249.

********* Edidit illum HERMANNVS CONRINGIVS, atque ex antiquiſſimo MSto Palatino Bibliothecæ Vaticanæ FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. p.* 301. demum BALVZIVS *Tom. I. p.* 250. Primum ſtatim eſt Capitulum de honore Eccleſiarum: *primum de maioribus capitulis hoc placuit omnibus, vt Eccleſiæ Chriſti, quæ modo conſtruuntur in Saxonia, & Deo ſacratæ ſunt, non minorem habeant honorem, ſed maiorem & excellentiorem, quam fana habuiſſent idolorum.* C. IV. *ſi quis ſanctum quadrageſimale ieiunium pro deſpectu chriſtianitatis contempſerit, & carnem comederit, morte moriatur.* Ad quem locum STEPH. BALVZIVS in Notis *Tom. II. p.* 139. ita commentatur: *durum ſane iſtud, capitalem in eum ſententiam dici qui in* qua-

* De hac H. MEIBOMIVS *Introduct. ad Hiſt. Saxoniæ inferioris.* HERTIVS *Notit. Vet. Germ. Pop. p. III. c. III.* MONVM. PADERBORN. *p. 79. ſqq.*

** Patet hoc ex Poëta Anonymo in Ann. Caroli M. vbi de Pace inter Carolum & Saxones facta ad a. 803. ait:

*Tum ſub iudicibus, quos Rex imponeret ipſis*
*Legatisque ſuis, permiſſi legibus vti*
*Saxones patriis, & libertatis honore.*

Fuiſſe etiam ante Caroli M. tempora legem apud Saxones, patet ex Capitulari de Partibus Saxoniæ c. XXXIII. *de periuris ſecundum legem Saxonum ſit.* Et in Capit. Saxonum Aquisgrani a. 797. *ſimiliter quicquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant reſtaurare & ſecundum eorum euua componere.* Idem dicitur Capit. lib. IV. app. II. c. XXXV. *ſi aliquis Saxo caballos in ſua meſſe inuenerit, & ipſos caballos inde ducere pro ſuo damno ad comprobandum voluerit, ſi quis liber homo ei hoc contradixerit, aut aliquod malum pro hoc ei fecerit, tripla compoſitione ſecundum legem & ſecundum ewam contra eum emendare ſtudeat.* Sub Euua autem Lex intelligitur. Confirmatur hoc in Speculo Saxonico *lib. I. art. XVIII.* vbi dicitur: *Triplicia iura Saxones præter conſenſum Caroli Imperatoris ſibi retinuerunt. Ius Sueuiæ in odium fæminarum. Secundum, quod quicquid Saxo in iudicio non fecerit, ſi ſacramento mediante negare voluerit, hoc facere poteſt, conuincibili probatione aliqua non obſtante. Tertium, quod in nulla terra Saxoniæ coram imperio ſententia tam vera & iuſta promulgatur, quin ſi Saxo eam increpare voluerit & iniuſticiam eius ſuper dextram ſuam & in maiorem partem ſententiæ relinquet, & ſi ſeptenus alios ſeptem debellauerit, tunc maior pars vincentium, ſententiam obtinebit. Ad hæc omnia ſua antiqua iura conſuetudinaria ab aula Chriſtianæ fidei non deuiantia obtinuerunt.* Confirmatur hoc in Concilio Triburienſi ex quo c. IX. de Sponſalibus: *de Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege Saxonum duxit in vxorem: verum quia non eisdem vtuntur legibus Saxones & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, id eſt Francorum lege deſponſauerat, vel donauerat, dimiſſaque illa aliam ſuperduxit.*

*** ADAMVS BREMENSIS lib. I. c. V. ex Eginhardo: *quatuor differentiis gens* (Saxonum) *conſiſtit; nobilium ſcil. & liberorum, libertorumque, atque ſeruorum. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in copulandis coniugiis propriæ ſortis terminos transferat; ſed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniungatur libertæ, & ſeruus ancillæ. Si vero quispiam horum ſibi non congruentem & genere præſtantiorem duxerit vxorem, cum vita ſua damno componat.* In Lege Saxonica vero, Lindenbrogio etiam notante, nunc quidem tale nil legitur: ſed Rotharis Regis conſtitutio ea de re extat Lege Longob. *lib. II. Tit IX.* WITTICHINDVS lib. I. Ann. p. 634. *a tribus etiam principibus totius gentis Ducatus adminiſtrabatur, certis terminis exercitus congregandi poteſtate contentis, quos ſuis locis ac vocabulis nouimus ſignatos in Orientales ſcilicet, populos, Angarios atque VVeſtualos. Si autem vniuerſale bellum ingrueret, forte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad adminiſtrandum imminens bellum. Quo peracto, æquo iure ac propria poteſtate vnusquisque contentus viuebat. De legum vero varietate noſtrum non eſt in hoc libello diſſerere, cum apud plures inueniatur lex Saxonica diligenter deſcripta.* Sic etiam Bonifacius epiſtola ad Aethebaldum: *in antiqua Saxonia, ſi virgo paternam domum cum adulterio maculauerit, vel ſi mulier maritata, perdito fœdere matrimonii adulterium perpetrauerit: aliquando cogunt eam propria manu per laqueum ſuſpenſam vitam finire, & ſuper buſtum illius incenſæ & concremata corruptorem*

Digitized by Google

*ruptorem eius ſuſpendunt; aliquando congregato exercitu fœmineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt virgis cadentes & veſtimenta eius abſcindentes iuxta cingulum & cultellis ſuis totum corpus eius ſecantes & purgantes minutis vulneribus cruentatam & laceratam de villa in villam mittunt.* Sic Liemarus Archiepiſcopus in Diplomate ſuo de VII. manſis, quos dedit Gerhardus de Stumpenhuſen Eccleſiæ Bremenſi apud LINDENBROGIVM Script. Rer. Septentr. p. 147. *poſt idem G. decimo die ex condicto noſtro in ſylua apud Asbeke, vbi nos calcem ad ædificandam Eccleſiam noſtram parabamus, matrem ſuam veriſſimam eius hæredem nobis præſentauit: quæ ex lege Saxonum donationem eius ore laudauit, & digito confirmauit.* Has Saxonum Leges etiam ſeruarunt Nordalbingi, ſecundum HELMOLDVM *Chron. Slau. cap. XLVII.* dicentem: *Tres autem Nordalbingorum populi, Sturmarii, Holzati, Thetmarzi nec habitu nec lingua multum diſcrepantes, tenentes Saxonum iura, & Chriſtianum nomen, niſi quod propter Barbarorum viciniam, furtis & latrociniis operam dare conſueuerint.*

**** Extat iſta lex apud HEROLDVM *p. 121.* LINDENBROGIVM *p. 121.* LEIBNITIVM *Script. Rer. Brunſuic. Tom. I. p. 77.* & conſtat XVIII. Titulis.

***** Patet hoc ex Tit. II. III. IV. & V. vbi ſæpius pœna capitis ſtatuta, quæ in aliis legibus rarius occurrit. Potiſſimum hoc patet ex Tit. IV. de Furto: *Qui caballum furauerit: capite puniatur* II. *Qui aluearium apum infra ſepem alterius furauerit, capite puniatur: ſi extra ſepem furatum, nouies componendum eſt.* III. *Qui nocte domum alterius effodiens vel effringens intrauerit, & duorum ſolidorum pretium abſtulerit, capite puniatur, ſi ibi occiſus fuerit, non ſoluatur.* IV. *Qui infra Screonam aliquid furauerit, capite puniatur.* V. *Qui bouem quadrimum, qui duos ſolidos valet, nocte furto abſtulerit, capite puniatur.* VI. *Qui in re qualicunque, vel interdiu vel nocte trium ſolidorum pretium furto abſtulerit, capite puniatur.* Vbi LEIBNITIVS in notis: *quid incongruum magis, quam caballi furtum capite puniri, nobiliſſimi viri cædem pecunia lui?* Sic enim Tit. II. *Qui nobilem occiderit ICCCCXL. ſol. componat.* Patet hæc de furto equi pœna ex Actis Ludgeri apud LEIBNITIVM *Tom. I. p. 97.* dum ait: *ferebant autem veraciſſimi Viri de diſcipulis eius, quod quodam tempore ad comitatum pergens, qui Haſſi dicuntur, iter ageret, per orationes eius homo mortuus reuixerit. Qui ſcilicet propter furtum caballum VVidekindi Ducis Saxonum huic morti adiudicatus fuit, vt in campo ad ſtipitem ligatus, iactatis in eum ſudibus acutis & lapidibus necaretur. Quod dum factum fuiſſet, corpus exanime in campo relictum eſt.*

****** In Charta equidem de a. 952. apud STANGEFOL *Ann. VVeſtphal. lib. II. p. 185.* atque alia Ottonis III. p. 203. prouocatur ad Legem Saxonicam.

******* Extat illud apud BALVZIVM *Tom. I. p. 245.*

******** Apud BALVZIVM *p. 249.*

********* Edidit illum HERMANNVS CONRINGIVS, atque ex antiquiſſimo MSto Palatino Bibliothecæ Vaticanæ FERDINANDVS FÜRSTENBERGIVS *Monum. Paderborn. p. 301.* demum BALVZIVS *Tom. I. p. 250.* Primum ſtatim eſt Capitulum de honore Eccleſiarum: *primum de maioribus capitulis hoc placuit omnibus, vt Eccleſiæ Chriſti, quæ modo conſtruuntur in Saxonia, & Deo ſacratæ ſunt, non minorem habeant honorem, ſed maiorem & excellentiorem, quam fana habuiſſent idolorum.* C. IV. *ſi quis ſanctum quadrageſimale ieiunium pro deſpectu chriſtianitatis contempſerit, & carnem comederit, morte moriatur.* Ad quem locum STEPH. BALVZIVS in Notis *Tom. II. p. 139.* ita commentatur: *durum ſane iſtud, capitalem in eum ſententiam dici qui in qua-*

*quadrageſima carnem comederit, ſi per contemptum fecerit Chriſtianæ fidei.* Sed ita in populo contumaci ferri neceſſe erat, ne ſemper relaberetur in Paganiſmum. Commentatus in easdem Caroli M. Capitulationes fuit HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS in ſuo, *de ſtatu Religionis & Republicæ Tractatu, Lemgouiæ* 1711. 4. *edito.* Quantis autem ſuperſtitionibus Saxones olim fuerint dediti, patet ex Indiculo Superſtitionum & paganiarum apud FERDINANDVM FÜRSTENBERGIVM *Monumentis Paderbornenſibus. p.* 308. Commentarium in easdem dedit CASPAR CALVOER *Saxonia Inferiori antiqua lib. II. c. VI.* Idem MEINDERSIVS ad eundem Indiculum diſſertatione II. prolixius commentatur.

********** Procemium eius Capitularis hoc eſt: *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCXCVII. & XXX. ac XXII. regnante Domno Karolo præcellentiſſimo Rege, conuenientibus in vnum Aquis palatio in eius obſequio venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus ſeu illuſtribus viris Comitibus V. Kalendas Nouembris, ſimulque congregatis Saxonibus de diuerſis pagis, tam de Veſtfalabis & Angrariis, quam & de Ooſtfalabis, omnes vnanimiter conſenſerunt & aptificauerunt vt de illis capitulis pro quibus Franci, ſi Regis bannum transgreſſi ſunt, ſolidos ſexaginta componant, ſimiliter Saxones ſoluent, ſi alicubi contra ipſos bannos fecerint.* Exinde facile patet, quid de ALBERTO KRANTZIO ſentiendum, qui *Saxoniæ lib. II. cap. XXI.* nullas plane Saxonibus leges eſſe datas contendit, hac vſus ratione: quod diligentiſſimi ſcriptores illorum temporum, nullam eius rei faciant mentionem, cum minora multo plurima commemorent; quodque haud fuerit in populo barbaro illa ciuilitas, vt leges initio requirerent, præter eas quæ vniuerſo orbi ſatis erant. Quem ideo notat CONRINGIVS *de Orig. Iuris cap. XIII.*

† Sic enim DITMARVS *Chron. Merſeb. lib. V. p.* 386. *ed. Leibnit.* Henricum II. adducit ad Saxones loquentem: *Legem igitur veſtram non in aliquo corrumpere, ſed vita comite malo clementer in omnibus adimplere, & veſtra rationabili in quantum valeo vbique animum adhibere.*

†† Verba ſunt WIPPONIS *p.* 430. CONRINGIVS equidem *de Orig. Iuris Germanici cap. XIX. p.* 101. Vehmicum ius hiſce verbis innui putat, quod ſolum crudelitatis nota non careat, dum in reliquo Saxonico iure nihil hoc nomine poſſit accuſari. De eodem intelligit HENRICVS MEIBOMIVS *de Irmenſula cap. XII.* DATTIVS in Opere ſuo *de Pace publica lib. IV. c. II. §. LIII.* ſub eodem Capitulare Caroli M. de Partibus Saxoniæ intelligi putat. Sequitur eundem MVLLERVS *Theatro Comitiorum ſub Friderico III. p. I. c. IX. §. IV.* eo quod duriores in hoc Capitulari ſtatuantur pœnæ, quam in lege Saxonica. Aſt, quo minus adſentiar, facit, quod Capitulare illud potiſſimum directum ſit ad extirpandum e Saxonia Paganiſmum, cuius ratio cum iſta ætate ceſſaret, nec ratio adparet, cur eiusdem confirmationem Saxones petierint. Potius igitur cum SCHILTERO facimus, qui *Inſt. Iur. Publ. lib. IV. Tit. X. c.* I. intelligi putat Legem Saxonum a Wippone ideo crudelitatis incuſatam, eo quod pœnarum grauitate & ſupplicii magnitudine, alias Germanorum Leges excedat, id quod ex ante dictis ſatis adparet, fatente hoc etiam HACHENBERGIO *Germ. media diſſ. III. §. VIII.*

††† Patet hoc ex Saxonum legatione ad Henricum IV. Imp. a. 1073. miſſa, apud LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM *p.* 193. *ſacramento ſe ei fidem dixiſſe, , ſed ſi ad ædificationem non ad deſtructionem eccleſiæ Dei rex eſſe vellet, ſi iuſte, ſi legitime ſi more maiorum rebus moderaretur, ſi ſuum cuique ordinem, ſuam dignitatem*

Digitized by Google

*tem, ſuas leges tutas inuiolataſque manere pateretur.* Idem p. 196. de Hermanno, Ducis Saxoniæ fratre: *mittenſque ad regem, mandauit, vt ſi ſuos, qui obſidebantur viuos incolumeſque recipere vellet, Magnum fratris ſui filium deditione abſolueret, ſibique remitteret; ni id faceret, ſe de his tanquam de hoſtibus, qui fines alienos contra leges inuaſiſſent, iuxta leges gentis ſuæ capitale ſupplicium ſumpturum.*

†††† ADAMVS BREMENSIS lib. II. c. XIX. *certiſſimum vero eſt, eum tam noſtro populo, quam Transalbianis, & Freſonum genti, leges & iura conſtituiſſe, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri ſeruare contendunt.* HELMOLDVS *lib. I. c. XV.* de Haraldo: *huius viri induſtria, in diuinis quidem rebus fuit eximia, nihilominus tamen etiam in mundana ſapientia, in his videlicet quæ ad regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruit, vt leges & iura ſtatuerit, quæ pro authoritate viri, non ſolum Dani, ſed & Saxones adhuc hodie ſeruare contendunt.*

## §. IX.

Sequuntur nunc Leges, ſiue, prout a Capitulis, in quæ diſtinctæ ſunt, adpellantur, CAPITVLARIA * Regum Francorum. Singulos equidem Francorum Reges certas Leges publicaſſe, minime dubitamus, neque tamen omnes adhuc extant reliquæ. Sic extat Childeberti Regis Conſtitutio de abolendis reliquiis idololatriæ, & de ſacrorum dierum feſtiuitatibus caſte celebrandis A. C. 554. Chlotharii Regis Conſtitutio Generalis, data circa A. C. 560. Præceptio Guntramni Regis ad Epiſcopos & Iudices Regni ſui de obſeruando die dominico & aliis, edita in confirmatione Concilii ſecundi Matiſconenſis A. C. 585. Decretio Childeberti Regis A. C. 595. Decretio Chlotharii II. Regis, data circa annum Chriſti 595. Edictum Clotharii II. Regis in Concilio Pariſienſi V. datum a. 615. Carolomanni Principis Capitulare primum, datum anno Chriſti 742. in ſynodo. Eiusdem Capitulare ſecundum, datum A. C. 743. apud Liptinas. Capitulare incerti anni, datum in Synodo, cui interfuit Bonifacius, circa a. 744. Pippini Principis Capitulare Sueſſionenſe a. 744. in plena ſynodo. Eiusdem Capitula data apud Vermeriam circa A. C. 752. in plena ſynodo. Ei Capitula Synodi Vernenſis, a. 755. Ei Capitulare Metenſe, Compendienſe A. C. 757.

*Capitularia Regum Francorum.*

* Du Freſne: *Capitula & Capitularia, Canonum Eccleſiaſticorum, & Legum Regiarum Codices, ita nuncupati, quod per Capitula, ſeu ſectiones digeſti diſtinctique ſint:* LVPVS FERRARIENSIS: *Canones eosdem ſiue, vt vos vocatis, Capitula vobis direxi* Patet hoc etiam ex *l. 4. C. Th. de falſa moneta: quibus ita emendatis, omnibus Capitulis lex lata ſeruabitur.* HADRIANVS I. in Epiſtola ad Carolum M. *Vnde pro veſtra melliflua regali dilectione per vnumquodque capitulum reſponſum reddidimus.* Diſtinctæ autem ab inuicem Leges erant atque Capitula & Capitularia. Iſtæ tanquam fundamentum Iuris in quolibet populo obtinebant, ab Rege latæ & communi conſenſu

 ad-

ſenſu adprobatæ, quales erant Lex Salica, Ripuariorum, Baioariorum, Longobardorum, Saxonum, Friſionum aliorumque, de quibus ante iamdum fuit dictum. Hæ verò tanquam Legum appendices erant atque additamenta in Comitiis publicata. EGINHARDVS *c. XXIX.* de Carolo M. *ſed in his nihil aliud ab eo factum eſt, quam quod paucula capitula & ea imperfecta, legibus addidit.* Idem Annalibus ad a. 819. *Legibus etiam Capitula quædam neceſſaria, quia deerant, conſcripta atque addita ſunt.* Hanc diſtinctionem clarius adhuc docet Capitulare Ludouici Pii a. 821. in cuius capitulo vltimo: *generaliter omnes admonemus vt capitula, quæ præterito anno legi Salicæ per omnium conſenſum addenda eſſe cenſuimus iam non vlterius capitula, ſed tantum lex dicantur.* Quare etiam Capitula aperte a legibus diſtinguit HINCMARVS *Opuſc. XIV. pro inſtitutione Carolomanni cap. VIII. habent enim Reges & Reipublicæ miniſtri leges, quibus in quacunque prouincia degentes regere debent. Habent Capitula Chriſtianorum regum ac progenitorum ſuorum, quæ generali conſenſu fidelium ſuorum tenere legaliter promulgauerunt.* & cap. XI. *atque ex chriſtianorum Regum conſtitutionibus per capitula breuiter ac ſalubriter, ſi teneantur & exequantur, collecta continentur.* Et Opuſc. XV. cap. XV. *quando enim ſperant aliquid lucrari, ad legem ſe conuertunt: quando vero per legem æſtimant acquirere ad Capitula confugiunt, ſicque interdum fit vt nec Capitula pleniter conſeruentur, ſed pro nihilo habeantur, nec lex.* Vid. plenius du FRESNE & STEPHANVS BALVZIVS *not. ad Capit. §. II. III. IV.* qui etiam demonſtrauit, hæc Capitula ſæpius dicta fuiſſe edicta. PAPIAS. *Capitulum breuis multorum complexio, ſic dictum, quod breuiter capiat totam ſummam, ſiue quod quaſi alterius ſententiæ caput.* Vid. MASTRICHT *Hiſt. Iuris Eccleſiaſtici n.* 314. 315. ANTONIVS AVGVSTINVS *de emendatione Gratiani part. poſter. dial. XI.* Exinde etiam nomen ortum putem *der Geſatze* quaſi *Abſatze*, Capitula.

## §. X.

Carolus M. prout Iuſtitiæ amans erat, priſtinas Leges reliquit, easdem tamen emendauit, iisdemque capitula quædam adhuc imperfecta adiecit. * Habemus igitur Capitula ipſius ad Leges Salicas, ** Baioaricas, *** atque Longobardicas **** adiecta. Nouas demum ordinauit, cum omnium, quæ ſub eius ditione erant populorum, iura, quæ ſcripta non erant, deſcribi ac litteris mandari faceret,***** inter quas Caroli M. CAPITVLATIO de partibus SAXONIÆ & Capitulare erat Saxonum, ****** atque Lex Friſiorum. ******* Plura quoque Capitularia ab eodem genti Francorum, aliisque ſubiectis fuerunt præſcripta. ******** Hæc autem Capitularia non niſi Leges erant, quæ in diuerſis Conciliis Epiſcoporum, Abbatum, Ducum & Comitum conſultu fuerant decreta a populo adprobata, † & ſubſcriptione Procerum ac fidelium firmata, †† & vel leges ciuiles continent, vel eccleſiaſticas, dum varia ab eodem celebrata fuerint Concilia. †††

* EGINHARDVS c. XXIX. *poſt ſuſceptum imperiale nomen, cum aduerteret multa legibus populi ſui deeſſe (nam Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diuer-*

*diuerſas) cogitauit quæ deerant addere, & diſcrepantia vnire, praua quoque ac perperam prolata corrigere. Sed in his nil aliud ab eo factum eſt, quam quod paucula capitula & ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ ſub eius dominatu erant, iura, quæ ſcripta non erant, deſcribere ac literis mandari fecit.* Et Poëta ANONYMVS *in vita Caroli M.* apud LEIBNITIVM *Script. Brunſuic. Tom. I. p.* 168.

*in quibus antiquas leges correxit, in ipſis*
*vniri mandans, diſſona, quæ fuerant.*
*Addidit his etiam, quæ congrua duxit*
*pauca quidem numero, ſed valde vtilia.*
*Cunctorumque ſui regni leges populorum*
*collegit, plures inde libros faciens.*

ANNALES FRANCORVM apud LAMBECIVM *de Bibl. Cæſar lib. II. c. V.* ad a. 802. de Carolo M. *Imperator congregauit Duces, Comites & reliquos Chriſtianos populos cum legislatoribus & fecit omnes leges in regno ſuo legi, & trade vnicuique hominum legem ſuam, & emendare vbicunque neceſſum fuit, & emendatam legem ſcribere. & vt iudices per ſcriptum indicaſſent.* Reperitur apud IO. NOPPIVM *Chron. Aquisgran. lib. III. p.* 3. Diploma Caroli M. alio Friderici II. inſertum, in quo hæc verba reperiuntur: *deinde, prout cunctis placuit Prudentioribus Regni noſtri, Legem Saxonum, Noricorum, Sueuorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum, ſicut mos & poteſtas Imperatorum eſt, & omnium Anteceſſorum noſtrorum ſemper fuit, diſtinxi, diſtinctam ſub auctoritate Regia & Imperatoria ſtabiliui, non ex mea adinuentione, vel corde prolatam, ſed communi conſilio & generali Conuentu totius Galliæ a me renouatam, & in melius auctam, ſicut Patres & Prædeceſſores mei feciſſe perhibentur.* Sed dum iſta Conſtitutio genium æui Carolingici non ſapiat, merito illam reiecit CONRINGIVS *cap. XIII.*

** Vide ſupra *§. III.*

*** Decreto enim Thaſſilonis apud LINDENBROGIVM p. 443. quædam Capitula ſubiiciuntur, cum hac Rubrica: *Incipiunt Capitula quæ Domnus Carolus Sereniſſimus Imperator ad Legem Baioariorum addere iuſſit.* Habentur eadem apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 207. ſub hoc titulo: *Capitulare Baiuuariorum. Datum, vt coniectura eſt, Ratisbonæ anno Chriſti DCCLXXXVIII.* In fine Lindenbrogianæ hæc habentur: *hæc capitula in aſſiduitate: reliqua autem reſeruata ſunt Regibus, vt ipſi poteſtatem habeant nominatiue demandare, vnde exire debent,* quæ vero in BALVZIANA deſunt.

**** De hoc vide *cap. V. §. V.* Præter ea autem Capitula, quæ ipſi Legi Longobardicæ videmus inſerta, atque a Carolo M. profecta, teſtatur CAR. SIGONIVS de Regno Italiæ libro IV. p. 99. *Carolus diuino nutu coronatus, Romanum regens Imperium, Sereniſſimus Auguſtus omnibus Ducibus, Comitibus, Gaſtaldiis, ſeu cunctis reip. per prouincias Italiæ a noſtra manſuetudine præpoſitis. Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCI. Indictione IX. anno regni noſtri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. conſulatus autem noſtri primo. Cum in Italiam propter vtilitatem ſanctæ Dei eccleſiæ, ac prouinciarum diſponendarum veniſſemus, multa, atque diuerſa per vrbes ſingulas ante conſpectum noſtrum quæſtiones venerunt tam de eccleſiaſticis, quam de publicis & priuatis rebus per ea, quæ ſtatim recitata ex Romana, ſeu Longobarda lege competenti ſententia terminata ſunt, quorum iudicialis ſententia, a legis latoribus aut penitus omiſſa eſt, aut a poſteris obliuioni tradita. Qui circa nos conſiderantes vtilitatem noſtram, & populi a Deo nobis conceſſi, ea, quæ ab anteceſſoribus noſtris regibus Italiæ in Edictis, leges Longobardicæ*

Digitized by Google

*gobardica ab ipſis edita prætermiſſa ſunt, iuxta rerum, & temporum conſiderationem addere curauimus, ſoliciti, vt neceſſaria, quæ legi defuerunt, ſupplerentur, vt in rebus dubiis non quorumlibet arbitrium, ſed noſtræ legis auctoritas prævaleret.* Ea Capitula cum eodem Procemio habentur apud BALVZIVM *Tomo I. p.* 345. Vid. CONRINO *de Orig. Iur. Germ. c. XII.*

***** Huc facere videtur Capitulare Quartum anni DCCCIII. ſiue de Lege Ripuarenſe apud BALVZIVM *Tomo I. p.* 395. Capitulare Secundum Caroli M. anni DCCCXIII. apud BALVZIVM Tomo I. p. 505. continet Capitula de iuſtitiis faciendis, ex lege Salica, Romana, & Gundobada, cum tali Procemio: *Karolus sereniſſimus Imperator Auguſtus, a Deo coronatus, magnus, & pacificus, cum Epiſcopis, Abbatibus Comitibus, Ducibus, omnibusque fidelibus Chriſtianæ Eccleſiæ cum conſenſu conſilioque conſtituit ex Lege Salica, Romana, atque Gundobada capitula iſta in palatio Aquis, vt vnusquisque fidelis iuſtitias ita faceret, quæ & ipſe manu propia firmauit Capitula iſta, vt omnes fideles manu roborare ſtuduiſſent.* FELIX FABER *Hiſt. Suevorum lib. I. c. III. dedit etiam Carolus Theutonicis quaſdam leges in ſuo idiomate, quæ adhuc habentur.*

****** Vide ſupra §. *VII.*

******* Vide ſupra §. *IV.*

******** De his intelligendus eſſe videtur SIGEBERTVS GEMBLACESIS ad a. 802. *Carolus Imperator per omne imperium ſuum legatos ad faciendum iudicium & iuſtitiam cunctis dirigit, & legis capitula* 23. *inſtituit.* Idem ad a. 803. *Carolus per omne imperium ſuum iuſtitias facit, & legis capitula* 29. *inſtituit.* Ad hæc facere videtur Caroli M. ad Pipinum ſuum nepotem Italiæ, Regem epiſtola apud SIGONIVM de R. Italiæ libri IV. p. 100. ad a. 802. *audiuimus etiam, quod quædam capitula, quæ in lege ſcribi iuſſimus, per alia loca aliqui ex noſtris, ac veſtris dicunt, quod nos nequaquam hanc cauſſam per noſmetipſos conditam habeamus, & ideo eam nolunt obedire, nec conſentire, neque pro lege tenere. Tu valde noſti, quomodo, vel qualiter tecum locuti ſumus de ipſis capitulis, & ideo tuam admonemus amabilem dilectionem, vt per vniuerſum regnum tibi a Deo commiſſum ea nota facias, & obedire, atque implere præcipias.* Faciunt huc apud BALVZIVM *Tomo I. p.* 189. Capitulare primum ſub regni eius exordia a. 769. datum. Capitulare cum hoc procemio: *Anno feliciter vndecimo regni Domni noſtri Karoli glorioſiſſimi Regis in menſe Martio, facto Capitulare, qualiter congregatis in vnum ſynodali Concilio Epiſcopis, Abbatibus, virisque inluſtribus Comitibus, vna cum piiſſimo Domno noſtro, ſecundum Dei voluntatem, pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum.* Capitulare Aquisgranenſe, ſiue Capitulare primum anni DCCLXXXIX. Capitulare ſecundum anni DCCLXXXIX. Capitulare Tertium anni DCCLXXXIX. Capitulare de cauſis regni Italiæ, datum, vt videtur, anno Chriſti DCCCXIII. poſt obitum Hildegardis reginæ. Capitulare Francofordienſe, datum in plena Synodo anno Chriſti DCCXCIV. Capitulare de Villis Caroli M. Capitulare de Miniſterialibus Palatinis. Capitulare de honoranda ſede Apoſtolica. Capitulare Epiſcoporum. Capitulare primum anni DCCCII. Capitulare ſecundum anni DCCCII. Capitulare Aquisgranenſe, ſiue Capitulare primum anni DCCCIII. Capitulare ſecundum anni DCCCIII. Capitulare Tertium anni DCCCIII. Capitulare Quartum anni DCCCIII. Capitulare Quintum anni DCCCIII. Capitulare Sextum anni DCCCIII. Capitulare Septimum anni DCCCIII. Capitulare Octauum anni DCCCIII. Capitulare ad Salz, datum anno Chriſti DCCCIV. Capitulare Primum anni DCCCV.

Capi-

Digitized by Google

Capitulare ſecundum anni DCCCV. Capitulare Tertium anni DCCCV. Capitulare Quartum anni DCCCV. Capitulare Primum anni DCCCVI. Capitulare ſecundum anni DCCCVI. Capitulare Tertium anni DCCCVI. Capitulare Quartum anni DCCCVI. CapitulareQuintum anni DCCCVI. Capitulare anni DCCCVII. Capitulare Triplex anni DCCCVIII. Capitulare Primum anni DCCCIX. Capitulare Secundum anni DCCCIX. Capitulare Primum anni DCCCX. Capitulare Secundum anni DCCCX. Capitulare Tertium anni DCCCX. Capitulare Primum anni DCCCXI. Capitulare Secundum anni DCCCXI. Capitulare Tertium anni DCCCXI. Capitulare Primum anni DCCCXII. Capitulare ſecundum anni DCCC*XII*. Capitulare Tertium anni DCCCXII. Capitulare Primum anni DCCCXIII. Capitulare ſecundum anni DCCCXIII. Capitulare Tertium anni DCCCXIII. Sequuntur apud Baluzium Capitularia quinque anni incerti.

† Patet hoc ex Caroli Calui edicto Piſtenſi cap. VI. *Lex conſenſu Populi fit & conſtitutione Regis.* Idem dicit HINCMARVS l. c. *capitula Chriſtianorum Regum, quæ generali conſenſu fidelium ſuorum tenere legaliter promulgauerunt.* Generalem conſenſum dicit, quia decernebantur in generali Procerum conuentu, in generali placito regio, vt docet CAROLVS M. lib. VI. Capitul. c. CCCLXXI. *& quando, vita Comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, conſultu omnium fidelium noſtrorum ſcriptis firmare noſtris noſtrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter manenda firmiſſime Domino adminiculante cupimus. Modo ea, quæ generalia ſunt & omnibus conuenium ordinibus, ſtatuere de cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque fidelibus ob Dei omnipotentis amorem & recordationem tradere parati ſumus, & ad proximum ſynodalem noſtrum Conuentum ac generale placitum, vbi Epiſcopi & Comites conuenerint, iſta ſicut poſtulaſtis firmabimus.* Ludouicus Pius lib. II. Capit. c. XXII. & lib. V. c. CCLXXII. ſic decreuit: *illud volumus omnino, vt ſubeat, quod in noſtro capitulari de hac re communi conſultu fidelium noſtrorum ordinauimus:* Carolus Caluus in Capit. a. 873. apud Cariſiacum c. VIII. apud BALVZIVM Tomo II. Capit. p. 221. *Capitula aui & patris noſtri, quæ Franci pro lege tenenda iudicauerunt, , & fideles noſtri in generali placito noſtro conſeruanda decreuerunt.* Idem in Capit. a. 877. apud Cariſiacum c. II. *Capitula quæ auus & pater noſter pro ſtatu & munimine ſanctæ Dei Eccleſiæ & miniſtrorum eius & pro pace ac iuſtitia populi ac quiete regni conſtituerunt, & quæ nos cum fratribus noſtris Regibus & noſtris & eorum fidelibus communiter conſtituimus; ſed & quæ nos conſilio & conſenſu Epiſcoporum ac ceterorum Dei & noſtrorum fidelium pro ſupraſcriptis cauſis in diuerſis placitis noſtris conſeruanda ſtatuimus, & manere inconuulſa decernimus, ſimiliter & a filio noſtro inconuulſa conſeruari volumus & mandamus.* Sub fidelibus in Comitiis iſtis ad Leges ſanciendas præſentibus, intelligi Epiſcopos, Abbates, Duces, Comites; ex Prooemio Capitularis a. 779. patet: *anno feliciter vndecimo regni noſtri Karoliククglorioſiſſimi Regis in menſe Martio, facto Capitulare, qualiter congregatis in vnum ſynodali Concilio Epiſcopis, Abbatibus, viriſque inluſtribus Comitibus vna cum piiſſimo Domno noſtro, ſecundum Dei voluntatem, pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum.* Et in Capit. ſecundo anni 813. *Karolus ſereniſſimus Imperator Auguſtus, a Deo coronatus, magnus, & pacificus, cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Ducibus, omnibusque fidelibus Chriſtianæ Eccleſiæ cum conſenſu conſilioque conſtituit ex lege Salica, Romana, atque Gundobada capitula iſta in palatio Aquis, vt vnusquisque fidelis iuſtitias ita faceret,*

*quæ & ipſe manu propria firmauit capitula iſta, Vt omnes fideles manu roborare ſtuduiſſent.* In Capit. Caroli Calui Tit. XXXIV. *Karolus gratia Dei Rex, & Epiſcopi, Abbates quoque, & Comites ac ceteri in Chriſto renati fideles.* Neque tamen ipſorum conſenſus tam requirebatur, quam potius conſilium. Quare conſenſus & conſilium ſæpius coniunguntur, vtpote in Capitulari ſecundo anni 813. *cum conſenſu conſilioque.* In Capitulari Ludouici Aquiſgranenſi a. 816. & Capitulis a. 854. dicitur *conſultu fidelium.* Ex aliis quoque locis patet, omnia Impp. relicta fuiſſe arbitrio. In pacto Legis Salicæ apud BALVZIVM Tomo I. p. 282. *anno ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti DCCXCVIII. indictione VI. Domnus Karolus Rex Francorum inclitus hunc libellum tractati legis Salicæ ſcribere iuſſit.* In Capitulis, additis ad legem Longobardorum p. 346. lex dicitur: *noſtra regia auctoritatis ſanctio.* In Edicto Piſtenſi Caroli Calui Tomo II. pag. 174. cap. V. *Volumus & expreſſe Comitibus noſtris mandamus.* In Procemio Caroli Calui apud Tuſiacum p. 865. Tomo II. p. 195. in Procemio: *Volumus & expreſſe præcipimus, Vt in his quæ ſubiecta ſunt, exequendis, & in aliis, quæ ad Dei Voluntatem & ſanctæ eccleſiæ ſtatum, atque ad noſtram fidelitatem & ad noſtrum honorem, ac ad regni ſoliditatem, nec non ad commune fidelium noſtrorum ſaluamentum pertinent Vnusquisque ſecundum quod ſuo ordini & ſuæ perſonæ competit, iſtis Miſſis noſtris obedientes & adiutores in omnibus exiſtatis.* Vid. BALVZIVS *præf. ad Capitularia §. VII.* & Synt. Hiſt. Germ. diſſ. *VI. §. XIII.*

†† Capit. Tertium a. 803. c. 19. *Vt populus interrogetur de capitulis quæ in lege nouiter addita ſunt. Et poſtquam omnes conſenſerint, ſubſcriptiones & manufirmationes ſuas in ipſis capitulis faciant.* In procemio Capitularis ſecundi a. 813. *quæ & ipſe manu propria firmauit capitula iſta, Vt omnes fideles manu roborare ſtuduiſſent.* In Caroli Calui tit. primo: *quæ etiam ſubſcriptione eiusdem Principis & Epiſcoporum ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuere, conſenſu VVarini & aliorum optimatum.* BALVZIVS *§. VIII.*

††† Quod plurima Capitularia, res eccleſiaſticas concernentia deſumpta fuerint ex Conciliis & Synodis Epiſcopalibus a Francorum vero Regibus in Conuentibus publicis confirmata, pluribus euincit ANTONIVS AVGVSTINVS *in dialogis de emendatione Gratiani* l. I. *dial. X.* PETRVS *de* MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. VI. c. XXV.* STEPH. BALVZIVS *præf. §. IX. ſqq.* qui etiam Iacobum Gretſerum & Cardinalem Baronium refutat, qui dicunt, pleraque eorum Capitularium Romanorum Pontificum auctoritate fuiſſe condita, cum tamen Regum Francicorum poteſtas in ferendis legibus Eccleſiaſticis nec a Papa nec ab Epiſcopis pependerit. Hoc tamen minime negamus, in rebus eccleſiaſticis multam Archiepiſcopi Moguntini fuiſſe auctoritatem, prout etiam in Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VI. §. XV.* adſeruimus. De his Legibus Caroli M. Eccleſiaſticis RHEGINO ad a. 813. *Concilia iuſſu eius ſuper ſtatu Eccleſiarum per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt, quorum Vnum Moguntiæ, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillone, quintum Arelate congregatum eſt, & conſtitutiones, quæ in ſingulis facta ſunt, ab Imperatore confirmata ſunt; quas qui noſſe Voluerit, in ſupradictis ciuitatibus inuenire poterit, quamquam & earum exemplaria in archiuo Palatii habeantur.*

*Collectio Capitularium Anſegeſi.*

§. XI.

Secutus patrem fuit filius Pipinus, * quem Italiæ Regem fecerat, ſed ante ipſum defunctus, & qui poſtea ex aſſe hæres factus, Ludo-

Ludouicus, qui æque Capitularia ſua in regni conuentibus publicauit.** Fontes horum Capitularium ipſas fuiſſe Leges Romanas, ex eo potiſſimum patet, quod Lex Romana omnium humanarum Legum mater dicatur.*** Harum autem Ludouici Legum quasdam in Germanicum etiam Idioma videmus translatas.**** Hæc autem Caroli M. & Ludouici Pii Capitularia ***** ſeparatim deſcripta & ſparſim in membranis reperta circa annum 827. digeſta, primum collegit ANSEGISVS. ****** Conſtat Anſegiſi Collectio quatuor libris, in quorum primum congeſſit Capitularia Caroli M. ad originem pertinentia Eccleſiaſticam. In alterum Capitula Eccleſiaſtica Ludouici Pii. In tertium Capitula Caroli ad mundanam pertinentia legem. In Quartum denique ea, quæ Ludouicus Pius fecit ad augmentum Legis mundanæ.******* Acceſſerunt Tres Appendices.******** Atque hæc congeſtio ſtatim Ludouici Pii & Caroli Calui auctoritate fuit adprobata ********* ab ipſo etiam Papa ********** & in diuerſis Conciliis recepta, recentiori tempore a Vito Amerbachio, Petro Pithœo & Iacobo Sirmondo, Friderico Lindenbrogio, Stephano Baluzio in lucem euulgata. *********** Lotharius etiam Imp. & Capitulare congeri fecit ex Caroli M. & Ludouici Pii Capitulis idemque fidelibus ſuis in Regno Italiæ ſeruandum reliquit. †

* Extat Capitulare Pippini, Regis Italiæ, *datum, vt videtur, anno Chriſti DCCXCIII. poſt ſedatam ſeditionem Italicam eiusque auctores punitos apud* BALVZIVM *Tom. I. p.* 533. Eiusdem Capitula excerpta ex Lege Longobardorum *p.* 541.

** Extat apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 561. Capitulare Aquisgranenſe anni 816. cum tali proœmio. *Anno DCCCXVI. incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti Hludouicus Imperator Chriſtianiſſimus ac piiſſimus ex omni imperio ſuo fecit conuentum Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, vel maiorum natu Francorum, vt ſancirent capitula pro vtilitate totius Eccleſiæ. Quod ita factum eſt.* Capitulare Aquisgranenſe de vita & conuerſatione Monachorum a. 817. *p.* 579. Capitulare Primum anni 819. continens *Capitula, addita ad Legem Salicam in generali populi conuentu habito apud Aquisgranum, poſt natale Domini anno quinto Imperii Ludouici Pii deſinente. Tomo I. p.* 597. Capitulare Secundum anni 819. ſiue alia Capitula addita ad Legem Salicam *pag.* 605. Capitulare Tertium anni 819. ſiue Capitula de interpretatione Legis Salicæ *pag.* 607. Capitulare Quartum anni 819. *p.* 609. Capitulare Quintum a. 819. *p.* 613. Capitulare Sextum a. 819. *p.* 619. Capitulare a. 821. *p.* 621. Capitulare Triburienſe a. 822. *p.* 625. Capitulare de Monaſterio ſanctæ Crucis a. 822. *p.* 629. Capitulare a. 823. *p.* 631. Capitulare Ingilenheimenſe a. 826. *p.* 647. Capitulare a. 828. *p.* 653. Capitulare Wormatienſe a. 829. *p.* 661. Capitula Ludouici Pii excerpra ex Lege Longobardorum *p.* 689. De his Ann. Fuldenſes ad a. 819. *Conuentus Aquisgrani habitus eſt, in quo multa de ſtatu Eccleſiarum & monaſteriorum tractata, atque ordinata ſunt, legibus etiam capitula quædam perneceſſaria, quia deerant, addita ſunt.*

Auctor vitæ Ludouici Pii ad a. 819. *qua bieme Imperator in eodem Palatio Conuentum Publicum populi ſui celebrauit ; & renunciantes ſibi Miſſos de omni ſuo Regno, quos pro ſtatu ſanctæ Eccleſiæ reſtaurando deiecto, vel confirmando ſtante miſerat, audiuit: & quicquid vtile iudicauit, ſancta impellente deuotione ſuperaddidit, nihilque intactum reliquit : quicquid ad honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ proficere poſſe viſum fuit. Interea Capitula quædam Legibus ſuperaddidit, in quibus cauſæ videbantur quæ hactenus velut neceſſaria ſeruantur.* Fragmentum Hiſtoriæ Francorum apud DV CHESNE Tomo III. p. 334. *adiecit præterea quædam ſecularibus Legibus Capitula, quæ nunc vſque perneceſſaria comprobantur.* Ann. Bertiniani ad a. 864. de Carolo Caluo : *Capitula etiam ad triginta & ſeptem conſilio fidelium ſuorum more prædeceſſorum ac progenitorum ſuorum Regum conſtituit, & vt legalia per omne Regnum ſuum obſeruari præcepit.*

*** Addit. IV. n. CLX. *ſcimus enim quoniam talium criminum patratores lex Romana, quæ eſt omnium humanarum mater legum, igne cremari iubet.*

**** CHRISTOPHORVS BROWERVS, dum in Annalium Treuirenſium Proparaſceues cap. X. de veteri Treuirorum lingua agit, Legem Ludouici & Lotharii Cæſaris Germanicam & Latinam exhibet *de homine libero, vt poteſtatem habeat, vbicunque voluerit, res ſuas dare*, quæ etiam Miſcellis Antiquæ Lectionis a Simone Pauli fuit inſerta, *Argentorati* 1670. 8.

***** In Præfatione equidem etiam Lotharii nomen adiectum, cum tamen in iſta collectione, nil Lotharii ſit proprium. Rationem reddit PITHOEVS in Præfatione ad Capitularia, dum ait: *Sane quod in Anſegiſi præfationibus Lotharii nomen adiectum eſt, datum id ſcias exemplarium quorundam antiquitati, quæ ſub eius ditione, vt veriſimile eſt primum deſcripta, non hoc ſolum ipſius honori tribuerant, ſed ex verſibus qui Benedicti collectionem præcedunt, in Lotharii ſui gratiam illos de Ludouici filiis ita permutatos habuerunt:*

*Ex quo proſequitur ſoboles veneranda per orbem*
*Ipſius inſigni nomine digna patris.*
*Lotharius primum regnum ſortitus auitum*
*Ardunnæ nemoris incola factus ouat.*
*Hinc Hludouicus heros Rheni cis littora genti*
*Imperat, & populis effera colla terit.*
*Tum Karolus cari ſpecies genitoris amata*
*Gallorum cœtus ordinat atque domat.*
*Illis nos qui fata tenent loca partibus æquis*
*Hæc ſerimus.*

*Et tamen Lotharii eius inter hæc nihil proprium eſſe putamus, cuius tantum nomine extant quædam ex his ipſis decerpta Capitula ad Italiæ regnum, quæ iam olim Langobardicarum legum libris inſerta & Caroli cuiusdam Cotti Siculi, ſiue is Toccus fuit, commentario ante annos CCCLXXX. expoſita leguntur. Sed neque Karoli fratris (quem noſtrum, id eſt, Francorum Gallorumue regem vere proprieque dixeris,) quicquam hic adiectum reperias præter ea Capitula quæ circa initia regni ſui in Sparnaco probauerat obſeruarique præceperat.*

****** SIGEBERTVS GEMBL. ad a. 827. *Anſegiſus Abbas Lobienſis edicta Imperatoris Karoli Magni & Ludouici filii eius ad eccleſiaſticam legem pertinentia in duobus libellis digeſſit. Idem edicta eorundem ad mundanam legem pertinentia in duobus æque libellis*

*libellis digeſſit.* De eodem ODORANNVS Monachus Senonenſis Chronico. *Anno ab incarnatione Chriſti DCCCLXXXII. obiit Anſegiſus venerabilis Senonum Archiepiſcopus totius Galliæ & Germaniæ Papa ſecundus feliciter, VII. Kalend. Decemb. & ſepultus eſt in monaſterio S. Petri. Hic Karolum Caluum vnxit in regem, & poſtquam primatum totius Galliæ obtinuit, & ſuperna moderatione ſecundus Papa appellari meruit, in ſynodo habita in loco qui dicitur Pontigonis XVI. Kal. Auguſt. ann. DCCCLXXVI. Indict. IX. Iudæos certi cauſa & moniales ab vrbe Senonica expulit, & ne vlterius in ea habitaculum manendi haberent, ſub anathematis iugulo interdixit. Mortuo Epitaphium hoc ſcriptum eſt*

*Antiſtes Senonum, reuerentia magna potentum*
*Anſegiſus in hoc conditus eſt tumulo.*
*Vt primus fieret Gallorum, Papa Ioannes*
*inſtituit, meritis hoc tribuendo ſuis.*
*Karli Romana cinxit caput iſte corona,*
*Et dedit in cunctos imperium populos.*
*Gregorii Papæ ſecum caput abſtulit inde*
*Hic locus oſſa fouet, ſpiritus aſtra tenet.*

Licet autem certum omnino ſit, Anſegiſum iſtum fuiſſe Abbatem, dubitat tamen BALVZIVS §. *XXXIX.* an Lobienſis Abbas fuerit in diœceſi Cameracenſi. Satis etiam monet, iſtum minime debere confundi cum Anſegiſo Senonenſi Archiepiſcopo, prout etiam Iacobus Sirmondus in epiſtola ad Domnum Conſtantinum Caietanum Abbatem ſancti Baronti docuit, apud LABBEVM *de Script. Eccleſ. Tom. II. p.* 692. ſcribens: *par fuit in Anſegiſo, qui Caroli & Ludouici Regum Capitula collegit, quorundam hallucinatio. Cum enim Anſegiſum hunc Lobienſem in Cameracenſium diœceſi Abbatem fuiſſe ex Sigeberto conſtet, longeque diuerſum ab Anſegiſo Senonum Archiepiſcopo, quamquam is etiam Abbas ante epiſcopatum fuerat, ſed alterius in Bellouacis monaſterii cui a ſancto Michaële nomen, non defuerunt tamen qui vtrumque Anſegiſum confunderent & digeſtorum in libros capitulorum laudem Archiepiſcopo perperam tribuerent.* Concludit tandem Baluzius his verbis: *ex his quæ dicta hactenus ſunt, colligitur ambigi merito poſſe, an vera ſit eorum ſententia qui Anſegiſum noſtrum volunt fuiſſe Abbatem Lobienſem. In Chronico Fontanellenſi, quod in tomo tertio Spicilegii Dacheriani editum eſt, reperio Anſegiſum Abbatem Fontanellenſem conſtitutum a Ludouico Pio, virum fuiſſe doctum ac librorum amatorem, quorum magnam copiam reliquit in monaſterio Fontanellenſi & in Flauiacenſi, cuius etiam Abbatem fuiſſe docet auctor eiusdem Chronici. Exiſtimare itaque fortaſſis liceret Anſegiſum Abbatem, qui capitularia Legum collegit, eum eſſe qui Fontanellenſis Abbas fuit, & obiit anno DCCCXXXIV. XIII. Kalend. Auguſti, poſtquam eam Abbatiam per annos decem & amplius rexiſſet.* Vid. ANTONIVS PAGO *in Critica Baron. ad a.* 845. *n. XVI.*

******* Patet hoc ex præfatione hiſce Capitularibus præmiſſa. *Dominante per ſecula infinita omnium dominatore Chriſto ſaluatore noſtro, creatore vniuerſæ Creaturæ, anno incarnationis ipſius DCCCXXVII. Indictione V. anno vero imperii glorioſiſſimorum Principum Domni Hludouici Auguſti Chriſtianæ religionis magni propagatoris ac filiorum eius,* ANSEGISVS, *nullis præcedentibus meritis, ſed gratia omnipotentis Dei Abba, pro amore bonæ memoriæ Domni Karoli Imperatoris, nec non & nunc præfatorum Principum hoc in tempore Domni piiſſimi Hludouici Auguſti & præclariſſimorum filiorum eius iuſſu, per interualla temporum, ad Chriſtianam religionem conſeruandam atque ad concordiam pacis & dilectionis in Eccleſia catholica tenendam*

*edita. Sed quia in diuerſis ſparſim ſcripta membranulis per diuerſorum ſpatia temporum fuerant, ne obliuioni traderentur, pro dilectione nimia, vt præfatus ſum, prædictorum glorioſiſſimorum Principum, & pro amore ſanctiſſimæ prolis eorum, ſed & pro ſanctæ Eccleſiæ ſtatu placuit mihi prædicta in hoc libello adunare quæ inuenire potui capitula prædictorum Principum iuſſu deſcripta, vt ad ſanctæ Eccleſiæ ſtatum longæuis conſeruandum temporibus atque ad meritorum præfatorum Principum glorioſius in vita perpetua augmentandum proficiant Amen. Sed hoc notum ſit lectori, quia prædicta Capitula, quæ per interualla temporum a præfatis ſunt Principibus edita, in quatuor diſtinxi libellis. Illa ſcilicet quæ Domnus Karolus Imperator fecit ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in primo adunaui libello. Ea vero eccleſiaſtica quæ Domnus ac piiſſimus Hludouicus Imperator edidit in ſecundo deſcripſi. Illa autem quæ Domnus Karolus in diuerſis fecit temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunaui. Ipſa vero quæ Domnus Hludouicus præclarus Imperator fecit ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarto congeſſi.* Plenius hoc explicauit BALVZIVS *§. XLIII.*

******** Appendix prima hanc habet rubricam: *Capitula Domni Karoli Imperatoris eccleſiaſtica, quæ ideo ſupradictis non coniunxi capitulis, quia alia ex iſtis quaſi cauſa memoriæ ſcripta fuerunt, & non videntur plenum explere ſenſum, alia ſunt geminata, cum aliis videlicet mixta capitulis, alia penitus finita atque ad perfectionem perducta.* Appendici ſecundæ hæc Rubrica eſt præfixa: *Incipiunt iterum Capitula Domni Caroli Imperatoris mundana, quæ ſupraſcriptam videntur habere cauſam.* Appendicis Tertiæ rubrica hæc eſt: *Item Capitula Principum præclariſſimorum eccleſiaſtica ſimul & mundana Domni Hludouici Auguſti & Hlotharii Cæſaris, quæ ſupraſcriptam habere videntur rationem.*

********* Ludouicus Pius enim in Conſtitutionibus ſuis poſt annum 827. publicatis ſæpius ad easdem prouocat. In Capitulari equidem Wormatienſi a. 829. Tit. I. cap. V. *ita enim continetur in capitulare bonæ memoriæ genitoris noſtri*, in libro I. cap. CLVII. Et paullo poſt: *item in capitularo noſtro*, in libro II. cap XXI. de eadem re. Et cap. IX. *Quicunque de rebus Eccleſiarum, quas in beneficium habent, reſtaurationes earum facere neglexerint, iuxta capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis & decimis conſtitutum eſt, ſic de illis adimpleatur*, id eſt, in libro IV. capitulo XXXVIII. de opere & reſtauratione Eccleſiarum. Plura exempla ex Capitularibus Ludouici Pii & Caroli Calui exhibet STEPHANVS BALVZIVS *in præfatione cap. XLI. XLII.*

********** Patet hoc ex epiſtola Leonis IV. Papæ ad Lotharium Imp. ſcripta, quam Iuo & Gratianus recitant c. 9. diſt. 10. *de capitulis vel Præceptis Imperialibus veſtris, veſtrorumque Pontificum prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſeruandis quantum valuimus & valemus Chriſto propitio, & nunc vt in æuum nos conſeruaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem.* Scilicet, mandauerat Lotharius Imp. vt ſua Capitula etiam in Italia ſeruarentur, prout in LL. Longobardicis lib. III. tit. XXXV. fuit ſtatutum: *placuit nobis vt Capitula, quæ excerpſimus de Capitulari bonæ memoriæ glorioſiſſimi Domini noſtri Caroli, & genitoris noſtri Ludouici Imperatoris inuictiſſimi, his omnibus & fidelibus noſtris, & Sancta Eccleſiæ in Regno Italiæ conſiſtentibus per Legem teneantur, & ſeruentur: & quicumque horum Capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur.* Hoc autem dum populo diſpliceret, Papa ne idem ipſi impu-

imputetur, hocce capitulo ſe excuſare videtur. Petiit tamen eodem anno 847. ab Imp. *Veſtram flagitamus Clementiam, Vt ſicut hactenus Romana Lex Viguit abſque Vniverſis procellis, & pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita nunc ſuum robur propriumque Vigorem obtinet.* Ad hoc Lotharius reſpondiſſe videtur: *Volumus, Vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua Lege Vult Viuere; Vt tali Lege, quali Lege Viuere profeſſi ſunt, Viuant: illisque denuntietur, Vt hoc Vnusquisque tam Indices quam Duces, Vel reliquus Populus ſciat: quod ſi offenſionem contra eandem Legem fecerint, eidem Legi, qua profitentur Viuere per diſpenſationem Pontificis & noſtram, ſubiacebunt.* Plenius de hoc Papæ adſerto diſputauit CAROLVS MOLINÆVS *de Monarchia Francorum §. CXXIII. ſqq.* Videri etiam poteſt BALVZIVS contra Baronium diſputans *§. XXI. ſqq.* Quare etiam Iohannes IX. Papa in Concilio Rauennatenſi cap. I. & V. a Lamberto Italiæ Rege, petit: *Vt Capitularium Caroli ac filiorum, nepotumque eius auctoritas confirmaretur, & quæ perperam acta eſſent, legaliter, id eſt, ſecundum eadem Capitula emendarentur.* Decretum igitur fuit: *ſi quis ſanctorum patrum Regulas contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum, Karoli Videlicet magni Imperatoris, & Ludouici, atque Lotharii, nec non & filii eius Ludouici, quæ de Eccleſiaſticis decimis in eorum capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt, non obſeruauerit, & qui dat, & qui recipit, auctoritate ſanctæ ſedis Apoſtolicæ & ſanctione Synodi excommunicatione ſubiacent.* Ipſe Benedictus lib. VII. Capit. c. CCCCLXXVIII. *Maxime trium Vltimorum capitula iſtorum librorum apoſtolica ſunt cuncta auctoritate corroborata, quia his cudendis maxime apoſtolica interfuit legatio. Nam eorum nomina, præter trium, id eſt, Leonis, Sergii, & Georgii, hic non inſeruimus, licet ea per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus, Vitantes legentium atque ſcribentium faſtidia.* Sic in Concilio Meldenſi cap. LXXVIII. *Vt capitula eccleſiaſtica a Domno Carolo Magno Imp. nec non & a Domno Ludouico Pio Aug. promulgata, obnixe obſeruari præcipiantur, ſicut & legalia obſeruanda eſſe noſcuntur.* & cap. LXXX. ad Carolum Caluum Ludouici Pii filium: *Capitula patris Veſtri ſine refragatione de cetero conſeruentur, ac capitulis Veſtræ religionis ab exiguitatis noſtræ miniſterio oblatis hoc diploma, ſi complacet, adnectatur.* Multa quoque huius Collectionis Capitula referuntur in Concilio Trosleiano, Ticinenſi & in Colonienſi ſub Carolo III. Plenius de eo egit BALVZIVS *§. XXVI. ſqq.* ANTONIVS AVGVSTINVS *de emendatione Gratiani libri poſter. dial. X. & XI.* qui demonſtrauit, quænam Capitula Iuris Canonici ex his Capitularibus fuerint deſumta.

************ Primus Capitularia hæc in lucem iterum produxit BEATVS RHENANVS in libro ſecundo Rerum Germanicarum. Poſt eum IOACHIMVS VADIANVS in libro ſexto aphoriſmorum de euchariſtia *p.* 215. Inde VITVS AMERPACHIVS librum Conſtitutionum Caroli M. primus in lucem emiſit, ſub hoc titulo: *præcipuæ conſtitutiones Caroli Magni de rebus eccleſiaſticis & ciuilibus, a Lothario nepote ex aui conſtitutionum libris collectæ, & nuper e cœnobio Tegernſeenſi prolatæ, cum annotationibus & præfatione Viti Amerpachii Ingolſtadii* 1545. 8. Quid in eadem editione fuerit præſtitum, plenius docuit BALVZIVS *§. XLIX. L.* Hunc Codicem poſtea IOANNES BVSÆVS, Presbyter S. I. recudi fecit *Moguntiæ* 1602. ad calcem epiſtolarum Hincmari. Prodiit alias & inter Leges, a Baſilio Ioanne Heroldo editas. Carolum Molinæum etiam eiusdem Exemplum habuiſſe, ad quod in ſcriptis ſuis ſæpius prouocat, teſtatur BALVZIVS *§. XXXVIII.*

† Reperitur illud apud GOLDASTVM in Collectione Legum & Conſuetudinum *p.* 102. Huic talis ſubiecta eſt Sanctio: *Placuit nobis, Vt hæc Capitula, quæ excerpſi-*

*cerpſimus de Capitulis ſanctæ memoriæ aui noſtri Caroli, ac Domini noſtri Hludowici Imperatoris, ab omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſeu noſtris fidelibus in Regno Italiæ conſiſtentibus pro lege teneantur & conſeruentur; & quicunque huius Capitularis contemptor extiterit, LX. ſolid. componat, ſicut in Capitulis prædicti Domini aui.* De eo BARONIVS *Ann. Tom. X. ad a.* 847. *n.* 12.

## §. XII.

*Benedicti Leuitæ Collectio.* Cum vero Anſegiſus plurima Caroli M. ac Ludouici Pii Capitularia prætermiſiſſet, atque Pipini & Carolomanni Conſtitutiones plane omiſiſſet, BENEDICTVS LEVITA Moguntinus, iuſſu Otgarii, Archiepiſcopi Moguntini circa a. 845. hæc Capitularia in vnum collegit, * atque Anſegiſi Collectioni tres libros addidit. ** Confuſam tamen hanc Benedicti collectionem atque e variis centonibus conſarcinatam, dudum docti adgnouerunt. *** Quippe, non ſolum alia quædam præter Capitularia continet, vt Zachariæ Papæ Epiſtolam, Excerpta ex Canonibus Conciliorum, Conſtitutionibus Synodalibus Epiſcoporum, Codice Theodoſiano, Legibus antiquorum & ſimilis generis, ſed etiam omnia Ludouici Pii Capitularia non comprehendit, quæ poſtea ſub Additionum Titulo prodierunt. **** Septem igitur libris hæc Anſegiſi atque Benedicti Collectio coniunctim conſtat, ***** quos ſequuntur Additionum libri IV. in quibus multa reperiuntur, quæ neque apud Anſegiſum, neque apud Benedictum extant. ****** Recepta fuit ſtatim vſu publico hæc Collectio non in terris ſolum Germaniæ, ſed etiam in Francia, ante annum 858. *******

* ANTONIVS equidem POSSEVINVS in *Apparatu ſacro*, voce *Meldenſis Synodus* & BARONIVS ad a. 845. & 847. putant, illam collectionem a Benedicto confectam fuiſſe, ex præcepto Concilii Meldenſis, quoniam idem Concilium, prout ex c. LXXVIII. adparet, a Carolo Caluo poſtulauerat, vt capitula eccleſiaſtica a Domno Karolo Magno Imperatore nec non a Domno Ludouico Pio Auguſto promulgata obnixe obſeruari præcipiantur: Verum, bene iamdum monuit HERM. CONRINGIVS *de Orig. Iur. Germ. c. XV. & XVII.* falſam hanc eſſe ſententiam, cum vix credendum, Benedictum, qui in regno Ludouici Germanici vixit, opus hoc adgreſſum fuiſſe, iuſſu Epiſcoporum alterius regni. Potiſſimum vero patet ex verſibus huic Collectioni præmiſſis, Autgarii potius iuſſu hanc collectionem fuiſſe factam:

*Quattuor explicitis, lector venerande, libellis,*
*Qui canonum recitant iura tenenda ſatis,*
*Quosque pater quondam collegit nobiles apte*
*Anſegiſus ouans ductus amore Dei,*
*Autcario demum, quem tunc Mogontia ſummum*
*Pontificem tenuit, præcipiente pio,*
*Poſt Benedictus ego ternos Leuita libellos*
*Adnexi, legis quis recitatur opus,*

Quos

*Quos patet inuentos, præfatio pandit vt ipſa,*
*Diſtinctim titulis ſubpoſitisque ſuis.*
*Hos igitur relegens deuoto pectore biblos,*
*Gratanter ſtudeas fundere, poſco, preces*
*Quatinus æterno donentur munere cælo*
*Hæc pia ſanxerunt qui quoque iura pie.*

** Sic enim incipit Præfatio Collectionis Benedicti: *præcedentes quatuor libelli nonnulla glorioſiſſimorum Karoli atque Hluduouici Imperatorum continent capitula, quæ eorum tempore ab Anſegiſo Abbate ſunt collecta atque in prædictis coacta libellis, ſicut in eorundem proœmio continetur. Sed quia ab eo nec media, vt rati ſumus, ſunt forſitan inuenta vel collecta, neceſſe erat, vt a fidelibus vbicunque inueniri potuiſſent quærerentur, & ob recordationem tantorum Principum vel eorundem capitulorum vtilitatem coadunarentur, & membranis infererentur, atque a fidelibus memoriæ commendarentur. Quapropter ea quæ ille aut inuenire nequiuit aut inſerere fortaſſe noluit, & illa quæ poſtmodum a fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & Pippini ac Karoli atque Hluduouici didicimus in iamdictis libellis minime eſſe inſerta, pro Dei omnipotentis amore & ſanctæ Dei Eccleſiæ ac ſeruorum eius atque totius populi vtilitate fideliter inueſtigare curauimus, & in tribus ſubſequentibus libellis diſtincte cum titulis ſuis coadunare, ac Hluduouico Hlotharioque atque Karolo nobiliſſimis Regibus, filiis ſcilicet Hludouici piiſſimi Imperatoris, habenda & omnium Chriſtianorum fidelium tradenda ſcribere non diſtulimus, vt ſcirent qualiter iuxta normam aui, proaui, ac genitoris, ſecundum Domini ſcilicet voluntatem, ſicut & illi fecerunt, clerum & populum ſibi commiſſum, Domino opem ferente, regere mererentur. Hæc vero capitula, quæ in ſubſequentibus tribus libellis coadunare ſtuduimus, in diuerſis locis & in diuerſis ſcedulis, ſicut in diuerſis ſynodis ac placitis generalibus edita erant, ſparſim inuenimus, & maxime in ſanctæ Mogontiacenſis metropolis Eccleſiæ ſcrinio a Riculfo eiusdem ſanctæ ſedis Metropolitano recondita; & demum ab Autcario ſecundo eius ſucceſſore atque conſanguineo inuenta reperimus, quæ in hoc opuſculo tenore ſupraſcripto inſerere maluimus.* De hoc Riculpho & Otgario ſic loquitur CONRINO cap. XV. p. 71. *eſt autem Riculphus is qui S. Lullo ſucceſſit anno DCCLXXXVI. vt notat Hermannus Contractus: præfuit autem Synodo Moguntinæ anno DCCCXIII. & inter alios Teſtamento Carolino ſubſcripſit nomen. Et vero huius curioſitas in canonibus colligendis ab Hincmaro etiam Remenſi Archiepiſcopo notatur libro IV. c. XXIV. eius operis, quod improbo nepoti ſuo Hincmaro Epiſcopo Laudunenſi oppoſuit. Autharius vero eſt ille, qui alias Othgarius audit, non minus curioſus canonum & legum ſcrutator. De hoc Othgario & Richolpho vt & ipſo Benedicto Leuita in hunc modum Auctor incertus vetus: Benedictus Moguntiacenſis Eccleſiæ Leuita, Capitula quædam regalia, ſynodalia, & alia collegit, ex iis quæ in ſcriniis eiusdem Metropolis reponi fecerunt Richolfus Archiepiſcopus, qui monaſterium ſancti Albini renouauit & Moguntinæ Synodo ſub D. Karolo præfuit, & Otgarius eius conſanguineus & ſecundus poſt Haiſtulfum ſucceſſor. Quorum vterque huiusmodi Capitulorum percurioſus fuit, & erga S. Sedem Rom. valde deuotus; adeo vt Otgario etiam Apoſtolicus Gregorius ſuas vices in Germania aliquando commiſerit. Hic Hludouici Imp. filiis contra patrem fauit, ſed poſtea reconciliatus eſt, & decedens anno DCCCXLVII. Lotharii Imp. VII. ſucceſſorem habuit in Archiepiſcopatu D. Rhabanum Abbatem Fuldenſem.*

*** P. PITHOEVS in Præfatione: *illud etiam verendum eſt, ne nos quoque in*

*hac rutubra non pauca feſellerint. Quamquam nec fortaſſis fuerint illa tanti, præſertim quæ poſt Anſegiſum pro cuiusque collectoris ingenio & propoſito, confuſe nulloque ordine aut delectu, non certa etiam plerumque auctoritate & fide, ex Gallicanis canonibus ac pœnitentialibus libellis, SS. quoque Patrum ſententiis, quædam etiam ex Iuliani Anteceſſoris CP. Nouellis & Alarici breuiario Anianique ad illud interpretationibus, quin & ex VViſigothorum Longobardorumque legibus nonnulla addita facile recognoſcent quibus hac curæ erunt : quæ nec ipſa tamen omiſſa voluimus , ne quis deſideraret ac requireret.* ANTONIVS AVGVSTINVS de emend. Gratiani lib. II. dial. X. p. 444. *Ordinem noui ab eo expoſcere, contenti ſimus ipſo collectionis opere , & vt aiunt , quod dant , accipiamus. Omnia fere ſine vlla inſcriptione proponuntur , etiam ſi ex aliis libris intelligamus cuius ſint.*

**** Ipſe Benedictus contenta collectionis ſuæ in præfatione his verbis recenſet : *primo igitur in loco poſuimus nonnullos verſiculos in laudem prædictorum Principum metrice compoſitos. Deinde ſequuntur capitula primi libelli, ſubiectis numeris ſuis, vt facilius inueniri poſſit ſententia quæ quæritur. His ita peractis, eſt in fronte primi libelli poſita Zachariæ Papæ epiſtola omnibus Epiſcopis ac reliquis eccleſiaſtici ordinis gradibus & cunctis Ducibus atque Comitibus omnibusque Deum timentibus per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis directa, ſicut in ea continetur. Quam ſequuntur duo ſynodales conuentus, quos ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius memoratæ Magontiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus vice ſupradicti Zachariæ Papæ vna cum Karlomanno Francorum Principe canonice tenuit. Vt agnoſcant omnes hæc prædictorum Principum capitula maxime apoſtolica auctoritate fore firmata. Poſt iſta quoque quæ ſequuntur, eadem auctoritate, maxima, vt diximus, ex parte, & omnium Francorum vtriusque ordinis virorum aſſenſu ſunt roborata. Secundo vero in libello, poſt capitulorum numerum, prima fronte poſita ſunt quædam ex lege diuina excerpta capitula, ſicut ea ſparſim in eorum mixta capitulis reperimus, vt omnes hæc capitula legibus diuinis regulisque canonicis concordare non ignorent. Tertio ſiquidem in libello, poſt eiusdem libelli capitulorum numerum, quædam ex canonibus a Paulino Epiſcopo & Albino magiſtro reliquisque iuſſione Karoli inuictiſſimi Principis magiſtris ſparſim collecta ſunt inſerta capitula, & quibusdam interpoſitis, ſequuntur alia regulæ monaſticæ congruentia, & demum ea quæ ſequuntur ad ſancta Dei Eccleſiæ ſeruorumque eius atque totius Chriſtiani populi vtilitatem ſunt conſcripta capitula, ſicut in eodem continentur libello.* In eo tamen Benedictum defendit BALVZIVS §. *XLV.* quod capitula, quæ collegerit, minime in ſedis Romanæ gratiam vel adulterauerit, vel interpolauerit. Id autem a ſe factum eſſe confitetur in calce libri ſeptimi, vt vitaret faſtidium legentium.

***** Demonſtrat tamen BALVZIVS §. *XLVII.* quandoque etiam Benedicti collectionem ſeparatum corpus conſtituiſſe, ita, vt liber Quintus Capitularium adlegaretur ab Hincmaro, liber primus, liber ſextus, liber ſecundus. Præterea Iſaac, Epiſcopus Lingonenſis collectionem ſuam ex ſolis tribus libris Capitularium a Benedicto Leuita editis, adornauit.

****** De his additionibus BALVZIVS §. XLVIII. *putauit Sirmondus illas fuiſſe compoſitas a Benedicto Leuita. Verum ille nullam illarum mentionem facit in præfatione ſua, & quamuis in codice Bellouacenſis Eccleſiæ tres poſteriores additiones legantur poſt libros Anſegiſi & Benedicti, & in Tiliano reperiantur etiam poſt librum ſeptimum pleraque capitula trium vltimarum additionum, in vetuſtiſſimis tamen exemplaribus*

*bus Petri Pithœi & Iacobi Sirmondi, in quibus nihil eſt Benedicti Leuitæ, quatuor additiones adiunctæ reperiuntur poſt libros quatuor Anſegiſi. Illud etiam notandum eſt in hoc loco, additionem primam non haberi in codice Tiliano, neque in Bellouacenſi, nec in Palatino. In iſtis tamen duobus vltimis deſcriptam fuiſſe antiquitus, tanquam partem faceret libri ſeptimi, hinc colligitur quod in titulis eidem libro ſeptimo præfixis in eisdem duobus codicibus ſequuntur conſequentibus numeris lemmata capitum primæ additionis, ita vt additis, ad CCCCLXXVIII. capita libri ſeptimi capitibus octuaginta primæ additionis, conſurgat numerus DLVIII. capitulorum.* Neque tamen Conringius, nec Baluzius harum Additionum auctorem indicare audent. Hoc ſaltim dicit CONRINGIVS *p. 74. Quisquis ſit, eiusdem profecto fuit cum Benedicto ingenii, vtpote qui & ipſe multa inepta & falſa pro regiis legibus ſubſtituere, haud fuerit veritus.* Additio prima Capitulare Ludouici Pii Aquisgranenſe de vita & conuerſatione Monachorum a. 817. continet. Additio ſecunda hanc rubricam habet: *Capitula, quæ deinceps ſequuntur, non tunc quando præſcripta, velut in ſubſequentibus habentur, inuenta, collecta, ordinata, hucque inſerta eſſe noſcuntur, ſed poſtmodum a fidelibus reperta, hac in ſcedula, ſicut acta erant, ſunt inſerta, vt facilius a fidelibus, quotiens neceſſe fuerit, reperiantur.* Additionis tertiæ hæc eſt rubrica: *Hæc capitula proprie ſunt ad Epiſcopos vel ad Ordines quosque eccleſiaſticos pertinentia; quæ non ſolum obſeruare, ſed etiam ſibi ſubiectis vel commiſſis facienda perdocere debent.* Additio quarta talem habet rubricam: *Sequentia quædam Capitula Ex ſanctorum patrum decretis & Imperatorum edictis colligere curauimus, atque inter noſtra capitula lege firmiſſima tenenda generali conſultu Erchembaldo Cancellario noſtro inſerere iuſſimus.*

******* De hoc BALVZIVS §. XLVI. *Prodiit illa & vſu publico recepta eſt, non ſolum in regno Germaniæ, ſed etiam in Francia noſtra, ante annum Chriſti octingenteſimum quinquageſimum octauum. Nam cum eo anno Herardus Archiepiſcopus Turonenſis capitula ſua ediderit, magnamque eorum partem abbreuiauerit ex illis quæ in collectione Benedicti habentur, manifeſtum eſt illa vſum fuiſſe. Poſtea Iſaac Epiſcopus Lingonenſis capitula quoque ſua collegit ex iisdem tribus Benedicti Leuitæ libris. Laudantur denique frequenter capitula eiusdem collectionis in Concilio apud ſanctam Maceram, in Trosleiano, & ab Hincmaro, Reginone, Fulberto, & Iuone. Nam de Burchardo ſilere me debere puto quia tamen etſi multa acceperit ex illa Benedicti collectione, maluit eſſe mendax, vt ſæpe monuimus, quam capitularia Regum noſtrorum laudare.*

## §. XIII.

*Editiones Capitularium.*

Plures ſunt, quibus Capitularium editionem debemus. IO. TILIVS enim eam reliquit imperfectam. * Perfecit eandem, ſed variis locis immutatam atque interpolatam PETRVS PITHOEVS ** & poſt eum FRANCISCVS PITHOEVS. *** Locupletiorem denique atque accuratiorem Capitularium editionem noſtra ætate adornavit doctiſſimus Abbas, STEPHANVS BALVZIVS, ex Anſegiſi atque Benedicti Additionibus conſtantem. Has autem collectiones vna cum quatuor Additionibus tales repræſentauit, quales ab auctoribus earum fuerant compoſitæ, & ſecundum numeros ab antiquis adlegatos. **** Multum autem ad hunc laborem adiutus



fuit

fuit Codicibus manu exaratis. Neque tamen ſolum Capitularia Caroli M. & Ludouici Pii ab Anſegiſo collecta euulgauit, ſed etiam quotquot reperire potuit antiquiorum etiam Regum Francicorum Capitularia & Epiſtolas. Tomo ſecundo inſeruit Capitula Ludouici II. Caroli Calui, Ludouici Balbi, Carolomanni, Ottonis Regis, Caroli III. variasque formulas Marculphi, Sirmondicas, Bignonianas, Lindenbrogii, aliasque, Franciſci Pithœi, Iacobi Sirmondi, Hieronymi Bignonii, ſuasque notas proprias & Gloſſarium. *****

* Prodiit *Pariſiis* 1548. ſed pertingit ſaltim ad caput CCLXXXIX. libri ſexti, de qua editione BALVZIVS §. *LI.*

** De hac editione BALVZIVS §. LIII. *Triginta poſt annis Petrus Pithæus nouam & ampliorem capitularium editionem procurauit, Tilianam imitatus, quam auxit capitulis quæ deerant in iſta. Vterque vero interpolauit collectionem Anſegiſi; ex collectione vero Benedicti Leuitæ plurima capitula comiſerunt, quia videbant illa in aliis eiusdem operis locis reperiri.* Pergit deinde & §. *LIII.* ad *LXII.* varios a Tilio & Pithœo commiſſos errores atque mutilationes perperam factas, demonſtrat.

*** BALVZIVS §. LXIII. *poſt editionem Tilianam & primam Pithæanam, altera ſucceſſit Franciſci Pithæi anno MDCIII. deſcripta ex illis duabus, ſed rurſum interpolata & corrupta per ſpeciem interpolationis.* Pergit inde atque hoc §. LXIII. LXIV. LXV. exemplis demonſtrat.

**** Sic ipſe BALVZIVS § LXVI. *Melius nos, vt arbitror, qui collectiones Anſegiſi & Benedicti Leuitæ ac additiones quatuor tales repræſentauimus quales ab auctoribus earum compoſitæ fuerunt, & ſecundum numeros a Ludouico Pio, Karolo Caluo, Hincmaro, Iſaaco, Reginone, Concilio Trosleiano, Fulberto, & Iuone adnotatos. Itaque deinceps difficile non erit reperire capitula a vetuſtis illis auctoribus recitata ex libris Capitularium.*

***** Ipſe BALVZIVS in præfatione §. *LXVII. ſqq.* prolixius exponit, quid in hac editione præſtiterit, & quibus adiutus fuerit Codicibus MSCtis.

## §. XIV.

*Francicæ Leges apud Germanos.*

Erant autem hæc Francorum Regum Capitularia apud Germanos, licet iſti ſub Ludouico Germanico, Regi ſeparato ſubiicerentur, etiam vſitata. * Extincta autem Linea Carolingica, cum Germani ſibi ipſis Reges ſumerent ex Ducibus ſuis, deſierunt etiam ſenſim apud eosdem leges Carolingicæ, ** & non tam ex ſcripto, quam potius ex moribus receptis fuit iudicatum, niſi quod Leges quædam vel publicæ vel particulares ab Ottonibus, horumque ſucceſſoribus in Comitiis fuerint latæ, inter quas tamen Ius Weichbildicum Magdeburgenſe, quippe Ottone M. recentius, haut eſt referendum. *** Occurrit etiam in diuerſis Diplomatibus *Iure Francorum poſſidere.* Quo ipſo tamen non ipſæ Leges Fran-

Digitized by Google

Francorum, ſed libertas & immunitas a ſeruitiis atque præſtationibus intelligi debere videtur. ****

* Prouocatur enim ſæpius in Synodis Germanicis ad hæc Capitularia. Sic in Synodo Moguntina ſub Rabano Mauro habita c. XVI. legitur: *monemus regiam pietatem de oppreſſione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iuſtitiam opprimantur, vel cogantur, ut res ſuas vendant ſiue tradant, ne forte parentes eorum contra iuſtitiam fiant exheredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi propter indigentiam mendici vel latrones vel malefactores efficiantur: & ut ſæpius non fiant banniti ad Placita, niſi ſicut in Dominico Capitulari facto præcipitur.* In Cap. III. Synodi Colonienſis adducitur aliquid ex *Capitularibus Regum Caroli & Ludouici.* In Synodi Moguntinæ, quæ ſub Arnolpho Cæſare fuit habita a. 889. cap. XXI. & XXIII. mentio fit Capitularis Dominici. Vid. CONRING *cap. XVII. p.* 90.

** In Concilio Triburienſi, quod celebratum fuit a. 896. nulla plane mentio Capitularium, potius in Proœmio: *cum conſtet omnibus diuinam legem tractantibus, poſt Euangelia & limpidiſſima Noui Teſtamenti fluamenta, beatorum canonibus Apoſtolorum & ſanctorum patrum apud Nicæam Bithyniæ congregatorum conſtitutis, nec non & Apoſtolicorum Romanæ Sedis Pontificum decretis, ſatis occurriſſe, reſtitiſſe, & oppugnaſſe.* In decreto vero Ottonis M. Francofurtenſi a. 952. apud REGINONEM *Append. I. cap. LIII. conſtitutum eſt in Franconofurth a Rege glorioſiſſimo Ottone anno illius XV. conſentientibus Epiſcopis, Comitibus aliiſque fidelibus compluribus, canonum ſanctorumque patrum auctoritate, nec non Capitularium præcedentium inſtitutis, coram poſitis.* Hæc tamen Reginonis non eſſe facile patet, cum iſte iamdum temporibus Conradi I. elarueriт, prout iamdum demonſtrauit CONRINGIVS *cap. XVIII. exeunte.* STEPHANVS BALVZIVS equidem in Præfatione cap. I. a reiectis hiſce Capitularibus Germaniæ mala reputat, ſcribens: *quin & Germani ipſi, tametſi a Francis diſſociati, nomen Francorum legesque eorum ſumma religione ſeruarunt per multum æui, donec ad Ottones ventum eſt. Tum enim, quaſi præcipitantibus rem Germanicam fatis, nomen Francorum, quod patrum eorum memoria glorioſum & illuſtre apud illos erat obiecerunt, capitularium reuerentiam exuerunt, tam manifeſta diuini numinis ira, ut deinceps res eorum paulatim dilaberentur non ſine magno religionis noſtræ detrimento, adeo, ut publica regni illius calamitas, præter cæteras cauſas, etiam ex neglectione diſciplinæ in capitularibus perſcriptæ profecta iure videri poſſit.* Verum, ex Capitularium neglectu vix quidpiam erit reputandum, ni Cleri dominandi cupido omnia turbaſſet.

*** Nemo CONRINGIO melius hæc explicauit, dum c. XIIX. p. 94. ſic loquitur: *Venimus ad Ottonem Magnum: cui ut & eius filio ciuiles quædam leges ſcriptæ feruntur acceptæ. Etenim Gloſſa Germanica Speculi Saxonici articulum octogeſimum tertium & quartum libri tertii, ab Ottone Magno anno decimo regni, menſ. Iunio, eo loci ubi nunc eſt Magdeburgum, eiusdem libri articulum octogeſimum quintum & ſextum ab Ottone Ruffo filio, anno regni ſeptimo, ſcribit conditos. Verum qua fide iſthæc ſcribantur, nolo pronunciare. Auctori ſane illius gloſſæ quam parum ſit tribuendum in hiſtoria, iam ſupra memorauimus. Nec tamen refellere illa nunc licet: proinde in medio ponenda; præſertim cum parum referat ſcire in re tam exigua, quid verum aut ab eo ſit alienum. Maiori fama utrique illi Cæſari adſcribitur Ius VVeichbildicum, quod appellatur Magdeburgenſe, magni ſane olim & nominis & uſus. In fine illius Iuris legitur, datum*

*illud in anno Domini nongenteſimo quadrageſimo octauo, Imperii anno tertio. Verum epilogum illum non ab ea eſſe manu qua ipſe liber eſt conſcriptus, ſole eſt clarius. Etenim auctor libri, de Ottonibus tanquam dudum defunctis ſemper loquitur: quin art. III. Friderici primi & Henrici ſexti, art. XXIIX. eiusdem Friderici primi, art. LV. & alibi Ottonis quarti, conſtitutiones recitat. Ex aduerſo auctor epilogi Ottonem ipſum loquentem introducit. Quod quam inepte cum ipſo libro cohaereat, nemo non videt. Prodit vero etiam aliis multis notis Epilogus ille ſcriptoris ſui impudentiam. Neque enim dictio, vtut barbara ſit & inepta, cum ſcribendi ratione Ottonum veris tabulis vſitata vnum colorem habet: quod neminem vel leuiter hoc in ſtudiorum genere verſato poteſt latere. Neque ille annus Chriſti eſt Imperii tertius, quum Otto demum anno DCCCCLXII. Imperator caperit audire, & ab illo tempore anni Imperii eius ſoleant numerari. Nec Benedictus aliquis Papa tum vixit: quin illum qui huius nominis contra Leonem octauum intruſus eſt in Romanam ſedem, Otto expulit & Hamburgum in exilium miſit. Sunt, qui a librarii manu errorem commiſſum in temporum notis cauſentur, ſcribendumque pertendant DCCCCXXXIX. Verum nihil iuuat commentum. Praeterquam enim quod ſit contra fidem manuſcriptorum codicum; ne ille quidem Chriſti annus eſt Imperii tertius ſed regni, qua accurate olim fuere diſtincta, nec iam tum Caeſar fuit Otto ſed tantum Rex Germaniae, multo minus Papa aliquis Benedictus audiit. Non dubium igitur eſt, omnem illum epilogum ab homine quodam ſtudioſo quidem Magdeburgenſis vrbis, ſed omnis hiſtoriae imperito, turpi mendacio confictum eſſe. Scilicet eiusdem notae hic epilogus eſt cum tabulis priuilegiorum, quae ab Ottonibus Magno ac Ruffo, condita a ſeſe vel potius exornatae vrbi Magdeburgo feruntur conceſſa: quas itidem intra trecentos proximos annos a falſario quodam fallendi artem minus tamen docto, ſuppoſitas eſſe, certum eſt. Nec enim eſt cur meliora ſuſpicemur, autoritate moti Goldaſti, qui tabulas illas non dubitauit inſerere ſuis Conſtitutionum Imperialium voluminibus nulla ſiniſtra nota inſiguitas. Habet enim multa ſimilia alia: paſſus nonnunquam humani aliquid, praeſertim in gratiam eorum, quibus operam mercede locauerat. Quamuis vero auctor iuris VVeichbildici candidius nobiſcum egerit, ne quidem illi tamen tute credideris, ea omnia ab Ottonibus eſſe, quae in libro iſto iis adſcribuntur. Certe, quae de condito Magdeburgo, de Ducatu Schartouienſe, de Iudicio Palatino Magdeburgenſe & Hallenſe ab Ottone Magno aut eius filio inſtitutis, narrantur, fabuloſa ſunt & illius aui melioribus monumentis refragantur. Sed & VVeichbildici illius iuris vſus, longo demum poſt tempore coepit, vt infra oſtendetur. Nec tamen negauerimus iura quaedam Magdeburgo, quod opidum Otto maxime excoluit, eſſe lata, & conceſſas immunitates.*

**** Patet hoc ex Priuilegio, de a. 1180. quod Fridericus I. Monaſterio Portenſi conceſſit, apud PERTVCHIVM Chronico cap. II. p. 36. *permiſſione quoque & voluntate noſtra iidem fratres de Porta coëmerunt a Theodorico de Liznic villico noſtro molendinum vnum in Pichou, ita vt iure Francorum perpetuo illud poſſidentes ſex tantum ſolidos eidem villico & ſucceſſoribus eius annuatim exinde perſoluerent.* Sic in Priuilegio Henrici Haſſiae Landgrauii Ciuitati Grünbergenſi conceſſo, apud HERTIVM de Conſult. Legibus & Iudiciis p. 463. *dicunt itaque ſe franconei eſſe, & ideo ſortiti ſunt ius francorum.* Libertatem autem hic intelligi patet ex verbis ſubſequentibus: *Ceterum ſingulis annis poſtquam expirauerit libertas, quam per decem annos indulſimus eisdem, dabunt nobis circa natiuitatem Domini nonaginta marcas denariorum Colonienſium, nec exigetur quicquam ab eisdem vel in dando vel in praeſtando vltra ſummam prius dictam.*

§. XV.

Digitized by Google

## §. XV.

Plures equidem Ottonis M. Conſtitutiones memorantur in diuerſis Comitiis latæ, neque tamen iſtæ nos morabuntur, quæ vel publicum ſtatum tangunt, vel eccleſiaſticum, ſaltem de iis dicemus, quæ ad ſtatum faciunt ciuilem. In Comitiis equidem Weſtphaliæ Stelenſibus a. 942. celebratis, nepotibus ius, patres in hæreditate auita præſentandi fuit conceſſum, idemque iudicio Gladiatorum, ſiue per Legem Duellionum confirmatum.* Alias ipſius Conſtitutiones diuerſis annis latas, congeſſit Melchior Goldaſtus. ** Filius, qui ipſum excipiebat, Otto II. dictus Rufus, Conſtitutiones reliquit de duobus Reis ſtipulandi vel promittendi, aliasque. *** Extant quoque Ottonis III. Conſtitutiones de Mancipiorum proprietate. **** Henrici II. ſunt Conſtitutiones de veneficiis & illicitis nuptiis, in qua etiam Anteceſſorum Leges confirmat, ***** de Iuriſdictione eccleſiarum Imperii, de Pacis Turbatoribus & Homicidiis, de Parricidiis. ****** Potiſſimum vero idem Henricus Legem tulit de Iuramento Calumniæ Clericorum, in qua ad Conſtitutionem D. Marci prouocat, & D. Iuſtiniani conſtitutionem. ******* *Leges Impp. Saxonicorum.*

* WITTICHINDVS Ann. lib. II. p. 644. *de legum quoque varietate facta eſt contentio, fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditatemque legitime cum filiis ſortiri, ſi forte patres eorum obiiſſent auis ſuperſtitibus. Vnde exiit edictum a rege, vt vniuerſalis populi conuentio fieret apud villam, quæ dicitur Stela, factumque eſt, vt cauſa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex autem meliori conſilio vſus, noluit viros nobiles ac ſenes populi inhoneſte tractari, ſed magis rem inter gladiatores diſcerni iuſſit. Vicit igitur pars qui filios filiorum computabant inter filios: & firmatum eſt, vt æqualiter cum patruis hereditatem diuiderent pacto ſempiterno.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 942. *orta diſſenſione inter principes de varietate legis, vtrum deberent auis ſuperſtitibus filii filiorum poſt parentes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus deberet hæreditas ad patruos redire, ex regis Ottonis omniumque principum ſententia cognitio veritatis commiſſa eſt gladiatorio iudicio, ceſſitque victoria his qui cenſebant, fratrum filios debere cum patribus hæreditare.* Incerta autem nonnunquam per Legem Duellionum fuiſſe decreta, infra pluribus dicemus.

** *Conſtit. Imper. Tomo vno p. 215. ſeqq. Tomo III. p. 303. ſqq.* Hunc tamen Ottonem M. in Comitiis a. 952. Francofurti celebratis, Capitularia præcedentium Regum quoque obſeruaſſe, patet ex RHEGINONE *de diſciplina eccleſiaſtica cap. XXI.*

*** GOLDASTVS *Tomo vno p. 225. 226. Tomo III. p. 309.*

**** GOLDASTVS *Tomo III. p. 311.*

***** SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. VIII. p. 189. ad a. 1013.* de Henrico II. *leges tulit, quarum aliquot de veneficiis, & illicitis nuptiis adhuc extant in quarum vna hæc verba ſunt. Super hoc, dum in Regni vniuerſali conuentu Longobardorum ſedere-*

*deremus, huiusmodi legem epiſcoporum, marchionum, Comitum, aliorumque multorum conſenſu, & auctoritate probari ſancimus: in altera hac: cum in Regni vniuerſali conuentu noſtrorum fidelium principum Italicorum ſederemus, orta quaſtione de illicitis coniugiis conſilio noſtrorum principum, archiepiſcoporum, marchionum, Comitum, ac indicio iudicum, ſeu conſenſu omnium indicantium, huiusmodi ſententiam definimus.* Extat hæc Lex inter Leges Longobardorum *lib. II. Tit. VIII. l.* 14.

****** GOLDASTVS *Tomo III. p.* 311. 312

******* Extat hæc Conſtitutio in Lege Longobard. lib. II. Tit. LXVII. l. 11. *Henricus diuina pietate ſecundus Romanorum Imperator Auguſtus Quoniam in legibus cautum eſt, vt nemo clericorum iurare præſumat: alibi vero reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſubeant iusiurandum calumniæ: nonnullis legis peritis res venit in dubium, vtrum clerici iusiurandum præſtare debeant, aut alii perſonæ hoc officium liceat delegare. Quia enim illius conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur: a Marco Auguſto conſtitutum eſt, propterea quia de Conſtantinopolitanis clericis promulgatum fuiſſe videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Vt ergo hac dubietas omnibus penitus auferatur, illam Diui Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium Eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum diuus Iuſtinianus iure decreuerit, vt Canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum Canonibus reperitur, vt Clerici iurare non audeant, dignum eſt, vt totus clericalis ordo a præſtando iureiurando immunis eſſe procul dubio cenſeatur. Quapropter nos vtriusque videlicet diuinæ & humanæ legis intentione ſeruata decernimus, & imperiali auctoritate irretractabiliter diffinimus, vt nec Epiſcopi, nec presbyteri, nec cuiuscunque ordinis clerus, non Abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis in quacunque controuerſia, ſiue criminali ſiue ciuili, iusiurandum qualibet ratione compellatur ſubire: ſed aduocatis ſuis propriis idoneis hoc officium debeant delegare.* Sub Conſtitutione Diui Marci intelligit KVLPISIVS de German. Legum Orig. *l.* 25. *C. de Epiſcopis*, quæ tamen Marciani eſt, ſub Conſtitutione D. Iuſtiniani *l.* 2. *C. de iurei. propter calumn.*

## §. XVI.

*Leges Impp. Franciscorum.* Inter Franciscos Imperatores, Conrado II. dicto Salico, multæ Leges tribuuntur, * inter easdemque Conſtitutio iſta de Expeditione Romana. ** Sic, inter Leges etiam Feudales multæ ipſi adſcribuntur. *** Goldaſtus ipſius exhibet Conſtitutionem de Pace Publica, Pace Mercatorum, Banno Foreſtorum & bonis Eccleſiarum non alienandis. **** Idem ille legem crudeliſſimam Saxonum ſecundum eorum voluntatem conſtanti auctoritate roborauit. ***** Henrici III. extat Conſtitutio de Veneficiis. ****** Henrici IV. habemus Conſtitutiones de Iuribus cuilibet ſeruandis, Iure Miniſterialium, illicitis nuptiis, & Iureiurando Clericorum. Eiusdem quoque & filii Henrici V. habemus Conſtitutiones de pace publica Imperii & Eccleſiæ. *******

* MARTINVS POLONVS *c. XCIV. hic multas leges condidit.*

** Hanc

** Hanc Conrado II. tribuendam eſſe coniectatur IO. SCHILTERVS *Cod. Iuris Feud. Alemann. ad cap. VIII. §. XI.* CONRAD SAMVEL SCHVRTZFLEISCH *de expeditione Romana Conrado Salico vindicata:* Sed de ea infra, in Hiſtoria Iuris Publici pluribus dicemus.

*** Talis eſt Conſtitutio Conradi in Legibus Longobardorum lib. III. Tit. VIII. c. IV. *de ſucceſſione filiorum & Adgnatorum.* Hanc HEROLDVS Legibus Francicis lib. V. p. 344. inſeruit, eundem pro more Pontificiorum vocans Conradum I, quia iis, qui alias primus vocatur, Imperator non fuit. Huius Conſtitutionis pars reperitur *I. F. I.* Huic autem Conrado eandem tribuendam eſſe, ex eo patet, quod §. 2. in eadem dicatur: *cum vero Conradus Romam proficiſceretur*, quod de reliquis Conradis, qui Romam haut venerunt, dici nequit. Inde II. F. IX. §. vlt. Legis Conradi de Feudi alienatione fit mentio. Et *II. F. XXXIV.* Lex Conradi de contentione inter Capitaneos extat. *II. F. XL.* Capitula Conradi de beneficiis in Romandiola publicata exhibentur.

**** *Tom. III. pag.* 312.

***** De hoc ſupra dictum *§. VII.*

****** GOLDASTVS *Tom. III. p.* 312.

******* GOLDASTVS *Tom. III. p.* 312. *ſqq. & Tomo vno p.* 252.

## §. XVII.

Sueuici Imperatores vel in Germaniæ Comitiis, vel in Roncaliis Italiæ campis de rebus diuerſis Leges tulerunt, potiſſimum Feudales. * Tales ſunt Friderici I. Leges Caſtrenſes, latæ apud Brixiam in Conuentu Principum Imperii a. 1158. ** Aliæ Eiusdem ſunt Conſtitutiones Ciuiles de Iudiciis & foro competente, probationibus, furtis, non voluntariis homicidiis, officio Scabinorum, ſeruitute natiuitatis, comparitione in iudiciis extraneis, *hereſchildo* Abbatiſſæ & Epiſcopi. *** Facit huc Authentica Codicis *Ne filius pro patre* apud Roncalias menſe Nouembri a. 1158. lata, quæ perperam Friderico II. tribuitur. **** Eiusdem pax publica in Conuentu Principum Noribergenſi a. 1187. fuit firmata. ***** Ottonis IV. habemus Conſtitutiones de donationibus & vulneratis. ****** Hic pacem etiam publicam ******* & iura legesque antiquas firmauit. Varias eiusmodi Conſtitutiones Burcardus Wormatienſis in XX. libris Iuris Eccleſiaſtici in vſum ſuæ Diœceſeos congeſſit, qui vero publica auctoritate nunquam fuerunt recepti. ******** Neque etiam de ſingularum quæ extant conſtitutionum fide ſatis conſtat.

*Sueuicorum Impp. Leges.*

* Conuentum talem in campis Roncaliis deſcribit OTTO FRISINGENSIS *de G. Friderici II. lib. II. c. XII.* Talis iamdum ab Ottone II. a. 973. fuit habitus, de quo Synt. H. Germ. *diſſ. XIII. §. III.* & ſub Friderico I. *Diſſ. XVII. §. XXII.* FRANCKENSTEINIVS *Diſſ. de Maiumis, Maicampis & Roncaliis*, du FRESNE *voce Roncalii.*

** Extant apud GOLDASTVM *Tomo vno p.* 268.

*** GOLDASTVS *Tomo III. p.* 330.

**** Hæc eſt iſta Curia, de qua RADEVICVS lib. I. cap. XLVI. *deinde generalem Curiam omnibus Italis ciuitatibus & primoribus apud Roncalias in feſto beati Martini celebrandam indicit: Vbi & leges pacis promulgaret, & de iuſtitia regni, quæ multo iam tempore apud illos obumbrata in deſuetudinem abierat, pernecesſaria ſapientum Collatione diſſereret, diuque obſoletam elucubraret.* Sequitur poſtea Imp. Oratio in hoc conuentu habtita *lib. II. c. III.* in qua hæc verba: *noſtis autem, quod iura ciuiba noſtris beneficiis in ſummum prouecta, firmata, ac moribus vtentium approbata, ſatis habent roboris. Regnorum vero leges, in quibus quod ante obtinebat, poſtea deſuetudine inumbratum eſt, ab imperiali remedio veſtraque prouidentia neceſſe habent illuminari. Siue ergo ius noſtrum, ſiue veſtrum in ſcriptum redigatur; in eius conſtitutione conſiderandum eſt, vt ſit honeſtum, iuſtum, poſſibile, neceſſarium, vtile, loco temporique conueniens. Ideoque tam vobis quam nobis, dum ius condimus, cautius prauidendum eſt: quia cum leges inſtituta fuerint, non erit liberum iudicari de eis, ſed oportebit iudicare ſecundum eas.* Archiepiſcopus vero Mediolanenſis in reſponſione cap. IV. *Scias itaque omne ius populi in condendis legibus tibi conceſſum. Quod Principi placuit, legis habet vigorem. cum populus ei, & in eum ſuum Imperium & poteſtatem conceſſerit. Quodcunque enim Imperator per Epiſtolam conſtituerit, vel cognoſcens decreuerit, vel edicto præceperit, legem eſſe conſtat.* Sequuntur cap. VII. Leges, quas in hac Curia Imperator promulgauerat, videlicet de feudis & pace non violanda, licet inter eas hæc Authentica non reperiatur. Specialem huius Authenticæ Expoſitionem debemus CHRISTOPHORO PHILIPPO RICHTERO in noſtra olim Academia Iureconſulto.

***** CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1187. *Fridericus Imperator, iam cruce ſignatus, Conuentum Principum apud Nurimbere coadunauit: Vbi de pace Terræ diſpoſuit, & in literas redigi iuſſit, quas literas Alemanni vsque in præſens Friedebrief i. e. literas pacis vocant, nec aliis Legibus vtuntur, tanquam Gens agreſtis & indomita.* Sequitur inde tenor legis, in cuius fine hæc habentur. *Actum Nurenberc, in præſentia Principum, conſilio & conſenſu Eorum, Anno incarnationis* 1187. 3. *Kal. Ianuarii.* SIGONIVS lib. XV. p. 345. *itaque Orientali bello decreto conuentum principum apud Nurimbergam coëgit, ac leges de pace in Germania ſe abſente ſeruandas III. Kalendas Ianuarias pertulit.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. XL. ad a.* 1187. MVTIVS *lib. XIX. p.* 159. DATT *Vol. Rer. German. cap. III. §. LXIX. p.* 19. *& c. V. §. V. p.* 2.

****** Apud GOLDASTVM *Tom. III. p.* 371.

******* GODEFRIDVS MON. ad a. 1208. *ibi Rex primo, deinde cæteri Principes iurant firmam pacem terra marique ſeruandam, omnes iniuſtas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Karolo Magno inſtituta obſeruanda & tenenda.* Licet hæc potius de iure non ſcripto, quam ſcripto ſint intelligenda.

******** De BVRCARDI collectione infra erit dicendum, in Hiſtoria Iuris Canonici. Videri de eodem poteſt CONRINGIVS *de Orig. Iur. German. c. XIX.*

## §. XVIII.

*Leges Friderici II.*

A ſeculo vero XIII. frequentius cœperunt Leges Germanorum ſcriptæ. Plures enim Fridericus II. Imp. tulit Conſtitutiones de Libertate Eccleſiaſtica, * inter quas illa, quæ a. 1213. Egræ publica-

blicata. ** Variæ Eiusdem ſunt Conſtitutiones in Comitiis Francofurtenſibus a. 1234. latæ de hæreticis coërcendis, iuſtitia colenda, & ne quis conductum ab Imp. & Imperio habeat Iure feudali. *** Eiusdem eſt Conſtitutio in Curia Moguntina a. 1235. lata, in qua pax iuratur, vetera iura ſtabiliuntur, noua ſtatuuntur, **** qui primus Receſſus eſt Imperii vernaculo ſermone conſcriptus.***** Eodem Seculo Decretum, prout a Gregorio IX. Papa fuerat publicatum, ****** apud Germanos fuit introductum. Anſam dediſſe videtur Io. Semeca, Teutonicus vulgo dictus, anno 1245. defunctus, qui primus in Decretum Gloſſas confecit. † Licet etiam non deeſſent, qui Iuri huic Canonico parum autoritatis relinquerent. †† Ex quo ſenſim creuit huius Iuris auctoritas, quæ hodie etiam in Proceſſu potiſſimum Iuris Ciuilis, haut eſt infima.

* Io. VITO DVRANVS p. 8. *hic Fridericus primo optimas Leges pro Libertate Eccleſiæ, & contra Hæreticos dedit.* LVPOLDVS de BABENBERG de Zelo veterum Principum Germaniæ c. II. *idem etiam Fridericus plures bonas & vtiles leges, ad dilatandam Fidem Catholicam edidit, pro exterminio hæreticæ prauitatis, quæ ſunt per Bonifacium Papam VIII, in quantum Dei, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ honorem promouent, & non obſtant ſtatutis Canonicis approbatæ, vt patet X. de Hæret. C. vt Inquiſitionis.* Has a Friderico II. latas Conſtitutiones ſigillatim recenſuit Cl. PFEFFINGERVS *Vitriario illuſtrato lib. I. Tit. II. p. 67.* Ex his etiam deſumta eſt Authentica *Caſſa de SS. Eccleſiis & ſtatuimus C. de Epiſcopis & Clericis.* Adiectæ iſtæ ſunt libris Feudorum.

** Extat iſta apud GOLDASTVM *Tomo I. p.* 289. qua Adpellationes in cauſſis Eccleſiaſticis ad ſedem Papalem liberas permittit, Iuri manus mortuæ renuntiat, atque terras Mathildianas & Anconitanas ſe reſtituturum promittit, quam tamen poſtea iterum reuocauit in Apologia contra Gregorium IX. apud GOLDASTVM *Tomo II. p.* 79. Vid. etiam SCHILTER *de Libert. Eccleſ. Germ. lib. V. c. VIII. §. XII.* CONRING *de Germanorum Imperio Romano c. XIII. §. XXII.*

*** De his late ALBERICVS ad a. 1234. & quidem ſub initium ſcribit: *tertio Idus Februarii conſtitutiones Regis & Principum Alemanniæ apud ciuitatem Frankenvoert Imprimis omnibus Imperii fidelium ne in reiſa publica procedant omnibus modis inhibemus. Ad hæc vniuerſis poteſtatem iudiciariam habentibus auctoritate regia præcipimus, quatenus ad reprimendam hæreticorum perfidiam toto niſo ſolerter intendant, ac iniuſtis perſecutione iudicii præferant æquitatem, & vt in iudicando iuſtitiæ diligentiæ formam omnibus præferamus ecce in manus principum promiſimus, quod in quolibet menſe vbicunque in Imperio fuerimus quatuor diebus ad minus perſonaliter volumus iudicio publico præſidere, quod etiam a quolibet iudice fieri volumus, temporibus ad hoc ſecundum conſuetudinem conſtitutis. Quod ſi Princeps facere neglexerit, & de hoc conuictus fuerit, vt exiget iuris ordo, Domino Regi centum libras auri in pondere Karoli perſoluet: Comes vero vel alius nobilis iudicium habens, ſi non iudicauerit ſecundum prouinciarum conſuetudinem Domino Regi ſicut dictum eſt, centum marcas argenti componet.* Extant Eiusdem Conſtitutiones apud GOLDASTVM *Tomo I. p.* 77. 292. 293. *Tom. II. p.* 51. *ſqq.* SCHILTERVM *Tomo II. Inſt. Iuris Publici Tit. XV. pag.* 110. & *Tit. XVI. p.* 117. P. de VINEIS *lib. I.*



Digitized by Google

*c. XXV. XXVI. XXVII.* Hæ Conſtitutiones in quibusdam editionibus Corporis Iuris, ſub titulo decimæ Collationis veniunt.

**** GODEFRIDVS MONACHVS ad a. 1233. *Curia celeberrima in aſſumtione beatæ Mariæ apud Moguntiam indicitur, Vbi fere omnibus Principibus regni Teutonici conſentientibus pax iuratur, Vetera iura ſtabiliuntur, noua ſtatuuntur, & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus publicantur, exceſſus Regis contra Imperatorem cunctis aperiuntur.* Quare LEHMANNVS Chron. Spir. lib. IV. c. XXXII. ſic argumentatur: *aus dieſem Bericht iſt zu ſehen, daß erſtlich der Kayſer, Fürſten, Stande und Statte des Reichs die alte Teutſche Rechte wieder erfriſcht, und allenthalben in des Reichs Landen und Statten üblich und gangbar gehalten haben wollen. Zum andern etliche neue Satzungen nach Beſchaffenheit und Lauffe der Zeit aufgerichtet.*

***** Extat apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p. 17.* cum hac rubrica: *Keyſer Friedrichs des Andern Recht, geſetzt und beſtatiget mit der Fürſten Rade, und mit andern groſſen Herrn, und VVyſen zu dem groſſen Hoff zu Mangantze, und geſchaha nach unſers Herrn Chriſti gepurd, zwelffhundert und ſechs und dryſſig iare, zu Sand Marien im dritten Augſte.* Licet omnes Hiſtorici dictam Curiam Moguntinam ad a. 1235. referant. Immo, de fide huius Receſſus Goldaſtini adhuc dubitatur. Vid. CONRING *de Orig. Iuris Germanici cap. XXVII.* B. de LYNCKER *de Idiomate Imperiali pag.* 10.

****** Patet hoc ex dicto Friderici II. Receſſu Moguntino in quo cap. XV. hæc verba: *VVir gebieten auch Veſtiglich, das man in allem Rœmiſchen Reich an geiſtlichen Dingen nach Gebot und nach Rahe der Ertzbiſchoffe ſich habe, und ieglicher Biſchoff oder Ertzprieſter nach geiſtlichen Recht richte. Man ſol auch die weltlichen Gerichte an ihrem Rechte behalten.* Eadem verba habentur in Rudolphi Habsburgici Conſtitutione, quam *lib. V. Chron. Spir. c. CVIII.* inſeruit CHRISTOPHORVS LEHMANNVS. Eodem facere videtur SPECVLVM SVEVICVM lib. I. c. V. *us den zweyen Büchern (Decret und Decretal) nimt man all die Recht, der geiſtlichen und weltlichen Gericht bedarff* Neque tamen ſemper ſecundum Ius Canonicum fuit decretum, quin etiam ad priſcas conſuetudines ſæpius fuerit prouocatum. HERTIVS etiam ex diuerſis monumentis antiquis demonſtrauit, Ius Canonicum æque ac Ciuile ſec. XIII. fuiſſe receptum, *Diſſ. de Conſult. Legibus in ſpecial. Germ. Rerpubusp. §. XIV.* Quare etiam Saxones ſupputationem Graduum ex Iure Canonico recipere noluerunt, prout ex SPECVLO SAXONICO *lib. I. art. III.* patet. *die Syp endet ſich in dem ſiebenden gliede erbe zu nehmen. Ob nu'n wol der Bapſt erleubet hat ſich miteinander zu Verheiraten in dem fünfften grad, ſo mag er doch kein Recht ſetzen, da er unſer Land oder Lehenrecht mit endern oder krencken mœge.* Vid. pluribus CONRINO *c. XXVI.* Introducti autem tacite Iuris Canonici rationem Idem *p.* 156. ex ARNOLDO LVBECENSI *lib. III. Chron. Slav. c. V.* adducit, dum ait: *Scientia quoque liberali non parum profecerunt: quia nobiliores terræ filios ſuos non ſolum ad clerum promouendum, Verum etiam ſecularibus rebus inſtituendos, Pariſios mittunt. Vbi litteratura & idiomate linguæ terræ illius imbuti, non ſolum in artibus, ſed etiam in theologia multum inualuerunt. Siquidem propter naturalem linguæ celeritatem non ſolum in argumentis Dialecticis ſubtiles inueniuntur, ſed etiam in negotiis Eccleſiaſticis tractandis boni Decretiſtæ ſiue Legiſtæ comprobantur.*

† De hoc infra dicendum in Hiſtoria Iuris Canonici.

†† Sic Landrecht lib. I. art. III. *der Babſt mag kein Landrecht ſetzen, do er unſer Landrecht oder Lehen-Recht mehe ergern mege.*

§. XIX.

§. XIX.

*Rudolphi Habsburgici Conſtitutiones.*

Rudolphus Habsburgicus in Comitiis Würtzburgenſibus anni 1287. pacem publicam ad triennium fecit iurari & quidem Receſſu Teutonico. * Idem Lege decreuiſſe dicitur, vt poſthac omnia Edicta, Actaque iudicialia Teutonico ſermone conſcriberentur, ne populus poſt hac ignorantia latini ſermonis deciperetur. Dum autem coæui Scriptores de publico Edicto taceant, immo, & publica edicta ad Maximiliani I. vsque tempora, hinc inde latino ſermone publicarentur, & eodem ſermone diplomata, contractus, atque acta iudicialia multa, ad ſeculum vsque decimum ſextum reperiantur, facile credimus, a Rudolphi temporibus inualuiſſe ſaltim in Actis publicis, atque iudicialibus vernaculum ſermonem.

* AVENTINVS lib. VII. c.IX. n.4. de Rudolpho: *armis iuſtitia, legibus Imperium de integro concedere ſtuduit, ſtatuitque, vt poſthac ob inſcitiam nobilitatis principum, ab pontificum edicta, priuilegia, Teutonum lingua ederentur, qua hactenus Romano ſermone data ſunt.* Hæc Auentini verba repetit MART. CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. III. p. III. c. I. p.134.* addens: *de quo negotio ſic etiam lego: Rudolphum iuſſiſſe, ne amplius literas contractuum, Notarii Latine ſcriberent, ſed Germanice. Multos enim ſimpliciores plebis, antea deceptos fuiſſe.* Adſtipulatur LEHMANN *Chron. Spir. lib. V c. CVII.* CONRINO *c. XXVII. p.160.*

§. XX.

*Sequiorum Impp. Leges*

Poſt Rudolphi Habsburgici tempora Conſtitutiones Imperii publica potius comprehendunt negotia, quam ciuilia, niſi quod Reformatio Politica Friderici III. de anno 1442. Ordinationes Camerales Maximiliani I. atque Receſſus Imperii nouiſſimus * ciuilia quædam definiant, ita tamen, vt iuribus Prouincialibus ſua ſemper relinquatur auctoritas. Dum exorta magis Principum poteſtate, Superioritateque, inter Iura ipſorum præcipua eſſet, *das Landrecht,* ** poteſtas legislatoria, quo ipſo ciuilia iura a Legibus Imperii exulabant.

* De his infra dicemus in Hiſtoria Iuris Publici.

** De hoc etiam infra pluribus dicemus.

§. XXI.

*Leges Francorum & Saxonum.*

Dum autem Leges diuerſorum Germaniæ populorum ex eorundem moribus collectæ, ſenſim inualeſcerent, hæ etiam ab aliis fuerunt receptæ. Inter has primo loco memoranda ſunt SPECVLVM SAXONICVM & SVEVICVM, in quæ tota fere Germania fuit diuiſa: Dum enim Germania in Francos atque Saxones diſtingueretur, * hi moribus atque inſtitutis diuerſi eſſent, ſeque inuicem

æmularentur, enata fuit diuerſa legum ratio. Exinde orta quoque fuit diuiſio Germaniæ in Superiorem atque Inferiorem, ſiue vt in Aurea Bulla exprimitur, in Ius Franconicum atque Saxonicum. Sub iſta comprehendebantur Terra Rhenenſis, Sueuia, Bauaria, Franconia, cum Prouinciis tunc adnexis. In his obtinebat Ius Franconicum, ſiue Speculum Sueuicum. Inferior autem comprehendebat vniuerſam Saxoniam, ſub qua Inferior & Superior vna cum Weſtphalia comprehendebatur, quæ Iuris Saxonici. Ex quo ratio patet duplicis in Imperio noſtro Vicariatus. **

* WITTICHINDVS Ann. lib. I. p. 634. *Regi Ludouico non erat filius, omnisque populus Francorum atque Saxonum quærebat Ottoni diadema imponere regni* & lib. II. ineunte, *defuncto patre patriæ, & regum optimo maximo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum iam olim deſignatum regem a patre, filium eius Oddonem elegit ſibi in principem.* Quæ verba deſcripſit CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 912. Sub his autem omnem comprehendi Germaniam, patet ex OTTONE FRISINGENSI, qui *lib. VI. Chron. c. XV.* dicit, quod Otto ab omnibus fuerit expetitus & LVITPRANDVS lib. II. c. VII. *Conradus Rex cunctis à populis ordinatur.* DITMARVS lib. I. p. 325. *Conradus Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludouici ſucceſſor pueri, artem tenebat regni, quem ob meritum ſui, Otto prædictus Dux ab omnibus Regni Principibus in Regem, electus, ſibi quaſi ad hoc indigno, præpoſuit, ſeque cum filiis fidei ſuæ ac poteſtati ſubdiderat.* Dnus LVDEWIG equidem diſſertatione ſua de Conrado I. *cap. II. §. V.* ſcrupulum mouet, an etiam ab Alemannis & Boiis electus fuerit Conradus, cum de horum conſenſu neque vola neque veſtigium vllibi extat. Aſt, dum reliqui Scriptores Wittichindi Francos & Saxones, per cunctos populos explicent, minime dubitamus. Diuiſio hæc ab eo ſuborta videtur, dum Franci ante Caroli M. tempora omnem ſibi ſubiugarent Germaniam, ſola Saxonia excepta, ex quo Germania facta fuit, vel Francici Iuris vel Saxonici. Et licet Saxonia deinde æque Caroli M. Imperium adgnoſceret, manſit tamen hæc ipſa diſtinctio.

** Vide Syntagma Iuris Publici *diſſ. V. §. II.*

## §. XXII.

*Partes Iuris Saxonici.*

Primum ſine dubio fuit IVS SAXONICVM, cuius tres quaſi partes habemus, Ius Prouinciale *das Sächſiſche Landrecht*, Ius Feudale *das Sächſiſche Lehnrecht* & Ius Municipale *das Weichbild*. Illud *das Sächſiſche Landrecht*, Epko de Repkau, * nobilis Saxo (minime vero vt fabula eſt, Carolus M. **) ex moribus & Legibus *** Saxonum antiquis, **** priuatis ſaltim curis, circa initia ſeculi XIII. ***** conſcripſit, idemque Speculum Saxonicum *den Sachſen-Spiegel* adpellauit, ****** quod poſtea Ius Prouinciale fuit adpellatum, *das Landrecht*. Latino idiomate Opus hoc cœpiſſe videtur Repkovius, quod cum arduum ipſi videretur, iuſſu Hoyeri Comitis Falckenſteinii Germanico vel Saxonico antiquo conſummaſſe. ******* Antiquo

tiquo Saxonico ſermone conſcriptum erat hoc Speculum, prout etiam vetuſti Codices teſtantur, verum Chriſtophorus Zobelius idem in hodiernum Miſnicum efformauit, licet hoc ipſo ſenſum quandoque corruperit. Quod tamen hodie habemus Speculum, latino Idiomate conſcriptum, non Repkouii eſt, ſed ex Germanico translatum. Pauciſſima huius Speculi ex Iure Romano fuerunt deſumta. ******* Licet autem abſurda varia eodem quoque comprehenderentur, ********* neque in rebus antiquioribus eidem fides ſit adhibenda, † nec vlla Lege publica adprobatum hoc eſſet Speculum, †† hic Codex tamen præcipuus ſemper fons habitus fuit Iuris Saxonici, ††† ita, vt ſequiori tempore plures orirentur Gloſſatores, atque inter hos potiſſimum nominantur Burcardus a Schraplau, Otto de Falckenſtein, Volradus a Dreyenleben, Conradus a Roslau, Henricus a Bertesleben, Thiedericus a Lemwender, Burchardus de Mangelfeld, Gercke a Kertaw, Damianus a Boxdorf, qui tamen non vno tempore vixerunt. †††† ſed plerumque eſſe ſolent nugatores. Et dum hodie adhuc eius auctoritas valeat, variæ promulgatæ fuerunt editiones. †††††† quibus etiam addi ſolet *der Richtſteig*, quod nihil aliud erat, quam Proceſſus antiquiſſimus. †††††††

* Memoratur ille in præfatione rhytmica, huic ſpeculo præfixa

*Eck von Repkau es thete*

Gloſſator lib. I. art. XIX. eum vocat *einen rechtfertigen Mann*, atque concludit: *ſo bleibt Ecke des Rechts Pflantzer, und ich begeſſer Gott aber der VVaſtbumb* Vaſallum eum fuiſſe Henrici, Principis Anhaltini, teſtatur BECMANNVS *Hiſt. Anhaltina p. VII. c. III. p.* 356. GOLDASTVS in Rubrica Speculi Saxonici *p.* 126. hunc Ecconem vocat Adſeſſorem Imperialis Cameræ Magdeburgenſis. Idem in præfatione der Reichs-Satzungen ait: *Dieſer Ecco wird zu Latein bisweilen Eccardus genant, und vermeinent etliche, es ſey der, von dem in Teutſchland das Sprichwort aufkommen, der treuw Eckart warnt iederman, wiewol D. Iohann Eisleben ſolches von Eckart dem Landgrafen in Elſaß auslegt, von dem noch das alt Gedicht in Rheimen gemacht, Herr Ecken Ausfahrt, unter den gemeinen Mann gefunden wirdt. Aber, meines Erachtens, will die Zeit nicht mitſtimmen,* quod tamen CONRINGIVS pro mera habet & teſte carente coniectura. Idem ſic loquitur *cap. XXX. p.* 183. *Alijs dicitur Epko; nonnullis etiam Eccardus audit, crediturque is eſſe fidus Eckardus qui in prouerbium apud Germanos abiit, quod tamen nihil habet ſimile vero. Videtur autem a vicino nobis pago Repke cognominatus. Neque vero dubium eſt, hominem Saxonem fuiſſe, & quidem hic vicinia natum.* PETRVS HEIGIVS Quæſt. VIII. n. 58. *Repkauiorum etiam familia digna erat, cuius origines eſſent clariores. Nam & in Electoratus Saxonici ditione prope Bitterfeldam & Ieſsniciam familia eiusdem nominis adhuc viget, & in Comitatu Mansfeldenſi Anno* 1416. *Heinnemannum a Repkaw vixiſſe animaduerto, teſte*

*Span-*

*Spangenb. cap. CCCCXXX.* IACOBVS FRIDERICVS REIMMANNVS *Einleitung in die Hiſtoriam Litterariam derer Teutſchen lib. II. ſect. vlt. n. 380. p. 447.* auctor eſt, Bartholomæum Schwanbergium Secretarium Anhaltinum, in Collectaneis Anhaltinis MStis notaſſe, quod in oppido Acken ad Albim fuerit defunctus, licet teſtetur, in Curia ibidem nullum de ea re documentum ſe reperiſſe. In Gloſſa antiqua *lib. III. art. II.* vocatur *ein VVerde Heere* & lib. I. art. XIX. *ein rechtfertiger Mann.*

** Nugatur hic Gloſſator, dum hoc Speculum ſæpius Carolo M. tribuat. Lib. I. art. XIV. *Landrecht iſt elter als das Lehenrecht. Dann der edele König Carol der Groſſe hat es eins geben. Gl. lib. III. art. LXXXII. n. 5. Gloſſ. art. VII. VVeichbild.* Plura loca congeſſit GOLDASTVS *Praef. ad Collectionem Legum & Conſuetudinum.* Commune hoc Præiudicium, Leges Germanicas originem ſuam debere Carolo M. conſeruauerunt etiam Status Imperii in Comitiis Francofurtenſibus a. 1208. de quo GODEFRIDVS MONACHVS ad dictum annum: *Rex primo, deinde reliqui Principes iurant firmam pacem terra marique conſeruandam, omnes iniuſtas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Carolo M. inſtituta obſeruanda & tenenda.* Notantur igitur a BENIAMINE LEVBERO *de Stapula Saxonica n. 1318. 1323. ſqq.* Male etiam Ottoni M. tribuit ARTHVRVS DVCK de vſu & author. *Iuris lib. II. cap. II. §. XII.* Hinc ALBERTVS KRANTZIVS Saxoniæ lib. II. c. XXI. *in commemoratione rerum a Carolo geſtarum præterire non debemus, quod gens noſtra de illo inflatis prædicat buccis, dediſſe illum Leges Saxonibus, quæ in Codice quod Speculum vocant, extent recollecta, & id quidem refert gloſſator in annum decimum poſt octingenteſimum a Chriſto nato, ſeptimum vero Imperii eius annum, vt memorat, in arce Saſſenberg. Primam commenti ſuſpicionem fecit: quod annos Chriſti & Karolini Imperii Gloſſator ille perturbat. DCCCI. enim factus eſt Imperator Karolus & ideo decimus Chriſti erat quoque decimus Imperii. Deinde quod diligentiſſimi ſcriptores illorum temporum, nullam eius rei faciunt mentionem: cum minora multo plurima commemorent. Nec erat illa in populo barbaro ciuilitas, vt leges initio requirerent: præter eas, quæ vniuerſo orbi ſatis erant. Occultum tamen iudicium, quod vocant, facile crediderim eis permiſſum propter ceruicis duritiem: ſed redactas leges nouas in codicem, non facile credo: niſi alia mibi documenta referantur: nam & nomen prodit eſſe collectitium coditem, de multis obſeruantiis gentis: quomodo & Feudorum vſus non ab Imperatore dati, ſed ab Oberto deſcripti: vſum & obſeruantiam meruerunt. Cum enim per ætatem in gente creuit ciuilitas, creuit etiam legum obſeruantia. Inde factum eſt, vt quæ per tempora ſunt vſu approbata, demum ſunt in codicem redacta, cui ad autboritatem conſciſcendam falſo eſt nomen Karoli aſcriptum.* Vid. late Gryphiander *de VVeichbildis Saxonum cap. XXXVII.* Neque etiam adſerere auſim, Conſtantino M. quidpiam debere Ius Saxonicum, prout in Procemio Speculi Saxonici dicitur: *Nun wir aber bekert ſein, und uns GOtt wider erlöſt bat, nun balten wir ſeine Geſetz und ſeine Gebot, die uns ſeine VVyſſager, und gut Geiſtliche Leut, gelebret, und auch Chriſtliche Könige geſetzt baben, Conſtantinus und Carolus, an den ſich Sachſſener Land noch ſeins Rechtens zeucht.* Nihil enim Conſtantino cum Saxonum Iuribus erat commune, prout etiam PETRVS HEIGIVS *quaſt. VIII. n. 20.* demonſtrauit. Sed, tanta auctoritate erant Carolus & Conſtantinus M. vt, quo maiorem Repkouius huic Iuri auctoritatem conciliaret his etiam auctoribus primordia adſcriberet.

*** Aetatem eius nemo CONRINGIO melius definiuit, qui lib. III. art. LXXIII.

*iſtud*

*iſtud etiam ius habebant miniſteriales vsque ad tempora VVichmanni Archiepiſcopi Magdeburgenſis. Item: a praedicti autem Archiepiſcopi temporibus hoc ius eſt frequentatum. Atqui conſtat VVichmannum illum a Friderico Barbaroſſa conſtitutum Archiepiſcopum ex Epiſcopo Citicenſi, circa annum MCLIII.* Qua de re legendus OTTO FRISINGENSIS *l. II. de geſt. Friderici c. VI.* Non diſſimulat vero auctor Speculi aetatem ſuam illo tempore inferiorem eſſe. Idem *l. III. art. LVII* Regem Bohemiae memorat: hic vero regius titulus a Friderico itidem eſt demum Ladislao Duci collocatus anno MCLXIIX. quod a Friſingenſi proditur *lib. III. Chron. c. XIII.* Porro idem auctor *l. I. art. III.* ſcribit: *in ſeptimo gradu terminatur cognatio in percipiendis hereditatibus: licet in quinto Apoſtolicus matrimonium contrahere conceſſit.* Apoſtolicus hic eſt Innocentius tertius, cuius decretalis habetur *l. IV. tit. XIV. de conſanguin. & affin. Cap. non debet, lata in concilio generali anno ſeculi tertii decimi decimo quinto. Itaque Speculum illud ſaltim illo anno, ſi non anno triceſimo eiusdem ſeculi, quo circiter Gregorius Papa opus Decretalium edidit, eſt recentius. Nec tamen multo eſt recentius. Namque lib. III. cap. LXII. enumerantur feuda vexillaria quae vocant Saxoniae, nulla mentione facta Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium. Ille autem Ducatus eſt a Friderico II. inſtitutus anno triceſimo quinto. Itaque circa confinia ſeculi duodecimi & decimi tertii vixerit auctor operis neceſſum eſt: ipſumque opus intra primos quinquaginta annos demum eſt confectum. Paulum diuerſa ſunt quae Spangenbergius in Chronico Saxoniae ad annum MCCXIII. narrat: illo ſcilicet anno Fridericum II. Caeſarem in Comitiis Mersburgenſibus ius feudale tuliſſe, ac ſpeculum Saxonum additis nouis conſtitutionibus locupletaſſe. Verum illo quidem anno Speculum illud nondum fuiſſe exaratum, iam demonſtrauimus. Forte tamen latae ſunt tum leges illae, quae libro tertio ab articulo LXXXVII. vsque ad finem Friderico Caeſari adſcribuntur, quaſi nempe omnia alia ſint a Carolo Magno profecta.*

**** Patet hoc ex Prooemio Rhytmico
*dieſes Recht hab ich ſelber nicht erdacht,*
*es habens von Alters auf uns bracht*
*unſer gute Vorfaren.*

Nihil vero in hoc Speculo Conſtantino M. debetur praeter *art. LXIII. lib. III.* in quo Conſtantinus Imperator Siluestro apoſtolico & per eum eccleſiae multam ſexaginta ſolidorum conceſſit temporalem. Verum etiam haec ſunt translatitia. Neque tamen ex Caroli M. Legibus ſaltim hoc Speculum fuit tranſumtum, ſed etiam *libri III. art. LXXXIII. LXXXIV.* Ottoni M. debetur *art. LXXXV. LXXXVI.* Ottoni II. *art. LXXXVII. LXXXVIII. XC.* Friderico I.

***** Coniicitur hoc ex hiſtoria Hoyeri Comitis a Falckenſtein. Hunc autem vna cum Eckone de Repkau coaeuuo circa initia ſeculi XIII. ſub Friderico II. vixiſſe, patet ex Diplomate Henrici, Principis Anhaltini Dat. Lopene IX. Kl. Martii 1215. apud BECMANNVM *Hiſt. Anhaltina p. III. lib. II. c. II. p. 312.* in quo Nobilis Vir Hogerus de Valkenſtein & Hecco de Repechowe teſtes adducuntur. In alio Diplomate Henrici VII. Romanorum Regis *Dato apud Nurnberg. a.* 1230. 15. *Kal. Oct.* apud KEITNERVM *Antiquit. Quedlinburg p.* 219. inter teſtes adducitur *Comes H. de Valckenſtein, pincerna de Quittelinburg.* Apud eundem *p.* 260. Idem Abbatiſſae Gertrudi a. 1233. reſignat quinque Manſos in Orden. Apud eundem *p.* 264. triginta manſos cum dimidia Gertrudi concedit alio Diplomate a. 1241. p. 276. Gertrudis illum vocat *fidelem noſtrum Comitem Hoierum de Valckenſtein.* Eiusdem in alio Gertrudis diplomate a. 1263. fit mentio p. 285. vbi dicitur de ſex manſis, in quibus Comes Hoierus de Valckenſtein ab Eccleſia noſtra feudi

ius habebat. Licet illo tempore iamdum mortuus fuiſſe videatur. Idem igitur ille, de quo IO. POMARIVS *Chron. Magdeburg. ad a.* 1219. qui in ſumma annonæ penuria, cauponis omnibus abrogatis, certum pretium cereuiſiæ poſuerit. Et qui a. 1223. Quedlinburgenſem vrbem in gratiam Ottonis IV. ceperit, ſed prævalidis Friderici II. Imp. rebus reſtituere fuerit coactus. Sic enim BOTHO *Chron. pictur. p.* 360. *In duſſem ſoluen iare de wan Greue Hoyger van Valckenſteyne Quedlinborch.* Idem dicit KRANTZIVS *Metrop. lib. VII. c. XXXIX.* SPANGENBERG *Chron. Sax. c. CCXLVIII.* Sic prouocatur *Landrecht lib. III. art. LXXIII.* ad tempora Wichmanni Archiepiſcopi, qui tamen ſub Henrico VI. Imp. ſec. XII. exeunte vixit, vt aliter non niſi ad tempora Friderici II. Imp. referri poſſit hoc Speculum. Licet in eo Spangenbergio fidem non adeo certam eſſe habendam putem, dum *Chron. Sax. c. CCXLVII.* & *Querfurtenſi lib. IV. c. IV.* dicat, Fridericum II. in Comitiis Merſburgenſibus a. 1213 Saxonum Ius Feudale & Speculum Saxonicum confirmaſſe.

****** Moris enim erat iſta ætate Speculi titulum dare ſcriptis, quæ multa comprehenderent. Sic VINCENTIVS BELLOVACENSIS ſeculi decimi tertii Scriptor *Speculum* edidit *Hiſtoriale, Naturale, Doctrinale, Morale,* quo omnium diſciplinarum complexum tradere voluit. Ipſe vero Repkouius huius adpellationis rationem reddit in præfatione:

*wem es lieb, wem es leidt,*
*Frommen und alle ſeligkeit,*
*Iſt uns hieran gewachſſen,*
*Ein Spiegel der Sachſſen*
*Sol dis Buch ſein genant,*
*Darin der Sachſſen Recht iſt bekant,*
*Gleich als in einem Spiegel de Frawen*
*Ihr klares Angeſicht pflegen zu ſchauen:*
*Alle Leut verman ich darzu,*
*Das ſie dis Buch nützen ſo,*
*Das es ihn zu ehren nicht miſſeſtehe,*
*Vnd alle Zeit gnediglichen ergehe,*
*Das ſie rewe nicht die fart,*
*VVenn Gott den Spiegel umgekart*
*Des angeſichts miſcht zu der Erden,*
*Vnd lohnet einem iedem nach ſeinen werden*

& Gloſſa lib. III. art. LXII. *du ſolt aber wiſſen, das dis buch darumb der Sachſſenſpiegel heiſſet, das es gemeiniglich allen Sachſſen und andern dienet, das ſie darinnen die Recht ſchauen mœgen. Das Landrecht aber nennet man es darumb, das es aller dieſer Lande und Landsleut recht iſt, welcher bey ſie auch ſind.*

******** Communis equidem eſt opinio, Repkouium ex latino in Germanicum Idioma hoc Speculum tranſtuliſſe. Aſt, ſequimur potius IO. SCHILTERVM qui *Exerc. XXIII. ad π. §. LXIV.* ſic loquitur: *etſi enim hactenus creditum, textum Latinum, qui extat, primum eſſe partum Epkonis, ex quo poſtea in linguam vernaculam facta, mihi tamen id perſuadere non poſſum. Quanquam illud non inficier, tentaſſe primo Epkouium iuris Saxonici collectionem in lingua Latina proponere: quæ tamen hodiernus textus Latinus eſſe non poteſt, qui in multis impingit. Deſtitutum enim ſeſe videns Epko adminiculis neceſſariis, maluit in vernaculo ſermone edere, vt ipſe fatetur carmine* προοιμιακῷ. Hæc autem verba ſunt prooemii. *Nun*

*Nun dancket alle Gemein*
*dem Herrn von Falckenſtein &c.*

Scilicet, ſenſus horum rhytmorum hic eſſe videtur, ſuſcepiſſe equidem Repkouium hunc laborem latino ſermone, ſed deſtitutum ſe, cum multas eſſe difficultates animadverteret, iuſſu Hoyeri Comitis, vſum fuiſſe Germanico. Patet hoc tanto magis, quod prima præfatio rhytmica in latino idiomate non habeatur. Immo latinus textus ſæpius impingat. Sequitur Schilterum CONRADVS SINCERVS *de Germanicarum legum origine p.* 21.

******** SCHILTERVS *equidem Exerc. IV. §. XIX. n.* 6. ait: *Auctoritas Speculi Saxonici non eſt tanta, vt demonſtret ius vniuerſale, quoties obſtant Conſtitutiones Imperatorum Germanicorum præſertim cum in multis articulis, non ex priſcis Saxonum legibus aut moribus, ſed ex iure ciuili Romano recens inſtaurato, & in iudicatum deducto, a ICtis iſtis iuri addictis, inter quos & Repkouius, & gloſſator eius, agat.* Verum, pauciſſima ſunt, quæ ex iure Ciuili fuerunt deſumpta. Sic enim in Speculo *lib. II. art. LXIII.* prouocatur ad exemplum Caleſurniæ fœminæ Romanæ, quod deſumptum eſt ex *l. I. §. 5. de poſtulando.* Sic etiam *lib. I. art. XXXVII.* deſumtus eſſe videtur ex Iure Romano. *Art. LVI. lib. II.* de proprietate Inſulæ in flumine natæ, & mutatione aluei, ſine dubio ex Iure Romano eſt. Vid. LEYSERI *Collatio Iuris Saxonici cum Romano Diſſ. I. §. XIX. XX. XXI.* STRYKIVS *de vſu & auctor. Iuris Rom. in foris Germaniæ §. X.*

********* Patet ſtatim hoc ex Art. I. libri I. *Duorum gladiorum poteſtatem ſpiritualem ſcilicet & ſecularem, ad defendendum ſuum populum, Chriſtus in ſua approbauit Eccleſia: Ex quibus Papam ſpiritualem, & Romanum principem ſecularem habere, nemo ambigit. Ob quorum figurationem Papa ſuper equum candidum equitare conſtitutum eſt, cui in aſcenſu equi ab Imperatore ſella, ne decidat, tenebitur: In quo ſignificatur, vt ſi qui inobedientes Papæ exiſterent, ab Imperatore ad obediendum, & e contra, quoties neceſſitas hæc exegerit, compellantur.* Varios errores notauit ALB. KRANTZIVS *Saxonia lib. II. c. XXI.* his verbis: *idque vt credam, facit multorum in textu, plurium autem in gloſſa puerilis & inducta narratio: nam temporum fuit vterque & Speculator & Gloſſator imperitus. Temerarius calumniator vocer, ſi non luce clarius vtrumque conuincam: longum eſt cuncta percurrere. Verum aliquem de textu paſſum ſumamus, vnde de cæteris facile coniecturam faciemus: & non modo coniecturam, ſed fidem pene oculatam. Originem regnorum, & Saxonum, antiquitatem volens oſtendere textus lib. III. art. XXXXIII.* ait: *In Babylonia cœpit Imperium, quæ toti mundo imperabat: quam Cyrus expugnauit, & in Perſiam tranſtulit: in qua vsque ad Darium perſeverauit: quem vicit Alexander, & Imperium Græciæ applicauit: & ibi ſtetit vsque dum Romani Imperium ſibi aſſumpſerunt, & Iulius cœperat imperare. Ex eo adhuc Roma ſecularem, & a beato Petro tenet gladium ſpiritualem: & ideo totius mundi tenet principatum. Cum interim noſtri prædeceſſores ad iſtam venerunt prouinciam, Turingos fugauerunt mortuo Alexandro, cui, vt Aſiam imperio ſubiugaret, erant auxilio: in qua poſt ipſius obitum propter ſubiugatorum odium, morari non audebant: in trecentis galeidis ſe recœperunt: quæ omnes fluctibus maris tumeſcentibus, exceptis quinquaginta quatuor galeidis; necabantur: quarum decem & octo littora Pruſſiæ petierunt, & illa obtinuerunt: & duodecim galeidæ Rugianorum terram occupauerunt: viginti quatuor in iſtam ſe recœperunt. Et cum tantum in numero eſſent breui, vt agros culturæ tradere non*



*poſſent*

*poſſent fugatis & interfectis Turingorum dominis reliquam gentem, Vt operarentur terram Viuere permiſerunt: talia imponentes iura, quemadmodum adhuc conſiſtunt. Latina ab eis ergo origo Latinorum: ex his qui ſuo iuri derogabant: dedititii dedititiorum conditione ſubiacìebantur. Hæc ſunt Verba Speculi: Non enim iubet, diſponit, interpretatur, Vt ſolet legiſlator, ſed commemorat quid obſeruetur: quod non eſt Imperatoris, ſed docteris. Et tamen Videamus quantæ ſint in paucis Verbis friuola commenta: Vt liquido cernamus non iſta authoriſaſſe Karolum: qui & ipſe doctus erat, & doctiſſimis ſtipabatur. In Babylonia, inquit, cœpit Imperium. Si de turri Babylonis loquitur ex ſacris literis, iam altius aſcendit quam ſolent Vllæ hiſtoriæ: Vt de Nemroth ſumat initium: & tamen ex illa Babylonie non prouenit Imperium, ſed diſſipatio gentium: quam oſtendit Moſes: & plenius exequitur Beroſus Babylonicus. Si autem de regno loquitur Babylonico, non hoc fuit primum, ſed Aſſyriorum in Niniue: cuius ciuitatis author Ninus, & Semiramis coniunx, primi ſunt in omni hiſtoria antiquiſſima: nam ibi primum conſtitit Imperium, cui, etiam Babylon obediuit. Addit quæ toti mundo imperabat. Hoc nulla habent hiſtoria, Chaldæos in Europa Vel Aphrica imperaſſe: ſatis erat magnum, ſi magnam Aſiæ tenerent partem. Nam neque Romani, quorum latius erat imperium, toti mundo dominabantur: aliquid in Europa, aliquid in Aſia, & totam tenuerunt Aphricam. Sequitur: quam Cyrus expugnauit, & in Perſiam tranſtulit: in qua Vſque ad Darium perſeuerauit. Quid tranſtulit? ad quem Darium? Nam Darius erat Cyri auunculus qui cum Magno Cyro res magnas geſſit: poſt quem Darius Hyſtaſpis in ſuam familiam primus transtulit imperium. Sed ſpecificat cum addit: quem Vicit Alexander. Ignorabat illum Arſanidem appellari. Et Imperium, inquit, Græciæ applicauit: Friuolum eſt: quia nunquam in Græcia ante Conſtantinum fuit Imperium? Græci tamen poſt Alexandrum in Aſia imperauerunt: in Syria & Aegypto potiſſimum, nam ad Macedones in Græcia ſola pars peruenit, & ea non lata. Deinde ſubnectit noſter legiſlator: Et ibi ſtetit Vſque dum Romani ſibi Imperium aſſumpſerunt, & Iulius cœperat imperare. Verum eſt quod Romani Antiocho Syriæ rege, regnum eius redegerunt in prouinciam: & ſuperato in Græcia per ſe nouiſſimo Macedonum rege, imperium occupauerunt: reddita populis libertate. Sed hoc longe ante Iulium. Aegyptus autem facta eſt prouincia tempore Cæſaris. Deinde quod ſequitur de Veraque Romana Vrbis poteſtate, intactum ire ſinamus. Scimus tamen quot tranſierint ſæcula priusquam ſpiritualis gladius diſtringeretur. Quod Vero ait cum noſtri prædeceſſores ad iſtam peruenerunt prouinciam. Hoc ſine controuerſia Saxo loquitur, non Imperator. Sed quod ait, tum: non apparet quæ tempora ſignet. Nam quod Alexandri & Iulii tempora coniungit, qui annis pene quingentis diſtabant, ineptiſſimum eſt. Contendit autem Saxones in Aſia militaſſe Alexandro: ſed hoc nimis pueriliter deducit: Vt eſt inuentum anile, & penitus ſomnium: Quis enim credat gentem ex media Aſia in noſtrum mare perueniſſe? quin per aquilonarem regionem propter mare Glaciale, poſt Hyperboreos montes non poteſt nauigari: & Caſpium ſinum longe diſtantem, quomodo peterent, & inde quo procederent? Quis autem credat fugiſſe: in qua terra Victores Alexandri principes, ſub iugo cuncta tenuerunt: quem timerent Victores orbis? Sed hic noſter nobis perſuadebit, manere non auſos, ait enim: In qua poſt eius obitum propter ſubiugatorum odium morari non audebant. Inſcitia eſt, Vnde ea prodit narratio. Si legiſſet principes Alexandri ciuilibus bellis in ſe Verſos, omnes copias militares in precio habuiſſe, non diceret milites timuiſſe ab orientalibus opprimi: qui tanto erant ſub iugo, Vt ſibi timerent, non timerentur. Omitto barbariſmos, quos plurimos fecit fabulator: Vt ea Vel maxime re prodat, non eſſe narrationem*

*Karoli*

*Karoli cuius ſcriniarii non ita titulaſſent: ipſe loqueretur in capite quomodo in Pandectis Imperator: ſua faciens, quibus authoritatem impartitur: quomodo in Codice, & Inſtitutionibus: quomodo in nouiſſimis Autenticis. Sed cætera videamus. Biremes vult trecentas ex Aſia nauigaſſe: Vnde ea copia nauium fugientibus? quo nauigauit claſſis itinere nam per aquilonarem plagam oſtendimus venire non potuiſſe. Si ex Ponto nauigarunt, aut ex Syria, longum erat iter terreſtre: priusquam ex Babylone peruenirent in mare: & longiore curſu mare longiſſimum mediterraneum, vsque ad Gades Herculis erat enauigandum: inde iam flectendum in aquilonem, vt in mare Germanicum ex Britannico peruenirent. Oro te quando exibant, vt vis quærendis ſedibus, non erat mitiore cœlo, breuiore itinere terra quæ ſuſciperet, Pruſſiam vt Rugiamque, & Albim peterent? Non pudet vanitatis? Et quam, oro te, Pruſſi, Rugiani, Saxones, eiusdem vt vis originis & congentiles vnquam habuerunt aut bello aut pace ſocietatem: Cætera videamus. Fugatis Turingorum dominis: & cætera Nunquam Turingi noſtram tenuere Saxoniam, vt fugarentur ſed inuitati Saxones a Francis in Turinges, partem Turingiæ, quod ſuo loco oſtendimus, precium militiæ acceperunt: vnde nata eſt fabula de Turingis. Et ne exors videatur omnium literarum, addit de Latinis & de dedititiis: vt oſtendat Imperiales ſe vidiſſe Conſtitutiones. Ineptiſſimum caput. Quam oro te, Latini in Saxonia partem habent: Nolo immorari in re quam etiam pueri poſſunt corrigere. Mille talia comperies: vt liquido comprobamus, non eſſe Karoli editionem quod præferunt Speculum.* Licet Krantzium ideo notet GOLDASTVS *præfatione über die Reichs-Satzungen*, quod Eckonem tanta verborum ambage refutet, qui tamen Carolum non tam auctorem Speculi faciat, potius dicat, ex Legibus Caroli Saxonicis aliisque fuiſſe excerptum. IO. PETRVS LVDEWIG *de Iure ſuffragii R. Bohemiæ Cap. II. p. 91. Harum neniarum primus eſt præco, nugator ille Saxonici iuris tenebricoſus ſpeculator.* Idem p. 118. inuehitur in librarium Codicis ſui, qui in fine hæc adiecit: *VVer das Buch ſchende; der blybe ein Hurenſon an ſein ende. Vnd wer dem ſchriber übil ſpricht; der habe mit dem tüfel phlicht.* Eundem doctiſſimum ICtum animum adpuliſſe ad librum ex inſtituto ſcribendum *de neniis ſpeculi Saxonici, codicis legum nugaciſſimi*, patet ex ipſius Diſſertatione *de Iure ſuffragii Regni Bohemiæ cap. II. p. 95.* Multos etiam errores notat *cap. III. §. I. h. b. c.* HOFMANNVS etiam *p.* 118. variis exemplis illuſtrat, Speculum hocce multa continere obſoleta, duriſſima ſæpe & iniquitati vicina, multas habere geminationes, ſine ordine ſcriptum, ſæpius ad allotria dilabi, aliquando Ius Saxonicum cum Romano confundere, fabulas & figmenta admittere. Doctiſſimus Vir AVGVSTINVS LEYSERVS binis Diſſertationibus *Collationem Priſci Iuris Saxonici cum Iure Romano & Moribus hodiernis* inſtituit, *VVitteberga* 1711. 4. in priori quidem Diſſertatione errores & defectus huius iuris monſtrauit. Pergit in altera, ſed poſtea per exempla docet, Ius Saxonicum ſæpe ſimplicius eſſe atque æquius Romano.

† Falluntur ergo illi, qui varia Iuris Publici fundamenta ex hoc Speculo eiusdemque gloſſa petunt, licet enim in rebus ſeculi vel duodecimi vel decimi tertii, quo exaratum eſt, fidem plane ei derogare nolim, in rebus antiquioribus tamen plerumque labitur.

†† Priuatis ſaltim curis hoc Opus fuiſſe conſcriptum, ipſe teſtatur in præfatione:

*Vor Gott muß er nimmer beſtehen,*
*der dem unrechten zu Stercke,*
*was falſches miſchet zu dieſem VVercke,*

*darauf ich ſo lange Zeit habe gedacht,*
*und es durch Gott entlich zuſammen bracht.*

††† Quare THOMASIVS in Delin. Hiſt. Iuris §. CIX. *Sti vero non diffitendum, in iuris Saxonici tribus partibus hactenus memoratis, pro more illius Seculi multas eſſe ineptias, quoties de legum & morum origine hiſtorica agitur: ita tamen nullum eſt dubium, mores ipſos ibidem recenſitos continere theſaurum incomparabilem antiquitatum iurisprudentiæ Germanicæ illorum temporum, & clare monſtrare, tum quidem nondum inquinatum eam fuiſſe legibus Romanis, parum ex Iure Canonico tum fuiſſe receptum in cauſis ſecularibus, quod & ex aliis Imperatorum conſtitutionibus illorum temporum pateſcit.*

†††† Plures Gloſſæ eſſe auctores, ſatis patet ex Gloſſa libri III. art. LXV. *dieſen Artickel haben viel weiſer Leut ungleich verſtanden und ihn mancherley weiſe gedeutet: Biſchoff Burckhard von Magdeburgk, und Graf Otto von Falckenſtein, haben ihn alſo verſtanden.* Et paullo poſt: *Herr Volradt von Dunleben und Herr Conradt von Ruslau.* Porro: *Heinrich von Berteleben und der von Leuwwenden, verſtunden dieſes, das der Marggraff bei ſein ſelbſt Gewalt dingete.* De Burcardo vero Magdeburgenſi in margine additur: *iſte Archiepiſcopus Magdeburgenſis fuit de familia Dominorum in Scrapelau, & eſt occiſus in Magdeburgo Anno Domini* 1325. *in nocte S. Matthæi Apoſtoli.* Eiusdem quoque meminit Gloſſ. *lib. I. art.* 9. poſt medium. VINCENTIVS PLACCIVS ſuo de Anonymis Tractatu cap. III. n. 981. vna cum Goldaſto duplicem facit Gloſſæ Speculi Saxonici auctorem. Antiquæ Gloſſæ Burcardum a Mangelfeld, ſequeſtratorem ſacri Palatii, aut Theodoricum a Bocksdorf, Epiſcopum Numburgenſem. Poſterioris, Scabinum quendam Polonum. Hunc Burcardum a Mangelfeldt Ottonis II. Cancellarium facit Gloſſator des Weichbilds *art. X.* vbi dicit: *Darnach nach dieſem Keiſer Otto, ward zu Kœnig gekobren der Rote Kœnig Otto, der beſtetiget aber da zu Magdeburg das VVeichbildrecht, mit der VVeiſeſten Rath, nach ihrer ſelbs VVilkür, und hies dasſelbe Recht aus dem Sachſſen-Spiegel nemen und ausziehen, und ſatzte darzu, das in dem Sachſſen-Spiegel ſo lauterlich nicht geſetzt war. Und befalh und gebot ſeinem Quæſtori, ſeins heiligen Palatii, das er das thete, der war genant Burckhardus von Mangelfildt und war Profeſſor ſacræ Theologiæ, und dominus legum, und Doctor Decretorum. Der muſte von des Keiſers gebots wegen den Sachſſen-Spiegel commentiſiren und ſeine Satzung beweiſen mit Legibus und Canonibus, und das muſte er thun in einer Gefengnis, und alſo ward dis gegenwertig Privilegium, auch von ihm geſetzt mit dem Comment, und auch ſazet er den Richtſteig, Gercke aber von Kertawr, der volwortet den Richtſteg, Eike von Repkaw macht den Sachſſen Spiegel zu Latein, und bracht ihn darnach in Deutſch, von bei wegen Graf Hoiers von Falckenſtein.* Verum IO. GRYPHIANDER de *VVeichbildis Saxonicis c. LII. & LIII.* Gloſſatoris ἀνιστορησίαν craſſiſſimam ſatis detexit, cum Speculum Saxonicum ſeculo decimo tertio demum fuerit compilatum, minime conuenire, quod Burcardus iſte tempore Ottonis II. vixerit, quin potius poſt Epkonem de Repkau ipſum vixiſſe, variis argumentis conſtet. Sic in gl. lib. III. art. LXXV. ipſe prouocat *auf Herr Ekens Zeit.* in gloſſa *lib. III. art. XXXV. n.* 3. *art. LXXXVII. & LXXXVIII. n.* 2. pr. adlegantur conſtitutiones aliquot Imp. Friderici de Stauffen quo nomine Fridericum II. intelligi, docuit GRYPHIANDER *c. I. n.* 2. In Gloſſa enim *lib. III. art. LVII.* dicitur: *Hierumb iſt Keyſer Fridrich von Stauffen abgeſetzt worden.* Et in Chronico Iuri Weichbildico præfixo: *Nachdem was Keyſer Fridrich von Stauffen zu Keyſer gekobren Anno* 1213. quæ ſaltim Friderico II. conueniunt. Sic prouocatur

ſæpius

ſæpius ad Decretales, quarum publicatio tamen demum a. 1230. fuit facta, atque ad conſtitutiones Alberti Auſtriaci *lib. III. art. LXIII. LXIV. LXXXIV*, qui tamen exeunte ſeculo XIII. vixit. In Gloſſa lib. II. art. XXVIII. n. 5. allegatur Ioannes Teutonicus, *der alte Teutſche Doctor*, qui erat Gloſſator Decreti Gratiani & circa annum 1270. ſcripſit. Quid quod Burcardus iſte Epiſcopus Magdeburgenſis, cuius mentio fit *art. LXV.* vti diximus a. 1325. fuit occiſus. Nouam deinde Gloſſam adiecit Melchior Zobelius. GRYPHIANDER *c. LIII. n. II.* De Volrado a Dreileben HENR. MEIBOMIVS *in Chronico VValbacenſi p. 9.* diploma adducit de a. 1293. cui ſubſcripſit *Volradus, Nobilis de Dreilebe miles.* De Damiano a Bocksdorf auctor eſt BROTVFFIVS *in Chronico Merſeburgenſi lib. II. c. XLVII. Im Iahr Chriſti* 1426. *hat D. Tammo, das iſt Damianus von Boxdorff ein Thumherr zu Marsburg das Remiſſorium oder den Indicem und die Concordantias über das Sachſiſche Recht in einem Iahr zu Marsburg gemacht.* Vid. REIMANNVS *Einleitung in die Hiſtoriam Litterariam lib. II. n. CCCLXXXVI. ſqq.* Eius coniecturam vero de Bureardo a Mangelfeld quam n. CCCXCI. proponit, quaſi Comes Mansfeldenſis ſit intelligendus, non ſequimur, dum gloſſæ de ipſo ſaltim ac de priuato loquantur.

††††† De his Nugis KRANTZIVS Saxonia lib. II. c. XXI. *ad Gloſſatorem veniamus: virum alioqui iuris peritiſſimum: & cui plurimum debent eius Conſtitutionis ſervatores: Sed fabulas narrationi plurimas contemptu dignas inſerit. Non eſt longe euagandum, vt tale quid oſtendamus. In eius loci explanatione, quem diximus, vide quam puerile eſt quod ait: Pompeium conſulem voluiſſe Imperatorum leges in vnum codicem redigere: cuius temporibus & ante, nulli erant Imperatores qui leges ferrent: Ciues autem Romani facti conſules, aut prætores, cum exercitum deducerent, victoriam aſſequuti, Imperatores ea tempeſtate dicebantur: ſed leges non ferebant. Rogabant conſules in ſenatu, vt ſi probarent, fierent ſenatusconſulta: & Tribuni plebem, vt plebiſcita fierent. Mirum quod vir iuris doctiſſimus, Conſtantino tribuat initium legum: & non Pandectis & iuriſconſultis, ſed miſſa ſint hæc. Quid eſt, quod aſſerit Karolum feciſſe conſtitutionem de eligendis Imperatoribus: quæ res pertinet ad Ottonem III. annis ducentis poſt Karolum. Quid, quod ait, per eundem Karolum ſparſos VVandalos per omne regnum: cum latiſſima natio Bohœmiam, Poloniam, Ruſſiam, Dalmatiam, & littora Germanici maris impleuerint longe ante Karolum. Quid, quod Suæuos tradit expulſos per eos, qui de Anglia redierunt: cum reuera de Italia redirent, qui hoc fecere: quod ſupra ſuo loco oſtendimus. Infinita ſunt eius generis: de quibus pauca attigi: eo conſilio, non vt virum laude digniſſimum reprehendam, ſed vt oſtendam lectori, iuribus ab eo introductis, non narrationibus fidem adhibendam: quod idem accidit Accurſio diligentiſſimo gloſſatori.* Sequitur Krantzium GEORGIVS FABRICIVS *Origg. Saxon. lib. I. f.* 61. & LAMBECIVS Origg. Hamburgenſium lib. II. n. 280. *Ceterum hæc ita a me ſcripta accipi velim, vt quem minime lateat, quod de Iure VVeichbildico, quod nunc extat, vt & de Speculo Iuris Saxonici iudicandum ſit. Ipſe enim vtriusque operis ſubtilitatem & aniles fabulas hic detegerem, niſi id iampridem a clariſſimis ſuperioris & noſtri æui Scriptoribus, Alberto Crantzio & Hermanno Conringio abunde factum eſſet.*

†††††† Plures eiusdem Speculi antiquiores ſunt editiones. HERTIVS *de Conſult. Legibus & Iudiciis §. XIII.* poſſidere ſe dicit editionem antiquiſſimam, quæ his verbis concluditur: *explicit der Sachſen-Spiegel, den der Erwürdige in Gott Vatter und Herr Theodericus von Bockstorff Biſchoff zu Nuenburg ſeliger gecorrigirt hat. Getruckt*

*zu*

*zu Baſel durch Bennhart Ritzel in deme LXXXIII. Iahre.* Alia antiquisſimaeſt Lipſienſis a.1488.in cuius fine: *Explicit Speculum Saxonum, ſolicite correctum, impreſſum & expletum Lyptzigk, Anno Domini M. CCCC LXXXVIII. die Sabbati, penultima Auguſti.* Alia prodiit *Auguſtæ Vindelicorum* a.1516. typis Syluani Othmeri. Vsque dum Chriſtophorus Zobelius Iureconſultus Lipſienſis, collectis antiquioribus, nouam eiusdem adornaret editionem, idiomate ex antiquo Saxonico in Misnicum transmutato, Saxonicum Ius cum Ciuili conferret, Gloſſam, de qua diximus, cum noua additione & Repertorio adiiceret. Dum autem labori immoreretur Zobelius, eius editionem procurauit GEORGIVS MENIVS, *Lipſiæ* 1561.*f.* in cuius præfatione Menius monſtrat, quid præſtiterit Zobelius, dum ita præfatur: *quod ipſum quo præſtaret fructuoſius atque externis antiquiora habens paria, id quod nemo non vir honeſtus fecit vnquam, iuris Saxonici iuridicam cœpit adornare elucidationem, reuocatis adaptatisque ad ius commune ſingulis, qui in illa continentur, articulis, addens inſuper tum quæ ex longo vſu forenſi didiciſſet ipſe, nec non aliorum etiam præſtantium Iuriſconſultorum cenſura confirmatione accepiſſet, tum etiam quæ ex quotidianis reſponſis ſibi reddita iam multis inde annis diligenti ſtylo connotata collegiſſet: paſſim quoque ipſam diſciplinæ iudicialis architectonicam addidit, quam plærique hactenus viri etiam conſultiſſimi exercitatiſſimique in latenti retinere neque publica facere voluerunt, quod priuata victum illa ſibi vberius præbere ſupellectilemque auctiorem reddere animaduerterent.* Hæc Zobeliana poſtea denuo prodiit *Lipſiæ* 1595.*f.* atque typis Gothardi Vœgelini 1614.*f.* cum variis additionibus & reſponſis Scabinorum Magdeburgenſium. Reperiuntur tamen varia MSCta, ob antiquitatem admodum æſtimanda, quæ genium adhuc antiquæ linguæ Saxonicæ ſeruant. Tale in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi repetitur, de quo PETRVS LAMBECIVS *lib. II. c. VIII. p.* 831. *Volumen Germanicum membranaceum in quarto, ætatem præ ſe ferens quadringentorum fere annorum, quo continetur Ecconis de Repcau, ſeu, vt ibi legitur, EYKE VON RIBIKOUVVE Speculum Iuris Saxonici, vulgo dictum der Sachſen-Spiegel, cuius prima Præfatio rhytmica incipit hoc modo:*

*Ich rymmere, ſo man ſaget, bie dem VVege,*
*Dez mus ich manigen Meiſter han;*
*Ich han berichtet nutze Stege,*
*Da mancher nach bie beginnet gan.*
*Ich en kan die luete nicht*
*Gemachen vernuniſtec al gemeine.*
*Alle lere ich ſie des Rechtes phlicht.*
*Mir en helfe denne Got der reine.*
*Swer mine rede nicht vornimt,*
*VVil der min Buch beſchelden ſan,*
*So tuet er das ym miſſecimt.*
*VVand ſo wer ſwimmen nicht en kan,*
*VVil der dem VVazzer wieſen das &c.*

*In fine eiusdem Præfationis publicat ipſe Autor nomen ſuum, atque Opus illud rogatu Hogeri ſiue Hoieri Comitis de Falckenſtein in Germanicam linguam ſe tranſtuliſſe teſtatur hoc modo:*

*Nu danket algemeine*
*Dem von Valkenſteine*

Der

*Der Greue Hojer iſt genant,*
*Das an dutſch iſt gewant*
*Dis Buch durch ſinne bete;*
*ETKE VON RIBIKOUWE is tete*

*Sequitur deinde ſecunda Præfatio rhytmica, cuius principium:*

*Des Heilgen Geiſtes minne*
*Geſterke mine ſinne &c.*

*Subiungitur porro tertia Præfatio proſaica, cuius initium: Got, der da iſt begin unde ende aller dinge &c.*

*Hinc demum incipit ipſum Opus hoc modo:*

*HIE BEGINNET LANTRECHT*
*VON BABESTE VND KEISERE.*

*Zwei Swert lies Got in ertriche zu beſchirmen die Chriſtenheit. Dem Babeſte iſt geſatzt das Geiſtliche, dem Keiſere das VVeltliche, &c. Rariſſimum profecto & optimæ notæ eſt Exemplar hoc manuſcriptum, quippe quod Gloſſis illis, quæ vulgo quidem ſolent addi, ibi autem omnino deſunt, ſine dubio eſt vetuſtius, & tam reſpectu antiquæ Germanicæ linguæ & orthographiæ, quam ratione ipſius materiæ & diuiſionis ab omnibus Speculi Saxonici hactenus impreſſis editionibus, adeo differt, vt ad differentiam hanc plene indicandam integra prorſus noua editione opus ſit.* Ad eundem Codicem prouocat WERLHOFIVS *Specimine II. Iuris Germanici cap. II. §. CLXXV.* Alium Codicem Chartaceum cum Gloſſis in eadem Bibliotheca reperiri teſtatur LAMBECIVS *p.*834. Ad alios Codices prouocat IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis cap. XXXIX. n.* 7. dicens: *Certe priſci Codices Speculi Saxonici Saxonicum quoque ſermonem repræſentant. Eius rei teſtes produci poſſunt duo in bibliotheca illuſtris Comitis Oldenburgici aſſeruati, manuſcripti in membrana pro vſu & more illius aui. Quorum antiquior deſcriptus eſt Anno* 1336. *manu Henrici Gloiſtein Monachi Ruſtedenſis, ſumtibus Ioannis Comitis Oldenburgici eo nomine ſeptimi. Non quod vellet ſuis militaribus noua introducere iura multa & ſtatuta, ſed pro eo tantummodo, quia ſuis temporibus fere omnes milites & militares ſui dominii ſeniores moriebantur: ita quod per abſentiam illorum iura parentum ſuorum fuerunt viuentibus militaribus tunc exiſtentibus multum incognita, & in ipſis iuribus ſæpe claudicabant. Item pro eo, vt ſi aliqui militares ſuper quacunque re fierent diſcordantes, ita quod ſibi ius Saxonum eligerent propter præſentiam illius libri, huiusmodi rei & cauſæ pro quibus fuerunt diſcordantes, parere poſſent, ſuis laboribus & expenſis &c. Vti teſtatur epilogus illius libri cuius meminit quoque Chron. Oldenb. fol* 93. *Recentior codex Gerhardi Comitis Oldenburgici fuiſſe dicitur, qui obiit Anno* 1500. *Vterque Saxonico idiomate conſcriptus, & Latino textu carens, incipit a prologo, Des hilligen Geiſtes Minne, de ſtercke mine Sinne &c. magno indicio, rythmos vernacula lingua conceptos, ſibi probe conſtare, in alia dialecto claudicare. Neuter codex ius VVeichbildicum continet, antiquior quoque nec gloſſam, ſed ius feudale Saxonicum in eadem lingua Saxonica pro quarto libro Speculi Saxonici additum habet. Recentior gloſſam Germanicam habet, ſed ſterilem & breuem, quippe quæ poſtea aucta eſt.* Atque huiusmodi aliquo codice Saxonico vſum Freherum in tractatu *de occult. iudic.* arguit ſententia, quam ex lib. I. art. 2. citat: *Na iuwelicker Vogedeye, ſo ſchal iuwelick Burmeiſter wrogen dat Gerichte*

 *und*

*und blodende VVunden. &c. Priorem Codicem*, *cum ipſius epigraphe æque recenſet* HERM. HAMELMANN *Chron. Oldenburg. p.I. c.XXIX. f.93.* Adſeruat etiam Bibliotheca noſtra Academica Membranaceum Codicem huius Iuris Saxonici elegantiſſimum. Sub initium legitur.: *Hie begynnet dy Vorrede. Do epke von Repchow durch greven Hoggers VVillen von Valkenſtein dis Buch der Sachſenſpiegel hatte geſatzt, in latine us den priuilegium als dy Römiſchen Keyſere hatten gegeben, dem lande zcu Sachſen, darnach ſatzte her daz zcu dute.* Statim ſequitur Præfatio ligato ſermone, quæ incipit: *ich tzymmer ſo man ſagit by VVege*, & definit *und tete Graven Hoyers bete.* Altera præfatio, quæ in Exemplari typis impreſſo eſt, hanc excipit: *Nu vernehmet umb des Herren geburt.* Sequitur Regiſtrum ſingulorum articulorum. Inde *eyn Vorrede*: *des heiligen Geiſtes minne.* Porro conuenit cum exemplaribus impreſſis, atque primus liber abſoluitur articulis LXXI. quibus ſingulis Gloſſa ſubiicitur. Alter liber habet articulos LXXII. cum gloſſa. Tertius liber articulis XC. conſtans, æque conuenit cum impreſſis, niſi quod verba quædam quandoque varient. Sequitur *das Leenrecht* quod hic ſaltim LXXX. Capitibus conſtat, cum impreſſa Exemplaria habeant LXXXI. In fine dicitur: *hy endet lenrecht ſich an dem ſlechtin texte. Unde ſich hebit an Lehenrechtes richteſtig, mit etlichem teyle ſyner ußlegunge.* Explicatio hæc eſt Iuris Feudalis, quæ tamen diſcrepat a gloſſa communi. Sequitur perbreue Scriptum titulum habens, Cautela. cum tali initio:

*Got gebe ſyner zelen rad,*
*der dis Buch getichtet hat,*
*Ejke von recpehouwe,*
*eyn bote ſy uns libe frouwe*
*tzu yrem liben Kinde,*
*das er ſein lon dar vinde,*
*des bittet alle diin zu Gote,*
*Michahel ſy der vrone bote,*
*daz her ſyne zele wiſe,*
*ztu dem paradiſe,*
*unde beſliſſe ſy darynne,*
*das ſy Gotis myne,*
*ymer behaldin muſſe,*
*ſein gnade iſt ſo ſuſſe,*
*Herre Gott der reyne,*
*der von Valkenſteine,*
*Tu yn der ſeligin genoz,*
*und ſetze yn in abrahams ſchoz,*
*VVenn von ſyner bete geſchiet,*
*das man ditz buch in dutſche ſyet,*
*Hette Got an mich gelegt,*
*Kunſt ende VViſheit.*
*des ich leyder arm byn.*
*So wolde ich gerne mynen ſin,*
*mit vliſe daran keren.*
*bern eyken wort meren,* VVen

*wen von der gnadin ſein,*
*iſt dis buch wordin meyn,*
*unde mochte ich ym gedynen was,*
*mit guten willen tete ich das.*
*des ſolde her ſich ztu mir vorſehin,*
*ſolde ich ryten oder gehin,*
*das ſein wille were*
*unde im des nicht vorhere*
*nu weis ich nich was ſprechin me,*
*Got gebe das mein wille ergee,*
*das ſyne groſſe wisheit,*
*dy Gott myn hat geleyt,*
*tzu ſyner ſele muſſen komen,*
*beyde zu guaden unde zu fromen.*

*Cautela.*

*Cautela byn ich genant,*
*Ich byn komen in dy lant,*
*tzu leren guten luten,*
*dy recht kunnen beduten,*
*mich hat erdacht ein man.*
*her iſt milde daz er kan*
*rechtis als hers weme gan,*
*Is iſt allis ſein geer,*
*das vele lute wiſe wern,*
*unde das rechte drate ouch,*
*geſcheidin wurde ſunder inch,*
*des byn ich ztu orkunde*
*geſant us ſyme munde.*

Incipit hæc Cautela: *Unſer herre Got der ſpricht: Iuſte iudicate filii hominum.*

Finit Cautela his verbis:

*Nu mercket alle gemeyne*
*beyde gros unde cleyne,*
*das des ewigen Gotes ſone*
*mit ſyme riche lone,*
*dem vorgnanten Hermanne &c.*

Sequitur Rubrica Premitz

*Premitz bin ich genand.*
*Ich wil nu ſein bekant,*
*von guten allin,*
*den kruſe wort nicht gevallin,*
*dy ſlecht und gerecht*
*unde an kruſen ſich nicht keren,*
*unde kruſen nicht bekeren.*
*Von Oſuelde Hermann*
*dy erbeit hebet ſich an mir an,*

*das ich byn komen in dy lant,*
*ztu Vromen kruſen*
*den guten VVendin,*
*unde loſe kruſen ſchenden.*

Quid vero ſit Præmiſſin in ſequentibus verbis explicatur: *Nu wil ich dich premitz leren, wy du dy Valſchen intedingen ſalt twingen, als man ein phert mit eyme premſe twinget. das ſy an dyſen equinoken kruſen worten an eyme ſynne muſſen bliben, wenn ſy tedingen wider dich: ſo merke ab an yren worten keyne equinocken worten ſint, das dir ſchedelich geſein moge. VVenn intedingen ſal man alle wort merken. VVenn du yn denn antworten ſalt, ſo ſpreche yn alle wort nach, unde wor dat wort dat mehr ſynnes helt, dar ſprach Vor ein wort, daz derſelbin ſynne eynen habe adir ſetze das ſelbe word das is gleich in eyme ſynne ſtehe, unde doch den tedingen gleich ſey, unde ſprich denn. Alſo habe ich uch Vornomen, Sprechin ſy denn ia, ſo antworte nach deine ſynne, ſo en mogin ſy mit eym andern ſynne nicht geſchaffen. So Volge du denne den teydinger nach dem ſynne. Sprechen ſy nein, unde ſetzin das equiuocum noch eins adir einander, ſo wollin ſy kruſen unde obelen, ſo ſaltu ſy premiſen alſo unde ſprechin, dat wort hat mehr ſynnes denn eynen, in welchem ſynne wollet ir ſtehin das ſait mir ſo mogen wir zcu ande getedingen, dar ſprechen ſy denn billichin, wenn du denn eynen ſyn alſo irwirbeſt damyte haſtu ſy gepremiſſet, daz ſie dich nicht mogin betrigen.* Sequitur *dat VVeichbild* præmiſſo Regiſtro. Hoc vero CLIIII. articulis conſtat, quorum vltimus, æque ac in impresſis, eſt *Von der Iuden Eyd.* Hoc excipit Speculi Saxonici Textus latinus, licet articuli cum impresſis Exemplaribus plane non conueniant. Sequitur *der Richtſteig*, ſiue de norma Iudiciorum liber. Conſtat XLIX. articulis. In fine eiusdem hæc leguntur: *Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo decimo. Sexta feria proxima poſt Iacobi per manus Arnoldi &c.* Ex quo annus Codicis ſcripti adparet. Gloſſa Iuris Feudalis ſequitur, quæ tamen ab edita diſcrepat. Concludunt demum articuli reprobati, ſub hac Rubrica: *Iſti ſunt articuli de ſpeculo Saxonum extracti, qui repugnare videntur legi Dei, Canonibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ ac legibus ſancti Imperii.*

Posſideo etiam Codicem chartaceum. In eodem reperiuntur Capita quædam Iuris latino ſermone conſcripta, ſed imperfecta. Sequitur liber ſingularis, cum hac inſcriptione: *Optimus liber legum ſecundum diſtinctiones.* Initium tale eſt. *Dit iſt eyn buch der rechten in VVichbilde in Sechſſen art alſs iſs dy Von Meydeburgk gebruchen und dy Von Halle und dy ore Volbort do nemen und dy Von Lipzk zchu Halle dornoch Vel ſtete in der Marggraffſchaft zu Miſſen ore Volbort nemen der rechten.* Conſtat autem libris ſeptem, & tali modo ſubſcribitur: *Finitum ſub anno Domini* 1475. *feria ſexta poſt epiphanias domini.* Sequitur inde Ius Weichbildicum cum tali proœmio: *Alſus mogen wir nun horen und Vornemen ſo wel ich uch ſagen Von begin des rechten un Von der eygenſchafft. Nun mogt ir horen welch dy ſint. Gotesrecht iſt das irſte. Markrecht iſt daz andere, lantrecht iſt daz derte.* Conſtat vero hic Codex CLII. articulis, cum vulgares editiones CXXXVI. articulis finiant. Neque tamen plura in eodem continentur, quam in editionibus vulgaribus, ſed articuli ſæpius fuerunt diuiſi. Quare etiam articulus CLI. cum articulo CXXXV. reſpondet. Verba vero articulorum ſæpius variant. Hoc Ius Weichbildicum Excipit *das Landrecht*, quod cum editis plerumque conuenit, niſi quod idiomate Saxonico antiquo fuerit conſcriptus Codex. Subſequitur *das Lehnrecht.* Hæc autem tria Iura Saxonica ſine Gloſſa hic reperiuntur. Vltimo loco veniunt regu-

Digitized by Google

læ quædam Iuris, Germanico idiomate conſcriptæ, vna cum explicatione. Incipit tali modo: *Di Swoben nemen Wol her gewete und erben boben der ſiebenden ſippe, alſo ferre alſo her.gewiſen kan. etliche buchere habin ſwaben e. d. iſt unrecht wan Swaben ſind geboren und Swoben ſint worden, alſo es hy vor geſetzt iſt. Daz hært ſted d. hort nicht zcu den priuilegio der Sachſen.* Plura de hoc Speculo habet PETRVS HEIGIVS *Quæſt. Saxon. VIII.* Latino ſermone hoc Speculum edidit GOLDASTVS *in Collectione Legum & Conſuetudinum Imperii p.* 126. cui *p.* 168. ſubiectum eſt Ius Weichbildicum Magdeburgenſe, demum Ius Feudale. REIMANNVS *lib. I. p* 450. prouocat etiam ad Codicem in Bibliotheca Mariana Halenſi in quo tamen deſit Gloſſa vetus & Præfatio rhytmica.

††††††† In MSCto equidem Bibliothecæ noſtræ publicæ ſubiungitur *der Richtſteig*, de quo Gloſſa *art. X. VVeichbilds* de Burcardo a Mangelfeld: *und auch ſetzet er den Richtſteig, Gericke aber von Kertaw der volwortete den Richtſteig.* In Proœmio vero huius libri, hæc habentur: *Dieſe Satzung genennet der Richtſteig ſetzet Kayſer Friderich von Stouffen nach Gottes Geburt tauſend anderthalb hundert in dem acht und zwentzigſten Iahre in dem dritten Iahre ſeines Reichs an dem Pfingſtage zu Meylan in dem Palatz und kam alſo zu, das die geiſtlichen und Weltlichen Furſten dem Kayſer kund thaten, das viel ſchuldiger leut loſs werden und die unſchuldigen im Gerichte verurtheilet werden, durch des Willen, das ſie die VVeiſe vor Gerichte nicht wüſten, und ſich zu ihrem Rechte nicht behelffen mæchten und auch die Richter nicht wüſten, wie ſie richten ſolten, und die rechten weiſen des Gerichts nach des Sachſenſpiegels Lehre da die recht viel weitlauſtig in vermiſchet ſind, halten ſolten. Durch der Sachen Willen, ſo hat der vorgenante Kayſer Gott und ſeiner Mutter Maria zu ehren, der VVelt zu Frieden, und in Frieden zu leben, und dem Guten zum Frommen, und dem Bæſen zum Schaden dieſe gegenwartige Satzunge geſetzet, damit das klarlichen in VViſſen kommen mag, das der Richter im Gerichte, und der Klager und der Antworter ſollen Wiſſen, wie ſie ſich miteinander nach dieſen Rechten halten ſollen.* Hæc iudiciorum norma acceſſit etiam quibusdam editionibus antiquioribus Speculi Saxonici.

## §. XXIII.

Obtinuit huius Iuris auctoritas per omnem non ſolum Saxoniam, Marchionatum Brandeburgicum; * Principatum Anhaltinum, ** Holſatiam, *** ſed & vtramque Luſatiam, **** etiam Sileſiam, ***** Bohemiam, ****** Poloniam, † Boruſſiam, †† Tranſyluaniam ††† quin etiam Daniam ††††. Licet non ſolum a Gregorio XI. Papa plures eiusdem ††††† Iuris articuli fuerint reprobati, ſed etiam hæc reprobatio ab Eugenio IV. Papa in Concilio Baſileenſi repetita, XIV. articulis ibidem reiectis †††††† atque denuo XXII. articulis reprobatis. ††††††† Huius autem iuris auctoritas recepto potiſſimum Iure Iuſtinianeo, & accedente Statuum Imperii poteſtate legiſlatoria, extra prouincias Saxonicas, plurimum fuit imminuta. †††††††† Confirmata tamen Iuris huius auctoritas, dum Carolus IV. Imp. Saxoniæ Electorem Imperii Vicarium conſtitueret in Iure Saxonico, ſiue potius in Terris Germa-

 nicis,

nicis, quibus Ius Saxonicum tunc fuerat receptum. ††††††††† Manſit huius Iuris auctoritas in Saxonia potiſſimum Ducali, atque vocatur Ius Ciuile *das gemeine Sæchſiſche Recht*, niſi in quantum ipſi per Conſtitutiones Prouinciales moresque contrarios fuit derogatum. *

* CARPZOV *p. I. Conſtit. XXVII. d. I. n. vlt.* WILDVOGEL *diſſert. de præcipuis Iuris Marchici a Saxonico Differentiis.* Deſiit tamen eius Iuris auctoritas, prout etiam RHETIVS demonſtrauit *Comment. in Ius Feudale* Procem. *n.* 51. *p.* 13. Per Receſſum enim de a. 1527. & 1534. iuri Saxonico expreſſis verbis fuit renuntiatum: *derowegen unſere Prælatin, Herren, Stædte, ſich aller Gebræuche und Gewohnheiten voriger Gericht und Rechtens verziehen und abgeſagt*, prout docuit STRYKIVS *Præf. Vſus moderni Pand. §. XXIX.* Teſtantur de eo etiam Reuerſales in Marchia a. 1539. Ordinibus datæ: *doch ausgenommen die VVeichbilder, Croſſen, Gotbuſſ, Sommerfelde und Lieben die des Sachſiſchen Rechten ohne die beyden Artikel die Succeſſion und Erb Fälle belangende zu gebrauchen vorbehalten haben*, de quo WERLHOF *Specim. II. Iuris Enucl. Germ. p.* 191. HOFMANN *p.* 114.

** HORNIVS *in Iurisprudentia Feudali cap. I. §. XXVII.* Erneuerte Anhaltiſche Cantzelley Ordnung *§. XXVII. Ob wir uns zwar in unſerem Lande des Sachſiſchen Rechtes ſo ferne es vſu recipiret, gebrauchen.*

*** ERICVS MAVRITIVS in præfatione ad Conſilia Kilonienſia dicit, quod deficiente Iure Prouinciali & conſuetudine, in cauſis Nobilium ei duntaxat locus fuerit. & *p. I. conſ. VII. n.* 16. Sic enim adhuc inter Chriſtianum II. Regem atque Holſatiæ Ordines a. 1522. conuenit: *Deinde, vti lites omnes dirimantur, in Holſatia, iuxta vetera ſtatuta, ex Saxonici iuris codice, Speculo Saxoniæ dicto*, apud IO. MEVRSIVM *Hiſt. Danica l. III. p.* 82 In p. II. tamen *reuidirter Landgerichts-Ordnung tit. III.* dicitur: *in Mangel aber einer ſolchen beſtändigen, rechtmæſſigen Gewohnheit ſoll nach den Sachſen Rechten geurtheiles werden.* Ius Dithmarſicum etiam iuſſu Friderici II, Danorum Regis, ex Saxonico fuiſſe ſuppletum, docet nos Præfatio des Ditmarſiſchen Landrechts §. II. *und haben demnah dat olde Dithmarſche Landrecht dorch Vnſere Ræde und Rechtsgelehrden vornehmen mit flyte beſichtigen, und wat darinne beſunden worden, dat affgeſtellet werden ſcholde, caſſeren und aff dohn; wat auerſt der Vernunfft und Billi kkeit gemehte, in eine richtige Ordnung bringen, und den Mangel ſodahnen Landrechtens, up wat Fälle de gefunden worden, uth anwyſinge natürlicker Billickeit, der Sachſiſchen oek gemenen beſchrewenen Rechten, erſetten lathen.* Vid HENR. GISELBERTVS *peric. ſtat. Introd. III. p.* 43. WERLHOF *Spec. II. p.* 187. MOLLER *Iſagoge ad Hiſt. Cherſ. Cimbr. p. I. c. XV. §. VI.* HOFMANN p. 113. qui etiam plenius docet, quam auctoritatem Speculum Saxonicum obtinuerit in Principatu Halberſtadienſi, Ducatu Bremenſi, VVeſtphalia, Pomerania, & vrbe Luneburgenſi.

**** Teſtatur de eo MELCHIOR GOLDASTVS *lib. I. de R. Bohemia cap. XVI. §.* 3. de Luſatia dicens: *Cæteroqui ad Saxoniam ſpectat: eſtque vnum ex ſeptem feudis vexilliferis Saxoniæ, iureque Saxonico vtitur, in cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus.* Idem repetit *lib. III. c. XVI. §.* 41. *lib. IV. c. XIII. §. 1. ſqq.* Sequitur DOMINICVS ARVMÆVS *Diſcurſu III. ad A. B. concl. XXVIII.* Rationem introducti apud Luſatos Iuris Saxonici hanc reddunt, quod Luſatiæ dati fuerint Principes & Marchiones ex Wittichindi Ducis Saxoniæ poſteris, & Comitibus Wettinenſibus, qui ſine dubio

no-

nobiles Saxonicos ſecum in Luſatiam duxerint, adeo, vt per hos quoque Ius Saxonicum in Luſatiam fuerit introductum, adeo, vt ſi dubium quoddam incideret, recurſus ad Scabinos Saxonicos eis patuerit, prout LEVBERVS *de ſtapula Saxonica num.* 1340. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis c. LXXX. n.* 4. L. B. de GERSDORF *de Feudis Luſatiæ Superioris cap. I. §. IX* docent. LEVBERVS tamen *de Stapula Saxonica n.* 1336. *& ſqq.* nullum inde Iudicio Magdeburgenſi auctoritatem enatam fuiſſe teſtatur.

***** NICOLAVS HENELIVS *Sileſiographia cap. XI. §. XXXVI. Vtitur porro omnis fere Sileſia in rebus quidem profanis, non, vt olim, Polonico, ſed illo in Germania celebratiſſimo iure, quod ab inclyta gente Saxonum nuncupatur Saxonicum. Adeo quidem, vt præſtantiſſimi Sileſiæ Iureconſulti; Vipertus Schwab, Andreas Hertwig, & Laurentius VValther in reſponſo quodam, quod exſtat inter Conſilia diuerſorum Francofurti ad Manum in quarto impreſſorum, hiſce verbis ſcribere non dubitarint: Das man ſich des Sächſiſchen Rechtes in dem gantzen Schleſien in rechtlicher Vorſprechung aller zanckiſchen Handel und Sachen ohne einerley VViederrede und Irrung ie und allewege über recht verwehrte Zeit des Rechtens, ia über aller Menſchen Gedencken gebraucht, hält, und noch heutiges Tages hält und braucht, mit und zu welchem ſie auch privilegiret, gewidmet, und ausgeſetzet iſt.* Idem hoc confirmat in Tractatu *de Iure dotalitii §. XVIII. lit. c. p.* 157. GOLDASTVS *d. R. Bohemia lib. III. c. XVI. §.* 27. *Et immediatum Principum Sileſiæ, Prælatorum & Ciuitatum quarundam ſtatum arguit etiam illud quod Appellationes olim immediate ad Cameram Magdeburgenſem deuoluerentur. Cuius rei indicia quadam ſupererant, antequam ſummum illud Appellationum iudicium Pragæ ab Imp. Ferdinando I. Aug. inſtitueretur.* Plenius hoc declarat CASPAR SCHIFORDEGHERVS *ad Antonium Fabrum lib. I. tr. XXX. p* 254. IO. IACOBVS WEINGARTEN *faſc. diuerſ. Iurium lib. II.* SAMVEL STRYKIVS *diſſ. de Iure Sileſiorum Saxonico.* HOFMANN *p* 109. Vratislauienſi præſertim vrbi ab Henrico II. Duce a. 1261. tale conceſſum fuit priuilegium: *quod nos intendentes commodo ac honori Ciuitatis noſtræ prout infra ſpecificatur deſideratum ius eidem atque eorum poſteris conceſſimus indulgendo.* Bolco III. etiam Dux priuilegium de anno 1363. tulit, quo Ciuitati Suidnicenſi ius Magdeburgenſe conceſſit, & in controuerſiis Iuridicis ad illud prouocare iuſſit, de quo IO. HENR. FELZII *Diſſert. ad Bolconis II. Ducis Sileſiæ Suidnicenſis Legiſlatoris Conſtitutionem de ſucceſſionibus ab inteſtato, Argentorati* 1701. 4. HOFMANN *p.* 110.

****** De primis quidem temporibus hoc negat GOLDASTVS *de R Bohemia lib. III. c. II. n.* 1. dicens: *In iure Saxonico Rex Bohemiæ negatur eſſe Theutonicæ nationis. Sed mihi exploratum eſt, hac verba iuri Saxonico fuiſſe inſerta ab Eckone de Repkaw Scabino ſeu Aſſeſſore Iudicii Imperialis Magdeburgici, ex odio magis & inuidia, quam vſu Imperii noſtri, propterea quod Bohemi detrectabant Iudicium illud agnoſcere, aut iura inde petere præſertim paſſiue, quum tamen Poloni & Lituani, & Sileſii, forum illud Cæſareum, Saxonibus & Slauis pro ſupremo tribunali ordinatum, ſequi non grauarentur.* Aliter tamen *lib. IV. cap. XIII. n.* 1. dicit: *at in priuatis & ciuilibus cauſis tam Rex Bohemiæ quam eius ſubditi, Bohemi, Sileſii, Luſatii, forum Palatii Magdeburgenſis ſequi, & inde ius ſuum petere olim cogebantur* & *lib. IV. c. XV. §.* 6. Vid. Dn. LVDEWIG *de Iure ſuffragii R. Bohemiæ cap. II. p.* 91. MARTINI *in Comment. in præf. Ordin. Iud. Saxon. n.* 69. *p.* 14. ex Nou. Imp. Ferdinandi III. lit. Dd. art. VIII. verbis: *nicht allein auf die gemeine, ſondern auch die Sächſiſche und Böhmiſche Rechte darinnen zu ſprechen.*

† Pater

† Patet hoc ex Tabulis, quibus Speculum Saxonicum & Ius Weichbildicum confirmat Sigismundus III. apud CONRINGIVM *cap. XXXI. p.* 194. *Magna laus,* inquit, *ſummæ prudentiæ tribuenda eſt Sereniſſimis ſuperioribus Poloniæ Regibus: qui cum animaduertiſſent, quantum rerum omnium, non modo quæ ad vſum vitæ, verum etiam quæ ad cultum ſplendoremque pertinent, commercium, Regni Poloniæ mercatores cum finitimis ſibi Germanis habeant, Teutonico iure vrbes & oppida ſua vti voluerunt. Nam conſociatum eſſe iure, ſingulare quoddam ad tuendam fidem, quæ eſt humanarum actionum negotiorumque fundamentum. Hoc genere gloriæ perpetuis ætatibus Caſimiri M. Regis memoria vigebit. is omnium primus hanc rationem iuris dicendi conſtituto ſummo eius tribunali in arce Cracouienſi inſtituit: & non modo vrbibus & oppidis regni, verum etiam pleriſque pagis permiſit: aliique Reges permiſere. Hos imitatus Alexander Rex, magnus noſter auunculus, Municipale Ius Codici Legum ac Statutorum Regni, qui in Conuentu Radomienſi edebatur, adiunxit: Sigismundus vero auus noſter grauiſſimus, & ætatis ſuæ Regum pater, Speculum Iuris Saxonici, & illud idem ius Municipale, docti viri Iaskri lucubratione & commentatione illuſtratum, publicari per regnum & ditiones ſuas voluit, eidemque auctoritatem tribuit.* LEVBER *de Stapula n.* 1327. *ſqq.* HOFMANN *p.* III.

†† Licet Boruſſi potius Iure Weichbildico fuerint vſi, prout infra dicemus.

††† Quis Status Iuris Tranſyluanici, patet ex relatione, quam doctiſſimus Civis MARTINVS SCHMEITZELIVS, patria Coronienſis, mecum communicauit, quam B. L. denegare nolui. *Natio Saxonica proprium ſuum habet Ius Statutarium. Municipale, quod compilatum eſt ex Iure Ciuili Romano & Saxonico Germanorum multa etiam habet peculiaria quæ antiquis conſuetudinibus fundantur. Diuiditur illud in IV. libros quorum I. habet Titt. XII. Secundus habet Titt. VI. Tertius habet Titt. IX. Quartus habet Titt. VIII. Variæ ſunt editiones, recentior eſt quæ Cibinii prodiit* 1682. 4. *Prima fundamenta iecit doctiſſimus Ciuis noſter* M. IOHANNES HONTERVS *Coronenſis, qui A.* 1544. *Compendium Iuris compoſuit, meminit eius* MATTHIAS FRONIVS *Notarius & Senator Coronenſis in Præfat. Statutorum his verbis: Ich habe dieſes Büchlein auf die Ordnung eingerichtet, ſo für Zeiten der Hochberühmte Herr Mag. Honterus allerſeeligſten Gedächtniß, mein geliebſter Præceptor, in ſeinem Iuris Compendio gehabt &c. Fronii compilationi circa Anno* 1570. ALBERTVS HVTTERVS, *Iudex Regius Cibinienſis &* IOACHIMVS KOCH *Conſul Medienſis nouas addiderunt acceſſiones, inque ea forma & tenore, quo hodienum in vſu ſunt, Statuta noſtra latino ſermone authentico, Stephano Bathori Poloniarum Regi & Principi Tranſyluaniæ ad ratificandum exhibuerunt, quod & factum A.* 1583. *Cracouiæ, vid. Præfat. Statutorum, Matthias Miles Senator Cibinienſis in Carmine Editioni Cibinienſi ſupra cit. præmiſſo,* FRANCKENSTEIN *in Orig. & natalibus Nationum in Tranſilu. pag.* 23. *edit. Helmſtad.* TRÖSTER *in Dacia antiqua Lib* 2. *pag.* 209. *Antequam vero Saxones hæc ſua Statuta habuerunt, in componendis cauſis forenſibus vſi ſunt conſuetudinario iure & vetuſto aliquo MSto, Leges ciuitatis Noribergenſis, complexo, quod adhuc in curia Cibinienſi inter* κειμήλια *pertinaci cura aſſeruatur, & in quod nouiter creati Senatores, impoſitis ſuper codicem digitis, iuramento Reipublicæ obligari tenentur. Suſcepit anno* 1695. *laudabilem operam* GEORGIVS REVSNERVS *Cibinio-Tranſilvanus, qui VVitteberga ſtudiis incumbens, Ius noſtrum ſtatutarium Diſputationibus præſide Io. Heinr. Bergero t. t. ICto VVitteb. nunc Conſiliario Cæſareo imperiali Aulico illuſtrandum ſibi ſumſit, conuenientiam & diſconuenientiam cum reliquis in Europa iuri-*

*bus*

*bus demonſtrando, at vero dolendum omnino, non niſi Libros duos priores, & Tit. duos Libri III. eſſe abſolutos, reliquæ Diſput. in MSto adhuc latent &c. Illud in hoc labore culpo, quod textum Statutorum non latino authentico, ſed Germanico vulgari, expreſſerit.*

†††† Sic enim HARALDVS HVITFELDVS in præf. Leg. prouinc. terræ Scanicæ: *omnes hæ leges Cimbricæ, Scanicæ & Selandicæ magna ex parte originem habent ex Iure Saxonico: quod cuius facile deprehendere licet, qui eas cum libro der Sachſenſpiegel vulgo dicto, contulerit.*

††††† Præſenſerat hoc iamdum Repkouius. Quare in præfatione ait:
*Ich ſtehe zu Rome wie ein VVilt das die Hunde bellen an*

Subiecta eſt hæc Bulla ad Archiepiſcopum Rigenſem directa, Speculo Saxonico *f.* 485. in cuius initio ſtatim: *ad reuerentiam Dei, extirpationem errorum, exaltationem catholicæ fidei atque iuſtitiæ, & animarum ſalutem, quædam execrabilia ſcripta, leges ſeu Speculum Saxonum appellata, multa examinatione & maturitate in hac parte præhabita, authoritate Apoſtolica reprobamus, damnamus & decernimus irrita & inania, & carere omni robore firmitatis, prout continetur in noſtris literis inde confectis.* Sequitur deinde ipſa Bulla, in qua hæc verba habentur: *ſane fide digna, ſed admodum moleſta, pluriesque inculcata relatio plurimorum ad noſtrum perduxit auditum, quod in Saxonia, ac nonnullis aliis partibus quædam deteſtabilia ſcripta Legum, Speculum Saxonum vulgariter appellata, & inferius annotata, apud nonnullos tam nobiles, quam plebeios reperiantur, quæ iudices & incolæ partium earundem, omiſſis canonibus aliisque ſcripturis ſacris, competentibusque naturæ & ciuilibus legibus, ac bonis moribus procul pulſis, a longis citra temporibus obſeruarunt, obſeruant etiam de præſenti, ex quorum obſeruantia Deus offenditur, proximus aggrauatur, vera iuſtitia & æquitas rumpitur, Canones & leges condemnantur, enormiter rectum iudicium ſubuertitur, veritas impugnatur, contra bonos mores & leges naturæ agitur, dehoneſtatur honeſtas, libertas eccleſiaſtica conculcatur, & quod deterius eſt, Apoſtolica denegatur poteſtas, & veritati fides catholica derogatur.* Et paullo poſt: *& propterea paternis deſiderantes affectibus tot & tantis periculis obuiare, ne nobis prædicta diſſimulantibus ſanguis per ipſa peccantium in prædictis de manibus noſtris a domino requiratur, ipſa ſcripta vel leges quæ nos mature vidimus, & per nonnullos ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac etiam alios in ſacra pagina magiſtros, ac vtriusque iuris doctores diligenter examinari fecimus, habita ſuper ea deliberatione matura, tanquam falſa, temeraria, iniqua, iniuſta, & in quibusdam partibus eorum hæretica & ſchismatica, & contra bonos mores exiſtentia, perículoſaque nimium animabus, de ipſorum fratrum conſilio authoritate Apoſtolica, tenore præſentium reprobamus, damnamus ac decernimus irrita & inania, & carere omni robore firmitatis, nec non proceſſus & ſententias, ſi quos & quas forſan ipſorum ſcriptorum & reprobatarum legum prætextu & fieri & ferri contingat, in poſterum penitus non valere.* Sed de eo adhuc diſputatur, quisnam ex Gregoriis hos articulos reprobauerit. Bulla Speculo Saxonico ſubiecta nullum Datum habet. Eandem habet GOLDASTVS *Collectioni Conſuetudinum & Legum Imperialium* præmiſſam, in qua hanc clauſulam ſubiecit: *nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam noſtræ damnationis, prohibitionis, conſtitutionis, mandati, voluntatis & requiſitionis infringere, vel eo auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione 6. idus Aprilis, pontificatus noſtri Anno tertio.* Hoc Datum nos ad Gregorium XI.

ducit, qui Auinione ſedem habuit atque a. 1371. Paparum ſuit adeptus, vt igitur annus Bullæ eſſet 1373. Confirmat hæc, Bulla apud Goldaſtum, hanc ſtatim excipiens, ad Carolum IV. Imp. directa : *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Carolo Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem : Fili chariſſime, iam longum tempus eſt & prateritum, quod de erroribus & de execrabilitate quorundam ſcriptorum deteſtabilium, qua leges ſeu ſpeculum Saxonum appellantur, quibus nonnulli de partibus tuarum Imperii & regni terrarum vti ſeu potius abuti dicebantur, per fide dignas & intelligentes perſonas fuimus informati, & petitum fuit a nobis, ad quos ſpectat de talibus prouidere, vt ſuper eis ad ſalutem animarum prouiſionem adhibere dignaremur. Nos ſcripta ipſa mature vidimus, & per nonnullos tam fratres noſtros ſancta Romana Eccleſia Cardinales, quam per alios in ſacra Theologia ſolennes magiſtros ac vtriusque iuris Doctores examinari fecimus diligenter, & illa ex iis, qua falſa, temeraria, ſchismatica, contra bonos mores exiſtentia & periculoſa nimium animabus fore reperimus, authoritate apoſtolica reprobamus, condemnamus, & decernimus irrita & inania, & carere omni robore firmitatis, prout ex noſtris literis inde confectis, quarum tenorem praſentibus incluſum, quasque venerabilibus fratribus noſtris Moguntinenſi, Colonienſi, Bremenſi, Magdeburgenſi, Pragenſi, & Rigenſi Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis dirigimus, videre poteritis plenius contineri. Quare deuotam excellentiam tuam, qua ſancta, iuſta & honeſta veneratur & colit, ac contraria deteſtatur, requirimus & rogamus attentius, quatenus in publicatione dictarum literarum, & vt paratur contentis in eis, digneris pro reuerentia Dei, & Apoſtolica ſedis & noſtra, dictaque animarum pro ſalute & reformatione morum, tua Imperialis & Regalis poteſtatis fauorem efficaciter impartiri. Datum Auinione, Idus Octobris, pontificatus noſtri anni tertio.* Conueniunt hæc cum ſtatu vitæ Gregorii XI. In eadem enim apud STEPHANVM BALVZIVM de Papis Auenionenſibus p. 425. *erat totus ingenioſus & aptus ac ſtudio litterarum valde intentus : volensque in eis proficere amplius poſt promotionem ſuam ad ſtatum huiusmodi, accerſitis ſibi notabilibus clericis, quos ſecum continue habuit, audiendo & legendo circa legalem ſcientiam diutius inſudauit, & adeo in ipſa profecit quod vnus de profundioribus & ſufficientioribus totius vrbis in ea fuit effectus.* Et p. 426. *cum hoc etiam circa deciſionem cauſarum diligenter inſtitit, habuitque in ipſa tam iuris quam facti experientiam tantam quantam quicunque alias ſtatus ſui.* Et in alia Eiusdem Vita ex appendice Ptolomæi Lucenſis p. 478. *Et ne carni & ſanguini acquieuiſſe videretur, continuo eum excellentiſſimis Doctoribus iuris vtriusque & aliarum ſcientiarum non vulgaribus præceptoribus tradidit erudiendum. Qui ita in multis ſcientiarum generibus profecit vt non modo mediocris, ſed eminentiſſima ſcientia Doctor a cunctis haberetur. In tantumque culmen & famam doctrina euaſit vt a famoſiſſimis Italia Doctoribus, a Baldo pracipue de Peruſio in cathedra legente ius Ciuile, eius opiniones & dicta adducerentur, in medium, ſæpiusque eius dicta adlegaret, dicens: Dominus noſter in hac lege ſic dicit; intelligens de Domino Gregorio XI. cuius ſcripta non ad mediocres ſolum, ſed ad eruditiſſimos iam peruenerunt.*

†††††† Extant hi articuli reprobati Speculo Saxonico ſubiecti. *f.* 486. Improbauit eosdem articulos etiam Tammo Boxtorfius, additis rationibus, cui reſpondet D. Rudolphus Block Profeſſor S. Theologiæ Pariſienſis, cuius vtriusque ſcripta extant. GRYPHIANDER *c. XLVII.*

††††††† Ex-

†††††† Extant hi articuli reprobati Speculo Saxonico ſubiecti ſ 486. hac addita ſubſcriptione. *Iſti ſunt articuli Speculi Saxonum reprobati in Concilio Baſileenſi.* Apud Goldaſtum vero præfat. ad Collectionem Legum & Conſuetudinum iidem articuli paullo conciſiores occurrunt, cum hac ſubſcriptione: *hæc in quadam extrauagante Gregorii Papæ Noni ponuntur, & reprobata ſunt pro eo, quod non continent conditiones ſuppoſitas ad leges requiſitas, ſed magis militant contra pietatem & ſalutem animarum.* Potiſſimum igitur hi Articuli Papæ non placebant, eo quod ipſius auctoritatem ferirent. Inter hos ſecundus eſt, quod Papa non poteſt, nec alius excommunicare Imperatorem, poſtquam conſecratus ſeu inunctus eſt, niſi ſolum in tribus caſibus, ſcilicet, ſi dubius ſit in fide, ſi refutat vxorem ſuam legitimam, vel ſi deſtruat eccleſias, quod reperitur *lib. III. art. LVII.* Tertius, quod excommunicatio neminem debilitat in iure terræ vel feudi, niſi eam ſequatur regalis proſcriptio. *lib. I. art. LXIII.* Quartus quod Papa non poteſt aliquod ius condere vel ſtatuere, per quod valeat maius ius, hoc eſt ſtatutum terræ vel feudi Saxonum deteriorari *lib. I. art. II.*

†††††††† In Ducatu Megapolitano abrogatum eſſe hoc Ius teſtatur TORNOVIVS *de feudis Megapolitanis lib. I. c. II. §. XVI. p.* 155. *& p.* 697. & COTHMANNVS *Vol. I. Reſp. XXVI. n.* 269. In terris Brunſuicenſibus iam dudum hoc ius Saxonicum abrogatum eſſe, patet ex *VVolffenbüttelſcher Cantzelley-Ordnung*, & ſpeciali conſtitutione Ducis Rudolphi Auguſti a. 1675. *wahrgenommen, daß gedachte unſere Stadt* (Braunſchweig) *das vormahls in unſerm Fürſtenthum und Landen zwar im Brauch geweſene, nachgehends aber von unſern læblichen Vorfahren an der Regierung Chriſtmilder Gedachtniß aus erheblichen Vrſachen abgeſchaffte Sachſen-Recht biß hie her in Vbung behalten. So ſatzen, ordnen und wollen wir, daß das ſo genandte Sachſen-Recht und die darauf gegrindete, oder daher rührende Stadt-Statuten hiermit gantzlich caſſiret und abgethan ſeyn ſollen.*

††††††††† A. B. Tit. V. *& eodem iure prouiſionis Illuſtrem Ducem Saxoniæ ſacri Imperii Archimarſchallum frui volumus in hys locis vbi Saxonica iura ſeruantur ſub omnibus modis & conditionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum.* Simili ratione confirmantur in Statutis Rinthelenſibus ſect. II. tit. II. §. XIII. *quamobrem Iuris inſuper Francorum & Saxonici, quorum auctoritas per Auream Bullam eſt confirmata, & quibus vniuerſa propemodum Europa hodie vtitur, ac regitur, non ſperni volumus allegationes & conciliationes.* Quod anſam Keſtnero dedit, in Tractatu de defectibus Iuris communis problema Tertium proponere de auctoritate Speculi Saxonici & Sueuici. Vid. Dn. GRIBNERVS *de Terris Iuris Saxonici.*

* Ius Saxonicum in terris etiam Saxonicis ex vſu æſtimari, patet ex Priuilegio de non appellando Domui Saxonicæ conceſſo apud LIMNÆVM *lib. III. c. X. n.* 41. verbis: *daß das Haus zu Sachſen, mit einem ſonderlichen Recht, welches man das Sachſenrecht nennet, von Ræmiſchen Kaiſern und Kænigen unſern Vorfahren priuilegiret und begnadet, welches Sachſiſchen Rechtens Verſtand durch hergebrachte Gebrauche und langwier ge Vbung und Gewohnheit in ſeiner Liebden und derſelben Vorfahren Landen, des mehrern Theils erkündet were.* Idem confirmat CARPZOVIVS *Proceſſu. tit. XII. art. I. n.* 5. *& p. III. quæſt. Crim. CXXXIV. n.* 45. *c. II.* & HARTMANNVS PISTOR *lib. I. quæſt. XVI. n.* 11. *lib. II. qu. XIII. n.* 82. *quæſt. XXV. n.* 35. *Quæſt. XXVI. n.* 17. MATTHIAS COLERVS *de Proceſſu Executiuo in Præfatione* dicens: *Ius Saxonicum tantum habere de vigore, quantum de vſu & conſuetudine.* Hoc cum reprehenderet ANDREAS

KNICHEN *in Comment.* de Saxonico non prouocandi Iure *c. III. n.* 19. viciſſim repre-henſus ab ANDREAS SCHEFERRO *p. II. Quaeſt. IX. n.* 66. HERTIVS *de Conſult. & Legibus Spec. Germ. Rerump. §. XV.* SCHREITER *de Origine Iuris Saxonici poſ. XXVII*

## §. XXIV.

*Ius Feudale Saxonicum.* Poſt Speculum hocce, ortum fuit IVS FEVDALE SAXONICVM quod eundem Epkonem videtur habere auctorem,* & IVS SAXONICVM *VVeichbildum Saxonicum.* MVNICIPALE *das Sæchſiſche Weichbild.* Hoc a vici imaginibus *Wichbild*, ſiue Coloſſis & Hermis, quas loco lapidum terminalium *Grentz und Marckſteine*, ponere ſolebant, originem habere videtur, ** Carolo M. tamen perperam tribuitur, *** ab Ottone II. confirmatum. **** Neque de auctore certum quid adſerere audemus. ***** Hoc tamen probatur, poſt Speculum Saxonicum ſeculo XIII. illud demum fuiſſe conſcriptum. ***** Et dum ius Ciuitatenſe eſſet, vocatur *Stadtrecht*, *Marckrecht.* † Illud autem, licet fabulas ineptiasque multas contineret, †† & plures adhuc in Gloſſa reperiantur, ††† tantam auctoritatem nihilominus obtinuit, vt a Polonis, Bohemis, Boruſſis, Sileſiis & Luſatis reciperetur, †††† ita, vt ex iisdem terris Halam, inde Magdeburgum, vbi Iudicium Scabinorum Supremum erat, *ſ. des Weichbilds hæchſter Dingeſtuhl*, adpellaretur, vsque dum Caſimirus II. Polonorum Rex hanc adpellationem, ſeruato licet Saxonici Iuris vſu, circa annum 1356. aboleret. †††††† In Sileſia vero prouocationes ad Saxonica iudicia Ferdinandus II. prohibuit. ††††††† Cum autem huius Iuris ſedes præcipua Magdeburgi eſſet, exinde dictum fuit, WEICHBILDVM MAGDEBVRGENSE, * atque commune erat Saxonibus, aliisque, qui illud receperant, licet negandum non ſit, Magdeburgenſibus antiquius iam tum fuiſſe Ius Municipale. ** Ex hoc Iure tamen originem traxit, quod adhuc hodie Iuriſdictio Municipalis Ciuitatum dicatur *der Stadt Weichbild.* *** Adiecta eſt Weichbildo Gloſſa, quæ recentior omnino eſt, cum in ea ad Chronicon Magdeburgicum prouocetur, quod Weichbildo eſt præmiſſum; Hoc vero in Guilielmo Batauo atque Rudolpho a Dingelſtet Epiſcopo deſinit. ****

* De hoc infra dicendum erit in Hiſtoria Iuris Feudalis.

** Gloſſator equidem des Weichbildes art. IX. f. 22. ait: *und heiſt VVeichbild alſo viel als weit gebiete denn diß Recht gieng als weit, als ſein gebiet war.* Et paullo poſt: *ihr ſolt wiſſen VVeichbhaus hat dreyerley namen, zum erſten iſt VVeichbhaus ein wehre, die auf der Stadt Mauer gebauet wird, die umbdeckt iſt. Auch heiſt VVeichbhaus als viel, als ein offenbar haus, da der Richters pfleget innen zu richten. Auch ſo heiſt VVeichbhaus ein ſolche Stadt, die allen Leuten VVarnung gibt, das ſie vor alten*

*allem unrechten gewalt und unrecht daraus weichen ſollen; und iſt die gemeine ſtatt, da man pein pfleget anzulegen den miſſethetern, die ſie verdienet haben. Das erſt VVeichhauß, das auf der Stadtmauer ſtehet, das heiſt weichen die feinde, die mit gewaltiger hand, der Stadt zu unrecht ſchaden wollen, und den mag man mit gewalt widerſtehen. Das ander VVeichhauß (das wir auch das Rathhauß heiſſen) darauf das Volck in dem VVeichbild weichen ſol von ihrer böſen gewonheit.* HIER. TREVTLERVS *ſelect. Diſſ. lib. I. diſſ. I. §. X. lit. A.* ita dictum putat, quaſi *VVeichwild*, id eſt vici voluntatem. Alii *VVeichbild*, quaſi *ein geweyet Bild.* vid. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis c. LXXII. ab initio.* Hic cum GOLDASTO *c. LXXI. n. 9. ſqq.* putat *VVeichbild* & *Rulantsbild* vnum idemque eſſe, dicens: *Iſt derwegen ſtatua Rulandina, Rulantsbild, nichts anders, als VVeichbildt, das iſt ſtatua, per quam notatur ibi eſſe forum publicum cauſſarum, iurisdictionem, locum iuſtitiæ, diſtrictum, territorium oder wie es die alten Teutſchen eigentlich genennet, mallum publicum, ein Mahlſtadt, da man frey Keyſerlich Gericht helt. Dergleichen Bildt oder Seul hat auch die Statt Magdeburg.* Idem cap. LXXIII. n. 7. *Idem fere ſtatuis vrbium Saxonicarum contigit, quæ cum primo VVeichbildi dicerentur ac iurisdictionem ſiue territorium ciuitatis denotarent, factum eſt, vt imperita plebs, videns coloſſos iſtos, ſiue a magnitudine & proceritate, ſiue quod VVeichbildi vocabulum duriuſculum eſſet prolatu, Rulandos vulgo cognominaret. Ita enim Germani vaſtum & procerum hominem conſpicientes, vel etiam quemlibet coloſſum magnum Rulandum dicimus.* Et IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS von unterſchiedlichen Rechten c. IX. *VVeichbild ergo, ſeu VVikbild eſt ſtatua vici, ſtatua in oppido ſiu vico erecta, in quo oppido iam viget & vſu receptum eſt ius municipale, aut Statuta loci, aut alia iura fori.* CASPAR CALVÖR Saxonia Infer. p. III. lib. II. p. 310. *Es ſcheinet daß man vor Alters, geſtalt auch theils noch heutiges Tages geſchicht, wie auf den Landwehren und Grantzen, zuförderſt an den Landſtraſſen, da die Paſſage und Einfuhr in ein gewiß Territorium war, alſo in denen VVycken und Landfeſtungen etwa bey denen Schlagbaumen und VVyck-Pforten ein gewiſſes Gerichts und Landesbild geſetzet, daß die Durchreiſenden, und förderſt die Benachbarten ſolten erinnert werden, ſich des Querrichts, Einfalls, oder dergleichen Beeinträchtigung in ſothaner VVyck, Marckſcheide, Gerichte und Gerechtigkeit bey ſchwerer Straffe und Ahndung zu enthalten.* WEHNERVS, Obſerv. Pract. *VVeichbild idem eſt, quod Flur, Gemarke, Zwang oder Ban. Iure Saxonico autem VVeichbild idem eſt, quod ius municipale, VVillkühr, Stadtrecht &c.* Et *im Sächſiſchen VVeichbild-Regiſter dicitur VVeichbild, ſo weit ein Gebieth umb die Stadt iſt, olim ſignari ſolitum lignea cruce in finibus, cui impoſita manus & gladius in ſignum, der Gericht über, Hals und Hand. Ratio denominationis eſſe videtur, dieweil man bey einem ſolchen Bilde, gleich wie heutiges Tages bey den Marckſteinen, wieder zurück weichen muß, und einem andern nicht weiter in ſein Gebiet greifen darf.* Nam & hodie *paſſim videmus einsmodi Statuas, Cruces ſeu ſigna (quas vulgo Creutzs Bilder, Heiligen Stock vocamus) poni vsque terminos territorii ac fines iurisdictionis ſignificari, an ſtat der Grantz oder Marckſteine. Inde etiam VVeichbild vocatur & VVeichbild, und VVeichbild quia das Recht ſo weit gehet als das Gebiet, Latine territorium, aut diſtrictus.* DATT *de pace publica lib. I. cap. XVI. num. 39. 40.* Sequitur BESOLDVS *Theſauro, voce VVeichbild.* Verum, dum non omnes vrbes, in quibus hoc ius municipale receptum, eiusmodi ſtatuas Rolandinas habuerint, hæ etiam potius notæ fuerint Iudicii Criminalis quam Ciuilis, magis credimus, ab Hermis ſiue ſtatuis iis locis poſitis vbi iurisdictio terminabatur, fuiſſe adpellatum. Conuenit hoc cum communi loquen-

di ratione: *es liegt in der Stadt VVeichbild, ſo weit gehet der Stadt VVeichbild.* Lapides autem iurisdictionem, paſcua, aliaque iura terminantes, certa imagine fuiſſe inſignitos, exemplis conſtat. Sic, in pago vicino Cunitz lapides illorum paſcua cum vicinis terminantes capite bubuli *mit einem Ouchſenkopf* ſunt inſigniti. Vocem autem *VVik* vicum notare, patet ex Chronico Rhytmico Brunſuicenſi apud LEIBNITIVM Tomo III. p. 46. *mer de ſtede unde ok de wiche beheeten dat ære fredeliche.* Idem confirmat SPELMANNVS *in Gloſſario.* Quare etiam MARSCALCVS THVRIVS Comm. ad Annales Herulorum: *VVic heiſt in alter Sachſiſcher Sprache ein fleck oder Stadtlein, darin ſich die Bürger und Einwohner des Landes vor Gewalt enthalten.* Vid. etiam CALVÖR *Saxonia Infer.* p. 305. MEIBOMII *Hiſt. Bardeuic Tom. III. Opp. 5. pag. 57.* Patet hoc ex terminatione quarundam vrbium, quod *VVich* nihil aliud notet quam vicus: ſic *Bardewick* Bardorum vicus, *Brunswick* Brunonis vicus, *Sleswick* vicus ad Sliam, *Oſterwick* vicus orientalis vid. CHRISTIAN SCHLOEPKE *Chron. Bardeuic. cap. III.* CHRISTOPH. SCHREITER *de Origine Iuris Saxonici pos. XVIII.* GRYPHIANDRR *de VVeichbildis Saxonicis c. LXXII.*

*** AENEAS SYLVIVS Europa c. XXIV. *Magiſtratus vrbis* (Magdeburg) *ius Ciuile Romanorum abbreuiatum & Saxonica lingua conſcriptum, non ſine reuerentia cuſtodit, quod Magni Caroli auctoritate firmatum tradunt, eoque in deciſione cauſarum circumuicinæ gentes recurrunt, magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur.* Immo nugatur plane auctor des Weichbilds dum art. IX. ait. *Denn VVeichbildrecht (von alter Zeit her lang geſtanden, und gewehret hat) von Kœnig Nemroths Zeiten, biß ſich die Stadt Rom des Reichs überwand, und ſtehet noch biß dahir, heit an dieſem Tag (unverwandelt.)*

**** Sic Gloſſator art. X. f. 24. *Darnach nach dieſem Keiſer Otto, ward zu Kœnig gekohren der Rote Kœnig Otto, der beſletiget aber da zu Magdeburg da VVeichbildrecht, mit der VVeiſeſten Rath, nach ihrer ſelbs VVülkür, und hies daſſelbe Recht aus dem Sachſenſpiegel nemen und ausziehen, und ſatzte darzu, das in dem Sachſſenſpiegel ſo lauterlich nicht geſetzt war.* Præmittitur etiam Priuilegium, *den Sachſſen und der Stadt Magdeburg gegeben, von Keyſer Otten, über das VVeichbild.* Plura loca, quibus Ottoni M. vel II. hoc Ius Weichbildicum tribuitur, coaceruauit GOLDASTVS præfatione ad Collectionem Legum & Conſuetudinum. Priuilegium illud inſeruit MATTHÆVS DRESSERVS *Sachſ. Chronic ad a. 940.* GOLDASTVS *Tomo I. Conſtit. Imp. f. 215. 225.* LÜNIG *im Reichs-Archive p. ſp.c. IV. Contin. P. II. Fortſetzung p. 631.* LEVBER *de Stapula Saxonica n. 197.* Quare etiam PETRVS HEIGIVS illud pro ſuppoſititio habet *Quæſt. VIII. p. 119.* his vſus rationibus. *Primum enim ibi ſit mentio constructionis ciuitatis Magdeburgenſis, cui Imperator ius municipale contulerit, ex conſilio Papæ Martini & Principum Imperii. Cum tamen hiſtoria teſtetur, ciuitatis fundationem Ottoni I. deberi, & Martinus III. Papa huius tantum tempore vixerit. Fit deinde in eodem priuilegio mentio Electorum Imperii, quorum conſtitutio ad Ottonem III. pertinet. Tempus anni ad finem priuilegii poſitum Annus ſcilicet 999. in huius quoque Ottonis III. gubernationem incidit. Sed & rurſus hic falſitatis ſuſpicio alia emergit. Dicitur enim ibi eum annum Imperatoris Ottonis Imperii ſecundum fuiſſe, cum tamen legamus, ipſum anno 984. ad imperium perueniſſe. Ac, vt quod res eſt, dicam, tot ſunt huius priuilegii vulnera, vt ſanare mihi ea volenti omnis conatus inutilis fore viſus ſit.* Sequitur GRYPHIANDER *cap. LI.* & LEVBERVS *n. 466. ſqq.* qui illud pro ſuppoſititio plene habet.

MATTH.

MATTH. COLERVS in Orat. de orig. & progr. I. Saxonici dicit: *tamen ego Lipſiæ ante 26. annos, vel circiter, apud practicum huius patriæ nequaquam extremum D. Zobelium piæ memoriæ vidi exemplar manuſcriptum, in quo ſub initium priuilegii Imperatorii & nomen concedentis, puta Ottonis Magni expreſſe præfigebatur, & addebatur. Data de anno Chriſti* 940. *Sicut hoc exemplar ſecutus idem Zobelius ad finem Speculi Saxonici nouis additionibus ab ipſo illuſtrati, iſtud priuilegium de verbo ad verbum ſub eodem, vt ſupra commemoratum eſt, nomine, ac data appoſuit.* Quare etiam Ottoni M. Originem Iuris Weichbildici tribuit. Verum Gl. lib. III. art. LXXXII. hoc priuilegium Ottonis 180. annis poſt illud Carolinum de anno 810. datum eſſe contendit, qui numerus in annum 990. excurrit. Quam vanum autem eſſe videatur hoc Magdeburgenſium priuilegium, eiusdem tamen reſtitutionem Magdeburgenſes in Tractatibus Pacis Osnabrugenſis petierunt, quaſi ab Ottone M. 7. Iunii 940. conceſſum; idemque Kl. Decembris 1646. exhibito ſcripto petierunt, quod apud LONDORPIVM *Tom. VI. c. LI.* extat. Et licet illud ob fatalia tempora deperditum eſſe dicant, addunt tamen: *dieweil aber ſolches in allen Sachſen-Spiegeln, wie auch in den gedruckten VVeichbilden, Item beym Goldaſto und andern klar vorhanden und mit vielen unterſchiedlichen alten und neuen Exemplarien ſtracks behauptet werden kan,* idemque obtinuerunt, vt per Articulum XI. §. 8. I. P. decretum fuiſſet: *ciuitati vero Magdeburgenſi priſtina ſua libertas & priuilegium Ottonis I. die ſeptimo Iunii Anno noningenteſimo quadrageſimo, quod etiamſi temporum iniuria deperditum, ad preces eiusdem humiliter porrigendas a Sacra Cæſarea Maieſtate renouabitur.* De quo etiam a. 1654. in Comitiis fuit actum, PFANNERVS *Hiſt. Comit. lib. VII. §. XV.* Licet poſtea Magdeburgici per pacta cum Electore Brandenburgico inita, huic priuilegio renuntiauerint. Ex ipſo tamen Iure Weichbildico ſatis clare poterit demonſtrari, Ius hoc Weichbildicum Ottonum temporibus eſſe recentius. Art. XII. enim de Ottone M. atque Ottone Ruffo tanquam pridem defunctis dicitur. Art. III. mentio fit Friderici I. Imp. & Wichmanni Archiepiſcopi Magdeburgenſis qui a. 1152. a Friderico I. Imp. fuit inueſtitus. H. CONRINGIVS Cap. XVIII. *p.* 94. *Maiori fama vtrique illi Cæſari* (Ottoni M. & Ruffo) *adſcribitur Ius VVeichbildicum quod appellatur Magdeburgenſe, magni ſane olim & nominis & vſus. In fine illius Iuris legitur, datum illud in anno Domini nongenteſimo quadrageſimo octauo, Imperii anno tertio. Verum epilogum illum non ab ea eſſe manu qua ipſe liber eſt conſcriptus, ſole eſt clarius. Etenim auctor libri, de Ottonibus tanquam dudum defunctis ſemper loquitur: quin art. III. Friderici primi & Henrici ſexti, art. XXIIX eiusdem Friderici primi, artic. LV. & alibi Ottonis quarti, conſtitutiones recitat. Ex aduerſo auctor epilogi Ottonem ipſum loquentem introducit. Quod quam inepte cum ipſo libro cohæreat, nemo non videt. Prodit vero etiam aliis multis notis Epilogus ille ſcriptoris ſui impudentiam & inſcitiam. Neque enim dictio, vtut barbara ſit & inepta, cum ſcribendi ratione Ottonum veris tabulis vſitata vnum colorem habet; quod neminem vel leuiter hoc in ſtudiorum genere verſato poteſt latere. Neque ille annus Chriſti eſt Imperii tertius, quum Otto demum anno DCCCLXII. Imperator cœperit audire, & ab illo tempore anni Imperii eius ſoleant numerari. Nec Benedictus aliquis Papa tum vixit: quin illum qui huius nominis contra Leonem octauum intruſus eſt in Romanam ſedem, Otto expulit & Hamburgum in exilium miſit. Sunt qui a librarii manu errorem commiſſum in temporum notis cenſentur, ſcribendumque pertendant DCCCCXXXIX. Verum nihil iuuat commentum. Præterquam enim quod ſit contra fidem manuſcriptorum codicum; ne ille*

*quidem*

*quidem Chriſti annus eſt Imperii tertius ſed regni, quæ accurate olim ſuere diſtincta nec iam tum Caſar fuit Otto ſed tantum Rex Germaniæ, multo minus Papa aliquis Benedictus audiit. Non dubium igitur eſt omnem illum epilogum ab homine quodam, ſtudioſo quidem Magdeburgenſis Vrbis, ſed omnis hiſtoriæ imperito, turpi mendacio confictum eſſe. Scilicet eiusdem notæ hic epilogus eſt cum tabulis priuilegiorum, quæ ab Ottonibus, Magno ac Ruffo conditæ a ſeſe vel potius exornatæ Vrbi Magdeburgo feruntur conceſſæ: quas itidem intra trecentos proximos annos a falſario quodam, fallendi artem minus tamen docto, ſuppoſitas eſſe, certum eſt. Nec enim eſt, cur meliora ſuſpicemur, auctoritate moti Goldaſti, qui tabulas illas non dubitauit inſerere ſuis Conſtitutionum Imperialium voluminibus, nulla ſiniſtra nota inſignitas. Habet enim multa ſimilia alia: paſſus nonnunquam humani aliquid, præſertim in gratiam eorum quibus operam mercede locauerat. Quamuis vero auctor iuris VVeichbildici candidius nobiſcum egerit, ne quidem illi tuto credideris, ea omnia ab Ottonibus eſſe, quæ in libro iſto iis adſcribuntur. Certe quæ de condito Magdeburgo, de Ducatu Schartouienſe, de Iudicio Palatino Magdeburgenſe & Hallenſe ab Ottone Magno aut eius filio inſtitutis, narrantur, fabuloſa ſunt & illius æui melioribus monumentis refragantur. Sed & VVeichbildici illius iuris vſus longo demum poſt tempore cœpit: vt infra oſtendetur. Nec tamen negauerimus, iura quædam Magdeburgo quod oppidum Otto maxime excoluit, eſſe lata, & conceſſas immunitates.* Male igitur ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctor. Iuris Ciuilis lib. II. c. II. §. XII. p. 169. Eccardus a Repichavv nobilis & Iuriſperitus Conſuetudines Saxonicas in tribus libris Latine compoſuit, quos Speculum Saxonicum Landrecht appellauit, eosdemque Otho Primus Imperator confirmauit, Idemque conſcribi iuſſit Conſuetudines Magdeburgenſes, alteram Iuris Saxonici partem, precibus Edithæ Imperatricis filiæ Edmundi Regis Angliæ (in cuius gratiam Magdeburgum condidit, idemque in Donatione propter Nuptias ei conceſſerat) & VVeichbild appellari iuſſit.*

***** Ex dicta equidem gloſſa ſunt qui coniiciant, Burcardum a Mangelfeld fuiſſe auctorem, ſed dum Otto II. ipſi hanc compoſitionem demandaſſe dicitur, tempus plane non conuenit. CYR. SPANGENBERG equidem gloſſam confirmat *Chron. Saxonico c. CXLVI.* ſcribens: *Keyſer Otto hatte einen gelehrten Mann an ſeinem Hofe, der hies D. Burckhard von Mangefeld, dem befahl er das Magdeburgiſche VVeichbild mit Keyſerlichen und Bapſtlichen Rechten zu erklæren, wie denn derſelbige auch gethan, und was er darinnen Anno 974. angefangen, in dieſem 978. iar hat vollendet.* Idem Chron. Querfurtenſi lib. II. c. VII. dicit, eundem Burcardum Bohemiæ ducem ex Comitiis Alſtetenſibus a. 978. ad fines Bohemiæ vsque fuiſſe comitatum. Sequitur PETRVS HEIGIVS *Quæſt. VIII. n. 33.* verum inter Ottonis II. Cancellarios nullibi memoratur Burcardus a Mangelfeld. Recentiores equidem hunc eo referunt HERM. KIRCHNER *de officio & dignitate Cancellarii lib. I. c. II. n. 63.* RVTGER *zur* HORST *in Cancellario lib. I. p. 15. 56. 102. lib. II. p. 888.* Aſt, nemo antiquiorum ad iſtum prouocat, BERH. a MALLINCROT potius *de Archi-Cancellariis p. 62.* alios plane ſub Ottone numerat Cancellarios, Willigiſum, Folgmarum, Egbertum, Hugonem, Hildebaldum. Addit igitur: *fuiſſe hunc Burchardum Ottonis conſiliarium non negauerim; de Cancellariatu eius amplius deliberandum cenſeo.* GOLDASTVS in præfatione ad Collectionem Legum & Conſuetudinum putat, compilatorem Iuris Weichbildici vixiſſe ſub Ottone IV. Imp.

****** De

****** De hoc GRYPHIANDER cap. LXXI. n. 13. *nam gloſſa antiquior ad proœm. Spec. Sax. ius municipale ſemper Statrecht, item Marcktrecht indigitat, nullibi VVeichbild. Et quomodo hac nomina prætermitti potuiſſent, præſertim in art. 66. & ſeq. lib. I. Landr. vbi de iure ciuitatum agitur, ſi quidem in rerum natura fuiſſent? Ergo poſt illa tempora demum, hoc eſt poſt A. 1200. vna cum re ipſa, hoc eſt cum iuris VVeichbildici collectione inualuiſſe oportet.* Patet hoc etiam ex Gloſſa art. I. vbi dicitur: *das VVeichbild ſey aus dem Sachſenſpiegel gezogen.* Et paullo poſt: *zum andern mal ſo iſt dis Priuilegium geſetzt zu einer Erfullung des Sachſſen Rechts, Als ob in dem Landrecht ichts mit kurtzen worten begrieffen wer, daß man das in dieſem gegenwartigen Buch, deſto volkomlicher vernehmen mœcht.* Iterum: *Alſo iſt auch dis Buch ein commentum des Sachſſenſpiegels.* Quare GRYPHIANDER *c. L.* haut ſine ratione concludit, Weichbildum circa A. C. 1300. demum, vel & ſerius fuiſſe collectum.

† WEICHBILD art. I. *Marckrecht iſt dieſes, das die Marcklent hievor bey den alten gezeiten, unter einander geſetzt haben, von ir ſelbs wilkür (von alter gewonheit) nach Carolus Recht, als die von Cœin über Rein, die von Magdeburg, und ander gute Stedt, als ihr wol vernemen ſolt in dieſem Buch.*

†† Tales in Aart. I. *Gottes Recht iſt auch das Gott ſelber gegeben hat der Rœmiſchen Kirchen, mit den worten, da er ſprach, Ecce duo gladii, ſihe zwey ſchwert, der ſol eins der Bapſt haben, und das ander der Keyſer, daran denn unterſchieden iſt, weltlich gericht, und Geiſtlichs, und hiervon hat noch die Rœmiſche Gewalt zwey Schwert, das weltlich von S. Iohans wegen, das geiſtlich von S. Peters halben.* Variæ nugæ proponuntur *art. II.* de origine ſeruitutis. *Art. VI.* origo Iuris Weichbildici ducitur a Nimrotho. *Art. VII.* dicitur: (de tempore Alexandri M.) *verwandelt ſich das Reich von Babylon und ſtand zu Conſtantinopel, alſo lang, bis das ſich ſein Rom unterwand und Iulius Keiſer ward.* Sic etiam repetitur fabula de duobus gladiis. *Art. VIII.* dicitur de iudicio in Imp: *ſo ſoll man über ihn richten, und im das Heupt abſchlagen mit einer gülden Parten.* Nugæ ſunt, quæ *art. IX.* de chirotheca Regis & iure Weichbildico proponuntur. GOLDASTVS de R. Bohemiæ lib. I. c. V. p. 45. *noſtris moribus ius illud nec vim legis obtinet, & a viris prudentibus ceu impium ac barbarum merito exploditur, nec ab ipſiſmet Saxonibus hac quidem in parte attendi ſolet.* Idem lib. I. c. VI. p. 52. *prudentum hominum dictata longe potiora nobis eſſe debent, quam iuris Saxonici plusquam in VVeichbildo Magdeburg. art. 8. imprudentia; impudentia & barbaries, quam nec ipſi quidem Conſiliarii Palatini non poſſunt non ſatis teſtari.* & lib. III. c. V. p. 282. de Weichbildo Magdeburgico art. XIII. & XIV. dicit, eſſe errorem Iuris Saxonici, addens: *ſed errorem iuris Saxonici huius alibi deteximus, nec eius hac quidem in parte vtilitatem viri docti quam plurimi, iidemque plerique Saxones non impugnare & refellere aggreſſi ſunt, vt mirer etiam viros magnos reperiri, qui ſibi os oblini, a talium quisquiliis patiantur.* LEYSER *de Stapula Saxonica n.* 1351. 1352.

††† Quare ALBERTVS KRANTZIVS Saxonia lib. II. c. III. *gloſſam puerilem & indoctam narrationem friuola commenta, friuolum, ineptiſſimum, pueriliter deductum: inuentum anile & penitus ſomnium eſſe.* Addit: *Gloſſator fabulas narrationi plurimas contemptu dignas inſerit.* PETRVS HEIGIVS *lib. I. qu. VIII. n.* 20. 21. 61. 63. idem dicit HEINRICVS MEIBOMIVS *notis ad Annales VVittichindi lib. I. p.* 43. CONRINGIVS cap. XXIX. fin. *enimuero multa ſunt fabula in ipſo Iure VVeichbildico & Saxonico, plures in Gloſſa Speculi; at unsquam putidiora mendacia reperias quam in Gloſſa illa VVeichbildica.*

 †††† WEICH-

†††† WEICHBILD art. X. *Nu vernehmet, wie die Stadt Magdeburg allererſt beſetzt wird (mit des Lands willkür) und beſtetiges an ihrem Rechten (wie Sie denn auch ſolch VVeichbildrecht hat, und die elteſt iſt in dem Lande) und Hall ward daraus geſtifftet, und alſo ſind die von Hall, und die von Magdeburg gantz und gar mit einem Recht begrieffen, Darumb ſollen all die von Polen und Behem, und aus der Marck, von Meiſſen und Lauſitz, und die aus der Marck zu Brandenburg, und aus dem Hertzogthumb zu Sachſen, und von der Graffſchafft zu Aſcherslében, und alle die aus den Stedten, ſo darinnen begriffen ſind, ihr Recht zu Magdeburg holen. Kundten aber die von Magdeburg des urtheils nicht finden, und iſt es, das die vorgenanten gegneten ihr ſelbs urtheil denn nicht wiſſen (und ſonders die Marcken) ſo mügen ſie es zu Halle holen. Denn ſie alle mit einen Recht begriffen ſein, und alle das VVeichbildrecht beſchirmen ſollen, in dem Land zu Sachſſen.* Teſtatur tamen IO. FRID. RHETIVS *diſſert. de Statuis Rolandinis cap. III. n. 39. quod Ius VVeichbildicum nunquam in oris Marchicis fuerit receptum, veſtigia iuris Communis adhuc teſtantur. quæ in feudali iure & aliis, veluti conſuetudinem ſequimur; vt taceam Receſſus prouinciales nondum memoria exiiſſe, quibus abolito non eo ſed hoc iure, Cæſareum commune fuit ſubſtitutum.* De Vratislauienſi vrbe teſtatur Priuilegium Henrici III. Ducis a. 1261. apud LÜNIGIVM im Reichs-Archiv p. ſpec. V. Continuationis p. II. p. 230. *quod nos intendentes commodo ac honori Ciuitatis noſtræ VVratislauienſis petentibus noſtris ciuibus ius Ciuitatis Magdeburgenſ. infra diſtrictum ſiue minimum Ciuitatis noſtræ, prout infra ſpecificatur deſideratum ius eisdem atque eorum poſteris conceſſimus indulgendo.* Sic etiam Bolco III. priuilegium de a. 1363. Suidnicenſi Ciuitati ius Magdeburgenſe conceſſit; & in controuerſiis iuridicis ad illud prouocare iuſſit, de quo in Academia Argentoratenſi ſingulari diſſertatione egit IO. HENRICVS FELZIVS. *De Boruſſia* teſtatur Priuilegium ab Hermanno de Saltza, Magiſtro Ordinis Teutonici a. 1233. conceſſum, in quo: *ſtatuimus autem in iisdem ciuitatibus Iura Magdeburgenſia in omnibus ſententiis in perpetuum obſeruari: hoc indulto, vt cum reus aliquis in ſexaginta ſex ſolidis puniri debeat, hic triginta ſolidis Culmenſis moneta mulctetur.* Acceſſit hoc Priuilegium Culmenſe PETRI DE DVSBVRG Chronico, a Chriſtophoro Hartknochio edito, p. 453. & Germanico idiomate adiectum eſt Codici Iuris Weichbildici in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi apud LAMBECIVM *lib. II. c. VIII. p.* 833. vbi eiusdem confirmatio a. 1251. reperitur. Quod etiam mutatum haut fuit, dum magna Boruſſiæ pars fœdere pacti in ditionem Caſimiri Regis Poloniæ a. 1454. cederet. Verba fœderis ſunt: *item cum terræ ipſæ & hoſtes iſtas terras incolentes variis hactenus legibus ſiue iuribus, videlicet Magdeburgenſi, Culmenſi, Polonienſi, hæreditario, & Prutenico, in decidendis quibusuis earum quæſtionibus & adminiſtratione iuſtitiæ vtebantur; quod etiam illis ſub noſtro principatu & regimine volumus firmum eſſe ac perenne.* Immo Ius Culmenſe ex eodem Iure Magdeburgico ſub initium ſeculi XIV. fuiſſe conflatum, multis confirmat CHRISTOPH. HARTKNOCH *Diſſ. XVII. de Iure Pruſſorum §. XIV. ſqq.* Idem repetit *in Alt-und-Neu Preuſſen p. II. c. VII.* Et qui eum ſequitur IO. REINOLDVS GRVBE *in Spicilegio Iuridico, de Varia Fortuna & Vtilitate Iuris Romani in Regno Prutenico, Regiomonti* 1713 4. *§. XXI. ſqq.* De Polonia teſtatur MARTINVS CROMERVS, ſub finem libri IX. quod Boleslaus Pudicus, qui a. 1279. fuit defunctus, Ius Magdeburgenſe introduxerit. Sic enim ait: *Ciuitatem vero Cracouienſem iure Saxonico, ſiue Magdeburgenſi, quod etiam Sredenſe & Teuthonicum vocant, quo pleraque oppida & vici, & pagi vtuntur in*

*Polonia ſtabiliuit.* Idem dicit SALOMON NEVGEBAVER Hiſt. Polon. lib. III. p. 161. Ex verbo *ſtabiliuit* tamen patet, Magdeburgenſis Iuris vſum ante Boleslaum iamdum fuiſſe in Polonia, ab ipſo ſolummodo confirmatum. Idem dicit DLVGLOSSVS Hiſt. Polon lib. VII. p. 750. *Vrbem ſuam Cracouienſem Boleslaus Pudicus Cracouienſis & Sandomirienſis Dux, ad incrementa, quæ ſub Polonis & iure Polonico aſſequi non poterat, perducturus, Ius illi largitur Srzedenſe ſeu Theutonicum, A iuocatumque in ea conſtituit, qui vrbis ſitum & domus, paſſim & ſine lege, ſine ordine conſiſtentem translocat, & transmutat.* Idem de Leskone nigro dicit IODOCVS LVDOVICVS DECIVS libro vetuſtatum Polonicarum apud Conringium cap. XXXI. p. 196. *tandem Teuthonicorum Graccouienſium opera, arce in ſi.e ſeruata, ex Hungaria collectis copiis Conradum & qui eum ſecuti acie vno prælio vicit, atque ſic rerum potitus, Germanos ob fidem innocentiſſime ſeruatam prærogatiuis extulit. Hinc magiſtratus vrbis & alia inſignia ſolis Teuthonicis perpetuo iure conceſſit. Tanto Teuthones proſequutus affectu, vt habitu atque moribus ſe illis conformare non dubitaret.* Item: *ab eo tempore Sarmatiæ principes atque reges Germanorum fidem in precio habere cœperunt, hincque in totum ferme regnum iura Teuthonica introducta, atque in hanc ætatem innocentiſſime cuſtodita ſunt.* Verum, hæc de confirmatione potius, quam introductione Iuris Magdeburgici ſunt intelligenda.

†††††† Patet hoc ex Weichbild *art. X.* loco citaro, vbi gloſſator f. 25. *ihr ſolt wiſſen, dieſes iſt durch des Stuels willen, Denn Keiſer Otto macht zu Magdeburg den hœchſten ſtuel, (zu VVeichbilδrecht) zu H.ll den andern, der da iſt niederer, denn die von Magdeburg haben darnach den andern ſtuel aufwerts.* Et paullo poſt: *darumb iſt dem von Hall der Richtſtuel gegeben, und iſt genennet die hœchſt Dingſtatt.* Adlegat MAXIMILIANVS FAV.TVS ab ASCHAFFENBVRG Conſiliis pro Aerario p. 1003. *Deduction von Freyheiten, Rechten und Priuilegien der Stadt Burg- und Hofgerichtsſtuel Magdeburg* quam tamen videre nondum contigit. LEVBERVS *n.* 1350. *ſqq.* contra auctoritatem huius Tribunalis diſputat, & pluribus hanc materiam proſequitur. CONRINGIVS equidem putat *cap. XXIX. p.* 177. ipſum illud Iuridicum Collegium, quod Magdeburgi & Halis præcipue ad patrum memoriam vsque, valde floruit, non multo ante quartum decimum ſeculum inſtitutum eſſe. Verum, reſpondet ipſi ANDREAS OCKELIVS erudito tractatu *de Palatio Regio §. CXLIX.* primum ex eo, quod adpellationes ex Polonia ad iſta Collegia iam a. 1356. fuerint prohibita, deinde, quod ex Catalogo Scabinorum, qui in ſcriniis Scabinatus Hallenſis adhuc adſeruatur, pateat, iam ſeculo duodecimo inclaruiſſe nomina Scabinorum Halenſium. Facta tamen hæc adpellatio non in modum prouocationis neceſſariæ, ſed ſaltim conſilio, ex fonte iuris ibi oriundi, ſecundum Gl. art. XI.

††††††† Patet hoc ex Weichbild art. X. MARTINVS CROMERVS de Caſimiro *lib. XII. p.* 606. *ad a.* 1356. *nec ipſos modo Teuthonas iure ſuo Saxonico, ſiue Magdeburgenſi vti permiſis: ſed ſuis quoque Polonis id indulſit. Quoniam vero ab iis iudiciis ad Magdeburgenſe tribunal prouocabatur, non ſine infamia Polonorum, & magno ſumptu ac diſpendio litigantium, ſuſtulit eam prouocationem Cazimirus, & in arce Cracouienſi ſupremum & prouinciale iudicium Theutonicum conſtituit, ad quod prouocationes omnes ab inferioribus iudicibus ex tota Polonia minore fierent.* In eandem ſententiam NICOLAVS TASKIERIVS Polonus in gloſſ. marginal. ad Ius Weichbild. Art. VIII. apud Conringium p. 175. *articulus præſens & ſequentes quatuor parum*

*afferunt vtilitatis nobis. Appellatio enim in Hall꞉m vel Magdeburgum ex regno Poloniæ abolita eſt anno Dom. MCCCLVI. per Ducem olim Caſimirum Magnum Poloniæ Regem, locatumque eſt ius prouinciale in caſtro Cracouienſi, vt illuc omnes in appellando recurſum habeant.* MATTHÆVS de MICHOVIA lib. IV. Chron. c. XIX. *conſiderans quoque Rex Cazimirus pernicioſas in Magdenburg ex regno Poloniæ appellationes, fortunas atque ſubſtantias ſubditorum deuorantes. Ius ſupremum Theutonicale in Caſtro Craco. anno Domini* 1356. *conſtituit aduocatum per ſolum Regem eligendum. Septem vero Scabinos ex certis ciuitatibus Craco. vrbi vicinis, per procuratorem generalem Craco. legendos commiſit, & prouocationem ad Mayderburg peramplius fieri per patentes literas probauit, quorum tenor ſic incipit: In nomine Domini Amen. Quoniam humana conditio &c.* DLVGLOSSVS Hiſt. Polon lib. IX. p. 1104. *Quamuis ſiquidem iudicia ciuilia, ex æquo & iuſto tenore, ſecundum Magdeburgenſes leges, in ciuitatibus, oppidis, & villis celebrarentur, quia tamen a ſententiis deciſionibusque Iudicum, crebras contingebat prouocationes, appellationesque, per partes ſe grauatas exiſtimantes, interponi: Appellationumque articuli, cum vtriusque partis propoſitione & reſponſo in Maydeburg (vnde iura Srzedenſia ſeu Theutonica habuêre ortum) expenſis & periculis prouocantium, velut ad ſupremum tribunal deferebantur, & quicquid illic reſponſum ſancitumque fuiſſet, id pro perpetua obſeruabatur deciſione. Suorum itaque ſubditorum grauamini, ſuique Regni commodo & honeſtati Caſimirus Polonia Rex conſulens, cum turpe indignumque cenſeret, vt ciuibus & ſubditis ſuis, iure Srzedenſi litigantibus, Magdeburgenſes ferrent iura, obſeruantiam huiusmodi, communicato Prælatorum & Baronum ſuorum conſilio, velut pernicioſam, nociuam, & ſubditorum ſuorum fortunas & ſubſtantias deuorantem, abrogauit, prouocationesque & appellationes ad Magdeburg amplius prohibuit fieri, aut factas admitti. Non tamen rigor & proceſſus iuris & iudicii Srzedenſis, abrogatis appellationibus, cedere poſſet grauatis in diſpendium aut læſuram, ius ſupremum Theutonicale & eius tribunal in caſtro principali Cracouienſi conſtituit, & Aduocatum per ſolum Regem legendum, ſeptem vero Scabinos ex certis ciuitatibus & villis Cracouienſi vrbi vicinis, de ciuibus, Sculteтis, & Aduocatis per Procuratorem generalem Cracouienſem legendos, & quoties aliquis tam exceſſu vel obitu vacaret, aſſumendos, in iure Srzedenſi peritos conſtituit, ord'nans, vt hii in caſtro Cracouienſi ſupremum tribunal iuris Magdeburgenſis teneant, iudiciaque iuſta exerceant, & reſponſa ac iura appellantibus & prouocantibus iuxta iuris Srzedenſis ordinationes & tenores, in vniuerſo Regno Polonia reddant.* Sequitur inde ipſa Caſimiri Conſtitutio. Eadem exſtat a Vladiſlao Rege a. 1441. confirmata in Codice Legum Polonicarum, & Goldaſti Collectioni Legum & Conſuetudinum præmiſſa. Hoc Ius Saxonicum Alexander Rex Poloniæ, qui ſub initium ſeculi XVI. vixit, confirmauit. Sic enim IOANNES de LASKO Regni Poloniæ Cancellarius in præfatione ad Priuilegium Conſtitutionum Regni Poloniæ apud GOLDASTVM in *Præfatione, Collectioni Legum & Conſuetudinum* præmiſſa: *aliquas etiam leges externas in priuilegiis Apoſtolicis ordinariis Eccleſiaſticis & Imperi-libus, ad optimos tamen mores ſcriptas & nonnullas pro aliis prouinciis editas, vt ſuas Leges ciuiles ſiue iuris Maydemburgenſis. Quod quidem Ius Maydemburgenſe etſi Imperiali Maieſtate Ottonis Ruffi Cæſaris conſtitutum fuerit, tamen quia illud Sereniſſimus olim Kazimirus Magnus fatetur, ad vtilitatem & profectum regnicolarum Reges Pol'nia accepsaſſe, illudque repoſuiſſe in thezauro Regni communi, vt de hoc priuilegium Iuris ſupremi Caſtri Cracouienſis perſtringit. Cuius iuris ac Legum Ciuilium in oppidis*

*& vil-*

Digitized by Google

*& villis Regni Polonia Ius Ciuile habentibus ſit practica & obſeruatio. Iccirco innata eiuſdem Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini Alexandri Regis gratioſiſſimi pietas, intelligens iura ipſa atque leges Reipub. quam communi ac priuata cuiuslibet iuſtitia, vtiles & perneceſſarias, decreuit eas ordine infra ſcripto colligere &c.* Prouocat ad eandem præfationem Alexander in decreto communi: *de vniuerſis Regni noſtri priuilegiis, etſi nos Alexander Rex duntaxat ſupra ſcripta ad præſens Commune inſeruerimus, habuimus tamen & habemus numeroſiora in publico Regni Theſauro ad communem tam Reipublicæ quam ſubditorum noſtrorum ſtatum feliciter dirigendum & inſtituendum, ac tutelam pertinentia. Verum quia præſentia plus aliis perpendimus maioris efficacia eſſe, idcirco per hac finem damus eiuſmodi proceſſui laborique noſtro. Et nihilominus ſicut inter priuilegia certas ſummorum pontificum bullas tam errores & nonnullas conſtitutionum legalium exorbitantias tanquam contra pietatem & ſalutem animarum militantes, quam fragilitatis humana exceſſus corrigentes, per præfatum Ioannem de Lasko Regni noſtri Cancellarium ſcribi, ſic etiam conſtitutiones iuris ciuilis Saxonici, Maydeburgenſis, quarum ipſe Cancellarius ante proœmium Priuilegii communis meminit, quam vigilantiſſime de eorum Theutonici ſtyli originalibus libris per eum ipſum Cancellarium caſtigatas, emendatas, & nouis rubricis diſtincte titulatas inſeri iuſſimus eas ipſas, ſiquidem iuris Ciuilis Conſtitutione nusquam correctas & in ſuis ſententiis integras, immo in toto earum tenore viciatas & a ſuis originalibus longe vagantes inuenimus. Poſtremo vero ſummam doctiſſimi Raymundi Parthenopei, quæ omnia vidimus per nonnullos prudentes ſubditos noſtros pro ſingulari eruditione, & ſuorum ſubditorum gubernacula conducibilia eſſe. Et quod eorum practica communiter fit in certis Regni noſtri locis Ius Magdeburgenſe ac Theutonicum habentibus. Ideo nos ea a priuato illorum vſu ſumentes ad communem vniuerſorum ſubditorum noſtrorum cognitionem eruditionemque per hac ſcripta leganimus & tradidimus, Primum vero poſuimus librum, qui a nonnullis intitulatur Ottonis Cæſaris Ruffi: deinde alios Prouincialis & Feudalis iurium libros, qui diuorum Caroli & Conſtantini Imperatorum conſtitutionibus aſcribuntur, ſic vt legentibus patebunt ſingulariter inſerti & inſerta.* Vid. etiam LEVBER *de Stapula n.* 716.

††††††† Teſtatur de eo CASPAR SCHIFORDEGHER *ad Antonium Fabrum lib. I. Tract. XXX. p.* 256. & SAM. STRYKIVS *diſſert. de Iure Sileſiorum Saxonico cap. III. p.* 43. De Statu Iuris in Sileſia NIC. HENELIVS *Sileſiographia cap. XI.* qui tamen §. XXXVI. ſqq. teſtatur, vſum adhuc Iuris Saxonici aliquem ſupereſſe in Sileſia. De Luſatia teſtatur BENIAMIN LEVBERVS de Stapula Saxonica n. 650. *und muß doch der Magdeburger eigener Aſſeſſor Scabinatus Ioachimus Gregorius von Prietzen in Compend. Iuris tit. 3. bekennen, das die Magdeburger eine ſolche Gerichts-Stadt, dafür ſie ſich alhier in ſupplicatione aus und angeben, (nemlich eine Gerichtsſtadt des Rœmiſchen Reichs) von langer Zeit hero nicht geweſen; Sondern daß obgleich die Hertzogthumb Sachſen, Braunſchweig, Lüneburg, Brandenburg, Meiſſen, Lauſnitz, Mechelburg, Düringen, auf Sachſiſchen Boden liegen: dennoch ſich etzliche unter ihnen aus den Sachſiſchen zum gemeinem Kayſer Rechte vor vielen Iahren legeten. So haben die Kœnige zu Bœhmen da ſie innen worden, daß die Magdeburger ſich vor eine Reichs Gerichts-Stadt halten wollen, vor etzlich hundert Iahren denen Lauſnitzern bey hoher Straff verboten ſich keines Rechtes bey denen Magdeburgern zu erholen videatur des Raths zu Budiſſin Alte Gerichts-Ordnung lit. von Appellation und Leuterung.*

* Gl. art. X. *Nu wil er uns unterweiſen, warvon es auch den andern namen hab, davon es auch Magdeburgiſch Recht geheiſſen iſt, und ſetzt darum die Stadt bey den namen, und nennet ſie Magdeburgk, und heiſt Magdeburgiſch Recht, darumb, das Magdeburgk die elteſt und erſte Stadt iſt, die im Lande zu Sachſen geſtifft ward, und heiſt darumb ihr Recht, das es der Stadt gegeben und beſtetiget ward.* In Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi reperitur hoc Weichbildum Speculo Saxonico ſubiunctum, cuius Titulus & principium, ſecundum LAMBECIVM lib. II. c. VIII. p. 833. tale: HIE BEGINNET DIE VORREDE DES BVCHES, DAS MEIDEBVRGISCH RECHT ODER WICBILDE RECHT HEISET. *Von der VVerlt beginne allererſt bis an die VVaſſirvlut, das Noë die Arke buwete in Armenia, waren tuſent iar und ſechs und vunftzich Iar.* Diſcrepat autem etiam illud non mediocriter ab editionibus hactenus impreſſis, & nudo conſtat contextu, absque vllis Gloſſis ſiue annotationibus. SCHILTER *Exerc. XLV. §. XIII.* Verum IO. FRID. RHETIVS *de Statuis Rolandinis cap. III.* bene notauit n. 49. *VVeichbildi vocabulo plerumque Magdeburgicum ius indigitari, attamen non incommode ad ius proprium cuiusque ciuitatis quoque transferri.*

** Patet hoc ex Weichbild art. I. *Marckrecht iſt dieſes, das die Marckleut hievor bey den alten gezeiten, unter einander geſetzt haben, von ir ſelbs wilkür (von alter gewonheit) nach Carolus Recht, als die von Cœln uber Rein, die von Magdeburg, und an der guten Stadt, als ihr wol vernemen ſolt in dieſen Buch.*

*** Sic enim Ioannes & Gerhardus Comites Holſatiæ, in Diplomate Burgenſibus Hamburgenſibus a. 1258. conceſſo, apud LAMBECIVM Rerum Hamburg. lib. II. n. 276. *concedentes ipſis etiam, infra præſcriptos terminos iure vtantur oppidano, quod VVickbeldesrecht vulgariter nuncupatur. Quicquid autem infra eosdem terminos diſcordiæ ſiue quæſtionis, natum ſeu ortum fuerit, infra ciuitatem debet omnimodo iudicari.* Lambecius equidem hoc pro iure municipali Magdeburgenſi intelligit. Sequitur HERM. CONRINGIVS *c. XXXIX.* Verum, digna eſt Henrici Meibomii obſeruatio, quam in ſua introductione ad Hiſtoriam Saxoniæ Inferioris *p.* 80. habet: *ego autem non in ſpecie Magdeburgicum illud Municipale ius indigitari hic puto, ſed tantum municipale ius, quo tum temporis vſi Hamburgenſes in reliqua vrbe conceſſum illis etiam eſſe intra præſcriptos terminos. Id quidem conceſſerim, ſeculo decimo quarto, conſcripto iam illo VVeichbildico iure, quod hodie habemus, vbi VVeichbildici iuris mentio ſit, non aliud quam Magdeburgicum eſſe intelligendum, ante tamen illa tempora quoduis municipale ius illo nomine denotatum arbitror, iuxta originem ſeu ſignificationem vocis, cum deinde translatam vocem ad ius municipale negare non audeat Gryphiander L. de VVeichbildis Saxonicis c. 82. ratione etymologiæ abunde refutatus ab illuſtri Dn. Io. Frid. Rhetio Diſput. Iuris Publ. I. In priuilegio Friderici II. Imp. A. 1226. Vrbi Lubecenſi dato hæc verba habentur, concedimus etiam eis inſulam ſitam contra caſtrum Trauenemunde, quæ Priwole nominatur, iure ciuitatis de cetero poſſidendam, quod VVibelede dicitur. Vbi primo aut ipſum Diplomatis Cæſarei auctorem male ſcripſiſſe, aut notarium male deſcripſiſſe ſuſpicor (ita enim editæ hæ tabulæ ſunt, cum ante octodecim annos inter Magiſtratum Vrbis ampliſſimum & ciues controuerſiæ eſſent ortæ) cum omnino legendum ſit VVicbeld, & ita etiam legatur in antiqua verſione Germanica, deinde non intelligendum hic eſſe Magdeburgicum municipale, ſed ipſum municipale Lubecenſe, quo vtebantur. Et ita quoque iam tum VVicbildico, id eſt, municipali iure vſos Hamburgenſes, anno 1258. a Comitibus Holſatiæ dato, arbitror, qui deinde anno 1292. ipſi Magiſtratui*

Digitized by Google

*ſtatui poteſtatem condendi iuris municipalis conceſſerunt, vt recte notat Lambecius.* Inter Priuilegia Mindenſia apud PISTORIVM *Tomo III. p.* 744. extat Priuilegium Conradi IV. Ioanni Mindenſi conceſſum, in quo: *praeterea eidem conceſſimus poteſtatem conſtituendi duo oppida, quod vulgo VVichbelede appellatur, vbicunque eadem in ſua diœceſi duxerit conſtruenda.*

**** Præmiſſum eſt Iuri Weichbildico, ſub titulo *Chronica de tempore creationis mundi.* Deſinit autem cum Guilielmo Batauo a. 1254. Ad hoc Chronicon vero prouocat Gloſſa art. X. *Als ihr oben wol vernommen habt, in der Chronick.* Et poſtea *Vnd ſie vor in unſer Chronick genant und geſetzt ſeyn.*

## §. XXX.

*Speculum Sueuicum.*

Ad imitationem Speculi Saxonici, cœpit SPECVLVM SVEVICVM ſiue Ius Franconicum, dum Saxonici & Franci olim omnem impleuerint Germaniam. * Hoc Saxonico omnino eſt recentius, ** ex quo multa fuerunt deſumta, *** tam ex Iure ſcripto, quam conſuetudinario collectum. **** Patet hoc ex eo, quod Innocentii III. Papæ, Ottonis IV. atque Friderici II. Imp. in eodem fiat mentio, ***** ad Decretales, Leges Iuſtinianeas ****** prouocetur, & legatorum, exhæredationis, atque Teſtamenti factionis ******* fiat mentio, cum in Iure Saxonico rara ſint veſtigia Iuris Iuſtinianei & ſucceſſionis teſtamentariæ. De auctore non adeo conſtat, niſi quod Goldaſtus Bartholdo Baroni de Grimmenſtein eandem collectionem tribuat. † Duo igitur hæc iura, vsque ad tempora Caroli IV. Imp. adhuc in Germania obtinuerunt, †† Introducto tamen Iure Iuſtinianeo, atque creſcente Principum Poteſtate Legislatoria, vſus Speculi Sueuici ſenſim fuit abolitus. Licet adhuc ſeculo XV. in Controuerſiis etiam Publicis, ad illud Principes prouocauerint. ††† Diuerſæ eiusdem adhuc extant editiones, †††† immo variant MSta, vt ex eo ſatis pateat, varia hinc inde fuiſſe adiecta. ††††† Immo in controuerſiis illuſtrium nouimus etiam hodierno tempore idem ius adhuc obtinere, ſi continuo vſu fuerit confirmatum. Varios tamen næuos in hoc etiam Speculo reperiri, ab aliis iamdum fuit adnotatum. ††††††

* Vide ſupra §. *XXI.* & Syntagma Iuris Publici *diſſ. V. §. I.*

** Speculum Saxonicum atque Sueuicum in multis inuicem conueniunt. Diſputatur tamen adhuc, quodnam alteri ſit antiquius. LAMBECIVS equidem *Comment. de Bibl. Caeſar. lib. II. c. VIII. cod. CXL. p.* 825. putat, Ecconem de Repkou in Speculo Saxonico & Iure Feudali hoc ius potius corrupiſſe atque mutilaſſe, & pergit: *huius praefationis, quae ibi integra fere duo complectitur folia, perexigua tantum extat particula in Speculo Iuris Saxonici. Ex eadem etiam Praefatione deſumptus eſt Libri*

primi

*primi eiuſdem iam memorati Speculi totus primus Articulus, quo de duobus Gladiis, nempe Spirituali & Seculari agitur.* Idem etiam Speculum hoc Sueuicum Saxonico eſſe antiquius, ex eo demonſtrare conatur, quod, vbi de Electoribus agat, quidquid, ſecundum Auream Bullam ad Bohemiæ Regem pertinet, eius loco Bauariæ Ducem ſubſtituat, ex quo manifeſto ſatis patere dicit, eo tempore, quo antiquum illud Ius Germanicum fuerit compoſitum, Electoratum vna cum officio Archipincernatus fuiſſe penes Ducem Bauariæ. In Speculo vero Iuris Saxonici nullam fieri mentionem Ducis Bauariæ, ſaltim Regis Bohemiæ. Sic enim in Speculo lib. I. c. XXIX. *der Hertzoge von Paiarn hat des vierten Stimme an der Chur, und iſt des Reichs Schencke und ſoll dem Chunige den erſten Becher tragen.* In Iure Saxonico autem lib. III. art. LVII. dicitur: *de Schencker des Rikes de Koningk van Behem, de ne hevet nynen kore, dor das he nicht dudeſch en iſt.* Sed Codices Bauaricos hæc habere monet SCHILTERVS *Comment. ad Codicem Iuris Feudalis Alemann. cap. III. §. III. & VI.* Scilicet, Rex Bohemiæ Elector fieri non poterat, niſi vel patre vel matre vel vtroque Germanus, *wenn er nicht Teutſch.* Talis caſus autem contigit ſub Friderico II. Imp. Cum enim a. 1231. obiiſſet Premiſlaus Bohemiæ Rex, & eius filius Wenceslaus, cognomento Monoculus, ſe eodem modo, quo Pater eius, grauiſſimum hoſtem præbuiſſet Friderico II. Imp. Auſtriamque miſere deuaſtaſſet, ob hanc cauſſam ipſi, eiusque filio Ottocaro de Electoratu mota fuit controuerſia, vtpote, quod Wenceslaus neque ratione matris, Germanus eſſet, ſed reſpectu paternæ originis Slauus, maternæ vero Hungarus, quia matrem habuerat Conſtantiam, Belæ, Hungariæ Regis filiam, ſecundum DVBRAVIVM *Hiſt. Bohem. lib. XV. & XVI.* Hoc igitur nomine adiudicata eſt Dignitas Electoralis Duci Bauariæ, ſecundum TOLNERVM *Hiſtoria Palatina cap. IV. p.* 119. Durauit controuerſia per ſeculum XIII. vsque dum per Rudolphum Habſpurgicum pro Bohemo fuiſſet deciſum. Ex hoc igitur minime concludi poteſt, Ius Sueuicum Saxonico eſſe antiquius. Hoc enim circa initium ſeculi XIII. confectum fuiſſe diximus, quo Bohemiæ Rex inter Officiales Imperii erat, dum Bauariæ Dux circa medium ſeculi, dictam ob cauſſam inter Imperii Officiales fuiſſet receptus. Alio tamen argumento pro antiquitate vtitur IO. SCHILTERVS in præfatione Codicis Iuris Feudalis Alemannici §. XVII. dum ait: *Caeterum vtrum vetuſtius ſit Ius Alemannicum an Saxonicum, præſertim Feudale, non difficile eſt ni fallor definire ex ipſa vtriusque inſpectione & collatione. Eſt enim Saxonicum quoad ſtylum diductius ac recentius, atque cum exemplaribus Alamannici Iuris recentioribus magis conuenit.* Sequitur LEYSERVS *Collatione priſci Iuris Saxonici cum Iure Romano §. XVIII. cum vero & ſtylus Speculi Sueuici maiorem vetuſtatem ſapiat, & ea, quæ in vtroque ſpeculo conueniunt, in Sueuico longe clarius & vberius proponantur, Saxonicum vero ea, quæ bene in Sueuico dicta ſunt, non recte adſequatur, & infeliciter exprimat magis veroſimile eſt, Repkauium potius ex eo ſua conſarcinaſſe.* Verum, nec bina hæc argumenta ſufficere putem, ad antiquitatem Codicis demonſtrandam. Stylus enim Speculi Saxonici non ex editione Zobeliana erit æſtimandus, ſed ex antiquis MStis qui omnino ſapit antiquitatem. Neque id ad antiquitatem facit, quod in Speculo Sueuico omnia multo vberius proponantur, cum faciliusſit aliquid addere atque declarare, quam de nouo concinnare. Quare, etiam Repkouius de difficultate, quam in hoc opere concinnando fuerit expertus, ſæpius conqueritur, quod factum non fuiſſet, ſi Codice vſus fuiſſet, quem ſequeretur.

*** Varia

Digitized by Google

*** Varia Exempla collegit HOFMANNVS *p.* 135. Si quidem conferantur *lib. I.* Speculi Sueuici *cap. VIII.* cum Speculi Saxonici *lib. I. art. III.* Speculi Sueuici *lib. I. c. XIX.* cum Speculo Saxonico *lib. III. art. LIII.* Spec. Sueu. *lib. I. art. XXI.* cum Spec. Saxon. *lib. III. art. LVII.* Spec. Sueu. *lib. I. c. XXIX.* §. 2. cum Spec. Saxon. *lib. III. art. LVII.* §. 2. Spec. Sueu. *c. LII. n.* 2. cum Spec. Saxon. *lib. III. art. XLII.* Spec. Suec. c. CCXXIII, cum Spec. Saxon. *lib. II. art. LIV.* Spec. Sueu. *c. CCXLIII.* cum Spec. Saxon. *lib. III. art. V.* Hinc GOLDASTVS in præfatione über die Reichs-Satzungen. *VVas aber den Vnderſchied und Differentz beyder Rechten belangt, ſtehet dieſelbige allein in ſucceſſione hereditatum & appellationibus, das iſt, in Erbſchafften und Vrteilſprechung Saxenſpiegel lib. I. art.* 17. 18. & 19. *Schwabenſpieg. lib. I. cap.* 393. §. 2. *In andern Articuln und Sachen ſeynt beyde Recht gleichfœrmig und miteinandern einig, wie ſichs denn finden wirdt, ſo mann beyde Spiegel gegen einander helt und conferirt.*

**** Sic lib. I. c. CCCXLVIII. *wir leſen auch das Innocentius der Bapſt entſatzt Keyſer Otten von dem Rœmiſchen Reich durch ander ſein unrecht.* In Epilogo libri ſecundi. *VVie aber die heiligen Keyſer mit irem weltlichem Schwert, als der heilig Conſtantinus, und der Gros Keyſer Karle, und Keyſer Fridrich der ander.*

***** In libro I. c. V. prouocatur ad Decretum & Decretales *und als die Bapſt und die Keyſer zu Concilien und zu Hofe haben geſetzt und gebohten us dem Decret und Decretal.* Decretales autem demum ſeculo XIII. obtinuerunt.

****** Sic *cap. VI. lib. I.* deſumtum eſt ex Titulo Inſtitutionum de Iure Naturæ Gentium & Ciuili. In *cap. XLI.* prouocatur ad Marciani *l.* 5. §. 2. *π. de Statu Hominum.* In Cap. *LXIV.* §. 2. prouocatur ad Legem Aeliam Sentiam §. 4. *I. quib. ex cauſ. manum. non licet Cap. LXVII.* ad §. 2. *I. de his qui ſui vel alieni Iuris ſunt. Caput CCLIII.* enumerat cauſſas exhæredationis ex *Nov. CXV. c.* 3. Caput *CCCXV.* multa hauſit ex Iure Iuſtinianeo & caput CCCXXVII. quo *ein Meiſter heiſſet Adrianus der des Lantrechts vil gemacht hat*, intelligens Hadrianum Imp. ad quem prouocat *l.* 26. *l.* 27. *π. de Fideiuſſ* ex quibus hoc Capitulum eſt deſumtum.

******* Patet hoc ex Capitulo CCLIII. Quare etiam Goldaſtus in præfatione *über die Reichs-Satzungen* ex Speculo Saxonico deſumptum dicit, CONRINGIVS *de Orig. Iuris Germanici cap. XXX.* THOMASIVS *ſel. Capit. Hiſtor. Iuris Feudalis* §. *LIV.* HOFMANN *ſect. III. p.* 133.

******** L. I. c. V. *aber dis Buch ſagt von weltlichen Gericht, und darumb heiſt dis Buch das Landrecht Buch. VVann alle die Lantrecht die hie angeſchrieben ſeindt, die ſeind über alle Lantrecht, und geweret nach geſchriebenen Rechten und etwa nach Gewonheit. VVann die Fürſten und die Statt haben etwa mancherley Gewonheit von den Kayſeren und von den Künigen erworben* c. CCLXV. *die Keyſer und Künig haben dis gemein Recht gemacht, doch habent ſie in lenger Zeit uffgeſetzet an ir Gut. Vnd den Schwaben haben ſie ſunder recht gegeben an ir Gut als hievor geſchrieben iſt. Doch habent die Keyſer den Statten ſunder recht verlühen. und gut Gewonheit iſt gut Recht, alſo iſt auch gut Recht gut Gewonheit.*

† GOLDASTVS in dicta Præfatione: *Der Author iſt ungewis. Allein weis ich mich zu erinnern, das Herr Gotfrid von Ramminzen, Wetland Vogt des Fürſtlichen Stiffts Reichenaw, mir für ein VVarheit fürgegeben das wie Eck von Rep.kow den Sachſen-Spiegel, alſo habe auch Berthold Freyherr von Grimmerſtein ein Schwabenſpiegel gemacht, den er mit ſeinen Augen auf Pergament geſchrieben, in einem Cloſter geſehen, den*



Digitized by Google

*Namen mir außgefallen. Ob es aber eben diſer Schwabenſpiegel ſey, iſt nicht wol zu errathen. Dann weder im getruckten Exemplar, noch im Manuſcript, ſo ich von dem Ehrwürdigen Herrn Iohann von Müntzenberg Priorn des Carmeliter Cloſters zu Franckfurt am Meyn zu conferiren empfangen, einige Anzeigung nicht vorhanden. Allein zeigt der Scribent zu End des Manuſcripts an, daß er Anno* 1474. *ſolch Buch, Das Buch der Keyſerlichen Recht genant, habe zu Heydelberg mit ſampt der Gulden Bull abgeſchrieben und collationiret.* Neque definire quid audet Conringius,

†† Sic enim Carolus IV. in Tit. V. A. B. *quotiens, inſuper, vt premittitur, ſacrum vacare contingat imperium, illuſtris Comes Palatinus Reni ſacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Reni & Sueuie & in Iure Franconico.* Et paullo poſt: *Et eodem iure prouiſionis Illuſtrem Ducem Saxonie ſacri Imperii Archimareſcallum frui volumus in hys locis vbi Saxonica iura ſeruantur.* Atque hoc eſt *das Franckiſch Recht*, de quo Sachſen-Spiegel lib. I. art. LIV. *Der Kœnig ſoll haben Frenckiſch Recht, nachdem als er geboren wirdt, er ſey von welcher geburt er ſey. Denn als der Franck ſeinen leib nicht vorwircken mag, er werde dann in der handhaffttigen that gefangen, oder das im ſein Frenckiſch Recht vorteilet ſey.* Schwaben-Spiegel *lib. I. art. XXII. §. 3. Als der König erwelt wirdt, von welcher Geburt er geboren iſt, das Recht hat er verlorn. Er ſol haben Frenckiſch Recht, und von welcher Geburt er geborn iſt, das Recht hat er auch verlorn.*

††† Duraſſe tamen etiam vſum Iuris Sueuici, vsque ad finem ſeculi XV. docet DATT *de pace publica lib. IV. cap. I. n.* 121. SCHILTERVS varia exempla adducit, quibus prouocatum fuerit ad hoc Ius. Carolus Lotharingiæ Dux a. 1419. prouocauit in cauſſa quæſitæ adminiſtrationis tutelaris Comitatus Würtenbergici ad Sigismundum Romanorum Regem, & Iudicium Sueuicum, *hat ſich Rechts erboten für Sigismundum den Rœmiſchen Kœnig, oder für das Schwæbiſche Recht im Lande zu Schwaben.* Vel: *Er habe begehret zu einem gütlichen redlichen Auſtrag zu kommen nach dem Landrecht zu Schwaben.* Sic & pacta dotalia a. 1498. a Wurtenbergicis Comitibus in formulam Sueuici Iuris confecta fuiſſe dicuntur, *nach des Landes zu Schwaben Recht.* Et licet HOFMANNVS *p.* 137. dubitet, an per Ius Sueuicum, Speculum illud Iuris Sueuici denotetur, vix tamen eſt, vt adſentiar, cum de nullo alio Iure Prouinciali conſtet, quod apud Sueuos obtinuerit. GOLDASTVS igitur in præfatione *über die Reichs-Satzungen: So iſt der Schwabenſpiegel ſol wol, als der Saxenſpiegel in Saxiſchen Landen, bey den Schwaben in Schwabiſchen Gebieten, als Algæwern, Schweitzern Pündtnern und Burgundern, noch zu guten Theil im Schwanck, und in ihre Statut gezogen.* B. HERTIVS *de Conſult. & Legibus in Spec. Rom. Germ Imp. Rebusp. §. XV. Opp. Tomo II. p.* 432. ait: *quamobrem etiam Statuta Academiæ noſtræ tit. XXXI. Ius Francorum & Saxonicum Iuris Anteceſſoribus commendant, addita ratione: quod illis vniuerſa propemodum Europa in multis partibus hodie vtatur.* Hodie huius Speculi vſum deſiiſſe docet SPEIDELIVS voce *Sachſenſpiegel* dicens: *extat quidem der Schwabenſpiegel in Conſtitutionibus Imperialibus Goldaſti, ſed eo vti non ſolemus, feliciorem itaque ſucceſſum habuit Ius Saxonicum quod adhuc viget.*

†††† Has enumerat HOFMANNVS *p.* 133. Prima, dicit, a. 1505. Hupfufii opera, Argentorati prodiit, altera cura Sebaſtiani Meiſneri qui ad eandem adornandam variis Codicibus MStis fuit vſus. Ann. 1561. ſub titulo: *Kayſerlich und Kœniglich Land-und Lehnrecht, Satzungen, Sitten und Gebrauch, wie die unſere Teutſche Vorfahren*

*lang*

Digitized by Google

*lang wohl herbracht und erhalten, auch durch Ræm. Keyſer und Kænig weiters erkleret und gebeſſert worden ſind.* publicata & tertia vice ann. 1566. recuſa, a Goldaſto tandem *Tomo I. derer Reichs-Satzungen p.* 31. quarta vice fuit repetita. Addimus quintam IO. STEPHANI BVRGERMEISTERI, Conueniunt ſingulæ hæ editiones, niſi quod Goldaſtus numera capitum adiecerit, qui deficit in Meichsneriana. De hoc BurgermeiſteriOpere, dum diuerſarum Legum Germanicarum Collectionem contineat, nunc etiam dicendum. Titulus libri eſt: *Teutſches Corpus Iuris Publici & Priuati oder Codex Diplomaticus der Teutſchen Staats-Lehn-Bürger und Peinlichen Rechten und Gewohnheiten, wie auch Proceß Ordnungen an denen Kayſerl. Reichs-Hoff-Cammer-und Landgerichten, in 2. Theilen Collectore* IO. STEPHANO BVRGERMEISTERO, *Vlm.* 1717. 4. Prima pars complectitur Speculum Saxonicum & Sueuicum, Ius Weichbildicum & Feudale, Saxonicum atque Sueuicum latino & vernaculo ſermone, Veterem Auctorem de Beneficiis, Varias Leges & Conſuetudines Franconiæ, potiſſimum Iudicii Burggrauiatus Norici & Iudicii Imperialis Herbipolenſis, Ius Hanſeaticum, Lubecenſe, Auream Bullam, Ordinationem Criminalem, Transactionem Paſſauienſem, Concordata Nationis Germanicæ, cum variis Mandatis atque Decretis Imperialibus, etiam recentioribus. Tomus Secundus Acta potiſſimum Imperii comprehendit, Proiectum renouatæ Ordinationis Cameralis, Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, Nouiomagenſis, Ryſwicenſis, Badenſis, Receſſum Imperii nouiſſimum, Ordinationem Iudicii Aulici, Rotwilenſis & Sueuici, Capitulationem perpetuam & Carolinam atque ſimilia Acta Imperii.

††††† Talis eſt Codex Ambraſianus in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi de quo LAMBECIVS lib. II. c. CVIII. n. CXL. p. 825. *Volumen Germanicum membranaceum in folio minori, continens Libros duos antiqui Iuris Germanici ſub Imp. Friderico II. compoſitos, quorum prior inſcribitur: Das Landrecht Buch, poſterior autem das Lehen-Buch: Optimæ profecto notæ eſt hic Codex, & non vulgaris pretii, quippe quo vix alium eius generis vllum vel antiquiorem, vel magis authenticum reperiri exiſtimo, quoniam eo inde ab Imp. Rudolphi I. temporibus vsque ad Imp. Maximilianum I. plerique omnes Principes Auſtriaci propriis manibus atque oculis vſi ſunt. Impreſſi quidem ſunt Libri Argentorati ſiue Strasburgi typis Matthiæ Hupfuff A.* 1505. *in folio ſub hoc titulo: Keyſerlich und Kæniglishe Land-und Lehenrechte nach gemeinen Sitten und gebrauch der Rechten, ſed quam vitioſa & mutila ſit illa editio, primo apparet intuitu, ſi quis eam cum præſtantiſſimo hoc Codice MSto Ambraſiano vel obiter contulerit. Similiter etiam inde videre licet, quantopere iidem duo Libri ab Eccone de Repkau in Speculo Iuris Saxonici, vulgo der Sachſen-Spiegel dicto, & in Iure Feudali Saxonico, vulgo das Sachſiſch Lehenrecht appellato, mutilati, corrupti & interpolati ſint. Titulus & initium Præfationis Libri primi habent ſe in iam memorato Codice MSto hoc modo.*

*HIE HEBET SICH AN DAT LANTRECHT BVOCK.*

*Herre Got Himelſcher Vater durch dine milde guete geſchuef du den Menſchen in driualliger werdichait: die erſte, daz er nach dir gebildet iſt. Daz iſt ouch ein alſo hohiu werdichait, der dir alles menſchlich chunne ſunderlichen immer danchen ſol. VVan des haben gar michel recht &c. Huius præfationis quæ ibi integra fere duo complectitur folia, perexigua tantum extat particula in Speculo Iuris Saxonici.* Talis Codex chartaceus n. CXLI. ab eodem æque recenſetur p. 831. de quo: *In fine autem legitur, eum abſolutum eſſe A.* 1462, *in Vigilia S. Andreæ Apoſtoli, ideoque haud mirum eſt, non ſolum Germanica lingua & ſcripturæ modum, quo is exaratus eſt, ab alterius iſtius multo vetuſtioris*

*ſtioris Codicis membranacei lingua & ſcriptura multum differre, verum etiam difficilem illum locum de Septem S. Imperii Romani Electoribus, quem ſupra expoſui, in eodem hoc recentiori Codice, vtpote annis centum & quinque poſt promulgationem Aureæ Bullæ Imp. Caroli IV. deſcripto, omiſſa Ducis Bauariæ mentione interpolatum eſſe hoc modo: der vierde iſt des Richs Schencke, der ſol dem Künig ſinen becher tragen.* Sed GOLDASTVS Præfatione über die Reichs-Satzungen: *Sonſten ſtehent in dem Manuſcript etliche Capitel, ſo in dem getrückten Exemplar nicht gefunden werdent. Hergegen iſt der Beſchluß zu End des Spiegels angehenckt in dem Manuſcript ausgelaſſen. So iſt auch die Ordnung der Capitel in beyden Exemplarien gar ungleich und ſehr verſetzt. Darauß zu vermuthen und abzunemen, daß nach und nach viel hinzu geſetzt, und von den Aduocaten und Aſſeſſorn eingeflicket worden, ſo in dem Vrheb und erſten Original nicht geſtanden.* Dum Batuthi nuper agerem, Nobiliſſimus Steltzerus, Sereniſſimo Marchioni a Conſiliis aulicis, mecum ex Bibliotheca ſua communicauit huius Iuris Codicem MStum chartaceum, cuius præfatio conuenit cum editis exemplaribus. Poſt præfationem, ſequitur ſtatim: *das erſt Cappitel von den frien. Hie ſol man horen von dreierley freien Leuten, welch recht die haben. Es heiſſet ein ſemperfreien, das ſind die ſemperfreien, die freien Herren. So Fürſten und die andern freien zu mann haben. Die andern freien das ſind mittelfreien, das ſind die der hohen freien Mann ſind. Die dritten das ſind die gepawren die fry ſind. Die heiſſen ſie Lantſeſſen, der hat ieclicher ſein ſunder recht. Als wir hernach wol unten würden ſagen. Das ander Capitel* MSti *von der Vogtdingen* eſt cap. 390. Goldaſti. Cap. III. MSti *von den Heerſchilden* in Goldaſtina caput VIII. Caput IV. MSti *von der Sipprecht* eſt cap. CCLII. Goldaſtinæ. Caput I. MSti *von der Kinder Erbteil* eſt cap. CCLV. Cap. vlt. MSt. CCCLXXX. eſt CCCLXXI. Goldaſtinæ. Scriba in fine annum notauit: Et ſic eſt finis *am Donnerſtag nach Oculi mehr in LXXIII. iſt, 473.* Sequitur in MSto Liber Iudicialis cum hac Rubrica: *Int das ein Gericht werden ſol, das ruurt van dreien perſonen, das iſt von den Richter, von dem clager von dem Antworter.* In Bibliotheca etiam Windhagiana Vindobonæ inſignem huius Iuris Codicem MStum reperiri, mihi relatum eſt.

## §. XXVI.

*Leges Provinciales.*

Cum autem Principes Imperii iam a Seculo XIII. Legiſlatoriam poteſtatem exercuerint, diuerſæ quoque Leges Prouinciales fuerunt ortæ, * maxime, dum Principibus vna cum ipſa poteſtate facultas ab Imp. concederetur Ius Prouinciale, *Landrecht* conſtituendi. ** Hoc ipſo autem, firmata auctoritate ſua, obuiam ire voluerunt ſenſim inualeſcenti Iuri Iuſtinianeo. Sic Ludouicus Bavarus Imp. a. 1315. veteres Leges Bauaricas correxit, nouasque tulit, quibus hodie adhuc vtuntur. *** Licet iſtæ Leges Prouinciales primitus ab Impp. confirmarentur, **** qua tamen hodie, dum Poteſtas Legiſlatoria Iuris Territorii ſit, opus amplius haut eſt. *****

* Bertholdus IV. iamdum Zæringiæ Dux a. 1179. Friburgo a ſe condito tradit ius ſcriptum, teſte GVILLIMANNO *de Rebus Helueticis lib. III. cap. IX.* Henricus I. Haſſiæ Landgrauius a. 1294. Franckenbergenſibus Priuilegium dedit leges condendi.

Extat

Digitized by Google

Extat illud in *Chronico Franckenbergenſi* in quo p. 34. *Auch was geſetzes unſere Schæffen und Rath ſetzen und entſetzen, uns und der Stadt zu nutz und ehren, auf ihren eyd und beſcheidenheit, wer das freuenlichen ſtrafte oder darwieder ſtünde, der ſoll ein iahrlang hauſen der Stadt ſeyn.*

** Iuris Prouincialis Bauarici a. 1346. compoſiti in Volumine Chartaceo Bibliothecæ Cæſareæ apud PETRVM LAMBECIVM *Comment. de Bibl. Cæſar. lib. II. c. VIII. p.* 834. tale eſt Principium: *VVir Ludweich von Gotes Genaden Margkgraf zu Brandenburch, wir Steffan, wir Ludweich, wir VVilhelm von Gotes Genaden Pfalzentz Grafen bey dem Rein und Hertzogen in Bayern haben angeſehen den Breſten den wir gehabt haben, in unſiren Lande zu Bayrn an dem Rechten, und davon ſein wir zu Rat worden mit unſirm Herrn und Vaeterlein Kayſer Ludwichen von Rom, ſetzen und beſtattigen alles das hernach geſchrieben ſtet, nach unſirn Gepot und Gebaitz unſern Land zu Bayern zu forderung und zu beſundern Gnaden, das iſt geſchehen da man zalt von Chriſtus Geburt dreutzehen hundert Iahr und darnach in dem ſechſten und vierzichſten Iahr.* De hoc AVENTINVS *lib. VII. Ann. Boiicorum* c. XIX. *veteres Leges Boiorum correxit, nouas tulit, inſtituta gentis in libellos retulit, quibus adhuc Boii vti ſolent, & ſecundum eas, Codice propoſito, ius dicunt.* Leopoldus etiam Dux Auſtriæ & Comes Tyrolenſis a. 1397. leges, ſeu ſtatuta Prouincialia Comitatus Tyrolenſis ad Statuum inſtantiam reſtaurauit, teſte WIGVLÆO HVNDIO *Metrop. Salisburg, Tom. I. p.* 450. Vid. HERTIVS *de Super. Territoriali*, *§. XXV.* IO. EHRENFRIED MAYER *de Poteſtate Statuum Legislatoria*, qui tamen pro-lixior eſt circa Status Imperii in genere conſideratos, & Leges Imperii vniuerſales, quam circa leges Statuum prouinciales. Potior eſt THOMASIVS in diſſertatione *de Statuum Imperii poteſtate Legislatoria.* LVDOLPHVS HVGO *de Statu Regionum Germaniæ cap. III. §. XX.*

*** Patet hoc ex Diplomate, Bertoldo, Comiti Hennebergico, de Principali dignitate conceſſo, apud MEIBOMIVM Tomo III. p 209. *conferimus eidem* (Bertholdo) *ac ſuis heredibus omnia Iura Principum in ſententiis dictandis, pronunciandis in iure ciuili & plebiſcito, quod vulgo dicitur Landrecht.*

**** HERTIVS c. l. *Exemplo ſint Ducum Brunſuicenſium Ordinatio Iudiciaria, præfixam habens Ferdinandi Imp. confirmationem, & Electoris Moguntini Ordinatio Iudicialis, cuius ſingulas iuris Iuſtinianei correctiones nominatim comprobauit Carolus V.*

***** Fundatum hoc etiam in Articulo VIII. §. I. I. P. W. *Vt autem prouiſum ſit, ne poſthac in ſtatu Politico controuerſiæ ſuboriantur, omnes & ſinguli Electores Principes & Status Imperii Romani in antiquis ſuis iuribus, prærogatiuis, libertate, priuilegiis, libero iuris territorialis, tam in Eccleſiaſticis quam Politicis exercitio, ditionibus, Regalibus, horumque omnium poſſeſſione, vigore huius Tranſactionis ita ſtabiliti firmatique ſunto, vt a nullo vnquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel debeant.* Idem confirmatur Capit. Leopold. & Ioſephina *art. III.* Carolina *art. I.*

## §. XXVII.

Præ cæteris vero, vrbes quædam ſuas Leges municipales habuerunt, inter quas Colonienſium * Ius Municipale, Aquisgranenſe, ** & Suſatenſe † Ius memoratur. Sic etiam Northuſæ vrbi Rudolphus Habsburgicus iam dum Iura confirmauit. †† Hamburgenſi Ciuitati Adolphus, Gerhardus, Iohannes Henricus & Henricus, Hol-

*Ius Colonienſe, Aquisgranenſe aliarumque Ciuitatum.*

Holſatiæ Comites a. 1292. Priuilegium conceſſerunt ſtatuta vrbis, *der Stadt-Wilkühr* mandandi, & librum Ciuitatis conficiendi. ††† Ciuitati Auguſtanæ Rudolphus I. Imp. iura ſua in vnum librum colligendi, eademque augendi, poteſtatem dedit. †††† Argentoratenſes etiam a diuerſis Impp. Ius condendi Leges obtinuiſſe, ipſorum Annales teſtantur, ††††† Spirenſibus Ludouicus Bauarus a. 1315. Iura ſua, quæ antiquitus iamdum habuerant, confirmavit. †††††† Tales etiam ſunt Leges Brunſuicenſis Ciuitatis Municipales, quæ ab Ottone Duce conceſſæ dicuntur, a Friderico II. Imp. a. 1232. adprobatæ. ††††††† Bremenſia Statuta a. 1303. fuerunt condita, atque ex ſpeciali conceſſione Comitum ab Oldenburg a vicina Ciuitate Oldenburgenſi recepta. * Cellenſibus Iura conceſſit Otto Strenuus, Ottonis Pueri nepos. ** Wenceslai Imp. temporibus exortæ fuerunt Leges Goslarienſes. *** Nec defuerunt Lüneburgenſibus Leges quædam antiquæ. ****

* De hoc Gloſſa Iuris Weichbild. art. I. *Als die von Ach und Cœllen ihr eigen Stadtrecht haben, das da ius Ciuile wird genand, und der Stadt eigen Recht, wie man ſpricht Magdeburgiſch Recht.* Confirmatur hoc ex priuilegio Henrici Archiepiſcopi Colonienſis ciuitati Colonienſi a. 1229. conceſſo, & a. 1242. a Friderico II. Imp. confirmato, apud LÜNIGIVM *Reichs-Archiu p. ſpec. IV. Contin. p. 341.* in quo: *recognouimus prædictæ ciuitati iura ſua, conſuetudines ſuas approbatas, ſpecialiter etiam tam nos, quam dicta Eccleſia & Priores recognouimus & recognouimus eidem ciuitati conſuetudinem antiquam & iuri conſonam, talem videlicet, quod nullus ciuium Colonienſium pro delicto, ſiue crimine infra Coloniam & terminos ipſius ciuitatis, qui dicuntur burban, commiſſo, vel quod dicitur commiſſum extra Coloniam a Nobis vel ſucceſſoribus noſtris in ius vocetur nec ab aliquo conueniatur, ſed nos & Succeſſores noſtri in palatio noſtro Coloniæ præſidere debemus & ibi ſecundum quod ſententia Scabinorum Colonienſium dictauit, indicare.* Patet hoc etiam ex Caroli IV. confirmatione omnium priuilegiornm apud LÜNIGIVM p. 345. *& circa hæc & generaliter circa quæcunque alia ſtatuta municipalia & ordinationes quascunque quoad ſuam ciuitatem & ſtatum illius & obſeruationem ſtatus ciuesque ſuos dictosque conuenientes ad nundinas &c. in ipſa ciuitate & infra Banleucam prædictam ſtatuere & facere & pœnis ac mulctis vallare, & iam facta ſtatuta & ordinationes mutare, & de nouo ſtatuere & ordinare, totiens, quotiens voluerint, per quæ, quas & prout credunt, poſſe neceſſitati aut vtilitati perpetuæ vel temporali ſuæ ciuitatis & ciuium ſuorum, vt ſic ſalubriter prodire volentes quod id, quod in poſterum ſuper his fuerint, ſtatuerint, decreuerint, ordinauerint vel mutauerint, plenum & firmum robur obtineat de noſtra regia Maieſtate.*

** Confirmatur hoc ex dicta Gloſſa. Inter priuilegia tamen vrbis Aquisgranenſis quæ NOPPIVS Chronico ſuo ſubiecit, nullum reperimus, quam illud Caroli V. de anno 1520. in quo p. 30. *Item, wir ordnen, ſetzen, und gebieten auch mit unſerem Kœniglichen Edict, das vielgemelte unſere Bürger zu Aach Ordnung und Geſætz, wie ſie dieſelbige in ihrem Rath nœthig und nützlich zu ſeyn entſchlieſſen würden, auffrichten,*

Digitized by Google

*richten, und dieſelbige wiederumb nach ihrem Belieben abthun , und aufheben mœgen.* Habuiſſe tamen Aquisgranenſes Ius antiquius, patet ex ipſorum *Chur - Ordnung de a.* 1338.

† Multa equidem de Iure Suſatenſi eſt controuerſia. Anſam dedit ARNOLDVS LVBECENSIS *Chron. Slau. lib. II. c. XXXV*, vbi narrat, qua ratione Lubecenſes, poſt proſcriptum Henricum Leonem Ducem, Friderico I. Imp. ſe dediſſent, addens: *verum, priusquam ei ciuitatem aperuiſſent exierunt ad eum, rogantes, vt libertatem ciuitatis, quam a Duce prius traditam habuerant, obtinerent, & iuſtitias, quas in priuilegiis ſcriptis habebant, ſecundum iura Soſatiæ, & titulos, quos in paſcuis, ſyluis, fluuiis posſederant, ipſius auctoritate & munificentia poſſiderent.* HERM. CONRINGIVS equidem *cap. XXVIII. p.* 169. ait: *haut liquet, quæ illa iura ſint Soſatiæ niſi fortaſſis legendum Holſatiæ.* Sequitur LAMBECIVS *Origg. Hamburg. lib. I. n.* 101. *p.* 29. *ed. Fabricii* qui, poſtquam alteram ſententiam adduxiſſet, addit: *mihi vero magis probatur V. Cl. Hermanni Conringii coniectura, qui apud Arnoldum pro iura Soſatiæ legendum putat Iura Holſatiæ. Quæ verba ita interpretor: quantum ad paſcuorum aliorumque bonorum poſſeſſionem & vſum, pari iure Hamburgenſes fuiſſe, quo Lubecenſes; cætero vſos eſſe communibus Holſatenſium & reliquæ Nordalbingiæ legibus iudiciariis.* Sequitur HENR. BANGERTVS in Notis ad Arnoldum *p.* 296. qui etiam addit: HERMANNVS KORNERVS *in Chr. M. Arnoldum hic, vt alias, exſcribens, hæc verba omittit; quod indicio eſt, ipſum ea non ſatis intellexiſſe. Aſt, contrarium adſerit & pro Soſatenſi iure, quæ lectio etiam in MStis occurrit, militat Reinerus Reineccius in notis marginalibus ad h. l.* dum ait: *forte Suſatum oppidum intelligit* IO. GRYPHIANDER ad hunc locum prouocans, *de VVeichbildis Saxonicis cap. LXXX. n.* 15. ait: *de iure Suſatenſi autem, quale id fuerit, nihil indagare potuimus, niſi illud ius Vemicum vicinæ ciuitatis Tremoniæ redolere quis opinetur.* CASPAR DANCKWERTH *p. III. Chorogr. Cimbr. c. VII. p.* 216. HENRICVS MEIBOMIVS *not. ad VVitichindum p.* 670. HENRICVS MEIBOMIVS, Iunior, *Introduct. ad Hiſt. Saxon. inferioris p.* 85. & IO. MOLLERVS *in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ p. I. c. XV. p.* 255. qui etiam argumenta Meibomii colligit, dicens: *quamuis enim Iuris Suſatenſis nulla fere apud Antiquos ſuperſit memoria, quamuis item Coniectura Conringiana in maiorem Holſatiæ noſtræ gloriam vergat, & primas decantatiſſimi Lubecenſium Iuris Origines illi vindicet, nos tamen; quibus religio eſt, patriæ laudes Argumentis dubiis & ſuſpectis augere, Lectionem, quam tot Codd. MSti exhibent, veram eſſe, & coniecturis fallacibus haud ſollicitandam arbitramur. Henr. ſane Meibomius Iun. Lubecenſis, Sagaciſſimus Antiquitatum Patriæ Scrutator, ſententiam hanc de Iure Suſatenſi, primo Lubecenſis fonte, quam & mihi* παράδοξον *antehac viſam eſſe non diffiteor, nuper ſatis reddidit probabilem. Monuit enim, non Henricum ſolum Leonem, Ciuitatis Lubecenſis Conditorem & Primum Iuris eiusdem Autorem, VVeſtphaliæ etiam, & Vrbi in hoc Suſatenſi, imperaſſe, ac ex iſta regione, eo ipſo, quo Lubeca condebatur, tempore Colonias aliquot in Viciniam eiusdem, ab Adolpho II. Comite Holſatiæ, & Henrico, Comite Ratzeburgenſi, Helmoldo teſte, eſſe euocatas; ſed inter primos etiam Senatores Lubecenſes, circa A.* 1161. *electos VVeſtphalos complures, & in his Volquinum de Suſato, ac Hermannum de Suſato, occurrere. Accedit Locus illuſtris, quem Lambecius ipſe Antagoniſtis ſuis, ex Diplomate, quo Adolphus IV. Comes Holſatiæ, Hamburgenſium priuilegia confirmauit, inedito, ſuppeditauit: Et in paſcuis, & in Lignis ad comburendum, Libertate gaudebunt, quam conſtat eos retroactis temporibus poſſediſſe. Et in reliquis Iure fruantur Suſatenſium & Lubecenſium.*

*Magnum*

Digitized by Google

*Magnum hæc verba Vulgatæ apud Arnoldum Lectioni pondus addunt; Critica autem Lambecii audacia, qui, τῇ ὑποθέσει δουλεύων, in hoc etiam Diplomate, pro Suſatenſium legi vult Holſatenſium, Meibomiæ Virgulæ Cenſoriæ merito fuit obnoxia.* Sequitur hoſce LEIBNITIVS, qui in notis ad dictum locum Arnoldi, ait: *Conringius, Lambecius & Bangertus emendant, ſubſtituuntque iura Holſatiæ non recte. Soſatia (Soeſt) florentiſſima fuit ab antiquo ciuitas, vt patet ex vita S. Idæ, & translatione S. Euergiſli, quas priore Tomo edidimus; nec Holſati tunc alia habebant quam Saxonum iura. Hic autem non quæritur de Iure prouinciali Landrecht, ſed municipali VVicvvil exemplum ergo ſeu ideam bene conſtitutæ vrbis inde Henricus Leo petiit.* Idem LEIBNITIVS *in notis* ad *Vitam Brunonis Tom. I. Script. Rer. Brunſuic. p.* 292. vbi dicitur: *quo circa ratum duxit, vt locum quendam Saxoniæ, Suſatiam nomine, rebus ſeculi opulentum, populo plenum, longe lateque circumpoſitis Saxonum gentibus, nihilominus prouinciarum populis notiſſimum, ſic commentatur: floruiſſe etiam legibus oportet, cum Henricus Leo Lubecenſibus dederit iura Suſatiæ,* ARNOL CHRON. SLAV. *lib.* 2. *c.* 35. *quem locum fruſtra quoſdam corrigere voluiſſe (ſubſtituendo Holſatiæ) vel hinc apparet.*

†† Sic enim in Priuilegio Rudolphi Habsburgici, menſe Nouembri a. 1290. conceſſo, apud HERTIVM Differt. de Super. Territ. §. XXV. n. *Inde eſt, quod nos attendentes prudentum virorum Conſulum & ciuium de Northuſen, dilectorum noſtrorum fidelium fidei conſtantiam, confirmamus & obſeruari volumus inuiolabiliter omnes conſtitutiones, & adhuc conſtituendas a Conſulibus Ciuitatis Northuſen, quæ ipſi ciuitati proficue fuerint & honeſte, & nobis & Imperio præiudiciales non fuerint, nec generauerint detrimentum.*

††† Extat priuilegium apud LAMBECIVM *Origg. Hamburg. lib. II. n.* 471. & LVNIGIVM *Cont. IV. p.* 932. in quo: *concedimus etiam & donamus iisdem ius tale, quod vulgo Kobre dicitur. Statuta mandare & edicta promulgare ſecundum placitum eorum pro vtilitate & neceſſitate ciuitatis prædicta ac eorundem, & reuocare eadem quotiescunque & quandocunque ipſis viſum fuerit expedire. Conferimus nihilo minus eisdem de mera & libera voluntate noſtra, vt iura ſua & ſententias nunquam alias, id eſt, foris ciuitatem, quam in domo Conſulum ipſius ciuitatis ſecundum ſcripta libri ipſorum liberius exequantur.* Vbi LAMBECIVS n. 477. *Secundo obtinuit ciuitas Hamburgenſis hoc priuilegio poteſtatem condendi iuris municipalis, eiusdemque abrogandi & corrigendi pro lubitu. Nam vſque ad hoc tempus primum quidem communi ſiue Holſatenſi, deinde vero per ſpecialem Comitum Ioannis I. & Gerardi I. permiſſionem iure VVeichbildico ſeu municipali Magdeburgenſium vſa eſt. Ideoque errant Traciger & Spangenbergius, aliique eius generis tranſcriptores, qui Hamburgum vſque ad annum* CIƆCCXCII *iure municipali Lubecenſium vſam aſſerunt, decepti nimirum praua interpretatione diplomatis Imp. Friderici II. cuius exemplum & veram explicationem ſuperiori libro inſerui. Cæterum hic notandum eſt, apud maiores noſtros iam tunc moris fuiſſe, vt ſtatuta vrbium certis libris inſcriberentur. Hinc enim ius noſtrum ciuile etiam nunc vernacula lingua das Stadtbuch appellatur. Præterea obſeruatu dignum eſt, quod poteſtas condendi iuris municipalis nuncupata olim fuerit die Kobre, hoc eſt, ſi ad verbum vertatur, Optio ſeu Electio. Nempe hoc* NOMEN INDE PLACVIT, *quoniam quæque ciuitatis pro arbitratu id ius ſibi legit & conſtituit: vnde & VVilkührrecht in vulgare Iure Saxonico paſſim nuncupatur. Porro autem hinc elucet, errare Auctorem proximi veteris noſtri iuris municipalis, dum ius vulgo Köhre dictum non interpretatur poteſtatem condendi iuris municipalis, ſed eligendi magiſtratus.*

†††† Extat

Digitized by Google

†††† Exiat priuilegium VII. Idus Martii 1276. apud LVNIGIVM *Contin. IV. p.* 89. in quo: *hinc eſt, quod ſupplicantibus nobis dilectis fidelibus noſtris Ciuibus Auguſtenſibus, vt cum ipſi quasdam ſententias ſine Iura, pro communi vtilitate omnium in vnum collegerint, ac ſcripturarum nomine commendauerint, & adhuc ampliora & vtilia cum precibus velint reponere, non exinde Codicem conficere non tam ſcripta, quam ſcribenda, velimus auctoritatis noſtræ munimine confirmare.*

††††† KÖNIGSHOVEN Strasb. Chronic. Cap. V. p. 366. *Do men zalte M. CCC. XXII. ior. do wart der ſtette buch gedichtet und gemachet do der ſtette recht und geſetzede inne ſtont. do men uſ der phaltze dicke anziehet. wan vormols hette men uf der phaltzen kein buch und men richtete noch gewonheit oder iederman nach ſime ſinne. und der ſtette recht und geſetzede worent geſchrieben an viel brieven und cedeln die men underwilen nüt vinden kunte ſo men dernoch ſolte richten. das dicke in dem Rote miſchellunge wart, derumbe erwelte men zu Strosburg zwölff wiſe man. das worent Herr Reinbolt Huffelin. her Golze von Groſtein. und ouch ander das ir zwölfe vvorent. diſe zvvölfe ſvvurent das sü vvolten gon zu den grünen VVerde, und niemer vs dem Cloſter zu kommende sü hettent denne der ſtette gevvonheit geſetzede und rechte alſo verre sü es vvuſtene in ein buch verzeichent und geſchrieben, und nuvve geſetzede und recht darzu gedichtet und gemachet die sü denne allernützlicheſte duchte der ſtette. vnd ſprochent ouch die von Strosburg das sü hettent gevvalt und friheite von Künigen und Keyſern nuvve recht und geſetzede zu machende in ihre ſtat. do diſe zvvölff vviſe manne in dem Cloſter uf einen monat vvorent und der ſtette recht und geſetzede hettent geton zuſamene geſchrieben in ein buch do det men dasſelbe buch leſen vor dem Rote und den Scheffen. und mit der wille und geſelle ſwar men dasſelbe buch zu haltende und darnach zu richtende auf der pfaltzen,* vid. SCHILTER *XIV. Anmerckung p.* 604.

†††††† LEHMANN *Chron. Spir. lib. IV. c. XXI.*

††††††† Extant iſtæ apud LEIBNITIVM *Tomo III. p.* 434. qui ſub initium ſtatim adnotat: *Codici membranaceo Legum harum recentiore manu præſcriptum extat: Düdt iſt das erſte Brunſvvikſche Stadrecht, dat von Hartigen Otten bevvilliget unde van Keyſer Fredderich beſtediget iſt anno* 1232. *Diit Stadtrecht vvieſet upp Keiſer Otten, de den gilden obre gilde gegeven heſſt, dat iſt Hartigen Otten vader bruder gevveſt.* De his plenius in præfatione egit LEIBNITIVS n. XVII. Subiungitur apud eundem *pag.* 446. *Ordinarius Senatus Brunſuicenſis, iuſſu ipſius conſcriptus, Anno Domini MCCCCVIII.* in quo continetur Deſignatio omnium officiorum Publicorum in ciuitate. Vid. HOFMANN *p.* 152. qui varia ex iisdem ſingularia refert. 10. DAVTH *de Teſtamentis n.* 8. *f.* auctor eſt, complures Saxoniæ Inferioris Ciuitates in dubiis cauſis ad Ius Brunſuicenſe recurriſſe.

* GRYPHIANDER *c. LXXVII.* n. 13. de his EBERH. SPEKHAHN *cent. II. quæſt. V. cl. I.* in eius principio ſic cautum: *duſſe vvilkohr und duſſe Sattunge de ſcholen unſers Heren recht nicht mindern.*

** Extant apud LEIBNITIVM *Tom. III. p.* 483. quibus hæc ſubſcriptio ſubiicitur: *Bouen dit beſcreuene recht dat vve Hertoghe Otto uſern borgheren von Tzelle beſeghelet hebben gheghevven, ſo ghevve vve en al Brunneſvvikeſch recht ſvvat ſes beuraghen moghen alſe ſes bedorven. Datum Anno Domini M. CCC. primo feria quinta poſt Oculi mei.* LEIBNITIVS *in Introductione p.* 16. *Leges Cellenſi oppido dedit Otto Strenuus, Iohannis filius, Ottonis (vulgo Pueri) nepos a.* 1301. *Earum ſtylus qualis antiquarum:*

*Brunſuicenſium, & ipſe Dux opido præter illas, quas dedit leges, ius Brunſuicenſium concedit.*

*** Extant iſtæ tribus libris diſtinctæ apud LEIBNITIVM p. 484. Hic vero in præmiſſa introductione ætatem definire non audet, ſaltim autumat, ex antiquioribus eas renouatas fuiſſe & interpolatas, idque ex ſtylo iudicat, qui Brunſuicenſibus & Cellenſibus multo ſit liquidior. HAYNECCIVS vero *Antiquitatum Goslarienſium lib. IV. p.* 362. ad *a.* 1390. *eodem ferme tempore totius ampliſſimi Senatus, omniumque Tribuum ſuffragio in ordinem certumque codicem redacta ſunt Statuta Ciuitatis, opus elegantiſſimum & priſcæ ſimplicitatis monumentum egregium, multisque antiquitatibus Ciuitatis noſtræ eruendis utiliſſimum, cuius autographum membranaceum in curia aſſeruatum anno M. CCC. XCII. exaratum eſſe, e deductione Muderſpachiana didici.* Fundamentum autem horum ſtatutorum Priuilegium eſt Friderici II. Imp. I. de a. 1219. quod idem exhibet. Vid. HOFMANN *p.* 155.

**** Extant apud LEIBNITIVM *Tom. III. p.* 754. quarum hoc eſt initium. *In dem Nhamen des Vaders unde des Szones, unde des Hilghen Gheiſtes beghinne wy en bock des Rechtes der Stadt Luneborgh. Des ſind de Radtman, de olden unde nyen to Rade, mit den wiſeſten van der Stadt dat ſee beſcreuen hebben ere Stadtrechte, alſe ſee van oldirgen her hebben gehadt, up dat id nicht vorgeten worde, unde recht ſchee beede den armen unde ryken.* De his Iuribus etiam ſigillatim egit Dnus HOFMANN ſect. V.

§. XXVII.

*Ius Lubecenſe.* Inter hæc Ciuitatum Iura, potiſſimum eſt IVS LVBECENSE, quod ante Friderici Barbaroſſæ tempora iamdum ſcriptum. * Collectum hoc fuit auctoritate, vt videtur, Henrici Leonis, ** poſtea a Friderico I. & Friderico II. Imp. fuit confirmatum, *** aliis petentibus etiam ſingulari cum Proœmio conceſſum. Depromptum autem potiſſimum eſt ex Iure Romano, Soſatenſi & moribus. **** Hoc tantæ auctoritatis factum, vt, dum Lubeca caput eſſet Ciuitatum maritimarum, ***** poſtea etiam Hanſeaticarum, ****** ibidemque ſedes Iudicii earundem primaria, vt & potiores Holſatiæ atque Pomeraniæ vrbes, dictæ Vandalicæ, idem reciperent. † Cum autem ſucceſſu temporis multa pro commerciorum vtilitate, vel demta fuerint vel reiecta, varia etiam ex legibus Wisbyenſium nauticis, quæ circa nauigantium potiſſimum controuerſias vbique recipiebantur †† & Receſſibus Hanſeaticis fuiſſent recepta, ††† atque exinde multa oriretur varietas, vt fere incertum fuerit, quænam leges ſpuriæ, quænam genuinæ, Senatus Lubecenſis poſtulatu quarundam Ciuitatum, Stralſundenſis potiſſimum, Roſtochienſis ac Wismarienſis, hoc Ius a. 1582. per Io. Ludinghuſium Conſulem, Calixtum Scheinium Conſulem & Godeſchalcum a Stiten Senatorem iuſſit emendari, quod in nouam faciem transformatum, †††† per Io. Balhornium a. 1586. prodiit, †††††
atque

atque diuerſos nactum fuit Commentatores. Inter quos tamen Wismarienſium †††††† ICtus Dauid Meuius palmam fert. Et licet non deeſſent, qui illud Ius Iniuſtitiæ arguerent, * reperit tamen æque ſuos defenſores. **

* Multa adhuc ſubeſt controuerſia, quo tempore originem habuerit Ius Lubecenſe. ERICVS MAVRITIVS in præfatione Speciminis Conſiliorum Kilonienſium ex MSto quodam ſuo oſtendere conatur, collectionem eiusdem anno demum 1258. Equitum Ordinis Teutonici Liuonicorum rogatu eſſe factam, aliosque adlegat, qui annum 1236. aut proxime ſequentes malint ſubſtituere. HENRICVS GISELBERTVS in præfatione periculi I. Harmoniæ Statutorum Practicæ, Albertum, Ducem de Bardewick, primum illius Conditorem a nonnullis credi teſtatur. CONRINGIVS c. XXVIII. p. 169. 170. Lubecenſe Ius vel circa illa tempora, quibus a. 1183. a Friderico Barbaroſſa fuerit capta, ortum fuiſſe, putat, vel paullo poſt eadem. Sequitur DAVID MEVIVS, qui in Prolegomenis ſuis ad Ius Lubecenſe, originem ad tempora Friderici Barbaroſſæ refert. Aſt, HENRICVS MEIBOMIVS, *Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ Inferioris p.* 81. demonſtrauit, iam ante Friderici Barbaroſſæ tempora, Lubecenſes habuiſſe ius ſuum municipale. Prouocat ad dictum locum ARNOLDI LVBECENSIS *lib. II. c. XXXV.* vbi ait: *de Lubecenſibus, dum Vrbs iſta a Friderico Barbaroſſa caperetur: Verum, priusquam ei ciuitatem aperuiſſent, exierunt ad eum, rogantes, Vt libertatem ciVitatis, quam a Duce prius traditam habuerant, & iuſtitias quas in priuilegiis ſcriptis habebant ſecundum iura Soſatiæ, & titulos, quos in paſcuis, ſyluis, fluuiis poſſederant, ipſius auctoritate & munificentia poſſiderent.* Dubitatur equidem, quid ſub Iuſtitia Lubecenſium intelligatur. LAMBECIVS *Originibus Hamburgenſibus l. I. n.* 98. adducit Diploma Friderici II. Imp. de a. 1232. in quo: *nos igitur eiusdem Comitis Adolphi fidelis noſtri ſupplicationibus fauorabiliter inclinati, eandem conceſſionem, ſicut idem pater eius prædictis ciuibus nouæ ciuitatis in Hamburg ſecundum antiquam iuſtitiam Lubecenſium in bonis & iure ſuo iuſte noſcitur conceſſiſſe, de areis Videlicet, paſcuis, fructu arborum ſylueſtrium, & immunitate telonei, ſpectantis ad eum in tota terra ſua, & inſuper de foro bis in anno faciendo, prout & indulto eis eiusdem patris ſui priuilegio plenius continetur de noſtra gratia perpetuo confirmamus.* Addit hic LAMBECIVS: *per antiquam autem iuſtitiam Lubecenſium cuius in his tabulis mentio fit, non ciuile ſiue municipale eorum ius ſignificari, ſed duntaxat legitimam conſuetudinem & poteſtatem Vtendi paſcuis aliisque bonis ad Comitatum Nordalbingiæ pertinentibus.* Idem dicit CONRINGIVS cap. XXVIII. pag. 170. *ſed fortaſſis illa Verba non ad leges pertinent, ſed ad iura quædam paſcuorum aliorumque bonorum more Lybecenſium poſſidendorum. Neque Vero ex Verbis tabulæ certo eſt colligere, Hamburgenſes olim Lybecenſium legibus Vſos, quod tamen ſcribit Cyriacus Spangenbergius lib. II. Hiſt. Schaumburg. cap. VII. Quam meam ſententiam dudum aſſertam poſt calculo ſuo probauit clariſſimus Hamburgenſium rerum ſcriptor, itidem amicus noſter, Petrus Lambecius l. I. pag.* 98. 99. Aſt, MEIBOMIVS *p.* 83. ad Adamum Thracigerum prouocat, qui vrbis Hamburgenſis Syndicus fuit, dum ad a. 1227. Iuſtitiam Lybecenſium pro eorundem iure municipali interpretatur. Immo in aliis priuilegiis ius paſcuorum a reliquo iure Lybecenſium diſtinguitur. In priuilegio enim ab Adolpho IV. Hamburgenſibus conceſſo, quo ab Adolpho III. conceſſa immunitas conſeruatur, in fine hæc leguntur: *& in paſcuis & in lignis ad com-*

*comburendum libertate gaudebunt, quam conſtat retroactis temporibus poſſediſſe, & in reliquis iure fruantur Suſatenſium & Lybecenſium.* Vltima hæc in priuilegio Alberti Comitis Orlamundani Hamburgenſibus dato, ſic exprimuntur, *& ſecundum iuſtitiam Lubecenſium in omnibus ſe habeant.* Illud vero Ius paſcuorum a reliquo iure eſſe diſtinctum, patet ex priuilegio Adolphi III. Hamburgenſibus a. 1190. conceſſo, apud LAMBECIVM lib. II n. 15. *paſcuis vero vtantur, vt eorum pecora mane exeant & ſero reuertantur. Decreuimus etiam, vt incidendorum lignorum vſum habeant, ſicut hactenus habuerunt, & libere perfruantur.* Et in Priuilegio ab Alberto Comite Orlamundano a. 1224. conceſſo, apud LAMBECIVM Origg. Hamburg. lib. I. n. 117. *præcipue volumus, vt ab exactione illa quæ Vngeld dicitur, ſint immunes, & in aliis tam in lignis ad vſus negotiatorum, & ad ædificandum & ad comburendum ſecandis, & in paſcuis & in aquis in omni iurisdictione noſtra ſuam habeant libertatem.* Ex quibus ſatis pateſcit, quid ſub iure paſcuorum & lignorum fuerit intellectum. Scilicet, vt facultatem habeant Hamburgenſes paſcuis vtendi, & ligna cædendi in Comitatu Nordalbingiæ. Potius ſub iuſtitia Lubecenſium Ius illorum municipale intelligi, patet etiam ex priuilegio Gerhardi Comitis Holſatiæ, Hamburgenſibus a. 1264. conceſſo, apud LAMBECIVM lib. II. n. 165. *inſuper omnem iuſtitiam, qua Lubecenſes in ciuitate eorum frui ſolent, præfatis noſtris ciuibus conferimus & donauimus.* Diſtinguit etiam vtraque Anonymus Helmoldi continuator, presbyter Bremenſis, hactenus ineditus apud CYPRÆVM *Annalibus Sleswic. pag. 252.* & MEIBOMIVM *p. 84.* dum ait: *An. 1238. oppidanis in Ietzehoe dediſſe priuilegium habendi ius Lubecenſe, ſimulque libertatem illi in oppido in paſcuis & ſyluis: oppidanis quoque per terram Holſatiæ ſcilicet in Plone, Oldenborg & Kylone libertatem ac immunitatem conceſſiſſe a iure Holſatorum, conſtituiſſe ac attribuiſſe eis ius Lubecenſe.* Ius igitur hic adpellatur, quod alias Iuſtitia. Adſentitur MOLLERVS *Iſagoge ad Hiſt. Cherſ. Cimbr. p. IV. c. VI.* vbi de Lubecenſi Iure ſpeciatim agit.

** Ius autem ſuum aliis petentibus illos dediſſe, atque originem habuiſſe ab Henrico Leone, patet ex Proœmio Legum, quas Conſules Ciuitatis Lubecenſis conſcribi fecerunt Ciuitati Tunderenſi, apud DANCKWERTVM *Topographia Holſatiæ p. 85. Anno Domini & Incarnationis 1243. regnante Sereniſſimo Domino noſtro Friderico II. ſemper Auguſto, Ieruſalem & Siciliæ Rege conſcribi fecerunt conſules ciuitatis Lubecenſis Ciuitati Tunderenſi, ob honorem & dilectionem Domini Abel, illuſtris Ducis Iutiæ & ad inſtantiam ac petitionem fratris Reinardi Ordinis Fratrum minorum Daniæ miniſtri & etiam pro dilectione ciuium de Tundero Iuſtitiam Ciuitati Lubecenſi a glorioſo fundatore dictæ Ciuitatis piæ memoriæ Domino Henrico, Duce Sueuiæ, Bauariæ, Saxoniæ, Angariæ & Nordalbingiæ, indultam & priuilegiatam, poſtmodum vero a glorioſiſſimo Roman. Imperatore Friderico I. confirmatam & ſuo ſtabilitam priuilegio, deinde a Regibus, Principibus & Dominis approbatam & roboratam, nunc autem a Sereniſſimo Domino noſtro Roman. Imp. Friderico II. Ieruſalem & Siciliæ Rege, qui nunc regnat, priuilegiatam, ſtabilitam & confirmatam. Omnibus hanc iuſtitiam ſeruare volentibus gaudium ſit & pax in Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.* Ad hæc verba ſic concludit MEIBOMIVS p. 85. *Quid clarius, quid apertius dici poteſt? An igitur adhuc dubitandum, num Lubecenſes tempore Friderici I. iure ſcripto municipali vſi fuerint? Videntur vero tali ſemper vſi eſſe proœmio Lubecenſes, cum non abſimile ſit, quod præfixerant Iuri ſuo A. 1254. ad inſtantiam Magiſtri & Fratrum Ordinis*

*Teu-*

*Teutonici in Liuoniam illis & Vrbi Memelenburgo miſſo, vbi etiam ab Henrico Leone, fundatore ſuo, datas ſibi leges, a Friderico I. confirmatas & nouiſſime a Friderico II. aurea Bulla roboratas, ſcribunt. Verba ipſa Germanica deſcripta Io. Sibrandus loco ſupra citato habet, vbi tamen pro Friderico I. male ſcribitur Fridericus II. Quis vero iam amplius dubitet de Auctore Lubecenſis Iuris, cum ipſi Conſules & Senatores Lubecenſes Henricum Leonem agnoſcant, illo tempore, quo fieri hæc adhuc potuerunt, nec memoriam hominum effugerunt, nec, cur fallere voluerint, vlla poſſit eſſe ſuſpicio? Patet vero iam etiam, quænam ſint illa iuſtitiæ, quas in priuilegiis ſcriptis habere Lubecenſes aſſerit Arnoldus, quarumque in Diplomatibus toties mentio fit.*

*** Extat Priuilegium Friderici I. de a. 1188. apud LÜNIGIVM *Reichs-Archiv Contin. IV. p.* 1330. in quo ius paſcui & lignorum iterum notanter diſtinguuntur. De priori dicitur: *Intra hos terminos habebunt omnes Ciuitatem noſtram Lubeke inhabitantes, cuiuscunque conditionis, omnimodum vſum, viis & inuiis, cultis & incultis, aquis & piſcibus, ſyluis & paſcuis, ſiue nauibus, ſiue plauſtris opus ſit ad exportandum.* De Iure vero Lubecenſi ſic dicitur: *Inſuper opportunitatibus eorum acquieſcentes, omnia Iura, quæ primus loci fundator, Henricus, quondam Dux Saxonie, eis conceſſit, & priuilegio ſuo firmauit, nos etiam ipſis conceſſimus, patronatum videlicet Eccleſie Parochialis Beate Marie.* Iterum: *Et quicunque ipſorum ſupra cauſa quacunque conueniatur per omnes Imperii noſtri fines & per Ducatum, coram loci illius Iudice ſe expurgabit abſque captione, ſecundum iura iam dicte ciuitatis. Præterea omnia ciuitatis Decreta Conſules iudicabunt, quicquid inde receperint, duas partes ciuitati, tertiam iudici exhibebunt.* Demum: *Et quoniam Ius predictorum ciuium noſtrorum in nullo diminui per nos volumus, ſed in omnibus, prout opportunum eſſe viderimus, augmentare, noſtra auctoritate inſuper addentes, concedimus eis, vt vsque ad locum, ad quem in inundatione aſcendit fluuius, qui Trauene dicitur, eadem, qua & intra ciuitatem fruuntur, per omnia iuſtitia & libertate, vsque ad terminos pontis, etiam eadem, qua in ciuitate, vt diximus, eos uti volumus & libertate. His omnibus dilectis Burgenſibus noſtris conceſſis & collatis, ſingulari quadam gratia ipſis adhuc concedimus, vt quicquid intra ciuitatem ſui iuris poſtea emendare voluerint, ſine tamen præiudicio noſtri Iudicis, emendare non obmittant.* In priuilegio vero Friderici II. de a. 1226. apud LÜNIGIVM *p.* 1333. hæc habentur: *Concedimus eis inſuper fundum extra Trauenemünde, iuxta portum, vbi ſignum eiusdem portus habetur. Dantes eis poteſtatem, vt fundo ipſo libere vtantur ad vtilitatem & profectum prædicte ciuitatis Lubicenſis. De habundantiori quoque gratia concedimus & confirmamus eis in perpetuum eorum iura & omnes bonos vſus & bonas conſuetudines, quibus tempore Imperatoris Frederici, aui noſtri, felicis memorie, vsque nunc vſi fuiſſe noſcuntur.*

**** De Iure Holſatenſi teſtatur locus ARNOLDI LVBECENSIS ante adlegatus. De aliis ARTHVRVS DVCK *de vſu & authoritate Iuris Ciuilis* lib. II. § XVI. p. 173. *In Germania porro memorantur, Ius Lubecenſe ex Iure Saxonico & Canonico plerumque compoſitum, quod a Frederico Primo Imp. confirmatum eſt, quo etiam aliæ vicinæ Ciuitates vſæ ſunt.* MEVIVS vero in Prolegomenis huius Iuris qu. I. n. 55. *Fons Iuris Lubecenſis triplex ponitur, quædam iure communi Cæſareo accepta feruntur ex iſto forma, & hominibus Reipublicæ Lubecanæ applicata; quædam ex iure Saxonico petita ſunt, cui in multis noſtra Nomotheſia conſentit, ita vt ſecundum eius diſpoſitionem compoſita, lucem & interpretationem inde accipiat. Quædam ſpecialis conſuetudo aut ſtatuentium voluntas recipit, diuturnus vſus confirmauit.*

 ***** HER-

Digitized by Google

***** HERMANNVS CORNERVS Chronico apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 750. Anno 1182. *Antequam Ciuitatem* (Lubecam, Friderico) *aperuiſſent ciues exierunt ad eum rogantes, vt libertatem vrbis, quam a Duce prius acceperant, obtinerent, & iuſtitias quas in priuilegiis ſcriptas haberent, ac terminos, quos in paſcuis ſiluis & fluuiis hucusque posſederant ipſius auctoritate & munificentia poſſidere valerent. Imperator vero annuit petitioni eorum, & non ſolum iſta confirmauit, ſed & plura ſuperaddidit, & quicquid a Duce de telonio ad ſtipendia Canonicorum in Lubcke & Ratzeburg deputatum fuerat, ratum iudicauit, conceſſitque eisdem ciuibus gratioſe, vt amplius caput; eſſent omnium ciuitatum maritimarum, & quod conſulatus eorum aurum deferre poſſet, & eo vti vt milites*, Incerti Auctoris Chron. Slav. c. XXXVIII. apud Lindenbrogium p. 205. *Anno Domini* 1190. *Dux Henricus Leo cum exercitu magno veniens Lubeka ciuitatem recuperauit de manu Imperatoris, quam vſurpauit Fridericus primus, qui fecit eam imperialem & quod eſſet caput omnium ciuitatum maritimarum.*

****** Vid. *Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. XXII. §. XII.*

† De hoc audiamus MOLLERVM *c. I. §.* 2. ſcribentem. *Quemadmodum autem ipſa Lubeca, breui tempore, caput inter Vrbes alias, longe ſe antiquiores extulit, ita Leges etiam illius ſummo vbique applauſu ſunt exceptæ. Seculo enim iam XIII. & XIV. vrbes plurimæ, non Pomeraniae ſolum, Ducatus Megapolitani, Saxoniæ Inferioris aliarum Prouinciarum Finitimarum, ſed Liuoniæ etiam ac Poloniæ a Ioh. Sibrando in Tr. ſuo de Iure Lubecenſi, Sect. X. teſtibus Meuio & Meibomio p.* 84. *fuſe enumeratæ, Romanorum, Athenis partem iuris* Δωδεκαδέλτȣ *maximam debentium, exemplo, vel ipſæ eas adoptarunt, vel vtendi iis, poteſtatem a Principibus ſuis, ſingularis beneficii loco obtinuerunt. In harum numerum e Slesuicenſibus referenda Tundera & Burga Femarienſis, ex Holſaticis autem Rendesburga, Kilonium, Itzehoa, Oldesloa, Crempa, Segeberga, VVilſtria, Hilgenhuſia, Neapolis VVagrica, Oldenburgum ac Lütkenburgum. Ita Hamburga etiam, vti Cyr. Spangenbergius lib. II. Chronic. Schauenb. c. VII. & Adamus Tratſigerus in Chron. Hamb. MSt. ad a.* 1227. *perhibent, Iure Lub. olim ſit gauiſa, a Conringio in Negatiuam, & H. Meibomio Iun. in Affirmatiuam proniore, videas in vtramque partem diſceptari. Ciues Stralſundenſes, Roſtochienſes & VVismarienſes non illo ſolum vtuntur, ſed Lubecam etiam, prateritis Principibus ſuis, a Magiſtratu Vrbano prouocant. Sunt inſuper alii in Germania, imo & extra eam, Ciuitates Inclytæ, quæ, licet ipſum Iuris Lubec. Syſtema non adoptarint, eandem tamen (verbis vtar Dau. Meuii) materiam, imo eundem pene tenorem, eosdem mores, eadem Themata amplectuntur, & foris atque Negotiis ſuis applicant.* Neque tamen per omnem Megapolitanum Ducatum receptum fuit hoc Ius, ſed in plerisque ſaltim ciuitatibus. Roſtochienſi equidem & Parchimenſi Ciuitati illud conceſſit Henricus Barwinus II. de a. 1218. apud LÜNIGIVM *Cont. IV. Andern Theils Fortſetzung, p.* 681. in quo: *Vt vero prædicti loci cultores eum ſecurius appetentes pace, firma libertate fulciantur omnimoda, tam præſentes quam futuros, in ædificiis, areis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, piſcationibus, venationibus, aquis, aquarumue decurſionibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus omnimoda in iurisdictione noſtra theolonei exemtione, Lubecenſis ciuitatis iuris beneficio habito nunc & habendo, ſtabilientes confirmamus.* Sic etiam Wismariæ, Greuesmühlæ, Stultzæ, Marlauiæ receptum fuiſſe, SIBRANDVS *in Commentario ad Ius Publ. Lubec. q. I. Sect. V.* teſtatur & TORNOVIVS *de feudis Megapol.* In Pomerania Stralſundenſis Ciuitas a Witzlao, Rugiæ Principe, one-

oneroſo titulo libertatem Iure Lubecenſi vtendi adquiſiuit a. 1314, vt teſtatur DAVID MEVIVS *Comment. Iur. Lubec. qu. II. n. 23.* SIBRANDVS vero Iuris Lubecenſis etiam auctoritatem, in Colberga, Gryphiswaldia, Stolpa, Cöslino, VVollino, Grimma, Noua Treptouia, Ciuitateque Bardenſi eſſe adſerit. In Boruſſia Ciuitas Elbingenſis a Lubecenſibus extructa, Iuris Lubecenſis vſum per priuilegium Supremi Magiſtri Henrici ab Hohenloh accepit, de quo HARTKNOCH *Alt- und Neu-Preuſſen p. VI. cap. VII. p.* 592. Succeſſu temporis ius illud inualuit Brunsbergæ, Frauenbergæ, & Memeliæ, vt idem teſtatur. Vid. WERLHOF *Specim. Iuris German. Diſſ. III. p.* 202. HOFMANN *p.* 143. De hoc etiam plenius egit DAVID MEVIVS Prolegom. Comm. Iuris Lubecenſis qu. II. vbi ſimul notat, phraſin iſtam, *die Stadt iſt mit Lübiſchen Rechte bewidmet*, non iurisdictionis neceſſitatem, ſed receptionis obligationem, innuere. Idem repetit qu. VIII.

†† Wisbya, vrbs olim ob mercaturam celeberrima, in Gothlandia ſita, inſula Maris Balthici, quæ tantæ fuit auctoritatis, vt Leges ipſius nauticæ in vrbibus Maritimis reciperentur, de quibus OLAVS MAGNVS in Hiſtoria Gentium Septentrionalium lib. II. c. XXIV. *ab hac inſula in omni nauigantium controuerſia præſertim a conſulatu VVisbyenſi petitur & datur ius & ſententia definitiua, quid vnicuique permittendum vel auferendum erit. Certe hoc ius mercatorum & nautarum valde prudenter digeſtum, citius lites adimit, pro fluidis aquis, quam aliorum deciſio in terra firma* GROTIVS *Florum ſparſione ad Ius Iuſtinianeum p.* 117. prouocat ad easdem, dicens, *apud omnes transrhenanos populos obtinuiſſe leges VVisbienſes.* Potiſſimum vero REINOLDVS KVRICKE *Comm. ad Ius Maritimum Hanſeaticum* de eiusdem, vrbisque ſtatu p. 77. dicit: *Et ſane antiquiſſimum, recentioris aui, Ius Maritimum eſt illud, quod Mercatores & Naucleri communi placito olim VVisbiæ condiderunt. Emporium namque hoc olim celeberrimum fuit, cui Vrbes Vandalicæ Venetiæ exitium, amplitudinem dedit,* HERMANNVS BONNVS *Chron. Lubec. lib. I. p. 2. donec & ipſum in eum ſtatum deuenit, vt pro minima occaſione, nempe fractione vnius feneſtralis vitri, vix valoris obularis (teſte Olao Magno l. 10. cap. 16. de punit rebell. Nautar. humiliatum ſit, & præter rudera, & antiquas aliquot ſtructuras vix quicquam ſuperſit.* Pergit inde, atque Hiſtoriam vrbis vberius exponit. Statum vrbis recentiorem deſcriptum videmus ab ADAMO OLEARIO *in Perſianiſcher Reyſe-Beſchreibung lib. II. c. III.* Leges iſtæ a Lothario Imp. conceſſæ eſſe dicuntur, ſed ab Henrico Leone confirmatæ. Sic enim in Præfatione Legum Wisbyenſium apud LEIBNITIVM *Tom. III. p.* 750. *ſo ſande man an Hertoghen Hinricke, enen Hertoghen over Beyern un de Saſſen, de beſteghede uns den vrede, unde dit recht alſet vore ſin older vader Keyſer Lothar ghegheven hadde.* Idem LEIBNITIVS in præfatione *Tomi III. ad n. XXXIX.* plenius de iisdem Legibus agit p. 28. Has Wisbyenſium Leges edidit cum aliis Gothlandiæ Inſulæ legibus IOANNES HADORFIVS. *Holmiæ* 1689. Vid. etiam HOFMANN p. 140.

††† Horum Receſſuum Indicem ab a. 1362. ad annum 1601. ex MSto publicauit WERLHOFIVS *in Specim. Iuris Germ. c. III. p.* 139. 147. Plura etiam collegit LÜNIGIVS *in Contin. IV. des Reichs-Archivs p.* II. Titulo: *von den Hanſeeſtaedten.* Facit etiam huc REINOLDT KVRICKE *Ius Maritimum Hanſeaticum*, quod publicauit atque adnotationibus illuſtrauit *Hamburgi* 1667. 4.

†††† De hoc optime MOLLERVS §. III. *quia autem ſucceſſu temporis a Lubecenſibus Iuri huic nonnulla, prout Commerciorum poſtulabat vtilitas dempta fuere at-*

que

Digitized by Google

*que adiecta, tanta paulatim in Codd. illius MStos irrepſit Diſcrepantia ac Lectionum Varietas, vt, quanam Leges genuinæ eſſent vel ſpuriæ, vſu etiamnum recepta vel abrogata, cæptum ſit dubitari. Senatus Lubecenſis huic malo, poſtulatu Ciuitatum, cum aliarum, tum Stralſundenſis imprimis, Roſtochienſis ac VVismarienſis, allaturus remedium, ſimulque ſequiorum, quibus paſſim illud onerabatur, Iudiciorum licentiam refrænaturus, A.* 1582. *per* IOH. LVDINGHOFIVM (*Patriæ ad A. vsque Emortualem* 1589. *Conſulem*, CALIXTVM SCHEINIVM *Miſenenſem, I. V. D. (oppidi initio Natalis ac Kilonienſis, deinde autem ſuæ Reip. ab A.* 1594. *Syndicum A.* 1600. *defunctum*) & GODESCHALCVM A STITEN *Senatorem* (*d.* 11. *Febr. A.* 1588. *extinctum*, *illud curauit reuideri, emendari, & remotis quæ fori Vſus reſpuebat, in congruum Ordinem redigi.* MEVIVS *in Prolegom. qu. I. n.* 52. Præ cæteris inſtantiſſime editionem vrſerunt Roſtochienſes, Stralſundenſes & Wismarienſes.

††††† MOLLERVS c. l. *in nouam hanc faciem transformatum, A.* 1586. *Latino pariter atque Germanico ſermone, vti Er. Mauritius teſtatur, Lubecæ e Typographeo Ioh. Ballhornii prodiit. Editionem Latinam nondum vidi: Germanica (ſub Tit. Lübeckiſche Statuta und Stadtrecht) recuſa eſt Stettini A.* 1586. & 1595. *Lubecæ autem A.* 1595. 1608. 1614. 1616. 1644. 1657. & *nouiſſima A.* 1680. 4. Nouiter idem Ius Germanico idiomate IO. STEPHANVS BVRGERMEISTER inſeruit *dem Teutſchen Corpori Iuris.*

†††††† Audiamus iterum MOLLERVM ſ. V. loquentem: *Inter Exegetas illius Antiquiſſimus eſt Ioach. Kollius Holſatus, I. V. D. & Conſul Crempenſis A.* 1606. *etiamnum ſuperſtes, qui eodem, quo prima Iuris huius Editio prodiit anno* 1586 *Hamburgi publicauit ein Rechtbuch, darinnen die Artickel, ſo man Lübiſch Recht nennet, und in den MSS. gefunden, nicht alleine in eine bequeme Ordnung gebracht, beſondern auch das Keiſerl. Sachſiſche und Gœttliche Recht zugleich mit angeführet werden. Kollium, cuius Laborem Editionem Iuris ipſius promouiſſe, nonnulli, teſte Er. Mauritio, exiſtimant, ſecutus eſt Ioh. Sibrandus, qui non ſolum Centuriam Differentiarum Iuris Ciu. atque Lubecenſis primam A.* 1615. *edidit, ſed illi etiam A.* 1620. *Enucleationem Iurium Vrbis Lubecæ & Hanſeaticarum, nec non Ciuitatum Imperialium ſubiunxit. Lamb. Steenwigii Conſulis & Syndici Stralſund. Labore in illud Inedito ac imperfecto non parum adiutum ſe eſſe fatetur. David Meuius, omnium Iuris huius Exegetarum Princeps, ac Autorum in Foris Sax. Inferioris h. t. Claſſicorum cum Carpzouio Anteſignanus. Commentarii eius in Ius Lubecenſe, Libris V. comprehenſi, & ad explicationem eiusdem ſolidam, pro docenda vera Statutorum Ratione, exponendis eorum Receſſibus, ac informando fori vſu, conſcripti, tres hactenus Lipſiæ A.* 1642. & *Francofurti A.* 1664. *ac* 1679. *prodiere Editiones. Tertia Notis quibusdam & Meditamentis Autoris, Reſponſisque eiusdem de Iuris Lubecenſis Controuerſiis eſt aucta.* Nouiſſima editio prodiit *a.* 1710. Et licet circa ipſam Iuris interpretationem ſollicitus admodum fuerit Meuius, vix tamen quidpiam admiſcuit ex antiquitatibus & conſuetudinibus nauticis. Prolegomena etiam, quæ præmiſit, de Iuris iſtius Hiſtoria parum habent.

* Hæc profert MEVIVS *qu. I. n.* 49. Inde promanarunt iſta conuitia, *daß man das Lübiſche Recht ein Glupiſch oder Lobbiſch Recht ohne Vrſache geſcholten, Item, es ſey ein Rollwage, ſo man ſchieben kœnte, wo man wolte, Item, die Stædte kœnten damit, wie mit einer Gauckeltaſche, wider ihre Obrigkeit ſpielen.*

** Non

Digitized by Google

** Non Meuius ſolum illud defendit, ſed etiam GODFRIDVS CHRISTIANVS GOTZIVS diſſertatione *de æquitate Iuris Lubecenſis*, ad quam prouocat HOFMANNVS p. 144.

§. XXVIII.

Manſit hæc Iuris ratio per ſeculum XIII. & XIV. dum Iura priſtina ſenſim Prouinciis vel Ciuitatibus confirmarentur, atque ex moribus leges vel ſtatuta conderentur. Licet etiam Iuris prudentia in multis prouinciis conſuetudine ſaltim niteretur: ipſum etiam Ius Saxonicum & Sueuicum, licet in Scripturam fuerit redactum, non, niſi conſuetudine obtinebat. Et licet Ius Ciuile, prout ſtatim dicemus, ſenſim introduceretur,* nondum tamen publica auctoritate fuerat receptum, dum in A. Bulla** Iuris ſaltim Saxonici & Franconici mentio fieret. Licet in Legibus Imperii ad Conſuetudines ſæpius remittatur,*** ex quo factum, vt Iuris Franconici & Saxonici vſus ſenſim obliteraretur, quorum rarius fit mentio in Diplomatibus. Iudices quoque eligebantur homines æqui quidem, ſed illiterati,**** qui ſecundum Leges Prouinciales vbiuis vſitatas & Conſuetudines pronuntiarent.***** *Ius Prouinciale & Conſuetudines antiqua.*

* Vide infra §. *XXXIX*.

** A. B. Tit. V. §. I. *Quoties inſuper, vt præmittitur, ſacrum vacare contingat Imperium, illuſtris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni & Sueuiæ, vel in iure Franconico, ratione Principatus, ſeu Comitatus Palatini Priuilegio eſſe debet Prouiſor ipſius Imperii, cum poteſtate iudicia exercendi &c. §. II. Et eodem iure prouiſionis illuſtrem ducem Saxoniæ Sacri Imperii Archimareſchallum frui volumus in illis locis vbi Saxonica iura ſeruantur, ſub omnibus modis & conditionibus, ficut ſuperius eſt expreſſum.*

*** GODOFREDVS MONACHVS ad a. 1208. de Comitiis Noricis dicit: *Rex & Principes iurarunt, omnia iura a Carolo Magno inſtituta obſeruanda & tenenda.* De Comitiis Moguntinis anni 1236. ſub Friderico II. celebratis, idem dicit: *omnibus Principibus regni Teutonici conuenientibus, cetera iura ſtabilita, noua ſtatuta in membrana ſcripta, Teutonico idiomate publicata ſunt.* De nouis vero ſtatutis & Receſſu Teutonico ſupra dictum fuit §. XVIII. In eodem Receſſu dicitur: *VVir ſetzen und gebieten bey des Reichs Hulde, daß alle unſere Fürſten und alle die Gericht von uns haben recht richten als des Landes Sitt und Gewonheit ſey*, Cap. VII. *VVir gebieten und ſetzen daß kein Richter iemands us der Acht laſſe, er nehme die Gewisheit, das dem Kœnige gerichtet werde nach des Landes Gewonheit.* Idem confirmauit Rudolphus Habsburgicus in Receſſu ſuo Teutonico in Comitiis Würtzburgenſibus a. 1287. Spiræ a. 1291. confirmato, apud LEHMANNVM lib. V. c. CVIII. p. 629. *VVir ſetzen und gebieten bi unſern Hulden, das alle unſer Furſten, und alle die Gerichte von uns habend, recht richten, als des Landes Sit und Gewonheit iſt, und daſſelbe gebieten den die Gericht von in hant. Swer des nit entut, über den wollen wir richten ſcharpflich als recht iſt, und ſwas uns über in erteilt wirt, das wollen wir nit laſſen, noch nimmer überſehen, noc niemannes ſchonen, Vnd gebieten och unſern Furſten das ſi mit der Buſſe zwingen die,*

von in gerichte haben, das ſi recht richten, und der Buſſe nit enlaſſen die in erteilt wird. VVir ſetzen und gebieten, das deſem Richter ieman zu achte thu wan offentlich, und das der Richter ieman us der Achte laſſe, er neme die Gewisheit das dem Clager gerichtet werde nach der Lands Gewonheit. Tut es der Richter nit, ſo ſollen wir über in richten als recht iſt. Eadem Conſtitutio fere confirmatur ab Alberto I. apud GOLDASTVM Reichs-Satzungen p. II. p. 25. tit. IV. n. 3. VVir gebieten auch das kein Richter iemand in die Acht thun ſoll, anders denn offenbarlich, und auch niemand daraus laſſen, er neme denn erſtlich Gewisheit, das dem Cleger gebeſſert werd, nach des Landes Gewonheit. Thut das der Richter nicht, ſo ſol der Kaiſer uber ihn richten. Sic Ludouicus Bauarus Ciuitati Spirenſi a. 1315. omnia Priuilegia & Conſuetudines confirmauit apud LEHMANNVM lib. IV. c. XXI. omnia priuilegia & iura omnesque libertates & gratias, quas a ſanctæ memoriæ ſummis pontificibus & a Diuis Imperatoribus & regibus Romanis, illuſtribus noſtris anteceſſoribus & ab Epiſcopis iidem ciues habent, & vsque ad hæc tempora habuerunt, nec non ipſorum iudicia & conſuetudines approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

**** CONRINGIVS cap. XXV. p. 151. Iam in iudiciis regni Germanici publicis omni illa ætate ſententiam dixiſſe homines literatos haud legere eſt, ſed vel ipſum Regem, vel Principes non tam literis imbutos, quam morum & ſolius æqui gnaros. Nec ad priuata iudicia lecti Scabini aut Iudices doctrina præſtantes, ſed quos ſenilis prudentia commendabat & experta iuſtitia ac pietas. Sequitur HERTIVS de Conſult. Legibus & Iudiciis in ſpecial. Germ. Rebuspubl. §. XIII.

***** Sic enim finit Conſtitutio Rudolphi lib. V. c. CVIII. Diſer Satzunge dieſes Friedes und dieſes Rechtes ſoll an allen Statten werden behalten, und ſoll man och darnach richten, wand ſi von Alter herkommen ſind, und mit Rechte und mit Gunſte und mit Rate der Fürſten geſetzet ſind. Sich bindet aber zu diſem male zu dieſen Landtfride mit Eiden nieman, wan von hinnen und zu Sanct Iohannes des Tæffers Meſſe, und von dannen über drvv Iahr, des an die Fürſten, Frien, Grauen, Dienſtman, und gemeinlich des Riches getruvven und Hulden uff den Heiligen geſchvvoren, alſo doch daß iederman, er ſi Fürſte, Grave, Frie, Ritter, Herren, Manne, Dinſtman, Burge, Stette, Veſte, Pfaffen und Leien, bi ihrem Rechte beliben. VVas auch die Fürſten in ihrem Lande mit der Landtherren Rate ſetzent und machent, dieſem Landfriede zu Beſſerunge und ze Veſtenunge, das mægen ſie vvol thun, und damit brechend ſie des Landfrides nit.

## §. XXIX.

*Iudicia antiqua Imperii.*

Exinde orta fuerunt diuerſa Iudicia, in ciuilibus, quæ vel Imperii erant, vel prouincialia. Inter iſta præcipuum erat IVDICIVM AVLICVM ab Aula Imperatoris ſic dictum, * in quo præſidebat *der Hofrichter*. Id quod adhuc in Cæſaris Aula obtinet. ** Alia erant in terris immediatis Iudicia Imperii, quorum antiquiſſimum eſt IVDICIVM ROTHWILENSE, cuius tamen Iuriſdictio Circulo Auſtriaco, Sueuico, Rhenano, Franconico fuit circumſcripta, in Status & Membra immediata horum Circulorum, iis exceptis, qui ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine, præſcriptione, ordinatione, vel transactione

ne fuerunt exemti. Concurrentem tamen etiam habet Iuriſdictionem cum Magiſtratibus Ordinariis in ſubditos mediatos, ita, vt præuentioni locus ſit. Licet etiam multi Status ratione ſubditorum exemptionis priuilegia impetrauerint. ***

* Hoc Iudicium originem ſuam habet ab antiquis Iudiciis Palatinis, quibus olim præerant Comites Palatini. Dum autem Interregni temporibus, iſta, plurimum fuerint interrupta, reſtituit eadem Rudolphus Habsburgicus in Pace Publica Würtzburgenſi de a. 1287. & Spiræ 1291. confirmato, apud LEHMANNVM lib. V. c. VIII. *wir ſetzen, das des Riches Hofe habe einen Hoverichter der ein Frimann ſi, der ſoll och an demſelben Ampt zum mineſten ein Iahr belieben, ob er ſich recht und wol haltet. Der ſoll och alle Tag zu Gerichte ſitzen ane die Sonnetage und groſſe Heiligen Tage. Vnd ſoll allen Lüten richten, die ihm klagent, und von allen Lüten, ane Fürſten, und ane andere hohe Lüte, ſwa es inget an ihr Leben, das wollen wir ſelbe richtem.* Idem confirmatur in Alberti I. Imp. Conſtitutione apud GOLDASTVM Polit. Reichs-Satzungen p. II. p. 27. vbi tit. XIII. dicitur: *wir ſetzen und gebieten das an unſerm Kaiſerlichem Hoff ein Hoffrichter ſeyn ſol, der ſol ein Freymann ſeyn, und ſol an ſeinem ammacht zu dem minſten ein Iahr ſeyn, alſo doch, das er ſich recht und wol daran halte. Der ſol auch alle Tag zu Gerichte ſeyn, ausgeſchloſſen den Sontag, und alle Heylige Tag. Vnd er ſol allen Leuten richten, die im klagen, ohn über Fürſten, und andere hohe Leut, wo es an ihrem Leib, an ihr Ehre, oder Recht, oder an ihr Erbe oder Leben gehet, wann dieſes alles wællen wir ſelber richten.* In fine huius Conſtitutionis hæc habentur: *Dis haben wir allen unſern Vnderthanen und des Reichs-Verwandten geſatzt, ſintemal das es uns nutz und gut gedaucht hat, allen Leuten die in unſerm Gericht und Rechten ſind, und allen andern, de wir nicht ſelbeſt perſœnlich ſtæts richten mægen, durch vielerley Anlage und Geſchæfft unſer und des H. Reichs.* Anteequam Maximilianus I. a. 1495. Cameram Imperialem erigeret, vocabatur hoc *das Kayſerliche Cammer-Gericht* vel *Hof-Gericht.* Sic in Priuilegio Marchionibus Badenſibus a Friderico III. Imp. a. 1475. conceſſo, vocatur *Vnſer und des Reichs Hoffgericht*, inter Documenta Friderici, editioni Kulpiſianæ ſubiecta *p.* 105. In priuilegio vero Auguſtano a. 1482. *p.* 164. vocatur *Vnſer Kayſerlich Cammergericht*. Idemque ante annum 1495. ſolum erat Tribunal ſummum Imperii. Vocatur ideo *das obreſt weltlich Gericht, im K. Friedrichs Vrtheil-Brief de a.* 1472. in Docum part. I. Inform. Donaw. n. 12. & apud GOLDASTVM *Tom. II. der Reichs-Satzungen f.* 165. Vid. DATT. *de pace publica lib. IV. c. I. n.* 19. 20.

** Vid. de eo IO. CHRISTOPH AB VFFENBACH *de Conſilio Cæſareo-Aulico. Synt. Iuris Publici diſſ. XXIV. §. L.* & ERICVS MAVRITIVS *de Iudicio Aulico.*

*** Termini huius Iudicii Rotwilenſis exprimuntur in Priuilegio Maximiliani I. Imp. de a. 1496. *Nemblich von Rotweil bis an die Fürſt, und an das Gebierg innerhalb Ober Elſas, und hie dishalben dem Gebierg den Rhein ab und ab, biß gen Cœlln, und nicht fürab, und hie diſſeit halb dem Rhein wider herauff gen Franckfurt, und als weit Franckenland gehet, biß an den Türinger VValdt, und in Francken und Schweinfelden, bis an das Bayerlandt, und hir deshalb Bayern, enther bey gen Augſpurg an den Lech, und nicht über den Lech, und vor dem Gebierg enther, was vor den Gebierg ligt gen Schwaben zu biß gen Chur, und was in demſelben Strich und Krais umbher liegt, bis gen Appenzell, gen Schweitzen, gen Lucern, und gen Bern, und gen Fryburg in Tchtlandt und dieſelben Kreis umbher, biß gen VVelſchen Newenburg, und*

*darum einher, biß gen Brunätrt, gen Mümpelgart und nicht füre und daſelbſt wieder herein biß an den Furſt, und an das Gebierg innerhalben Ober Elſas, und an alle Endt, ſo zwiſchen den vorgeſchribenen Kraiſen, von einen an den andern ligendt, weit, lang, breit, als ſie dann ſolchen Circul dermahlen neben andern alten geſchichten, in des gemelten Hoffgerichts zu Rotweil, Gericht und Rechtsbuch einſchreiben.* Iuriſdictionem huius Iudicii eſſe ordinariam, ad cauſas ciuiles etiam directam, docet Rotweiliſch Hoffgerichts-Ordnung p. II. Tit. V. *Nachdem das Hoffgericht zu Rotweil Uns als Römiſchen Keyſer ohne mittels zuſtendig, und ieder Zeit von Unſern Vorfahren regierenden Keyſern und Königen, über alle die, ſo in obbeſtimpten Unſers Keyſerlichen Hoff Gerichts Gezirck geſeſſen, ordinariam iuriſdictionem empfangen, und dieſelbigen in allen und ieden ſolchen gegen maniglichen exerciert und geübt.* Hanc ordinationem Iudicii Rotwilenſis a Maximiliano II. Imp. reformatam, cum notis & obſeruationibus edidit PAVLVS MAXIMILIANVS WEHNERVS, ICtus Franconicus, *Francofurti* 1610. *f.* qui etiam ſub initium ſtatim, in notis Hiſtoriam huius Iudicii ſubiicit. Videri etiam poteſt ERICVS MAVRITIVS *de Iudicio Rotwilenſi & Synt. Iur. Publ. diſſ. XXIV. §. XLII. ſqq.*

§ XXX.

*Iudicia Prouincialia.*

Alia Iudicia erant Prouincialia. Dum enim poſt Interregni magni tempora, pro pace publica reſtituenda laborarent Impp. in Germaniæ Prouinciis, conſtituerunt hinc inde Iudicia & Iudices, qui de pace publica ſeruanda eſſent ſolliciti, contra facinoroſos, pacisque publicæ turbatores agerent, cauſſas ciuiles terminarent. * Immo, Imp. ſæpius permiſerunt, vt pace Imperii vniuerſali in Comitiis firmata, Status, in ſuis Prouinciis Iudicem Imperatoris nomine deligerent, ſopiendis controuerſiis. ** Hæc autem Iudicia, creſcente Ducum Principumque potentia, in horum poteſtatem ceſſerunt, qui ſibi omnem poteſtatem Iudiciariam ſumentes, in terris ſuis Iudicia prouincialia, *Landgerichte*, *Hofgerichte* conſtituerunt. In terris vero immediatis remanſerunt Iudicia Imperialia *Kayſerliche Landgerichte*, quæ tamen partim etiam in Principum ceſſerunt poteſtatem, prout de Iudicio Burggrauiatus Noribergenſis infra dicemus.

* DATTIVS *de pace publica lib. I. cap. XVIII. num.* 20. auctor eſt: *denique ſi ad ſcopum & initia Iudiciorum Prouincialium reſpiciamus, illa non tam ad deciſiones cauſarum, controuerſiarumque forenſium, quam ad publicæ pacis Tutelam dirigebantur.* Obſeruat hoc etiam C. LERCH 2. Grundſatz n. 11. f. 70. *das zugleich neben dem Kayſerl. Landfrieden, auch gewiſſe Landrichter und Landgericht beſtimmet worden* & n. 36. *Es haben die Landgericht und Land-Voigteyen mehrentheils ihre inſtituta auf dem Landfriden und nicht auf iederes Bauren Ciuil action oder klag &c. den verſtand gehabt. Seyen auch auff den Landſchutz angeſehen geweſen.* Verum, dum pacis publicæ turbationes ex controuerſiis ciuilibus orirentur, iſta conſeruari minime poterat, niſi etiam hæ in iudicio ſimul definirentur. Licet in hoc facile Lerchius me inuenerit adſentientem, non quasuis ruſticorum cauſſas in hoc Iudicio fuiſſe terminatas, quæ minoribus iudicibus relinquebantur, ſed cauſſas Principum Nobilium ciuiumque.

Adle-

Digitized by Google

Adlegat Dattius pro ſua ſententia, Teſtimonium apud Authorem der Politiſchen Frag, von des Reichs Freyen-Ritterſtand. *Nos Heinricus miles de Bannaker ex parte Sereniſſimi Domini Rudolfi Regis Romanorum Iudicio Prouinciali per Spirgoigiam præſidentes, Tenore præſentium ad notitiam vniuerſorum cupimus peruenire: quod anno Domini MCCLXXXII. Feria Tertia proxima poſt Feſtum Martini, Viri Religioſi, Dominus Arnoldus Abbas & Conuentus Vberrimæ Vallis conſtituti in Iudicio coram nobis queſti ſunt - - quibus auditis & diligenter perſpectis milites ſubnotati & prouinciales noſtri, qui tunc Iudicio intererant, a nobis requiſiti, ſub debito Iuramenti ſui quod pro pace Prouincia fecerunt, vtpote* IN CIVILIBVS ET BELLICIS CAVSSIS SENTENTIONALITER DIFFINIENDO PRONVNTIAVERVNT.

** Sic in pace publica Francofurtenſi Wenceslai a. 1398. apud DATTIVM lib. I. c. XVIII. n. 26. *ſo haben wir unſern und des Ryches Churfürſten und allen Furſten und Herrn geiſtlichen und weltlichen, und Stætten, unſern und des Riches getruwen, die beſundere gnad gethan, und thun ihn die von Ræm. Kœnige Mechte, das Ir ieglicher In ſinen lande, als offt ſich das beiſchen wird, einen biederben Mann zu einem Richter in unſerm Nahmen, und von unſern und des Riches wegen kieſen, und ſetzen ſoll und mag &c.* Plura vide apud DATTIVM *lib. I. c. XVIII. c. 26.*

§. XXXI.

In Sueuia equidem varia adhuc ſuperſunt Iudicia Imperialia. Tale eſt IVDICIVM PROVINCIALE SVEVICVM, *Kayſerlich Landgericht in Ober-und Nieder-Schwaben*, cuius Iurisdictio ſe extendit in certos limites ad Danubium, atque in tribus Ciuitatibus Imperialibus, Rauensburg, Wangen, Isnèy habetur, ac in pago Altdorf, *genant Weingarten.* * Ex quolibet loco tot conſtituendi Aſſeſſores, vt ſingulis Iuridicis duodecim illorum praſto eſſe poſſint. ** Ex antiquitate ſupereſt Iudicium *auf der Leutkircher Heyde in der Gepurs* quod tamen hodie exiguæ eſt auctoritatis, *** & alia minora, quæ hodie certorum Statuum ſunt.

*Iudicia Prouincialia Sueuiæ.*

* In *Land-Gerichts-Ordnung p. I. tit. I.* fines ſic deſcribuntur: *über die Donau bis an das Land VVürtenberg, und bis an den Lech, dem Lech nach hinauf gen Reit an dis Brücken, darnach hinüber auf Tachheim, an die Gravenpünde, zu Anfang des Schweitzer Lands, folgends gen Coſtantz, auch herüber auf Stockach, und von dannen, ſo weit ſich der Bezirck des Schwabenlands erſtreckt.*

** BESOLDVS Theſ. Practico voce *Landgericht im Schwaben.* Ex Ordinatione Iudicii iſtius hæc verba adducit: *Die Landgericht, ſollen wie vor Alters herkommen, und es auch dieſer Zeit im Gebrauch gehabt, in den folgenden dreyen Reichsſtätten Rauenspurg, VVangen und Yſn, und dann in den flecken Altdorff genant VVeingarten gehalten werden; und ſollen Burgermeiſter und Rath einer ieden der dreyen Reichs-Stædt inſonderheit aber auch Ammann und Rath des flecken Altorff, wie bisher o beſchehen, ſo viel Vrtheilſprecher verordnen, damit iedes Landgerichs mit 12. Vrtheilſprechern mæge erſetzet werden: Solche Vrtheilſprecher ſollen Burgermeiſter und Rath ieder Stadt, von welchen ſie verordnet, und dann dem Ammann und Rath offt bemeldtes flecken Altorff, den Landgerichts wegen folgenden Ayd ſchvveren &c.* Coniectura eſt MELCH. GOLDASTI, dum

*Rerum Alemann. Tom. I. p.* 106. ſic loquitur: *Placitum, Comitia, Conuentus Procerum publicus, Reichs-Tag, de quo multi multa dixere. Ab eo differt Mallus ſiue Mallum, quod proprie ſignificat iudicium generale, Landgericht, Cammergericht. Cuius iudices vulgo Rachenbürger vocabantur. Vnde erat vt exiſtimarem oppidum Rauensburg initio dictum fuiſſe Raſenburg pro Rachenburg, quia ibidem & olim & hodie mallus generalis ſemper celebratus, cui præſidet Landgrauius, qui nominatur in hiſtor. S. Fridolini der Landesuogt.* Plura de hoc iudicio habet ANDREAS CHRISTOPHORVS SCHNEYDER *Proceſſu Iuris Iudicii Prouincialis Sueuiæ, Francofurti* 1680. 4. & SPEIDELIVS *voce Landgericht in Schwaben.* LVDEWIG *Germ. Principe lib. I. c. III. §. XXVI.*

*** Hoc Iudicium ob exiguam quam habet auctoritatem, fere eſt ignotum, pauciores ſunt, qui eiusdem faciunt mentionem. OLDENBVRGER *Limnæo Enucleato lib. IV. c. LXXIV. fin.* HORNIVS *Iuris Publici Prudentia cap. LV. §. V.* ZECH *Europ. Herold p. I. p.* 690.

**** De his GOLDASTVS *c. l. Durant adhuc nomina Mallorum in Alamannia locis illis, vbi olim vſus fuit celebrandi Landgericht im Turgow, by Raſenſpurg, by Ranckwyl der Grafen von Montfort, cuius in hiſtoria S. Fridolini præclara mentio zu VVerdenburg, & alibi.*

## §. XXXII.

*Iudicia Imperialia Franconiæ.*

Bina in Franconia adhuc ſuperſunt Iudicia, Imperialia dicta, re tamen Prouincialia. Inter hæc præcipuum eſt IVDICIVM PROVINCIALE BVRGGRAVIATVS NORIBERGENSIS. Hoc olim Norimbergæ inſtituebatur, poſtea ex priuilegio Friderici III. Imp. a. 1456. Alberto Marchioni fuit conceſſum, vt alio loco, vel in Burggraviatu, vel aliis ipſius terris inſtitui poſſit. Hinc Onoldi quater in anno celebratur. Exercent illud Burggrauii, quorum munus olim erat arbitrarium, poſt vero a Rudolpho Habsburgico feudi lege vna cum Iudicio Prouinciali Friderico Zollerano, & hæredibus fuit conceſſum, qui etiam a Carolo IV. Imp. Priuilegium obtinuerunt, ſubſtituendi, *einen erbaren Ritter an ihre Statt zu ſetzen.* Hinc Marchiones vnum ex nobilibus præſidem conſtituunt huius iudicii. Iurisdictio intra limites Burggrauiatus eſt circumſcripta.* Alterum Iudicium Imperii in Franconia eſt Herbipolenſe, *das Kaiſerliche Landgericht des Hertzogthumbs Francken zu VVürtzburg*, a quo primum ad Epiſcopum, ab hoc ad Cameram prouocatur.** Hoc exinde ortum eſſe videtur, dum Epiſcopus Herbipolitanus Ducis titulum ſibi ſumeret, ſub quo tamen Franconiæ Ducatum intelligendum minime eſſe, alibi indicauimus, *** ſed vt hoc titulo & iure ad exemplum aliorum Epiſcoporum in terras Epiſcopatus ſui iurisdictionem exerceret ſecularem.

* De hoc Iudicio eiusdemque Priuilegiis plenius egit IO. LIMNÆVS *addit. ad librum V. c. VII. p.* 749. & Dni PACHELBEL. A GEHAG *Diſſertatio ſpecialis*, MÜLLERI *Reichs-*

*Reichs-Tags Theatrum p. III. c. XI.* Extant Ordinationes huius Iudicii in BVRGERMEISTERI Collectione.

** Prodiit *des Hochlœblichen Stiffts VVürtzburg und Hertzogthumbs Francken Kayſerl. Landgerichts-Ordnung, VVurtzburg* 1619. *f.* Plura de hoc iudicio apud GYLMANNVM Tom. VI. Symphor. c. VIII. Nouiter hanc Ordinationem BVRGERMEISTERVS inſeruit Tomo primo *des Teutſchen Corporis Iur.*

*** Synt. Iur. Publici diſſ. III. §. IX.

## §. XXXIII.

Tale Iudicium Generale ſub Rudolpho Habsburgico fuit in Spirgouia.* Iudicium Bauaricum zu Mauerſtetten, quod poſtea Weiſſenhornium fuit translatum.** Facit huc Iudicium Thuringiæ Prouinciale in pago Mittelhauſen,*** tantæ auctoritatis, vt Fridericus Admorſus etiam coram eodem cum Erfurtenſibus iure experiri cuperet.**** Iudicium Hennebergicum Waſungæ olim inſtitutum, Comitibus Hennebergicis ab Imp. in feudum fuit conceſſum.***** Iudicium Prouinciale Hagenouienſe, *das Kayſerliche Landgericht auf der Lauben zu Hagenau*, cuius iurisdictio potiſſimum ſe extendebat in decem Ciuitates Imperiales Alſatiæ.****** Auſtriacorum etiam fuit Iudicium Nellenburginum † Ranckuilanum, †† Frauenfeldenſe, ††† Vt taceam Iudicium Weſtphalicum, de quo tamen infra ſub Criminalibus plenius erit dicendum. *Iudicia Imperii prouincialia alia*

* Patet hoc ex Diplomate, quod exhibet DATT *lib. I. c. XVIII. n.* 21. *Nos Heinricus miles de Bannaker ex parte Sereniſſimi Domini Rudolfi Regis Romanorum Iudicio prouinciali per Spirgoigiam præſidentes. Idem in Diplomate* apud LEHMANNVM lib. V. c. CXII. dicitur: *ego Henricus Miles de Bannacker Iudex generalis Sereniſſimi Domini Rudolphi Regis Rom. in Spirgow.*

** Sic in Transactione Georgii Ducis Bauariæ cum Sueuiæ Statibus a. 1489. inita, apud DATTIVM lib. II. c. V. n. 10. p. 258. *berürend das Landgericht zu VVeiſſenhorn, als unſern lieben herrn und vatter dem Rœmiſchen Kaiſer, in manigfaltig vveis mit ſchvverer Klag fürpracht iſt, das Herzog Iœrig des heiligen Reichs underthanen und ſonderlich die eingeſeſſene des Landts zu Schvvabn mit einem Landgericht zu Maurſteten ſo er yetzo ain Zeit zu VVeiſenhorn underſtanden hat zu gebrauchen, furgenommen*, & p. 262. b. *Als die von Vlm anziehen beſchvverung, ſo inen des Landgerichts halben hievor begriffen, die von Vlm und die Iren beleiben laſſen.*

*** PAVLINI equidem Ann. Iſenac. p. 106. ait: *Fuere olim quatuor Iudicia in Thuringia a Carolo M. inſtituta* (1.) *Gothæ*, (2.) *in diſtrictu VVeiſenſeenſi* (3.) *Vogelsbergæ, quod inde Buttelſtadium migrauit*, (4.) *Mittelhuſæ, notante Georgio Schindlero in Chron. MS. Eaque iudicia, iuſſu VVilhelmi Imp. anno MCCLV. pendente lite & bello ſtruente inter Marchionem Miſniæ & Henricum Puerum, Ducem Brabantiæ, de ſucceſſione in Landgrauiatu Thuringiæ & Haſſiæ certantes, alacriter reſtituit Hermannus, Comes Hennebergicus. Spangenberg Adelſpiegel p. II. lib. II. c. XXX. f.* 116. Licet hæc non in Speculo Nobilitatis, ſed in *Chronico Hennebergico* reperiantur, his verbis: *Anno* 1255. *hat G. Hermann von Henneberg, innſtehender Zweitracht, zwiſchen Meiſſen und Braband: auf Befehl ſeines Schwagers K. VVilhel-*

*men-*

*men, das Landgericht in Thüringen verweſet und beſeſſen.* Sed refutatur a TENTZELIO in *Supplementis Hiſtoriæ Gothanæ*, qui nec de prioribus tribus, quod fuerint, nec de ſingulis quatuor, quod a Carolo M. inſtituta, veſtigium extare, teſtatur. Idem ex Legenda Bonifacii *p.* 343. ſqq. latius perſequitur. De Mittelhuſano vero ſic loquitur PAVLINI: *Vltimum, puta Mittelhuſinum, paſſim nominatur das hœchſte Geding, das Landgericht, des Landgrafen Dingſtuhl, tribunal Landgrauiatus, ſummum Prouinciale iudicium, vulgare placitum in Mittelhuſen, der gemeine Land-Tag zu Mittelhuſen, publicum Thuringiæ forum, vti dicitur Georgio Fabricio lib. V I. Origg. Saxon. f.* 629.

**** GEORGIVS FABRICIVS c. l. *de facto illo vbi accepit Fridericus, iure cupiens experiri, cis Mittelhuſium diem dicit ſperans ſe effecturum, vt ſententiis publicis condemnarentur* & lib.VI. p.642. *circa ea tempora graue bellum fit inter Balduinum & Henricum antiſtites Moguntinos a diuerſis factionibus electos. Henrico fauebat Romanus Pontifex, & fauebant Erfurdiani: Sacerdotibus igitur aduerſæ partis, ſacris interdicitur & captiuis grandia redemptionis præmia imponuntur. Cum Balduino faciebat Imperator, & vicini Principes: eius igitur rogatu & mandato Imperatoris, Landgrauius Mittelhuſiam Conuentum indicit: Erfurdianos tanquam in ſacerdotes iniurios condemnare publico iudicio ſtatuit. Cognito eius aduentu, ciues non vt actores accedunt ad decernendam cauſam, vt hoſtes adſunt & Principem armis loco depellunt.* Vid. Diſſ. *de Allodiis Imperii §.* XXI.

****** De eodem patet ex ſcripto antiquo apud TENZELIVM Suppl. Hiſt. Goth. p 648. *Ich Appel Meynfrid Scholtheis zu VVaſungen bekenne an dieſem offin Briffe, daz ich ſatz an dem fryen Gerichte, daz der Edel, mayn libir gnediger Here, Her Heinrich, Graffe und Here tzu Hennenberg und ſin Herſchaft zu Lehn habin von deme heilgen Ræmiſchen riche, Küngen uud Keyſern.* De eodem SPANGENBERG *Henneb. Chronic. lib. V. c. V. p.* 179. & vocatur *das Kayſerliche Gericht.*

****** BERNH. HERTZOGS *Elſaſſ. Chronic. lib. IX. c. III.*

† KIEFFER *de Iudicatura Imperatoris qu. XLII. p.* 217. De hoc & reliquis LVDEWIG *Germ. Princ. Lib. I. c IV. §. XLIV.*

†† A pago Rankweil non procul a Veldkirch, quod olim XII. Adſeſſores S. R. I. Comites & Barones habuit. GEORGIVS SCHLEE *in Relat. Hiſtor. inſ. Rhet. p.* 9. LVDEWIG *c. l.*

††† LVDEWIG *c. l. ab oppido Frauenfeld in Turgouia. Prouinciale hoc iudicium Sueuiæ ducibus vsque ad Cunradini obitum permanſit an.* 1268 *Quapropter etiam Rudolfus Habsburgicus filium illo iudicio inaugurauit Sigism. Conſtantia oppignerauit hoc iudicium ſed hac excidit poſſeſſione a.* 1499. *Maximilianus I. detulit Heluetiis Io. Franc. Dieterich de tribunali Imperii Germanici p.* 231. KIEFFER *quaſt. XLII. num.* 218. De his etiam GOLDASTVS *Rer. Alemann. Tom. I. p.*106. loco ſupra citato.

## §. XXXIV.

*Diuerſa Germania Iura.* Dum autem Ius Germanicum Moribus ſaltim niteretur & Iure non ſcripto, varia etiam apud Germanos Iura moribus fuerunt introducta, Hæc vero partim etiam adhuc obtinent: verum aliter non, niſi in quantum & vbi fuerint recepta. Inter hæc erat Ius Cœlibum, *Hageſtoltzen Recht*, cum Cœlibes amitterent ius & poteſtatem



Digitized by Google

tem teſtandi de bonis propriis. * Sic etiam obtinebat *die Baurmiethe*, ſiue certum pretium, quod ſoluere debebant puellæ ſe maritaturæ. ** *Ius Manus mortuæ* ſiue *Mortuarium*, *das Hauptrecht*, *der* Todt. *Todte hand*, *Todtfall*, *Gewandfall*, *Budtheil*, *Chur-Mede*, *Baulebungs-* *fall.* *Recht*, *** in bonis hominum propriorum conſiſtit. Dum defunčta muliere, Domino pretioſius veſtimentum, vel lečtus, & viro defunčto, Equus vel bos melior Domino, *dem Gutherren* debetur. **** Hoc ab antiquis Germanorum temporibus eſt introdučtum, ***** a Francis confirmatum ****** atque monaſteriis ſæpius conceſſum.† Variat tamen pro cuiusque loci conſuetudine, †† atque plerumque certa argenti ſumma luitur. ††† Hoc, cum durum alias eſſet, vocatur etiam lex nequiſſima & nefanda, †††† Ius lučtuoſum, ††††† ideoque quibusdam locis fuit abolitum. ††††††

* De his & ſimilibus Germaniæ Iuribus IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS *Von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland cap. I.* BESOLDVS *Theſauro Practico p. 352. Diejenigen Perſonen wurden Hagſtœltz genennet, welche, es ſeyen Knaben oder Iungfrauen, im ledigen Stand biß in die fufftzig Iahr ihres Alters, desgleichen ein VVittwer oder VVittfrau, die dreyſſig Iahr im VVittwenſtand unverandert verharret.* Licet ratione annorum ætatis varient prouinciarum conſuetudines. Neque hodie hoc ius obtinet, niſi in quantum eſt receptum.

** De hoc LANDRECHT lib. III. art. LXXIII. *Mann ſaget daß alle VVendin fry ſein, darumb das ihre Kinder nach dem wendiſchen Vater gebæren, daß iſt doch nicht, wann ſie geben ihr Gebür und Bawrmiete ihrem Herren, als offt ſie Mannen nennen.* Ibi gloſſa: *Bawrmiete iſt die pflicht oder gabe, die ſie ihren Herren geben müſſen, ſich von den dienſten und arbeit, welche ſie der eigenſchaffs halben ihnen thun müſſen, dadurch loß zukauffen. Vnd zu einem zeichen ſolcher frygelaſſenen eigen, findt noch zur Zeit dieſer Lands viel Dœrffer, de Braut und Brautgam von irem Erbherren Laube bitten müſſen, ſich zu vertrawen und Beylager zu halten, und müſſen ihme ihr hochzeit Geld beide darzu geben, welches etwan VVendiſche Dœrffer geweſt ſeyn.* Licet etiam hic ritus extenſus fuiſſe videtur ad alios pagos, qui Vinidorum olim non fuerunt.

*** Hoc Ius varia habet nomina. Coniungit iſta IOACH. POTGIESERVS *de Condit. & Statu ſeruorum lib. II. c. II.* ſcribens: *Variis hoc ius ſuccedendi, nominibus inſigniri ſolet, modo manus mortua, mortuarium, penſio de morte mancipii, ius capitale, melius Caballum, exuuiæ, Curmeda, aliisque nominibus appellatur. Idiomate Germanico. Das Hauptrecht oder Fall, Gewandfall, Beſthaupt, Glas, Erbrecht, Erbfall, Traurrecht, VVeidmahl, Budtheil, Todte Hand, Todtenzoll, Bawlehnunge &c.* BESOLDVS voce Hauptrecht: *quod ius nobis dicitur Ius Caduci, item mortuaria*, TODFALL HAVPTRECHT, WAIDMAL, *& a pactione, quam heredes defuncti cum Domino aut eius Officialibus ſuper meliore iumento ab homine proprio relicto, ineunt, die Thadigung des beſten Haupts, hoc eſt, pactionem melioris capitis, vocare ſolent.* Et paullo poſt: *dicimus etiam Todfall*, TODTE HAND, *morte main.* Rationem reddit SCHOTTELIVS c. II. §. XVII. *wann ein leibeigener Mann verſtorben, und nichts verlaſſen zum Hauptrecht, hat man ihm die rechte Hand abgehauen, und ſolche dem Herrn gelieffert.* Hanc rationem adducit



M. Chro-

Digitized by Google

M. Chronicon Belgicum ad a. 1123. dum de Alberone Leodienſium Epiſcopo loquitur: *quapropter epiſcopus iſte anno Pontificatus ſui tertio, primus omnium inter prædeceſſores ſuos iuri ſuo vel ſeruituti (quæ dicitur mortua manus) quæ adhuc in quibusdam partibus Dominis temporalibus a ſuis ſubditis exhibetur, ex ſuperaffluentia miſericordiæ ſibi innatæ in tota terra Epiſcopatus Leodienſis renunciauit, & hanc abuſionem ſuſtulit. quæ quidem ſeruitus conditioni humanæ, quam liberam in exordio Deus condidit, penitus adverſatur. In eo vero conſiſtebat ius, vt quandocunque aliquis paterfamilias, qui hanc debuit ſeruitutem, moreretur, in ſignum ſeruitutis præterita optimum pignus, vel iocale, quod in ipſius domo reperiri contigerit, a Dominis exigeretur: ſin autem nihil eſſet, vt dum defuncti dextra manus abſciſſa Dominis offerretur.* Idem confirmat IO. MOLANVS de Canonicis lib. III. c. XXXV. *Antiquitus enim, vt habet Chronographus Leodienſis, mortuo aliquo ruſtico, dextra manus abſcindebatur, & Domino ſuo præſentabatur, in ſignum quod amplius ei non ſeruiret. Vocabatur igitur manus mortua. Charta Philippi Flandriæ Comitis a. 1174. nihil de manu mortua infra Burgi ambitum extorquebat, nec morientium poſſeſſiones permittebat partiri. Charta. Mathildis Comitiſſæ Niuernienſis a. 1223. Quito omnino & in perpetuum liberis meis ciuibus Autiſiodorenſibus manum mortuam, quam in præiudicium eorum confiteor me arreſtaſſe, vt eorum hæredes & ſucceſſores vbicunque manſerint, excaſuras parentum & prædeceſſorum ſuorum ſine aliqua perturbatione & interuentu pecuniæ poſſideant pacificè & quiete. Galli igitur homines proprios vocant Gens de main morte.* Vid. du FRESNE. SCHOTTELIVS *cap. II. n. I.*

Vocatur alias *Mortuarium, das Erbrecht, Erbfall, Todtfall*, cuius ſæpius fit mentio apud Scriptores. vid. du FRESNE *hac voce.* Charta IV. apud Goldaſtum Rer. Alemann. Tom. IV. p. 27. *Anno Domini MCCLXXXXVIII. VVilhelmus Abbas monaſterii S. Galli hæc conſcribi fecit. Nouerint vniuerſi quod Burchardus dictus Loa reſidens in Thurego, Adilheidis, Mechthildis, Adilheidis, & Gertrudis, filiaſtræ ipſius Burchardi, pertinent iure proprietatis ad monaſterium noſtrum prædictum, & quamdiu vixerint, tenentur dare annis ſingulis I. libram ceræ in recognitionem proprietatis. Poſt mortem vero eorum Abbas, qui pro tempore fuerit, de ſingulis mortuarium acciperet.* In Charta Hainrici Ratisponenſis Epiſcopi de a. 1285. apud WIGVL. HVNDIVM BAYR. *Stammbuch p. I. tit. Grafen von Abensberg: caducum in morte, quod Todval vulgariter appellatur.*

Vocatur alias *Ius Capitale, Ius Caduci, das Hauptrecht.* Diploma Rudolphi Palatini Monaſterio Blaubeurenſi a. 1267. conceſſum, inter Documenta Würtenberg. p. 919. *determinauimus dictis Abbati & Conuentui concedentes, imo ſtatutum condentes, vt de hominibus Monaſterio ſuo iure proprietatis vel cenſualitatis pertinentibus etiam in Ciuitate Blaburæ reſidentiam habentibus, ius mortuarium quod vulgo val, & hobrecht dicitur ammodo percipiant ſine contradictione qualibet.* Vocatur etiam *Beſthaupt*, quia poſt mortem viri optimum pecus præſtandum. Sic in charta Henrici II. apud MAGERVM *de Aduocatia armata* c. VI. n. 758. *Cenſum autem vltimum, per quem vtique obmiſſa vel neglecta ſoluuntur ſeruitia, ius videlicet Capitale a viris decedentibus, optimum equum, vel, ſi equo carent, optimum caput pecoris, & a fœminis indunias tranſmitti ad Eccleſiam ordinamus.* In charta de a. 1222. apud AVBERTVM MIRÆVM Diplom. Belg. c. XCIV. *Ego Arnulphus de Landaſt, Dominus de Eynes, notum facio omnibus præſentes literas inſpecturis, quod ego mancipatos meos & ancillas meas, quos habebam in villa de Eynes, emancipaui ſub hac conditione: quod ego habere debeo valentius caput, quod habebunt in morte ſua, illud quod habebunt in ſanitate ſua, ſicut ibunt*

ad

Digitized by Google

*ad forum & ad templum. Ita quod ſi diſcedant a villa, mei remanent, ſicut prius.* Vocatur etiam melius Catellum, apud MIRÆVM in Diplom. Belg. lib. II. c. LXVII. *Statuo vt a nullo milite qui ſit de familia & aduocatione mea melius mobile, quod quidem Melius cathelum dicitur, de cætero accipiatur poſt eius deceſſum, nec id ab eius hærede pro illo mortuo exigatur.* Vocatur autem Catallum, idem quod Capitale, Bona omnia, quæ in pecudibus ſunt. vid. DV FRESNE. Angli vocabant *Herietum.* MATTH. PARIS in Additamentis p. 1120. *item, ſi Eccleſia petat ceragium vel herietum.* Vbi WATSIVS in Gloſſario: *Si eccleſia petat Ceragium vel Herietum, ſcilicet optimum iumentum coloni demortui, quod domino ſuo debetur ex iure. Herezeld dicunt Scoti, nos a Heriot. Her Saxonice eſt Dominus.* Idem voce *Auerii.* Sane per Aueriam in legibus Scoticis intelligitur melius animal ruſtici, ſiue coloni defuncti, quod domino ſuo debetur ſub nomine Heregeldæ ſiue Hereoti. Vide SPELMANNVM *Gloſſario, voce Hereotum.* MART. CRVSIVS *Ann. Sueu. p. III. lib. X. p.* 575. SCHOTTELIVS *cap. II. n.* 14. Exinde orta eſt Vox *VVeidmahl, weil mann das beſte Stück Vieh aus dem Stalle oder von der VVeide genommen.* SCHOTTEL *cap. II. §. VI.*

Vocatur etiam *Glas* & *Gevvandfall*, de quo IOACH. VADIANVS *de Collegiis & Monaſter. lib. II. p.* 57. *hodieque ſeruis noſtratibus atque etiam libertis domini & patroni ſuccedunt. Quam facultatem vulgo Erbrecht, vel Erbſchafft, præterea Fall und Glaa nominant. His enim oneribus plane ſeruilibus in multis Alemanniæ locis non ſerui modo, ſed etiam liberti, maxime Eccleſiaſtici diſtringuntur: Nam, vt diximus, & veſtes auferuntur ex humanis excedentibus, quod Gvvandfall, & pecus abigitur, quod Hauptfall vocatur.* MELCH. GOLDASTVS ad Winsbeckii Parænesin, in fine, ad verba: *VVie es um ihre Gelaſſe ſtehe:* ſic commentatur: *Vt recte intelligatur, quid Fall und Glas, Gevvand und Glas in inſtrumentis notet, ſciendum eſt, ſeruis mortuis non filios modo filiasue, ſed ipſos etiam dominos ſuccedere, alicubi in ſemiſſem, multis locis in quadrantem, plerisque trientem. Interim & veſtes auferuntur ſelecta, vulgo Gevvandfall & pecora ſtabulis abiguntur, Hauptfall. Illam in bona ſucceſsionem Glas ſiue relicta Verlaſſenſchafft nuncupant. Quia vero veſtium exactio vſitatior, euenit, vt illa formula Gvvand cum Glas iungerentur.* LEHMANN. *Chron. Spir. lib. II. c. XX.* SCHOTTEL *cap. II. §. XVI.* Exinde dicuntur etiam Exuuiæ, Chron. Conſtant. in vita B. Gerhardi c. XIX. *poſt hac, conuocatis ſeruis ſuis, eligit ex eis optimos quosque & conſtituit ex eis cocos & piſtores, caupones & fullones, ſutores & hortulanos, carpentarios & ſingularum artium magiſtros, & conſtituit eis vt eo die, quo fratribus deſeruirent, de cibo & pane fratrum cibarentur, quia dignus eſt operarius cibo ſuo. Vt autem bono animo ſuis miniſtrarent Dominis, huiusmodi donario cumulauit ipſos ſcilicet, vt cum quis præſentium, vel eorum ſucceſſorum qui de progenie illorum eſſet, moreretur, exuuiæ de eis non ſumerentur, ſed hæredes relictam hæreditatem indiuiſam poſſiderent: ſi vero de alia progenie aliquis ſucceſſiſſet, ab hac donatione alienus extitiſſet.*

Ex hoc vox *Buttheil* ſiue *Budtheil* originem traxiſſe videtur. Vtpote in priuilegio, quod Henricus V. Imp. a. 1111. ciuitati Spirenſi conceſsit, apud LEHMANNVM lib. IV. c. XXII. *omnes qui in ciuitate Spirenſi, modo habitant, vel deinceps habitare voluerint, vndecunque venerint, vel cuiuscunque conditionis fuerint, a lege nequiſſima & nefanda videlicet a parte illa, quæ vulgo Budtheil vocabatur, per quam tota ciuitas ob nimiam paupertatem annihilabatur, ipſos ſuosque hæredes excuſſimus.* Quare etiam ANTONIVS MATTHÆI Notis ad Annales Egmundanos *p.* 201. Buttheil, quod ſit præ-

dæ, inſtar deſcribit. SCHOTTELIVS cap. II. n. 15. *Budtheil, Buttheil, vird dieſes ius caduci deshalber genant, quia eſt, aut obuenit loco prædæ aut lucri: Præda die Beute, Beuttheil, Saxoniæ adhuc eſt Bût, Buttheil, pars prædæ, Das Teutſche Stammvort iſt Bût, præda: iſt hernach per ſecula, nebſt ſo viel andern Teutſchen VVorten und Redarten nach der Frænckiſchen, nunmehr alſo genanten Hochteutſchen mundart geformet, und Beuttheil genennet, davon Bericht in opere de Ling. Germ. vielfæltig zu finden.* Pergit inde, atque dicit: *But Theil eſt vox notiſſima compoſita Germanica, ſicut dicimus, Muſtheil, Antheil, Nachtheil, Dritsheil, Viertheil &c. vid. Opus de L. G. pag.* 449. Diſtingui equidem videtur *Budtheil* vom *Hauptrecht*, in Priuilegio Friderici I. Imp. Wormatienſibus conceſſo, apud LEHMANNVM *lib. IV. c. XXII. p.* 356. in quo ita habetur: *& viri quidem hæreditas ad hæredes viri, mulieris autem hæreditas, ad mulieris tranſibit hæredes, ita, vt nemo dicat ſibi aliquod ius in bonis mortuorum ratione ſuppellectilis, quæ vulgo Bidella (Butil in veteri libro) dicitur. Nos quoque fidem ac deuotionem, & pronæ eorundem ciuium VVormatienſium obſequia attendentes, Imperiali eis autoritate indulſimus, vt ſicut ab actione iuris, quod Bidel dicitur, indulgentia priuilegii antiqui ſunt immunes, ita & ab exactione optimi animalis ſiue pretioſioris veſtimenti quod in vulgo Hauptrecht vocatur, de cætero ſint abſoluti.* Dum autem Vlricus Spirenſibus, qui ſimile priuilegium impetrauerant, de eo adhuc litem moueret, quaſi non a Murtuario *vom Hauptrecht* eſſent exempti, Fridericus I. Legis ſuæ interpres, ſingulari conſtitutione pro vno eodemque habere voluit: Sic enim in Priuilegio Spirenſibus a 1182. conceſſo, apud LEHMANNVM lib. V. c. LXIV. *contigit tamen procedente tempore, quod Vlricus eiusdem ciuitatis venerabilis Epiſcopus, ſuper quibusdam præfati priuilegii verbis, quæſtionem mouit, exigens ab eis, quod in quibusdam locis vulgo Houbtrecht vocatur, tanquam in præfato priuilegio ſub nomine, Butteil & ſuppellectilis ab hoc iure non fuerint exemti. Quoniam vero ſicut noſtrum eſt, leges condere, ita & quæ dubia ſunt, benigne interpretari, nos prædictum priuilegium etiam cum aſſenſu eiusdem Epiſcopi publice libertatem eorum recognoſcentes ſic interpretamur, vt in eo ab hoc iure, quod Houbtrecht dicitur, penitus ſint exemti.* Fuiſſe tamen in eo differentiam, autumat SCHOTTELIVS *cap. II. §. VI.* quod *Budtheil* potius de fœminis fuerit dictum, idem ac *Gevvandſall*, *Hauptrecht* de viris. In Ducatu Brunſuicenſi vocatur etiam *Baulebung*, *Baulebungs-Recht*, de quo SCHOTTELIVS c. XIX. *und mag den Nahmen (ſo dieſe Schreibung recht) und die deriuation daher haben, daß der Herr in ſeines Bauren Gebeu etwas Lebendiges innen habe und behalte, und auf Todesfælle was lebendiges draus erfodere, und durch Abſterben in dem gebeu was, dem Herrn geſtendiges, lebendiges oder Lebung, verbleibe.* Et §. XX. *In conſtitutione Brunſuicenſi ſcriptæ voces Baulebnung & Baudeling magis conſonant & ſignificatui & genio deriuationis & compoſitionis Germanicæ. Baudeling vel Bodeling, Bodling eſt ille, qui inhabitat ædiculas, quas in vrbibus vocamus Bode, reſpectu ædium, ob quas competit ius braxandi aut alia priuilegia ciuilia: In pagis Baudeling opponitur colono ſicut iam vocamus Kæter, Kobt ſaſſe, Hausling, Bodeling, & e contra Meyer, Akkermann, Vollſpænner. Sub voce Baulebnung, videntur comprehendi Coloni, ſub Baudeling autem Kotſaſſi.* Denique vocatur *Churmede*, cum Dominus ex bonis hominis proprii decedentis rem quam voluit, equum, veſtem, annulum & ſimilia ſeligere, ſibique adſerere potuit. SCHOTTELIVS *cap. II. §. XXIV.* ait: *Churmeed deriuari videtur a Chur & Miet, hoc eſt, ab electione locatoris, quaſi dicas, pretium hoc locationis eſſe in electione locantis. Domino enim liberum ple-*

*plerumque eſſe ſolet, ex equis, aut bonis iſtis conductoris, quem malit eligere.* ANT. MATTHÆI Paroem. 2. n. 46. p. 62. ait: *Curmede unde deſcendat in obſcuro eſt: itaque diuinandum: Cor, Cur, Ceur electionem ſeu optimum deſignat. Vnde Kurrichter Saxonibus arbiter, quoniam eligitur; Mede forte idem, quod Scotis mote vel mute placitum. Vt Curmede ſignificet ius optandi ſibi equum vel bouem, aut ſimile quid: mortuo patre familias. Ius optimi catalli vulgo dictum.* Sic etiam a Keuren, ſiue eligere ducit GERH. FELTMANN *de Iure ad rem cap. VI. n.* 24. Licet Dnus LVDEWIG Tractatu nouiſſimo *de Iure Clientelari Germanorum Sect. III. cap. VI. §. IV.* dicat: *mihi autem omnium apertiſſima eſſe videtur etymologia, quod Cur idem quam curia ſiue aula: mede vel miethe idem quam conductio: Vt adeo Curmede planiſſimus ſignificatus ſit, quo conductionem dominicam dicit, quam alio nomine verbis der hofmiethigen vel hofneurigen Güter dicere ſolemus.* In Charta Gerhardi Comitis Geldriæ anni 1237. apud PONTANVM lib. VI. Hiſt. Geldr. p. 130. *dabunt poſt mortem eorum curmedam, quod eſt vnum optimum quid de ſua poſſeſſione.* In Charta Caroli IV. de a. 1349. apud HEDAM Hiſt. Traiect. p. 360. *ſuper ſolutione cenſus, ceræ, pecuniæ, veſtium, equorum, & iurium (vulgariter Curmede) aut aliarum quæ quarumcunque rerum, quæ in vita, vel poſt mortem cuiuslibet hominis, conditionis huiusmodi Epiſcopis & Prælatis ac Eccleſiaſticis perſonis dari conſueuerunt.* In Diplomate Abbatis Egmondani apud ANTONIVM MATTHÆI in notis ad Annales Egmondanos p. 201. *verum ne ab eccleſia noſtra alienati eſſe videantur ſalvo per omnia noſtræ & eorum iure ſeruitia, quæ hactenus eccleſiæ noſtræ impendere conſueuerunt, nobis noſtrisque ſucceſſoribus reſeruauimus. Præſertim ſi aliquis iſtorum cum miniſteriali eccleſiæ noſtræ cui memoratum ius ſcilicet Coermede ſoluere tenetur, matrimonium contraxerit, decreuimus, vt eorum filii conditione matris teneantur aſtricti.* Vid. POTGIESER *de ſtatu & condit. ſeruorum lib. II. c. II. §. VII.* Plenius de eodem egit Dnus LVDEWIG in erudito Tractatu *de Iure Clientelari Germanorum ſect. III. c. VI.* Facit huc etiam Ius Wildfangiatus, de quo dictum fuit in Syntagm. Iur. Publ. Diſſ. *XVII. §. XXV. p.* 360.

**** Definit illud HARPRECHT differt. de Mortuario cap. VI. §. IX. *Mortuarium eſt ius Domino competens, vi cuius ille, in caſu morientis hominis proprii pro conſuetudine regionis, vel certam bonorum partem, vel rem aliquam ſingularem, in talibus caſibus præſtari ſolitam, aut loco illius, interdum certam pecuniæ quantitatem, ratione defuncti ad patrimonium habita, accipit; vel ſi ille nullos liberos aut nullos legitimos, conſuetudine vel ſtatuto denominatos, hæredes relinquat, eidem ab inteſtato ſuccedit. Adſentitur* BRVNNEMANNVS *ad l. I. de bonis libertorum.* MARTINVS CRVSIVS Ann. Sueu. p. III. lib. X. p. 575. *Hauptrecht penſio de morte mancipii. Quoties nimirum apud Veteres Sueuos ſeruus vel ſerua moriebatur, mobilia & immobilia fuerunt æſtimata, & certa pecuniæ ſumma ſoluebatur pro capite.* Patet hoc ex Weichbild Art. I. *VVenn der las ſtirbt, ſo iſt ſeinen Herrn ledig ſein beſtes pferd, und ſein tegliche Kleider, ob er ſie nemen wil.*

***** TACITVS enim iam ſuo tempore de M. G. c. XXV. *frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, vt colono iniungebat.*

****** MAGERVS de Aduocatia armata cap. VI. n. 756. *Huiusmodi autem iura, quod ad eorundem originem attinet eodem tempore, quo ſupra ſeruitute, propriorum hominum ortam diximus, ſub Clodouæo Francorum Rege vſu & moribus hominum introducta fuiſſe videntur.* Patet hoc etiam ex priuilegio Ludovici Pii, quod No-



Digitized by Google

vientenſi Cœnobio a. 824. conceſſit, apud SCHILTERVM *de curiis dominicalibus* in Manciſſa, in quo hæc verba: *ſi quis de familia Eccleſiæ obierit, ſiue intus ſiue extra, optimum, quod in pecudibus vel in qualibet ſupellectili poſſed:rat, in proximam dominicam curtim accipiatur, & iunior filius ipſius, ſi de matre Eccleſiæ fuerit, cum matre infeodetur.* Conferatur etiam LEHMANNVS *lib. II. c. XX.*

† Tale Ius Monaſterio Münchberg extra Bambergam conceſſit Henricus II. Imp. cuius priuilegium extat apud BRVSCHIVM *de Monaſt. Germ.* p. 314. in quo hæc habentur: *debita ſeruitia aratrorum tribus vicibus in anno, ouorum in Paſcha, caſeorum in Pentecoſten, pullonum in carnis priuo, & hebdomada ſeruitialia dictæ noſtræ Eccleſiæ ab omnibus, vt condecet, impendantur. Cenſum autem vltimum, per quem vtique omiſſa vel neglecta ſupplentur ſeruitia, ius videlicet capitale, a Viris decedentibus optimum equum, vel ſi equo carent, optimum caput pecoris & a fœminis induuias & exuuias transmitti ad Eccleſiam ordinamus, vt cum famulis Eccleſiæ in diuinis ſeruitiis communionem plena manu conſequantur. Huius inſtituti authoritas, vt omni æuo ſtabilis inconuulſa permaneat & inviolabiliter ab omnibus obſeruetur, hanc chartam inde conſcriptam, ſicut inferius apparet, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.* In Synodo etiam Exonienſi de a. 1287. c. LI. cauſa adducitur, cur Mortuarium fuerit introductum, dum dicitur: *Mortuariorum præſtationem ex eo intelleximus ſalubriter ſumpſiſſe initium, quod decimis maioribus & minoribus, ac cæteris iuribus parochialibus per ignorantiam non ſolutis, læſis Eccleſiis præſtarentur, vt talis obliuio procedens ex incuria non ſoluentis, poſſet ſaltem per hoc apud diſtrictum iudicem excuſari.* Et in Statutis Prouincialibus Stephani, Archiepiſcopi Cantuarienſis apud Lambethe a. 1206. apud du CANGE, voce, Mortuarium. *Si decedens parochianus tria vel plura cuiuscunque generis in bonis ſuis habuerit animalia, optimo, cui de iure fuerit debitum, reſeruato, Eccleſiæ ſuæ, a qua Sacramenta recepit, dum viueret, ſine dolo, fraude, ſeu contradictione qualibet, pro recompenſatione ſubtractionis decimarum perſonalium, nec non & oblationum ſecundum melius animal reſeruatur poſt obitum pro ſalute animæ ſuæ, huiusmodi liberandum. Quod ſi duo tantum in bonis decedentis extiterint animalia, de manſuetudine Eccleſiæ exactio qualibet nomine mortuarii remittitur.* Priuilegium Caroli IV. Traiectenſi Eccleſiæ a. 1349. conceſſum, apud HEDAM p. 248. *quod quotiescunque inter Epiſcopum Traiectenſem, qui pro tempore fuerit, & cæteros Eccleſiarum prælatos & Eccleſiaſticas perſonas ibidem ex vna, & homines ſeruituti obnoxios colonos, aut quoslibet alios eorum debitores ſuper ſolutione cenſus, ceræ, pecuniæ, veſtium, equorum, pecorum, & iurium (vulgariter Cormede) aut aliarum rerum quarumcunque, quæ in vita, vel poſt mortem cuiuslibet hominis, conditionis huiusmodi, Epiſcopis & Prælatis, ac Eccleſiaſticis perſonis hactenus dari conſueuerunt, ſurrexerit.* IO. STVMPFIVS Chron. Heluet. lib. IV. c. XXIII. *Darum iſt auch ſolche Leibeigenſchafft an die Geiſtlichen kommen, und welche eigne Leut alſo an die gſtifft vergaabet, die wurdend genent Serui Eccleſiaſtici, Cloſterleut, dernach im Teutſchen GotteshausLeut. Vnd habend alſo die alten Künig und Fürſten GOtt wællen verehren, und ime fur ein lebendig opffer ubergeben, die ſo ſy mit dem ſchvvart in ewige Knechtſchafft benætiget haltend. Alſo vvirt dieſes ioch der leibeigenſchafft noch bey unſern tagen nit allein bey dem Adel, ſonder am allermeiſten bey Gſtifften und Clœſtern gehandhabet. VVelcher eigner mann one eines Prælaten oder Gerichts. Herren erlauben ein fri VVeib zur Ee nimpt, der vvird darumb gebüſt. Stirbt ein eigner Mann der frye Kinder hat, es iſt nit gnug daß er vorhin*

*hin von ſeines VVybes und ungenoſſene Wegen gebüſt, ſonder iſt ſeines verlaſſnen farenden Guts, der dritt teil dem Herrn gefallen, des muſſend die Kinder zuſampt dem Vatter beraubet ſeyn. Stirbt ein Vatter der eigen iſt, ob der gleich auch eigne Kind hat, ſo müſſend dieſelbigen Kinder, über das ſy iren Vatter verloren habend, dem Herrn einen fal, das iſt, ein hauptrecht, odir das beſt Kleid, iederzeit geben &c. Doch ſind ſolige ſatzungen unglych, wirdend by einem Herrn oder Pralaten ſtrenger denn bey dem andern gehalten.*

†† BESOLDVS voce Hauptrecht. *Quibusdam in locis, praſertim in partibus Montisferrati, Sabaudia & Pedemontii, Statuto vel conſuetudine loci receptum eſt, das der Leibeigne, wann er ohne leibliche Kinder abſtirbt, ſeinem Herrn den dritten Theil ſeiner Güter und Vermœgens, (ſive hoc ex Teſtamento,) vel ſine Teſtamento fiat, hinterlaſſen muß.* MENOCH. *arb. q.* 230. Vide ADAM KELLER *de ſucc. ab inteſt. tit.* 27. *n.* 3. & *ſqq. Adde Dn. Mager de Aduoc. arm. c.* 7. *n.* 755. & *ſqq. Et Stuck. in Exerc. Iuſt. p. I. dec.* 8. *aſſert.* 6. *ſub lit. m. f.* 331. *ad fin. ſcribit; Hoc ex ſpeciali conſuetudine habent quadam Ciuitates, vt patrefamilias pramoriente, vxor teneatur Magiſtratui dare veſtimenta mariti (quod Gewandfall vocatur) quibus vſus fuerit mediis, tam lectum paratum. In hoc Ducatu, (id eſt, Brunſuicenſi) ait, ac plerisque aliis locis capit Magiſtratus paganus bouem, & paſtor loci Gallum gallinaceum, den Haushanen, Aedituus vero eine Bratwurſt.* Sic etiam *in Haſſia & circumiacentibus locis, teſte Iohann. Herm. Stamm tract. de Hominib. propr. cap.* 22. *n.* 17. *Domini tertiam bonorum partem non habent, ſed defuncta propria Muliere, Domino precioſius veſtimentum, & Viro proprio defuncto. Equus vel bos melior Domino debetur.* Et ſub finem: *In der Marggrafſchafft Baden, und Grafſchafft Eberſtein, giebt ein leibeigner keinen Hauptfall, wan er bey lebendigen leib, die Frœnen, das iſt, ſein Gut einen andern ubergibt, doch muß er noch ſo ſtarck ſeyn, daß er kan fur das Hauß uber den Tach drauf geben, und die Vbergebung auf der Gaſſen thun.*

††† Charta vetus apud HARÆVM in Caſtellanis Inſulæ p. 178. apud du Frosne p. 178. *de reſpectione capitis ſui* 2. *denarios, de mortua vero manu ſex, de licentia maritali ſex ſimili modo.* Synodus anni 1229. in Inſula Manniæ c. III. *In mortuariis principale animal Eccleſiæ perſoluatur, Vacca, Bos, vel Equus, ſi fuerit ad valorem ſex ſolidorum aut minus. Et quantum ad veſtes ſi homo mortuarium perſolueret, ad arbitrium Eccleſiæ ſtabit, an veſtes, aut tres ſolidos, aut ſex denarios habere maluerit.* BESOLDVS *Theſauro Pract. voce Gewand und Gas. Alibi capiunt Domini optimum equum: alibi, ſi equis carent, optimum caput pecoris: alibi optimam veſtem, alibi certam quantitatem pecunia, ein Stück Geldes,* 2. *oder* 3. *Gulden, alibi certam quantitatem vini, ein oder halben Ohme VVein,* & mox: *das ein ieder Erb für den fall, oder Hubrecht die gemeinen Gutern allein in Geld ein Ohmen VVein, wie ihn der VVirth ausſchencket, zu geben ſchuldig ſeyn ſoll.* HARPRECHT c. VI. §. XI. *a fide dignis nobis relatum fuit, quod in vltimo Palatinatu pro modo facultatum mortua femina propria loco vacca, aliquando nonniſi XV. aliquando vero XX. imo etiam XXX. floreni exigantur.* POTGIESER *de ſtatu ſeruorum* lib. II. c. II. §. XV. dicit: *Memini quoque, mihi a quodam relatum, in certo loco homine proprio defuncto, Dominum procuratorem rerum ſuarum, vel miniſtrum in prædium mittere, qui retrogradus ſtabulum ingreditur ac virga iumentum quoddam a tergo percutit, ne videatur optimum elegiſſe, ſed id, quod fors tulit.*

†††† Sic vocatur in priuilegio Henrici V. Ciuitati Spirenſi conceſſo, apud LEHMANNVM *lib. IV. cap. XXII.* qui ideo vertit *das Trawrecht.* SCHOTTEL cap. II. §. II. & VII.

††††† KLO-

Digitized by Google

†††††  KLOCKIVS *de Contribut. Concluſ. III.*

††††††  Sic Alberonem Epiſcopum Leodienſem illud aboleuiſſe, ſupra iamdum ex M. Chron. Belgico allegauimus. Abuſus huius Iuris ab Henrico Duce a. 1433. fuiſſe abolitos SCHOTTELIVS *§. XIII.* inſerta ipſa Conſtitutione docuit. Quare huius iuris abolitionem ruſtici in Sueuia tumultuantes poſtulabant, Spangenberg Mansfeld. Chronic. c. CCCLXII. De hoc iure plenius egerunt, præter SCHOTTELIVM *cap. II.* HERTIVS *de Hominibus propriis ſect. III. §. IX.* & præcipue IOACHIMVS POTGIESERVS *de Conditione & Statu ſeruorum apud Germanos lib. II. c. II.*

## §. XXXV.

*Alia Germania Iura.*

Sic etiam ab antiquo obtinet *das Zehendrecht*, dum decimæ a bonis & frugibus vel pecude præſtarentur. * Hoc ab antiquo Eccleſiis atque Monaſteriis conceſſum, poſtea dum ab iſtis terræ adquirerentur, etiam ad Laicos peruenit. In certo diſtrictu & præfecturis obtinebat *das Gaurecht*, ** Cui conſequens eſt *das Aurecht* *** ruſticis a Dominis territorii conceſſum. Peregrinis concedebatur Iudicium ſummarium *das Gaſtrecht*. **** Ius ſolidorum *das Schillings-Recht* vſitatum eſt in locis quibusdam, maxime in Saxonia Inferiori contra ruſticos prodigos & malæ frugis, vt bonis eiiciantur. ***** Aliud eſt *Schupflehnrecht*, quod quibusdam locis in prædiis ruſticis obtinet, quæ ad hæredes non tranſeunt, ſed de nouo ſunt reluenda. ****** Sic in nonnullis locis obtinet *das Rutſchier-Recht*, cum penſiones, ſi iuſto tempore non ſoluantur, ******* de die in diem adaugentur.

* Antiquiſſimi inſtituti erant apud Veteres etiam Germanos. Harum in Capitularibus Regum Francorum ſæpius fit mentio. Præcipue vſus illarum mandatur in Capit. lib. VII. c. CCCLXXV. *Inſtruendi ſunt Presbyteri pariterque admonendi quatinus nouerint decimas & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia, & non quaſi ſuis ſed quaſi commendatis vti debere; de quibus omnibus ſciant ſe rationem reddituros in conſpectu diuinæ maieſtatis & niſi eas fideliter pauperibus & his quibus præmiſſum eſt adminiſtrauerint, condemnationem patiendos. Qualiter vero diſpenſari debeant canones ſacri inſtituunt. Scilicet, vt quatuor partes ex omnibus fiant, vna ad fabricam Eccleſiæ releuandam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia Presbytero cum ſuis Clericis habenda, quarta Epiſcopo reſeruanda. Et quicquid exinde Pontifex iuſſerit, prudenti conſilio eſt faciendum.* Landrecht lib. II. art. XLVIII. *was der Hirt unter ſeiner hut vorleuſt das ſoll er gelten. Leſt ein Mann ſein Korn darauſſen ſtehen, als ander leuth ihr Korn einhaben gefürt, wirdt es ihm gefretzet oder abgetrettent, mann gildt es ihm nicht: Daſſelb thut man auch umb den zehenden, ob ihn der zehender nicht nemen wil, und ihn der Man, der ihn geben ſoll, auff dem Felde leſt ſtehen, und denſelben ſeinen nachbawern beweiſet: Ieglichs viehe, wenn es iunge gewinnet, wie es des abends zur herberge kompt, da ſoll mann es von zehenden: Die ſaat vorzehend man auff den felde. Das vihe in dem dorff in eines ieglichen Mannes hoffe, da das vihe geworffen wirdt. Eins ieglichen viehes giebt man zehenden, ohne von hünern.*

Ieg-

*Iglichs Haus und Hoff, und wüſte hoffſtadt, ſonderlich vorzehend mann mit einem hune, an S. Mertens tage. VVo man rechten zehenden gibt auf dem felde, da ſoll man geben das zehende ſchock gleich gut dem andern, oder die zehende garbe. VVann ein Man ſein Korn einfüren wil, das ſoll er verkündigen dem zehendir, ob er anders in dem Dorff iſt oder auff dem Felde, wartet er dann ſeines zehenden nicht, der Man vorzehene ihn vor ſich ſelber, Alſo das er ſeinen eyds daran bewar, ob man hernach den eydt von ihm haben wolte, und beweis in zweien ſeinen nachbawern, und laſſe ihn drauſſen ſtehen, ſo ſoll er es bleiben ohne allen ſchaden, ob er wol darnach geergirt wirdt oder vorloren. Man giebet auch an manchen enden etwas beſcheidenes zu zehenden, vor die huſſen eine Gans, und ein Lamb von der Schafherd, die in einem hoffe gehet. VVo man Korn zehenden giebt, do ſoll das ſeil, da die Garben mit gebunden iſt, einir daumelen lang ſein, zwiſchen den zweien knotten, wann es gereckt würdet am Winterkorn, ſo bleibt er es ohne ſchaden. VVer den zehenden giebt nach rechter gewonheit, der hat ihn wol gegeben. Von Bienen auch und ſonſten von allerley viehe nimpt der zehender ſeinen zehenden, ob er es leiten wil von ihar zu ihar aus den Hauß, do mann ihn von geben ſoll, wil er nicht leiten, ſo ſoll man ihm iieglichen geben, was ihm gebüret. Von ieglichen füllen und Maul giebt man einen Pfennig: von einem ieglichen Kalb, Eſel und Schaff, Ferckel und Ziegen einen halben pfennig, ob ihr funff iſt oder darüber ſo nimpt der zehender eins (als das ſechſte) mit zweien pfennigen zu læſen, das ſiebende mit anderthalben, das achte mith einem pfennige, das neunde mit einem halben. Iener aber dee das viehe iſt, ſoll zuvor ausnemen zwey unter ſebſſen, und dry unter neunen, ehe der zehender welet. zu derſelben weiſe verzehent man auch die Genſe zu bellern.* Hæc etiam adhuc in terris noſtris Saxonicis obtinent. Vid. LEHMANN *lib. II. c. XXXV.* LYSERI *Ius Georgicum,* SCHOTTELIVM *cap. VIII.* BESOLDVM *Theſauro Practico.*

** Germaniæ populi in certos diſtrictus regiones ſuas diuidebant, quos Pagos, ſiue Gouas vocabant. Tot igitur adhuc ſuperſunt regiones, quæ in *gau deſinunt:* vtpote *das Rheingau, Breysgau,* Sundgau, *VVasgau, Turgau, Algau, Ergau, Speiergau, Creichgau, Zurichau, Nordgau, Hennegau &c.* Quod igitur in hiſce Gouis Ius obtinebat, dicebatur *das Gaurecht.* Vid. Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. III. §. III.* SCHOTTELIVS *cap. XII.* LEHMANN *lib. I. c. XVIII.*

*** *Au* campum ſiue paſcuum notabat, a quo diuerſæ regiones nomen habent. GROTIVS *Prolegom. ad Scriptores Hiſt. Goth. p. 3. ex Scandia autem addito au vocabulo, quod terram ſignificat, (vt oſtendunt Morau, Betau, Naſſau, Velau, aliaque infinita nomina) factum eſt Scandinauia vocabulum, ad modum nominis Batauia ſimiliumque, quomodo & Auſtrauia Plinio, id eſt Ooſterau, terra Orientalis ea eſt, quum nunc Eſtoniam dicimus, pronuntiatione ad Saxonicam propius accedente.* Vocatur alias *das Angerrecht,* de quo SCHICKFVS *Schles. Chronic lib. III. p. 343.* SCHOTTEL. *c. XIII.* Hoc eſt, quod ius paſcui alias adpellari ſolet, de quo ſupra *§. XXVII.* vbi de Iure Lubecenſi ſermo fuit.

**** Weichbild art. XLVI. *Wer es auch, das ein bürger ein gaſt anſprech und beklagt, oder ein gaſt ein bürger umb ſchuld (mit gezeugen, ſo mægen ſie das zu ſtund wol richten, der gaſt mus aber ſeiweren, ob man es nicht entperen wil, das er ein fremd mannſy, und alſo ferr geſeſſen, das er das ding in einem tag nicht beſuchen mæg.* In Gl. f. 87. *bekennet der ſchuldiger der ſchuld, der richter mag ihm wol gebieten bey ſonnenſchein, oder bey einer nacht, zu bezalen, ſo ferr, ob der forderer ein gaſt*



*iſt;*

*iſt, und das er da beweiſt, das er das gericht in einer tagzeit nicht erlangen kœnne, das muß aber der gaſt beweiſen mit zweien ſeinen fingern auff den Heiligen, das er ein frembder man ſey.* Ius Lubecenſe lib. III. art. VII. *es ſetzte entweder ein Büeger einem Gaſt, oder ein Gaſt einem Burger ein Pfand, ſo ſol man auf einerley Weiſe, innerhalb der Wochen vor dem Gerichte, nach üblichen Gebrauch procediren.* Vocatur hoc *Gaſtrecht, Gaſtgericht*, atque obtinet in Ciuitatibus Hanſeaticis, Ducatu Würtenbergico & alibi. BESOLDVS *voce Gaſtrecht.* MEVIVS *ad Ius Lubecenſe lib. III. Art. Tit. I.* SCHOTTEL *c. XV.*

***** Hoc SCHOTTELIVS cap. XVII. §. 2. tali modo deſcribit: *Es hat aber dieſe Bewandniß, ſo fern der Baur oder Meyer mit Bezahlung der Zinſe dem Gutsherren nicht richtig einhalt, oder in Abſtattung der Dienſte aus Mutwillen ſeumig wird, oder ſich ſonſten nicht recht und from verhalt, alſo das der Gutsherr billiche Vrſache haben kan, mit demſelben nicht langer friedlich zu ſeyn, oder es begibt ſich der Meyer auffs Sauffen, und gerath ſonſten in zu viel Schulden ſo kan ſofort Schillings-Recht gebrauchet werden: Nemlich es leſſet der Gutsherr (ſo fern ers ſelbſt zuthun bedencken hat, oder der Schilling Hoff zu den Furſtl. Aemptern gehœrt) durch den Vogt oder andern bekandten Ambtsbedienten einen Schilling an den Keſſel-Haken hangen oder an den Feuerherd heffien, und und ſo bald ſolches geſchehen, muß der Bauer ohne einig Seumniß mit VVeib und Kind Hauß und Hoff raumen, und hat an bloſſer Anſchauung des hingehangten oder angehefſteten Schillings ſein End-Vrtheil entpfangen und darf dawider nichts reden. VVas der Bauer an Vieh, Korn und andern Fahrniß zurücke laſſet, davon machet ſich vor erſt der Gutsherr bezahlet, das übrige, wann Schuld vorhanden, wird unter die Creditores vertheilet, und was annoch ihm alsdann übrig bleibet, wird dem gewichenen Bauren abgefolget, und der Hoff einem andern zu gleichen Schillings-Recht eingeraumet, und zwar nur gegen Erlegung eines Schillings: Vnd bleibet alſo der Hoff allezeit dem Schillings Rechte unterworfen.*

****** SCHOTTELIVS cap. XVIII. §. VI. ita dicuntur, *weil die Erben davon geſchupfft worden, und muß das Guth, nach Abſterben des Inhabers, eines unter den Kinderen wiederum vom Neuen, doch nur auff ſeinen Leib, kauffen*, dicuntur etiam *Fall-Güter, weil ſie allemahl den Herrn wieder anheim fallen.* Vid. WEHNER & BESOLDVS hac voce.

******* Landrecht lib. I. art. LIV. *wer ſeinen Zins zu rechter Zeit nicht gibt, zwifach ſoll er ihn geben des andern tages, und alſo alle tage zwifach diewheil er den Zins innen behelt.* Vbi Gloſſa: *zum dritten, mag einer ſolch gelt, das worauff in namen einer peen oder intereſſe geſezt werden, welches ſchadgeld heiſſet, fodern, als diß iſt, davon ir nie ſagt.* Gloſſa marginalis. *Solch ſchadegeld heiſt auf alt Sechſiſch Ritzſchart, daher ſind die Ritzſchartzinſen genant worden, quia dantur cum pœna & augmento vt in multis locis obſeruari conſueuit.* SCHOTTELIVS *cap. XIX.*

## §. XXXVI.

Inter antiqua Germaniæ Iura æque referendum eſt IVS OB-
*Ius Obſtagii.* STAGII, *das Leiſtungs-Recht*, vel *das Einlager, das Einreiten* * Conſiſtit illud in pacto, quo debitor, vel eiusdem fideiuſſor, creditori ſe pro certa argenti ſumma mutuo accepta, vel etiam pro certo contractu adimplendo, obligant, quod ſi ad diem conſtitutum pecunia non fuerit ſoluta, ſe certum in locum eſſe venturos, neque inde, niſi ſoluta pecunia debita, vel pacto impleto, exituros. Vel etiam Credi-

Digitized by Google

Creditori eadem facultas in domo Debitoris conceditur. ** Originem equidem ducunt, ex c. X. de Iureiurando, *** vel a Gallis apud quos *Otage*, **** obſidem notat, vel ab Italis. ***** Alii a Bertholdo Zäringiæ duce ortum hoc putant, qui, quod nobiles ipſi duos filios veneno enecaſſent, in pœnæ ſpeciem hoc obſtagiorum ius introduxerit, ****** licet neque hoc certa confirmetur auctoritate. Mihi videtur, a Germanis, gente militari, hoc Ius fuiſſe introductum, exorto maxime apud eosdem Iure Manuario *dem Fauſtrecht*, quod etiam Iure Saxonico fuit confirmatum. ******* Hoc Ius licet primitus diuerſis Legibus Imperii fuiſſet adprobatum, † variis tamen abuſibus fuit ſubiectum, dum neceſſe eſſet magnos fieri ſumtus, & obſtagiati ad commeſſationes & continuas helluationes pacto obligarentur: immo, in obſtagio decedentes, ſepultura tamdiu priuarentur, donec fuerit ſolutum. †† Id quod anſam dedit, vt primum Auguſtus Saxoniæ Elector, ſingulari Conſtitutione illud a. 1572. abrogaret, ††† quem Rudolphus II. Imp. in Comitiis Francofurtenſibus a. 1577. fuit ſecutus. †††† Nihilominus in Holſatia illud adhuc obtinet, idemque variis Conſtitutionibus ††††† per pacem etiam Weſtphalicam, in iisdem terris fuit adprobatum. †††††† Speciem Iuris Obſtagii hodiernum præbet Ius Cambiale, moribus Germaniæ receptum.

* Dnus MÜLLERVS im Staats-Cabinet III. Eröffnung capite I. hoc antiquum Germanorum Ius optime declarat, atque de eiusdem adpellatione §. I. ſic loquitur: *In der Teutſchen Sprache brauchet man die VVörter*, das Ein-oder Inlager. *VVoher die modi loquendi:* Haltung des Einlagers, ſich zum Einlager obligiren, ſich ins Einlager begeben. *Ingleichen iſt gewöhnlich* die Leiſtung, *hinc phraſis leiſten, was man verſprochen, It.* Mahnung in die Leiſtung, *It.* die Leiſtmahnung, *wiewohl die letztern VVörter: mehr eine Erinnerung oder Interpellation, ſich in dem verglichenen Orte einzufinden, als die Leiſtung ſelbſt (ipſam Obſtagii præſtationem) bedeuten. Daher die Redensarten:* wird in die Leiſtung gefordert, *It.* der Glaubiger hat zu etlichen mahlen die Bürgen mahnen, und zum Einreiten oder zur Bezahlung anſprechen und erfordern laſſen. *Es wird auch deshalber das Ius Obſtagii genennet*, das Leiſtrecht, Leiſtungs-Recht. *hieher gehœren ferner die VVœrter*, das Einreiten, *oder der Einritt, weilen der Schuldner gemeiniglich ſich obligiret, mit einer gewiſſen Anzahl Pferde und Diener in die benannte Herberge einzureiten. Nichtsweniger wird auch das Obſtagium genennet* die Geiſſel Geſellſchafft, *woher die Redens-Art entſtanden:* in eine offene Herberg getreulich und unverzüglich in Leiſt'ung zu ſchicken, darinnen zu leiſten, und rechte Geiſſelſchafft und Leiſtung zu halten. It. bey Poen der Geiſſelſchafft und Keyſerlichen Acht verpflicht und verbunden. SCHILTER *de Iure obſidum cap. XI. §. II.*

** Patet hoc ex litteris Obſtagii apud MÜLLERVM §. XIII. *Ego Dittmarus, Senior de VVitterſtete, notum eſſe volo vniuerſis, hanc literam inſpecturis, me, pro Henrico*



*de*

Digitized by Google

*de Liebenſtete, apud dominum præpoſitum & Conuentum Sanctimonialium in Capelndorſ, in competitione facta inter eos, pro XV. marcis argenti vſualis, fideiuſſorie obligaſſe, ita, quod cum domino Henrico de Rosla ſoluam pecuniam, præfactam in Feſto Mithaelis, proxime nunc venturo, & quod quilibet noſtrûm teneatur in ſolidum, nec alter in altero ſit ſolutus. Si vero in termino prædicto pecuniam ſoluere neglexero, Erphordiam ſiue Apoldiam introibo, non exiturus, niſi debitis perſolutis.* Et in alia Conradi, Pincernæ de Debrezen de a. 1298. *ſi autem ante terminum nobis præfixum proprietatem non ordinauerimus, nos in* Gene *ciuitate, ſimul vna cum fratre noſtro, Th. & ſororio noſtro, Bertholdo, Vice-Domino de Apolde, fide data, eodem die ſancti Michaelis, recipere permittimus, ac inde nunquam exituri, niſi negotium proprietatis a nobis fuerit finaliter determinatum.* Exempla alia refert MARTINVS CRVSIVS *Ann. Sueu. lib. IV. p. III. c. VI. p.* 216. & 234. BESOLDVS *Theſ. Practico, voce Leiſtung.* SPEIDELIVS *hac voce.* Alludit ad hunc morem LEVOLDVS de NORTHOF *in Chronico Comitum de Marca apud Meibomium Tomo I. p.* 380. dicens: *& ſi quando ex quocunque vos oportet mutuum contrahere, caueatis vobis a mutuis vſuratis in quantum poteritis, & maxime ab illis periculoſis mutuis & damnoſis, pro quibus vos oporteat multitudinem fideiuſſorum ponere ad comeſtus, ſicut in Colonia conſuetum eſt fieri. Huiusmodi enim debita mortuorum debitores creditorum ſubiiciunt ſeruituti.* Ad quem locum HENRICVS MEIBOMIVS *f.* 411. adnotat: *Morem iſtum in hiſce regionibus ante Annos CCC. vſitatum fuiſſe didici ex literis* Balduini de Wenden, *iunioris: in quibus iſta:* Ad abundantiorem vero cautelam honorabiles viri Borchardus ſenior, & Borchardus iunior, dicti de Bertensleue, Henricus & Rudolfus milites & Georgius famulus de Wenden, nobiſcum compromiſerunt, quod prædicti filii noſtri ac filiæ, aliquo interueniente obſtaculo, poſtquam requiſiti fuerint, dictam proprietatem non reſignarent, aut minime conſentirent, ex tunc iam dicti milites & famulus vna nobiſcum, & nos cum eis, ciuitatem Bruneſwich intrabimus, ibidem manſuri, nec inde exituri ſine licentia emtoris. Litteræ datæ ſunt MCCCXIIX.

*** Capitulum tale eſt: *Ex reſcripto, quod nobis eſt præſentatum, innotuit Abbatem Tremen. cum Petro ſuper ſumma octo millium ſolidorum taliter conueniſſe: Et infra. Super hac prædictus Abbas quosdam ex Monachis obſides dedit, qui de obſeruanda conuentione iurauerunt, vt ſi ipſi deficerent, alii Monachi loco eorum in obſtagio ponerentur. Inſuper ſi fidem dicti Monachi non ſeruarent, Abbas dedit eidem V. eius vxorem fideiuſſores: qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam Abbatem, & Monachos, quam V. & vxorem ipſius monere curetis, vt ſicut iurarunt, eandem conuentionem faciant adimpleri, alioquin Abbati & Monachis ingreſſum interdicatis Eccleſiæ: & in terra præfati V. & vxoris eiusdem vsque ad dignam ſatisfactionem inhibeatis diuina officia celebrari.* Rubrica docet ab Alexandro III. Papa, ad Sardinenſes Epiſcopos hoc fuiſſe directum.

**** FRANCISCVS PITHOEVS equidem Gloſſario, voce Hoſtis, ait: *L'hoſt Inde hoſtages, quæ tamen obſtagia dicuntur in diplomate Ludouici Comitis Palatini Rheni dat. ann.* 1279. Verum, AEGIDIVS MENAGIVS in Dictionario Etymologico Linguæ Gallicæ, voce Hôtage ſic ait: *Voſſius dans ſon de Vitiis Sermonis, pag.* 447. *le deriue d'* obſes. Hoſtagium, & Obſtagium *idem ac* obſidatus, *ſiue conditio eius qui eſt in vadimonio. Matthæus Pariſius, ad annum cIɔ CCXXII.* Dux Bauariæ, & alii diuites, in hoſtagio remanſerunt. Soldanus vero, pro iam dicta pactione, ex parte ſua, viginti

in

in hoſtagio reddidit. *Sane, Galli & Angli, ſimiliter* HOSTAGE. *Hoſtagium Vero, ab obſtagium. hoc non ab* obſtando, *quia obſtet hoſtilitatis opinioni, ſed a Gallico* hoſtage, *Vel oſtage. Hoſtage autem, non ab* hoſtis, *quia hoſpitem notat, & obſes, hoſpitis inſtar, apud nos agit; ſed,* κατ᾽ συγκοπήν, ex obſidage. *Sane opinionem hanc firmat, quod poſtremorum ſeculorum Scriptores obſidis conditionem Vocent obſidatum. Vti Eutropius libro* 2. Sexcentis ciuibus Romanis in obſidatu receptis. *Ammianus libro XVI.* Pater eius obſidatus pignore tentus. *Ac poſtea:* obſidatus ſpecie, viri celebres altrinſecus dantur.

**** MEVIUS *in Comment. ad Conſtitut. Duc. Bremenſ. de Vſur. Contract. p. I. c. IX. §. I.* ſcribit: *ab his,* (Italis ſcilicet) *ad noſtros Germanos obſtagia deriuata per aliquam conſuetudinem.*

****** SCHILTER *c. XI. §. III.* qui etiam de Obſtagii iuſtitia ad longum diſputat, idemque contra bonos mores eſſe adſerit. MÜLLER *§. IV.*

******* Landrecht lib. II. art. XI. *wenn man aber Goldt oder Silber gelten ſoll, wartet er zu dem rechten tag der bezalung nicht, oder annimpt er ſie auch nicht, er Vorleuſt darumb ſein geldt nicht, den tag der bezalung hat er aber Verloren damit: Hatte er auch jemant gelobt daVor einzureiten, er iſt des Einreitens ledig, aber nicht des geldes, noch der Schuld, da er Vor einreiten ſoll.* In Textu latino: *Reus etiam ab Obſtagio ſeu equitatura tunc liberatur.*

† Reformation zu Augſpurg a. 1548. Tit. XVII. §. 9. *ſo auch ein GüldVerſchreibung, auf Bürgen in Leiſtung zu mahnen, geſtellt Wære, oder Würde, Wollen Wir hiemit geordnet haben, das dieſelbige Verſchreibung nicht aus dem H. Reich Teutſcher Nation Veräuſert, noch der Verkaufer, oder die Bürger, ſo dem Reich unterWorfſen, daraus eingemahnt Werden ſoll. VVo es aber Von dem Kauffer daruber geſchehe, alsdann ſollen die Burgen inzuhalten, und der Vorkaufer ſie auszulæſen nicht ſchuldig ſeyn, auch der Vbertretter den halben Theil der Haupt-Summen, in der GüldVerſchreibung benannt VorWirckt haben, Von Welcher ein Viertheil dem Verkauffer, und das ander Viertheil der Obrigkeit, darunter der Verkauff geſeſſen oder gehœrig iſt, Verfallen ſeyn, und gegeben werden.* In Praxi etiam illud fuiſſe obſeruatum, docet ANDREAS GAILIVS *lib. II. obſ. XLIV.* & de Pace Publica *lib. II. c. II. n. 5. & 6.* MOLLERI *Semeſtria lib. III. c. XXX. n. 4.*

†† SCHILTER. *c. I. § III.*

††† P. II. Conſt. XXII. *VVir wollen auch das Einreiten und Leiſten in denen Herbergen, dadurch dann nichts anders denn mehr Schaden und Schulden, und ſonſten Viel Vnraths Verurſachet, und den Glaubiger derentwegen deſtoweniger Bezahlung folget, gantzlich Verboten haben, und der Schaden, Zehrung und Vnkoſten halben ſo aus den Leiſtungen und Einreitungen künfftiger Verſchreibung entſtehen, keine Execution und Hulffe thun und leiſten laſſen.*

†††† Reformatio Politica Tit. XVII. §. 10. *VViewol auch in des H. Reichs Policey-Ordnung, Anno 1548. zu Augſpurg publicirt, ſondere Maß und Ordnung gemacht, wie es zu halten, da Gult-Verſchreibung auff Burgen, in Leyſtung zu mahnen geſtellt: Dieweil aber ſeithero Vielmahlen erfahren, daß ſolche Leiſtung zu Viel Mißbrauch, und die Burgen ſowol, als die Hauptſchuldiger dadurch ins æuſſerſt Verderben geſetzt, und alſo auch den Glaubigern ſelbſt, da ihnen damit nicht geholffen, noch bezahlt werden kan, zu Nachtheil gereichen thut: So wollen wir hiemit die Leyſtung in künfftige Schuld-oder Gult-Verſchreibungen einzuVerleiben gantzlich Verbotten haben.*

*Da auch einige Verſchreibung gleichwol hinfurters darauf geſtellt wurde, ſoll dieſelbige Leiſtung als nunmehr iure publico verboten, an ihr ſelbſt nichtig, und demnach kein Burg noch Schuldner zu leiſten, noch auf den VVirthen, da auff ihn mit der That geleiſtet wurde, etwas zu bezahlen verbunden ſeyn.*

††††† Ius hoc obſtagii, per Conſtitutionem Danicam a. 1606. iterum in Holſatia fuit introductum, atque a Chriſtiano IV. Rege a. 1630. Rendsburgi confirmatum.

†††††† Art. VIII. §. 5. verbis finalibus: *ſed hac omnia Holſatiæ Conſtitutione ſalua & illæſa:* vbi HENNINGES in Notis: *Eſt vero Conſtitutio Holſatica, vt quotannis in nundinis Chilonienſibus debitores ſuis creditoribus ſatisfacere teneantur, alias in cuſtodia habendi, prohibito abitu. Libera tamen eſt & honeſta cuſtodia, quam creditor debitori indicit, vt ſcilicet certo in diuerſorio moretur; ex quo, multo minus ex vrbe Chilonio pedem ferre non auſurus, ni pro decoctore & infami haberi velit. Certe ius paulo rigidius, ſed conſeruandæ fidei valde oportunum. Nam ſi alio vnquam loco, Chilonii certe creditores ſecuri ſunt de debitis ſuis, quæ nemo facile contrahit, ſi certus de ſolutione non fuerit, peragiturque hæc res tanta ſeueritate & æquo iure, vt perhibeant, Regem etiam Daniæ, Ducesque Holſatiæ vocari ad nundinas, ibique in cuſtodia haberi poſſe, ſi creditoribus non ſatisfecerint.* Eadem repetuntur in Inſtrumento Pacis Monaſterienſis §. *LXVI.* & Rec. Imperii nouiſſimo §. *CLXXI.* Patet etiam ex LONDORPII *Actis Tomo VII. p.* 607. qua ratione Holſatici Legati id quæſiuerint. BESOLDVS *Theſauro Practico, von Leiſtung.*

## §. XXXVII.

*Lex Duellionum.*

In Ciuili æque Iudicio obtinebat apud Germanos LEX DVELLIONVM, qua etiam Ciuiles terminabantur controuerſiæ, prout in Comitiis Stelenſibus ſub Ottone M. nepotibus ius repræſentandi fuiſſe confirmatum, iam ante diximus.* Inualuit poſtmodum ſub Henricis magis, dictum *Ius Manuarium, das Fauſt-und Kolben-Recht* vel Ius Campionum *das Kampffgericht*, per quod etiam controuerſiæ ciuiles terminabantur,** quod tamen per pacta ſæpius prohibitum, atque controuerſia teſtimonio fide dignarum perſonarum definienda fuit relicta.*** Exinde etiam vt iuri manuario obviam irent, inter illuſtres Iudicium Auſtregarum fuit exortum, prout infra dicemus.****

* Vide ſupra §. *XV.*

** Dum de Lege Duellionum, in Hiſtoria Iuris Criminalis explicanda, potior dicendi occaſio fuerit, eo B. L. remittimus.

*** MARTINVS MAGERVS a SCHÖNBERG *de Aduocatia armata cap. IX. n.* 1116. integrum exhibet Diploma Ottocari, Styriæ Ducis, quo Aduocatias Monaſteriorum a maioribus ſuis conditorum Leopoldo Auſtriæ Duci donauit, in quo hæc habentur: *Si Styrenſis inteſtatus obierit, & Iure hæredis, qui proximus fuerit ſanguine, lis exorta fuerit, vel altercatio negotii inter Styrenſes, non Campione ſed probabilium & certarum perſonarum credibili dirimatur Teſtimonio.*

**** In Hiſtoria Iuris Publici.

§.XXXVIII.

Digitized by Google

## §. XXXVIII.

In iure maritimo obtinebat olim quibuſdam in locis *das Strandrecht*, dictum etiam *das Fahrrecht*, *Grundruhrrecht*, ſiue Ius naufragorum bona adquirendi, * quod tamen ob iniquitatem pleriſque in locis fuit abolitum, ** niſi quod aliquando certa pecunia pro recipiendis & cuſtodiendis mercibus, quod vocatur *Berge-Geld*, ſolui debeat. *** Ivs AVARIÆ obtinebat contra eos, quorum merces & bona in portum ſalua fuerunt delata, iis quidem, quorum bona & merces iacta perierunt. **** Ivs BODMERIÆ in fœnore nautico conſiſtit, & Aſſecuratione, ſaluam nauem fore, ſiue in pecunia, quæ trans mare periculo creditoris vehitur, hoc pacto mutuo data, vt ſalua naue, cum fœnore reddantur, naufragio autem facto, & ſors & ſpes lucri creditori pereat. ***** Ivs STAPVLÆ, EMPORII & GERANII Ciuitatibus mercatoriis ſæpius fuit indultum. ****** *Ius Nauticum.*

* SCHOTTELIVS cap. XX. §. I. II. *Vox Germanica Strand, ut notum, ſignificat littus Maris, Stranden dicitur de eo, quando naues littoribus alliſæ, naufragium faciunt. Strandrecht duo ſignificat, primo ius illud ſeu poteſtatem, qua Dominus littoris res naufragorum fluctibus eiectas, occupare & ſibi retinere poteſt, de quo paulo poſt agemus. Secundo ſignificat proprie & in genuino ſuo ſenſu iurisdictionem littoralem, ſeu poteſtatem illam cognoſcendi ſuper cauſis ciuilibus & criminalibus in littore contingentibus, item protectionem & tuitionem littoris, nec non poteſtatem ædificandi in littore, vt & muniendi ratione ſecuritatis littus ipſum, ius etiam colligendi bona naufraga, non quidem vt retineantur, ſed vt Dominis repoſcentibus interuentu præmii alicuius reſtituantur. Duriſſima antiquis Germanis locutio fuit, der Schiffer kan Leib und Guth verfahren, wann er Schiffbruch leidet: nimirum licuit littoris iurisdictionem habentibus Dominis, auferre bona, ſi impingat Nauta & frangatur vel ſubſidat Nauis, res vectæ enim habebantur pro commiſſis, & Nautæ & omnes qui vehebantur, periclitabantur de capite & libertate.* Idem §. VIII. *Dieſes Recht wird auch Fahr-Recht genannt, daher, daß mann auch vor dieſen, wann ſich der Schiffer verfahren, oder an den Grund gefahren, hat dürffen das Schiff antaſſen, wird auch Grundruhr-Recht, die Grundruhr deshalber geheiſſen, weil das Schiff, auf den Stræmen ſonderlich, den Grund bey ſeinen Vnfall beruhrt, und auff dem Grunde ſitzen bleibet. VVie dann nicht allein bey den Meer-Stranden, ſondern auch auf Stræmen die alten Teutſchen dieſes Rechts ſich angemaſſet haben.* Et §. IX. WIGVLEIVS HVND, *in dem Beyeriſchen Stammbuch part. 2. fol. 402. thut dieſes Grundruhrt-Rechts halber folgende Meldung: VVann auf VVaſſer-Stræmen Schaden geſchehen, es ſey mit Schiffbruch, Schæpffung, Hinrennung oder anderer Verwarloſung des Schiffs, ſo war alle VVaare, ſo auff dem Schiffe geweſen, der Landes-Fürſtlichen Obrigkeit heimgefallen, oder man hat ſich darum vertragen müſſen, dieſes ward Grundruhr-Recht genannt; dafur haben die Furſten zum Zeiten etzliche Gewerb-Stucke auf gewiſſe Iahre und VViederruffen befreyet. Als Hertzog Ludwig zu Landshut die Stadt Nurnberg, anno 1456. doch ihnen gegen die Schiffleute die Straffe vorbehalten, welche Grundruhr Kayſer Ludwig anno 1316. der Zeit nach Kœ-*

*nig*

*nig abgeſchaffet.* Immo, tam durum hoc ius olim, vt etiam homines ſeruituti ſubiicerentur. De quo ALBERTVS STADENSIS p. 261. ed. Schilceri. *Huius namque Fridericus auia & mater de Anglia nauigantes, in Comitatu Stadenſi naufragium paſſæ ſunt, & ſecundum priſci iuris rigorem tam homines quam res regiæ ditioni ſunt mancipati.* Talis conſuetudo olim obtinebat in Nordſtrandia, Holſatiæ inſula de quo MOLLERVS *Iſagoge ad Hiſtor. Cherſ. Cimbr. p. II. cap. II. §. VI.*

** Talis exſtat Conſtitutio Friderici II. *de Libertate Eccleſiæ* Iuri Feudali ſubiecta §. IX. *Nauigia quocunque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quam nauigantium bona illis integra reſeruentur ad quos ſpectabant, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata omnium locorum penitus conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut ſint nobis vel Chriſtiano nomini inimica. Transgreſſores vero huius noſtræ conſtitutionis, bonorum ſuorum publicatione multentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis aliis compeſcatur.* Idem prohibitum in C. 3. *de Raptoribus, illi etiam, qui Chriſtianos naufragium patientes (quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur) damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere.* Deſumptum eſt hoc capitulum ex Concilio Lateranenſi Romano a. 1179. celebrato. In Peinlicher Halsgerichts-Ordnung art. XXI. *Desgleichen an vielen Enden der Mißbrauch, ſo ein Schiffmann, mit ſeinem Schiff verfahrt, Schiffbrüchig würde, daß er alsdann der Oberkeit deſſen Orts, mit Schiff, Leib und Gütern verfallen, ſeyn ſoll.* Id quod penitus prohibetur.

*** Ius Maritimum Hanſeaticum Tit. IV. art. XXIX. *würde das Schiff Sturms oder Vngewitters oder anderer Zufælle halben, in Noth und Gefahr, oder auch an Grund kommen, ſo ſollen die Schiffs-Kinder dem Schiffer, ihres hœchſten Vermœgens, beſte getreue Hülffe zu leiſten, ſchuldig und verbunden ſeyn, und da über allen angewandten müglichen Fleiß, das Schif in ſtranden und bleiben würde, ſollen ſie alle Bereitſchaft und eingeladene Güter nach eüſſerſten Vermœgen zu retten und zu bergen verpflichtet ſeyn, gegen Erſtattung eines billichen Berglohns, von des Schiffers Reitſchafft und Kaufmanns-Gütern nach guter leute Erkantniß.* SCHOTTELIVS cap. XX. §. X. *ſoluitur autem pro receptione & cuſtodia pretium, quod vocatur Barge-Geld, quo ſoluto, omnia bona liberæ manent & reſtituuntur. Bargen id eſt cuſtodire, conſeruare, ſaxonice Barge-Geld, eſt pecunia pro cuſtodia & conſeruatione rerum ſoluta: vocatur etiam Bergelohn, Berge-Geld.*

**** Vocatur *das Havereyrecht*, quia iactus æſtimantus eſt pro quota mercium, quanti æſtimari poſſunt in deſtinato portu, *als das Gut gelten mœgte in dem Haven, dahin ſie zu ſegeln bedacht waren.* Ius Lubec. *lib. VI. tit. II.* SCHOTTEL *cap. XXI.* IO. MARQVARDVS *de Mercatura pag.* 339. LOCCENIVS *de Iure Maritimo.* WITSIVS *de Auaria.*

***** Dicitur a Boden quod eſt carina, ſiue fundus nauis, in quem Magiſter nauis accepit pecuniam. Vid. SCHOTTEL *c. XXII.* LOCCENIVS *de Iure Maritimo lib. II. c. VI. n. 2.* IO. MARQVARDVS *de Iure Mercaturæ.* Prodiit paucos ante annos ANDREÆ LANGII *Breuis Introductio in Notitiam Legum Nauticarum & Scriptorum Iuris, Reique Maritimæ, Lubecæ* 1713. 8. in qua de ſingulis Scriptoribus ad rem & Iura Nautica facientibus, plenius ediſſeritur.

****** De his vid SCHOTTEL *cap. XXIII. XXVI.* BENIAMIN LEVBER *de Stapula Saxonica* Synt. I. P. *diſſ. XII. §. XXVI. ſqq.*

§. XXXIX.

Digitized by Google

## §. XXXIX.

*Receptio Iuris Iuſtinianei in Germanica.*

Hæc Legum morumque apud Germanos ratio, ſenſim, recepto licet Iure Iuſtinianeo fuit continuata. Hoc autem licet apud Italos iam vſitatum, † apud Germanos a Seculo XIII. pedetentim cœpit, vt in decretis etiam ciuilibus ad illud æque ac Ius Canonicum prouocaretur. * Patet hoc tanto magis, quod in Ius Saxonicum, ac præcipue ** Sueuicum, multa ex Iure Ciuili Iuſtinianeo fuerint inſerta. Henricus VII. Imp. Conſtitutionem ſuam de Summa Trinitate, Fide Catholica & de Hæreticis, Corpori Iuris voluit inſeri. *** Immo in Aurea Bulla Titulus XXIV. paucis mutatis ex Lege Arcadii fuit deſumtus. **** Tanta enim æquitatis Iuris Iuſtinianei erat præſumtio, vt ex Germania etiam mitterentur in Academias Italiæ, Bononienſem potiſſimum, qui in iisdem ſtudiis operam nauarent. ***** Id quod anſam Friderico Barbaroſſæ Imp. dedit, publicandi legem illam decantatum, quæ in Authentica Habita C. ne Filius pro patre, continetur, quibus ſtudioſis ſingularia conceſſit Priuilegia. ****** Neque tamen in Bononienſem ſaltim Academiam Germani, vt ſtudiis vacarent, frequentes commigrarunt, ſed etiam in Pariſienſem, Decreto & Legibus operam daturi. ******* Hi non niſi Iuſtiniani Iura edocti, dum in Academias atque Fora admitterentur decreta ſua, lectiones & deciſa ſecundum illud dirigebant, Legum, morumque Germanicorum ignari. Hinc nulla Lege publica, ſed ſola conſuetudine introductum fuit Ius Iuſtinianeum.

† Sic enim in Libris Feudorum II. F. I. *Legum autem Romanarum non eſt vilis auctoritas: ſed non adeo vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores.*

* CONRINGIVS equidem cap. XXXII. demonſtrare voluir, non niſi ſeculo decimo quinto in ſcholas atque fora Germaniæ introductum fuiſſe Ius Ciuile, & quæ ante hæc tempora fuerint initia, admodum tenuia. Verum, haut leuia ea fuiſſe, ex iis, quæ ſequuntur, patebit.

** Induſtriam ſuam in hoc etiam, prout in aliis probarunt B. HERTIVS, in Diſſert. *de Conſult. Legibus & Iudiciis* §. *XIV.* & Dnus BÖHMERVS *in Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II.* §. *XX. ſqq.* In Diplomate Rudolphi Alſatiæ Landgrauii apud GVILIMANNVM Rer. Habsburg. lib. VI. c. IV. p. 387. *renunciamus omnis iuris ſubſidio* CANONICI, & CIVILIS, *conſuetudinibus, conſtitutionibus editis, & edendis, & omnibus aliis, quocunque nomine cenſeantur.* In diplomate Rudolphi Comitis Palatini de Tübingen de a. 1367. inter Monum. Würtenb. p. I. p. 917. *renunciantes omni iuri* CANONICO, *ſeu* CIVILI, *ſi quid nobis poſſet competere de iure vel de facto ad repetendum ius Aduocatie predicte coram quocunque iudice Eccleſiaſtico vel ſeculari.* In Tabulis venditionis inter Duces Slauorum & Epiſcopum Caminenſem factæ de a. 1276. apud MARTINVM RANGONEM *Pomerania Diplomatica p. 265. Renunciamus etiam exceptioni*

*non numeratæ pecuniæ nec ſolutæ, deceptionem vltra dimidium, iuſti pretii, beneficio minoris, doli dantis cauſam contractui, vel qui incidit in contractum, & omni beneficio competenti de conſuetudine, ſeu de* IVRE CANONICO *vel* CIVILI; *per quod noſtra venditio poſſit infirmari.* Hæ ſane renuntiationes minime Iuris Germanici ſunt, ſed Iuſtinianei. Idem patet ex Inſtrumento venditionis Hermanni Comitis de Sulze ſuper villa Hopffow de a. 1278. inter Docum. Würtenb. *p. I. p.* 255. in quo: *& vt prædictus venditionis contractus in nullo poſſit impoſterum vacillari, renunciamus omnibus exceptionibus, actionibus, ſtatutis & conſuetudinibus ſeu conſuetudini, omni iuris auxilio tam* CANONICI *quam* CIVILIS *& omni reſcripto, priuilegio ſeu indulgencia, ab Imperatore, Rege, vel aliunde impetratis ſeu impetrandis, & precipue exceptioni doli, quod metus cauſa, non numerate pecunie & quod vltra medium iuſti pretii, & breuiter omnibus, per que dicta poſſit venditio, nunc vel impoſterum retractari, ſeu aliquatenus impediri.* Apud Matthæum Pariſienſem p. 253. extat Forma Caurſinorum Obligationis ad a. 1235. in qua: *& volumus ſuper omnibus antedictis vbique & in omnibus antedictis vbique & in omni foro conueniri, renunciando pro omnibus antedictis, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, omni iuris auxilio* CANONICI *&* CIVILIS, *priuilegio clericatus & fori, epiſtola Diui Adriani, omni conſuetudine & ſtatuto &c.* In Charta Rudolphi Habsburgici apud Chriſt. Gewoldum antith. ad Marqu. Freherum lit. B. *renuncIantes exceptioni doli mali, in factum, omnique auxilio Iuris* CANONICI *vel* CIVILIS. In Charta Comitum Stolbergenſium de a. 1292. in Stolberg. Deduction Beylag n. 5. *renuncians præciſe & ſimpliciter omnibus adminiculis Iuris* CANONICI *&* CIVILIS *quæ mihi poſſent ad irritandum contractum huiusmodi ſuffragari.* In alia n. 7. *omni iuri vel beneficio Iuris* CANONICI *vel* CIVILIS *renunciamus.* Dnus LVDEWIG *von Verbeſſerung des Teutſchen Lehnrechts p.* 14. adducit diploma ex quo patet, quod Comes Schwartzburgicus Iudex Auſtregalis ad litem inter Electorem Brandenburgicum atque Archiepiſcopum Magdeburgenſen electus, auditis licet partibus, ſententiam dicere noluit, *niſi aduocatis prius Romani Iuris peritis.* Sic Comes Glichenſis Canonico & Ciuili Iuri & huius beneficio renuntiat, apud LYNCKERVM *ad Tit. de Or. Iuris §. XI.* CHRIST. BROWERVS Ann. Treuir. lib. XVII. p. 304. ad a. 1327. *eodem anno caſtrum ſitum in oppido, ſeu villa ſancti VVendalini, cum agro circumiacente, opibus Eccleſiæ Treuirenſis, Balduino curante, acceſſit. Caſtrum id in poteſtate tum habebat Ioannes Comes Sarapontanus, & Comercei dominus, iſque decimo ſeptimo Martii Treuiris, cum Balduino transacta re, binis millibus acceptis librarum, arcem B. VVendalini venundedit, nuntiumque remiſit exceptioni, non traditæ, non ſolutæ, neque in vſus ſuos redactæ pecuniæ. Actioni quoque renuntiauit, quam appellant in factum; reſtitutione in integrum, confeſſione erroris mali; ac omnibus iis denique formulis ſe deuinciens, quibus emptioni legitimæ caueri ſolet.* In Charta Ludouici Comitis Flandriæ de a. 1333. apud PONTANVM Hiſt. Geldr. lib. VII. p. 217. *& nos ſupradicti Superior & arbitri vna cum ſæpe dicto Domino Comite Flandrenſi omnibus & ſingulis exceptionibus & defenſionibus iuris & facti,* CANONICI *&* CIVILIS, *legi dicenti generalem renunciationem non valere, ac beneficio reſtitutionis in integrum, ac vniuerſis cauſis, excuſationibus & rebus, quæ nobis contra præmiſſa, aut aliquod præmiſſorum, poſſent ſeu deberent aliqualiter ſuffragari.* In diplomate Simonis, Paderbornenſis Epiſcopi de a. 1266. quo Collegium Canonicorum in Huxtariæ oppidum transfert, apud SCHATENIVM lib. XI. p. 112. hæc clauſula occurrit: *Volumus etiam & conſtituimus, quod dicta eccleſia S. Petri cum ſuo conuentu & cum ſua emuni-*

*emunitate gaudeat, quantum ad libertatem tam in perſonis, quam in rebus, quo gaudet noſtra Paderbornenſis eccleſia ſecundum conſtitutiones* CANONICAS & LEGALES. In diplomate Caroli IV. quod Widekindo Mindenſium Epiſcopo pro libertate Eccleſiaſtica dedit apud SCHATENIVM lib. XII. p. 399. ad vtrumque Ius prouocatur: *cum igitur hac omnia & ſingula, & quaeuis alia ſimilia, nec non quaecunque ſecuta ſunt, & ſequi poſſunt, ex eisdem ſint & fuerint ſolum de facto & temere attentata, & per ſacras Ciuiles & Canonicas ſanctiones reprobata expreſſe &c.* Et paucis interiectis: *praeter poenas a ſacris Imperialibus & Canonicis ſanctionibus eis inflictas decernimus.* Fridericus Palatinus dum a. 1462. a Friderico III. Imp. impeteretur, conqueſtus fuit, *das über einen Churfürſten des H. Reichs, nicht allein wieder das Pabſtlich und Kayſerlich, ſondern auch das Gœttlich und Natürlich Recht, des H. Reichs-Paner unerfolgt Rechten aufgeworffen worden,* apud DATTIVM *lib. I. c. XXVII. n.* 74. In tabulis Bernardi Epiſcopi Paderbornenſis & viduae de Horde a. 1324. apud NICOLAVM SCHATENIVM *Ann. Paderborn.* lib. XIII. p. 260. *renunciantes ex nunc oppoſitionibus, defenſionibus, literis & inſtrumentis quibuscunque, ac vniuerſis iuris tam* CANONICI *quam* CIVILIS, *beneficiisque, quae contra formam praeſentis literae, aut aliquem articulum in ea conuentum Nobis & haeredibus Noſtris poſſunt de iure vel de facto aliqualiter ſuffragari.* In Decreto Renſenſi ſub Ludouico Bauaro de a. 1338. *Quippe iure ſuffragiorum, beneficio Electorum atque populi, quisque imperat. Haec veriſſima eſſe conuenit inter omnes Annalium, rerum humanarum diuinarumque peritos, atque iam ſaepius vtriusque iuris,* CAESAREI *atque* PONTIFICII *caeleſtis theſauri teſtimoniis comprobatum eſt.* Rupertus Senior Carolo IV. Imp. & Regi Bohemiae vendens partem Bauariae pro 32000. marcis argenti, renuntiat *allen Geſetze Keiſerlicher und Bebſtlicher Bücher de Lande Gewonheit und Vbunge* apud SCHILTERVM *de Inueſt. Sim. Princ. cap. III. §. II.* De Balduino Archiepiſcopo Treuirenſi Henrici VII. Imp. fratre, Auctor geſtorum eius lib. I. cap. XII. LEGISTAS *etiam,* CANONISTAS, *Phyſicos, Artiſtas, Philoſophos, Capellanos, Clericos, laicos etiam multos, milites, nobiles, domicellos, aliosque miniſteriales, numero multum valde multiplicatos in ſuo miniſterio deputatos decenter ſuſtentauit.* In Controuerſia iſta, quae a. 1185. de Sede Treuirenſi, inter Volcmarum & Rudolphum per diſſidia electos, oriebatur, iſte ad ſedem Romanam appellauit & Decretiſtis controuerſiam decidendam reliquit, hic ad Imp. & cauſſam per Legiſtas terminari voluit. Sic enim ARNOLDVS LVBECENSIS lib. III. c. X. *cum Volcmarus ſequeretur curiam Romanam, & pro ſuo negotio moleſtus eſſet apoſtolico, apoſtolicus miſſa epiſtola peremtorie citauit Rudolphum, qui tunc cum imperatore erat, quod imperator audiens non parum aegre ferebat: ipſum tamen, ne contumax videretur, ad audientiam venire hortatus eſt, mittens ſecum duos Decretiſtas quidem, vt pro Rudolpho eſſet iuſtitia Canonum, legiſtas vero, vt pro parte ſua ſtarent iura legum.* Quare etiam Bertholdus, electus Archiepiſcopus Bremenſis Papae a. 1179. commendatus fuit *a Decretorum legumque peritia,* apud Auctorem ANONYMVM Hiſt. Archiep. Bremenſium *pag.* 94. De Henrico VI. Imp. teſtatur ALBERICVS ad a. 1185, quod fuerit *dotibus inſignitus ſcientia liberalis & floribus eloquentiae redimitus & eruditus apoſtolicis inſtitutis & legibus Imperatoriae Maieſtatis.* Exinde dicti fuerunt vtriusque Iuris Doctores, de quibus HENRICVS STERO ad a. 1302. *Eodem anno mandauit idem Papa Bonifacius omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & maioribus Praelatis, & a Magiſtris Theologiae, iuris Canonici & Ciuilis, oriundis de regno Franciae, vt ipſum Romae accederent circa feſtum omnium ſanctorum.* BERNHARDVS GVIDO-



Digitized by Google

*non numeratæ pecuniæ nec ſoluta, deceptionem vltra dimidium, iuſti pretii, beneficio minoris, doli danti caußam contractui, vel qui incidit in contractum, & omni beneficio competenti de conſuetudine, ſeu de* IVRE CANONICO *vel* CIVILI; *per quod noſtra venditio poſſit infirmari.* Hæ ſane renuntiationes minime Iuris Germanici ſunt, ſed Iuſtinianei. Idem patet ex Inſtrumento venditionis Hermanni Comitis de Sulze ſuper villa Hopffow de a. 1278. inter Docum. Würtenb. *p. I. p.* 255. in quo: *& vt prædictus venditionis contractus in nullo poſſit impoſterum vacillari, renunciamus omnibus exceptionibus, actionibus, ſtatutis & conſuetudinibus ſeu conſuetudini, omni iuris auxilio tam* CANONICI *quam* CIVILIS *& omni reſcripto, priuilegio ſeu indulgencia, ab Imperatore, Rege, vel aliunde impetratis ſeu impetrandis, & precipue exceptioni doli, quod metus cauſa, non numerate pecunie & quod vltra medium iuſti pretii, & breuiter omnibus, per que dicta poſſit venditio, nunc vel impoſterum retractari, ſeu aliquatenus impediri.* Apud Matthæum Pariſienſem p. 253. extat Forma Caurſinorum Obligationis ad a. 1235. in qua: *& volumus ſuper omnibus antedictis vbique & in omnibus antedictis vbique & in omni foro conueniri, renunciando pro omnibus antedictis, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, omni iuris auxilio* CANONICI *&* CIVILIS, *priuilegio clericatus & fori, epiſtola Diui Adriani, omni conſuetudine & ſtatuto &c.* In Charta Rudolphi Habsburgici apud Chriſt. Gewoldum antith. ad Marqu. Freherum lit. B. *renunciantes exceptioni doli mali, in factum, omnique auxilio Iuris* CANONICI *vel* CIVILIS. In Charta Comitum Stolbergenſium de a. 1292. in Stolberg. Deduction Beylag n. 5. *renuncians præciſe & ſimpliciter omnibus adminiculis Iuris* CANONICI *&* CIVILIS *quæ mibi poſſens ad irritandum contractum huiusmodi ſuffragari.* In alia n. 7. *omni iuri vel beneficio Iuris* CANONICI *vel* CIVILIS *renunciamus.* Dnus LVDEWIG *von Verbeſſerung des Teutſchen Lehnrechts p.* 14. adducit diploma ex quo patet, quod Comes Schwartzburgicus Iudex Auſtregalis ad litem inter Electorem Brandenburgicum atque Archiepiſcopum Magdeburgenſen electus, auditis licet partibus, ſententiam dicere noluit, *niſi aduocatis prius Romani Iuris peritis.* Sic Comes Glichenſis Canonico & Ciuili Iuri & huius beneficio renuntiat, apud LYNCKERVM *ad Tit. de Or. Iuris §. XI.* CHRIST. BROWERVS Ann. Treuir. lib. XVII. p. 304. ad a. 1327. *eodem anno caſtrum ſitum in oppido, ſeu villa ſancti VVendalini, cum agro circumiacente, opibus Eccleſiæ Treuirenſis, Balduino curante, acceſſit. Caſtrum id in poteſtate tum habebat Ioannes Comes Sarapontanus, & Comerceii dominus, isque decimo ſeptimo Martii Treuiris, cum Balduino tranſacta re, binis millibus acceptis librarum, arcem B. VVendalini venundedit, nuntiumque remiſit exceptioni, non tradita, non ſolutæ, neque in vſus ſuos redacta pecuniæ. Actioni quoque renuntiauit, quam appellant in factum; reſtitutione in integrum, confeſſione erroris mali; ac omnibus iis denique formulis ſe deuinciens, quibus emptioni legitimæ caueri ſolet.* In Charta Ludouici Comitis Flandriæ de a. 1333. apud PONTANVM Hiſt. Geldr. lib. VII. p. 217. *& nos ſupradicti Superior & arbitri vna cum ſæpe dicto Domino Comite Flandrenſi omnibus & ſingulis exceptionibus & defenſionibus iuris & facti,* CANONICI *&* CIVILIS, *legi dicenti generalem renunciationem non valere, ac beneficio reſtitutionis in integrum, ac vniuerſis cauſis, excuſationibus & rebus, quæ nobis contra præmiſſa, aut aliquod præmiſſorum, poſſent ſeu deberent aliqualiter ſuffragari.* In diplomate Simonis, Paderbornenſis Epiſcopi de a. 1266. quo Collegium Canonicorum in Huxtariæ oppidum transfert, apud SCHATENIVM lib. XI. p. 112. hæc clauſula occurrit: *Volumus etiam & conſtituimus, quod dicta eccleſia S. Petri cum ſuo conuentu & cum ſua*

*emuni-*

*emunitate gaudeat, quantum ad libertatem tam in perſonis, quam in rebus, quo gaudet noſtra Paderbornenſis eccleſia ſecundum conſtitutiones* CANONICAS & LEGALES. In diplomate Caroli IV. quod Widekindo Mindenſium Epiſcopo pro libertate Eccleſiaſtica dedit apud SCHATENIVM lib. XII. p. 399. ad vtrumque Ius prouocatur: *cum igitur hæc omnia & ſingula, & quæuis alia ſimilia, nec non quæcunque ſecuta ſunt, & ſequi poſſunt, ex eiſdem ſint & fuerint ſolum de facto & temere attentata, & per ſacras Ciuiles & Canonicas ſanctiones reprobata expreſſe &c.* Et paucis interiectis: *præter pœnas a ſacris Imperialibus & Canonicis ſanctionibus eis inflictas decernimus.* Fridericus Palatinus dum a. 1462. a Friderico III. Imp. impeteretur, conqueſtus fuit, *das über einen Churfürſten des H. Reichs, nicht allein wieder das Pabſtlich und Kayſerlich, ſondern auch das Gœttlich und Natürlich Recht, des H. Reichs-Paner unerfolgt Rechten aufgeworffen worden*, apud DATTIVM *lib. I. c. XXVII. n. 74.* In tabulis Bernardi Epiſcopi Paderbornenſis & viduæ de Hörde a. 1324. apud NICOLAVM SCHATENIVM *Ann. Paderborn.* lib. XIII. p. 260. *renunciantes ex nunc oppoſitionibus, defenſionibus, literis & inſtrumentis quibuscunque, ac vniuerſis iuris tam* CANONICI *quam* CIVILIS, *beneficiisque, quæ contra formam præſentis literæ, aut aliquem articulum in ea conuentum Nobis & hæredibus Noſtris poſſunt de iure vel de facto aliqualiter ſuffragari.* In Decreto Renſenſi ſub Ludouico Bauaro de a. 1338. *Quippe iure ſuffragiorum, beneficio Electorum atque populi, quisque imperat. Hæc veriſſima eſſe conuenit inter omnes Annalium, rerum humanarum diuinarumque peritos, atque iam ſæpius vtriusque iuris*, CÆSAREI *atque* PONTIFICII *cœleſtis theſauri teſtimoniis comprobatum eſt.* Rupertus Senior Carolo IV. Imp. & Regi Bohemiæ vendens partem Bauariæ pro 32000. marcis argenti, renuntiat *allen Geſetze Keiſerlicher und Bebſtlicher Bücher de Lande Gewonheit und Vbunge* apud SCHILTERVM *de Inueſt. Sim. Princ. cap. III. §. II.* De Balduino Archiepiſcopo Treuirenſi Henrici VII. Imp. fratre, Auctor geſtorum eius lib. I. cap. XII. LEGISTAS *etiam*, CANONISTAS, *Phyſicos, Artiſtas, Philoſophos, Capellanos, Clericos, laicos etiam multos, milites, nobiles, domicellos, aliosque miniſteriales, numero multum valde multiplicatos in ſuo miniſterio deputatos decenter ſuſtentauit.* In Controuerſia iſta, quæ a. 1185. de Sede Treuirenſi, inter Volcmarum & Rudolphum per diſſidia electos, oriebatur, iſte ad ſedem Romanam appellauit & Decretiſtis controuerſiam decidendam reliquit, hic ad Imp. & cauſſam per Legiſtas terminari voluit. Sic enim ARNOLDVS LVBECENSIS lib. III. c. X. *cum Volcmarus ſequeretur curiam Romanam, & pro ſuo negotio moleſtus eſſet apoſtolico, apoſtolicus miſſa epiſtola peremtorie citauit Rudolphum, qui tunc cum imperatore erat, quod imperator audiens non parum ægre ferebat: ipſum tamen, ne contumax videretur, ad audientiam venire hortatus eſt, mittens ſecum duos Decretiſtas quidem, vt pro Rudolpho eſſet iuſtitia Canonum, legiſtas vero, vt pro parte ſua ſtarent iura legum.* Quare etiam Bertholdus, electus Archiepiſcopus Bremenſis Papæ a. 1179. commendatus fuit *a Decretorum legumque peritia*, apud Auctorem ANONYMVM Hiſt. Archiep. Bremenſium *pag. 94.* De Henrico VI. Imp. teſtatur ALBERICVS ad a. 1185, quod fuerit *dotibus inſignitus ſcientiæ liberalis & floribus eloquentiæ redimitus & eruditus apoſtolicis inſtitutis & legibus Imperatoriæ Maieſtatis.* Exinde dicti fuerunt vtriusque Iuris Doctores, de quibus HENRICVS STERO ad a. 1302. *Eodem anno mandauit idem Papa Bonifacius omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & maioribus Prælatis, & a Magiſtris Theologiæ, iuris Canonici & Ciuilis, oriundis de regno Franciæ, vt ipſum Romæ accederent, circa feſtum omnium ſanctorum.* BERNHARDVS GVIDO-



Digitized by Google

*nis* in vita Iohannis XXII. apud BALVZIVM Papis Aueniononſibus p. 167. *Iohannes P.pa XXII. reprobauit & ſententionaliter condemnauit in publico conſiſtorio, aſſiſtentibus Cardinalibus & Prælatis, & magiſtris in Theologia & Doctoribus Vtriusque Iuris, quondam peſtiferam poſtillam.*

** Vid. ſupra §. XXV. STRYKIVS *diſſ. Præl. ad Vſum Madernum Pandectarum §. X.*

*** Extat iſta Conſtitutio apud GOLDASTVM *Tomo III. p.* 408. cum hac ſubſcriptione: *Et hanc itaque noſtra Serenitatis conſtitutionem in Corpore Iuris ſub debita rubrica Volumus inſeri & mandamus. Datum in Vrbe* 1312.

**** Conferatur cum Titulo XXIV. A. B. *l.* 5.6.7. *C. ad L. Iuliam Maieſtatis.*

***** Germanos Italiæ Academias frequentaſſe, varia nos docent. Patet hoc ex Authent. Friderici II. Habita C. ne Filius pro patre, verbis: *quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientia exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, Vitam ſuam multis periculis exponunt, & a Viliſſimis ſæpe hominibus (quod grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt?* CAR. SIGONIVS Hiſt. Bonon. lib. IV. ſub finem: *Azonis tempore Bononia fuiſſe decem ſtudioſorum millia memorat. Hac multitudo indicat Variarum gentium ſtudioſos ibidem ſtudiis operam nauaſſe.* Immo, ex Priuilegiis, quæ Germanorum natio in Academiis Italiæ obtinuit, facile patet, non infrequentes in Italiæ Academiis fuiſſe Germanos. Idem teſtatur KVLPISIVS *de Legum German. Orig. p.* 49.

****** Hanc equidem Authenticam Friderico II. tribuit LVPOLDVS BEBENBVRG *in opuſculo de Zelo Vet. Germ. c. III.* & PETRVS REBVFFVS *de Priuil. Scholaſt. lib. III. in pr.* cum tamen annus 1158. quo lata fuit hæc Conſtitutio, ad Imperium Friderici I. omnino ſit referendus, prout etiam ANTONIVS GATTVS *in Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis cap. XIII* plenius adnotauit. Latam autem fuiſſe hanc conſtitutionem, autumat BVLÆVS *Hiſt. Acad. Paris. Tomo II. p.* 278 vt ſcholaſticos, & Italicos, Germanicos, propoſitis præmiis & priuilegiis, in ſua patria retineret, qui peregre ad Academiam Pariſienſem ad capeſſendas liberales artes, & ſacras diſciplinas eorundem priuilegiorum ſpe proficiſcebantur, atque vt ſic eorum parentes a partibus Adriani, & Gallorum, qui Adriano fauebant, auerteret. CAR. SIGONIVS etiam *Hiſt. Bon. lib. III. p.* 60. ait: *Verum ſupra omnia ciuitatem auxit incredibilis iuuenum ex toto Occidente iuris Romani cognoſcendi cauſa in Vrbem concurſus, cuius tradendi quadam quaſi officina ipſa erat effecta. Quorum commodis Fridericus eodem anno* (1158.) *ad Roncalias, credo a iurisperitis Bononienſibus admonitus, conſuluit, lege lata, qua adhuc in Authenticis extat.* Vid GATTVS *cap. XIV.* In horum numero autem etiam fuiſſe Germanos, docent nos tanta eorum in Academia Bononienſi Priuilegia, de quibus IAC. MIDDENDORPIVS *lib IV. p.* 11. *Alma Germanica Natio Collegium Bononia habet. Qua per legatos, præſente Vrbis præfecto, aduentum Caroli, Cliuorum, Iuliacenſium, & Montium Duce, Latina oratione gratulabantur, tantique Principis Gentilis peregrinationem extollebant laudibus, & Germanum Principem a Gente Germanica ſtudioſorum illius Academia patronum deſignatum eſſe declarabat. Petebatque Vt Romam Veniens, apud ſummum Pontificem gratiam & fauorem ſuum interponere atque intercedere Vellet, Vt antiqua Germanica gentis priuilegia, a tot pontificibus confirmata, ſed ante paucos annos ob iuuenilem quorundam ſtudioſorum errorem, ab infenſo quodam Vrbis præfecto ſuppreſſa, & abrogata reſtituerentur. Quod ſe Carolus diligenter curaturum, poſt actas gratias reſpondit.*

Digitized by Google

*reſpondit. Germani inferiores & ſuperiores vnam ſocietatem habent, qui ſingulis annis procuratores binos, conſiliarios quatuor creant, Nomenque ſuum quisque vniuerſitati dat, & iureiurando affirmat: quod ſit honori & commodis Nationis conſulturus. Sacra etiam & ſepulchra certa, certasque poſſeſſiones habet.*

******* Sic enim ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. III. c. V.* de Danis æque ac Germanis ait: *Scientia quoque liberali non parum profecerunt: quia nobiliores terræ filios ſuos non ſolum ad clerum promouendum, verum, etiam ſecularibus rebus inſtituendos Pariſios mittunt. Vbi litteratura ſimul & idiomate lingua terra illius imbuti, non ſolum in artibus, ſed etiam in Theologia multum inualuerunt. Siquidem propter naturalem linguæ celeritatem, non ſolum in argumentis Dialecticis ſubtiles inueniuntur, ſed etiam in negotiis Eccleſiaſticis tractandis boni decretiſtæ ſiue legiſtæ comprobantur:* Quale vero ſtudium Iuris Ciuilis atque Canonici fuerit in Academia Pariſienſi docuit RIGORDVS *de Geſtis Philippi Auguſti ad a.* 1209. *apud du Chesne Tomo V. p.* 512. *In diebus illis ſtudium litterarum florebat Pariſiis, nec legimus tantam aliquando fuiſſe ſcholarium frequentiam Athenis vel Aegypti, vel in qualibet parte mundi, quanta locum prædictum ſtudendi gratia incolebat. Quod non ſolum fiebat propter loci illius admirabilem amœnitatem, & bonorum omnium ſuperabundantem affluentiam; ſed etiam propter libertatem, & ſpecialem prærogatiuam defenſionis, quam Philippus Rex & pater eius ante ipſum ipſis ſcholaribus impendebant. Cum itaque in eadem nobiliſſima ciuitate non modo de triuio & quadriuio, verum & de quæſtionibus Iuris Canonici & Ciuilis, & de ea facultate quæ de ſanandis corporibus, & ſanitatibus conſeruandis, ſcripta eſt, plena & perfecta inueniretur doctrina, feruentiori tamen deſiderio ſacram paginam & quæſtiones Theologicas docebantur.* Eadem repetit ALBERICVS *ad a.* 1209. Quare Ludouicus Pius, Thuringiæ Landgrauius, etiam binos ex filiis ſtudiorum cauſſa in Pariſiorum vrbem miſit, prout ex epiſtolis Friderici I. n. XIII. apud Freherum Tomo I. p. 426. patet *Filios enim meos omnes literas diſcere propoſui, vt veſtro iuuamine nec non veſtra defenſione Pariſiis ſtabilius poſſent locari. Ita tamen vt ſalua pace veſtra pro diſcordia quæ eſt inter vos & Imperatorem, hoc ſecure peragere poſſim.*

## §. XXX.

*Incrementa Iuris Iuſtinianei.*

A Seculo decimo quarto magis inualuit apud Germanos Ius Iuſtinianeum, dum erectis Academiis, Profeſſores Iuris Ciuilis conſtituerentur, quod Academia Ticinenſis apud Italos, ex priuilegio Caroli IV. Imp. debet. * Apud Germanos in Academia Viennenſi, ** Erfurtenſi, *** Heidelbergenſi, **** Ingolſtadienſi ***** factum. Exinde etiam in Aulas Impp. accerſiti homines in vtroque Iure edocti. ****** A Seculo decimo Quinto vero magis promotum fuit Ius Iuſtinianeum, Doctores Iuris Ciuilis conſtituti, ******* quos tamen ad Statuum quorundam inſtantiam abolere plane voluit Fridericus, III. † atque Ius Cæſareum aliter non recipi, niſi in quantum per Iuriſperitos fuiſſet receptum. †† Sub Sigismundo Imp. iamdum prouocatur ad Ius Cæſareum *das Keyſerlich Rechtbuch.* ††† Sub Friderico III. prouocatur hinc inde ad Ius Pontificium

tificium, *Geiſtliche Rechte*, & Ius Cæſareum *Kayſerliche geſchriebene Rechte.* †††† Sub Maximiliano I. Imp. vero in Receſſibus Imperii ſæpius ad Ius Cæſareum prouocatur, quod *die Kayſerliche Rechte*, ††††† *gemeine geſchriebene Rechte* †††††† *die weltliche Rechte*, vel ſi cum Receſſibus Imperii coniungantur, *die gemeinen Reichs-Rechte* adpellari ſolent. ††††††† Licet etiam ſub hac adpellatione *Reichs-Rechte* ſi abſolute ponatur, Leges Imperii vniuerſales intelligantur. * Immo, nonnunquam ſub nomine *Gemeiner Rechte* comprehendi Ius Canonicum, Conſtitutio Caroli V. contra Anabaptiſtas nos docet. ** In Receſſibus Imperii ſub Friderico III. Imp. ſæpius prouocatur *auf die gemeine geſchriebene* vel *Kayſerliche Rechte.* Demum Maximilianus I. Imp. in Ordinatione Camerali a. 1507. Aſſeſſores Cameræ ad Ius Commune adegit, *** ſaluis tamen ſtatutis moribusque Germaniæ antiquis. **** Ad idem Ius Cæſareum, *die Gemeine geſchriebene Kayſerl. Rechte* ſæpius etiam prouocatur a Carolo V. ***** & Ferdinando I. ****** Neque tamen in omnes ſtatim Prouincias Germaniæ receptum fuit Ius Iuſtinianeum, cum ineunte Seculo XVI. Saxonia, ******* Holſatia, ******** Heluetia, ********* Cæſareum Ius adhuc ignorauerint, vsque dum ſenſim per Iureconſultos, non niſi Legum peritos introduceretur.

* Extat hoc priuilegium de a. 1361. apud ANTONIVM GATTVM *Hiſt. Gymn. Ticin. cap. XVI.* in quo: *Vt in prædicta Ciuitate Papiæ generale ſtudium vtriusque iuris, videlicet tam* CANONICI, *quam* CIVILIS, *nec non Philoſophiæ, Medicinæ, & Artium liberalium erigatur, & ex nunc perpetuis temporibus obſeruetur.*

** Extat priuilegium Vrbani Papæ de a. 1365. apud P. LAMBECIVM Comm. de Bibl. Cæſ. lib. II. c. V. p. 85. *auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & etiam ordinamus, vt in dicta Villa de cætero ſit ſtudium generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, tam in Iuris* CANONICI *&* CIVILIS, *quam in alia qualibet licita, præterquam Theologica, Facultate.* Faciunt huc eiusdem Academiæ Statuta Facultatis Iuris Canonici & Ciuilis de a. 1389. apud Eundem *p.* 164. *ſeqq.*

*** Sic CONRINGIVS c. XXXI. p. 191. *Nam & Erphordiæ anno* 1378. *a Clemente VI. vel & ab Vrbano VII. Papa anno* 1389. *ferunt nonnulli datam licentiam* IVRIS ROMANI *non minus quam* CANONICI *docendi, quo tempore in foro iuris illius per Thuringiam nullus vſus erat.*

**** Sub initium equidem nulli Iuris Ciuilis Doctores in eadem Academia. Sic enim M. Chron. Belg. *p.* 343. de Ruperto Rege Romanorum. *Fundauit ſtudium vniuerſale Heydelbergenſe & dotauit, & priuilegiis ornauit notabiliter erigendo ibidem venerabilem Eccleſiam collegiatam, in qua ſemper tres Doctores Sacræ Theologiæ, tres Doctores in iure Canonico, unus Doctor in Medicinis, vnus Doctor Theologiæ, qui ſit prædicator: tres magiſtri in artibus & duodecimus eorum Decanus, (qui ſimul Doctor de facultate Theologica, aut iuris Canonici.)* In Diplomate vero Ruperti Palatini

latini de a. 1386. apud TOLNERVM Cod. diplom. p. 123. *Videlicet vt quatuor in ea ſint Facultates: prima Sacræ Theologiæ, ſeu diuina: Secunda Iuris Canonici & Ciuilis, quæ propter ſui propinquitatem pro vna Facultate diſponimus æſtimari: Tertia Medicinæ: Quarta Facultas Artium &c.* Ex quo ſatis patet non adeo firmam fidem eſſe SCHILTERI, qui *de Inueſt. Simult. Princ. cap. III. §. II.* per totum ſeculum XIV. nullos Profeſſores Iuris Ciuilis Heydelbergæ fuiſſe contendit.

***** Extat priuilegium Fundationis Ludouici Diuitis Landshutani de a. 1472. apud ANDREAM PRESBYTERVM p. 66. in quo: *quodque Doctores & Magiſtri, tam in Theologia, Iure pontificiali aut legali, in Medicinis & artibus, quam in alia quacunque facultate ibidem legentes, & ſtudentes, priuilegiis & immunitatibus, exemptionibus ac honoribus gaudeant, & potiantur quibus Doctores & Studentes olim in Vniverſitate Athenienſi & modo Bononienſi, & VViennenſi gaudent & vtuntur.* WIGVLEIVS HVND *Metrop. Salisburg. p.* 239. vbi de fundatione huius Academiæ & Profeſſoribus agit, addit: *quoniam ab initio non magnus erat numerus ſcilicet vnius ad minus Theologi, duorum Canoniſtarum, vnius Legiſtæ, vnius Medici, ac ſex Profeſſorum Philoſophiæ ac artium liberalium, qui huc Collegiati nominabantur.*

****** Teſtis eſt in aula Ludouici Bauari Imp. Vdalricus de Auguſta, de quo TRITHEMIVS Ann. Auguſt. ad a. 1333. *Claruit Vdalricus de Auguſta Imperatoris Ludouici ſcriba ſecretus, homo in vtroque iure peritus.* Teſtis eſt Bartolus inter Conſiliarios intimos a Carolo IV. receptus, de quo GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. LXVII.* Sic & Lupoldus Babenbergenſis, Io. Andreæ, celeberrimi in Italia Icti diſcipulus, ſub eodem Imp. floruit. Sigismundo Imp. a conſiliis fuit, Georgius Fiſcellus V. I. Doctor. CONRINGIVS *c. XXXII.* adlegat etiam Petrum Rauennatem, quem Bogislaus X. Pomeraniæ Dux cum filio ipſis Valentino ſecum ex Italia duxerit. Idem *c. XXXIII.*

******* In Concilio Conſtantienſi a. 1416. a Natione Germanica inter alia iamdum fuit propoſitum cap. VI. apud GOLDASTVM p. II. der Reichs-Satzungen p. 95. *Item, weil die allgemein Kirchen GOttes wider die Vnglæubigen, Ketzer, Abtrünnigen, und die in ärgerlichen Sitten leben, hoch und ſehr vonnæthen iſt, gelehrter und geſchickter Leut, die auf hohen Schulen und andern Orten ihr vætterlich Erbe, Haab, Gut und Einkommens haben verſtudirt, und vielleicht von den ordinari Collatorn, als unbekante keine oder doch gar zu ſpate Prouiſion erlangen, ſolchem zuvorkommen ſol diß heilig Concilium ſtatuiren und ordnen, daß der vierdte Theil alles Einkommens von den Kirchenlehen, (verſtehe der græſſern, ſo uber zehen Marck Silber taxiret ſeyn) fur die gelehrten Leut, hinder ſich ſollen legen und auffbehalten, alſo, daß in ieder Thumbkirchen der vierdte Theil aller Thumbſtifften und Pfrunden aufgehebt werde fur die Doctores und Licentiaten der H. Schrifft, desgleichen geiſtlichen und weltlichen Rechtens. Gleichfals in den Chorſtifften, welche græſſere Pfrunden und die genanten Tax überſchreiten habent, ſoll der vierdte Theil von den Chorherrn und andern Pfrunden fur gemelte Doctores und Licentiaten der H. Schrifft und Rechtens, oder auch die Doctores der Artzney und Meiſter der freyen Kunſten, oder auch fur ein Baccelar in vorgedachten Facultæten der H. Schrifft, geiſtlichen und weltlichen Rechtens, und die Artzney aufgehabt werden.* Simile fere in Concilio Baſilienſi a. 1440. fuit propoſitum cap. IX. apud GOLDASTVM p. 149.

† Tantum autem inualuit numerus Doctorum Iuris, vt iamdum Fridericus III. Imp. eosdem aboleri plane voluerit, prout ex ipſius Proiecto Reformationis de a. 1441. adparet, vbi Tit. V. *Alle Doctores der Rechten, ſie ſeynd geyſtlich oder weltlich,*

im

*im Heyligen Ræmiſchen Reich Teutſcher Nation, ſollen, nach lauds der furgenommenen Reformation, an kaynem Gericht, bey kaynem Rechten, auch in kayns Furſten oder andern Ræthen mer gelitten, ſunder gantz abgethon Werden. Sie ſollen auch furterhin vor Gericht oder Recht nicht Weiter reden, ſchreiben, oder Rath geben. Sintmals GOtt den Menſchen mit ſyner aignen VVeyßhaidt begnadet und verſehen hat, ſo mag er in der neuen furgenommenen Ordnung ſeines Rechtens ſelb Wohl Warten.* Sequitur nunc Declaratio huius Articuli quinti: *Die erſt Erklarung des funfften Articuls derſelben Declaration iſt alſo furgenommen, im hayligen Ræm. Reich teutzſcher Nation, bey allen Vniverſitetten, die beym Reich zugelaſſen Werden, daruff man Doctor und Lerer der Rechten machet, ſollen trey Doctores im Rechten gehalten Werden, und verlegt, die der Rechten, ſo mit Waren Grund beſtettigt und zugelaſſen ſeindt, ſollen Warten, auch dieſelben und nichts anders im Rechten leſen oder leren, und ſich auch ander nit weiter füren laſſen oder davon dringen, dann wie es im Reich geordnet und beſtetigt wird: Ob aber groſſer Irrung halber ein Ratſchlagk, der ſich einer Vrtail wol vergleichte, von in ſamentlich begerdt wurde, das ſollen ſie alle trey einmudiglich umb Furderung willen der Sachen annemen, und innerhalb aynes Monads oder treiſſig Tagen demſelben urtelmæßigen Rathſchlag beſchlieſſen, und demſelben, von den er herkumbt, wieder uberantworten, damit im Rechten Niemands verkurtzt werde, und alle Menſchen darin gefurdert, auch zu Endt des Rechten kummen mægen. Dann ein unbillicher Verzug im Rechten iſt dem gemayn Mann ein ſchedlich Ding an ſyner Narunge. Die ander Erklærung des fünfften Artickels derſelben Declaration iſt im Hayligen Ræm. Reich teutſcher Nation alſo furgenommen, daß an kaynem Rechte, hoch oder niedern Stands, kein Doctores ſoln ſitzen, helffen recht ſprechen, ſchæpffen noch beſchliſſen. VVann inen das hærter, dann den Leyen verſchloſſen iſt, und kan ir keiner ein Schlüſſel darzu finden, biß bayde Thail arm werden oder gar verdorben ſindt. Aber der Ley behelt doch den Schlüſſel zum Rechten by ime, das mann zu zimlicher Zeit das Recht herfür bringen mag. Aus dieſen Vrſachen kan man die Gelerten in keinen Rechten mer leyden. Darzu ſeind es nun Beſold-Knecht, und nicht Erb-Diner des Rechten. Die dritte Ercleruug des fünfften Artickels derſelben Declaration die iſt alſo fürgenommen, daß im gantzen Ræm. Reich teutſcher Nation kein Doctores mer vor keinem Rechten weder reden, procuriren oder weiter procediren ſoll, in Schrifften oder andern Rathſchlegen: ſunder aller weltlichen Recht müſſig ſten: Darumb daß ſie Stiffvæter und nit die rechten Erben des Rechten ſindt. Dann ſie nemen ime den Grundt der VVarheit, und bringen durch iren unordentlichen Gaitz das Recht zu aynen ſollichen Vnglauben, das kein frum Man ſein Vertrawen darein mer ſetzen mag. Das hat ewer verkerte Lere inner funffzig Iahren zu wegen bracht. VVo iſt es vor erherdt worden? Die vierd Ercleruug des funfften Articels derſelben Declaration, die iſt alſo furgenommen, daß im gantzen Ræm. Reich teutzſcher Nation zugelaſſen iſt, allen Stenden, Furſten, Grauen, Fryen, Herrn, Stetten und Gemeyndten, vorgundt, Doctores und Lerer der Rechten zu halten: doch mit ſolcher Form und Maß, daß die in kain Reichs-Rath, alß Anwaldt oder Verweſer auch in ander wegen nit gehærdt oder zugelaſſen Wurden, dergleichen Weder in Furſten, oder der Stadt-Rath gehærdt oder Rathsweiſe geſetzt Werden ſollen. Ob aber Furſten, dergleichen Stett und andre ir Doctores haben Wolten, den mægen ſie aygen Raths-Stuben halten, Wo in ſchwer Hændel furfallen, daß ſie in daruber Rathſchleg machen mægen. Damit mægen ſie eyns Furſten oder eyner Stat Heimlichkeit nit grundlich erfaren: Dann by inen nichts verſchwiegen iſt. Sit ſeinds nit anders Rath, dann des Soldts und des Geitz.* Verum, de hac Refor-

formatione ſic iudicat CHRISTOPHORVS BESOLDVS *Diſcurſu Polit. de Præmiis, pœnis & legibus cap. VIII. §. V. hæc Reformatio & declaratio nunquam nacta fuit legis vigorem. Ac, quod hunc articulum eiusque attinet declarationem, mirabilis merito habetur & inique, cum præter abuſum, vſum tollat omnem.* Contrarium tamen ſentit THOMASIVS in Quæſtione X. ſubiecta Godofredi de Iena Diſſertationibus de Ratione Status, quæ hanc rubricam habet: *Quid ſentiendum de Reformationis Friderici III. de anno* 1441. *articulis* 5. & 7. *contra Doctores Iuris & Ius Romanum. Videtur eius intentio fuiſſe ſalutaris.* MÜLLERVS *Reichs- Tags- Theatro p. I. c. V.* ſatis demonſtrauit, proiectum hoc ſaltim manſiſſe. Confirmat hoc CVSPINIANVS *Friderico III. p.* 411. dum ita loquitur: *Iuriſperitos mediocriter dilexit, quod iuris æquitatem diceret ab eis inverti, iuſtitiamque fœdari.* Ratio autem huius tentatæ Reformationis erant litium ſemina atque ars rabularia, quam Doctores, atque Interpretes Iuris exercebant. De Gallia quidem ſic loquitur FRANC. HOTTOMANNVS *Franco Gallia c. vlt. p.* 334. ex Guilielmo Budæo: *antiquioribus illis ſeculis, florente tamen hoc Regno (quod ex numismatis apparet, auro obryzo percuſſis) ſimplicem & facilem ius reddendi rationem, rarasque lites, nec diuturnas, vt nunc, aut etiam ſeculares fuiſſe, cum nondum iſta turba interpretum Iuris Remp. inuaſiſſet: nec dum ſcientia iuris latiſſime, atque etiam in infinitum patere crederetur: ſed æquum bonumque & iudex prudens integritate atque innocentia præditus, inſtar ſexcentorum voluminum eſſent. Nunc vero quo res reciderit, nemo quidem non videt, ſed omnis dicere muſſant.* De hoc etiam latius CONRINGIVS *cap. XXXII.*

†† In dicta Reformatione art. VII. *Alle Kayſerliche VVeltliche Recht, ſo bißher im heiligen Rœmiſchen Reich Teutſcher Nation iren Fürgang gehabt haben, ſollen fürbashin alle Tode und abe ſeyn, ausgenommen, was zu der notturfft erkannt wirdt: damit der aygen nutz den Gemayn nit beſchwere, auch an allen Gewerben und teglichen Handeln kayn Hindernüß bringe: VVie ſollichs die Declaration darüber gemacht clerlich anzeigt und austrückt zu Fürderung des gemeynen Nutz.*

††† Reformatio Sigismundi cap. IX. apud GOLDASTVM Reichs-Satzungen p. II. p. 132. *Nun ſol man mercken zwing und aller Penne Recht nach Keyſerlicher Ordnung. Es iſt zu wiſſen, das boben Furſten, die groſſe Land haben, noch das Keyſerliche Recht zu ihren Teil halten.* Et cap. VIII. *Item man ſol an allen Hauptgerichten, do man uber das Blut richten mag, haben ein Keyſerlich Rechtbuch, das man recht richte nach Recht, und niemand unrecht beſchehe, das ſoll beſchehen mit dem Zug.*

†††† Sic in pace publica Milbenſtadtienſi apud MÜLLERVM p. IV. c. XLI. *und nachdem ihm in geiſtlichen und Keyſerlichen geſchriebenen Rechten, auch in den gulden Bullen &c.* In pace publica Ratisbonenſi de a. 1471. apud MÜLLERVM p. IV. c. XV. p. 492. *Ob aber ymands dawieder nit mit der Tate, ichtz auf der obgemelten VVege einen oder merer furneme, der und dieſelben ſollen yre Fordrung und Anſpruch, ſo er und ſie gegen ſeiner und ihrer VViederparthey ſolcher Vberfarung hetten, auch zu haben vermeinten, mit der Tate verwirckt han, und darzu in andere Pene, nemlich des gemeinen geſchrieben Rechten und unſer Kœniglichen Reformation, zu Franckfort geſatzt, gefallen ſein.* Idem repetitur in pace publica Auguſtana de a. 1474. apud MÜLLERVM *p. IV. c. XLIV.*

††††† Sic in Ordnung des Cammer-Gerichts zu Worms, a. 1495. §. XX. *So ſoll hinfür das Cammergericht die Appellation von ſolchen Interlocutorien nicht anneh-*

Tyy

*anneĥmen, wo die Beſchwærung in der Appellation beſtimbt, durch die Appellation von der Endurtheil der Hauptſach mæchte erſtatt und herwieder bracht werden, wie das in Kayſerlichen Rechten geordnet und begriffen iſt.* In Ordinatione de Notariis de a. 1512. iſti ad Iura Cæſarea ſæpius adiguntur. Tit. I. §. I. *Desgleichen nach Inhalt gemeiner Rechten oder læblicher Gewohnheit und Gebrauch eines ieden Orts eingefuhrt und verſehen iſt.* Tit. II. § 2. *Vnd ſollen die Notarien Auffmerckung haben, daß nach Kayſerlichen Rechtes, zu Auffrichtung aller, oder ietzt gemeldten Teſtamenten, auffs wenigſt Sieben Zeugen næthig ſind, zu denen der Notarius auch gezehlt wird.* Et §. 12. *Es ſollen auch alle Notarien des VViſſens halben, welche obgemeldte Form der Teſtamenten, als aus Kayſerlichen Geſetzen gegeben, mit Fleiß zu halten ſæumig werden, daß die zu dem Teſtamente, ſo anderſt gemacht würden, von Kayſerlichen Rechten nicht beſtændig ſeyn, die Form der Rechten darumb zu leiden, ſich nicht enthalten mægen.* Idem Maximilianus I. in Kœniglicher Satzung von Gotteslæſterern de a. 1495. prooemio. *Demnach zu mehrer Nachfolg und Ehr GOttes, und der Menſchen Heil, weyland Kayſer Iuſtinianus unſer Vorfahr am Reich, læblicher Gedæchtnis; manniglich zu halten, ernſtlich ermahnet auch treulich gebotten hat, alle læſterliche VVort und Schweren bey dem Namen GOttes und ſeinen Heil. Gliedern zu vermeiden.* Scilicet, actum iam fuerat in Comitiis Wormatienſibus eiusdem anni de eo, prout Acta Comitiorum docent apud DATTIVM lib. V. c. VII. n. 28. *Als frevenlich Leſterung des Namen, der Glider und Marter Gots und ſeiner Muter der Iunckfrawen Marie, und ſeiner hayligen gepraucht wird, iſt geratſchlagt, mit VVillen und VViſſen der Churfürſten, Fürſten und Stend, ain gemain offenbar Gebot in dem hailigen Reich Teutſcher Nation ausgen, und proclamiren laſſen. Darinn er ſolich frevenlich Leſterung erſtlich verbiete, bey den penen des gemainen geſchrieben Rechten.* Prouocatur igitur hic ad Nouellam LXXVII. cuius Titulus eſt: *Vt non luxurientur homines contra naturam, nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiusmodi, nec blaſphementur in Deum.* Ad vtrasque conſtitutiones prouocatur in Ordin. Criminali art. CVI. *VVie ſolch Leſtrung den gemeinen unſern Kaiſerlichen Rechten gemæs und ſonderlich nach Innhalt beſonderer Articuln unſerer Reichs Ordnung geſtrafft werden ſollen.* DATT *lib V. c. I. n.* 136.

†† †:† In Tabulis Fœderis Sueuici a 1496. prorogati Tit. X. *Innhalt gemeiner Rechte* & de a. 1500. Tit. XXVIII. *es were dann, daß das gemains Recht in demſelben Fall zu appelliren zulieſſ.* Idem repetitur in Fœdere prorogato a. 1512. tit. XXVII. & de a. 1522. tit. XXXIII. Singularis eſt locus In Ordin. Camerali Auguſtana de a. 1500. tit. XIX. *die Succeſſion der Diechter oder Enckeln, ordnen, ſetzen, erklaren und wollen wir, daß Diechter und Enkeln nun hinfuro an eines verlaſſen Haab und Guter mit ihrer Vater, Mutter, Geſchwiſter, an ſtatt ihrer Vatter und Mutter zu erben nach laut gemeiner, geſchriebener Kayſerlicher Recht zugelaſſen werden ſollen, der Gewohnheiten ſo an etlichen Orten darwider ſeyn mæcht, unangeſehen, dann wir auch dieſelbe Gewohnheit, als der Mildigkeit, Rechten und Billigkeit wiederwærtig und ungemæß aus Vollkommenheit unſerer Macht und rechten wiſſen abthun und vernichtigen. Allen und ieden Richtern und Gerichten ernſtlich gebietend, hinfuhro nicht mehr nach ſolcher Gewohnheit, ſondern nach* DES REICHS GESCHRIEBENEN RECHTEN, *in ſolchen Fællen zu urtheilen und zu richten.* Ex hoc loco autem patet: Maximilianum I etiam antiquas conſuetudines aboleri ſubinde voluiſſe, id quod tamen non de omnibus eſt intelligendum, ſed de iis tantum, quibus ſpeciali lege fuit derogatum, eſt intelligendum.

Idem

Digitized by Google

Idem adparet ex Edicto Noribergenſi de a. 1521. ſub Carolo V. *Demnach ordnen, ſetzen, und erklaren wir, daß Brüder und Schwester Kinder nun hinfort an mit ihres abgeſtorbenen Vatter oder Mutter, Bruder oder Schweſter, nach laut gemeiner beſchriebener Kayſerlicher Recht, auch in die Stamme zu erben zugelaſſen werden ſollen. Aller und ieder Gewonheit, ſo an einigen Orten darwieder ſeyn, oder verſtanden werden mœchten, verhindert.* Ord. Polit. de a. 1577. tit. XVII. §. 8. *dieweil aber ſolche und dergleichen Contract, auch der VVucher ungütlich, in gemeinen beſchriebenen Rechten, und darzu unſer und des Reichs Ordnung &c.* Plenius hæc perſequitur HENRICVS LINCK, Diſſertationis *de Iuris Iuſtinianei receptione atque autoritate in Germania, parte priore Altdorfi a.* 1629. habita, potiſſimum §. *XXIX.* ſqq.

††††††† Sic im Kœniglichen Landfrieden zu Worms Art. IX. *zuſamt andern Pœnen der gemeinen Reichs-Recht der Kœniglichen Reformation, und unſere ſchwerer Vngnad zu vermeiden.* Opponuntur *die gemeinen Reichs-Rechte der Kœniglichen Reformation.* Intelligitur autem Reformatio Friderici III. a. 1442. Francofurti lata. Clarius adhuc hæc Diſtinctio patet ex art. XI. *und ſoll dieſer Fried und Gebott, dem gemeinen, unſerm und des H. Reichs Recht, und andern Ordnungen und Gebotten, vormals ausgangen, nichts abbrechen.* Intelligi autem hic debere Ius Romanum, ex eo patet, quod in pace Milbenſtadtenſi de a. 1467. Ratisbonenſi de a. 1471. & Auguſtana de a. 1474. eadem formula habeatur, vbi tamen loco *gemeiner Reichs-Rechte* occurrunt *Kayſerliche geſchriebene Rechte.*

* In Conſtitutione etiam Alberti II. de a. 1437. §. V. *ſo wollent Wir unſer Ober-Gerichte mit VViſen verſtendigen fürſichtigen Rittern und Gelehrten beſtellen gehalten, ieden Recht geben und zu tun, nach gemeinen Rechten, guter Gewohnheit und anders mit nothdürfftiger Erfolgung und Wie ſich das gebürt.* In Reformatione politica Friderici III. de a. 1442. Tit. *VVie man pfanden ſoll* §. 4. *VVare auch, daß der Pfander dieſelben Pfand nicht in das nechſte Schloß oder Stadt, da ein Gericht in Ware, trieb oder darinne hielt, als obſteht, ſo ſoll man das für ein Raub halten. Vnd wird dann der Herr oder Amptmann deſſelben Schloß, oder ander Vmbſeſſende, angeruffen, ſo ſollen ſie mit ihren Gehülffen treulich beholffen ſeyn, zu friſcher That nacheylen, und darzu thun, ob ſie denſelben Pfander, auch Pfand, in ihr oder ander Schloß oder Gericht bringen mœchten, den mœcht man dann mit ihnen gefahrn nach des Reichs Recht, das man geſtatten ſol* & §. 14. *VVelche auch die waren, die ſolche Poen an Gold oder Geld, nicht zu bezahlen hætten, die ſollen ihre Miſſethat an ihren Leibern warnen, und ſollen nach Reichs Recht gerichtet werden.* Agitur ibi de Iure Monetali, ut nulla alia quam Iura Imperii debeant intelligi.

** Patet hoc ex Receſſu Spirenſi de a. 1529. §. 39. *VViewol in gemeinen Rechten geordnet und verſehen, daß keiner, ſo einmal nach Chriſtlicher Ordnung getaufft worden iſt, ſich wiederumb oder zum zweyten mal tauffen laſſen, noch derſelben einigen tauffen ſoll, und fürnemlich in Kayſ. Geſetzen, ſolches zu beſchehen, bey Straffe des Tods verbotten.* Vid. BÖHMER *Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. LVI.*

*** Cammergerichts-Ordnung zu Wormbs a. 1495. *So ſoll hinfür das Cammergericht die Appellation von ſolchen Interlocutorien nicht annehmen Wo die Beſchwarung in der Appellation beſtimbt, durch die Appellation von der Endurtheil die Hauptſach mœchte erſtatt, und herwieder bracht werden, wie das in Kayſerlichen Rechten geordnet und begriffen iſt.* Prouocatur ad illud iuramentum in Erneuerter Proceſs-

 Ord-

Digitized by Google

Orduung de a. 1538. in Corpore Receſſuum p. 347. *Folgen die Eyde der Perſonen, zum Cammer-Gericht gehœrig, und der Partheyen, ſo darin zu handeln haben. Vnd erſtlich der Richter und Vrtheyler Eid, Wie der auf dem Reichs-Tag zu VVormbs anno* 1495. *auffgericht.* Idem confirmat LEHMANNVS lib. IV. c. XXI. *und in keiner Hiſtorie zu finden, daß ein Kaiſer oder Kœnig dieſelbe alte Geſetz und Recht der teutſchen abgeſchafft, oder andere Recht an deren ſtatt anzunemen gebotten, bis bey Auffrichtung des Kayſerlichen Cammer-Gerichts, die Kaiſer, Fürſten und Stand des Reichs, nach den gemeinen beſchriebenen Rœmiſchen Rechten alle bürgerliche Streit und Rechtſachen zu entſcheiden überkommen, und verabſcheidt.* Cammer-Gerichts-Ordnung zu Regenſpurg de a. 1507. art. XXXIV. §. 2. *Soll er ein Gülden zur Peen geben, über die ander Pœn der Ordnung und gemeiner* Rechten. art. XXXVI. §. 12. *Dieſer Zeugen Sach zu erœffnen, iſt nicht in gemeinen Rechten von der Subſtantz, Bartol. & Bald. in l. probatum, wiewohl die Gloſs darwieder halt, daß hie appellirt wird.* art. XXXVII. §. 11. *und zum Beſchluß ſag ich, ſo einer in dieſem Cammer-Gericht zugelaſſen wird zu beweiſen, es ſey von* Richter, *gemeinen* Rechten, *oder auch aus des* Reichs- *Ordnung* Art. XXXVI. §. 7. *und wird ſolches nicht allein vom Gebrauch, ſondern auch von allen Geſetz gehalten de legat.* 3. 10. *ff. ſi ex aduerſo &* §. 8. *und iſt dieſer Termin ein weſentlicher Termin von den weltlichen Rechten d. l. probat.* Immo, per integram hanc Ordinationem quam ſæpiſſime prouocatur ad Leges, Gloſſam & Scriptores Iuris Romani, Ord. Criminalis tit. CXXII. *und ſoll nach vermoeg gemeiner Rechten geſtrafft werden.*

**** Patet hoc ex Iuramento Iudicis & Adſeſſorum in Comitiis Wormatienſibus præſcripto, apud DATTIVM lib IV. c. VII. p. 876. *Item die alle ſœllen zuvor unſer Ko. oder Kai. Mt. geloben und zu den hailigen ſwern, unſer Ko. oder Kai. Cammergericht getreulich und mit Vleiß ob zu ſein, und nach des* Reichs *gemeinen* Rechten *auch nach redlichen erbarn und friedlichen Ordnungen, Statuten, und Gewonhaiten, der Fürſtenthumb, Herrſchaften, und gericht, die fur ſich veracht werden, den hohen und den nidern, nach ſeinem beſten Verſtentnis gleich zu richten.* Idem tamen lib. V. cap. I. §. CXLV. adnotauit, vetera Exemplaria habere, *nach des Reichs und gemeinen* Rechten, vt non ſolum Receſſus Imperii, ſed etiam Leges Ciuiles intelligantur.

***** Ordin. Camer. Wormat. de a. 1521. tit. XXXII. §. 2. *ſo aber dieſelbige Güter oder Gerechtigkeit gedachten Entſetzer mit ihrem Eigenthumb nicht zugehœren, ſoll er deren VVerth dem Entſetzten, nach Ordnung gemeiner Recht, zu geben ſchuldig ſeyn.* Hoc autem l. 7. C. vnde vi, ſtatutum. In hoc Edicto Noribergenſi de a. 1521. ad idem Ius Ciuile ratione ſucceſſionis fratrum & ſororum liberorum prouocatur. In Peinlicher Halsgerichts-Ordnung art. CIV. *VVann iemand, unſern gemeinen beſchriebenen Rechten nach, durch eine Verhandlung das Leben verwirckt hat.* Et paullo poſt: *aber in Fællen, darum, oder derſelben gleichen unſer Kayſerlich Recht nicht ſetzen oder zulaſſen* art. CXVII. *wie davon in unſer Vorfahren und unſern Kayſerl. geſchrieben Rechten geſetzt,* art. CXVIII. *und ſoll der Thæter nach Satzung unſer Kayſerlichen Rechten darum geſtrafft werden.* Idem dicitur art. CXX. art. CXXXV. de autochiria. *Vnd in dieſem, und andern dergleichen Fællen, ſoll unſer Kayſerl. beſchrieben Recht gehalten werden.*

****** Ordin. Cameralis Auguſtana p. I. Tit. LVII. vbi iuramentum Præſidis atque Adſeſſorum Cameræ proponitur,, in quo: *und mit Fleiß ob zu ſeyn, und nach des* Reichs *gemeinen Rechten, Abſchied, und den ietzt bewilligten, und auff dieſem* Reichstag

Digitized by Google

*Reichstag auffgerichten Frieden, in Religion und andern Sachen, auch Handhabung des Friedens, und nach redlichen, ehrbarn, und landiſchen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürſtenthümern, Herrſchafften und Gericht, die vor ſie bracht werden, dem Hohen und Niedern, nach ſeiner beſten Verſtandnüß, gleich zu richten, und kein Sach ſich dagegen bewegen laſſen.* Vid. de hac materia plenius DATT de pace Ciuili *lib. V. c. I.*

******* AENEAS SYLVIVS equidem *Deſcr. Europæ c. XXIV.* de Magdeburgo vrbe ait: *Magiſtratus Vrbis Ius Ciuile Romanorum abbreuiatum & Saxonica lingua conſcriptum, non ſine reuerentia cuſtodit: quod Magni Caroli auctoritate firmatum tradunt: eoque in deciſione cauſarum circumuicinæ gentes recurrunt. Magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur.* Sic etiam CONRINGIVS cap. XXXII. p. 205. *Vlricus Huttenus ante hoc centum quadraginta annos adhuc ſcripſit: Saxoniam moribus antiquis viventem, Bartolum, Baldum ac Iuſtiniani Pandectas ignorare.* Conqueritur igitur PETRVS de ANDLO lib. I. c. X. *Leges Romanas noſtra Alemannia (proh dolor!) in ſua deſpicit inſipientia.*

******** Sic inter Chriſtianum II. Regem atque Holſatos a. 1522. conuenit: *vti lites omnes decidantur, in Holſatia, iuxta vetera Statuta, ex Saxonici iuris codice, Speculo Saxoniæ dicto: in ducatu Sleswicenſi, qui annexus regno Daniæ, iuxta leges Valdemari, eius nominis II. pro recepta conſuetudine*, apud IO. MEVRSIVM *Hiſt. Dan. lib. III. p. 82.* Idem confirmatur a Chriſtiano IV. Rege & Friderico Duce in Revidirter Landgericht-Ordnung p. II. tit. III. *Iedoch ſol die rechtliche erkentnüß nicht wie in Schleßwickiſchen Sachen auf das Lowbuch, ſondern weiln das Fürſtenthumb Holſtein kein beſchrieben Recht hatt, aus dem alten kundbahren Landesgebrauch, ſo der Vernunfft und Billigkeit nicht zu wieder, oder auch des heiligen Reichs-Ordnungen nicht entgegen, gegründet, in mangel aber einer ſolchen rechtmeſſigen Gewohnheit, ſol nach den Sachſenrechten, dergeſtalt, wie wir deßwegen dasienige ſo der Vernunfft und Billichkeit conform, auch unſern Fürſtenthumben am nützlichſten ſein wird, extrahiren und abfaſſen zu laſſen, im werck begriffen, geurtheilet: War aber derſelbe Fall darauff geſprochen werden ſol, darin nicht enthalten, ſo ſol als in caſu omiſſo die diſpoſition gemeiner beſchriebenen Rechten geſolget, und die urtheil drauff gegründet werden.*

********* Singularis eſt locus IO. SIMLERI, dum de Republica Heluetorum lib. II. *p. 139. ſeq.* ſic loquitur: *Diſceptantur autem cauſæ non ex Romano iure & reſponſis iureconſultorum, ſed ex æquo & bono, & legibus atque conſuetudinibus ſingulorum populorum. Scio hanc agendi rationem barbaram a multis iudicari: qui exiſtimant tantum iure ſcripto Romanorum vtendum eſſe, ſine quo in grauium & obſcurarum controuerſiarum explicatione, ſæpe homines etiam prudentes a vero & iuſto aberrent. Ego vero Romanas leges prudentiſſimis viris conſcriptas maximi facio, neque earum auctoritatem vel verbulo labefactatam velim; ſed controuerſiarum diſceptationi quæ hodie in vſu eſt, & iudiciis illis noſtri temporis in quibus ex Iure Ciuili Romano ius dicitur, noſtram agendi & diiudicandi rationem anteponendam duco; & id iudicio bonorum & non litigioſorum hominum me probaturum confido. Primum enim negari non poteſt, pleroſque cauſidicorum non tam iuſtitiæ & æquitatis, quam iuris ſtudioſos, qui ſingula verba & ſyllabas legum venerantur & ſuo arbitratu exponunt, captiunculas aliquas ſimplicibus ſtruere. Deinde cuncta fere ab his ad priuatum commodum referuntur; vnde non explicandis ſed inuoluendis & obſcurandis controuerſiis operam dant; ita fit, vt lites in multos annos extrahantur, & ſæpe etiam ad nepotes tranſmittantur, ſumma cum moleſtia vtriusque partis &*



Digitized by Google

*immenſo ſumtu, quo nonnunquam integra patrimonia exhauriuntur. Vnde non immerito quidam pragmaticos hos & cauſidicos ſanguiſugas & hirundines appellare ſolent, qui opes vulgi & ipſum etiam ſanguinem exugant. Quod ſi in noſtris iudiciis nonnunquam error aliquis committitur in cauſis implicatis & obſcuris, quæ tamen rarius occurrunt; nequaquam tamen tantum damni inde datur, quantum ex litium illa prorogatione accipitur. Neque tantum noſtra agendi ratione ſumptus minuuntur, & parcitur populo: ſed longe minor eſt litium & controuerſiarum numerus; dum ſententia cito lata controuerſia tollitur, & litigantes rurſus in gratiam redeunt: cum alibi contra videamus lites, quotidie nouas oriri, & vna nondum deciſa, plures ſuccreſcere.*

## §. XXXIX.

*Iuris Iuſtinianei vſus hodiernus.*

Exinde orta fuit controuerſia inter ICtos, Kulpiſium potiſſimum, atque Schilterum agitata, an Ius Iuſtinianeum introductum fuerit integrum, ita, vt quis legem adlegans, fundatam habeat intentionem, atque aduerſario adlegatam legem elidenti incumbat probare, legem iſtam contrario vſu fuiſſe abrogatam? * Quod ſi de prima receptione loquimur, facile crederem, Ius Ciuile Iuſtinianeum ſaltim in ſubſidium fuiſſe introductum, ſaluis cuiuslibet Prouinciæ atque loci Legibus, Statutis atque moribus, prout etiam ex Iuramento Perſonarum Cameralium adparet, ita, vt valere amplius non deberet, niſi in quantum receptum eſt. Quod ſi vero vſum forenſem conſideremus, omnino Schiltero adſentior, præter Ius patrium atque Veteres Leges Germanicas, receptum ſuperioribus ſeculis ſenſim fuiſſe Ius Romanum, non peculiari conſtitutione, ſed vſu atque conſuetudine fori, ita, vt fundatam intentionem habeat adlegans legem Romanam Iuris Iuſtinianei. Hinc, actori non incumbit probatio, legem hanc vel iſtam fuiſſe receptam, verum reo incumbit probare, illam legem propter contrarium ius patrium continuo vſu in iudicio retentum, non potuiſſe recipi, atque aliter moribus obſeruari. Cauſſam ſi indagemus recepti in tantum Iuris Iuſtinianei, hæc erit, quod ipſi Iurium Profeſſores in Academiis, Patriarum Legum atque Conſuetudinum plerumque ignari, atque ſolum Ius Ciuile edocti, in Collegiis & Scabinatibus ſecundum id ſaltim decernerent, Auditores ſuos informarent. Qui factum, vt dum ipſi Iudices, atque Aduocati aliter non edocti, Ciuilis Iuris auctoritas magis magisque eueheretur apud Germanos, niſi in quantum ipſi per Leges moresque contrarios fuit derogatum. In controuerſiis illuſtrium vero, potius antiquum Ius Germanicum, quam Ciuile Iuſtinianeum obtinere, infra indicabimus. **

* Adſer-

* Adſeruerat IO. SCHILTERVS *Exercitatione I. ad Pandectas* §. *XII.* Ius Romanum omnino per obſeruantiam fuiſſe receptum, dum ſic loquitur: *autoritas tamen iuris Iuſtinianei hodie poſt eius reuocationem, dubitationem hac in parte nonnullam mouere poteſt. Cum enim a temporibus Lotharii II. Imp. & Irnerii ICti, ius iſtud primum in cathedras, poſtea in fora etiam Italiæ, tandem etiam in Germaniam pluresque alias prouincias Europæ ſenſim receptum fuerit, vt egregie docuit H. Conring de O. I. G. nulla vero promulgatione in has oras a ſumma poteſtate introductum, conſequens eſſe videtur, vt nec Iuſtiniani promulgatio, ad nos nihil attinens, nos obliget, nec ius illud ſub authoritate neceſſaria, ſed probabili tantum, & velut perfectius artis iuris & omnes aliarum gentium leges interpretandi exemplar receptum valeat, neque niſi ab obſeruantia, vſuque approbantium authoritatem vimque obtineat. Quare nec poſſe legem hactenus non obſeruatam, allegari in iudicio pro actionis fundamento, nec in ſententiam ferendo attendi. Verum enim vero, quicquid ſit de huius iuris authoritate atque receptione, iſtud quidem inde non ſequitur. Etenim ex illa ipſa intentione admittentis Imperatoris & Statuum Germaniæ apparet; voluiſſe hos, vt ea omnia in Iure Iuſt. hodie obſeruentur, quæ pro diuerſitate formæ Reip. obſeruari commode poſſint, de qua ipſa intentione D. I. & interpretes, quibus hæc prouincia demandata erat, teſtes haud ſunt inidonei. magis ipſorum Impp. & Statuum ſuperioris ſeculi Ordinationes, Conſtitutiones & Edicta. Imprimis vero conatus quorundam Ordinum in Comitiis Moguntinis anno 1441. eo nitentium, vt totum ius Iuſtinianeum per vniuerſum Imperium abrogaretur, exceptis legibus iamtum receptis vſuque approbatis, & rei iudicatæ autoritatem habentibus. Conf. B. Strauch. auunculus noſter, Patris inſtar honorandus, in Irner. non err. c. 2, 7. H. Conring. de O. I. G. c. 33. Itaque vis tota atque anima quaſi iuris Romani apud nos, hodie conſiſtit in obſeruabilitate, vt ita loquar, ſeu in ipſa aptitudine legum ad obſeruand. quatenus ius illud* πέφυκε διατηρεῖσθαι *aptum natum eſt obſeruari in aliis quoque rebusp. extra Romanam, ſaluis tamen earum moribus ac ſtatutis contrariis, ſtatusque publici ratione. Quare lex ciuilis, cuius obſeruantia in actu ſecundo doceri nequit, neque item contraria, & quæ ſtatui publico non repugnat, actu primo recepta cenſetur, inque iudiciis obſeruari poteſt, atque debet hodie.* Idem tamen in nota ſubiecta §. XI ſic loquitur: *Plane vbi ius Romanum iuri Germanico repugnat, tunc præſumtio eſt pro I. Germ. & fundans ſeſe in I. Rom: probare debet receptionem huius ea in re, vt eleganter docet Hahn ad VVeſ. de cond. indeb. n. IV. fin. Ratio, quia ius Germ. prius & antiquius eſt in foro German. quam Rom. nec per receptionem iuris Rom. abrogatum eſſe probari poteſt.* Idem Exerc. XII. §. XI. *Quare regulæ inſtar habendum: quoties iuris Romani principium principiis iuris patrii repugnat, præſumi iure patrio Germanos vti, niſi iuris Romani diſpoſitio lege vel conſuetudine recepta probetur.* Adſentitur ipſi B. HERTIVS *de Conſult. Legibus & Iudiciis* §. *XV.* Antea idem adſeruerat ARTHVRVS DVCK de vſu & auctoritate Iuris R. lib. II. c. X. §. X. *hinc communiter receptum eſt ab omnibus Iurisconſultis Germanis, Ius Romanum habere adhuc vim Legis in omnibus Imperii Territoriis, ab omnibus Imperio ſubditis obſeruandum eſſe, eoque non ſolum Naturales, ſed & exteros in Imperio Domicilium habentes teneri, omniaque in Legibus Romanis conſtituta manere apud Germanos integra & incorrecta, quibus iura Gentis eius Municipalia non derogarunt: ideoque Germanos teneri ad numerum Teſtium in Teſtamentis condendis de Iure Romano requiſitum, & pactum negatiuum ne Mater Liberis ſuccedat in Germania valere, cum ſit Iuri Imperiali conſentaneum, conſuluit Carolus Molinæus. Et appellatio ab Interlocutoria ſententia non admittitur in Camera Imperiali ſe-*

cuta

*cuta Ius Ciuile, adquod etiam acceſſit Concilium Tridentinum, prohibens appellationes a grauamine, licet Ius Canonicum eas appellationes admiſerit, aliaque ſimilia paſſim traduntur.* Plenius hæc adſerere non dubitauit inſignis Altdorfenſium Iureconſultus, HENRICVS LINCK binis diſſertationibus a. 1679. & 1680. Altdorfi ventilatis, *de Iuris Iuſtiniani Receptione atque auctoritate in Germania*, quarum priori, communem refutat fabulam de receptione Iuris a Lothario Imp. facta, eandem potius tacito vſui tribuens Altera, Ius Iuſtinianeum priuatum in Germania vim habere decidendi, comprobat. Dnus GRIBNERVS etiam in diſſertatione ſua, *de praeiudicio Principum Imperii ex Abuſu Iuris Iuſtiniani VVitteberga* 1715. ſub initium ſtatim dicit: *Ius Romanum in Imperio noſtro & ſingulis eius prouinciis non ob auctoritatem condentis, ſed ex libera recipientium voluntate, omnem, quam conſecutum eſt, vim & vſum habet.* Contrarium tamen adſerere non dubitavit IO. GEORGIVS KVLPISIVS, qui ſub nomine CONRADI SINCERI, Ciuis Germani, *de Germanicarum Legum Vetrum, ac Romani Iuris in Republica noſtra origine, auctoritateque praeſenti* Diſſertationem ſcripſit Epiſtolicam, primum *Lipſia* 1682. 12. editam, poſtea ipſius Diſſertationihus coniunctim editis, inſertam. Hic autem poſtquam de Legibus Germaniæ antiquis ediſſeruiſſet *p.* 29. ſic loquitur: *quaecunque leges olim promulgata, ac vim ſuam habere iuſſa ſunt, ea adhuc valent, donec doceantur abrogata: ſit autem abrogatio non aliter, ac contraria lege aut conſuetudine, aſt nulla ſanctio abrogatoria hactenus potuit afferri, & conſuetudines hodiernas pleraſque ex iſtis legibus deſcendere, obſeruauimus, vt vel hinc eo maior fiat earum autoritas, quam inſecuta conſuetudo, optima legum interpres, conſeruat. Illud quidem lubenter fateor, aliquas ex legibus priſcis, ceſſantibus procul dubio earum rationibus, fuiſſe immutatas, ſicut exempla refert Conringius, ſed eo ipſo reliquarum validitati cauetur, quoniam vt noſtri dicunt, exceptio firmat regulam, & quod ſublatum non eſt, cur ſtare prohibeatur.* His autem Kulpiſius vtitur argumentis *p.* 30. dicit Leges Caroli M. a diuerſis Impp. fuiſſe confirmatas neque harum vſum poſtea abolitum, dum Carolus IV. in A. B. adhuc ad Ius Saxonicum, & Sueuicum prouocet. Deinde prouocat *p.* 36. ad auctoritates. Adlegat Prolegomena a Friderico Lindenbrogio Codici ſuo Legum antiquarum præmiſſa, vbi ſic loquitur: *Quare cum hactenus factum non ſit, viderint Romani iuris Anteceſſores dum ſola Principum conniuentia, Germanicarum legum rite confirmatarum vſus aliquantum ceſſat, an earum autoritas adeo ſit imminuta, vt plane nulla amplius putetur, cum lex non dicatur ſublata per non vſum, ſed per contrarium ei legi vſum, iuxta Balaum & Dd. in L. de quibus ff. de legib. Quemadmodum ergo legis recepta virtus frangitur, in deſuetudinem ſi forte per contrarium vſum abit: Sic etiam cuius contrarius vſus non oſtenditur, ea vtique perpetim manere putatur, & quandocunque caſus euenerit recte ea quis vti poſſit, etiam poſt mille annos, vt notat Domin. in c. vt animarum §. ſtatuto. de Conſtitut. lib. 6. Idcirco veriſſime concludo, leges haſce, quatenus id ratio ſuadeat, & tempora permittunt, non tantum apud Germanos in foro vtiliter proferri, ſed iuri quoque Romano, pro ſtatu Prouinciarum, recte praeferri poſſe.* Et LEHMANNVS lib. IV. c. XXI. *dieweil die Reichs-Stadt und dieſelben benachbarte Land und Leuth an Rheinſtrohm ſamptlich, von Anfang der Franckiſchen Kænig Regierung, nach derſelben Geſetzen und Rechten, von den Graffen und erwehlten Richtern aus den Bürgerſchafften in Stædten gericht und regieret werden, und nach Verænderung der Kænig und Keyſerlichen Hoheit, auff den Stamm der Sachſen item Bayern, Francken und Schwaben nichts deſtoweniger dieſelbe Kænig und Kayſer, die von denen Franckiſchen Kænigen eingefuhrte, und hernach vom Kay-*

*ſer*

Digitized by Google

*ſer Carolo M. vernewerte und verbeſſerte Recht und Geſatz der Teutſchen Vœlcker in ihren weſen beſtandig erhalten, und in keiner Hiſtorie zufinden, daß ein Kayſer oder Kœnig dieſelbe alte Geſatz und Recht der Teutſchen abgeſchafft, oder andere Rechte an dero Stadt anzunehmen gebotten, biß bey Auffrichtung des Kayſerlichen Kammer-Gerichts, der Kayſer, Fürſten und Stænde des Reichs nach den gemeinen beſchriebenen Rœmiſchen Rechten alle Bürgerliche Streit, und Recht-Sachen zu entſcheiden überkommen und verabeſchiedt. So iſt daher zu erachten, daß die Stædte viel weniger in den alten herbrachten Rechten, Geſatzen und Gewohnheiten, VVandel und Aenderungen wirden fürgenommen haben, daß es auch nicht geſchehen, oder auch nicht geſchehen kœnnen, noch ſollen, haben die Kayſer, nachdem ſie von ihren und des Reichs Officirern gefryet, gute Verſehung verfügt, indem, daß ein ieder Reichs-Perſon müſſen ſchwæren, der Stads-Recht, Fryheit und gute Gewohnheit nach ihren beſten VVeſen und Krafften zu beſchirmen. Daher die Franckiſchen Recht und Gewonheiten in ſteter beſtandiger Vbung in der Stadt Speyer vor Gerichte und Rath geſchwebet, wie aus alten Vrtheilen, da man dieſelbe zu Protocolliren angefangen, zu ſpühren, daß dieſelbe den Capitularibus und Geſatzen der Francken allerdings zuſtimmen, die alten Gewohnheiten gleicher Geſtalt von denſelben hergefloſſen, und theils noch auff dieſe Zeit in Vbung ſind.* Eadem mens eſt ERICI MAVRITII dum *de libris Iuris Communis* §. *XXII.* ſic loquitur: *Ius tamen Iuſtinianeum, in Imperio Romano non ita deinceps introductum credendum eſt, quaſi abrogatis cæteris, quæ antea obtinuerunt iuribus, ſolum illud ita ſucceſſerit, vt aliud nullum deinceps ſupereſſet; ſed ita receptum fuiſſe huius Iuris vſum exiſtimari debet, vt quoties Iura interpretanda, aut lege Prouinciali, vel conſuetudine nihil definitum extaret, ad Ius hoc, veluti æquiſſimum recurrerent Iudices.* Eiusdem ſententiæ ſunt G. M. PHILO *de neceſſ. ICti* §. *LVII.* & IO. LIMNÆVS *ad A. B. c. V.* §. *2. obſ. VIII. n. 2.* Pergit Kulpiſius *p.* 45. atque docet, Priores Imperatores ſubinde ex Iure Iuſtinianeo varias leges in ſuas Conſtitutiones adſumſiſſe, atque *p.* 46. reſtituto paullatim Lotharii temporibus eodem, vt nomen ſuum & auſpicium Legibus Romanis accommodauerint nouasque Codici Conſtitutiones inſeri curauerint, Iuris Iuſtinianei etiam auctoritate contra Pontificum attentata ſæpius fuerint vſi. Promotam huius Iuris auctoritatem fuiſſe *p.* 49. autumat, poſtquam in Italiæ Academias ad iura audienda contenderent Germani, vſque dum ad exemplum Italicarum tales in Germania inſtituerentur, in quibus iura docerentur, de quo *p.* 50. Ex hoc ſenſim factum *p.* 54. dicit, vt ius Romanum in Germania inualuerit, non vt lex, aut principium iuris, quo deciderentur lites, ſed vt medium agendi, ad quod proceſſus ordinarentur, quod per Ordinationem Cameralem Maximiliani I. *p.* 56. magis dicit fuiſſe confirmatum. Hinc *p.* 58. concludit, aut ſubſidiarium eſſe iuris Romani vſum, vt deficientibus legibus, conſuetudinibus Germanicis, ad eius oracula poſſit recurri, vix alio tamen effectu, quam vt æquitatis fontes indagentur, adlegans in ſuam ſententiam CHRISTOPHORVM BESOLDVM *diſſ. de præmiis, pœnis & legibus c. VII.* §. *3.* Taxat inde *p.* 66. illorum errorem, qui ex iuris ciuilis rationibus ſtatutorum æquitatem examinant. Pergit *p.* 74. atque dicit, quod a Friderico I. atque Henrico VII. Impp. ad Ius Ciuile fuerit prouocatum, pro Italis factum non pro Germanis. Nec ex inſertione quarundam Conſtitutionum Impp. Germanicorum in Codicem quidpiam concludi *p.* 82. putat, cum idem fuerit factum in Speculo Saxonico atque Sueuico, *p.* 86. reſpondet ad ea, quod in Receſſu Renſenſi & A. B. prouocetur ad ius Ciuile. *p.* 87. quod ſub iure communi ad quod Maximilianus I. Cameræ Adſeſſores adigat,



Digitized by Google

intelligantur Iura Germanica *p.* 93. Ius Commune hoc modo explicat, *Vt quoties in Receſſibus de iure agitur, ad cuius regulam ſententiæ pronuntiandæ ſunt, Voce der gemeinen Rechten, Vel der beſchriebenen Reichs-Rechten, tam ea quæ poſt Maximilianum in Comitiis Germanicis lata, quam quæ antea inualuerunt, leges & conſuetudines Germanicæ, intelligantur; quando Vero de medio ſententias iſtas conſequendi, ſiue de iure, ad quod Proceſſus ratio adornanda, ſermo ſit, præter Germanica iura præcipue Vetera, Romanorum quoque & Canonicum, imo Interpretum ſæpe opiniones, ea appellatione Venire poſſunt.* p. 96. docet, cur Maximilianus I. Iuſtinianum vocet *unſern Vorfahren am Reich. p.* 101. contra Schilterum diſputat *p.* 103. de tentata Iuris reformatione agit. Demum *p.* 106. ad finem vsque in cauſas inquirit, cur Ius Romanum magis magisque inualuerit, vbi primam in Pontificem Romanum reiicit, qui in Imp. caput euehere fuerit conatus, quibus auſibus Iure Cæſareo obuiam eatur. Alteram ponit, quod potior Iuris Germanici ratio in conſuetudinibus conſtiterit, quæ facile obliuioni poterant mandari. Addit infelicia & turbulenta Germaniæ tempora; demum nouitatis ſtudium. Concludit tandem, atque omnes monet, ne Corpus Iuris negligatur. Huius Diſſertationis recenſionem videmus in GEORGII BEYERI *Not. Autor. Iurid. p.* 83. qui de eadem *p.* 93. ſic iudicat: *atque Videtur mihi hæc breuis Epiſtola, centum Gloſſatorum Commentatorum & Opinioniſtarum Voluminibus æquiparanda, ſaluo tamen rectius ſentientium iudicio.* Reſpondit Kulpiſio Schilterus in *Actis Eruditorum a.* 1682. *p.* 366. Hac de re THOMASIVS *Delin. Hiſt. Iuris §. CLXX. CLXXI.* ſic ſentit: *etſi Vero communem hanc ſententiam peculiari diſſertatione impugnauerit Conradus Sincerus, tamen ſi accuratius momenta omnia inſpicias, nullum quidem eſt dubium, etſi forte non ſtatim initio, pedetentim tamen in Cameram Vna cum Doctoribus Iuris Romani, etiam legibus imperii Ius Romanum introductum fuiſſe, non tamen Vt ius ordinarium, ſed ſaltem Vt ſubſidiarium deficientibus nempe moribus communibus Germaniæ aut Statutis locorum particularibus. Neque tamen diffitendum, Legiſtas, cum ſemel obtinuiſſent receptionem iuris Romani in Cameram tanquam iuris ſubſidiarii, non contentos fuiſſe hac tolerantia, ſed etiam intendiſſe, Vt ius Romanum tanquam ius ordinarium reciperetur, & mores Germaniæ pedetentim ſupprimerentur.* Commendat eandem epiſtolam idem THOMASIVS *in Vindiciis corollarii de exiguo Pandectarum Vſu p.* 210. *& in notis ad Monzambano c. V. §. XIII.* eandem omnibus Iuris Studioſis ſedulo commendat. Kulpiſium æque ſequitur KESTNERVS *Tract. de Defectibus Iuris Communis probl. IV.* Aſt, contra eosdem diſputat IO. CASPAR HEYDELMANNVS, qui Sereniſſimo Duci Saxo-Gothano eſt a ſecretis, in ſua Diatribe Hiſtorico-Iuridica *de Receptione Iuris Romani, eiusdemque ac Legum Germaniæ Veterum, Vti & Saxonici ac Sueuici Speculorum in Foris, Vſu auctoritateque præſenti, Io. Georgii de Kulpis ac eius quorundam Sectatorum doctrinæ oppoſita, Gothæ* 1713. 8. In hac autem demonſtrare voluit auctor, receptum vtique eſſe Ius Romanum vniuerſum & publica Imperatorum ac Statuum auctoritate expreſſa, partim etiam tacita ita confirmatum, vt habeat legis vim atque auctoritatem, ſaluis Statutis ac moribus Germaniæ vſitatis, ita tamen, vt ante omnia inſpici debeant mores ac conſuetudines atque his nihil definientibus, Ius Ciuile. Idem confirmat B. STRYKIVS *Diſcurſu Præliminari Vſui moderno Pandectarum præmiſſo*, atque ſententiam ſuam in hanc ſummam complectitur §. XXVIII. *Ex quo porro ſequitur: Eatenus Ius Ciuile in cauſis decidendis Imperio obſeruandum, quatenus honeſta & rationabilis conſuetudo aut recentior Lex Imperii doceri nequit. His enim deficientibus, demum ſtatur Iuri Iuſtinianeo.*

Et §. XXXIII. *Conſtabit vero ex hactenus adductis; in foris Germaniæ fundatam pro ſe intentionem habeat, ſi ad cauſæ deciſionem allegauerit legem iuris Iuſtinianei. Sane non eſt erronea illorum opinio, qui adſtruunt: Eum, qui ſe fundat in Iure Communi, ad probationem obſeruantiæ non obligari: Nam ſiue Conſuetudinem illius loci particularem, ſiue Conſuetudinem Germaniæ vniuerſalem, ſiue tandem Ius Statutarium Iuri Ciuili obſtare dixeris, facile ſimul aduertes, omnia illa in facto conſiſtere, & ſic nec Conſuetudinem, nec Statutum allegenti fidem haberi, niſi iisdem probatis. Vt inde concludendum ſit; Conſuetudini Germaniæ probatæ magis ſtandum, quam Iuri Romano: Verum, Conſuetudine non probata, ſtatur Iuri Romano, tanquam Imperii communi. Et inde ſi Statuta dubia, nec ex ratione colligi euidenter poſſit, quorſum collimet intentio ſtatuentium, nec ſimilia Statuta in eadem prouincia adſint, vnde argumentum ſumi poſſit, tunc omnino verum, Statuta ex Iure communi interpretanda, & exinde vel reſtringenda vel amplianda, quod & de Iure Saxonico concedit* CARPZ. *p. 3. deciſ. 295. n. 21.* Ratione tamen materiæ de Iurisdictione Idem STRYKIVS *Vſu moderno lib. II. Tit. I.* adſerere non dubitauit: *atque vero modernas de Iurisdictione controuerſias ex ſolo Iure Romano componere velle, abſurdum æque eſt, quam ſi lanam ab aſino quærere velis, oleum enim & operam perdes.* Adſentitur BERGERVS *de vſu actionum pœnalium §. IX.* & vel plerique ICtorum. ARTHVRVS DVCK *de vſu & author. iuris Rom.* lib. II. c. II. *§. X. hinc communiter* ait, *receptum eſt, ab omnibus Iuris Conſultis Germanis, Ius Romanum habere adhuc vim Legis in omnibus Imperii Territoriis, ab Omnibus Imperii ſubditis obſeruandum eſſe, eoque non ſolum Naturales, ſed & Exteros in Imperio Domicilium habentes teneri, omniaque in Legibus Romanis conſtituta manere apud Germanos integra & incorrecta, quibus Iura Gentis eius Municipalia non derogarunt, ideoque Germanos teneri ad numerum Teſtium in Teſtamentis condendis, de Iure Romano, requiſitum & pactum negatiuum ne Mater Liberis ſuccedat in Germania valere, cum ſit Iuri Imperiali conſentaneum, conſuluit Carolus Molinæus. Et appellatio ab Interlocutoria Sententia non admittitur in Camera Imperiali ſecuta Ius Ciuile; ad quod etiam acceſſit Concilium Tridentinum, prohibens appellationes a grauamine, licet Ius Canonicum eas appellationes admiſerit, aliaque ſimilia paſſim traduntur.* Vid. etiam LVDOLPH de Iure Fœminar. illuſtr. *procemio.*

** In Hiſtoria Iuris Publici.

## § XL.

*Incrementa Iuris Iuſtinianei per ICtos.*

Maiora in dies Incrementa cœpit Ius Iuſtinianeum, dum erectis plurimis Germaniæ Academiis, Profeſſores Iuris, non niſi Ciuilia Iura profiterentur, quæ quaſi per traducem in fora & Academias magis introducebantur. Licet non deeſſent variæ vrbes, quæ, vt Receptioni iuris Iuſtinianei magis ſe opponerent, Senatoria Dignitate Iuris Doctores excludi vellent. * Nec minus promotum fuit Ius Cæſareum per Lutherum & Reformationis Auctores, qui, vt Canonicum Ius ſupprimerent, Iuſtinianeum magis magisque euehere fuerunt conati. ** Accedebat, quod plerique Principum Conſiliarii ex Iuris Doctoribus ſumerentur, *** Adſeſſores Cameræ ſecundum Ius Ciuile ſaltim pronuntiarent. **** Doctores Saxonici atque prouinciis in aliis Quæſtiones

nes Iuris æque ex Iuſtinianeo deciderent, ***** atque hoc ipſo Iuſtinianei iuris vſum magis promouerent.

* WINTHERVS *de priuilegiis Doctorum c. XVIII.* Idem dicit ITTERVS de Gradibus Academicis c. II. §. XVIII. *in Germania vero, præcipue ſuperioris, Vrbibus potiſſimis Senatoria etiam dignitate excluſos olim Romani Iuris Doctores, & a Iudiciis atque Conſiliis iisdem prorſus arcendis cogitatum fuiſſe.* Syntagma B. Parentis *Exerc. II. §. XXXV.*

** Adgnouit hoc æque THOMASIVS, dum *Delin. Hiſt. Iuris §. CLXXVII.* ſic loquitur: *Contra progreſſum Iuris Romani promouerunt, quod Lutherus ex ſua peculiari Status ratione in Canoniſtas & ius Canonicum ſæpe inuectus, ſæpe Iuriſconſultos Romanos commendauerit.* LVTHERVS Tom. I. Ienenſi ad Pſ. CI. f. 156. *das Kaiſerl. Recht, nach welchen das Rœm. Reich noch heutiges Tages regieret, und biß an den jüngſten Tag bleiben wird, iſt in nichts anders, denn heidniſche VVeisheit, welches die Rœmer, ehe denn Rom von Chriſten oder von Gott ſelber etwas gehœret hat, geſetzet und geordnet haben, und ich achte wohl, wenn jetzt alle Iuriſten in einen Kuchen gebacken, und alle VVeiſen in einen Tranck gebrauet würden, ſie ſolten nicht allein die Sachen und Handel ungefaſſet laſſen, ſondern auch nicht ſo wohl davon reden, noch dencken kœnnen. Dann ſolche Leute haben ſich in groſſen Handeln müſſen uben, und gar mancherley Sinn lernen kennen, ſind darzu mit hoher Vernunfft und Verſtand begabt geweſen. Summa, ſie haben gelebt, und werden nicht mehr leben, die ſolche VVeisheit in menſchlichen Regiment gehabt haben.* Vid KESTNER *de defect. Iuris Comm. Probl. V. §. VIII.* BÖHMER *Iure Eccleſ. lib. I. Tit. II. §. LX.*

*** Inſpiciantur modo ſubſcriptiones Receſſuum Imperii & Annales Prouinciarum Germaniæ hoc ſatis patebit, KESTNERVS *de defectibus Iuris probl. I. §. VIII.*

**** Pergit THOMASIVS c. l. *quod plerumque Electorum & Principum Conſiliarii Doctores iuris, adeoque omnia Collegia iuridica & Scabinatus Doctoribus iuris replerentur, quod aſſeſſores Camerales ſæpius pronunciarent contra iura Germanica, & quod iidem editis obſeruationibus Cameralibus nihil fere quam ius Romanum & Canonicum ac vtriusque iuris Gloſſatores allegarent.* Adlegat hanc in rem IO. GVALTHERI *Chronicon Chronicorum Politicum Tom. II. p. 441. ſqq.* Idemque demonſtrat exemplo Mynſingeri atque Gailii, quia non niſi Ius Ciuile, ac Canonicum adlegent. Prouocat etiam ad IO. DECKHERRI *diſſert. de cultu iuris Cameralis c. VIII. p. 41.*

***** Pergit iterum THOMASIVS: *quod Doctores iuris in Saxonia inciperent in Speculum Saxonicum commentarios ſcribere, in commentariis vero ſecundum ineptum morem Gloſſatoris antiqui, nil niſi ius peregrinum oſtentare, quod Melchiner Speculum Sueuicum mox fuerit ſuppreſſum, quod Doctores in Saxonia, vt Heigius, Colerus, Schulzius, Hartmannus & Modeſtini Piſtores aliique editis quæſtionibus practicis primaria dicta allegatione iuris Romani corroborarent, ius patrium ſparſim & ſaltem obiter adducerent, quod in Commentariis ad Inſtitutiones aut peculiaribus libellis, vt a Schneidewino & Olaendorpio factum, vſus iuris Iuſtinianei practicus ad minimum in charta oſtenderetur: quod Doctores iuris, vt ex conſultationibus conſtitutionum Saxonicarum videre licet intercederent, ſententias ſuas contra ſententias Scabinorum multis rationibus defenderere, atque definitiones Principum ſibi fauentes elicere, quod ſub Auguſto Electore conſtitutionibus in multis, etſi non in omnibus approbationem obtinerent, quod in Scabinatus iterum reſtituerentur, ac Scabinatus tandem omnes Doctoribus iuris replerentur; quod*

Digitized by Google

*quod etſi manſerit fere perpetuum diſſidium inter Scabinatus ac Facultates iuridicas, tamen diſſenſus ſaltem reſpiceret diuerſas opiniones explicandi ius Romanum, & Ius Germanicum hodie æque a Scabinis ac iuris Doctoribus ignoretur; quod denique intra ſeculum a Doctoribus iuris fere plerisque imperii ſtatibus fuerit ſuppeditatum, vt conſtitutiones prouinciales, ordinationes politicas, aut proceſſum iuris reſpicientes renouarent, ac in illis renouationibus multas poſitiones Iuris Ciuilis Romani infererent ac clauſulam adiicerent, vt in dubio non amplius ſecundum Ius Saxonicum, (nam Sueuicum ne titulotenus quidem fuit cognitum) ſed ſecundum ius Cæſareum debeat pronunciari.*

## § XLI.

*Variæ Leges Iuris Iuſtinianei nunquam receptæ.*

In tantum licet euecta fuerit Iuris Iuſtinianei auctoritas, vt ICti ſæpius de Legibus abrogatis diſputent, quorum tamen fides cum non in omnibus locum habeat, * adſerere non dubitamus, Leges permultas, quæ ad ſtatum Reipublicæ noſtræ accommodari nequiuerunt, nunquam fuiſſe receptas, ** Codicis etiam atque Nouellarum potiorem ſupereſſe ac Pandectarum vſum, cui in multis fuit derogatum, *** Ciuilia Iura, maxime ea, quæ Politiam Germaniæ concernunt, per Receſſus Imperii fuerunt definita, præcipue vero per Receſſum Imperii vltimum de a. 1654. ****

* Non defuerunt, qui vſum Legum Romanarum in foro demonſtrare fuerint conati, & quid Legibus vel abrogatum fuerit, vel conſuetudine introductum explicare. Egit illud præ ceteris SIMON a GROENWEGEN *de Legibus abrogatis & inuſitatis in Hollandia, Nouiomagi* 1677. 4. quem ad Germaniæ quoque fora cogunt, licet ad Belgii ſaltem ſtatum fuerit accommodatus. Idem pleniore adhuc apparatu egit SIMON a LEVWEN in *Cenſura Forenſi*, quæ altera parte auctior prodiit *Amſtelodami* 1678. & CYPRIANVS REGNERVS ab OOSTERGA *in cenſura Belgica, Traiecti* 1669. 4. edita. *Cenſuram Gallicam in Ius Ciuile Romanorum* ſcripſit BERNARDVS AVTVMNVS, *Pariſiis* 1616. 8. Melior vero atque rarus eſt Tractatus PHILIBERTI BVGNYONII *de Legibus abrogatis & inuſitatis in regno Franciæ*, cum additamento Liberti Franciſci Chriſtiani, *Bruxellis* 1671. 4. quibus etiam Belgii, aliorumque regnorum leges abrogatæ vel vſu receptæ declarantur. Ad Fora Germaniæ vero facit lo. SCHILTERVS *in Praxi Iuris Romani in foro Germanico*, qui non ex iure ſolum antiquo Romano Iuſtinianeum Ius illuſtrauit, verum etiam & Iuris Naturæ & Gentium, ciuilisque prudentiæ regulis, & quod potiſſimum eſt, ius Romanum cum iure Germanico antiquo & hodierno confert, leges inſigniores illuſtrat, vſumque in foro hodiernum docet. Addimus B. STRYKII *Vſum modernum Pandectarum*, qui, quid in foro hodie obtineat, egregie demonſtrauit, qui etiam in diſcurſu præliminari tit. XIII. adſeruit, non nimium fidendum eſſe auctoribus, qui audacter admodum illam legem eſſe abrogatam, vel non obſeruari, in ſcriptis ſuis adſerunt.

** De hoc plenius egit THOMASIVS *de Vſu Iuris Iuſtinianei §. XLVI.*

*** Plurimum adhuc diſputatur, quemnam vſum in Foris Germaniæ adhuc habeant Pandectæ. Præprimis illuſtris THOMASIVS a. 1691. ſingulari Programmate adſeruerat, euidentibus demonſtrationibus doceri poſſe, vix vigeſimam partem Pande-

 ctarum

ctarum ad Praxin Fori Germanici poſſe accommodari. Poſtea Diſſertationi de Conſtantia, Corollarium I. adiecit: *Iuris Iuſtinianei eſt quidem aliquis, at valde exiguus vſus in Foro Germaniæ, in tantum, vt vix decima pars Pandectarum ſit in viridi obſeruantia.* Contra hoc Corollarium cum Wittebergenſes publico programmate in feſto Angelorum agerent, Thomaſius *vindicias ſolidas ſed modeſtas* oppoſuit, quæ Tractatui ipſius *de Næuis Iurisprudentiæ* fuerunt ſubiectæ, in quibus demonſtrauit, ſupereſſe adhuc Germaniæ conſuetudinibus ſuum vſum, ſuamque in iudiciis auctoritatem. Et quidem permultis exemplis ex Strykii vſu moderno adductis declarat, vſum pandectarum ob mores Germaniæ contrarios eſſe exiguum. Facit huc etiam Eiusdem Programma *de cauſis inutilium doctrinarum in ſtudio Iuris prudentiæ.* Hanc vero ſententiam ſuam in *delin. Hiſt. Iuris §. CLXXXVIII.* tali modo declarat: *Ex dictis vero patet, quod ex aduerſo, ſi definitiones, axiomata moralia & politica, regulæ interpretationum, deciſiones caſuum ſpecialium, rationes Legum in deciſionibus quæſtionum iuris Germanici allegentur, vel id parum apte fiat, vel argumentum non ideo robur habeat, quia dixit Iuſtinianus, ſed quia cum ratione conuenit, adeoque ſaltem non poſſint illa argumenta præbere ſpecimen vſus moderni Legum Romanarum. §. CLXXXIX. Quæſtio eſt de legibus Romanis, i. e. Iure poſitiuo Romanorum, non de præceptis Iuris Naturæ & Gentium, repetitis in Corpore Iuris, aut de dictaminibus ex natura rei deſumtis, v. g. quid emtor & venditor ex natura emtionis præſtare ſibi debeant &c. Vbi enim talia vbique & perpetuo ita fuerunt & ſunt, vbi Ius Romanum vel non eſt cognitum, vel quando nondum fuit, ita ſi in iis Ius Romanum aberret, iure ab eo diſſentire licet, vt quando vſucapio dicitur impium præſidium Nou. 9. quando venatio, occupatio bellica, alluuio &c. dicuntur in Republica eſſe modi acquirendi iuris naturalis §. 12. 17. 20. de R. D. quando Iuſtinianus in ſpecificatione ineptam diſtinctionem adhibet §. 25. eod.* Hanc vero Theſin ſuam THOMASIVS plenius declarauit in erudita diſſertatione de *Rite formando Statu Controuerſiæ: An Legum Iuris Iuſtinianei ſit frequens, an exiguus vſus practicus in foris Germaniæ Halæ* 1715. 4. Conqueritur de eo FRANC. HOTTOMANNVS *Anti-Tribon. c. XV. p.* 180. dum ait: *Interim ex his iudicare licet, quænam ſit hominum noſtrorum felicitas, qui meliorem ætatis partem in ſtudio horum librorum conſumunt, quorum maxima pars aut abrogata, & extra vſum eſt, aut perturbationis & confuſionis plena, aut contrarietatibus & antinomiis referta, aut vitiis & erratis infecta, aut per correctiones & mutationes, quæ vt plurimum fiunt, in dubium & controuerſiam vocata. Præterea vt ex animi ſententia & vere loquamur, vident omnes neque artis excellentia, neque voluptate quæ ex ea percipiatur, tot homines ad hæc ſtudia excitari (quod in reliquis artibus liberalibus euenire cernimus) ſed ſola ſpe commodi & quæſtus, quemadmodum Veſpaſianus dicebat: Odorem lucri ex qualibet re bonum eſſe. Annon autem mira res eſt, quod in numero tam infinito, tanta ingeniorum præſtantia, & tanta in labore pertinacia, tam paucos videmus homines in hoc ſtudio excellentes. Nam in tot Vniuerſitatibus Galliæ, Italiæ, Germaniæ, Angliæ, Hiſpaniæ, Scotiæ, aliarumque regionum quam parum Doctores numerare licet, qui fama & exiſtimatione reliquos exſuperent.* Adſentitur KESTNERVS *de defectibus Iuris probl. I. §. IX.* dum ait: *quæ ſummus ICtus Hottomannus in Anti-Triboniano pro Iurisprudentia Gallica adornanda contra Ius Romanum ſcribit, hæc omnia ſane Germaniæ noſtræ applicari poſſunt. Si definitiones, quæ non ſunt leges, ſi principia, & axiomata Ethica & Politica in Iure Romano, repetita, ex regulis communibus fluentia, quorum explica-*

Digitized by Google

*plicatio, ampliatio, limitatio cuius licita eſt, ſi caſus ſpcialiſſimos, ſi rationes legum, quæ pro legibus non habendæ, ſi præcepta Iuris Naturæ & Gentium, & quæ ex ipſa Iuris Naturalis ratione ſponte fluunt, ex Iure Romano demas, certe exigua portio illius Iuris Romani quod id viridi obſeruantia eſſe dicitur, remanebit.* Idem demonſtravit FRIDERICVS GREGORIVS LAVTENSACK in *ſpecimine Iurisprudentiæ Otioſæ in Capitibus de Iurisdictione & Pactis, Erfurti* 1707. 4. in cuius ſectione prima, Hiſtoria Iuris Iuſtinianei in Germania inuecti, more communi proponitur, atque demum variis otioſis hodie eſſe refertum dicit, id quod materia de iurisdictione & pactis plenius demonſtrat.

**** Patet hoc ex *§. XXXIV.* vsque ad *§. CLXXV.* in quibus ciuilia ſaltim ordinantur, quæ quidem plurimam partem Proceſſum Cameralem concernunt *§. CLXX. §. CLXX.* tamen & ſequentibus etiam quid circa credita atque vſuras iuris ſit, decernunt.

## §. XLII.

*Iura Prouincialia, Iuri Ciuili derogant.*

Plurimum vero adhuc derogatur Iuri Ciuili per Iura Provincialia atque Vrbium Statuta. Retinuerunt enim diuerſæ Provinciæ Iura ſua antiqua, atque inter has Saxonia vtitur Iure ſuo Saxonico antiquo. Et licet ex Iure Iuſtinianeo multa etiam in Saxoniam noſtram fuerint introducta, prout in Teſtamentis videmus atque Tutela teſtamentaria, quæ Ius Saxonicum ignorabat, hoc tamen certum, vbi Iure Saxonico quidpiam ſtatutum, quod Iuri Civili eſt contrarium, non hoc, ſed illud attenditur.* Hoc autem per poſteriores Principum Conſtitutiones, quales in Terris Electoralibus ſunt Conſtitutiones Electorales Saxonicæ,** atque Deciſiones Nouiſſimæ, ſæpius fuit reformatum. Tale eſt Ius Bauaricum.*** Nec Germaniæ facile prouincia eſt, quæ non peculiari Iure vtatur vel ſcripto,**** vel moribus. Immo non deſunt Vrbium Statuta, atque inter hæc Ius Lubecenſe,***** in diuerſis Pomeraniæ atque Holſatiæ vrbibus receptum, vt etiam hæc Iura ſint Germaniæ primaria atque his nihil definientibus, Ius demum Iuſtinianeum in ſubſidium vocetur. Immo nec per Leges Imperii vniuerſales, vbi de Iure Ciuili ſtatuunt, Legibus Prouincialibus poterit derogari. Patet hoc ex Edicto Noribergenſi de a. 1521. in quo repræſentandi Ius in linea collaterali ſecundum Ius Cæſareum definitur, abrogatis omnibus Legibus atque Conſuetudinibus contrariis, cum tamen contrarium adhuc apud Saxones ex Iure Saxonico obſeruetur. ****** Quid quod poteſtas Statuum legislatoria in eo conſiſtit, vt per Leges Prouinciales Iuri Communi non ſolum, ſed etiam Imperii Recesſibus, in Ciuilibus negotiis

gotiis derogare poſſint. ****** Dum igitur ipſæ Ordinationes Camerales ******** atque Iudicii Aulici † ad Leges moresque Prouinciales Germaniæ Adſeſſores adigant, Status Iurisprudentiæ Germanicæ hodiernæ in eo potiſſimum eſt ſtatuendus, vt in caſu obueniente, primum inſpiciantur Statuta & mores cuiuslibet vrbis, atque his nihil decernentibus, Statuta & Leges Prouinciales. His deficientibus, recurritur ad Leges Ciuiles. †† Hæ autem cum dubiæ præſertim ſint, atque ad Germaniæ Statum parum commode adplicentur, auctoritas Prudentum & Præiudicia Collegiorum Iuridicorum maxime obtinent. Adſerere tamen haut dubitamus, hoc vitio ſuo minime laborare, cum inter tot differentes ICtorum atque Collegiorum Iuridicorum ſententias, ſi quis obtineat quod iuſtum ſit, ſæpe fortunæ potius loco ſit habendum. †††

* Hoc enim commune eſt adſertum ICtorum Saxonicorum. Sic etiam PETRVS MÜLLERVS *notis ad Struuium Ex. II. §. XLI. p. 87. Huius Iuris (Saxonici) in iis prouinciis vbi viget, duo ſunt fulcra, vſus & obſeruantia, adeo, vt quod Iure Saxonico non expreſſe conſtitutum, nec vſu receptum ſit, id ſub iuris communis diſpoſitione recte relinquatur.* CARPZOV. *p.* 2. *c.* 16. *def.* 15. *n.* 8. & *p.* 3. C. *II. d.* 13. RICHTER *in expoſit. authenticar. p. I. pag.* 673. *n.* 19. & *tr. de iur.* & *priuil. Cred. c. II. membr.* 2. *neque litteris conſignatum attendatur, niſi quatenus in Curiis obſeruatur, & quatenus conſuetudine & obſeruantia eſt receptum,* HARTM. PISTOR. *libr.* I. *qu.* 16. *n.* 11. *lib.* 2. *q.* 25. *n.* 35. COLER *proceſſ. executiu. p.* 1. *c.* 2. *n.* 20. ALEMANN. *in palæſtr. conſult.* 2. & 6. Nec igitur plane adſentior IO. SCHILTERO, dum Exerc. I. §. XIII. ſic loquitur: *de cetero condictio ex moribus, cum hactenus tantum ſit ius conſuetudinarium, idque tale, cui ob vetuſtatem ſuam contraria obſeruantia legibusque multum ſit derogatum, cuiusque adeo obſeruantia merito eſt probanda.* Dum enim Ius Ciuile poſt Ius Saxonicum obſeruantia æque ſit introductum, huius potius receptionem, vbi Iuri Saxonico contrariatur, demonſtrandam eſſe putarem. In hoc vero Schiltero facile adſentior, dum Exerc. XXXII. §. XXXI. dicit: *denique non id ſolum eſſe iuris Saxonici putandum eſt, quod in Speculo Saxonico collectum eſt, ſed quidquid moribus per Saxonum fora approbatum & receptum cernitur.*

** De his tam dictum fuit in Bibliotheca Iuris *cap. V. §. V.* Originem ſuam hæ Conſtitutiones Electorales debent Auguſto Electori, qui ICtis in Academia Wittebergenſi atque Lipſienſi præcipuis, Io. Schneidewino inprimis, Matthæo Weſenbecio & Iacobo Thomingio mandauit, vt præcipuas iuris Saxonici quæſtiones examinarent. Exinde ortæ ſunt Conſultationes Conſtitutionum Saxonicarum, quarum Tomi II. priores *Moguntiæ* prodierunt 1600. *f.* Tertius *Francofurti* 1608. *f.* Ex his formatæ fuerunt Auguſti Electoris Conſtitutiones. Quibus Succeſſores alias Deciſiones atque Ordinationes adiecerunt, quæ coniunctim editæ, ſub Titulo *Corporis Iuris Saxonici, Dreſdæ* 1675. *f.* quod tamen per Deciſiones nouiſſimas, quibus caſus antea dubii deciduntur, plurimum fuit adauctum. Nunc in eodem plenius, ſub titulo *Codicis Auguſtei*, adornando occupatus eſt, IO. CHRISTIANVS LÜNIGIVS. *Vid.* CHRISTOPH. SCHREITER *de Orig. Iuris Saxonici poſ. XXX.*

*** Se-

Digitized by Google

*** Separatim prodiit *Bayeriſches Landrecht*, quod iuſſu Maximiliani I. auctum atque *Monachii* a. 1616. fuit publicatum, in quo tamen vetus Ius Boiorum cum iure Romano fuit confuſum. Eius Epitomem exhibuit SEBASTIANVS KHRAYSERVS *Ingolſtadii* 1650. 8. & *Auguſtæ Vindelicorum* 1670. 8. Eiusdem ſunt *Inſtitutiones Iuris Romano-Bauarici Electoralis*, *Auguſtæ Vindelicorum* 1644. 8. in quibus potiſſimum demonſtrat, qua ratione Ius Bauaricum & Ciuile inter ſe conueniant, vel ab inuicem diſcrepent. Eiusdem eſt *Proceſſus ſummarius Romano-Bauaricus Auguſtæ Vindelicorum* 1646. 8. & *Proceſſus Edictalis Romano-Bauaricus*, *Auguſtæ* 1646. 8.

**** Iura quidem Auſtriaca in *Codice Auſtriaco*, *qui Viennæ* 1704. *f.* prodiit, Ordine Alphabetico per Locos Communes digeruntur. Talis etiam eſt *Churfürſtlich Pfaltziſche Landes-Ordnung*, *Heidelbergæ* 1582. *f. Landes-Freyheit des Fürſtenthumbs Neuburg*, *wie ſolche deſſelben Stænden anno* 1554. *gegeben*, *und hernach anno* 1562. *und* 1607. *erleutert*, *erklært*, *vermehrt und verbeſſert worden* 1609. *f. Churfurſtlicher Pfaltz. Fürſtenthums in Ober-Beyern Landes-Ordnung*, *Amberg* 1599. *f.* In noſtris oris & terris quidem Lineæ Vinarienſis, obtinet *Policey-und Landes-Ordnung Hertzog Fridrich VVilhelms und Hertzog Iohanſen*, *Iena* 1589. 4. In terris Lineæ Gothanæ valent *Hertzog Ernſt zu Sachſen Land-und Gerichts-Ordnung*, *Gothæ* 1653. & 1667. 4. Facit ad hæc iura cognoſcenda eademque conferenda HENRICI GISEBERTI *Iuſtinianus Harmonicus*, *Lubecæ* 1652. 4. qui ad ſingulos Inſtitutionum paragraphos, quid in Legibus Prouincialibus circa eam rem obtineat, adnotauit. *Sunt tamen*, inquit MOLLERVS *in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ p. III. p.* 637. *qui iudicium vaſtis iſtis operibus paulo exquiſitius*, *ac maiorem in ſtatutorum ſingulorum rationibus atque momentis expendendis*, & *cauſis diſcrepantiæ curioſius perueſtigandis ſollicitudinem* & *accurationem non immerito deſiderant. Addam iudicium hanc in rem Morboſianum*, *iſtoque*, *velut Gemmula quadam pretioſa*, *totam Iſagogen obſignabo*: *Statutorum omnium Harmoniam conficere*, *operoſa quidem res eſt*, *ſed tamen vtilis.* - - - *Velim illam rem a quopiam Nomothetices perito tractari*, *atque ex eius principiis doctrinam illam Statutorum proponi. Nam Gieſeberti opera tantum tumultuaria eſt*, *neque multum rem iſtam ornat. Quorſum enim facit loca parallela tam ſollicite notaſſe. Vtilius eſſet*, *ſi diſcrepantiæ maiori cum cura notarentur. Gieſebertus quidem maiora animo mouit*, *ſed hic ipſi ſubſiſtendum fuit.* Facit huc IOANNIS IACOBI von und zu WEINGARTEN *Faſciculus diuerſorum Iurium*, *Noribergæ* 1690. *f.* editum, qui potisſimum docuit, quid in foris Saxonicis, Sileſiacis, Auſtriacis, Bohemicis, Luſaticis, obtineat. Varias etiam Conſtitutiones atque Ordinationes Prouinciales inſeruit. Add. *Corpus Iuris Prouincialis Luſatiæ Superioris Budiſſæ* 1715. 4.

***** De hoc ſupra dictum fuit *c. XXVII.*

****** Extat hoc Edictum in Corpore Receſſuum *p.* 178. in quo: *Aller und ieder Gevvonheit*, *ſo an einigen Orten darvvieder ſeyn*, *oder verſtanden werden mæchten*, *verhindert. VVelche Gevvonheiten als dem Rechten*, *und dieſer Ordnung zuvvieder und ungemaß*, *vvir obbedachten Beſchluß nach*, *und aus Vollkommenheit unſer Kayſerlichen Macht und rechten VViſſen*, *hiemit abthun*, *derogiren und vernichten. Vnd gebieten darauff euch allen und ieglichen*, *ſamt und beſonder*, *von obgemeldter unſer Macht*, *hiemit ernſtlich*, *und vvollen*, *daß ihr abgeſchriebene Ordnung und Satzung in beyden gedachten Fællen getreulich haltet*, *euch darnach richtet*, *und dem nachkommet*, *und euch einige Gevvonheit noch anders*, *ſo darvvieder ſeyn mæchte*, *nicht verhindern laſſet.* Idem repetitur R. I. Spirenſi de a. 1529. §. 31.

******* Patet hoc ex vſuris, quæ per Receſſum Imperii nouiſſimum de a. 1654. §. CLXXIV. vigeſimæ ſaltim fuerunt decretæ, cum tamen per Leges Prouinciales maiores concedantur. Immo hæc Facultas Statibus relinquitur in Receſſu Imperii nouiſſimo §. *CLXXI.* vbi de obæratis Creditoribus ſtatuitur, ita quoque decernitur: *Zum zweyten. Demienigen ebenmæſſig nachgelebet werden ſolle, was Churfurſten und Stand in ihren Territoriis nach deren ihnen am beſten bekandten Zuſtand und erlittenen Kriegs-Schæden, wie es in Credit-Sachen unter ihren Vnterthanen und Bürgern zu halten allbereit verordnet, und nach Anleitung folgender Regulen weiter verordnen mæchten.* Quare LVDOLPHVS HVGO *de Statu Regionum Germaniæ cap. III. §. XX.* ait: *cum enim Iure Romano multa comprehendantur, antiquo illius Imperii ſtatui & moribus accommodata, quæ noſtris hodie rationibus non conueniunt: nec tamen, quæ eius generis ſint, generali aliqua Imperii Lege definitum ſit, vel etiam facile definiri poſſit, conſequens eſt, vt ſingulis Ordinibus quæ ſuis ditionibus minus commoda indicant, corrigere liceat, Iuris Canonici, quatenus apud nos in cauſis ciuilibus ſeruatur, eadem ratio eſt. Atque de hoc iure communi præcipue intelligendum, quod communiter aſſerunt, per contraria Statuta ei derogari poſſe.* Vberius hanc materiam perſecutus fuit CHRIST. THOMASIVS *in diſſertatione ſua de Statuum Imperii poteſtate Legislatoria contra Ius Commune Halæ* 1703. 4. Videri etiam poteſt Synt. I. P. *diſſ. XXVI. §. XLIV.* Male igitur ARTHVRVS DVK *de vſu & author. Iuris lib. II. c. II.* dicit. *Tanta eſt Iuris Ciuilis Romanorum in Germania auctoritas, vt licet in omnibus aliis regnis dominiisque conceſſa fuerit iure Romano poteſtas condendi Statuta Iuri ciuili derogantia, vt omnes Romani Iuris interpretes aſſerunt: Principes tamen & Ciuitates Germaniæ non poſſunt ſtatuere contra probitionem Iuris Cæſarei: eaque de cauſſa non poſſunt ſtatuere, vt bona naufragorum cadant in commiſſum.* Quem ideo notauit CONRINGIVS *cap. XXXIII.*

******** Patet hoc ex Iuramento Cameralium, quod ipſis in Comitiis Wormatienſibus a. 1495. præſcripſit Maximilianus I. apud DATTIVM lib. V. c. VII. p. 876. in quo: *Item die alle ſollen zuvor unſer Ko. oder Kai. Mt. geloben und zu den hailigen ſwern, unſer Ko. oder Kai. Cammer-Gericht getrewlich und mit Vleis ob zu ſein, und nach des Reichs gemainen Rechten, auch nach redlichen erbarn und leidlichen Ordnungen, Statuten und Gewonhaiten, der Fürſtenthumb, Herrſchafften, und Gericht, die für ſy pracht werden, dem hohen und dem niedern, nach ſeinem beſten Verſtentniß gleich zu richten.* Idem Iuramentum reperitur in Ordinatione Camerali de a. 1555. *P. I. Tit. LVII.* In eadem *Tit. XIII. §. I. Die Beyſitzer des Cammergerichts ſollen in keine Sach, ſie ſey ſo gering, als ſie immer wolle, allein auf ihr Gutbedüncken oder eines ieden erwogene Billigkeit, oder eigen fürgenommen und nicht denen Rechten gemäß informirten Gewiſſen, ſondern auff des Reichs gemeine Recht, Abſchied, und dem iezt bewilligten, und auff dieſen Reichs-Tag auffgerichten Frieden, in Religion, und andern Sachen, auch Handhabung des Friedens, und ehrbare, ländiſche Ordnungen, Statuten, und redliche ehrbare Gewonheiten, der Fürſtenthumen, Herrſchafften und Gericht, (die für ſie gebracht werden,) wie ſolches von Alters iedem Cammer-Richter und Beyſitzer aufferlegt und gehalten worden iſt, nach vermæg und Auſweiſung ihres Eyds, wie er hie unten geſetzt, Vrtheil faſſen und ausſprechen.* Carolus V. etiam Imp. in Receſſu Auguſtano de a. 1548. §. XXIII. promiſit: *So wollen wir ſolch unſer Cammer-Gericht anfænglich mit einem geſchickten, anſehnlichen erfahrnen Cammer-Richter, aus Teutſcher Nation gebohren der uns und dem Gericht ehrlich und furſtændig, auch dieſer*



Digitized by Google

*Nation læblichen Gebrauchs, und guter Gewonheit erfahren ſey, ſærderlich vorſehen.* Et §. XXIV. *Folgends aber auf gemeiner Stænd obgemeldte unterthænigſte Heimſtellung wollen Wir berührt unſer Cammer-Gericht, im Nahmen und von Wegen, auch aus unterthænigſten Zulaſſen der Churfürſten, Fürſten und gemeiner Stænd, mit geſchickten, gelæhrten, tüglichen, verſtændigen, qualificirten Beyſitzern aus Teutſcher Nation gebohren, und derſelben Gebrauch und guter Gewonheiten erfahren &c.* In Ordinatione Maximiliani I. de Notariis de a. 1512. §. 4. *Darumb ſo gebieten und ordnen Wir, dieſelbe Form fürhin in acht zu haben, nichts deſto minder vorbehalten, Was ſonſt von eines ieden Orts Gewohnheit zu halten Wære.* In Ordinatione Criminali ſub finem proœmii: *Doch Wollen Wir durch obgemeldte Ordnung Churfurſten, Furſten und Stænden an ihren alten Wohlhergebrachten rechtmaßigen und billichen Gebræuchen nichts benommen haben.* Idem dicitur Receſſu Imperii nouiſſimo §. CV. *Benebens ſollen Cammer-Richter, Præſidenten und Beyſitzer bey Adminiſtration der heylſamen Iuſtitz ſo Wol die Statuten und Gewohnheiten, als die Reichs-Abſchied und gemeine Rechte vor Augen haben und beobachten.* Sic in Comitiis de a. 1641. ſecundum PFEFFINGERVM Vitriario illuſtrato *lib. III. tit. XVII. §. V.* l. a. deliberatum fuit, atque concluſum: *Man ſolle zWar ſuchen, dahin zu bringen, wie eine Gleichheit in Camera & inferioribus Principum Statuumque Tribunalibus, einzurichten, wo aber Churfürſten und Stænde ein und andern falls halben, geWiſſe ausgedrückte Rechte, Landes-Ordnungen, Particular-Statuten und læbliche herkommene Gewohnheiten, oder auch in ſimilibus rerum iudicatarum & praeiudicatarum obſeruationes hætten, ſie dabey zu laſſen wæren, auch denenſelben hierinn, durch die Erledigung angezogener dubiorum Iuris in Camera, einige Eintræchtigung nicht geſchehen ſolle.* In Receſſu Imperii Nouiſſimo *§. CXXXVII. Es ſollen auch Churfürſten und Stænd des Reichs bey ihren Vnter-Gerichten die Verordnung thun, damit, ſo viel mæglich, bey denenſelben die Norma der Cammergerichtlichen Proceſſ obſeruiret Werde, iedoch mit dieſen ausdrücklichen Vorbehalt, dafern bey ſolchen Iudiciis ein anderer Modus eingeführt, und biß dahero beſtandig hergebracht worden, daß es auch dabey ſein ohngeændertes Verbleiben haben ſolle.*

† H. O. K. Rudolphi II. Tit. I. *Desgleichen ſolle unſer Hoffrath mit anſehnlichen, erbarn, frommen, geſchickten und gelæhrten Perſonen aus dem Reich, wie auch unſern Nieder-und Ober-Oeſterreichiſchen Landen gebohren, die derſelben Herkommen læbliche Gebrauch und gute Gewohnheit, nicht allein wol kundig und erfahren, ſondern auch verſtændig die Rechtlichen Proceſſ zu dirigiren und die Partheyen zu Austrag zu bezærdern wiſſen, beſetzt Werden.* Et clarius K. Matthiæ H. G. O. Tit. I. *ſo dann fæderiſt des heiligen Reichs Abſchied und Conſtitutiones, Religion- und Prophan Frieden, wie auch iedes Stands, Lands, Orts und Gerichts, ſonderlich die gebührlicken allegirte und probirte Priuilegia, gute Ordnungen und Gewohnheiten, und in Mangel derſelben, die Kayſerliche Rechten und rechtmaſſige, Obſeruationes in acht nehmen.* R. H. O. Ferdinandi III. Tit. I. n. 16. *ſo dann zuforder iſt unſere Ræm. Kayſerl. VVahl-Capitulation, Reichs-Abſchiede, Religion und Prophan-Frieden, und den iungſten Münſter, und Oſnabrüggiſchen Fridenſchluß, nach Ausweiſung des 17. Art. §. 1. & 2. wie auch iedes Stands, Lands, Orts und Gerichts, ſonderlich die gebührlich allegirte und probirte Priuilegia, gute Ordnung und Gewohnheiten, und in Mangel derſelben die Kayſerliche Rechten und rechtmaßige Obſeruationes und Gebræuche in acht nehmen.*

†† Sic etiam LYNCKERVS Analectis ad B. Parentis Syntagma Exerc. II. §.



XXXV.

XXXV. *Ius Iuſtinianeum totum in complexu, valet ex receptione. Quæ receptio tamen facta eſt ſaluis ſtatutis iam tum in Germania eiusque prouinciis obtinentibus, vt nimirum deficientibus his ad ius Iuſtinianeum, tanquam commune recurrendum ſit. Hinc, qui legem quamſiam ex Iure Iuſtinianeo citat, non neceſſe habet probare, quod recepta ſit, quoniam præſumtionem habet ex receptione vniuerſi, ſed potius habet intentionem fundatam vsque dum aduerſarius probet, ſtatuto quodam ſeu ſcripto aut non ſcripto ſpeciali iure aliud cautum eſſe.* CONRING. *c. XXXIII. p.* 212.

††† Hunc Iurisprudentiæ hodiernæ næuum admodum dolet HIERONYMVS de CÆVALLOS in præfatione Speculi Aurei Opinionum communium contra communes, dum ait: *quilibet miretur, in quanta caligine & obſcuritate totum ius verſetur, cum nulla ſit opinio certa & veriſſima, quæ non poſſit pluribus contrariis opinionibus, & fundamentis contrariari. Et ſic omnia negotia magis ex iudicum arbitrio, quam ex certa iuris diſpoſitione terminantur: & modo in vno eodemque negotio, nunc pro actore, nunc pro reo, ſententia fertur, ſine variatione iuris atque facti, ſed ſolum ex eo, quia his iudicibus placet hæc opinio & aliis diſplicet: & contraria directa ſatisfacit, cum ſine certa lege omnino in tot opinionum varietate reſpublica gubernetur. Quod & maxime dolendum, quia in litibus quæ quotidie contingunt cum nihil ſit certum, conniuentibus oculis patrimonia conſumuntur, & hominum vitæ terminantur. Quæ omnia optime prouiderentur, ſi omnes hæ contrariæ opiniones ad certam legem redigerentur, quod quidem facillimum eſſet. Et ſic in arbitrio iudicis non eſſet, modo vnam & ilico contrariam opinionem ſequi, prout amicitia poſtularet, cum fere omnes octingentæ opiniones contrariæ, quæ in hoc, & II. libr. continentur, ſint quæſtiones pro amico. Et ſic aduocati vtriusque partis, ſequendo communem opinionem, ſunt ſecuri in conſcientia, pariterque & iudex cauſarum. Nec hoc damnum ſolum litigantibus contingit, quia ſequuntur lites immortales, ſine ſpe iuſtitiæ conſequendæ ex certa lege, quia licet habeat communem opinionem pro cauſa quæ vertitur in iudicio, iudex arbitratur ad libitum. Quod male ferunt ſtudentes, cum ad nihilum ſua ſtudia redigantur. Et ſic melius reſpublica ſine tot Doctoribus gubernaretur, relictis Legibus & Canonicis ſanctionibus absque gloſſa & doctorum interpretationibus, qui rem dubiam faciunt, limitando, reſtringendo, ampliando & interpretando iura: & ex ſuis opinionibus tota reſpublica offenditur & nunquam in pace verſatur. Vnde optime dixit Ariſtoteles Rhetoricorum* I. *quod periculoſa eſt lex, quæ arbitrio iudicis aliquid relinquit, & e contrario ſancta & iuſta ſi nihil iudicis arbitrio committat. Quod noſtris non eſt prouiſum temporibus. Et ſic, cum eſſentialis iuſtitia debeat eſſe conſtans & perpetua, eſt mutabilis vaga & incerta. Vnde non pauca ex huius libri editione ſequeretur vtilitas omni religioni Chriſtianæ, ſi ſupremi iudices, cuncta rimando, intendant ſumma cum breuitate (prout negotium expoſtulat) de remedio prouideri, reducendo omnes communes opiniones ad inuicem contrarias, ad certam legem regiam.* Adſentitur CONRINGIVS *c. XXXIV.* Eiusdem ſententiæ eſt FRAN. HOTTOMANNVS, dum AntiTriboniano c. XIV. ſic loquitur: *ſuperuenit aliud inſperatum infortunium, atque ſi vere dicendum eſt, coram Deo & hominibus abominandum. Nam dubia & quæſtiones vſu vulgatiſſimæ ita varie a Doctoribus tractata & agitata ſunt, partim ob opinionum diuerſitatem, partim ob auaritiam & corruptelas, vt omnes recta & ſana conſcientiæ viri fateantur, non eſſe vllam hodie materiam, in qua non euidens contrarietas inveniatur. Baldus adeo, qui inter primos habetur, in præfatione feudorum confitetur, ſe qui publice docuerit annis ſeptem & quadraginta, adhuc quaſi tyronem eſſe. Spinoſis*

*bis*

*his, quæ vt plurimum in conſiliis & ſcriptis Doctorum adhibentur, inuolucris factum eſt, vt miſeri iudices, qui iis vterentur, cum conſilia & monitiones tot auctoritatibus ſuffultas viderent, vltro faterentur, oculos quaſi præſtigiis ſibi eripi, ſeque non tam ex iuris certi & indubii ſcientia, quam fortuito iudicare. Contrarietem quod attinet, vni noſtræ ætatis viro me committo, qui in hac ſtudiorum parte ſic fuit exercitatus, vt longo tempore alias nemo. Celebrem illum Andream Tiraquellum dico, qui ſæpe in libris ſuis, quos allegationibus his inſtructiſſimos reddit, poſtquam vnanimitatem & teſtimonia centum, aut centum & viginti ſæpe Doctorum idem ſentientium accumulauit, hanc aut ſimilem orationem ſubiungit: Vt videas amice lector, nihil eſſe in iure noſtro non ambiguum, & diſputationibus, ac controuerſiis inuolutum, volo tibi totidem, aut plures recenſere, qui ſunt in opinione prorſus contraria. Et ſub hac ingentem aliorum Doctorum ordinem pertexit, qui opinionem contrariam defendunt. En tibi miſeram conditionem, quæ ducentis annis proximis inter hos Doctores ſcholaſticos viſa eſt, quæ res adeo exoſas reddidit, vt tandem non modo pro hominibus tardis, & inconditi cerebri, ſed pro Sophiſtis, rabulis, calumniatoribus & Iuſtitiæ peruerſoribus haberentur.* Sequitur Hottomannum KESTNERVS *de defectibus Iuris Communis probl. I. §. X.* Idemque in diſſertatione ſua *de lana caprina* plenius demonſtrauit. Adde Præfationem plenam bonæ frugis IO. HENRICI HORNII *Conſultationibus & Reſponſis* præmiſſam. Faciunt huc Scriptores, qui Communes Opiniones vel contra Communes ediderunt, de quibus diximus in Bibliotheca Iuris *capite VIII. §. X.* & potiſſimum EVERHARDVS FABRICIVS in *Gailio enucleato*, qui differentes diuerſorum ſententias congeſſit. Quid vero circa hunc diſſenſum Interpretum ſit faciendum, & cui potius adhærendum, plenius declarare conatus fuit ARTHVRVS DVCK *de author. Iuris lib. I. c. VIII.* ipſius tamen regulas pro certis haberi nollem.

## §. XLIII.

*Conſilia de nouo Corpore Iuris.*

Tanta igitur cum adhuc ſupereſſet Iuris incerta ratio, non defuerunt, qui de nouo Corpore Iuris, ad Statum præſentem accommodato, concinnando cogitarent. * In Comitiis Spirenſibus a. 1570. Maximilianum II. Imp. Adſeſſoribus ſpem feciſſe, de conſtituendis idoneis, longoque rerum vſu expertis Anteceſſoribus quibusdam, qui Codicem aliquem, quem deinde omnes ſequerentur, publica auctoritate concinnarent, teſtis eſt Ioachimus Mynſingerus. ** In Comitiis Electoralibus, a. 1630. idem tentatum fuit, atque Petrus Henricus Stralendorfius Vicecancellarius Imperii, rei perficiendæ aptus fuit iudicatus. *** In Comitiis adhuc durantibus idem fuit propoſitum. Verum, ob diuerſas Statuum ſententias atque Aduocatorum querelas, res effectu fuit deſtituta. Inde non defuerunt priuati, qui remedia præſcriberent emendandæ Iurisprudentiæ, **** quod tamen vix eſt ſperandum, cum ICti ſuperciliosi varia obiiciant impedimenta.

* De Ludouico XI. PHILIPPVS COMINÆVS lib. IX. p. 445. ex verſione IO. SLEIDANI: *Totus igitur mente & animo in hoc erat, vt optimis legibus Gallia conſtitueretur, & litium forenſium tolleretur prolixitas. Et initio quidem Senatui, qui ipſorum lingua Parlamentum vocatur, ſecurim aliquam iniecit, non quidem vt eorum vel authorita-*

*tem vel numerum imminueret ; ſed variis modis decreuerat illorum fidem & adminiſtrationem explorare. Volebat etiam eiusdem generis pondo & menſuram obtinere per omnem Galliam, & conſuetudines omnes ad eandem normam conſcriptas, in volumen aliquod redigi, patrio ſermone, ad euitandum fraudes & expilationes Aduocatorum, quæ maiores profecto ſunt in Galliis quam in quauis alia regione, quæ mihi quidem nota ſit, atque hoc ipſum tota fere nobilitas liquido teſtari poteſt.*

** *Præf. prim. Obſeru. Pract.* vid. KVLPISIVS *p.* 104.

*** Docet hoc nos KVLPISIVS *p.* 104. addens : *& Stralendorfium huic rei perficiendæ aptum indicatum eſſe ex Mallinkrotio, qui colloquio interfuerat, diſcimus.* MALLINKROTIVS vero de Archicancellariis p. 130. hæc habet : *Ratisbonenſibus Electoralibus diatis vtraque vice, anno* 1630. *& aliquot Cæſareæ aulæ Procerum conuerſationi interfuiſſe, datumque eſſe a virtutum & eruditionis eius ſcientiſſimis Stralendorffio hanc laudem, ſi vllus eſſet, ipſum ante omnes aptum & idoneum eſſe, qui reformationem Iuris hodierni vſualis, vaſtitate & incertitudine paſſim laborantis, toties ac tantopere a plerisque iuſtitiæ & ſalutis Germanici Imperii publicæ amantibus, deſideratam & expetitam, fructuoſe aggrederetur, & feliciter perficeret.*

**** PHILIPPVS BVRCHARDVS equidem *de hodiernæ Iurisprudentiæ næuis & remediis* Diſcurſum ſcripſit, *Hanouiæ,* 1682. 12. editum, quibus incertam iuris hodierni rationem ex commentariis ICtorum & Communibus opinionibus proponit, atque methodum tradit, qua ratione Corpus Iuris patrii debeat conſcribi. Poſtea HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS *de defectibus Iuris Communis in Republica Germanica* euulgauit : *Rinthelii* 1708. 4. cui acceſſit dictus BVRCHARDI Tractatus. Varia Keſtnerus nectit Problemata, quorum primum eſt de Reformanda Iurisprudentiæ vbi §. XI. ſic loquitur : *quid impediret, ſi Princeps aliquis vni alterique cordato & perito ICto demandaret, vt codicem patrium ſumma cum cura & lucubratione & optimis quibusuis autoribus conſtrueret, atque omnes quotquot inueniri poſſunt, quæſtiones controuerſas & vtiles, practicas tamen, breuiſſime, ſine vlla diſputatione autoritatisque aut rationis allegatione decideret, & quæ exinde a Conſiliariis reuideantur, & ſi quæ mutanda eſſe putent, ſine multa diſputatione ſola votorum pluralitate colligantur, poſteaque principali authoritate confirmentur & ſubditis inuiolabiliter obſeruandæ præcipiantur : qui impediret, ſi Princeps ex ſyſtemate quodam celebriori controuerſiæ quotidianam vtilitatem ſpirantes extrahi, iisque vim legis tribui curaret, cæteris omnibus quæſtionibus reiectis, penitusque abrogatis. Atque inter hæc conuenientiſſimum & digniſſimum erit Christiano legislatore, non negligere, quæ ex lege Moſis excerpi & ſeligi poſſunt, ea inprimis, quæ nituntur rectitudine, ratione, & æquitate naturali, quibus omnes homines tam ii qui ante Moſen, quam qui poſt vixerunt, adſtricti ſunt.* In ſecundo Problemate contendit, Ius Romanum deficiente Iure Statutario aut Prouinciali, *non eſſe attendendum in caſibus, vbi aut rationi aut æquitati repugnat.* Probl. VIII. agit de myſteriis quibusdam Iuris Romani, vbi declarat hoc non quadrare ad Germaniæ Statum, atque myſteria legum vocat, leges, caſuumque deciſiones, quarum nullam ſolidam rationem dare poſſumus, id quod per exempla illuſtrat : Probl. IX. de Næuis quibusdam agit, circa materiam teſtamentariam. probl. X. de næuis quibusdam circa materiam de pactis. probl. XI. de myſteriis quibusdam circa materiam de Delictis & de Proceſſu. HOFFMANNVS *de Origine & Natura Legum Germanicarum*, capite vltimo agit de Habitu Legum Germanicarum antiquarum ad Statum præſentem Prouinciarum Germaniæ, inprimis terrarum Proteſtantium, vbi potis-

Digitized by Google

potiſſimum contendit, nec fieri poſſe, nec conducere, vt vſus legum Germanicarum Priſtinarum reduceretur, cum Germaniæ Status plane fuerit immutatus ab antiquo. Demum in §. penultimo ſummam ſententiæ ſuæ tali modo exponit: *Iuriſprudentiam Germanicam grauiſſimis defectibus eſſe obnoxiam, illos oriri tam ex incertitudine & neglecta cultura propriarum legum, quam ex amore & veneratione iurium peregrinorum, plurimos vero antiquos mores partim ob incuriam Academiarum & Iuris Germanici Doctorum, partim ob mutatam Reipublicæ faciem, Germaniæ fora abdicaſſe: inde vero nondum ſequi in eorum locum iura Romana migraſſe, quibus vix aliam autoritatem adſcribere poſſum, quam eam, quam per expreſſam conſtitutionem, vel per frequentem in foro vſum habere declaratum fuerit: nam & Germanos proprias habere leges, & proprios mores a Romanorum inſtitutis valde differentes: hæc vero minime eſſe confundenda, vti in ſcholis ICtorum fieri ſolet. Hanc vero iurium differentium multitudinem maximo eſſe detrimento. Germaniæ noſtræ iſtorum autem ſine iudicio factam confuſionem exitialem pene omni iurium certitudini: In hoc vero rerum Statu vix aliud præſtari poſſe a Doctoribus, quam vt iſtam mixturam euitent, ſtudium antiquitatum Romanarum, tanquam egregium ad verum horum iurium ſenſum perueniendi modum, maiore ardore aggrediantur: omnem plenam vero emendationem tantorum næuorum, qui hactenus iura noſtra Germaniæ & fora miſere afflixerunt, ſine eorum ope, qui legislatoria gaudent poteſtate neminem facile eſſe obtenturum.* Facit in rem B. STRYKIVS diſc. prælim. in vſum modernum Pandectarum, dum §. XLII. ſic loquitur: *abunde, ni fallor, ex iam adductis conſtabit, quanta in publicis priuatisque cauſis, Iuſtinianei iuris in Germaniæ iudiciis ſit auctoritas. Et quamuis inficiari nolim, multa in eo contineri, quæ parum vtilitatis in foro habeant; inde tamen non ſequetur omnem Iuſtiniani legislationem eſſe abolendam, & nouo iuris Corpore, Germaniæ moribus aptiore, turbis ex deprauata Iuſtitiæ adminiſtratione oriundis, in Imperio occurrendum: Quis enim ille futurus Imperator, qui vna lege omnes Imperio ſubiectos conſtringere auſit? Vel quando ſperandus ille Statuum conſenſus, vbi vnanimi voce ſuis Iuribus renuntiaturi, & iisdem legibus ſe ſubiecturi? Vt taceam: id nec ferre omnium prouinciarum indolem eodem legum nexu conſtringi ſubditos. Facilior omnino via patet præſcindendis litium anfractibus, Notæ ſunt illæ, quibus in Germania ſe macerant ICti, controuerſiæ. Quid vetat, illas communi calculo Imperii Comitiis, hodie procul dubio ad perpetuitatem adſpirantibus, componere? vid. quæ de dubiis Cameralibus prouiſa Rec. Imp. de Ao.* 1654. *§. Ratione Dubiorum* 135. *Minuentur ita litigia, & otioſis Dd. controuerſiis ponetur obex. Salua vero ita, ſtabit auctoritas iuris Romani, quæ vt ſtet, e re Imperii omnino eſt, cum eius auctoritas ſimul promoueatur.* Inſignem hac in parte operam præſtitit illuſtris THOMASIVS, cuius diſſertatio, ſuſtinens *emendationem adminiſtrationis Iuſtitiæ neque facilem, neque impoſſibilem, valde tamen difficilem eſſe & caute ſuſcipiendam* prodiit *Halæ* 1717. 4. in qua, expoſitis primum variorum ſententiis, an ſperanda facile ſit Iuſtitiæ emendatio, ſingulos Scriptores, qui de eodem conſilia propoſuerint, horumque ſcripta & meditationes recenſet. In hoc autem multa induſtria verſatur. Aſt, dum §. XXXIX. WARLEFI Tractatum ſe non vidiſſe ſcribit, de quo pauca addere licebit; Titulus eſt: *Diſcurſus de abbreuianda Lite, oder von Zeitigung der Gerichts-Handel. VVorinnen unmaßgeblich vorgeſchlagen wird, welcher geſtalt dem hochærgerlichen und ſchadlichen Aufenthalt der Proceſſe, durch weiſe Vorſehung vorgebauet und abgeholffen werden kanne, durch*

GOTT-

GOTTFRIED WARLEF *Schaaffhauſen* 1676. 12. In præfatione de Statu ſuo quædam exponit, & quod in patria ſua protractio litium plane ſit ignota. Cum tamen apud Germanos eandem, & potisſimum in Camera Imperiali animaduerterit, anſam hoc ipſi dediſſe, vt meditationes ſuas in lucem proferret. Quatuor partibus Tractatum ſuum abſoluit, vbi primo monet, educationem probe eſſe inſtituendum, otium fugiendum, fraudes æque ac mendacia fontes eſſe litium. Deinde multitudinem legum, harum malam adplicationem, executionem parum iuſte factam, nimios iudiciorum ſumtus; inter Rerumpublicarum vitia refert. Parte ſecunda, Qualitates & officium iudicis deſcribit, & quod ipſi iuſtum adſignari debeat ſalarium. Parte Tertia, quid vel actori vel reo ſit obſeruandum, exponit. Parte quarta de aduocatis agit. Pios omnes requirit atque ſinceros, Warleſus, quod tamen optandum magis eſt, quam ſperandum. Qua ratione vero Iuſtitiæ emendatio in effectum poſſit deduci, ipſe THOMASIVS poſtea exemplo demonſtrare voluit, euulgando diſſertationem *de emendandis quibusdam Litium protractionibus, in materia iuramenti parti a parte in iudicio delati, hactenus receptis Halæ* 1717. 4. Hanc ſecuta eſt alia, *de Charactere & Circumſpectione Medici ad curandam tadioſitatem proceſſuum adhibendi, Halæ* 1717. 4. Addi poteſt E. VLRICI MARBACHII adfinis deſideratisſimi, diſſertatio *de Veritate Iudiciorum norma* & IO. WILHELMI GÖEBELII *Oratio de cauſis corruptæ Iurisprudentiæ, eiusque fatis, Helmſtadii* 1717. 4. Licet in eadem potius originem atque progreſſum Legum, ſiue fata Iurisprudentiæ deſcribat. De THVLDENO quid FRÜSCHENCKIVS ſentiat, patet ex ipſius Epiſtola ad Boineburgium in Actis Litterariis faſc. III. p. 2. *Tuldeni Libro de cauſis corruptorum iudiciorum quod tu deſideras, plane carere nequeo. Iudicis enim Vices dum hic ſuſtineo, liber iſte ſubinde mihi ſeruit inſtar perpetui commonitorii, ne forte in terminatione cauſarum extra limites Vager boni aquique.* De SPORMACHERI vero Iuſtitia vulnerata mitius mihi ſentire videtur BOINEBVRGIVS, dum ibidem ait: *Dum domi me contineo, in Tuldeni aureolis operam latabundus colloco. Citius eum quis ponat defatigatus, quam ſeſe Vt Vel leuiter exſatiauerit optima eius doctrina, qua Vtique eſt Vberrimus. Eius de principiis tractatum mihi Vnice optarem. Spormacheri, quæ apud Agrippinates anno* 1646. *edita, Iuſtitia Vulnerata, per mihi placet, adeo Vt eum librum aquem quoad Vſum Tuldeni cultiſſimæ commentationi de cauſis corruptorum iudiciorum ac remedus. Is de Vulnerata iuſtitia liber per eſt Vtilis iudici.*

CAPVT

Digitized by Google

# Capvt Septimvm

## HISTORIA IVRIS CANONICI.

### §. I.

IVS CANONICVM triplex eſt,* vel proprie ſic dictum, vel Pontificium, vel Eccleſiaſticum. Illud nititur Canonibus Conciliorum, ex quorum collectione originem ſuam traxit. ** IVS PONTIFICIVM ex epiſtolis decretisque Pontificum eſt conflatum, atque adfectata Papæ auctoritate nititur. *** IVS ECCLESIASTICVM vero Regimen & Statum Eccleſiæ legesque hodie ab Eccleſia receptas conſiderat. ****

*Ius Canonicum triplex eſt.*

* Confundit hæc Iura ipſe GRATIANVS c. 2. diſt. 3. porro *Canonum alii ſunt Decreta Pontificum, alii Statuta Conciliorum.* HVNOLDVS PLETTENBERG S. I. in introductione ſua ad Ius Canonicum cap. V, dicens: *Iuris Eccleſiaſtici variæ ſunt appellationes. I. dicitur Canonicum a Græco* κάνων, *id eſt, regula c. 1. diſt. 3. quod normam recte viuendi præbeat c. 2. diſt. 3. II. Pontificium, ab eius auctoribus. III. Eccleſiaſticum ab Eccleſia, quam dirigit. IV. Sacrum, a materia, quæ vel ſacra eſt, vel ad finem ſacrum dirigitur. V. Diuinum c. 2. de Priu. in 6. non quod immediate a Deo conditum ſit, ſed quia vel continet quædam excerpta ex Sacris literis, & in Conciliis repetita, vel quia Canones inſtinctu & dono Spiritus ſancti dictati ſunt. Can. 5. cau. 35. q. 1. vel quia ſunt concluſiones deductæ ex principiis legis Diuinæ, c. 24. de accuſ. vel denique quia ab eo conditum eſt, qui immediate ab ipſo Chriſto ligandi poteſtatem accepit. Matth. 16. v. 19. vti colligitur ex cap. 3. de Conſt.*

** ERNRICVS PIRHING *Prolegom. in Ius Canonicum §. III. n. XIV.* primo dicit: *Ius Canonicum dicitur a Græco Verbo Canon, in c. 1. diſt. 1. quod Latine idem ſignificat quod regula, & quidem per antonomaſiam Regula Eccleſiaſtica, ſic dicta, eo quod recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit, quam ad rectitudinem, vel quod regat, vel quod normam recte viuendi præbeat, vel quod diſtortum, prauumque corrigat c. 2. cit. diſ. 3. Vnde Ius Canonic. Ius Regulare non male appellari poteſt. Quia ſpiritualem viuendi normam continet, vnde dicti ſunt Regulares, vt notat Lancellottus Inſtit. Iur. Canon. l. 1. in princ. ſiue quia collectum eſt ex Canonibus, id eſt regulis ad recte viuendum inſtitutis.* Sed ſibi ipſi parum conſtaus pergit *n. XV. Porro, Ius Canonicum ſic definiri poteſt ex Greg. Tholoſano partit. Iur. Can. C. 1. Tit. 2. c. 2. & Lancellotto c. I. Ius poſitiuum, quod a Summis Pontificibus Eccleſiæ Catholicæ traditum, conſtitutum vel approbatum, actiones fidelium ſeu Chriſtianorum, proxime ad diuinum cultum, ad pacem & iuſtitiam Chriſtianam (quæ in puritate fidei & morum honeſtate, ſeu mandatorum Dei & Eccleſiæ obſeruatione conſiſtit) in populo Chriſtiano conſeruandum & augendum, vltimate vero ad finem æternæ beatitudinis dirigit.* Sequitur Pir-

hingiuin PLETTENBERG, qui cap. V. §. II. ait: *definiri poteſt Ius Canonicum, Regula recte viuendi a ſummis Pontificibus conſtituta vel approbata, qua fideles ad ſpirituale bonum diriguntur.* Hanc definitionem vberi is poſtea explicat, atque ad vocem *conſtituta* addit: *id eſt, lata & legitime promulgata per Decretales Epiſtolas, Reſcripta & Conſtitutiones.* Ad vocem *vel approbata*, addit: *Quia ſunt quædam in iure Canonico deſumptæ ex Decretis Conciliorum ſeu generalium ſeu Prouincialium, ex placitis Principum ſæcularium, & ex ſententiis SS. Patrum, quibus niſi accedat auctoritas & approbatio Summi Pontificis vim Regulæ & Legis in tota Eccleſia non habent.* Pergit, atque *præſtantiam & excellentiam Iuris Canonici pro Ciuili commendat, capite ſexto, ſeptimo, octavo, nono & decimo vero differentias Iuris.* Confundit igitur Ius Canonicum, quod ex ſolis Canonibus eſt collectum, & Corpus Iuris Canonici, quod æque ex Pontificum Decretalibus conſtat. Prouocat equidem PIRHINGIVS ad Lancellottum, qui tamen aliter ſentit, dum lib. I. Tit. I. ait: *Canonicum vero dicitur a verbo Græco κανὼν quod Latine idem ſignificat quod regula: vnde ius Canonicum, ius regulare non male dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quod ex regulis priſcorum Patrum ad rectam viuendi normam inſtitutis, deductum fuerit. Eſt igitur Ius Canonicum, quod ciuium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Conſtat vero inprimis id ius diuinæ legis præceptis, conſuetudine & conſtitutionibus.* Melius igitur LVDOVICVS ENGELIVS Ius Canonicum definit in Procemio Collegii Iuris Canonici n. 1. *Igitur Ius Canonicum, ſi nominis Etymon ſpectes, a græca voce Canon, quæ regulam ſignificat, denominatum eſt, cap. 1. diſt. 3. Vnde definiri ſolet Ius Canonicum, quod ſit ius ex ſacris Canonibus, id eſt, Regulis Eccleſiaſticis collectum, & ad recte viuendum æternamque ſalutem acquirendam inſtitutum.* Ex Proteſtantibus CASPAR ZIEGLERVS in *diſſertatione de Ortu & Progreſſu Iuris Canonici* §. VI. ait: *Ex his canonibus natum eſt & nomen & materia Iuris, vti hodie vocatur, Canonici, quod ab initio canonibus in concilio confectis, & eorum collectione conſtaret, Cumque ab initio codex tantum aut collectio canonum diceretur, ſucceſſu temporis Iuris vocabulum ſubſtitutum eſt, ad æmulationem ſcil. iuris ciuilis, præſertim poſtquam ad imitationem Imperatorum Pontifices nouas quotidie conderent conſtitutiones, atque hinc Ius Canonicum auguſtiore vocabulo, ſed ambitioſo dici cœpit.* EMANVEL GONTZALETZ Ius hoc æque diuinum adpellari putat, in Apparatu de origine & progreſſu Iuris Canonici §. XXIX. dicens: *Ius leges iſtas Eccleſiaſticas complectens, aliquando appellatur Diuinum, frequentius Canonicum. Ratio huius nominis eſt, tum quia ex ipſis ſacris literis, tanquam ex veritatis diuinæ fontibus ſacris Canones dimanarunt tum quia authoritate & poteſtate a Chriſto Domino conceſſa, a Vicario Eius, Eccleſiaque proferuntur & in eius nomine ſtatuuntur:* Sequitur PIRHINGIVS dum c. I. ait: *Vocatur præterea ſubinde Ius diuinum, large ſumendo ius diuinum, tum quia inſtinctu & gratia S. Spiritus Canones edicti ſunt, vt dicitur in c. violatores 5. cauſ. 25. q. 1. tum quia Canones ſunt veluti concluſiones deductæ ex principiis iuris, ſeu legis diuinæ, c. qualiter 24. de accuſat. & quædam ex SS. Litteris excerpta continent. Tum denique quia S. Pontifex poteſtatem* CONDENDI LEGES *ab ipſo Chriſto veluti ipſius Vicarius, & Petri ſucceſſor accepit, vt colligitur ex c. tranſlato 3. de Conſtit.* Verum demonſtrent Pontifices, omnes Canones gratia Spiritus S. fuiſſe confectos, & vicariam Papæ conceſſam fuiſſe poteſtatem.

*** Idem PIRHINO c. I. iterum confundit Ius Canonicum & Pontificium, dicens: *dicitur & Ius Pontificium ab eius Auctoribus, nempe ſummis Pontificibus, a qui-*

Digitized by Google

*quibus vim & auctoritatem habet.* Cum tamen Decretum & Decretales Pontificum potiſſimum hoc ius conſtituant.

**** BÖHMERVS in Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. IV. §. X. dicit: *Ius Eccleſiaſticum in genere denotat normam aliquam, ſecundum quam in rebus eccleſiaſticis agi, procedi & iudicari debeat, vt ordine & decenter omnia agantur.*

§. II.

A Canone dictum fuit Ius Canonicum, quia ſecundum decreta Conciliorum, quæ in Canones diſtinguebantur, tanquam ad regulam fuit directum. * Antiquisſima videtur collectio CANONVM APOSTOLICORVM, qui apud Pontificios magnæ olim auctoritatis, licet a Proteſtantibus immo Pontificiorum cordatioribus, ab Apoſtolis eos non eſſe, ſatis iamdum fuerit demonſtratum; ** Franciſcus Turrianus equidem circa annum 45. ab Apoſtolis iſtos compoſitos eſſe cenſet. *** Et quidem a Clemente Romano Apoſtolorum diſcipulo, conſtituti eſſe dicuntur. **** Io. Dallæus eosdem poſt annum demum 450. ab Impoſtore quodam confectos eſſe autumat. ***** Huic ſe oppoſuit Guilielmus Beueregius, qui ſeculo ſecundo vel tertio, illos confectos putat, ita, vt in eosdem congeſta fuerint omnia decreta primæ eccleſiæ, vt Codicis inſtar eſſet primitiuæ Eccleſiæ, ſecundum quem diſciplina Eccleſiaſtica adminiſtraretur. ****** *Canones Apoſtolici.*

* ISIDORVS VI. Originum C. XVI. *Canon autem Græce, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte viuendi præbeat: vel quia diſtortum prauumque corrigat. Leo IV. Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Britanniæ cap. VI. quam ob cauſam luculentius & magna voce pronuntiare non timeo, quia qui illa quæ diximus Sanctorum Patrum Statuta, quæ apud nos Canones prætitulantur, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Clericus, ſiue Laicus, non indifferenter receperit, ipſe ſe conuincit, nec catholicam & apoſtolicam fidem, nec ſancta vera Chriſti Euangelia quatuor vtiles & efficaciter, & ad effectum ſuum retinere vel credere.* ANSELMVS, Hauelbergenſis Epiſcopus lib. I. Dial. c. IX. *Radicata itaque fide Catholica ad informandam Eccleſiæ diſciplinam acceſſerunt diuerſæ regulæ, quas quia ſancti Patres ſanxerunt, digne Canones appellatæ ſunt, in quibus reperitur quid ſint præceptiones, prohibitiones, diſpenſationes, rigor, neceſſitas, indulgentia, remiſſio, terror, admonitio, & cætera per quæ omnia ita in hoc Statu Eccleſia creuit mirabili contra hæreticos ſapientia, ſicut in priori ſtatu in perſecutione Martyrum, victorioſa creuit patientia.* Quare IVSTINIANVS Imp. Nou. VI. c. I. §. 8. δεῖν τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀντὶ νόμου κρατεῖν *oportere ſacras regulas pro legibus valere.* Et in Epilogo κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων δύναμιν τε καὶ παρατήρησιν *ſecundum ſacratam regularum obſeruationem & virtutem.* CASPAR ZIEGLER *de ortu & progr. Iuris Canonici §. V. Decreta illa Canones dicebantur, quod & ipſa regulam aliquam & normam exhiberent, ſed multo inferiorem,*

*quam eſt Scriptura Sacra, imo nec normam quidem, ſi vtriusque comparatio inſtituatur. Concilii enim etiam ſanctiſſimi definitio nequaquam eſt pratoria, ſed tantum declaratio & indicium eius, quod Deus indicat & iubet credere ac facere. Multo minus eſt abſoluta.* Vid. du FRESNE voce *Canon.* SVICERI *Theſaurus Eccleſiaſticus voce* κάνων. ANT. AVGVSTINVS *lib. I. dial. I. §. 6.* GONTZALETZ TELLETZ *Appar. de orig. & progr. Iuris Canon. §. XXX.* GERH. a MASTRICHT *Hiſtoria Iuris Eccleſiaſtici n. 3. ſqq.*

** Ex Pontificiis equidem MELCHIOR CANVS, eosdem pro Apoſtolicis non habet, *in Locis Theologicis lib. II. c. X.* nec inter ſacros libros eos vult numerari *lib. V. c. V.* Idem ſentit IOANNES CABASSVTIVS *in Notitia Conciliorum p.* 16. NATALIS ALEXANDER *ad ſeculum I. diſſ. XVII. XVIII. XIX. XX.* Ex Proteſtantibus IO. DALLÆVS *in Pſeudepigraphis Apoſtolorum libro Tertio.* IACOBVS VSSERIVS *in diſſertatione de ſcriptis Ignatii.* LVCAS OSIANDER *Hiſt. Eccleſ. lib. III. c. III.* ANDR. RIVETVS *Critico lib. I. c. I.* ROBERTVS COCVS *in Cenſura de Canonibus Apoſtolorum.* Centuriatores Magdeburgenſes *Cent. I. lib. II. c. VII.*

*** De hoc ſic loquitur GVIL. BEVEREGIVS in Codice Canonum cap. I. §. III. *nimirum Franciſcus Turrianus Ieſuita, Librum ſingularem edidit, quo probare conatus eſt, Canones vulgo Apoſtolorum dictos, ab ipſis Apoſtolis conſtitutos, & a ſanctiſſimo eorum diſcipulo Clemente Romano literis mandatos, atque in eam, quam hodie habemus formam, redactos eſſe.* Sequitur Turrianum SIXTVS SENENSIS *lib. II. Bibliotheca* ſub nomine Clementis, & FRANCISCVS LONGVS a S. CORIOLANO *Summa Conciliorum p.* 123. dicens: *Canones hos auctoritate Apoſtolorum conditos, eorumque traditione nobis traditos Clemens Romanus S. Petri diſcipulus Grece conſcripſit, Dionyſius autem Romanus Abbas cognomento Exiguus, Græcarum literarum peritiſſimus, tempore Iuſtini Imperatoris Scriptor celeberrimus, eosdem Latine, quam potuit accuratiſſime & fideliſſime tranſtulit.* BELLARMINVS de Script. Eccleſ. in Clemente, quinquaginta tantum priores canones legitimos eſſe cenſet, reliquos triginta quinque reiicit. In eadem eſt opinione BARONIVS ad a. 102. & POSSEVINVS *in Appar. ſacro* verbo Clemens. BINIVS *Tomo I. Conciliorum, omnes adprobat, duobus tantum demptis, vtpote ſexageſimo quinto & octogeſimo quarto.* PLETTENBERG Introduct. in Ius Canon. cap. XI. §. I. *Ius Canonicum in ipſis ſtatim primordiis naſcentis Eccleſiæ condi cœpit. Apoſtoli enim poſt Aſcenſionem Domini quatuor præcipue cœtus iuxta gloſſam ordinariam in c. 1. Act. Apoſt. cægiſſe in actibus Apoſtolicis leguntur, in quibus Religionis negotia tractarunt, & ea, quæ Eccleſiæ regendæ vtilia eſſent, conſtituerunt, Canonesque ab omnibus Chriſti fidelibus obſeruandos confecerunt.* Et §. III. *His decretis in dictis Apoſtolorum cœtibus confectis, acceſſerunt 50. Regulæ Canones Apoſtolorum nuncupati, quos B. Clemens Romanus Apoſtolorum coætaneus & S. Petri diſcipulus ac ſucceſſor græce conſcripſit.* Sed contrarium iamdum HINCMARVS, ſcriptor ſeculi IX. admodum fide dignus demonſtravit *Opuſc. aduerſus Hincmarum Laudenſem* cap. XXIV. dicens: *ceterum iidem canones qui vocantur Apoſtolorum, non ab Apoſtolis conſcripti eſſe creduntur: quoniam, ſicut in ſacra hiſtoria legimus, & inde ſcriptum ab Eccleſiæ magiſtris accepimus. Prima Synodus Apoſtolorum habita eſt Hieroſolymis de electione duodecimi Apoſtoli pro Iuda. Secunda de electione ſeptem diaconorum. Tertia, de Circumciſione, ne credentibus ex gentibus imponeretur. Quarta facta eſt de credentibus ex Iudæis illo tempore, ne prohiberentur vbi neceſſitas exigeret, etiam legali-*

Digitized by Google

*legalibus ceremoniis initiari ob deuitandum videlicet eorum ſcandalum, qui putabant eos ita Moſaica decreta tamquam idololatriæ dogmata damnaſſe, quod etiam ante facere conſueſſe Timothei maxime circumciſione probatum eſt. Quintam vero Synodum Apoſtolorum patres noſtri fuiſſe tradunt, quando ſecundum quod prædictum & tempus adimpletionis aduenit, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, &, ſecundum Domini dictum, Euangelium prædicaretur in toto mundo per Apoſtolos quibus dixit: Ite docete omnes gentes. Et tunc Symbolum, ſicut vniuerſalis tenet Eccleſia condiderunt ſinguli ſingulas ſententias proferentes, ſicut Leo ad Pulcheriam Auguſtam demonſtrat, Siquidem ipſa, inquit Catholici Symboli breuis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit munitione cæleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari. Cuius Symboli plenitudinem ſi Eutyches puro & ſimplici voluiſſet corde concipere, in nullo a decretis ſacratiſſimi Nicæni concilii deuiaret, & hoc a ſanctis patribus intelligeret conſtitutum, vt contra Apoſtolicam fidem, quæ non niſi vna eſt, nullum ſe ingenium, nullum eleuaret eloquium. Denique poſt hæc nulla Synodus ab Apoſtolis legitur celebrata, qui fuerunt per omnem terram ad verbum fidei ſeminandum progrediendo diſperſi.* Hos etiam Canones Apoſtolis vindicare conatus fuit P. ANTONIVS CONSTANTINVS a CASTROVILLARE, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, Exprouincialis, in diſſertatione *de Canonibus Apoſtolorum, Romæ* 1697.4. GONTZALETZ TELLETZ *in Apparatu de orig. & progr. Iuris Canonici c. XLII. XLIII.*

**** GVILIELMVS BEVEREGIVS *in Proœmio Codici Canonum vindicato præmiſſo §. IX.* auctores hoc ſentientes adlegat, dicens: *quin potius plurimi eos ab ipſis Apoſtolis quorum nomen præferunt, conſtitutos, & a Clemente Romano, eorum diſcipulo ſcriptos eſſe, arbitrati ſunt. Sane omnes fere Græci per mille retro annos & amplius in eam ſententiam conuenerunt. Nonnulli etiam e Latinis, vt Franciſcus Turrianus, Lambertus Gruterus, Lindanus, Salmeron, aliique eandem amplexi ſunt.* Sequitur GERHARDVS a MASTRICHT *Hiſtoria Iuris Eccleſiaſtici n.124. Turrianus homo ferrei ſtomachi, & æneæ frontis in propugnandis apocryphis ſingulari volumine eos defendit contra Magdeburgenſes Centuriatores, & omnes pro Apoſtolicis habet. Quem ſequitur Lambertus Gruterus, in ſua Clementis Romani operum editione, quæ prodiit Colon. anno* 1570. Idem n. 126. *Græci hos Canones, non priores quinquaginta tantum, ſed & poſteriores triginta quinque iam vltra mille & quod excurrit annos, habuerunt pro apoſtolicis.* FRANCISCVS LONGVS a S. CORIOLANO *in Summa Conciliorum p.*123. hoc adſerere non dubitat, dum ait: *Canones hos auctoritate Apoſtolorum conditos eorumque traditione nobis traditos Clemens Romanus ſancti Petri diſcipulus græce conſcripſit.* Idem dicit SIXTVS SENENSIS *lib. II. Bibliothecæ,* ſub nomine Clementis. Facimus cum IO. STRAVCHIO, qui *Diſſert. Canon. prima §. II.* ait: *certe eiusdem vetuſtatis ſunt, cuius eſt conſtitutionum apoſtolicarum ſub nomine Clementis Romani editarum liber, quippe qui hos canones capite vltimo integros, vt obſeruat Photius, Bibliotheca codice* 112. 113. *p. m.* 290. *pr.* ἐν ᾧ τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγεγραμμένοι περὶ ἔχον) ſcripſiſſe περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν teſtatur EVSEBIVS *lib. VI. c. XIII.* & HIERONYMVS *de Script. Eccleſ. c. XV.* Dum autem hæ, quas ſub Conſtitutionum Clementis nomine habemus, ſint ſuppoſititiæ, nec Clementis ætatem attingant, nec aliter de Canonibus Apoſtolorum erit ſentiendum. Cur autem in iisdem defendendis tantum adlaborent Pontificiorum quidam, rationem reddit GERHARDVS a MASTRICHT *Hiſtoria Iuris Eccleſiaſtici,* dum n. 131. ait: *non*

*ſatis poteſt mirari degeneres Latinorum animos Daiaus; quod tanquam pro aris & focis propugnent Conſtitutiones & Canones Pſeudapoſtolicos; ego deſino hoc mirari, quando video, eos præcipua ſua dogmata ex iis confirmare. Conſtitutiones citat Bellarminus lib. I. de clericis c. 12. pro antiquitate ordinum Eccleſiaſticorum lib. 2. de Monach. c. 26. pro voto continentiæ lib. I. de purg. cap. 6. pro oratione pro mortuis lib. 3. de cultu ſanct. cap. 7. pro aqua luſtrali lib. 4. c. 4. de Euchar. pro reſeruatione ſacramenti, & cap. 10. ibid. pro miſtione vini & & aqua in ſacramento Euchariſtiæ, lib. 2. c. 15. de Miſſa, pro lotione manuum ante conſecrationem: lib. 2. de confir. c. 3. pro confirmationis ſacramento. Anglo Remenſes citant eaſdem, vt probent ab Apoſtolis inſtitutum eſſe quadrageſimæ ieiunium, in annot. ad Luc. 4. 1. Canones Apoſtolorum adducuntur fere ab omnibus Pontificiis. Bellarminus canonem primum laudat, lib. 1. de Cler. cap. 3. & lib. 4. de not. Eccles. cap. 8. vt probet, Epiſcopum non niſi a tribus Epiſcopis ordinandum eſſe. Canonem item 3. & 4. idem pro ritu altarium, vt probet Miſſam eſſe ſacrificium proprie dictum. de Miſſa lib. 1. cap. 16. Canon. 12. 13. & 15. pro diſtinctione Clericorum & Laicorum. lib. 1. de Cler. c. 1. Canonem 27. pro cœlibatu, ordinibus initiatorum ibid. c. 19. Canon. 48. pro inſolubilitate matrimonii quoad vinculum. de matrim. lib. 1. c. 26. Canon. 68. pro ieiunio quadrageſimali. lib. 2. c. 14. de bon. operib. Canon. 2. adducit Stapleton. relect. contr. 2. q. 4 art. 3. vt probet Presbyterum ab vno Epiſcopo eſſe ordinatum. Canon. 34. 34. pro appellationibus ad Pontificem Romanum. ibid. contr. 3. q. 7. Alanus Cardinalis canonem vltimum profert, ad probandam auctoritatem canonicam librorum Machabæorum lib. de ſuffragio pro defunctis. c. 3. Alii alios laudant, vt ſuas quiſquilias colorent; Atque hæc eſt cauſa quare haſce Apocryphas delicias ita affectent, vti ex orco, in quem damnatæ ſunt a Gelaſio & 70. Patribus, reuocent, quo fucum multis faciant, & nouis inuentis antiquitatis ſpeciem & faciem concilient.*

***** In libro Tertio de Pſeudepigraphis, quem integrum huic materiæ deſtinauit. Eundem ſequitur GERH. MASTRICHT n. 122. *Sunt hi pars libri octaui Conſtitutionum Pſeudapoſtolicorum ſecundum Turrianum cap. 1. pro Canonib. Apoſt. contra Magdeburg. in cuius editione, poſt vltima capitis XLVI. verba, ſequuntur, Canones Eccleſiaſtici, vt ibidem vocantur, illi, qui vulgo appellantur Apoſtolorum; quod & videtur firmare canon eorum vltimus, vbi ipſi Apoſtoli ita ad Epiſcopos ſe conuertunt. Hæc vobis, Epiſcopi, conſtituimus &c. Inde forte totum opus hoc Conſtitutionum Apoſtolicarum Auctor Operis imperfecti in Matthæum, antiquus quidem, ſed tamen hæreticus, vocat Libros Canonum Apoſtolorum, & citat librum octauum Homil. 53. cuius citata inveniuntur libro 8. conſt. cap. 2. Hoc ſi verum, quod anterioris operis, lariſſime refutati partem faciant hi canones, non opus foret, pluribus contra eos ex profeſſo agere; ſed videtur verius & probabile magis impoſtorem quendam canones & conſtitutiones, duo diverſa opera combinaſſe, & nouos quoſdam iis adiidiſſe, quod vel iſtud ſolum euincere poteſt, quod ea, quæ in canonibus leguntur, pleraque in ipſis conſtitutionibus fuſiſſime inueniuntur.* Demum n. 134. ita ſententiam ſuam in ſummam redigit: *his itaque abunde ſatis confectum cenſemus, eſſe iſtos Canones opus ſpurium, futile, quod nunquam Apoſtolos, vel Clementem Apoſtolorum diſcipulum habuit auctores, aut Apoſtolicis temporibus, aut etiam primis quatuor ſeculis natales; ſed in fine ſeculi quinti a tenebrione & hæretico quodam Græco quinquaginta primos ex variis conciliis, moribus & ritibus Eccleſiæ eſſe corraſos, atque vt auctoritatem ſibi nomine ſuo magnam ſtatim conciliarent vocatos eſſe Apoſtolicos. Quos ſtatim in natalibus, tanquam ab hæreticis fictos, & Apoſtolis falſo ſuppoſitos, Gelaſius Epiſco-*

*Epiſcopus Romanus inter Apocrypha merito damnauit, Poſt hoc decretum damnationis, probabile eſt, acceſſiſſe poſteriores triginta quinque, vel ab eodem nebulone, vel alio, qui iſtiusmodi nugis delectatus fuit: deinde ab Imperatore Iuſtiniano commendatos, a Ioanne Scholaſtico in nomocanonem omnes* 85. *ſuſceptos eſſe; quod factum paulo poſt annum* 560. *quo tempore ille Iohannes floruit.* Hos Canones etiam, tanquam ſuppoſititios adgnouit THOMAS CAMBENVS, qui fraude Romanas in editione Conciliorum priorum quatuor ſeculorum commiſſas, detexit, *Londini* 1689. 4.

****** BEVEREGIVS hæc primum in Annotationibus, quas ſubiecit Pandectis ſuis ad Canones Apoſtolorum, in quibus de numero & auctoritate Canonum Apoſtolicorum agit. Contra has, cum Anonymus quidam Obſeruationes edidiſſet, anſam hoc ipſi dedit, contra ipſum peculiari libro agendi, cui hic titulus: *Codex Canonum Eccleſiæ primitiuæ vindicatus ac illuſtratus, autore* GVILIELMO BEVEREGIO, qui ex iterata editione prodiit *Amſtelodami* 1697. 4. In eius libri procemio adlegat qui cum ipſo ſentirent, §. IX. ſic ſcribens: *qui modeſtiſſime vero de antiquis hiſce Canonibus locuti ſunt, eos ſecundo ſaltem tertioue æra Chriſtianæ ſeculo, adeoque ante Concilium Nicenum, conditos collectosque aſſeruerunt. Ita e recentioribus ſenſerunt eruditiſſimi viri, Ioſephus Scaliger, Gabriel Albaſpinaus, Petrus de Marca, Henricus Hammondus, vel, vt ſemel dicam, omnes ante Ioh. Dallæum, qui ipſis eos Apoſtolis abiudicarunt. Neque enim ipſe D. Blondellus ilis eximendus eſt, quippe qui Canones qui Apoſtolorum dicuntur, circa An. Dom. CCLXXX. conditos, diſerte affirmauit Apol. pro ſentent. Hieron. p.* 317. *Et quamuis Ioh. Dallæus vir ſane doctiſſimus, & inter ſuos celeberrimus, aliis omnibus ſe vnum oppoſuerit, & in tertio de Pſeudepigraphis libro, toto contra Canones Apoſtolorum conſcripto, eos non niſi quinto adulto, imo exeunte ſeculo extitiſſe, publicarique cœptos eſſe, contenderit; id tamen apud omnes non euicit. Sed poſt librum a clariſſimo viro Anno Domini MDCLIII. editum, æque ac antea, media illa apud pleroſque adhuc prævaluit ſententia, quæ, Canones hoſce ſecundo tertioue æræ Chriſtianæ ſeculo conſtitutos editosque iudicat. Vt de aliis autem, quos plurimos tam e Gallia, quam ex Anglia noſtra grauiſſimos in hac cauſa teſtes, euocare poſſumus, in præſenti taceamus, duo illuſtriſſimi viri, Petrus Gunning, & Iohannes Pearſon, ambo non ita pridem ſacroſanctæ Theologiæ in Academia Cantabrigienſi Profeſſores, nunc autem Epiſcopi, ille Eccleſiæ Elienſis, hic Ceſtrenſis, digniſſimi, hanc ſuam opinionem non tantum verbo, ſed & ſcriptis tradiderunt. Ille nimirum in pereruditoiſto ac omni antiquitate refertiſſimo de ieiunio Antepaſchali opere, quod Anno Domini MDCLXIII. anglice edidit, a quo me, in iſta controuerſia occupatum, plurimum profeciſſe, lubens gratusque fateor. In iſto enim opere vir ſpectatiſſimus, eſt antiquæ religionis pariter ac doctrinæ exemplar, de ſecunda poſt Apoſtolos centuria verba habens hæc dicit:* In ſecunda annorum centuria poſt vltimum Apoſtolorum (filiorum thalami) primum laudo Canones Apoſtolicos dictos, non ita dictos, quod ab ipſis Apoſtolis, ſed quod ab Apoſtolicis Epiſcopis, (qui haud raro lingua veterum Ἀπόστολοι, teſte Theodoreto, aliisque appellati ſunt) vt proximis ſiue propinquis Apoſtolorum ſucceſſoribus conditi fuerint. Quorum primos quinquaginta Canones centuria præcedenti conſtitutos fuiſſe probabile eſt, vt vltimos triginta quinque, hac ſiue ſecunda centuria (ſi excipiamus ſolummodo ἄγραφον ἐπίβλημα, ſiue aſſumentum vltimo corrupte additum.) *Hæc ille, in libro iſto, quem nouem poſt Dallæanum de Pſeudepigraphis publicatum annis, ſuo nomine dignum emiſit. Aliter autem, vir egregie itidem, vt omnibus notum eſt doctus, & in antiquitate Eccleſiaſtica exercitatiſſimus, Canones*

*Apo-*

*Apoſtolorum vulgo dictos a Concilio Epheſino, a Conſtantino M. Imp. ab ipſa Synodo Nicæna, & ante eam ab Alexandro Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopo laudatos, ac proinde, ante primam illam Vniuerſalem Synodum editos fuiſſe, fuſe doctiſſimeque contra Dallæum demonſtrauit: in vindiciis ſcilicet Epiſtolarum S. Ignatii part. I. c. 4 p. 51. 52. Quod eximium opus eodem tempore quo Annotationes noſtræ in Pandectas Græcorum Canonum, hoc eſt Anno Domini MDCLXXII. primum in lucem prodiit, adeoque vndecimo Anno poſt diuulgatum Dallæi librum de Pſeudepigraphis Apoſtolicis.* Poſtquam igitur in Prooemio & libri primi capite primo, Hiſtoriam controuerſiæ expoſuiſſet, ſententiam ſuam, ſub initium capitis ſecundi in hanc ſummam redigit, dicens: *omnes enim octoginta quinque Canones Apoſtolorum vulgo dictos, quos Franciſcus Turrianus ab ipſis Apoſtolis ante annum Dom. L. ſancitos, Ioannes autem Dallæus ab Hæretico aliquo impoſtore poſt annum Dom. CCCCL. confictos eſſe affirmauit; nos media inſiſtentes via, eos nec ab ipſis Apoſtolis, nec a quouis Hæretico; nec ante annum L. nec poſt CCCCL. ſed ab Apoſtolicis Catholicisque viris, ſecundo, tertioue a Chriſti natiuitate ſeculo conſtitutos, publicatosque fuiſſe contendimus. Non quod ſingula quæ nunc dierum in iis habentur verba adeo antiqua fuiſſe cenſeamus: Nihil enim dubii eſſe poteſt, quin hoc, æque ac alia quæcunque Eccleſiæ primitiuæ monumenta, nonnullis in locis interpolatum fuerit, & mendis quibusdam, de quibus poſtea agemus, vitiatum. Verum res ipſas in dictis Canonibus comprehenſas, a variis Apoſtolicorum virorum Synodis definitas, & ante tertium finitum ſeculum in iſtud quod ſub Canonum S. Apoſtolorum titulo hodie circumfertur corpus, collectos fuiſſe arbitramur. Vsque adeo vt hæc Canonum Antiquiſſimorum Sylloge nihil aliud nobis videatur, quam Codex Canonum Eccleſiæ primitiuæ, per quem ſcilicet Eccleſiaſtica diſciplina, plurimis ſaltem in locis, ante conſeſſum Nicænum adminiſtrata fuit.* Demonſtrat hoc ex eo, quod tribus ſeculis prioribus plures ſynodi fuerint celebratæ, nec, prout §. *III.* dicit, in iisdem quidpiam continetur, quod moribus ac inſtitutis Eccleſiæ primitiuæ, non ad amuſſim quadret. Hinc §. *IV.* addit: *quæ cum ita ſint, Apoſtolicos quos vocamus Canones, nihil aliud fuiſſe exiſtimamus, quam ſtatuta quædam ſiue decreta Synodorum, quæ per tria priora Æræ Chriſtianæ ſecula diuerſis temporibus, locisque habitæ fuerunt. Quæ ſententia eo probabilior redditur, quod pro comperto habeamus, nonnulla eorum, quæ in dictis Canonibus continentur, a primitivis iſtis Synodis conſtituta fuiſſe.* Deinde variis auctoritatibus atque Canonibus Conciliorum confirmat Canones Apoſtolorum, iam ſeculo IV. ſuam habuiſſe autoritatem. Idemque *cap. V. VI. VII. VIII.* ex Scriptoribus atque Canonibus ſeculi quinti & ſexti plenius confirmat. Inde *c. IX.* aduerſariorum ſententiam proponit, atque argumentum a Gelaſii decreto conuellit. *c. X.* Athanaſii & Baſilii auctoritatem, quam euertere conatus fuerat DALLÆVS, defendit. Reliquis capitibus libri primi teſtimonia e Synodis atque Scriptoribus antiquis deſumpta confirmat, atque contra aduerſariorum exceptiones vindicat. Libro ſecundo vero declarat, nihil in hoc Codice eſſe, quod ſecundi, tertiique ſeculi diſciplinæ ſit diſſentaneum. Agit igitur de Epiſcoporum Ordinatione, Primitiis offerendis, Paſchate, frequenti Communione, Eunuchis, Metropolitanis, prima merſione, pœnitentibus recipiendis, libris pſeudepigraphis, Ieiunio Sabbathi, cera & oleo, ædibus & vaſis ſacris, libris S. Scripturæ, conſtitutionibus Apoſtolicis, vocabulis in Canonibus Apoſtolorum vſitatis, Epiſcopis, Baptiſmo Hæreticorum. Librum Tertium totum materiæ de Ieiunio Quadrageſimali ac quartæ & ſextæ feriæ deſtinauit. Demum ipſos Canones Apoſtolorum ſub-

Digitized by Google

ſubiecit. Verum, dum Anglis obiiciatur, illos Canones hoſce antiquiores facere, eo quod Epiſcopale Regimen in iisdem confirmetur, alios etiam audiamus. Eiusdem etiam ſententiæ eſt PETRVS de MARCA, dum *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. II. §. II.* ſic loquitur: *Sane, vt Clementis Romani fœtum non eſſe, ita etiam erudito ſcriptori, qui tertio ſaltem ſeculo floruerit, vindicandum, omnibus hodie perſuaſum eſſe video, cum in illo commentario, antiquæ diſciplinæ ſatis expreſſa veſtigia ſuperſint.* §. V. vero probat Concilii Nicæni tempora hos anteceſſiſſe.

§ III.

Facile Beueregio adſentior, iamdum Seculo III. confectos fuiſſe hoſce Canones, dum ſcriptores ſeculi IV. Eccleſiaſtici, ad eosdem iam prouocent, † nec denegauerim ipſis auctoritatem, quod ex doctrina Apoſtolica profluxiſſe viderentur, ideoq; Canones Apoſtolorum fuerunt dicti, †† atq; in Synodo Nicæna a. C. CCCXXV. ††† Antiochena †††† a. C. CCCXLI. aliisque ††††† ad eosdem prouocatur: publice tamen eosdem receptos fuiſſe, adſerere non auſim. †††††† Potius a diuerſis fuerunt collecti, auctique. Hinc numerus illorum variat, modo L. modo LXXXV. producuntur. ††††††† Exinde factum eſſe crederem, quod varia intermixta ſint aliena, ex quibus dogmata ſua hodie confirmant Pontificii. * Quare etiam dum nec ab ipſis Apoſtolis fuerunt profecti, varie ſubinde adſuta atque interpolata. ** In iure Canonico inter apocryphos reputantur, quod factum omnino non fuiſſet, ſi ab Eccleſia primitus publica auctoritate fuiſſent recepti. *** Id quod demum in Synodo Trullana a. 692. fuit factum, **** in Synodo Nicæna ſecunda a. 787. ***** confirmatum. In hos Canones ex antiquis commentati fuerunt ****** IO. ZONARAS, atque THEODORVS BALSAMO. ******* Ex recentioribus IOANNES BOVIVS, FRANCISCVS TVRRIANVS, DIONYSIVS GOTHOFREDVS & IO. BAPTISTA COTTELERIVS. ******** Minoris adhuc fidei erant Conſtitutiones Apoſtolicæ, in vno volumine olim cum Canonibus dictis comprehenſæ, vulgo Clementi Romano tributæ, de quarum tamen ætate aut origine certum quid adſerere ********* haut licet.

*Quid de iis ſentiendum.*

*Conſtitutiones Apoſtolicæ.*

† ATHANASIVS ad vbique Orthodoxos Opp. Tom. I. p. 943. οὐ γὰρ νῦν κανόνες καὶ τύποι ταῖς ἐκκλησίαις ἐδόθησαν, ἀλλ' ἐκ πατέρων ἡμῶν καλῶς καὶ βεβαίως παρεδόθησαν. οὐδὲ νῦν ἡ πίστις ἤρξατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ κυρίου διὰ τῶν μαθητῶν εἰς ἡμᾶς διαβέβηκεν. ἵν' οὖν μὴ τὰ ἐξ ἀρχαίων μέχρις ἡμῶν τηρηθέντα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐν ταῖς νῦν ἡμέραις παραπόληται, καὶ τὰ πιστευθέντα ἡμῖν ζητηθῇ παρ' ἡμῶν. κινήθητε ἀδελφοὶ &c. *Non enim nunc dierum Canones & typi Eccleſiis dati ſunt, ſed a Patribus noſtris pul-*

*pulchre firmiterque traditi fuerunt: neque nunc dierum fides cœpit, ſed a Domino per diſcipulos ad nos tranſiit. Ne igitur quæ a priſcis temporibus vſque ad nos in Eccleſiis obſeruata fuerunt, hiſce diebus pereant, & quæ nobis concredita ſunt a nobis requirantur, moueamini fratres.* Ibi BEVEREGIVS *lib. I. cap. III.* addit: *Ex quibus verbis abunde liquet, S. Athanaſii, qui Synodo Nicænæ An. Dom. CCCXXV. celebratæ adfuit, ætate, priſcos quosdam in Eccleſia Canones obtinuiſſe, qui longe ante iſtud ſeculum conſtituti fuerunt, vſque adeo, vt vna cum fide traditi viderentur: niſi quod fides ab ipſo Chriſto per Apoſtolos, Canones vero a viris Apoſtolicis ſanciti fuerunt. Neque enim alii quam viri Apoſtolici quarto ineunte ſeculo Patres proprie appellari poterant.* Longius inde ex oblata Athanaſio commemorandi hoſce canones occaſione declarat, Athanaſium nullos alios, quam Apoſtolorum Canones intelligere potuiſſe. Alio loco Athanaſius *p.* 945. τοῦτο δὲ τοὺς μὲν ἐκκλησιαστικοὺς κάνονας παραλύσει, τὰ δὲ ἔθνη βλασφημεῖν ἀναγκάζει καὶ ὑπονοεῖν ὅτι μὴ κατὰ θεῖον θεσμὸν ἀλλ᾽ ἐξ ἐμπορείας καὶ προστασίας αἱ καταστήσεις γίγνονται. *Id autem & Eccleſiaſticos quidem Canones violat, & Ethnicos ad blaſphemiam cogit, & ſuſpicionem ut putent, non legibus rituque diuino, ſed nundinatione & potentia Epiſcopos conſtitutos.* Alium locum S. Baſilii adducit BEVEREGIVS *lib. I. cap. III. §. IV.* dicens: *S. Athanaſio nondum denato, S. Baſilius M. Cæſareæ Cappadociæ creatus eſt Epiſcopus, An. Dom. plus minus CCCLXXX. Hic epiſtolas quasdam ad Amphilochium Iconii epiſcopum conſcripſit, quæ Canonicæ appellari meruerunt, ac proinde in Canones ab Eccleſia Græca receptos diſtributæ ſunt.* Horum Canonum tertius ſic incipit: Διάκονος μετὰ τὴν Διακονίαν πορνεύσας, ἀπόβλητος μὲν τῆς Διακονίας ἔσται, εἰς δὲ τὸν τῶν λαικῶν ἀπωθεὶς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται, διότι ἀρχαῖός ἐστι κανὼν, τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας, τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ὑποβάλλεσθαι. *Diaconus poſt diaconatum fornicatus, a diaconatu quidem eiicitur: in laicorum autem locum detruſus, a communione non arcebitur: quoniam antiquus eſt Canon, vt qui a gradu exciderunt, huic ſoli punitionis generi ſubiiciantur. Sub antiqui Canonis hic commemorati nomine Apoſtolicus XXV. haud dubie indigitatur, quippe quo id aperte decernitur his verbis:* Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐπὶ πορνείᾳ ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ ἐπὶ κλοπῇ ἁλοὺς καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. *Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus fornicationis vel periurii, vel furti conuictus, deponatur, & non ſegregetur. Dicit enim ſcriptura; Non vindicabis bis in idipſum. Quin ad hunc itaque canonem S. Baſilius in verbis ante citatis reſpectum habuerit nemo dubitare poteſt, quandoquidem nullum alium S. Baſilio antiquiorem inuenire eſt canonem, præter vnicum hunc Apoſtolicum, quo hoc decretum legitur. Idem dicendum eſt de eiusdem doctiſſimi Patris canone XII. quo ait:* τοὺς διγάμους παντελῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισε, *Digamos canon omnino a miniſterio excluſit. Per canonem hic laudatum, Apoſtolicum XVII. intelligendum eſſe Balſamon & Zonaras conſentiunt & recte quidem. Dictus enim canon ſic habet,* Δυσὶ γὰρ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται

ται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Qui poſt Baptiſmum duobus coniugiis fuerit implicitus, vel concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero Sacerdotali.* *Hic porro vnicus eſt canon, quem ſcimus ab Eccleſia, ante S. Baſilii ætatem conſtitutum, quo Digami ab omni miniſterio Eccleſiaſtico excluduntur, vt nullus ſuperſit dubitandi locus, quin ſanctiſſimus ille Pater ad iſtum in verbis ſuperius citatis reſpexerit. Sic Alexander Epiſcopus Alexandrinus in Epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum ante Synodum Nicænam ſcripta refert, Arium cum adſeclis ab ipſo excommunicatis ab aliis Epiſcopis in Eccleſiam receptos fuiſſe, contra Canonem Apoſtolicum. Sic enim Theodoretus Hiſt. Eccl. lib. I. c. IV.* ὅθεν καὶ συμβαίνει, τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας εἰς ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι μεγίστης ὡς οἶμαι, Διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμᾶσι συλλειτουργοῖς τῷ μήτε τὸν Ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν. *Vnde ſit, vt nonnulli literis eorum ſubſcribentes in Eccleſiam eos recipiant, cum tamen comminiſtris noſtris, qui hoc auſi ſunt, grauiſſima, vt opinor, reprehenſioni immineat infamia, eo quod nec Apoſtolicus Canon id permittit. Canon iſte, ad quem prouocatur eſt XII. ſic habens:* Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς, *ſi quis Clericus vel Laicus ſegregatus, vel non recipiendus, diſcedens in altera urbe receptus fuerit abſque literis commendatitiis, ſegregetur & qui recepit, & qui receptus eſt.* Ad Canones Apoſtolorum etiam prouocat Conſtantinus M. in Epiſtola ad Euſebium Cæſarienſem ſcripta, eo quod Epiſcopatum Antiochenum recuſaret, apud EVSEBIVM *in Vita Conſtantini lib. III. c. LXI.* Ἀλλ' ἡ σὴ σύνεσις ἤγουν τάς τε ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν Ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐκκλησίας φυλάττειν ἔγνωκεν, ὑπέρευγε πεποίηκε, παραιτουμένη ἐπισκοπίαν τῆς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας, ἐν ταύτῃ δὲ διαμεῖναι σπουδάζουσα, εἰς ἣν ἐκ πρώτης Θεοῦ βουλήσει τὴν ἐπισκοπείαν ὑπεδέξατο. *Verum rectiſſime fecit prudentia tua, quæ & mandata Dei, & Apoſtolicum Canonem & Eccleſiaſticum cuſtodire ſtatuit Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ repudians & in eo potius permanere deſiderans, quem Dei voluntate ab initio ſuſcepiſſet.* Ita Conſtantinus diſtinguit inter mandata Dei, Canonem Apoſtolicum & Eccleſiaſticum. Reperitur autem inter Canones Apoſtolorum XIV. ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, *Epiſcopos non licere, ſua relicta Parochia, ad aliam tranſilire, etiamſi a pluribus cogatur.* S. ATHANASIVS in Apologia ſecunda, iterum diſtinguit Canones Eccleſiaſticos atque Apoſtolorum, atque IVLIVM Papam Romanum, inducit ita decernentem. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύνοδον ὑπεύθυνος ἦν εὑρεθεὶς ὁ Ἀθανάσιος, οὐκ ἔδει τὴν κατάστασιν οὕτως παρανόμως, καὶ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γενέσθαι ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἱερατείου, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κλήρου τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους καταστῆσαι, καὶ μὴ νῦν τοὺς ἀπὸ τῶν Απο-

ϛόλων κανόνας παραλύεσθαι. *Si enim poſt Synodum in culpa fuiſſet deprehenſus Athanaſius, non tamen oportuit creationem noui Epiſcopi ita illegaliter & præter Canonem Eccleſiaſticum fieri, ſed in ipſa Eccleſia, & ex ipſo Sacerdotali ordine, & ex ipſo Clero eius Prouinciæ Epiſcopos conſtitui, & nequaquam ex illis, qui nunc Apoſtolorum Canones violant.* Intelligit autem Canones XXX. XXXV. & LXXXV. Vid. BEVEREGIVS *lib. I. c. VI. n. IV.* Vt taceamus teſtimonia Scriptorum ſeculi quinti & ſexti, vtpote Theodoſius M. Imp. a. 449. ad eosdem prouocat ſingulari conſtitutione, quæ extat *l. 3. C. de Summa Trinitate §. 4. præcipimus Irenæum, dudum ob hancce cauſam noſtræ indignationi ſuppoſitum, & poſtea (neſcimus quomodo) præter Apoſtolicos Canones, Tyriorum Ciuitatis Epiſcopum factum, ex Tyriorum quidem eccleſia deiici, in ſua autem duntaxat patria degere quieſcentem omnimodo, & ſchemate atque nomine ſacerdotis exutum.* Eiusdem legis mentionem facit EVAGRIVS *Hiſt. Eccleſ. lib. I. c. XII.* atque intelligitur Canon. XVII. qui bigamos ab Epiſcopatu excludit. Vid. STRAVCHIVS *Diſſ. Canon. I. §. II.* Vt taceamus teſtimonia Scriptorum ſeculi ſexti, Dionyſii Exigui, Io. Antiocheni, aliorumque, qui Canones hosce adgnouerunt, quæ BEVEREGIVS *libro I. c. VIII.* ad longum adducit. Inter hos IVSTINIANVS Imp. Nov. VI. præf. τοῦτο δὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν, εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησις φυλάττοιτο, ἣν οἵ τε δικαίως ὑμνούμενοι καὶ προσκυνούμενοι, καὶ αὐτόπται ὑπηρέται τοῦ Θεοῦ λόγου παραδεδώκασιν ἀπόστολοι. καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφυλάξαντό τε καὶ ὑφηγήσαντο *Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti & laudandi & adorandi inſpectores & miniſtri Dei verbi tradiderunt apoſtoli, & ſancti patres cuſtodiuerunt & explicauerunt.* Hunc locum etiam præter BEVEREGIVM *de Canonibus Apoſtolorum* explicat IAC. VSSERIVS *Diſſert. ad Ignatium cap. VI. p. 37.*

†† GABRIEL ALBASPINAEVS lib. I. obſ. XIII. *Exiſtimo, eos ita appellatos eſſe ab antiquitate nam cum eorum aliquot ab Apoſtolorum ſucceſſoribus, qui teſte Tertulliano de præſcriptionibus Apoſtolici viri nominabantur, facti eſſent, Apoſtolicorum primum Canones, deinde nonnullorum Latinorum ignorantia, aliquot literarum detractione Apoſtolorum dicti ſunt.*

††† Hoc argumentum BEVEREGIVS *lib. I. c. IV. §. I.* latius fuit perſecutus, qui Concilii Nicæni Canones perplures cum illis Apoſtolorum contulit, atque, vbi Concilium Nicænum ad Canonem antiquum prouocat, hoc ex Canonibus Apoſtolorum demonſtrat.

†††† BEVEREGIVS *§. II. & ſqq.* pluribus demonſtrauit, pleroſque huius Concilii canones ex Apoſtolicis eſſe deſumptos.

††††† BEVEREGIVS *lib. I. cap. V.* Prouocat ad Synodum Gangrenam, eodem cum Antiocheno tempore celebratam, quæ ad Canones Eccleſiaſticos prouocet, qui alii non fuerint, quam Apoſtolici. In Synodo Conſtantinopolitana ſecunda a. 381. Carthaginenſi III. Chalcedonenſi etiam prouocari ad canones antiquiores. Potiſſimum vero *lib. I. c. VI.* ex Concilio Conſtantinopolitano a. 394. celebrato, adducit: μὴ χρῆναι πρὸς τὸ ἑξῆς μηδὲ παρὰ τριῶν, μή τοίγε παρὰ δύο τὸν ὑπεύθυνον δοκιμαζόμενον καθῃρεῖσθαι, ἀλλὰ γὰρ πλείονος συνόδου ψήφῳ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας, καθὼς καὶ οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. *Non licere in poſterum nec tribus, nedum a duobus, eum qui reus examinatur, deponi, ſed maioris Synodi & Prouinciæ Epiſcoporum ſententia, ſicut etiam Apoſtolici Canones.*

*definierunt.* Continetur autem hoc in Canone LXXIV. In Concilio Epheſino Oecumenico Tertio a. 431. celebrato, Rheginus Epiſcopus Eccleſiæ apud Conſtantiam Cypri, reliquorum iſtius inſulæ Epiſcoporum nomine, ſeptima actione, libellum patribus in ſynodo congregatis obtulit, quo conqueſtus eſt, Epiſcopum Clerumque Antiochenum voluiſſe, & cogere & ſubiicere ſibi Epiſcopos inſulæ Cypri, contra Apoſtolicos Canones, & definitiones ſanctiſſimæ Nicænæ Synodi, ſecundum BEVEREGIVM *lib. I. c. VI. §. VI.* Ad Tertullianum quoque prouocari ſolet, cui tamen canones hosce plane non cognitos fuiſſe MASTRICHT *n.* 131. demonſtrauit.

†††††† DIONYSIVS EXIGVVS, qui Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ de Græco in latinum ſermonem tranſtulit, in Epiſtola ad Stephanum, Epiſcopum Salonitanum, Codici præmiſſa, ſic de Apoſtolicis præfatur. *In principio itaque Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem. Quamuis poſtea quadam conſtituta pontificum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe videantur* Dubitauit etiam de eorum auctoritate PHOTIVS in Prolegomenis Nomo-Canonis in Bibliotheca Iuris Canonici Veteris *Tom. II. p.* 790. ἀλλὰ τȣ̀ς λεγομένȣς τῶν ἁγίων Αποςόλων, ἐι καὶ τινὲς αὐτȣ̀ς ἀμφιβόλȣς διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο. *Necnon digeſſimus etiam eos Canones qui ſanctorum Apoſtolorum eſſe dicuntur. Quamvis nonnulli quibusdam cauſis moti pro dubiis eos habuerint.* Patet hoc etiam ex eo, quod multa in iisdem dilucide fuerint explicata, de quibus tamen adhuc ſeculo III. & IV. fuit diſputatum, quod ſane factum non fuiſſet, ſi publica auctoritate fuiſſent recepti. De eo ſic loquitur GABRIEL ALBASPINÆVS *lib. I. obſ. XIII. Multa ſunt in iis adeo clare dilucideque explicata & conſtituta, vt de eorum ſenſu dubitari non poſſit, quæ tamen tertio quartoque ſeculo ſumma contentione diſputata ſunt. Huiusmodi ſunt Sabbathorum ieiunia, pœnitentium, h. e. adulterorum, ſicariorum & idololatrarum receptio. De baptiſmo hæreticorum. Si Canones iſti Conſtitutionesque ab Apoſtolis probata, ſancitaque fuiſſent, quis exiſtimet ea in dubium fuiſſe reuocanda, quæ ab Apoſtolis decreta ſancitaque fuiſſent. An adeo ignorantes erant illius ætatis patres, vt, ſi extitiſſent illi Apoſtolorum Canones, eos continuo non produxiſſent.* Eodem argumento vtitur PETRVS de MARCA *de concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. cap. II. n.* 5. Hoc tamen minime negamus, fuiſſe inter præfatos, qui hisce Canonibus multam tribuerent auctoritatem. Sic enim IO. DAMASCENVS *lib. IV. c. XVIII. de orthodoxa fide*, eos in Canonem retulit S. Scripturæ, dicens: Παύλȣ Αποςόλȣ ἐπιςολαὶ δεκατέσσαρες, Αποκάλυψις Ιωάννȣ ἐυαγγελιςȣ̃. Κανόνες τῶν ἁγίων Αποςόλων διὰ Κλήμεντος. *Pauli Apoſtoli Epiſtolæ quatuordecim, Apocalypſis Iohannis Euangeliſtæ. Canones ſanctorum Apoſtolorum per Clementem.*

††††††† Variat ipſum Ius Canonicum. Proœmium equidem Diſtinctionis XVI. ſic habet: *Apoſtolorum vero Canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe translati, ſunt quinquaginta.* Totidem confirmat *c.* 3. *diſt.* 16; & *c.* 2. *diſt.* 16. *ſexaginta ſententias Apoſtoli praſcripſerunt, cum aliis plurimis Epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt* c. 4. diſt. 16. *placuit huic ſanctæ Synodo, vt amodo confirmata & rata ſint Canonum Apoſtolorum LXXXV. Capitula.* DIONYSIVS EXIGVVS, qui hosce Canones primum latine vertit, horum non niſi L. habet. Neque plures Collectioni ſuæ inſeruit

ISIDORVS MERCATOR. IO' ANTIOCHENVS tamen, qui Seculo VI. vixit, de iisdem ſic ſcribit: οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ κυρίου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἐξέθεντο *Sancti quidem Domini diſcipuli & Apoſtoli octoginta quinque Canones per Clementem ediderunt.* Totidem confirmantur in c. 2. Concilii Trullani a. 692. celebrati. Reperiuntur Canones iſti LXXXV. plerisque editionibus Tomorum Conciliorũ inſerti. Hos etiam Codici Canonum vindicato ſubiecit GVILIELMVS BEVEREGIVS. Eosdem cum antiquo Codice Hœſchelii collatos, cum aliis Conciliorum Canonibus edidit ELIAS EHINGERVS *VVitteberga* 1614. 4. Canones LXXXIV. Interprete Gregorio Haloandro Corpori Iuris fuerunt ſubiecti. LAMBERTVS GRVTERVS vero in Editione Operum Clementis XL. Canones memorat. FRANCISCVS LONGVS a S. CORIOLANO, qui in Summa Conciliorum hos Canones ex latina verſione, ſub initium ſtatim exhibuit, equidem hæc conciliare conatur, dum *Annot. ad Canones Conciliorum p.* 123. ſic loquitur: *ſed ſcire debent, prædictas* 60. *vel* 70. *ſententias, quas Zephyrinus ab Apoſtolis præſcriptas eſſe refert, omnes* 50. *Canonibus ſive Capitulis Apoſtolorum contineri, ſic, vt vno Canone plures ſententiæ comprehendantur.* Vid. TVRRIANVS *lib. I. c. XX.* GABRIEL ALBASPINÆVS *lib. I. Obſ. c. XIII.* cenſet, non vno tempore conditos eſſe iſtos Canones, ſed alios primo, alios ſecundo Seculo a viris Apoſtolicis, atque Apoſtolorum ſucceſſoribus, poſtea alios ſeculo tertio eſſe additos retento tamen Apoſtolicorum Canonum nomine, quod poſtea oſcitantia in Apoſtolorum degenerauerit; nihilque aliud eſſe hanc Farraginem, quam Breuiarium & epitomen priuatorum conciliorum & rerum ab Epiſcopis priuatis ſancitarum, qui Eccleſias Græcas ante Concilium Nicænum adminiſtrarunt. Licet in hoc GERHARDVM a MASTRICHT habeat contrarium *n.* 134. arbitrantem, ſi epitome fuiſſet rerum ante Concilium Nicænum ſancitarum, omnino Codici Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ fuiſſent inſerti, quod tamen factum non fuit. Licet hoc argumentum pro firmo non haberem, cum iſti Codici inſerti ſaltem fuerint Canones ab Eccleſia tunc recepti, quod tamen de Canonibus Apoſtolorum demum ſequiori tempore factum. Mihi quidem videtur, ſub initium non niſi L. fuiſſe Canones, reliquos poſtea adiectos. Quod etiam olim adſeruit BELLARMINVS de Script. Eccleſ. n. 92. Ex Proteſtantibus IACOBVS VSSERIVS *ad Ignatii Epiſtolas c. VI.*

* Obſeruauit IACOBVS VSSERIVS *in adnot. ad Ignatii Epiſtolam cap. VI.* interpolatorem quendam, vt Canones iſti vere crederentur eſſe Apoſtolici, in Canone XXX. vnicum tantum verbum addidiſſe, ita, vt, cum antea legeretur: a communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus a Petro interpolator, addat, *a me Petro.* Immo, notante PETRO DE MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. II. §. II.* Epiphanius docuit, quod hæretici corruptiore ſtylo aliquot locis eam violarint, qui alias eo in libro πᾶσαν κανονικὴν τάξιν contineri teſtatur.

** Demonſtrauit hoc GERH. a MASTRICHT *n.* 131. loco ſupra iamdum citato. Licet BEVEREGIVS demonſtret, nihil hos Canones continere a moribus ritibusque Eccleſiæ ſeculo III. alienum.

*** GELASIVS equidem in Concilio habito Romæ cum LXX. Epiſcopis a. 493. cuius decreta extant *c.* 3. *diſt.* 15. §. 64. *Liber Canonum Apoſtolorum apocryphus.* Et quidem ſecundum §. 27. *cæterum, quæ ab hæreticis, ſiue Schiſmaticis conſcripta,*

*ſcripta,*

*ſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana inter hæc ſcripta etiam referuntur Canones Apoſtolorum.* Hoc argumento potiſſimum nititur DALLÆVS *de Pſeudepigraphis lib. III. c. III. IV.* Confectos fuiſſe hoſce Canones ab Impoſtore quodam. Verum, BEVEREGIVS *lib. I. c. IX. §. 3.* & 10. PEARSONIVS *in Vindic. Epiſt. Ignat. lib. I. c. IV.* dubitant, an tale vnquam a Gelaſio editum fuerit decretum, cum nemo iſtius mentionem fecerit, ante trecenteſimum, poſt Gelaſii obitum annum. Deinde, ſi vel maxime genuinum ſit hoc decretum, incertum tamen eſſe, vtrum iſta verba: *Liber Canonum Apoſtolorum Apocryphus* eidem fuerint inſerta, cum in Inſtelli, aliisque Codicibus Mstis iſta deſiderentur. Patet hoc tanto magis ex HINCMARI Rhemenſis *Opuſculis aduerſus Hincmarum Laudenſem cap. XXIV. p. 474. Sed & beatus Gelaſius in Catalogo qui libri ab Eccleſia catholica recipiantur deſcripto, authenticis ſcripturis, & Nicena, Conſtantinopolitana, ac Epheſina, Chalcedonenſis quoque Synodi, & aliis Conciliis a ſanctis patribus inſtitutis, & orthodoxorum opuſculis, atque decretalibus epiſtolis Apoſtolicæ ſedis Pontificum, aliisque Scripturis diſcrete commemoratis de his Apoſtolorum canonibus penitus tacuit, ſed nec inter apocrypha eos miſit.* Immo ſi vel maxime genuinum eſſet hoc Gelaſii decretum; ex iſto tamen ſtatim patet, Gelaſium hæc inter apocrypha reiicere, quæ ab Eccleſia non fuerunt recepta. Quare P. de MARCA *lib. III. c. II. §. VII. Variæ ſunt claſſes apocryphorum in Notitia Gelaſii, vt obſeruarunt viri eruditi, cum non tantum figmenta hæreticorum veniant in hunc cenſum, ſed etiam opuſcula tractatorum, in quibus ſunt naui quidam. Apocryphus ergo dicetur, iuxta mentem Gelaſii, liber horum canonum, quod in iudiciis non obtineat auctoritatem, & Apoſtolorum nomen falſo præferat.* In c. 1. diſt. 16. *Canones qui dicuntur Apoſtolorum ſeu quia eosdem nec Sedes Apoſtolica recepit, nec Sancti Patres illis aſſenſum præbuerant, pro eo, quod ab Hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſitæ dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab autoritate Canonica atque Apoſtolica eorum Geſta conſtat eſſe remota atque inter apocrypha deputata.* Deſumtum hoc capitulum eſt ex præfatione Iſidori ad Collectionem Conciliorum, quæ ex Bibliotheca Eccleſiæ Toletanæ deſcripta, Romam eſt miſſa, additur in rubrica tempus circa an. 700. in Hiſpania. Alium autem hunc eſſe Iſidorum ab eo, cuius eſt c. 4. de quo infra, facile patet, dum vtraque Capitula ſibi inuicem plane ſint contraria, prout etiam demonſtrauit ANTONIVS AVGVSTINVS *de emendatione Gratiani lib. I. dial. VI. p.* 201. Videtur autem Iſidorus, ex quo capitulum primum eſt deſumptum, Hiſpalenſis iſte Epiſcopus fuiſſe, qui circa medium ſeculi ſeptimi vixit, cum idem ille Originum libro ſexto cap. II exeunte dicat: *Nam multa & ſub nominibus prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine apocryphorum auctoritate Canonica diligenti examinatorum remota ſunt,* Capitulo iſto primo admodum conueniunt. Idem adſeruit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS *præf. ad Cod. Can. Eccleſ. vniverſæ*, atque ANDREAS RIVETVS *in Criticis ſacris lib. I. c. I.* Dum igitur a multis pro apocryphis haberentur, nec Martinus Braccarenſis, nec Ferdinandus Carthaginenſis iſtos ſuæ digeſtioni inſeruit.

**** Ex eadem deſumptum eſt c. 2. diſt. 16. *placuit huic Sanctæ Synodo, vt amodo confirmata, & rata ſint Canonum Apoſtolorum LXXXV. Capitula.* Sequitur in eodem capitulo Iſidori Mercatoris Epiſtola: *Iſidorus ſeruus Chriſti, Lectori ſuo conſeruo. §. 1. propter eorum autoritatem ceteris Conciliis præponimus Canones,* qui

*qui dicuntur Apoſtolorum , licet a quibusdam apocryphi dicantur , quoniam plures eos recipiunt , & Sancti Patres eorum Sententias Synodali autoritate roborauerunt , & inter Canonicas poſuerunt Conſtitutiones.* Immo , iam antea Zepherinus Epiſcopis per Siciliam conſtitutis a. Chriſti 198. ſcripſerat : *Sexaginta Sententias Apoſtoli praſcripſerunt , cum aliis plurimos Epiſcopos & ſeruandas cenſuerunt.*

***** Syn. Nicæna II. c. I. Ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν, καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν σαλπίγγων τοῦ πνεύματος, πανευφήμων Ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. *Diuinos Canones lubenter amplectimur , eorumque conſtitutionem integram , & illabefactam confirmamus , qui editi fuerunt a Sanctis Spiritus tubis , ſumma laude celebrandis Apoſtolis , & a ſex ſanctis vniuerſalibus Synodis , iisque quæ ad eiusmodi decretorum editionem localiter coacti fuerunt , & a noſtris ſanctis Patribus.* Sic quinquaginta Canones confirmantur in c. 3. diſt. 16. *Clementis Librum , id eſt , Petri Apoſtoli Itinerarium , & Apoſtolorum Canones numerant Patres inter apocrypha , receptis quinquaginta Capitulis , quæ decreuerunt orthodoxæ fidei adiungenda.* Stephanus IV. in Synodo Lateranenſi a. 769. Actione IV. ſtatuit : *non amplius ſuſcipiantur Apoſtolorum Canonum prolata per S. Clementem , niſi quinquaginta capita , quæ ſuſcipit , ſancta Dei Catholica Romana Eccleſia* , notante ANTONIO PAGI *in Critica in Annales Baronii A.* C. 100. *p.* 96. Confirmauit eosdem Canones , generatim tamen Leo IV. Papa , Epiſcopis Britanniæ ſcribens : *Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis vtimur iudiciis , ſunt* Canones *Apoſtolorum , Nicænorum , Aneyranorum , NeoCæſarienſium , Gangrenſium , Antiochenſium , Laodicenſium , Conſtantinop. Epheſ. Calchedonenſium , Sardicenſium , Africanenſium , Carthaginenſium.* ANT. PAGI vlterius docet , qua ratione Orientalis Eccleſia omnes LXXXV. Canones receperit , dicens : *at latius ſeſe extendit Orientis Eccleſia in recipiendis Apoſtolorum Canonibus , quos LXXXV. omnium primus ſuæ L. titulorum* Collectioni *inſeruit Ioannes Scholaſticus , vt notat Iuſtellus in Præfatione ad tomum* 2. *Bibliothecæ* IVRIS CANONICI , *& idem Ioannes Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter ex ordine Scholaſticorum , qui in Præfatione ait : Sancti Domini Diſcipuli & Apoſtoli octoginta quinque* Canones Clementis *opera ediderunt. Eos , poſt hanc Ioannis Collectionem , recepit & probauit Synodus Trullana Canone II. & poſt eam Synodus generalis VII. quæ Actione* I. *conſenſit ex Bibliotheca Patriarchii Cpoleos tam Canonum SS. Apoſtolorum , quam SS. Synodorum libros in medium afferri : Et Notarius venerabilis Patriarchii legit : Canon SS. Apoſtolorum quinquageſimus tertius : (nunc LII.) Si quis Presbyter eum , qui conuertitur e peccato , non ſuſceperit , ſed abiecerit , deponatur , &c. Vsque ad LXXVII. recenſet Alexius Ariſtinus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus , quæ nunc primo publicata eſt in tomo* 2. *Bibliothecæ Iuris Canonici , vbi poſt Ariſtinum ſubnectitur Epitome Canonum Symeonis Magiſtri & Logothetæ , in qua exhibentur* Canones *Apoſtolorum octoginta duo. Subnectitur & Synopſis* Canonum *Arſenii Monachi , qui ad cap.* 4. *ſubdit : SS. Apoſtolorum Canon LXXXV , & alios Apoſtolorum* Canones *paſſim exhibet , vt octoginta quinque* Canones *admiſiſſe conſtet , quos & diu ante illos Collectores admiſit.* PHOTIVS *in Nomocanone* , ad quem edita Præfatione ſcribit : *Canones , qui SS. Apoſtolorum dicuntur ,*

*tur, Clementis opera collecti LXXXV. Ex quibus videre licet Orientales paſſim omnes LXXXV. canones admiſiſſe, qui de facto poſt Decretum Gratiani iuſſu Gregorii XIII. editum, inueniuntur, vti & paſſim in omnibus Conciliorum editionibus.* In Tomis Conciliorum Ed. Labbeanæ, Canones L. inſeruntur, interprete Dionyſio Exiguo & LXXXIV. interprete Gentiano Herueto. Plura SCHELSTRATIVS laudatus, & NATALIS ALEXANDER, *Diſſert. XVII. Seculi primi Eccleſiæ.* Videndus etiam COTELERIVS in Notis ad Canones Apoſtolicos, quæ habentur in parte ſecunda Operum SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, pag. 327.

****** Titulus eſt: ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης, καὶ πρωτοασηκρῆτις. *Expoſitio ſacrorum diuinorumque canonum, tam ſanctorum & venerandorum Apoſtolorum, quam ſacrarum Oecumenicarum Synodorum, ſed & localium ſiue particularium, reliquorumque ſanctorum Patrum, elaborata per Ioannem Zonaram Monachum, qui fuit olim magnus Drungarius Viglæ, & primus a ſecretis.* Quantæ æſtimationis hic Commentarius fuerit apud Græcos olim, patet ex Anonymo, quem citat LEO ALLATIVS de perpetua conſenſione Eccleſiæ occidentalis & orientalis *lib. II. c. X.* dum ait: Τελευταῖος δὲ πάντων καὶ ὁ θαυμαστὸς Ζωναρᾶς μοναχὸς Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων. καὶ πάντων τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν σαφέστατα καὶ εὐλαβέστατα ἐξηγησάμενος, καὶ οὐδαμοῦ τὸν πάπαν ὡς ὀρθόδοξον ὠνόμασε· μᾶλλον δὲ καὶ τῷ ἀναθέματι καθεπέβαλεν τοὺς τὰ ὅρια πατέρων σαλεύοντας, καὶ ἀθέτησιν ποιοῦντας τῶν θείων κανόνων. *Omnium vero poſtremus, & admirabilis ille Ioannes Zonaras Monachus, diuinos ſacrosque Canones ſanctorum & perilluſtrium Apoſtolorum & ſeptem ſanctarum Oecumenicarum ſynodorum, & omnium ſanctorum patrum noſtrorum, clariſſime & piiſſime interpretatus, nullo in loco Papam orthodoxum vocauit: ſed eos potius qui terminos patrum tranſmouent, & ſacros canones peruertunt, anathemati ſubiecit.* Editiones BEVEREGIVS tali ratione deſcribit: *§. XXV. quod ad priores horum Zonaræ in Canones commentariorum editiones ſpectat, primo quidem ſcholia eius in canones Apoſtolorum ſola latine verſa & in lucem emiſſa ſunt an. Dom. cIↄ DLVIII. per Ioannem Quintinum, in Academia Pariſienſi iuris canonici tunc temporis profeſſorem. Poſtea Antonius Salmantia commentarios eius etiam in canones Conciliorum latine verſos edidit Mediolani, anno Dom. cIↄ DCXVIII. Latinæ cuius verſioni Typographus Pariſienſis Græcum etiam textum ex Codice MS. in bibliotheca regis Chriſtianiſſimi erutum, addidit, & euulgauit Lutetiæ Pariſiorum an. D. cIↄ DCXVIII. Sed adhuc deſiderata erant commentaria eius in canonicas ſanctorum Patrum Epiſtolas, quæ propterea ibidem impreſſa ſunt vna cum S. Gregorii Neocæſarienſis ſiue Thaumaturgi, Macarii Aegyptii, & Baſilii cIↄ IↄCXXII.* Hunc demum Commentarium in Synodico integrum edidit GVILIELMVS BEVEREGIVS.

******* Titulus talis eſt: Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε, ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνό-

δων. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν Τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων πρὸς δὲ καὶ δήλωσις τῶν ἐνεργούντων νόμων, καὶ μὴ ἐνεργούντων, τῶν ἀναπτυσσομένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις τοῖς κατ' ἀρχὴν τῶν κανόνων κειμένοις· Ποιηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ εὐτελεῖ Διακόνῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν τῷ Βαλσαμὼν, τῷ μετὰ χρόνους τινὰς πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης ἀνατολῆς. *Expoſitio ſacrorum diuinorumque canonum, ſanctorum celebratiſſimorumque Apoſtolorum & ſacrorum Oecumenicorum atque etiam prouincialium ſiue particularium conciliorum, reliquorumque ſanctorum Patrum: inſuper & declaratio efficacia atque inefficacia legum in quatuordecim titulis ante canones poſitis collocatarum; Elaborata iuſſu Imperatorio atque Patriarchali, a* THEODORO BALSAMONE, *ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ Domino Nomophylace, & Chartophylace, qui etiam poſt aliquot annos Theopoli magna ſcilicet Antiochia & totius Orientis Patriarcha factus eſt.* Inſerta hæc eſt Expoſitio BEVEREGII Synodico, qui etiam in Prolegomenis §. *XVI. XVII. XVIII.* teſtatur, quantæ auctoritatis olim fuerit hic Commentarius. Vtrosque Commentarios his verbis inuicem confert BEVEREGIVS in Prolegomenis §. *XXIII. in hiſce autem ſcholiis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balſamonis propoſitum fuit. Hic enim ciuilis æque ac canonici iuris conſultiſſimus vtriusque concordiam perſequitur, apparentes diſcrepantias componit, & canonicas quæſtiones a ſe motas multoties ſoluit. At Zonaras e contra ipſis canonum verbis & ſenſui interpretandis ſtricte adhæret, raro admodum ad ciuiles leges digrediens. Hinc fit, quod Balſamon totum Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transſcribat; ſuperfluum nimirum iudicans, alia Zonaræ dictis addere cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis & imperialibus conſtitutionibus diſputatio inſtituatur, hoc eſt, nihil quod ad ſuum propoſitum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem celato nomine perſtringit; neque vllibi eius mentionem facit, præterquam in commentariis ad Epiſtolam canonicam ſancti Athanaſii, ad Ammum, vbi eum vocat* ὑπερφυέστατον ἐκεῖνον Ζωναρᾶν *ſumme excellentiſſimum illum Zonaram, eamque dictam Epiſtolam,* σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρεῖττόνως. *ſapienter & peraptiſſime, atque ita, vt nemo melius interpretatum eſſe affirmat.*

******** In eosdem commentatus IO. BOVIVS, *Pariſiis* 1564. 8. FRANCISCVS TVRRIANVS, *Venetiis* 1563. 8. qui eorum etiam antiquitatem contra Centuriatores Magdeburgenſes defendere conatur, & DIONYSIVS GOTHOFREDVS, *Lugduni* 1583. 4. IO. BAPTISTÆ COTTELERII Notæ, vna cum Patribus iſtius Apoſtolicis prodierunt.

********* Extant in Tom. I. Conciliorum Ed. Labbei *p.*210. De his audiamus CASPAREM ZIEGLERVM dum §. XIV. ait: *non melioris notæ ſunt Conſtitutiones, quæ dicuntur Apoſtolicæ eidem Clementi Romano tributæ & olim cum canonibus in vno volumine comprehenſæ, ita vt conſtitutionum liber canones integros capite vltimo recenſitos contineret. Eas iam diu reiecit Athanaſius in Synopſi, nec recipere voluit Synodus Trullana can. 2. Ipſe Bellarminus lib. de Scriptor Eccleſ. p. 39. nullum fere in Eccleſia Latina eas nomen habere dicit. Eaedem vt adulterinas impugnant Petrus Halloixius in not. ad vit. Polycarp. c. 6. & ad vitam Ignatii c. 2. Dionyſius Petauius lib. 2. de doctr. temp. c. 57.*

*nec*

*nec diſſitetur Baronius ad ann. XXXII. n. 18. & ad ann. XLVI. n. 13. eas apocryphas eſſe. Et quanquam pro earum fide & authentia multa congeſſerit Franciſcus Turrianus, Ieſuita, non tamen inquis Antonius Poſſeuinus in apparat. Verb. Clemens, apud omnes effecit, aut euicit, conſtitutiones iſtas eſſe Apoſtolicas & legitimas a Clemente ipſo perſcriptas. Plurima* νοθείας *argumenta erudite mundo expoſuit Iacobus Vſſerius in annot. ad Ignat. epiſt. cap. 7. ſqq. Antiquas eas eſſe nolumus negare, nec tamen de ætate aut prima origine certum quid aſſerere licet. Hugo Grotius lib. 1. de iur. bell. & pac. cap. 2. in not. ad §. 9. Videri ſibi ait ſcriptum iſtum librum finiente ſeculo ſecundo. Ad annum vero a Chriſto nato CCLXXX. natales eius refert Dauid Blondellus in Apol. de Epiſc. & presbyt. ſect. 3. p. 231. ad ſeculum quintum Dn. Herm. Conring in animadu. de purgator n. 32. ad ſextum Iacobus Vſſerius d. l. cap. 6. Sed nec certum forte tempus definiri poteſt, quia credibile eſt, vt ait Petrus Halloixius notat. ad Vit. Polycarp. c. 6. illas non ab vno homine, nec vno tempore, a diuerſis hominibus & variis temporibus fuiſſe conflatas, quæ eadem etiam Gabrielis Albaſpinæi l. 1. Obſeru. 13. eſt ſententia.*

## §. IV.

Primis quidem tribus ſeculis, ſua ſibi decreta duæ treſue Diœceſes, coniunctis ſuffragiis conſtituerunt, quibus præter Concilia vniuerſalia, in diſceptandis negotiis ſuis vterentur. Quare in Prouinciis Diœceſion Aſianæ, Ponticæ & Orientalis, varii Canones editi fuerunt a Conciliis Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno & Laodiceno, qui obtinebant apud eos Epiſcopos quorum ſuffragiis erant decreti, quemadmodum Conſtantinopolitani auctoritate omnes deinde Orientales Eccleſiæ adſtrictæ ſunt.* Et ſtatim poſt Concilium Nicænum, iſti Canones colligi ſaltim cœperunt & publici vſus fuerunt facti in Eccleſia, reliquis, quæ contraria eſſent, reiectis.† Sub Canonibus autem Nicænis etiam iſti comprehendebantur, qui ante hoc Concilium in particularibus conuentibus fuerunt ſanciti, quos Synodus Nicæna receperit. ** Seculi quarti temporibus magnæ auctoritatis facti fuerunt variæ Canonum Collectiones. Inter haſce, poſt Concilium Nicænum originem habuit *Codex Canonum Eccleſiæ vniuerſæ*, etiam Corpus Canonum dictus. *** Auctor eſt incertus, quem tamen fide quorundam Codicum Stephanum, Epheſinum Epiſcopum fuiſſe autumant, **** qui tamen auxiſſe potius Codicem, quam primus collegiſſe videtur. ***** Reperiebantur in eodem primitus ſaltim Canones CXXXVIII. vtpote viginti quinque Ancyrani, quatuordecim Neocæſarienſes, quinquaginta nouem Laodiceni, & viginti Gangrenſes. ****** Creuit iſta Collectio ad tempora Concilii Chalcedonenſis vsque ad Canones CCVII. ita, vt accederent Canones Antiocheni viginti quinque, Conſtantinopolitani ſeptem, Epheſini octo & Chalcedonenſes viginti

*Codex Canonum Eccleſiæ vniuerſæ.*

ginti nouem. ******* Hunc autem Codicem Patres Concilii Chalcedonenſis********atque Iuſtinianus Imp.********* indeque diuerſi Pontifices ac Concilia confirmarunt. ********** Huic Codici varii poſtmodum adiecti fuerunt canones, vtpote Canones Apoſtolorum LXXXV. Sardicenſis Concilii Canones XXI. Africæ Concilia, Canonicæ quædam Epiſtolæ Theophili, Dionyſii, Petri, Athanaſii, Timothei, Alexandrinorum Epiſcoporum; Gregorii Neocæſarienſis, Baſilii Cæſareæ Cappadociæ, Gregorii Theologi, Amphilochii, Iconii, & Gennadii, Patriarchæ Conſtantinopolitani. † Immo, diuerſa poſtmodum Pontificum decreta acceſſerunt. Poſt tempora itaque Concilii Nicæni, Eccleſia duplici iure cœpit regi, diuino, quod in ſacris litteris, & Canonico, quod in Codice Canonum continebatur. Hi Codices ambo in concilio in medio conſeſſus ponebantur, vt ex iis dogmata pietatis explorarentur, ſubortæ hæreſes refutarentur, & controuerſiæ ad diſciplinam eccleſiaſticam, ſacramque politiam pertinentes, dirimerentur. †† Huius etiam hodie variæ adhuc extant editiones. ††† Ab hoc paullo diuerſus eſt *Codex Eccleſiæ Orientalis*, in Concilio Trullano, ſiue Conſtantinopolitano ſexto confirmatus, †††† in quo Sardicenſes Canones, partim quod latine primum editi, partim etiam quod continerent, quæ Eccleſiæ Romanæ eſſent contraria, fuerunt omiſſi. †††††

* Hoc plenius perſecutus fuit PETRVS de MARCA *de Concordia ſacerdotii & Imperii lib. III. c. III.* Et *de veteribus Collectionibus Canonum §. I. ante Concilii Chalcedonenſis definitionem canone primo comprehenſam, qua regulis patrum robur primum & auctoritas additur, vt per vniuerſam Eccleſiam vigeant, canones Ancyranos, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiochenos, & Laodicenos, in occidentem non penetraſſe.* CHRISTOPH. IVSTELLVS præfatione Codici Canonum Eccleſiæ Africanæ præmiſſa: *de Conciliis autem Diœceſeon dicendum eſt, quod olim Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis de Gallicanis Canonibus, hoc eſt de canonibus Conciliorum Diœceſeos Galliarum ſcripſit: illorum ſanctiones non eſſe paſſim æquali authoritate recipiendas, vt Nicæni, Chalcedonenſis & cæterorum generalium ex totius mundi conſenſu congregatorum & receptorum, ſed quia congrua veneratione pro cauſis neceſſariis quarum definitiones in illis generalibus non inueniuntur, fides ſit eis adhibenda religione debita. In ſingulis enim Diœceſibus, præter Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, quo veluti iure communi omnes Eccleſiæ cum Orientis tum Occidentis vtebantur, certum eſt ſpecialem quoque maiores habuiſſe Collectionem ex Conciliis duntaxat vniuscuiusque Diœceſeos compoſitam, eodem ordine temporum, eademque numerorum continua nec interrupta ſerie, qua in ipſo codice Eccleſiæ vniuerſæ ſeruata eſt.*

** Patet hoc ex epiſtola Innocentii I. ad Clerum Conſtantinopolitanum apud SOZOMENVM *lib. VIII. c. XXVI.* ὅτι καὶ περὶ τῶν κανόνων παρὰ φυλακῆς τούτοις δεῖν ἐπειδὴ γράφομεν οἵτινες. ἐν Νικαίᾳ εἰσιν ὡρισμένοι, οἷς μόνοις ὀφείλει

Digitized by Google

ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ τούτοις γνωρίζειν εἰ δὲ ἕτεροι ὑπό τινων προσφέρονται οἵτινες ἀπὸ τῶν κανόνων ἐν Νικαίᾳ διαφωνοῦσι, καὶ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐλέγχονται συντετάχθαι, οὗτοι παρὰ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων ἀποβάλλονται &c. *Nos enim quantum ad Canonum obſeruantiam attinet, illis obſequendum eſſe ſcribimus, qui Nicaæ determinati ſunt, quibus ſolis obtemperare & ſuum ſuffragium addere Eccleſia Catholica debet. Si qui vero & alii quibusdam proferuntur, qui a canonibus Nicanis diſcrepant, & ab hæreticis compoſiti deprehenduntur, hi vero ab Epiſcopis Catholicis reiiciuntur. Hæreticorum enim commenta catholicis canonibus adſuere non licet, ſemper enim vel per contraria, vel per illicita, labefactare ſtudent voluntatem concilii Nicani. Non ſolum igitur his non obtemperandum eſſe dicimus; ſed ipſa potius vna cum hæreticis ac ſchiſmaticis dogmatibus eſſe condemnanda: Quomodo & antea in Sardicenſi Synodo ab Epiſcopis prædeceſſoribus noſtris factum eſt.* Sed PETRVS de MARCA *Diſſert. de Veter. Collect. Canon. c. I.* ait: *Solis Eccleſia Romana canonibus Nicanis regebatur, vt diſerte docet Innocentius in epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum. Quo nomine Sardicenſe continebatur; vt patet ex Zoſimi commonitorio quod Fauſtino Legato dedit ad firmandum in Africa vſum appellationum in cauſis Epiſcoporum: vbi canon in Sardicenſi Synodo ea de re editus, ſub titulo Codicis Nicani profertur.* Pergit §. III. *Occaſio iſtius hallucinationis alia non eſt præter collectionem canonum, quam ſolam ea tempeſtate in ſcriniis ſuis habebat Eccleſia Romana; cuius nos exemplar in vetuſtiſſimo Codice MS. vidimus beneficio Chriſtophori Iuſtelli claræ memoriæ viri & antiquitatum eccleſiaſticarum curioſi exploratoris: qui licet communionis Caluinianæ partes ſequeretur, ſincere ſe gerebat in eruendis e ſitu veterum monumentis ad rem canonicam exornandam. In ea collectione hoc erat lemma:* CANONES NICÆNI. *Deinde ſequebatur ſeries quadraginta canonum numeris ſuis diſtinctorum: quorum priores viginti erant veri & genuini canones Nicanæ ſynodi, reliqui autem viginti continebant canones vnum & viginti Concilii Sardicenſis, duobus capitibus in vnum compactis; nulla interim mentione facta huius Concilii Sardicenſis.* MASTRICHT vero n. 58. *Vereor tamen ne ſub Nicanis canonibus in hac epiſtola Innocentii etiam lateant ii, qui ante ſynodum Nicanam in particularibus conuentibus ſunt ſanciti, quos ſupra retulimus eſſe confirmatos & receptos Synodo Nicana, vt & hos habuerit Eccleſia Romana.*

*** Teſtatur de eo MASTRICHT n. 47. *Cœpit poſtea hic Codex canonum vocari Corpus canonum, obſeruante id Ant. Auguſtino noſtro, loco iam adducto. & c. ſi Romanorum diſt.* 19. *vbi corpus Codicis canonum appellatur, item Innocentio III in Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum tom. 2. concil. Emeritenſe, ſunt verba eius, concilium authenticum eſſe, multis rationibus adſtruebat, tum quia cum aliis conciliis continetur libro, qui Corpus Canonum appellatur, Vocatus etiam eſt Liber Canonum vide infra Bedam & Gregor. Turon: Inſcriptio Codicis MS. Chr. Iuſtelli: Incipit liber, qui appellatur, Corpus Canonum, qui tamen fuit Iſidori Mercatoris, Item Patrum Canones & canonicarum conſtitutionum liber. Synod. Nicana II. act. II. Tharaſius ſanctiſſimus Patriarcha inquit: legatur canonicarum conſtitutionum liber.* FRANCISCVS FLORENS equidem *de vſu & authoritate Iuris Canonici parte II. p.* 253. male hunc Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ dici autumat, dicens: *cautius & prudentius multo ex his, quæ diximus inſcribitur Collectio Canonum Orientalium tantum: ita enim appellant Dionyſius Exiguus, Martinus Bracarenſis & Hadrianus I. Si enim Collectio illa, tanquam Codex vniuerſæ*

*Eccleſia ſuſcipiatur, quo ſolo ſcilicet Catholica Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa vtebatur; cur Sardicenſis Concilii, quod & aliquando Oecumenicum vocari diximus, Canones omiſſi? cur Arelatenſis primi in cauſa Donatii quod Auguſtinus plenarium, & vniuerſale, & vniuerſæ Eccleſiæ concilium appellat lib. 2. de Baptiſmo cap. 9. & Epiſtola 162. Cur Valentinum I. in Gallia? cur Eliberinum in Hiſpania, & aliquot Africana fuerunt omiſſa? in quibus Canones editi, qui doctrina & pietate Græcis Canonibus exæquari poſſunt. Sed ſibi & ſuis, id eſt, Orientalibus, Auctor ille, vt diximus operam dabat. Itaque illi non eſt imputandum, ſi Synodorum Occidentalium Canones omiſerit, apud ſuos in vſu non receptos vel omnino incognitos.* Sed reſpondet illi HENRICVS IVSTELLVS, filius, in præfatione Bibliothecæ Iuris Canonici præmiſſa, dum ait: *neque etiam te mouere debet, Erudite Lector, quod vir doctiſſimus, & de antiquitate canonica bene meritus, Codicem illum perſtringat, dum ait a Iuſtello decorari titulo ſpecioſo, & nimis generali Codicis Eccleſiæ Vniuerſæ, rationes enim quas ad id aſtruendum aſſumit, adeo leues ſunt, vt per ſe facile diſſoluantur. Non enim neceſſe eſt, vt illa Collectio Codicis vniuerſæ Eccleſiæ titulo gaudeat, vt omnes Conciliorum Canones a ſingulis Eccleſiis receptos & editos complectatur, ſed ſufficere videtur, quod primis Eccleſiæ temporibus quibus editus fuit hic Codex, illo ſolo, nec alio vteretur Eccleſia vniuerſalis in diſceptandis de diſ.iplina controuerſiis quemadmodum a Concilio Chalcedonenſi factum legimus.*

**** PETRVS de MARCA lib. III. c. III. n. IV. *poſt Chryſoſtomum ante Concilii Chalcedonenſis tempus, Canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodiceni & Conſtantinopolitani numero centum ſexaginta quinque, in vnum corpus collecti ſunt Epiſcopi alicuius induſtria, fortaſſe Stephani Epheſini Epiſcopi, vt præferebat vetus codex MS. in bibliotheca Palatina, quemadmodum accepi a viro fide digniſſimo, aut fortaſſe ſynodi cuiuſdam orientalis decreto. Vbi in notis: Ioannes David in libro de iudiciis canonicis Epiſcoporum pag. 63. reprehendit illuſtriſſimum Archiepiſcopum, ei imputans, quod exiſtimauerit, Iuſtellum in ea fuiſſe ſententia, vt putares, Stephanum Epiſcopum Epheſinum eſſe auctorem primæ collectionis canonum orientalium. Verum Marca iſtud non dixit, vt manifeſtum eſt, ſed tantum eam collectionem factam fuiſſe ab aliquo Epiſcopo, fortaſſe Stephano Epheſino, cuius nomen prætuliſſe veterem codicem bibliothecæ Palatinæ, accepiſſe ſe ait a viro clariſſimo Chriſtophoro Iuſtello. Sed neque ipſe Iuſtellus affirmabat, huius collectionis auctorem eſſe hunc Stephanum, ſed tantum aiebat, illam forte conſarcinatam ab eo fuiſſe, extare enim ſub eius nomine collectionem nondum editam, quæ omnino conuenit cum veteri codice Eccleſiæ vniuerſæ. Hæc vero, inquit, in bibliotheca Palatina apud heredes Gebhardi Elmenhorſtii Hamburgi aſſervatur, a quibus hucuſque nanciſci non potuimus.* Hæc verba Iuſtelli, quæ non habentur in præfatione ab eo præfixa anno MDCX. codici canonum Eccleſiæ vniuerſæ ſumpta ſunt ex ſecunda præfatione edita anno 1661. ſtudio Henrici Iuſtelli eius filii.

***** Diſputatur, quo tempore colligi cœperit Codex Canonum Eccleſiæ vniuerſæ. FRANCISCVS FLORENS *de vſu & authoritate Iuris Canonici p. II. §. II.* ait: *Antiquiſſima Orientalium Collectio continet Canones duarum tantum Synodorum generalium, Nicena prima, & Conſtantinop prima; quinque vero particularium, ſcilicet Ancyrana, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiochena & Laodicena. Quis vero fuerit autor illius Collectionis, ignoratur: coniicere tamen poſſumus tempus, quo facta fuit; ſcilicet paulo poſt Concilium Conſtantinop. primum & ita circa tempora Theodoſii magni. Coniectura noſtra*

*nititur*

*nititur hoc fundamento, quod Collector Epheſini & Chalcedonenſis Concilii Canones prætermiſerit: Deſinit enim in canonibus Concilii Conſtantinop. primi, nec vltra progreditur.* Docuit hæc G. de MASTRICHT, poſtquam de Petro de Marca narraſſet, addit num. 62. *Ex quo male deducere mihi videtur, Henricus Iuſtellus, Chriſtophori filius, qui patris bibliothecam iuris Pontificii veterem, cum Guilielmo Voello Pariſiis ante quatuordecim annos edidit, in Præfatione bibliothecæ iſti præmiſſa; Codicem Eccleſiæ vniuerſæ, cœpiſſe demum poſt concilium Conſtantinopolitanum primum, id eſt poſt annum* 381. *ſub Theodoſio Magno, eiusque collectorem eſſe Stephanum illum Epheſinum, Epiſcopum, idque ob memoratam inſcriptionem codicis, quondam Palatini; cum ille Nicænis canonibus, & qui cum Nicænis ambularunt, tantum ſeptem Conſtantinopolitani concilii, aut forte etiam XXV. Laodicenos prouinciales addere potuerit, Nicæni vero cum quatuor conciliis anterioribus, in vnum collecti corpus ante eum fuerunt.*

****** MASTRICHT *n.* 36.

******* MASTRICHT *c. l.* PETRVS *de* MARCA *de Collect. Can. cap. II.*

******** Conc. Chalcedon. can. I. τὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον, ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν, *qui a ſanctis Patribus in vnaquaque Synodo hucusque expoſiti ſunt, obſeruari Canones æquum cenſuimus.* Sic in c. V. & XIX. prouocatur ad τὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας ſanctorum Patrum Canones & c. XXVIII. πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων *Sanctorum Patrum decreta vbique ſequentes, & Canonem qui nuper lectus eſt, centum & viginti Dei amantiſſimorum Epiſcoporum agnoſcentes.* Idem ex Actis Concilii Chalcedonenſis confirmat MASTRICHT *n.* 41. dicens: *de propoſito codice canonum habemus teſtimonia concilii Calchedonenſis, quod ex eo canones citat, & de controuerſiis ex iis pronunciat. Sic actione IV. Aetius Archidiaconus Conſtantinopolis, dixit: Regula eſt hæc cum aliis poſita a ſanctis Patribus, quam cuſtodientes ſanctiſſimi Epiſcopi, docent & Clericos & Monachos & omnes Chriſtum colentes; ſi autem inueniant aut inſultantes, aut acquieſcere non volentes, hac vtuntur regula: & ex Codice relegit hæc (nempe canonem V. Concilii Antiocheni) ſi quis Presbyter aut Diaconus ſuum contemnens Epiſcopum &c. Omnes Epiſcopi clamauerunt, hæc iuſta regula, hæc regula Patrum. Iterum actione XI. Stephanus Epiſcopus Epheſi dixit; ſupplico vt canones relegantur, qui dicunt: vt is, qui in alia ciuitate ordinatus eſt, conſtitui non poſſit in altera. Glorioſiſſimi iudices dixerunt: relegantur hi canones: Leontius reuerendiſſimus Epiſcopus Magneſiæ ex Codice relegit regulam nonageſimam quintam (eſt ille canon* 16. *concilii Antiocheni, in codice vero canonum Eccleſiæ vniuerſæ, canon XCV.) ſi quis Epiſcopus vacans, ſuper eccleſiam vacantem &c. Idem Reuerendiſſimus Leontius ex eodem Codice legit regulam nonageſimam ſextam. Si quis Epiſcopus Ordinationem accepit Epiſcopatus &c. tandem Actione XIII. Glorioſiſſimi iudices dixerunt: Canones legantur: Beronicianus Secretarius diuini Conſiſtorii ex codice legit: Epiſcopos oportet quidem præcipue ab omnibus Epiſcopis prouincialibus ordinari &c. qui eſt canon quartus Synodi Nicænæ.* Eadem dicit BARONIVS *Ann. ad a.* 341. *n.* 34. Plura loca, quibus Codex hic Canonum confirmatur, editioni ſuæ præmiſit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS.

********* No-

Digitized by Google

********* Nouella CXXXI. enim cap. I. *θεσπίζομεν τοίνυν, τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας, ſancimus igitur vicem legum obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas, quæ a ſanctis quatuor conciliis expoſitæ ſunt, aut firmatæ.* Explicat hanc Nouellam THEODORVS BALSAMO *ad Nomocanonem Photii Tit. I. cap. II.* his verbis: *σημείωσαι τὴν παροῦσαν νεαρὰν (ρλά.) ὡς νόμους κρατεῖν, μὴ μόνον τοὺς παρὰ τῶν (τεσσάρων) ἁγίων συνόδων ἐκτεθέντας κανόνας, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ τούτων βεβαιωθέντας, ἤγουν τοὺς κανόνας τῶν τοπικῶν συνόδων. Nota præſentem Nouellam quæ dicit, tanquam leges ſeruari oportere, non ſolum qui a ſanctis (quatuor) Synodis editi ſunt Canones, ſed eos etiam, qui ab his confirmati ſunt ſeu Canones Synodorum localium.*

*********** Nicolaus I. Papa inuehitur in eos, qui Decretales Pontificum ideo reiiciant, eo quod in Canonum Codicis Corpore non reperiantur, & tandem concludit: *his ita diuina fauente gratia prælibatis, oſtendimus nullam differentiam eſſe inter illa Decreta, quæ in Codice Canonum habentur, Sedis Apoſtolicæ Præſulum, & ea, quæ præ multitudine vix per ſingula voluminum Corpora reperiuntur.* In Hiſpania receptus fuit hic Codex in Concilio Toletano III. a. 627. in cuius Actis hæc reperiuntur apud FRANCISCVM LONGVM a S. CORIOLANO p. 509. *ſuſceptus eſt autem ab omnibus Dei ſacerdotibus (offerente Rege.) ſacroſancta fidei Tomus, & pronuntiante Notario clara voce recenſitus eſt, in quo confeſſus eſt, fidem Catholicam iuxta Canones quatuor Conciliorum Generalium, cui ſubſcripſit Rex, his verbis: Huic vero confeſſioni meæ ſanctarum Scripturarum & Conciliorum conſtitutionibus conſentiens, teſtimonio diuino tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.*

† Leo IV. quoque Papa ad Epiſcopos Britanniæ ſcribens, circa annum 850. eosdem Canones in Codice iſto contentos, confirmat: *de libellis & Commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, & Sanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, id eſt, quæ habentur apud nos ſimul cum Canonibus. Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis utimur iudiciis, ſunt Canones Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neo-Cæſarienſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Calchedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis Regulæ Præſulum Romanorum, Sylueſtri, Siricii, Innocentii, Zoſimi, Celeſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, & Gregorii iunioris. Iſti omnino ſunt & per quos iudicant Epiſcopi, & per quos Epiſcopi ſimul iudicantur, & Clerici.* Hinc *c. Hæ vero* 9. *c.* 27. *qu.* I. hanc rubricam habet. *Item ex Decretis Innocentii Papæ,* c. 20. *in Codice Canonum* & c. non licet X. de præbendis, & dignit. rubricam habet: *in Corpore Canonum.*

†† CHRISTOPHORVS IVSTELLVS in præfatione, Codici Canonum Eccleſiæ vniverſæ præfixa, & ex eo MASTRICHT n. 38. qui idem confirmat, dicens: *de ſacris propoſitis literis, teſtimonium habemus in Epiſtola Synodica concilii Aquileienſis, tom.* I. *Concil. cui præfuit Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, ad Gratianum, Valentinianum & Theodoſium Impp. Propoſitæ, inquit, diuinæ in medio ſcripturæ, item in Apologia Cyrilli ad Theodoſ. de Synodo Epheſina Oecumenica tertia, & paſſim in Actis Concilii Calchedonenſis, Conſtantinopolitani in Trullo, Nicæni ſecundi, quorum loca Doctiſſimus Chriſtophor. Iuſtel-*

*Iuſtellus, optime de iure & antiquitate eccleſiaſtica meritus in Præfatione ad Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ refert. De codice Canonum vero refert ex loco Chalcedonenſis loco ſupra allegato.*

††† CHRISTOPHORVS IVSTELLVS eundem edidit *Pariſiis* 1610. *& poſt hunc*, GEBHARDVS THEODORVS MEIERVS, *Helmſtadii* 1643. 4. Eundem Iuſtellus filius in Bibliotheca Iuris Canonici Veteris denuo publicauit *Pariſiis* 1661. *f. additis Canonibus Epheſinis & Chalcedonenſibus.*

†††† Talis eſt Canon II. Concilii Ἔδοξε δὲ καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ Συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους, καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται, δέχεσθαι ἡμᾶς τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων, ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησίας, νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς ἐκκλησίας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα: τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ Χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν Ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες. Ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς Κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστιν τῶν τε ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων Τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων: καὶ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ: ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ: Ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Γάγγραις, πρὸς τούτοις δὲ καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας: ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας: προσέτι καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα τῶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι συνελθόντων πόλει: καὶ τῶν διακοσίων τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει τὸ πρότερον συναγηγερμένων: καὶ τῶν ἐν Καλχηδόνι τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων: ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ: ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Καρθαγέννῃ: προσέτι γε μὴν καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου, τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας Ἀρχιεπισκόπου: ἀλλὰ μὴν καὶ Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως καὶ μάρτυρος: καὶ Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Καισαρείας, τοῦ θαυματουργοῦ; Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκείας, Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσης, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, Ἀμφιλοχίου τοῦ Ἰκονίου, Τιμοθέου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρομεγαπόλεως, τοῦ προτέρου Θεοφίλου Ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ Γενναδίου Πατριάρχου γενομένου τῆς Θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως. Ἔτι μὴν καὶ τοῦ Κυπριανοῦ

τοῦ γενομένου Ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν Συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προέδρων τόποις, καὶ μόνον κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησεν. καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας, ἢ ἀθετεῖν, ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας ψευδεπιγράφως ὑπό τινων συντεθέντας τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. Εἰ δέ τις ἁλῷ κανόνα τινὰ τῶν εἰρημένων καινοτομῶν ἢ ἀνατρέπειν ἐπιχειρῶν, ὑπεύθυνος ἔσται κατὰ τὸν τοιοῦτον κανόνα, ὡς αὐτὸς διαγορεύει, τὴν ἐπιτιμίαν δεχόμενος, καὶ δι' αὐτοῦ ὧπερ πταίει θεραπευόμενος. *Hoc quoque huic Sanctæ Synodo pulcherrime & honeſtiſſime placuit, vt ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam & perturbationum curationem, firmi ſtabileſque maneant, qui a ſanctis patribus, qui nos præceſſerunt, ſuſcepti ac confirmati ſunt, atque adeo nobis etiam traditi ſunt, Sanctorum & glorioſorum Apoſtolorum LXXXV Canones. Quoniam autem in his Canonibus nobis præceptum eſt, vt eorundem Sanctorum Apoſtolorum per Clementem ordinationes ſuſciperemus, quibus iam olim ab iis, qui a fide aliena ſentiunt, adulterina quædam & a pietate aliena introducta ſunt, quæ diuinorum nobis decretorum elegantem ac decoram ſpeciem obſcurarunt, Has conſtitutiones ad Chriſtianiſſimi gregis ædificationem ac ſecuritatem vtiliter reiecimus, hæreticæ falſitatis fœtus nequaquam immiſcentes, & germanæ ac integræ Apoſtolorum doctrinæ inſerentes. Obſignamus etiam reliquos omnes Canones, qui a Sanctis & beatis noſtris patribus, expoſiti ſunt, id eſt a trecentis decem & octo Sanctis & diuinis patribus, qui Nicææ conuenerunt: iiſque qui Ancyræ & iis etiam, qui Neo-Cæſareæ: Similiter & qui Gangris: Præterea & iis, qui in Antiochia Syriæ: atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiæ Præterea autem & CL. Patribus qui in hac Dei cultrice & Imp. ciuitate conuenerunt: & ducentis, qui in Epheſiorum metropoli prius coacti ſunt: & ſexcentis triginta ſanctis & beatis patribus, qui Chalcedone. Similiter & iis, qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rurſus in hac Dei cultrice & Imp. vrbe conuenerunt ſub Nectario, qui Imp. huic ciuitati præſidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandriæ Archiepiſcopus. Quin etiam Canones Dionyſii, qui fuit Archiepiſcopus magnæ Alexandrinorum ciuitatis: & Petri qui fuit Alexandriæ archiepiſcopus, & martyr: Gregorii Neocæſareæ epiſcopi, qui* θαυματουργός, *id eſt, mirabilium operum effector dictus eſt: Athanaſii Alexandrini Archiepiſcopi, Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, Gregorii Epiſcopi Nyſſæ, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconii, Timothei Archiepiſcopi Alexandrini, Cyrilli eiuſdem Alexandriæ Archiepiſcopi, & Gennadii, qui fuit patriarcha huius Dei cultricis & Imp. ciuitatis. Præterea vero & a Cypriano, qui Aphrorum regionis fuit Archiepiſcopus & martyr, & Synodo, quæ ſub eo fuit, emiſſum Canonem, qui in prædictorum præſulum locis, & ſolum ſecundum traditam eis conſuetudinem ſeruatus eſt. Et nulli licere prius declaratos Canones adulterare, vel abolere, vel alios præter prius hic propoſitos Canones admittere, a quibuſdam falſa adiecta inſcriptione compoſitos, qui veritatem cauponari conati ſunt. Si quis autem, quod prædictorum Canonum aliquem innouare vel ſubuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit ſecundum eum Canonem, vt ipſe pronunciat Canon, pœnam luens, & per ipſum in eo, in quo offendit, medelam ſuſcipiens.*

††††† Vtrumque Codicem diſtinxit HENRICVS IVSTELLVS in Præfatione, Bibliothecæ Iuris Canonici præfixa, in qua patrem contra Cardinalem Perronium, in reſpon-

Digitized by Google

reſponſione ad M. Britanniæ Regem lib. I. c. LVII. qui ipſum, ob omiſſos Canones Concilii Sardicenſis malæ fidei atque imperitiæ incuſauerat, defendit, ſcribens: *cum certiſſimum ſit, vt omnes eruditi norunt, Codicem Eccleſiæ vniuerſæ, non debere confundi cum eo, qui nunc orientalis Eccleſiæ Codex dicitur, Anno* 1540 *ex MS. Codice Eccleſiæ Pictauienſis illius ſummi viri tota argumentationis ſtrues corruat neceſſe eſt, cum falſo innitatur fundamento. Et certe non erat cur in Iuſtello genuinum infringeret ob canones Sardicenſes; cum inter emunctæ naris viros compertiſſimum ſit, Synodi Sardicenſis Canones in illo primario codice non extitiſſe. Huius adſertionis teſtis idoneus eſt Dionyſius Exiguus, qui Codicem Græcum verſione noua donauit, dum in Præfatione ad Stephanum Epiſcopum ait: in Chalcedonenſis ſynodi decretis finem eſſe Græcorum canonum, quibus ſe ſubiicere Sardicenſis & Africani concilii decreta, quæ Latine ſunt edita, declarat. Ex quibus verbis colligimus ſynodum Sardicenſem a Græcis inter Orientales Synodos non fuiſſe relatum, quippe cuius canones non Græce, ſed Latine primum editi fuiſſent; Sed alia eaque potiſſima ratio extitit, cur ſtatim ab initio illius ſynodi canones ab Orientalibus Eccleſiis non fuerint admiſſi; nimirum ob canones de appellationibus ad Romanam ſedem, qui e Diametro canonibus Antiochenis aduerſabantur, quos Epiſcopi Orientales ediderunt, qui Appellationes extra diœceſim grauiter & iniquo animo ferebant. Quemadmodum & Africani patres, qui eandem ob cauſam Sardicenſes Canones neglexerant, nec appellationes transmarinas lubenter admittebant, quippe qui eadem qua orientales prærogatiua ſe tuebantur, vt ex variis Codicis Eccleſiæ Africanæ canonibus palam eſt.*

## §. V.

Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ ſecutus fuit *Codex Eccleſiæ Africanæ.* Neque enim ſolum Codice Eccleſiæ vniuerſæ vſa fuit Eccleſia Africana, ſed etiam ſpeciali Collectione,* quæ iſto nomine venit. Collecta hæc eſt ex Conciliis propriis Africanis: Hipponenſi a. C. 393. Carthaginenſi a. C. 394. Carthaginenſi a. C. 397. Carthaginenſi alio, eiusdem anni. Carthaginenſi a. C. 399. Carthaginenſi a. C. 401. Carthaginenſi alio, eiusdem anni. Mileuitano a. 402. Carthaginenſi a. 403. Carthaginenſi a. 404. Carthaginenſi a. 405. Carthaginenſi a. 407. Carthaginenſi a. 408. Carthaginenſi a. 409. Carthaginenſi a. 410. Carthaginenſi a. 418. Carthaginenſi a. 419. ** atque CXXXVIII. Canonibus conſtat.*** Scriptus eſt primum hic Codex, lingua Latina,**** incerto auctore, ſed priuata ſaltim auctoritate, poſtea a. 419. in Concilio Carthaginenſi confirmatus, ſub nomine Concilii, vel Carthaginenſis vel Africani venit,***** atque in Græcum ſermonem fuit translatus, Codici non ſolum Eccleſiæ Orientalis ****** fuit inſertus, verum etiam a Dionyſio Exiguo in Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ receptus,******* atque Chriſtophori Iuſtelli cura editus. †

*Codex Eccleſiæ Africanæ.*

 * MASTRICHT

* MASTRICHT n. 96. *de Codice Vniuerſæ Eccleſiæ in Eccleſiis Africanis Vſitato, facit fidem Collectio Fulgentii Ferrandi, Diaconi Eccleſiæ Carthaginienſis, quam ille ex conciliis ſupra memoratis, quæ in Codice Eccleſiæ Catholicæ continentur, compoſuit ac digeſſit.*

** Hæc Concilia enumerat MASTRICHT n. 97. atque in fine addit: *quæ concilia memorantur in actis concilii Carthaginenſis ſupra primo loco poſiti, in quo hic Codex Africanus a CCXVII. Epiſcopis eſt confirmatus. In fine enim primæ ſeſſionis, quæ VIII. Kal. Iun. habita eſt, in qua etiam editi canones XXXIII. hæc leguntur: Recitata ſunt etiam in iſta Synodo diuerſa concilia Vniuerſæ prouinciæ Africæ transactis temporibus Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi celebrata: Fuit itaque ante hæc tempora Codex ille, ſed ab hoc tempore confirmatus auctoritate CCXVII. Epiſcoporum Africæ & publice receptus in tota Prouincia, & actis concilii inſertus, in quibus etiam hodie extat.* Hauſit hæc ex CHRISTOPHORI IVSTELLI præfatione. De his Conciliis Africanis plenius egit PETRVS de MARCA de Vet. Can. Collect. cap. IV. ſeqq.

*** MASTRICHT n. 102. *Ordo Varius inuenitur in hoc Codice, in Dionyſii Exigui editione Vt & editione Græco-Latina, omnes numeri canonum decurrunt, a primo Vsque ad centeſimum trigeſimum octauum. In Codice Vero Eccleſiæ Romanæ, primo ponuntur XXXIII. Canones concilii Carthaginenſis, tum noua numeratioue anteriorum conciliorum, in hoc concilio confirmatorum, canones recenſentur centum & tres, qui cum memoratis triginta tribus iuncti, eundem numerum centum & triginta octo canonum efficiunt.*

**** Optime hoc declarauit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS in præfatione, dicens: *Falluntur ergo, qui exiſtimant Africana concilia Græce potius quam Latine ſcripta primum fuiſſe. Natiuus enim ſermo Africanorum Conciliorum, Vt & Sardicenſis quum in Occidente celebrata ſint, Latinus eſt, non Græcus, Vt tradit Dionyſius Exiguus in Epiſtola, quam ſuæ collectioni præfixit: Statuta inquit, Sardicenſis Concilii atque Africani, quæ Latine ſunt edita, ſuis a nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Et Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, apud Euſebium, de Nouato loquens & Conciliis contra illum in Occidente celebratis, ſynodicam epiſtolam Concilii Carthaginenſis a. DCCLIV. ſub Cypriano habiti, cuius ſupra meminimus, Latino ſermone ſcriptam fuiſſe teſtatur his Verbis:* ἦλθον δ' ὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιςολαὶ Κορνηλίȣ Ῥωμαίων ἐπισκόπȣ πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Φάβιον, δηλȣ̃σαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδȣ, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν, καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαίων φωνῇ συντεταγμέναι Κυπριανȣ̃ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικήν. *Epiſtolæ quidem Cornelii Epiſcopi Romani ſcripta ad Fabium Epiſcopum Eccleſiæ Antiochenæ, ad nos peruenerunt, quæ tum acta Concilii Romæ habiti tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, euidenter declarant. Aliæ item extant epiſtolæ Latino ſermone a Cypriano & aliis, qui cum illo erant, in Africa compoſitæ.* Nec veriſimile eſt Africanos Patres in ſuis Conciliis Græce loquutos. Auguſtinus enim, qui omnibus fere interfuit, quæ ſua ætate celebrata ſunt, puer Græcas litteras oderat. Id quod, vel ipſius Auguſtini verbis pluribus euincit IVSTELLVS. Sequitur eundem MASTRICHT *n.* 99.

***** De-

**** Declarauit illud ex IVSTELLI præfatione, Bibliothecæ Iuris Canonicæ præfixa, MASTRICHT, dum n. 98. ait: *Cardinalis Perronius in Reſponſ. ad Magnæ Britanniæ Regem, in vtramque partem diſquirit, an hæc collectio ſit priuati alicuius induſtria facta, an vero ſit concilium aliquod, & prius magis probat, cum tamen poſterius verius ſit, probantibus id ſatis Editoribus Bibliothecæ iuris Canonici veteris, in Præfatione. Ex eo, quod Dionyſius Exiguus in Præfatione ſuæ collectionis, hoſce Canones Africanos, vocet Concilium Africanum & in contextu: incipit Synodus apud Carthaginem Africanorum, quæ conſtituit Canones CXXXVIII. Deinde quia in Capitularibus Caroli Magni & in aliis collectionibus Anonymi iidem canones ſub titulo hoc, ex concilio Africano citati leguntur, quem titulum manuſcripti codices, itemque codex Eccleſiæ Romanæ retinuerunt. Tertio Creſconius etiam in vtraque collectione ſua cap. XXX. & CLIV. hanc Synodum Africanam vocat, Concilium Carthaginenſe vniuerſale, non quod concilium totius Africæ diœceſeos velit indicare, tum enim omnia Carthaginenſia potuiſſet vocare vniuerſalia; ſed quia hoc ex pluribus conciliis Africanis compactum & compilatum erat. Porro nil euidentius dici poteſt, quam quod ſupra ex actis Concilii Carthaginenſis adductum eſt, eſſe hanc collectionem poſt illud concilium publicatam. Quibus tandem addi poteſt, quod ante triginta canones huius concilii dicitur: Deinde quæ in conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur. Græci etiam, vt poſtea patebit, ut ex Photio, Zonara, Balſamone conſtat, hanc collectionem ſemper concilium Carthaginenſe vocant. Illud facile conceſſerim, ante concilium Carthaginenſe, in quo probata hæc collectio, a priuato quodam vel potius a ſingulis Epiſcopis ad vſum Eccleſiaſticum factam eſſe; poſtquam autem in concilio prolata fuit, non amplius pro priuata collectione cenſeri debet.*

****** De hoc IVSTELLVS in præfatione: *poſtea conuerſa ſunt in Græcum ſermonem, incerto authore, & a Græcis ſub Concilii Carthaginenſis nomine Codici Canonum Eccleſiæ Orientalis inſerta, vt teſtatur Concilii Conſtantinopolitani VI. œcumenici can. II. vbi Concilia quæ tunc in Eccleſia Orientali recepta erant, inter quæ & Africana, recenſentur, eodem ordine congeſta quo etiamnum reperiuntur in ordine canonum Eccleſiæ Orientalis a Io. Tilio viro clariſſimo Græce edito anno M. D. XL.* Sequitur eum MASTRICHT *n.* 99. 100.

******* IVSTELLVS in præfatione: *Iuſtiniani Imperatoris temporibus Dionyſius Exiguus ipſa Africana concilia eodem ordine eademque numerorum ſerie diſtincta ſuæ collectioni inſeruit, illisque auctum Codicem canonum Eccleſiæ vniuerſæ primus in Occidente euulgauit.*

† De Editionibus optime MASTRICHT n. 103. *Græce & Latine edidit hunc codicem Chriſtophorus Iuſtellus primum anno* 1614. *Pariſiis, doctiſſimasque notas adiecit, poſtea ſecundum filius in bibliotheca* IVRIS CANONICI *veteris, anno* 1661. *Editus autem eſt ex vetuſtiſſimo codice manuſcripto Nicolai Fabri, quem ſuprema voluntate Iuſtello commiſerat, vt poſt editionem Magno Iacobo Auguſto Thuano reſtitueretur, vt teſtatur Iuſtellus in Epiſtola dedicatoria ad memoratum Thuanum, qua ei quoque ſuam editionem & notas inſcribit. Græca repræſentauit Iuſtellus ex codice Tilii, quibus Manuſcriptis vſus ſit, oſtendit in principio notarum.*

## §. VI.

*Codex Eccleſia Romana.*

Ad Exemplum Orientalium vſa quoque fuit Eccleſia Romana ſingulari Codice Canonum Canonibus Orientalis Eccleſiæ & vniuerſæ in Latinum ſermonem tranſlatis. Continet iſte Codex Canonum Eccleſiæ Romanæ, Canones Apoſtolorum, Concilii Nicæni, Ancyrani, NeoCæſarienſis Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſis, Sardicenſis, Carthaginenſium, Africani, Tractatum de Primatu Romanæ Eccleſiæ, Decreta Pontificum Romanorum Siricii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii I. Cœleſtini, Leonis I. Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi, Hormisdæ, Gregorii, * Ad hunc Codicem etiam Leo IV. ** aliique Pontifices prouocarunt. Eiusdem Codicis Breuiarium exhibuit Creſconius, Epiſcopus Africanus, qui circa annum 690. vixit, trecentis canonibus, omiſſis integris Canonibus Conciliorum & Decretis Pontificum.*** Alias incertorum Collectiones memorat in Synopſi ſua Hiſtorica Petrus Pithœus, quæ tamen eædem mihi eſſe videntur cum Codice Canonum Eccleſiæ, vel vniuerſalis vel Romanæ. ****

* Prodiit hic primum ex tribus Codicibus MStis, *Moguntia* 1525. ſub hoc titulo: *Canones Apoſtolorum, Veterum Conciliorum Conſtitutiones & Decreta Pontificum antiquiora*, & quidem ex hac ratione, vt aduerſus Lutherum Eccleſia eo ſe tueretur, prout hanc rationem adfert CLAVDIVS PELLETERIVS in præfatione editioni ſuæ præmiſſa. Poſtea eundem FRANCISCVS PITHOEVS *Lutetia Pariſiorum a.* 1609. 8 edidit. Duabus partibus conſtat: Canonibus Apoſtolorum & quorundam Conciliorum: dein Decretis Pontificum Romanorum. Inſertus eſt vtrique editioni Tractatus de Primatu Romanæ Eccleſiæ. Adiecta ſunt, FVLGENTII *Breuiarium Canonum*, CRESCONII *repetitionis breuiarii canonici index* & Epiſtola DIONYSII EXIGVI cum codice Canonum Collectionis ſuæ. Dum autem inter Codices Pithœanos repertus fuiſſet venerandæ vetuſtatis Codex Canonum Eccleſiæ Romanæ, inſignibus notis, nec non lectionibus variis ac reſtitutionibus a Pithœo illuſtratus, anſam hoc dedit nouæ Editioni, quæ hoc Titulo prodiit: *Codex Canonum Vetus Eccleſia Romana a* FRANCISCO PITHOEO *ad veteres Manuſcriptos Codices reſtitutus, & notis illuſtratus. Accedunt* PETRI PITHOEI *Miſcellanea Eccleſiaſtica;* ALBONIS FLORIACENSIS *Apologeticus & Epiſtola, & formula antiqua Alſatica, ad exemplum Burgundicarum, quas congeſſit Marculphus, ex Bibliotheca* CLAVDII le PELETIER, *Pariſiis ex Typographia Regia* 1687. *f.*

** Leo IV. ad Epiſcopos Britanniæ c. I. diſt. 20. his verbis: *Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis vtimur iudiciis, ſunt Canones qui dicuntur Apoſtolorum, Nicanorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſinorum, Chalcedonenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis Regula Præſulum Romanorum, Silueſtri, Siricii, Innocentii, Zoſimi, Celeſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſda, Simplicii, & Gregorii iunioris. Iſti omnino ſunt &*

*per*

*per quos indicant Epiſcopi ſimul indicantur & Clerici.* Vid. etiam GERHARD VON MASTRICHT n. 67. qui illud & per quos Epiſcopi ex fraudulenta collectione Zoſimi Papæ magis adhuc confirmauit.

*** Adiectum eſt Codici Canonum Eccleſiæ Romanæ, cum hac Epigraphe: CRESCONII *Breuiarium Canonicum. Hic habetur. Concordia. Conciliorum. infra ſcriptorum. Et. præſulum. Romanorum. id eſt. Canonum Apoſtolorum. Nicanorum. Noua-Cæſarienſium. Gangrenſium. Antiochenſium. Laodicenſium. Calchedonenſium. Sárdicenſium. Item. præſulum. Siricii. Innocentii. Zoſimi. Celeſtini. Leonis. Et Gelaſii.* Addit MASTRICHT n. 183. *in hoc opere diſciplinam Eccleſiaſticam ad exemplum Fulgentii Ferrandi trecentis titulis vel ſummulis incluſit, citatis tantum canonibus aut Pontificum decretis, non recitatis verbis.* Vixit autem Creſconius ſecundum IVSTELLVM in præfatione Bibliothecæ Iuris Canonici præfixa: *Vt ex Codice MS. Vaticano, quem citat illuſtriſſimus Annalium conditor* Card. *Baronius ad ann.* Chriſti 527. *colligitur, eo tempore quo Ioannes Patricius Victoriam de Saracenis in Africa reportauit, quam Cedrenus ad annum* 3. *Imperii Leontii refert, hoc eſt, Vt ex Anaſtaſio in Hiſt. Eccleſiaſtica diſcimus anno* Chriſti 690.

**** Præmiſit editioni ſuæ Corporis Iuris Canonici PETRVS PITHOEVS *Synopſin Hiſtoricam de Canonum Collectionibus*, in qua de incertis iisdem ſic ait: *Incertus quidam, cuius priſca illa Canonum Græcorum translatio fuit, quam Dionyſius Exiguus confuſionis arguit.* Paullo poſt: *Incertus, cuius Collectionis exemplaria duo ſunt in Bibliotheca Eccleſiæ Bellouacenſis. Tertium habet frater Franciſcus Pithœus hoc titulo: Continet codex iſte Canones Eccleſiaſticos & Conſtituta Sedis Apoſtolicæ: incipit autem a Canonibus Nicæni Concilii, quibus admiſta ſunt quædam Sardicenſis Synodi capitula cum præfatione & expoſitione fidei. Sequuntur Canones Carthaginenſis Synodi, Anquiritianæ, Cæſarienſis, Gangrenſis & aliarum plurium, inſertis Pontificum Romanorum Epiſtolis a temporibus Innocentii ad S. Leonem, cuius Epiſtola* 98. *ad Dorum Beneuentanum Epiſcopum eam Collectionem claudit: quæ non iisdem omnino interpretationibus Græcorum Canonum quibus illa ſuperior, quæ Canonum corpus dicta; ſed magis Dionyſii Exigui, nec tamen ſemper verſa eſt. Incertus, cuius eſt illa Collectio, quæ Nucleus Canonum a quibusdam, & Corpus Canonum appellatur Nicolao I. & Leone IV. can. ſi Romanorum diſt.* 19. *& can. de libellis diſt.* 20. *& cap.* 2. *de præbend. extr. Ea continet Conciliorum Canones eosdem omnino, quos habet Græcorum Nomocanon, ſiue Collectio illa Lutetiæ edita anno* 1540. *præterquam quod Græci ſua inſeruerant Synodum Carthaginenſem cui Beatiſſimus Cyprianus interfuit, quam Latinorum Corpus non admiſit; ſed habet præterea Romanorum Pontificum Epiſtolas quasdam a Siricio ad Gregorium iuniorem.*

## §. VII.

Alium Codicem DIONYSIVS EXIGVVS, natione Scytha, qui ſub Theodorico Gothorum Rege ſeculo VI. doctrina magna claruit* *Dionyſii Exigui Codex.* compilauit. Hic enim rogatu potiſſimum Stephani Epiſcopi Salonitani,** ex græco in latinum transtulit Canonũ Codicem. Differt iſte a priori Codice Eccleſiæ Romanæ in eo, quod non numeret canones vna ſerie ſeu non interrupto ordine; ſed cuique concilio ſuos adſignet,

Digitized by Google

net, atque nouo incipiente concilio, nouos quoque incipiat numeros; Decurrit autem Dionyſii Codex vsque ad numerum CLXV, qui eſt tertius Canon Concilii Conſtantinopolitani primi, cuius ſeptem inueniuntur in Codice Eccleſiæ vniuerſæ Græco: tres vero etiam tantum in Codice Canonum Romano. Poſtea apud Dionyſium noua numeratione ſequuntur XXVII. Canones concilii Calchedonenſis & noua item numeratione Canones ſynodi Sardicenſis, qui tantum Latine editi ſunt. Tandem claudunt agmen ex variis Africanis conciliis, ibidem noua numeratione CXXXVIII. canones Africani. *** Adeo, vt Dionyſianus hic codex partim ex Græcorum, partim ex Occidentalium ſynodis collectus fuerit & compilatus, Subiecta ſtatim Collectio Decretorum Pontificum Romanorum a Siricio vsque ad Anaſtaſium, cui præmiſſa eſt epiſtola ad Iulianum presbyterum directa, qui vixit exeunte ſeculo quinto, ex quo etiam tempus huius collectionis pateſcit. **** Aliæ Decretales ab Hilario ad Gregorium Iuniorem, ab aliis fuerunt additæ. ***** Hic Codex ab Eccleſia Romana receptus, atque ab Adriano I. Papa Carolo M. ad ordinandas Eccleſias Occidentis Romæ fuit oblatus. ****** Licet dubium adhuc ſuperſit, an in Gallia vnquam fuerit receptus.†

* CASSIODORVS Libro diuinarum Lectionum cap. XXII. *Generat etiam hodieque Catholica Eccleſia viros illuſtres probabilium dogmatum decore fulgentes: fuit enim noſtris temporibus, & Dioniſius monachus, Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valde doctiſſimus, reddens actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat æquitatem, qui ſcripturas diuinas tanta curioſitate diſcuſſerat, atque intellexerat, vt vndecunque interrogatus fuiſſet, paratum haberet competens ſine aliqua dilatione reſponſum, qui mecum Dialecticam legit, & in exemplo glorioſi magiſterii plurimos annos vitam ſuam Domino præſtante transegit. Pudet me de conſorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi, parcitas, vt in nullo ſe vel extremis famulis anteferret, cum dignus eſſet Regum ſine dubitatione colloquiis. Interueniat pro nobis, qui nobiscum orare conſueuerat: vt cuius hic ſumus oratione ſuffulti, eius poſſimus nunc meritis adiuuari. Qui petitus a Stephano Epiſcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus canones Eccleſiaſticos moribus ſuis, vt erat planus atque diſertus, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie vſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos aſſidue legere, ne videamini tam ſalutares Eccleſiaſticas regulas culpabiliter ignorare.* ROB. BELLARMINVS de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad a. 525. *Dionyſius Exiguus natione Scytha, ſed moribus Romanus, quemadmodum cognomento Exiguus, ſed doctrina, & ſanctitate maximus, vixit tempore Theoderici Regis Italiæ, & ſucceſſorum eius: nam anno 527. ſcripſit Cyclum Paſchalem & omiſſa profana numeratione annorum ab Imperio Diocletiani impii perſecutoris, numerare cœpit ab Incarnatione Domini Ieſu Chriſti. Scripſit præterea collectio-*

*lectionem ſacrorum canonum ex Conciliis Eccleſiæ Catholicæ : quem poſtea imitati ſunt Martinus Bracarenſis & Creſconius.* Vid. GOTFRIED OLEARIVS *Bibliotheca Scriptorum Eccleſiaſticorum pag.* 202.

** Sic enim ipſe DIONYSIVS in præfatione ſua Codici præfixa : *Domino venerando mihi Patri, Stephano Epiſcopo Dionyſius Exiguus in Domino ſalutem. Quamuis chariſſimus frater noſter Laurentius, aſſidua & familiari cohortatione, paruitatem noſtram Regulas Eccleſiaſticas de Græco transferre pepulerit, confuſione credo priſcæ translationis offenſus : nihilominus tamen in geſtum laborem tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus, ſolita populis pietate proſpiciens, ſummi ſacerdotii contulit dignitatem.*

*** Quid Dionyſius præſtiterit, ipſe in præfatione ad Stephanum Epiſcopum enarrat, dicens : *in principio itaque, Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco transtulimus : quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem : quamuis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe videantur. Deinde regulas Nicænæ ſynodi, & deinceps omnium Conciliorum, ſiue quæ ante eam, ſiue quæ poſtmodum facta ſunt, vſque ad ſynodum centum quinquaginta Pontificum ; qui apud Conſtantinopolim conuenerunt, ſub ordine numerorum, id eſt a primo capite vſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habetur in Græca authoritate, digeſſimus. Tum ſancti Chalcedonenſis Concilii decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Ne quid præterea notitiæ veſtræ credar velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis Concilii atque Africani, quæ Latine ſunt edita, ſuis a nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Vniuerſarum vero definitionum titulos, poſt hanc præfationem ſtrictius ordinantes, ea quæ in ſingulis ſparſim ſunt promulgata Conciliis, ſub vno aſpectu locauimus, vt ad inquiſitionem cuiusque rei compendium aliquod attuliſſe videamur.* Sequitur MASTRICHT *n.* 74. cuius verbis etiam loquimur. Idem dicit in præfatione HENRICVS IVSTELLVS. Continet autem hæc Collectio eosdem fere Conciliorum canones, quos Græcus Eccleſiæ vniuerſæ Codex, ab eodem Iuſtello, anno CIƆ IƆCX. editus : Canones præterea, qui dicuntur Apoſtolorum quinquaginta, Sardicenſis etiam XXI. & Africanarum, ſiue Carthaginenſium ſynodorum capitula CXXXVIII. complectitur. Vid. etiam ANTONIVS PAGI *Critica in Ann. Baronii* a. 527. n. 11.

**** CHRISTOPHORVS IVSTELLVS in præfatione huic collectioni præfixa : *huic nouæ editioni Collectionis Canonum Eccleſiaſticorum Dionyſii Exigui, ne quid veteri iurisprudentiæ Canonicæ deeſſe videatur, ſubiunximus epiſtolam eiusdem Dionyſii Exigui ad Iulianum presbyterum tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, præfationis loco, ſuæ collectioni Decretorum Romanorum Pontificum præfixam, quam nunc primum ſuo authori reſtitutam ex veteri cod. MS. ſummæ eruditionis viri Iacobi Sirmundi Societatis Ieſu presbyteri, cui acceptam refer, tibi damus, cum indice tantum capitulorum, omiſſis Decretorum integris capitibus, quæ ex veteri codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, qui Moguntiæ primum excuſus eſt, anno MDXXV. & poſtea Pariſiis an. M. DCIX. facile cuiuis licet repetere. Is vero eſt Iulianus presbyter, qui ſubſcripſit, Synodis Romæ celebratis, ſub Felice Papa, Dinamio & Siphidio Coſſ. hoc eſt anno Chriſti CCCCLXXXVIII. & ſub Symmacho, poſt conſulatum Paulini, hoc eſt anno CCCCXCIX: Quod hanc Dionyſianam collectionem, circa hæc tempora, poſt Canonum Græcorum interpretationem factam fuiſſe arguit. Continet autem decretales epiſtolas Siricii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, Leonis, Gelaſii,*

*& Anaſtaſii, ab anno videlicet CCCLXXXV. ad annum CCCCXCVI. quas etiam recenſet Creſconius in Breuiario Canonico, & Leo IV. Papa, apud Gratianum can. de libellis diſt. XX. & Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, aduerſus Hincmarum Laudunenſem cap. XLIII. Et vero illa eſt collectio, quam Zacharias Papa, in epiſtola ad Pipinum Maiorem Domus, & vniuerſis Epiſcopis in regno Franciæ conſtitutis, Librum Decretorum vocat, atque ex eo citat quædam capitula Siricii, Innocentii, Leonis, & Gelaſii.* Prouocat IVSTELLVS ad Hincmarum Rhemenſem, qui in opuſc. LV. aduerſus Hincmarum Laudunenſem cap. XLIII. ſic loquitur: *qui ſunt, quos & Apoſtolica ſedes, & omnes Epiſcopi per vniuerſum Orbem, & omnis Eccleſia Catholica canones appellat. Quique a Nicæno concilio, quod primum in noſtris codicibus, quos ab apoſtolica ſede maiores noſtri acceperunt ſequendos, per ordinem vſque ad Africanum concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis, & obſeruandis, retinent.* Plenius de hac Collectione egit PETRVS de MARCA *de Collectoribus Canonum cap. III.* qui etiam demonſtrauit, quodnam inter veterem Romanam & Dionyſianam collectionem fuerit diſcrimen.

***** In IVSTELLI Bibliotheca p. 249. hunc titulum habet: *Collectio II. Decretorum Pontificum Romanorum ab Hilario ad Gregorium II. Collectioni I. Dionyſii Exigui addita.*

****** HENRICVS Caniſius equidem Lectionum Antiquarum Tomo VI. p. 413. ex MSto Monaſterii Weingartenſis exhibet *Epitomen Canonum*, cuius talis eſt epigraphe: *Incipit compendioſa traditio Canonum Orientalium, ſiue Africanorum quos beatus Hadrianus Papa, in vno volumine, cum ſuperioribus Conciliis ad diſpoſitionem Occidentalium Eccleſiarum Karolo Romæ poſito dedit Regi Francorum & Longobardorum, ac Patricio Romanorum. Inprimis de Canonibus Apoſtolorum ſub numero L. capitulorum.* Et finalis ſubſcriptio: *Explicit traditio Orientalium Canonum, ſiue Africanorum, quos beatus Hadrianus Papa per manum Karoli Regis Occidentalibus Eccleſiis direxit.* IACOBVS SIRMONDVS vero Tomo II. Conciliorum Galliæ p. 117. putat, Carolo non oblatam fuiſſe Epitomen, ſed integram Collectionem tum Canonum, tum Decretorum. Hoc enim addit: *declarant plurima, quæ in Bibliothecis Galliæ viſuntur, Collectionis huius exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa eſt Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit* DOMINO EXCELL. FILIO CAROLO REGI HADRIANVS PAPA: Sequitur eundem MASTRICHT *n. 78.* qui etiam factum hoc autumat anno DCCXXCVII. cum tertia vice Carolus ſuperſtite Hadriano, Romam intraret.

† Exiſtimat illud P. de MARCA de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. III. *Tum, quia apud ſedem Apoſtolicam vigebat, tum etiam quod nitore ſuo commendabatur præ ſqualore veteris interpretationis, & ſi hanc omnino Galli non deſeruerunt.* Contrariam ſententiam tuentur CHRISTOPHORVS IVSTELLVS *in præfatione Codicis vniverſæ Eccleſiæ.* SIRMONDVS *in præfatione ad antiqua Concilia Galliæ &* QVESNELLVS *Tomo II. Operum Sancti Leonis Diſſert. de primo vſu Codicis Canonum Dionyſii Exigui in Gallicanis regionibus.* Autumat tamen ANTONIVS PAGI *in Critica ad Baronium a. 527. n. XI.* Decretales Pontificum Romanorum epiſtolas nonnunquam in vſum fuiſſe vocatas in priſcis Galliarum Synodis.

§. VIII. Circa

## §. VIII.

Circa eadem tempora, FVLGENTIVS FERRANDVS, Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconus, qui Iuſtiniani temporibus floruit, * *Breviationem Canonum* compoſuit, in qua, habita materiarum ratione, canonum omnem diſciplinam capitibus ducentis & triginta duobus, incluſit, & ſingulis capitibus concordantes canones atque decreta ſubiecit. ** Hunc cum Creſconio male confundit Baronius.*** *Fulgentii Ferrandi Collectio Canonum.*

* VICTOR TVNVNENSIS Chron. p. 43. *poſt conſulatum Baſilii V. C. an. VI. Ferrandus Carthaginis Eccleſiæ Diaconus clarus habetur:* Incidit hoc in annum 547. ſecundum PETRI RELANDI *Faſtos Conſulares.* CRESCONIVS in præfatione Breuiarii ſui, eum vocat reuerendiſſimum Carthaginis Eccleſiæ Diaconum. Prouocat ad eundem GRATIANVS in Additionibus ad c. 34. diſt. 63. dicens: *ſicut in Breuiatione Canonum Fulgentii Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi inuenitur.* Plura de eodem habet MASTRICHT *n.* 156. CAVE *p.* 286.

** FRANCISCVS FLORENS *de Orig. I. Can. p. III. §. II.* MASTRICHT *num.* 159. qui etiam Baronium notat, quod Ferrando trecenta tribuat Capitula *Tomo V. ad a.* 419. *n.* 90. *&* *Tomo VII. ad a.* 527. *n.* 76. Ferrandi & Creſconii Breuiarium confundat. Vtriusque tamen conuenientiam & differentiam idem MASTRICHT *n.* 161. plenius docet. Eam ex Codice MSto Eccleſiæ Trecenſis primus latine edidit PETRVS PITHOEVS, *Lutetiæ* 1588. 8. Poſtmodum edita eſt cum Codice Eccleſiæ Romanæ, *Pariſiis* 1618. 8. a CHIFLETIO, *Auguſtoriti Pictonum a.* 1630. ab ALTASERRANO *Diuionæ a.* 1649. Tandem eam in Bibliothecam Iuris Canonici Veteris retulerunt VOELLVS & IVSTELLVS, qui etiam in præfatione generali demonſtrarunt, qua ratione hæ epitomæ inuicem differant.

*** De vtrisque agit ANTONIVS PAGI, in Critica in Annales Baronii ad a. 827. n. 14. dum ait: *Ferrandi in Canonibus via & ratione digerendi Opus vnum eſt & ſingulare, quod Breuiationis Canonum titulum præfert. Sed Collectio Canonum Creſconii duas veluti partes habet, quarum prior Breuiarium Canonicum dicitur, poſterior integros Canones ac Decreta, eo ipſo ordine, quo in Breuiario citantur, exprimit, inſcribiturque in MSS. Codicibus vel, Concordia Canonum,, vel Liber Canonum. Ferrandus & Creſconius, vt Guillielmus Voëllus & Henricus Iuſtellus in Præfatione ad Bibliothecam Iuris Veteris obſeruant, partim conueniunt, & partim diſcrepant. Conueniunt quidem, ſi formam ſpectes, paria quippe ſunt omnia; neque enim illi, vt Dionyſius Exiguus Conciliorum ordinem, & conſequentiam ſecuti ſunt; ſed habita materiarum ratione, Canonicam omnem diſciplinam, certis Capitibus complexi ſunt. Ferrandus quidem triginta duobus ſupra ducenta, Creſconius omnino trecentis. In quo bis falſus eſt Baronius num. LXXVI. & ann. CCCCXIX. num. XC. Primum quod Ferrando trecenta prorſus tribuit Capitula, cum id Creſconio peculiare ſit. Deinde quod Breuiarium Canonicum Creſconii cum Breuiatione Canonum Ferrandi confuderit, dum ait, Creſconium Collectioni ſuæ ſubieciſſe, eam quam eodem fere tempore Ferrandus elaborauit, ſed alio plane ordine, non citando, ſed recitando Canones, quamque merito Breuiarium Creſconius appellauerit. Nam præterquam quod Baronius Ferrando Creſconium coæuum faciat, certum eſt ex omnibus Libris editis & MSS. Opus Ferrandi eſſe duntaxat CCXXXII. Capitulorum, & a Creſconiana Collectione plane diuerſum. Etenim licet in methodo & ratione tradendi*

*conveniant, ordo tamen Ferrandi multo ſpectabilior eſt, & accuratior quam Creſconii ſeu Criſconii. Si de materia item quæſtio ſit, non parum inter ſe differunt, quippe multa habent propria & peculiaria. De vtriusque conſonantia & diſcrepantia legenda præfatio laudata.*

§ IX.

*Jo. Scholaſtici Collectio Canonum.*

Circa Iuſtiniani tempora IOANNES ANTIOCHENVS, dictus Scholaſticus, Patriarcha Conſtantinopolitanus* omnes Canones Eccleſiaſticos, qui in Eccleſia Orientali tunc obtinebant, in quinquaginta Titulos diſtribuit, cuique titulo eos aſſignans Canones, qui de eadem re vel ſimili fuerant ſanciti. In hanc collegit Canones Apoſtolorum LXXXV, Synodi Nicænæ Canones XX. Antiochena XXV. Laodicenſis LIX. Sardicenſis XXI. Gangrenſis XX. Ancyranæ XXV. Neo-Cæſarienſis XIV. Conſtantinopolitanæ VI. Epheſinæ VII. Chalcedonenſis XXVII. S. Baſilii LXVIII. non ſeruato ordine temporis, nec ſerie numerorum, ſingulosque ex ſimilibus Canonibus & ad eandem rem pertinentibus cum Canonibus integris intexuit.** Hic autem primus ex Græcis addidit Canones Apoſtolicos LXXXV. Sardicenſes XXI. & S. Baſilii LXVIII. quos non ſummatim recenſet, ſed longe lateque deſcripſit.*** Ad hanc Collectionem reſpexiſſe videtur Nicolaus I. Papa, eamque vocare Concordiam Canonum.**** Et licet Theodoreto Cyri Epiſcopo, qui centum & triginta annis Scholaſticum anteceſſit, hanc collectionem tribuat Franciſcus Florens, ſatis tamen ex antiquis MStis demonſtrauit Chriſtophorus Iuſtellus eam Ioannis eſſe Scholaſtici.***** Eiusdem Io. Scholaſtici eſt Nomocanon, L. titulis comprehenſus, in quo ſententiam ex Conciliorum Canonibus extractam refert, & quid de eadem Iuſtinianus Imp. in Nouellis ſtatuerit, ſubiicit.****** Priuatis autem licet curis facta fuiſſet hæc Collectio, magnæ tamen primum fuit auctoritatis vſque dum per Photii Nomocanonem tanquam vberiorem, eius memoria aboleretur. † Diutius iſta in MSto latuit, ex quo Chriſtophorus Iuſtellus eam primus edidit, ab Henrico Iuſtello filio, in Bibliotheca Iuris Canonici altera vice procuratam. ††

* CHRISTOPHORVS IVSTELLVS Præf. *Ioannes Scholaſticus (ſic dictus, quod primum in foro ἀπὸ σχολαστικῶν ex ſcholaſticorum; hoc eſt Aduocatorum numero fuerat) Antiochiæ Presbyter & Apocriſiarius fuit, & poſt modum, Eutychio Patriarcha Conſtantinopolitano in exilium pulſo, in eius locum a Iuſtiniano Imperatore ſuffectus eſt.* Plenius de eo BARONIVS ad a. 564. n. 14. ANTONIVS PAGI *Critica in Annales Baronii ad a. 578. n. IV.* CASIMIRVS OVDIN *Supplem. de Script. Eccleſ. p.* 122. GVIL. CAVE *p. I. p.* 298. GERHARD. VON MASTRICHT *n.* 162. *ſqq.* LOVIS ELLIES du PIN *Nouv. Bibl. Tom. V. p.* 89.

** CHRIST.

** CHRIST. IVSTELLVS in præfatione. *Is vero* συναγωγὴν κανόνων *compoſuit, qua priorum Conciliorum Canones in veteri Codice Eccleſiæ vniverſæ ſparſim diffuſos, (hoc eſt Nicæni, Ancyrani, Neo-Cæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Sardicenſis, Conſtantinopolitani, Epheſini & Calchedonenſis) in quinquaginta titulos, non ſervato ordine temporis, nec ſerie ſeu conſequentia numerorum, ſingulosque ex ſimilibus Canonibus, & ad eandem rem pertinentibus, cum Canonibus integris intexuit* οὐ τάξιν τινὰ καὶ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν, ἀλλ' ὅμοια τοῖς ὁμοίοις συναρμόσαντες, καὶ ἴσῳ κεφαλαίῳ συμπλέξαντες, vt ipſemet teſtatur in præfatione ſuæ Collectioni præfixa. GVIL. BEVEREGIVS *in Codice Canonum vindicato lib. I. c. VIII. n. 3.* ANTONIVS PAGI c. l. MASTRICHT *n.* 167. FRANCISCVS FLORENS *de Origine Iuris Canonici p. III. §. III. Synagoge vero inſcribitur eadem forma qua apud Socratem lib.* 1. *cap.* 5. *& lib.* 2. *cap. III. Sabini Epiſcopi Ariani Collectio nominatur. Eſt autem compoſita ex iisdem Conciliorum canonibus quibus & ſuperior; ſed præterea adiunxit Theodoretus Canones Apoſtolorum* 85. *& Synodi Sardicenſis can.* 21. *quot ſunt omnino in Græco, quos Canones prætulit Antiochenis licet tempore poſteriores. Addidit præterea quatuor ex Conſtantinopolitana Synodo, qui in antiquiſſima Collectione deerant, Epheſinos* 7. *& Chalcedonenſes* 27. *Item ex duabus epiſtolis Baſilii canones* 27. *non plures.* Inde originem huius collectionis latius perſequitur.

*** IVSTELLVS, MASTRICHT c. l.

**** IVSTELLVS in Præfatione: *Nicolaus I. Pontifex Rom. ad hanc Io. Scholaſtici Collectionem reſpexiſſe videtur, eamque Concordiam Canonum vocat, quia concordantes Canones, per certa capita appoſiti atque diſtributi, & in vnam conſonantiam commixti erant. Verba illius hæc ſunt in epiſtola ad Photium Patriarcham Cp. Quomodo non ſunt penes vos Canones Sardicenſes, quando inter quinquaginta titulos, quibus Concordia Canonum apud vos texitur, ipſi quoque reperiuntur? Huius autem Collectionis Io. Scholaſtici tria extant exemplaria MSS. vnum perquam vetuſtum Romæ in Bibliotheca Vaticana, Heidelberga adlatum, inſigne quidem & eximium, ſed exeſum & dimidiatum. Alterum, non minus antiquum & integrum in Bibliotheca illuſtriſſimi Franciæ Cancellarii Petri Seguierii. Tertium, quod ex Bibliotheca Collegii Claromontani, & nunc edimus, beneficio doctiſſimi Iacobi Sirmondi nacti ſumus, & nunc edimus.*

***** FLORENS c. l. *de origine & tempore Collectionis ex ipſa inſcriptione ſatis conſtat, quæ* THEODORETI *nomen præfert; ideoque paulo poſt Concilium Chalcedonenſe videtur edita, cui interfuit Theodoretus & dignitati ſuæ reſtitutus eſt, vt conſtat ex actione* 1. *Concilii Chalcedonenſis, cuius Concilii canones retulit, vt diximus, in ſuam Collectionem.* TVRRIANVS tamen lib. I. cap. 28. *pro Canonibus Apoſtolorum, eam tribuit Conſtantino cuidam Scholaſtico. Antonius vero Auguſtinus in præfatione antiquarum Collectionum, & Alemannus in Notis ad Procopii Anecdota, Ioannem Scholaſticum, Patriarcham Conſtantinopolitanam auctorem aſſerunt; qui ſcilicet Eutychio in exilium pulſo, a Iuſtiniano ſuffectus eſt, & vsque ad Iuſtini tempora ſedem obtinuit:* Verum reſpondit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS in præfatione: *Hinc facile eſt colligere, Io. Scholaſticum, cum adhuc eſſet presbyter Antiochiæ, Collectionem ſuam Canonum quinquaginta titulis diſtinctam, compoſuiſſe: Nomocanonem vero, poſtquam Patriarcha CP. a Iuſtiniano Imp. deſignatus eſt; Atque ideo adiectitiam & ſuppoſititiam eſſe*

 *epi-*

Digitized by Google

*epigraphen, quæ perperam in prædicto codice MS. Bibl. Regiæ, nomen præfert* Θεοδωρήτου ἐπισκόπου κύῤῥου, *quaſi Theodoretus Cyrreſtenſis Epiſcopus eſſet author huius Canonicæ Collectionis quinquaginta titulorum, cui Io. Scholaſticus leges adtexuit. Nec enim alibi vnquam, ab vllo quouis authore Græco, eius Nomocanonis, ſub Theodoreti nomine mentio facta eſt, ſed Io. Scholaſtico tribuunt omnes codd. MSS. Sic enim habet* Codex *illuſtriſſimi Franciæ* Cancellarii, Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνςαντινουπόλεως, τοῦ μῆσον ἐυτυχίου, συναγωγὴ κανόνων ἐις ν'. Τίτλους διῃρημένη. Codex vero Claromontenſis, Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας ἀπὸ σχολαςικῶν, οὗτος συντάττει τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν'. τίτλους. Et Codex Oxonienſis: συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαςικῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένη. & poſtea, Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τοῦ σχολαςικοῦ εἰς τον Νομοκανόνα πρόλογος. *Quam inſcriptionem, vt veriſſimam, præfiximus Nomocanoni quem nunc edimus ex Cod. Ms. Bibliothecæ Regiæ, qui & in fine habet nomen* Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαςικῶν. *Vnde planum eſt & indubium vtramque hanc Collectionem eſſe eiuſdem authoris Io. videlicet Scholaſtici. Nec ſane Theodoreto digna eſt hæc Collectio, cuius ſtylus non redolet grauitatem tanti viri planeque doctiſſimi. Nec veriſimile eſt Theodoretum inſeruiſſe Canones Apoſtolicos & Sardicenſes, ſua ætate a Græcis nondum receptos, nec veteri Codici Canonum, quo vſa eſt Eccleſia vniuerſa in Concilio Calchedonenſi, cui ipſe interfuit, inſertos, & quos Io. Scholaſticus Collectionis quinquaginta titulorum & Nomocanonis author, ſua Collectioni primus inſeruit, & poſtea Eccleſia Orientalis in ſynodo Trullana probauit, & confirmauit anno demum DCCVII. ſub Iuſtiniano II. Imp. Sunt & multa alia, quæ eam Collectionem non eſſe Theodoreti atque poſt eius obitum factam, indicare videantur: ſed in tanta luce ſufficit hæc adnotaſſe.* Sequitur MASTRICHT *n.* 169. Qui etiam addit: *Quæ omnia* (Franciſci Florentis ſcilicet argumenta) *ſi vera eſſent, attamen non euincerent, quod Fr. Florens intendit, nempe Theodoretum, non Ioh. Scholaſticum eſſe auctorem iſtius collectionis. Tum etiam falſo ſuppoſito primum argumentum, quaſi Synodus illa ſub Iuſtiniano ediderit canones, quæ nullos edidit; tandem duo ſequentia ex ipſa inſpectione apparebunt eſſe falſa. Quod indicium eſt, Florentem non vidiſſe labores Ioh. Scholaſtici, qui tum adhuc in bibliothecis deliteſcebant.* PETRVS de MARCA tamen *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. III. §. VIII.* hæc refellere conatur, dicens: *quidam eruditi viri eam a Theodoreto abiudicant, tribus potiſſimum de cauſis; tum ob canones Apoſtolicos, quos laudat numero LXXXV. tum ob canonem XXVIII. Chalcedonenſis concilii, quem expungit, licet collectio Græcorum eum agnoſcat. Quod quidem verum eſt, ſi de collectione Photii & Zonaræ agatur. Sed antiqua collectio Græca, quam Dionyſius Latine reddidit, viginti ſeptem canones ſolum recenſet, omiſſo XXVIII. quemadmodum & Theodorus Anagnoſtes libro primo collectaneorum. Tertia cauſa dubitandi petitur e canonibus Sardicenſibus, quos Græci non admiſerunt in vetere collectione. Quod ſane certum eſt. Attamen aperta eſt ratio, cur Theodoretus eos in collectionem ſuam coniecerit: nempe, quod ſede ſua a Dioſcoro Alexandrino in Synodo Epheſina ſecunda depulſus, eorum canonum beneficio vſus ſedem apoſtolicam appellauit; & a Leone in communionem receptus, epiſcopalique dignitate veſtitus, Imperatoris decreto & Synodi Chalcedonenſis irretractabili iudicio, (vt cum Leone loquar) locum ſuum obtinuit.*

Qua-

*Quare nihil aliud a Theodoreto expectandum erat, quam vt canonibus Sardicenſibus recenſendis benignum ſe præſtaret. Quod effecit, vt tandem Græci in ſynodo Trullana Sardicenſes canones ſuſceperint, eosque collectioni antiquæ adiunxerint. Merito itaque Photium Nicolaus malæ fidei arguit, quod ignotos Græcis hos canones eſſe ſimularet, cum in codice canonum; & in collectione quinquaginta titulorum publice apud illos legeretur.* ALEMANNVS ad Procopium p. 110. *Inde factum eſt, vt Eccleſiarum Orientis Epiſcopi eas ſibi regularum collectiones concinnare cœperint, quas* Νομοκανόνια *ſiue* Νομοκανονιας, *vocant. Quorum primus auctor fuit Ioannes Scholaſticus, qui Eutychio CP. in exilium pulſo ſuffectus a Iuſtiniano eſt. Extat in Vaticana Bibliotheca Ioannis illius* Νομοκάνων *in quinquaginta titulos diſtributus.*

****** FRANCISCVS FLORENS iterum Io. Scholaſtico tribuit; quod collectioni Canonum ſubiecerit ſaltim excerpta ex legibus, dum *pag.* 261. ait: *obſeruandum poſtremo in illis* 50. *titulis deſinere collectionem Theodoreti; cui, quod nemo adhuc præſtiterat, primum a Ioanne Scholaſtico Patriarcha Conſtantinopolitano, ex legibus ſimilibus, ſtatutis Canonum, ſingulis titulis excerpta quædam adiuncta; nempe quia ſciebat confirmatos & comprobatos Canones a legibus, non tantum generali aliqua lege, vt Nouella* 131. *cap.* 2. *ſed etiam ſpecialibus, & in ſingulis articulis. Itaque Collectionum, quæ poſtea Nomocanones appellari cœperunt, originem ad Ioannem Scholaſticum referre debemus: Floruit autem ſub Iuſtiniano, vt diximus, poſtremus ex quatuor Patriarchis, qui ſub eodem Imp. fuerunt, & ſub Tiberio mortuus eſt, ortus ex Sirimi pago Antiochiæ, ante ex numero Aduocatorum; vnde & Scholaſtici nomen retinuit.* PROCOPIVS *in* ἀνεκδότοις, EVAGRIVS *lib. IV. c. XXXVII. ſub finem &. lib.* 5. *cap.* 16. *Nicephorus in Chronologia, & varii Catalogi Patriarcharum Conſtantinop. Quædam etiam illius ſcripta ſelecta commemorat Photius in Bibliotheca. Ioannes autem ille Scholaſticus multis annis poſt Theodoretum autorem Collectionis canonum adiecit excerpta ex legibus, vt ex duabus diuerſis præfationibus colligatur, quæ initio Collectionis habentur in Codicibus manuſcriptis; in quibus ſub finem expreſſe notatur, Ioannem Scholaſticum leges ſubiunxiſſe: & initio Collectionis autor canonum inſcribitur Theodoretus Epiſc. Cyri. Quod & illo argumento euidentiſſime probatur, autorem Collectionis decem tantum Synodos a temporibus Apoſtolorum, ad ſua vsque tempora celebratas referre, quas enumerat; nec tamen vllam mentionem facit V. Synodi, quæ ſub Iuſtiniano eſt habita; quod profecto Ioannes Scholaſticus non feciſſet, qui ſcripſit poſt mortem Iuſtiniani.* Verum, contrarium docet ANTONIVS PAGI *Critica in Annales Baronii ad a.* C. 578. *n. IV.* dicens: *ediderat laudatam Canonum Collectionem Ioannes, dum adhuc eſſet Presbyter Antiochenus; factusque Patriarcha, Nomocanonem compoſuit, qui extat MS. in Bibliotheca Regia ſub nomine Theodoreti Cyrreſtenſis Epiſcopi, quem proinde illius Auctorem credidit Perronius Cardinalis.* IVSTELLVS *autem in Præfatione ad Tomum II. Bibliothecæ Iuris Canonici* notat, Opus illud Ioanni Scholaſtico tribuere omnes alios Codices MSS. Et quidem recte; nam & Canones Apoſtolicos LXXXIX. (leg. LXXXV.) laudat, qui Theodoreti ætate, nondum in Orientalis Eccleſiæ Codicem relati erant, nec ab aliquo Scriptore Eccleſiaſtico illius temporis citati reperiuntur. Præterea in Nomocanone Eccleſiaſtici Canones cum Principum legibus, præcipueque cum Iuſtiniani Imperatoris Nouellis conferuntur, ideoque hallucinantur, qui Collectionem Canonum Ioannis Antiocheni ab eius Nomocanone non diſtingunt.

† Mastricht *n.* 170. petrvs de marca *lib. III. c. III. fin. hanc autem collectionem ſeu Nomocanonem in quinquaginta titulos digeſtum, quo legum & canonum collectio quadam continetur, nullo fere loco habitam temporibus ſuis teſtatur Balſamo in ſupplemento p.* 1222. *eo quod Photii collectio vberior & vtilior omnino viſa eſt.*

†† Extat in Bibliotheca Iuris Canonici *Tomo II. p.* 499.

§. X.

*Martini Bracarenſis Collectio.*

Sequitur martini bracarensis apud Hiſpanos Epiſcopi * *Collectio Canonum*, quam poſt medium feculi ſexti fecit, ** idque ideo, vt, dum antiquam verſionem parum accuratam cerneret, nouam maiori cum induſtria adornaret. Bipartitum eſt Opus eius. *** Prima pars continet canones, qui de perſonis, rebus & ritibus Eccleſiaſticis agunt; altera res ad Laicos, vt vocant, pertinentes, complectitur. **** Pleraque quidem ex Græco tranſtulit, aliqua tamen immiſcuit ex conciliis Occidentalibus, Africanis, item Hiſpanicis, veluti Toletano I. & Bracarenſibus, vbi erat antiſtes. Aliquando non ita Latina ſunt facta, vt habentur in Græcis, ſed ex duobus aut tribus capitibus diuerſorum conciliorum vnum ille caput fecit. ***** Huius collectionis duæ ſunt editiones, vna vulgaris & vetus, quam Conciliorum Collectiones, atque Bibliotheca Iuris Canonici Veteris exhibent. Altera recens, quam ex antiquis MStis dicit ſe edidiſſe Garſias a Loyaſa in Conciliorum Hiſpaniæ Collectione. ******

* Gregorivs tvronensis *Hiſt. Franc.* lib. V. c. XXXVIII. *hoc tempore & B. Martinus Gallicienſis Epiſcopus obiit magnum populo illi faciente planctum. Nam Pannonia ortus fuit, & exinde ad viſitanda loca ſancta in Orientem properans, in tantum ſe literis imbuit, vt nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit; vbi cum B. Martini reliquiæ portarentur, Epiſcopus ordinatur: in quo ſacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenis virtutibus migrauit ad Dominum.* isidorvs hispalensis de viris illuſtribus cap. XXII. *Martinus Dumienſis monaſterii ſanctiſſimus Pontifex, ex Orientis partibus nauigans, Galloeciam venit, ibique conuerſi ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Sueuorum populis, regulam fidei, ſanctæ religionis conſtituit; Eccleſias confirmauit; monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. Cuius quidem ego (ipſe) legi librum de Differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen Epiſtolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem & conuerſationem fidei, orationis inſtantiam, eleemoſynarum diſtributionem, & ſuper omnia cultum virtutum omnium, & pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Sueuorum, temporibus illis, quibus Iuſtinianus in Republica, & Athanagildus in Hiſpaniis imperium tenuerunt.* Eadem dicit honorivs avgvstodvnensis *in luminaribus Eccleſiæ lib. III. c. IV.*

** Garsias loaysa præfatione ad Martini Bracarenſis Capitula, in Collectione Conciliorum Hiſpaniæ, ait: *Martinus Bracarenſis Epiſcopus Capitula edidit ſynodorum Græcarum, quæ citantur a Gratiano cap. propter Eccleſiaſticas diſt.* 18. *Erat Græcus (melius Pannonius) & hæc Capitula Græca Latina fecit, vocatur liber Capitulorum*

Digitized by Google

*tulorum Martini. Hic cum eſſet Græcus ad vtilitatem Eccleſiarum Hiſpaniæ hæc Capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & a Græcis aliqua detraxit, vt eſt in cap. propter Eccleſiaſticas, quod deſumptum eſt ex Concilio Antioch. cap. 20. Alia etiam ex Toletanis Conciliis poſuit Græcus homo, & ad mores noſtrorum hominum Græcos ritus ſancte & prudenter accommodauit.* FR. FLORENS *p. III. §. V.* ANT. PAGI *Critica Ann. Baron. ad a. 527. n. XIII.*

*** Teſtatur hoc ipſe MARTINVS in præfatione ſua, quæ talis eſt: *Domino meo beatiſſimo, atque Apoſtolicæ Sedis honore ſuſcipiendo, in Chriſto fratri Pitigeſio Epiſcopo, vel Vniuerſo Concilio Lucenſis Eccleſiæ, Martinus Epiſcopus. Canones, qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus conſtituti ſunt, Græco prius ſermone conſcripti ſunt: poſtea autem ſuccedenti tempore in Latinam linguam tranſlati ſunt. Et quia difficile eſt vt ſimplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam; ſimulque & illud accidit, vt in tantis temporibus Scriptores, aut non intelligentes aut dormitantes, multa prætermittant; & propterea in ipſis Canonibus aliqua ſimplicioribus videantur obſcura. Ideo viſum eſt, vt cum omni diligentia, & ea, quæ per translatores obſcurius dicta ſunt; & ea, quæ per ſcriptores ſunt immutata, ſimplicius & emendatius reſtaurarem: id primum obſeruans, vt illa, quæ ad Epiſcopos, vel vniuerſum Clerum pertinent, vna in parte conſcripta ſint: ſimiliter & quæ ad Laicos pertinent, ſimul ſint adunata: vt de quo Capitulo ſcire aliquid voluerit, poſſit celerius inuenire.*

**** Sic in ipſo MSto apud IVSTELLVM f. 7. *Incipiunt Capitula Canonum a Martino Bracarenſe Epiſcopo collectorum, ad Epiſcopos ſcilicet pertinentium, vel ad Clerum.* MASTRICHT *n.* 277.

***** ANTONIVS AVGVSTINVS in Iudicio de Collectoribus Canonum, quod extat parte ſecunda Epitomes Iuris Pontificii: *hæc Martini Epiſcopi Capitula pro Martini Papæ in Synodo decretis olim habebantur, atque ita mendoſe apud Gratianum & alios legebantur, ante Ant. Democharis editionem. Non ſunt autem omnia e Græcis Conciliis ſumpta, ſed quædam ſunt ex Concilio Toletano I. alia ex Bracarenſibus maxima vero ex parte ſunt a Græcis ſumpta. aliquando non ita Latina facta vt Græce habentur, ſed ex duobus aut tribus capitibus diuerſorum Conciliorum vno capite conſcripta.* Sequitur MASTRICHT *n.* 176.

****** IVSTELLVS *in præfatione Bibliothecæ Iuris Canonici* præfixa & ex eadem MASTRICHT n. 178. In Bibliotheca Iuris Canonici Veteris reperitur *in Appendice Tomi I. f. 7.*

## §. XI.

Poſt hoſce ſequitur CRESCONII Epiſcopi Africani, Collectio Canonum, *Concordia* etiam *Canonum* dicta, ſeculo VII. compoſita, in qua integri Conciliorum Canones & Pontificum decreta referuntur, quæ a Breuiario Canonum * eiusdem auctoris eſt diſtincta. Hanc ex Codice MSto Bibliothecæ Claro montanæ primum editam reperimus in Bibliotheca Iuris Canonici Veteris. Seculo XII. prodiit *Synopſis Canonum* Græce & Latine, quæ ALEXIO ARISTINO tribuitur, quam iuſſu Ioannis Comneni Imp. Conſtantinopolitani a. 1130. confecerit, in qua ordo ſeruatur Conciliorum. ** Aſt, dum *Creſconii Collectio.* *Ariſtini Synopſis Canonum.*

Alexius Ariſtinus ipſe in ſcholiis ad hanc ſynopſin auctorem redarguat, vix eſt, vt ipſum pro autore habeamus. *** Circa medium ſeculi duodecimi SIMEON Magiſter & Logotheta, *Epitomen Canonum* conſcripſit, diuerſo tamen a priori ordine. **** Demum ARSENIVS Monachus, poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſub Theodoro Laſcare Iuniore circa A. C. 1255. *Synopſin Canonum* ex Conciliis & Patribus in Concilio Trullano adprobatis collegit, in qua accurata methodo vniuerſam Canonicæ diſciplinæ ſcientiam; centum ſupra vnum & quadraginta titulis complexus eſt, tum in fine cuiusque tituli *νομικὰ* quædam *κεφάλαια*, capita quædam legum concordantium, adiecit. Quare hoc Opus *Nomocanonis* quoque titulum in MStis præfert. ***** Has tres Epitomes ex Codicibus Bibliothecæ Regiæ MStis primum editas, vna cum aliis eiusmodi Canonum Collectionibus videmus in Bibliotheca Iuris Canonici Veteris. ******

*Simeonis Epitome Canonum.*

*Arſenii Synopſis Canonum.*

* Extat in Bibliotheca Iuris Canonici Veteris *in Appendice Tomi I. f.* 33. Vid. late MASTRICHT *n.* 181. *ſqq.*

** De hoc MASTRICHT n. 281. *Poſt Zonaram inter Græcos Canoniſtas locum occupat, Alexius Ariſtinus, Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vt illum appellat Gilbert Genebrand in libro de Trinitate. Scripſit ille Epitomen Canonum, iuſſu Imperatoris Iohannis Comneni, vt obſeruat Leo Allatius in libro de collatione Ordinum. Factum id ſeculi duodecimi anno trigeſimo. Inſcribitur opuſculum hoc,* ἡ τοῦ Ἀριστου σύνοψις τῶν κανόνων πάντων. *Genebrandus gloriatur habere ſe fragmentum huius auctoris, quod inſcribitur:* συνόπτικος τῶν ὅλων Κανόνων τῶν ἐκτεθέντων παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων ἓξ συνόδων, καὶ τῶν μεταξὺ τῶν αὐτῶν τοπικῶν. *Continet hoc Opuſculum tantum Epitomen, ſeu Indicem Codicis Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, ſeruato ordine priorum Conciliorum, Nicæni videlicet, Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodiceni, Conſtantinopolitani, Epheſini & Calchedonenſis, omiſſa tamen ſerie ſeu conſequentia numerorum: additis in principio canonibus Apoſtolicis, tum Sardicenſibus, Africanis XXII. Trullenſibus, tribusque epiſtolis Canonicis S. Baſilii, vt tradit Chriſtophorus Iuſtellus in præfatione part. 2. Biblioth. iuris canon. veteris; qui & opuſculum ſeu compendium hoc Canonum Græce & Latine in eadem Bibliotheca publicauit. Omni arte caret hæc collatio, & videtur tantum in ſubſidium memoriæ compoſita eſſe.* FR. FLORENS *p. III. §. IV.*

*** BEVEREGIVS in Prolegomenis §. XXVI. *quantum primo ad canonum epitomen ſpectat, ea partim in Bibliotheca iuris canonici veteris edita eſt, idque ſub ipſius Alexii Ariſteni nomine, perinde nimirum ac ſi is epitomes iſtius autor fuiſſet. Sed multa ſunt, quæ iſti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine obſeruato, etiam Symeoni Logothetæ in eadem bibliotheca attribuitur. At veri prorſus diſſimile eſt, vt ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conſpirarent. Nec video quidem, quo iure hæc epitome vtriuis eorum adſcribatur. Sane Alexio Ariſteno adſcribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, & autorem eius, quicunque*

*demum*

*demum is fuerit, Canonem non recte intellexiſſe aſſerit*, vt *in ſcholiis eius ad epitomen canonis Apoſtolici LXXV. dicit.* ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησε, *qui ſynopſin præſentis canonis fecit, eum non bene intellexit.* Et ad epitomen vndeuiceſimi canonis ſynodi Ancyranæ, ait, ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν μὲν ἐν πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν διγάμων, τῷ ἀθετοῦντι τὴν παρθενίαν παρέδραμε, *qui huius itaque canonis ſynopſin fecit, digamorum ſegregationem in latitudine poſitam in eum qui cælibatus profeſſionem irritam fecit, transiulit. Adeo vt ſole meridiano clarius eluceſcat, Alexium Ariſtenum huius canonum epitomes autorem non fuiſſe.* Pergit BEVEREGIVS *§. XXVII.* dicens: *quisnam itaque epitomes huius, ſiue abbreuiationis canonum autor fuit, minus compertum habemus. Hoc ſaltem conſtare videtur, quod ea diu ante Ariſtenum memoriæ ſublevandæ cauſa confecta fuit, atque adeo vt nonnunquam totius cuiusuis canonis vicem ſuppleret, eiusque loco citaretur.* Id quod diuerſis comprobat exemplis & de eodem *§. XXVIII. XXIX.* plenius agit.

**** MASTRICHT n. 293. *Edidit Simeon Magiſter Epitomen canonum, eodem quo Alexius Ariſtinus modo, diuerſo tamen ordine, præmittit Canones Apoſtolicos, tum quatuor concilia Oecumenica ſequuntur, dein particularia, Ancyranum, Sardicenſe, Neocæſarienſe, Gangrenſe, Antiochenum & Laodicenum; addidit etiam canones Africanos XXCIV. & Trullenſes, tum Epiſtolas tres canonicas Baſilii. Artis prorſus eſt expers & tantum ad memoriam ſcripta collectio. Edidit eam in Bibliotheca Iuris Canonici veteris tomo ſecundo, ex codice Manuſcripto Bibliothecæ Regiæ Chriſtophorus Iuſtellus Græce & Latine.*

***** Edidit hanc Epitomen HENRICVS IVSTELLVS in *Bibliotheca Iuris Canonici* veteris p. 749. cum hoc titulo: Ἀρσενίου Μοναχοῦ τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει Μονῆς τοῦ Φιλολέου Σύνοψις τῶν θείων Κανόνων. Παρακειμένων ἑκάστῳ κεφαλαίῳ καὶ τῶν ἁρμοζόντων ψηφίων τῶν θείων κανόνων ἀφ' ὧν καὶ ὁ νοῦς εἴληπται. ἃ ἀναγινώσκων ἀκόπως εὑρήσεις τὰ συντείνοντα. πρότερον μὲν ἀπὸ τῶν κεφαλαίων τὸν ἅπαντα νοῦν ἐκμανθάνων ἔπειτα δὲ τοῖς ψηφίοις ἀναζητῶν ἐν τῇ τῶν κανόνων βίβλῳ καὶ πλατύτερον περὶ ἑκάστου πληροφορούμενος εἰς δόξαν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, Ἀμήν. *Arſenii Monachi eius quod eſt in ſancto monte monaſterii diuinorum Canonum ſynopſis. Appoſitis, vnicuique capiti congruentibus diuinorum canonum numeris, ex quibus mens deſumpta eſt. Quæ legendo nullo negotio inuenies ea quæ ad rem pertinet: primum quidem ex capitibus omnem ſenſum ediſcendo, deinde vero numerorum ope in canonum libro inueſtigando, plenius etiam de ſingulis certior factus ad gloriam ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis. Amen.* Præfatio Bibliothecæ Iuris Canonici præfixa, habet: *vnde autem illa* κεφάλαια νομικὰ *depromſerit Arſenius non facile eſt deprehendere. Multa olim & varia iuris* πρόχειρα *a Baſilio, Leone Philoſopho, & Conſtantino Porphyrogeneta Imperatoribus Orientis Baſilicorum auctoribus ſæpius edita ſunt: an autem ex illis ſua forte capitula excerpſerit Arſenius, non noſtrum eſt definire, ſed eruditis & iuris Græci peritis diſceptandum relinquimus.*

****** Talis eſt Titulus: *Bibliotheca Iuris Canonici veteris in duos Tomos diſtributa. Quorum vnus Canonum Eccleſiaſticorum Codices antiquos, tum Græcos, tum*

 *Latinos*

*Latinos complectitur; ſubiunctis vetuſtiſſimis eorundem Canonum Collectoribus Latinis: Alter vero inſigniores Iuris Canonici Veteris Collectores Græcos exhibet. Ex antiquis Codicibus MSS. Bibliothecæ Chriſtophori Iuſtelli. Horum Maior Pars nunc primum in lucem prodit, cum verſionibus Latinis, Præfationibus, Notis, & Indicibus huic editioni neceſſariis Opera & Studio* GVILIELMI VOELLI *Theologi ac Socii Sorbonici, &* HENRICI IVSTELLI, *Chriſtophori F. Lutetiæ* 1661. *f.* Quid præſtitum fuerit in hac Bibliotheca, in præmiſſa Præfatione Generali tali modo exponitur: *Ex literario Chriſtophori Iuſtelli penu, totum fere depromptum eſt, qui vt erat antiquitatis Canonicæ ſtudioſiſſimus, eam quam nactus fuerat ſpartam pro virili plurimum exornauit, & dum vixit, ſiue in edendis, ſiue in colligendis veterum Canonum libris ſedulam operam nauauit. Cum enim a multis acciperemus tres Canonum Codices, qui olim a Iuſtello editi fuerant, propter raritatem exemplarium ab omnibus eruditis vehementer exoptari, exiſtimauimus reip. literariæ nos operæ pretium facturos, ſi Codices illi, quos ipſe Iuſtellus ſecundis curis emendauerat, & auctiores reddiderat, iterum typis mandarentur, vnaque cum eis, quinque præcipui Iuris Canonici veteris Collectores Græci, quos ille paratos habebat, ſed morte præuentus publici iuris facere non potuit, ederentur. Et ne quid huic operi deeſſet, quod antiquitatis Canonicæ ſtudioſi deſiderare poſſent, conſilio & hortatu amicorum, nonnullas eiusdem argumenti veterum Auctorum elucubrationes, quæ ad complementum operis neceſſariæ videbantur, adiunximus, omniaque in vnum corpus compegimus. Quoniam vero omnes illi Codices & Collectiones Canonum ius illud tantum vetus ſpectant, quod potiſſimum in Codice Eccleſiæ vniuerſæ continetur, quo etiam Eccleſia Catholica primis ſeptem Eccleſiæ ſeculis tum in Conciliis, tum in iudiciis Eccleſiaſticis vſa eſt, nihil autem eorum complectuntur, quæ ad ius nouum attinent, quod quidem veteri ſucceſſit circa an. Chriſto* 836. *& paulatim inualuit in Occidentis partes, publicata ſcilicet noua Iſidori Mercatoris Collectione, a Riculpho Archiepiſcopo Moguntino, ex Hiſpaniis in Gallias adducta, quæ priſcorum Pontificum Rom. a Clemente ad Siricium epiſtolas continebat, & demum poſteriorum pontificum decretalibus epiſtolis accreuit: integrum ipſum opus non abs re Bibliothecæ Iuris Canonici veteris titulo inſcribendum cenſuimus. Totum opus, quod in nimiam magnitudinem creuiſſet, in duos ſumus partiti tomos. In priorem coniecimus tres Canonum Codices iam ante a Iuſtello editos, ſcilicet Eccleſiæ vniuerſæ, Romanæ, & Africanæ; antiquiora Romanorum Pontificum decreta; priſcam item Latinam Canonum editionem nondum editam; tres denique vetuſtiſſimos Latinorum, qui via & ratione eadem Canones eosdem collegerunt, Martinum ſcilicet Bracarenſem, Fulgentium Ferrandum & Creſconium Epiſcopum Africanum. Poſteriori Tomo concluſimus omnes Iuris Canonici veteris Collectores Græcos, Ioan. Antiochenum, Alexium Ariſtinum, Simeonem Magiſtrum & Logothetam, Arſenium Monachum, Photium Patriarcham, & Theodorum Balſamonem. In quibus omnibus edendis hanc adhibuimus operam, vt ea quæ iam edita fuerunt, emendatiſſime cuderentur, collatis prius exemplaribus optima nota iam editis, aut Codicibus manu exaratis. Quæ autem nunc primum in lucem proferuntur, curauimus, vt quam ſimillima forent manuſcriptis libris, ex quibus eruuntur, notatis ad marginem variis aliorum Codicum lectionibus, aut amanuenſis hallucinationibus: vel ſi quid in illis emendandum aut illuſtrandum eſſet, obſeruationibus nonnullis eidem margini appoſitis. Tum denique, vt hoc operis omnibus vſui eſſe poſſet, Græcis Latinam perpetuo verſionem, ſiue veterem, ſiue nouam, Græco textui quoad fieri potuit conſonam & reſpondentem e regione adiecimus. In fronte totius Bibliothecæ poſuimus Codicem Eccleſiæ vniuerſæ, vt omnium*

Digitized by Google

*omnium antiquiſſimum & praſtantiſſimum, quippe qui cæteris aliis collectionibus materiam ſuppeditauit.*

## §. XII.

Aliæ ſunt Collectiones Canonum in Eccleſia Græca receptorum, priuatis tamen curis factæ, quas, vna cum diuerſis Conciliorum Canonibus, in SYNODICO congeſſit GVILIELMVS BEVEREGIVS Eccleſiæ Anglicanæ presbyter, * in quo potiſſimum ius Canonicum Græcorum videmus eſſe collectum. In eadem reperitur MATTHÆI BLASTARIS *Syntagma Alphabeticum* rerum omnium, quæ in ſacris diuiniſque canonibus comprehenduntur; ** CONSTANTINVS etiam HARMENOPVLVS Iudex Theſſalonicenſis, qui circa medium ſeculi XII. vixit, Epitomen diuinorum & ſacrorum Canonum ex Codice Canonum Eccleſiæ Orientalis congeſſit, quam Freherus edidit.

*Collectiones Canonum Græcorum.*

*Matthæi Blaſtaris Alphabetum.*

*Conſtantini Harmenopuli Epitome.*

* Extat ſub titulo: Συνοδικον, *ſiue Pandecta Canonum, SS. Apoſtolorum & Conciliorum ab Eccleſia Græca receptorum; nec non Canonicarum SS. Patrum Epiſtolarum: vna cum ſcholiis antiquorum ſingulis eorum annexis, & ſcriptis aliis huc ſpectantibus; quorum plurima e Bibliotheca Bodleiana aliarumque MSS. Codicibus, nunc primum edita: reliqua cum iiſdem Mss. ſumma fide & diligentia collata. Totum Opus in duos Tomos diuiſum* GVILIELMVS BEVEREGIVS *recenſuit, Prolegomenis muniuit & annotationibus auxit. Oxonii e Theatro Scheldoniano* 1672. *f.* Prior eiusdem Synodici Tomus continet Canones Apoſtolorum gr. lat. cum ſcholiis Theodori Balſamonis & Io. Zonaræ gr. lat. plurimis locis auctis & emendatis: item cum veteri cuiusque Canonis Epitome & Alexii Ariſteni in eandem Scholiis, e Codd. Mss. in Bibliotheca Bodleiana aliiſque nunc primum in lucem editis. Canones Concilii Nicæni, cum Scholiis, Canones Concilii Conſtantinopolitani primi, cum ſcholiis, Canones Concilii Epheſini cum ſcholiis, Canones Concilii Chalcedonenſis, cum ſcholiis, Canones Concili ſexti in Trullo, cum ſcholiis, Canones Concili Nicæni ſecundi cum ſcholiis, Canones Concilii Conſtantinopolitani primi & ſecundi dicti, in Templo SS. Apoſtolorum habiti, cum ſcholiis, Canones Concilii Conſtantinopolitani in Templo S. Sophiæ habiti, cum ſcholiis, Canones Concilii Carthaginenſis, ſub S. Cypriano habiti, cum ſcholiis, Canones Concilii Ancyrani, cum ſcholiis, Canones Concilii Neo-Cæſariani cum ſcholiis, Canones Concili Gangreni cum ſcholiis, Canones Concilii Antiocheni, cum ſcholiis, Canones Concilii Laodiceni cum ſcholiis, Canones Concilii Sardicenſis, cum ſcholiis, Canones Synodi Carthaginenſis, cum ſcholiis. Ioſephi Aegyptii Procemia & Paraphraſis Arabica in quatuor priorum generalium Conciliorum Canones, Arabice & Latine. Secundi Tomi pars prima, continet Canones Dionyſii Alexandrini cum ſcholiis Theodori Balſamonis & Ioannis Zonaræ, Canones Petri Alexandrini cum ſcholiis. Canones Gregorii Thaumaturgi, cum ſcholiis, Canones S. Athanaſii, cum ſcholiis. Canones S. Baſilii cum ſcholiis, nec non cum veteri cuiusque Canonis Epitome, & Alexii Ariſteni in eandem ſcholiis. Canones S. Gregorii Nyſſeni, cum ſcholiis Theodori Balſamonis. Reſponſa Canonica Timothei Alexandrini Epiſcopi, cum ſcholiis Theodori Balſamonis. Canones Theo-

Theophili Alexandrini, cum ſcholiis Theodori Balſamonis, S. Gregorii Theologi ex metricis eius poematibus, quinam libri ſint legendi veteris Teſtamenti & noui, cum ſcholiis Theod. Balſamonis. S. Amphilochii ex Iambis ad Seleucum de eodem argumento, Gennadii Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola Encyclica, cum ſcholiis Theodori Balſamonis. Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Adrianum Papam Romanum Epiſtola, de non faciendis pecunia ordinationibus, cum ſcholiis Theodori Balſamonis, Alexii Ariſtini Epiſtolarum Canonicarum Synopſis. In parte ſecunda vero Matthæi Blaſtaris Syntagma Alphabeticum rerum omnium, quæ in ſacris diuiniſque canonibus comprehenduntur. De ſancta & oecumenica Synodo, quæ Photium Patriarcham in Sedem Conſtantinopolitanam reſtituit, & nouæ Romæ ſcandala diſſoluit. Acta Synodi Conſtantinopoli celebratæ, GVILIELMI BEVEREGII annotationes vberrimas in totum Opus. *

** Inſcribitur: Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριειλημμένων ἁπασῶν ὑποθέσεων τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι πονηθέν τε ἅμα καὶ συντεθὲν τῷ ἐν ἱερομονάχοις ἐλαχίστῳ Ματθαίῳ τῷ Βλαστάρῃ. *Syntagma Alphabeticum rerum omnium, quæ in ſacris diuiniſque canonibus comprehenduntur, elaboratum pariter & compoſitum per minimum ex Hieromonachis Matthæum Blaſtarem.* BEVEREGIVS *in prolegomenis Synodici §. XXXIV.* annum CIↃCCCXXXV. definit, quo vixerit Blaſtares.

## §. XIII.

*Codices Canonum Eccleſiarum Occidentalium.*

Habuerunt etiam Eccleſiæ Occidentales ſuum Codicem Canonum, quo præter Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ vterentur. Habuit igitur Eccleſia Gallicana ſuum Codicem latine verſum.* Codex Eccleſiæ Hiſpanicæ ex Conciliis potiſſimum Hiſpanicis fuit collectus.** In Eccleſia Britannica vſus fuit Codicis Canonum Eccleſiæ Romanæ.***

* De hoc optime in præfatione Bibliothecæ Iuris Canonici veteris præfixa: *Gallicana etiam Eccleſia vetere Iuri canonico vſa eſt, quatuor videlicet priorum Conciliorum œcumenicorum & cæteris ab iis confirmatis, & ab Eccleſia vniuerſa receptis; non tamen ex Dionyſiana interpretatione, ſed ex altera vetuſtiore, illa ſcilicet, quæ habetur in Collectione, quæ Iſidori Mercatoris nomen præfert, in editione Conciliorum Colonienſi. Codicis autem Canonum Eccleſiæ Gallicanæ meminit Synodus Pariſienſis, in cauſa Pretextati Rothomagenſis Epiſcopi, apud Gregorium Turonenſem lib. 5. c. 18. qui Librum Canonum vocat, in quo nouum Canonem, quaſi Apoſtolicum a Chilperico Rege adnexum ait, qui in veteri Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ non erat: Ipſe vero (Chilpericus diſceſſit, transmittens Librum Canonum, in quo erat quaternio nouus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos, continentes hæc. Epiſcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, a ſacerdotio diuellatur. Vnde liquet Canones qui dicuntur Apoſtolorum, antehac a Gallis non receptos, ſed ignotos fuiſſe. Sigebertus Rex Francorum in epiſtola ad Deſiderium Caturcenſem Epiſcopum, profitetur optare conſeruare, Statuta Canonum, & Eccleſiaſticas Regulas, ſicut parentes eius obſeruauerunt. Et Epiſcopi Galliæ ſub Childeberto Auſtraſiorum Rege in Synodo Metenſi, Egidium Remenſem Epiſcopum, lectis Canonum Sanctionibus, ab ordine ſacerdotali remouerunt.*

*Et*

*Et ſub eodem Childeberto, in cauſa Ingeltrudis, ipſe Gregorius Canonum Nicanorum nomine (qui Codici Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, quo vtebatur Gallicana Eccleſia, prætitulati erant) citat Canonem XIV. Concilii Gangrenſis: Canonum Nicanorum Decreta relegi, in quibus continetur, quia ſi qua reliquerit virum, & thorum, in quo bene vixit ſpreuerit, dicens, quia non ſit portio in illa cæleſtis Regni gloria, qui fuerit coniugio copulatus, anathema ſit. Sed & Synodi quædam Gallicanæ, vt Valentina, Rhegenſis, Arelatenſis II. Agathenſis, & Epaonenſis, citant Canones Nicænos, Ancyranos & Laodicenſes, ex veteri translatione apud Gallos tunc receptæ, quæ apud Iſidorum Mercatorem reperitur, qua ſemper liberius vſi ſunt, quam Dionyſiana, vsque ad Caroli Magni tempora, cui eius exemplar oblatum eſt ab Hadriano Papa I. & deinceps Dionyſiana illa in Corpus Canonum interpretatione, Africanisque Canonibus, & Decretis priorum Pontificum Romanorum a Dionyſio Exiguo collectis, perpetuo vſi ſunt: quod in Conciliis Gallicanis ſub Ludouico Pio Imperatore, cæterisque ſubſequentibus obſeruare licet.* Vlterius id confirmat ex HINCMARO, atque p. 23. addit: *Habuit etiam Eccleſia Gallicana, præter Codicem vniverſalem, quandam ſuarum Synodorum Collectionem, Gallicanorum Canonum nomine receptam, quorum meminit Hormisda Papa apud Gratianum his verbis: Secundum titulos antiquorum Patrum, ſancto Spiritu ſuggerente conſcriptos, & ſecundum ſententias CCCXVIII. Epiſcoporum (hoc eſt Nicænos canones) quas etiam Gallicani Canones continere videntur, Clerici in adulterio deprehenſi, aut ipſi confeſſi, aut ab aliis conuicti, ad honorem redire non poſſunt.* Ad hos Canones etam Gallicanos in Conciliis Hiſpanicis ſæpius fuiſſe prouocatum, demonſtrat. Confirmat hæc MASTRICHT *n. LXXXI. ſqq.*

** Præfatio dicta p. 24. *Ac de Hiſpanis quidem dubitari non poteſt, illos priſcorum Canonum Codice Eccleſiæ vniuerſæ comprehenſorum, iure, ab initio vſos fuiſſe, quorum adeo ſtudioſi & amantes fuere, vt quum Synodos ſubſcriberent, hac formula vterentur, ſalua authoritate priſcorum Canonum, vt in ſubſcriptionibus Concilii Toletani II. obſeruare licet. Et Bracharenſe Concilium anno* 563. *celebratum, nominatim Codicis Canonum meminit his verbis: Lucretius Epiſcopus dixit: Neceſſarium arbitror, ſi veſtra fraternitati videtur, vt inſtituta ſanctorum Patrum, recenſitis antiquis Canonibus, innoteſcant: quæ etſi non omnia, certe vel pauca quædam quæ ad inſtructionem clericalis diſciplinæ pertinent, relegantur. Omnes Epiſcopi dixerunt. Placet quod dictum eſt, & congrua res eſt, vt quibus fortaſſe per incuriam abolita ſunt Eccleſiaſtica conſtituta, audiant ſanctorum Canonum regulam, & obſeruent. Relecti ſunt ex Codice Canonum, coram Concilio, tam generalium Synodorum Canones, quam localium. Et poſtea, can.* 40. *Placuit, vt præcepta antiqua Canonum, quæ modo in Concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire. Codicis etiam Canonum meminit Concilium Toletanum IV. anno* 633. *celebratum, Can.* 3. 2. & 4. *Diaconus Codicem Canonum in medio proferens, capitula de Conciliis agendis pronunciat. Habuiſſe etiam Hiſpanos, vt & Africanos & Gallos, quandam ſuarum Synodorum ſpecialem Collectionem ex Hiſpaniæ Conciliis compoſitam, innuere videtur Innocentius III. Papa, in Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum illius verba referens: Emeritenſe, inquit, Concilium authenticum eſſe, multis rationibus adſtruebas, tum quia cum aliis Conciliis continetur in Libro, qui Corpus Canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutionem authenticam approbauit.* Huic Collectioni Hiſpanicæ nonnulla Eccleſiæ Gallicanæ

con-

conſtituta, & quasdam Pontificum Decretales inſertas fuiſſe, ibidem dicitur. Sequitur MASTRICHT *n. LXXXVI. ſqq.*

*** Eadem Præfatio: *De Codice Canonum Eccleſiæ Britannicæ ſeu Anglicanæ teſtimonia quædam extant apud Rerum Britannicarum Scriptores. Legimus enim Theodorum Archiepiſcopum Cantnarienſem librum ſcripſiſſe, qui Patrum Canones vocabatur in Concilio Herefordienſi DCLXXIII. probatum, vt illius acta teſtantur apud Bedam lib. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 5.. Anno tertio, inquit, Ecgfridi Regis, Theodorus cogit Concilium Epiſcoporum, vna cum eis qui canonica Patrum ſtatuta deligerent & noſſent. Et paulo poſt ipſius Theodori verba referens, qui huic Concilio præfuit: Rogo, dilectiſſimi fratres, vt quæque decreta ac definita ſunt a ſanctis Patribus, incorrupta ab omnibus nobis ſeruentur. Omnes conſacerdotes noſtri dixerunt: optime omnibus placet, quæque definierunt ſanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo libentiſſime ſeruare. Quibus ſtatim protuli Librum Canonum, & ex eodem libro decem Capitula, quæ per loca notaueram, quia nobis maxime neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi. Quæ quidem Capitula ipſe Beda ſubiicit. Sed & vetuſtiores & recentiores Synodorum Eccleſiæ Britannicæ Canones extant in editione Conciliorum Angliæ H. Spelmanni viri clariſſimi, ex quibus planum eſt, Græcis Canonibus, Africanis, & Gallicanis Anglos vſos fuiſſe.* Sequitur MASTRICHT *n. LXXXIX.* qui etiam ex Beda decem Capitula Codicis Britannici ſubiicit.

## §. XIV.

*Pœnitentialia Veteris Eccleſiæ.*

Poſt Canonum Collectiones veniunt VETERIS ECCLESIÆ POENITENTIALIA, * e quibus multa in Decreto potisſimum fuerunt deſumpta, prout Decretorum Rubricæ nos docent. Introducta iſta erant, vt in iis definiretur gradus pœnitentiæ publicæ in Eccleſia antiqua receptæ. ** Neque tamen omnia publica & canonica auctoritate gaudebant, ſaltim ea, quæ contra canonicam auctoritatem ſcripta Conciliam Pariſienſe iubet abolere. *** Tria potisſimum memorat Burcardus Wormatienſis, e quibus etiam magnum ſuum Canonum Volumen collegerat, **** Romanum, Theodori, ***** & Bedæ. ****** Pœnitentiale Gregorii III. extat in Conciliorum voluminibus. ******* Pœnitentiale Halithgarii Epiſcopi Cameracenſis edidit Caniſius. † Gregorii M. quoque Pœnitentiale laudatur. In Bibliothecis adhuc extant Petri Pictauienſis & Petri de Flamesburgo, Alani de Inſulis Libri Pœnitentiales. Tales etiam Canones Pœnitentiales complures collegit atque edidit Io. Morinus de Pœnitentia publica, †† atque Antonius Auguſtinus: ††† acceſſit etiam Rabani Mauri liber pœnitentialis, in quo de variis poenis Eccleſiaſticis agit. †††† Dum autem Rigor pœnitentiæ publicæ ceſſaret, ceſſauit etiam Pœnitentialium vſus. †††††

* De

* DU FRESNE: POENITENTIALE POENITENVIALIS, *Liber Eccleſiaſticus in quo continentur, quæ ad pœnitentiam imponendam & ad reconciliandum pœnitentem ſpectant. Liber Pœnitentialis in Concilio Turon. IV. c. 22. Pœnitentiales Codices, Codicilli, Libelli, in Pariſienſi VI. lib. 1. c. 32. Vti & quidam contra Canonum autoritatem conficti, & quorum ſunt certi errores, incerti autores prohibentur.* LVDOVICVS THOMASSINVS. *Vet. & Nou. diſcip. p. I. lib. II. c. XI. n. 2. Parochi vt pœnitentias librarent, vt pro modo criminum admetirentur labores, ieiunia & macerationes carnis, conſulebant antiquos Eccleſiæ Canones, Libroſque Pœnitentiales, in quos ipſa Canonum diſciplina digeſta erat. Itaque Carolus Magnus Parochos ſubmonebat, vt Canones & Pœnitentiales libros lectitarent, animoque infigerent.* Vt de Canonibus doctus ſit & ſuum pœnitentiale bene ſciat. *Idem præcipitur in Concilio Remenſi II.* Quomodo Confeſſiones recipere, & pœnitentiam ſecundum Canonicam inſtitutionem pœnitentibus deberent indicare.

** De hac publica pœnitentia pluribus egit dictus THOMASSINVS *c. l.* EDMVNDVS MARTENE *de Antiqua Eccleſiæ diſciplina cap. XVII.* Sigillatim de eadem egit IO. FILESACVS *de pœnitentia publica*, & IO. FRID. KNORRIVS *de Pœnitentia Eccleſiaſticæ Tractatu*, plurimis locis olim mea cura aucto. Potiſſimum huc faciunt IO. MORINVS de Pœnitentia. & NATALIS ALEXANDER *Hiſt. Eccleſ. ſect. III.* parte prima.

*** THOMASSINVS *c. l. n. 11. Concilium Pariſienſe VI. Epiſcopos iuſſit curæ peruigili in id incumbere, vt vndique perquirerentur libri illi pœnitentiales, qui peſtifera dulcedine aureoque poculo animas Pœnitentium enecarent, vt tradendos igni curarent, atque Presbyteris ipſi ſalubrem inſtillarent doctrinam* Canonicarum *Regularum, in diſpenſando Pœnitentiæ Sacramento obſeruandarum. Vtentes quibuſdam codicillis contra* Canonicam *authoritatem ſcriptis, quos Pœnitentiales vocant, & ob id non vulnera peccatorum curant, ſed potius fouentes palpant, &c. Vnusquisque Epiſcoporum in ſua Parochia eosdem erroneos* Codices *diligenter perquirat, & inuentos igni tradat &c. Presbyteri etiam imperiti ſolerti ſtudio ab Epiſcopis ſuis inſtruendi ſunt, qualiter & pœnitentium peccata diſcrete inquirere, eisque congruum modum ſecundum* Canonicam *authoritatem pœnitentiæ nouerint imponere. Quoniam hactenus eorum incuria & ignorantia multorum flagitia remanſerunt impunita, & hoc ad animarum ruinam pertinere dubium non eſt. Inde eſt, quod hoc* Concilio *innouatur* Canon *Synodi quondam Ancyritanæ, quo annorum quindecim pœnitentia indicitur obſcœniſſimo flagitio.*

**** In Syllabo auctorum, ex quibus Decreta ſua congeſſerit, præfixo, in fine habetur: *Ex pœnitentiali Romano, Ex pœnitentiali Theodori, Ex pœnitentiali Bedæ.* Ad eosdem prouocat etiam du FRESNE.

***** De hoc prolixius agit GVIL. CAVE *Script. Eccleſ. Hiſt. Liter. p. 327.* dum ait: *ſcripſit Theodorus Pœnitentiale, opus ſatis amplum, & omnibus pene Pœnitentiæ caſibus accommodatum: integri operis in Bibliotheca Benedicta apud Cantabrienſes ſuo adhuc tempore ſuperſtitis titulos, ſiue ſummaria capita numero LXXVIII. nobis exhibuit* Clariſſimus Spelmannus Concil. *Angl.* Tom. I. *Quid exinde de eo factum ſit, parum liquet, vereor ne alicubi apud nos reperiatur. Quæ enim in Bibliotheca Benedictina hodie reſtant, quæque Pariſiis edita ſunt, ex prolixiori opere tantummodo ſunt excerpta. Optat Caſ. Oudin Supplem. p. 185. vt Spelmannus integrum Pœnitentiale orbi Chriſtiano obtuliſſet, nulla interim editionis Pariſienſis mentione facta. An foris tam acutus, domi cæcus eſſe poterat, neſcius ſcilicet, Theodori Pœnitentiale omnibus*

*bus quæ reperiri poterant, capitulis, aliiſque præclaris Eccleſiaſticæ diſciplinæ monumentis adauctum, vberrimiſque Iacobi Petiti adnotationibus ornatum Pariſiis prodiiſſe ann.* 1677. *Tom. II.* 4. *Fatetur quidem Petitus, ſe collectioni ſuæ Pœnitentialis nomen indidiſſe, non quaſi integrum referat librum pœnitentialem, ſed quia nihil eorum quæ præcipua ſunt omittere videtur: interim de republica Chriſtiana haud parum meritus, qui omnia quæ haberi poterant, laudando ſtudio ſummaque diligentia vndique conquiſiuit. Quoniam vero Codices MSS. quibus vſus ſit, vbique crepat Petitus, eorumque poſſeſſores, vti par erat, deprædicat, audiui non ſemel Collegii Benedictini Cantab. Socios, Theodori Pœnitentialis Codicem vetuſtiſſimum, qui in huius Collegii Bibliotheca aſſervatur, ſumma cura pulchre deſcribi curaſſe, & deſcriptum Pariſios transmiſiſſe, quod tamen ingrato prorſus ſilentio ſuppreſſit editor. Integram quam edidit Petitus Collectionem, in duos diſpeſcit Tomos: in primo exhibentur Theodori Pœnitentiale XIV. Capita complectens, eiusdem Capitula LX. Capitula X. Synodo Herefordienſi oblata a Theodoro præſidente; alia capitula ex fragmentis a Dacherio editis; alia ex Canonibus, ex libris Pœnitentialibus, ex Canonum Collectionibus, ex Codicibus quibusdam MSS. collectas; Tituli libri Pœnitentialis a Spelmanno editi; Pœnitentiale Theodorianum cum quibusdam capitulis & Canonibus ex ipſo excerptis collatum. Canones Selecti ex antiquiſſima Canonum collectione Codicis Herouualliani de doctrina & diſciplina Eccleſiaſtica; excerpta ex aliis Codicibus MSS. de quibusdam rebus præcipuis, quæ in Pœnitentiali & Capitulis Theodori tractantur. Sequuntur deinde quamplurima præclara Eccleſiaſticæ diſciplinæ Monumenta, vndique conquiſita, in varias claſſes & articulos diſtributa. In Tomo ſecundo habetur Diſſertatio, qua Theodori Vigilantiam paſtoralem aduerſus calumniatores, Bulæum nempe & Centuriatores Magdeburgenſes, ex veterum traditione patrumque teſtimoniis ab Ignatio Antiocheno ad ipſius Theodori tempora longo agmine deductis, defendit, cui obſeruationes ſuas, in hæc Vigilantiæ Paſtoralis exempla ſubnectit.* 2. *Diſſertatione Theodori doctrinam de Pœnitentia aduerſus Ioann. Morinum ab omni nouitatis ſuſpicione prolixe vindicat, vltimo demum loco ſequuntur notæ, quæ, vt ipſius verbis vtar, tot ſunt quaſi Diſſertationes, in quibus mendacia hominum maledicorum coarguuntur, qui ſanctiſſimum atque doctiſſimum Eccleſiæ Cantuarienſis antiſtitem, temere audent appellare nouellæ ac ſuperſtitioſæ Religionis doctorem. Denique notandum eſt, Theodorum noſtrum, qui hunc morem a Græcis ſuis mutuarat, primum fuiſſe, qui Occidentalibus libellum pœnitentialem præſcripſerit, quem alii poſtea æmulati ſunt, adeoque omnium formularum Pœnitentialium in Eccleſia Latina fons & origo, iure merito haberi debeat.*

****** DU FRESNE *c. l.*

******* DU FRESNE *c. l.*

† Extant in CANISII Lectionibus antiquis Tomo V. p. II. p. 219. *Halitgarii Epiſcopi Cameracenſis de Vitiis & Virtutibus, & ordine Pœnitentium Libri V. ad Ebonem Archiepiſcopum Rhemenſem, nunc primum ex MS. membranis Monaſterii celeberrimi S. Galli editi. Subiectum iisdem eſt Pœnitentiale Halitgarii*, ſiue alterius incerti autoris, prout Rubrica habet apud CANISIVM. Verum idem in præfatione ſic loquitur: *iſtum titulum poſui ex coniectura. Nam ſine vllo titulo hæc quæ ſequuntur reperimus in eodem codice, in quo inerant quinque libri Halitgarii, immediate ſubiuncta. Nam collecta & ex variis excerpta ſint ab ipſo Halitgario, affirmare non habeo licet probabile ſit, nam eodem modo ex S. Proſpero & aliis collecta ſunt, ſicut conſuevit*

*vit Halitgarius facere. Hoc certum duco, non ſpectare tanquam partem ad ſupradictos quinque libros: Quia tamen pertinent ad pœnitentiam rite peragendam, praeceptionesque vitia fugiendi perquam ſalutares continent, omnino Halitgarii libris adiungenda erant, ideoque Pœnitentiale appellari.*

†† Hos citat du FRESNE *c. l.*

††† Prodierunt *Tarraconæ & Venetiis* 1584. 4. *Pariſiis* 1641. *f.*

†††† De hoc PETRVS PITHOEVS in Synopſi Hiſtorica: *Magnentius Rabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinenſis ſcripſit Pœnitentialem librum ſub Karolo Caluo ex Canonibus & Epiſtolis decretisque Pontificum, vſus non tantum Theodori & Bedæ Romanoque Pœnitentiali, ſed & Iſidori Mercatoris Collectione.*

††††† Faciunt huc *Statuta Synodalia Eccleſiæ Conſtantienſis* in EDMVNDI MARTENE Veterum Scriptorum Noua Collectione *Tomi I. p. I. cap. XLIII. Quia defectus noſtri temporis tantam cenſuram manere non patitur, quantam canones praecipiunt, in iniungendis pœnitentiis ſibi caueant ſacerdotes. Secundum enim quantitatem culpæ & poſſibilitatem pœnitentis, debet eſſe quantitas pœnitentiæ. In arbitrio enim ſacerdotum eſt, pœnitentiam debitam temperare, in orationibus, eleemoſynis, & aliis ſatisfactionibus, prout nouerit expedire, & maxime circa peccatum luxuriæ, & ſecundum quod ſæpius & negligentius pœnitens commiſit tale peccatum; & tempus addatur & modus in pœnitentia. In hoc debet ſacerdos eſſe ſollicitus, vt pœnitenti pondus importabile non imponat, licet recipere ſit paratus; ſed ſic pœnitentiam temperet iniungendam, vt a ſtudio non cogatur ceſſare ſcholaris, faber vel agricola, vel alius laborioſus, vt domi ſuæ prouideri non poſſit, vel Dominum curſor ſequi ſuum non poſſit, & ne pro peccato occulto pœnitentiam publicam iniungat. Prouideat autem diligenter, vt peccantes publice faciat in aliquo publice pœnitere. Si quis autem ad proſtrantes acceſſerit, maxime ignotas, quaſi pro adulterio ei pœnitentiam iniungat.*

## §. XV.

Separatum a Iure Canonico eſt PONTIFICIVM, quod ex Decretalibus Pontificum Epiſtolis, Reſcriptis & Conſtitutionibus, quas Pontifices, creſcente ipſorum auctoritate, in dies publicabant, conſtat. Inter antiquiſſimos Collectores a Pontificibus refertur ISIDORVS MERCATOR, aliis PECCATOR, dictus * cuius Collectio Conciliorum & Decretalium extat, ſeculo VIII. facta, qua primis Romanis Pontificibus a Clemente vsque ad Siricium Epiſtolæ Decretales ſupponuntur, cum tamen tales ſupra Siricii tempora haud reperiantur. ** Has autem Decretales, licet Nicolaus I. Papa adprobauerit, *** non defuerunt tamen inter ipſos Pontificios, qui easdem plane reiicerent. ****

*Iſidori Peccatoris Collectio Decretalium.*

* ANTONIVS POSSEVINVS *equidem in Apparatu ſacro*, Iſidorum Hiſpalenſem pro auctore venditat, qui tamen ſibi ipſi contrarius eſt in verbo Burcardus. Verum CASPAR ZIEGLERVS de origine & incrementis Iuris Canonici, *§. XXVI.* ſatis docuit, Hiſpalenſem auctorem eſſe non poſſe, quem ſequitur HVNOLDVS PLETTENBERGIVS, ipſe Pontificius *Introduct. ad Ius Canon. cap. XI. §. VII.* his rationibus: *tum quia meminit in opere ſuo Concilii Toletani II. habiti anno* 975. *& Concilii VI. celebrati anno*

*anno* 681. *adeoque ſcripſit quadraginta & pluribus annis poſt obitum Iſidori Hiſpalenſis, qui viuere deſiit* 636. *Tum quia inſeruit Collectioni ſuæ Epiſtolas Gregorii II. & III. nec non Zachariæ, qui poſt annum* 700. *in Sede Apoſtolica ſederunt. Neque etiam hæc collectio inter opera Iſidori Hiſpalenſis a Braulio & Ildephonſo, nec non a Grialio & Loayſa, qui ea ex vetuſtis exemplaribus luci dederunt, recenſentur.* LVITPRANDVS in Chronico de auctore ad a. 719. ſic habet: *Iſidorus Setubitanus, qui interfuit Concilio XVI. Toletano, compoſuit ordinem Concilii, & collectionem Conciliorum, quæ dicitur Iſidori peccatoris, vel Mercatoris in Chronico; quo cognomento vocatus eſt Iſidorus ſuper Iſidori nomen.* Sequitur PLETTENBERGIVS c. l. *quare alii viri docti MS. Codices ſecuti non improbabiliter putant, Iſidorum Mercatorem Epiſcopum Setubenſem Collectionis huius auctorem fuiſſe, quod confirmat Chronicon Iuliani Toletani editum Pariſiis a Laurentio Ramiretio, in quo refertur, Iſidorum iſtum Epiſcopum Setubenſem ope cuiusdam Monachi Compilationi operam dediſſe obiiſſeque anno* 805. Idem paullo poſt: *quod vero Compilator iſte a nonnullis Iſidorus Peccator appelletur, factum id eſſe cenſendum eſt, quod olim Epiſcopi quidam, ſe ipſos in Conciliis Peccatores inſcribere conſueuerint; vt patet ex Concilio Turonenſi I. Pariſienſi III. Turonenſi II. & Matiſconenſi I. quod eo pronius eſt ſuſpicari, factum hoc fuiſſe ob vtriusque nominis ſimilitudinem cum duabus ſolum literis mutatis Mercator ſit Peccator.* Vid. etiam GONTZALETZ TELLETZ *in Apparatu cap. XLV.*

** Primi ex Proteſtantibus erant CENTVRIATORES MAGDEBVRGENSES, qui hanc Pontificiorum impoſturam detexerunt, contra quos defenſionem Collectionis ſuſcepit FRANCISCVS TVRRIANVS. Aſt plenius fraudem detexit doctiſſimus Gallus, DAVID BLONDELLVS, qui edidit *Pſeudo-Iſidorum & Turrianum vapulantes, ſeu epiſtolas ſuppoſititias, quas aliquibus ex Papis Romanis tribuebat Iſidorus Mercator & defendere conatus eſt Turrianus, cum cenſura & notis in eadem, Geneuæ* 1628. 4. Idem BLONDELLVS ſic de eodem loquitur: *Erepſit ante annos* 800. *e ſolo Iberico, lumbricus neſcio quis Iſidori Hiſpalenſis larua tectus, qui viliſſimas faeces, pretioſiſſimis antiquorum vrbis Epiſcoporum titulis appoſitis, ſempiternæ gloriæ, (ſi diuina prouidentia pateretur) commendaret, octo propemodum ſeculorum decurrit ordo, tantiſper dum Latinorum omnium patientia abuteretur, excæcatique orbis oculum ſuis oblineret offuciis, ingenio hebes, vita turpis, exiſtimatione damnatus, impudentia atque audacia, ſuper quam dici poteſt, fretus, proiectæ nequitiæ rabula;* Et poſtea vocat auctorem huius collectionis, *nebulonem perditiſſimum, eorum omnium qui ſcientiam ex conſcientiæ puritate æſtimant, cauterio inuſtum, & eius collectionem mendaciorum mercem.* vid. MASTRICHT *n.* 221. Idem ex Blondello *n.* 223. Epiſtolas, quas Pontificibus ſuppoſuerit, latius recenſet. *n.* 224. Antonium Poſſeuinum refellit, qui eandem collectionem Iſidoro Hiſpalenſi tribuit. *n.* 225. inquirit in nomen Mercatoris vel Peccatoris, *n.* 226. examinat, cuias fuerit ſuppoſitor ille, atque putat, potius Germano-Francum vel Gallo-Francum fuiſſe, quam Hiſpanum, cum Hiſpaniæ & Hiſpanorum rarius faciat mentionem, atque concludit, ex ſcriniis præſulum Moguntinorum diſſeminatas fuiſſe ſuppoſititias haſce merces, quod etiam adſeruit ZIEGLER *§. XXVII; n.* 227. ſuſpicatur Benedictum Leuitam hunc fuiſſe collectorem, *n.* 228. variis argumentis euincit, ſuppoſitas eſſe haſce Epiſtolas, *n.* 229. Teſtes adlegat, qui hanc collectionem reiiciant, damnentque; *n.* 234. ideo docet vanam fuiſſe huius Collectionis defenſionem a Turriano factam. Sic etiam STEPH. BALVZIVS præfatione ad Antonium Auguſtinum de emendatione Gratiani.

*Expli-*

Digitized by Google

*Explicaturus primordia & incrementa noui iuris canonici, illud ante omnia putaui debere adnotari, ius antiquum vnico codice, eoque non admodum magno, comprehenſum fuiſſe, in quo canones priſcorum Conciliorum ac nonnullorum praterea Pontificum Romanorum decreta continebantur. Eo libro vſa eſt ſancta Dei Eccleſia vſque ad ſeculum Karoli Magni. Nam tum, quaſi aliqua fatali neceſſitate, cum mutarentur regna, mutatum quoque eſt ius eccleſiaſticum, id eſt, antiquo iuri, quod per ſeptingentos & amplius annos valuerat, ſucceſſit ius nouum, ex ſuppoſititiis ſanctiſſimorum Romana Vrbis Epiſcoporum epiſtolis, ab impudentiſſimo illo nebulone Pſeudo-Iſidoro prolatis, compactum, & ex nouellis eorum conſtitutionibus qui poſt Karoli tempora ſedem apoſtolicam occuparunt.* Pergit deinde §. *II. III. IV.* atque docet, qua ratione per collectiones haſce ſpurias, ianua fuerit patefacta appellandi in omnibus cauſis Pontificem Romanum. Sequitur CAVE *Hiſt. Litter. pag.* 369. IAC. VSSERIVS *de Chriſtiana Eccleſia ſucc. & ſtatu cap. II.*

*** Sic enim Papa c. 2. diſt. 19. *Si ideo eſſe non Decretales Epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum admittendas dicant, quia in Codice Canonum non habentur adſcripta, ergo nec Sancti Gregorii, nec vllius alterius, qui ante vel poſt ipſum fuit, eſt aliquod inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quod in Codice Canonum non habeatur adſcriptum. de codicibus ſuis eradant. Vt quid vel membranas occupant, poſtquam non habentur accepta? Sed quare multum immoramur, cum nec ipſas Diuinas Scripturas veteris & noui Teſtamenti iam recipiemus, ſi iſtos duxerimus audiendos? Etenim neutrum horum in Codice Canonum Eccleſiaſticorum habetur inſertum. Sed reſponſuri ſunt iſti, qui non ad obediendum potius, quam ad reſiſtendum ſemper ſunt parati, dicentes, quod inter Canones inueniatur Capitulum ſancti Papa Innocentii, cuius authoritate doceatur a nobis vtrumque Teſtamentum eſſe recipiendum, quamquam in ipſis paternis Canonibus nullum eorum ex toto contineatur inſertum. Quibus ad hac aſſerendum eſt; quoniam ſi vetus nouumque teſtamentum recipienda ſunt, non quod Codici Canonum ex toto habeantur annexa; ſed quod de his recipiendis Sancti Papa Innocentii prolata videatur eſſe ſententia, reſtat nimirum, quod Decretales Epiſtola Romanorum Pontificum ſunt recipienda; etiamſi non ſint Codici Canonum compaginata: quoniam inter ipſos Canones vnum B. Leonis Capitulum conſtat eſſe permiſtum; quo ita omnia Decretalia conſtituta Sedis Apoſtolica cuſtodiri mandantur, vt ſi quis in illa commiſerit, nouerit ſibi veniam derogari.* Fuiſſe etiam ſeculo IX. hanc collectionem in vſu, docet nos HINCMARVS, dum in Opuſculis cap. XXIV. ſic loquitur: *ſi vero ideo talia, qua tibi viſa ſunt, de prafatis ſententiis, ac ſape memoratis epiſtolis detruncando, & prapoſterando, atque diſordinando collegiſti, quia forte putaſti neminem alium easdem ſententias, vel ipſas epiſtolas, prater te habere, idcirco talia libere te exiſtimaſti poſſe colligere, res mira eſt, cum de ipſis ſententiis plena ſit iſta terra, ſicut & de libro collectarum epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in huiusmodi, ſicut & in capitulis regiis, ſtudioſus obtinuit, & iſtas regiones ex illo repleri fecit. In cuius prafatione idem Iſidorus dicit de Apoſtolorum canonibus, quod a quibusdam dicantur apocryphi, & plures eos recipiant, & ſancti patres eorum Sententias Synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas conſtitutiones poſuerunt, quod de quibusdam ſententiis verum eſt, ſicut alibi in hoc opuſculo potes legere. Differentiam quoque inter epiſtolas quas collegit, & ſacros canones, ex verbis beati Gelaſii, quibus & ſua verba interpoſuit, fecit.* Patet igitur ex hoc HINCMARI loco, de tempore huius Collectionis. Licet BLONDELLVS *Prolegomenis*

*ad Pſeudo-Iſidoro cap. V.* ſubdubitet, an Riculpho hæc collectio penitus nota fuerit. **** Seculo decimo quinto NICOLAVS de CVSA *de Concordia Catholica lib. III. c. II.* hanc collectionem perſtringit, ſcribens: *ſunt etiam quædam alia longa & magna ſcripta, ſanctis, Clementi & Anacleto Papæ attributa, in quibus volentes Romanam ſedem plusquam Eccleſiæ expedit, & decet exaltare, ſe penitus aut quaſi fundant. Si quis omnes illas Scripturas illis ſanctis attributas diligenter perlegeret, & eorum tempora ad illa ſcripta applicaret, ac denique in opuſculis omnium ſanctorum Patrum, qui vsque ad Auguſtinum, Hieronymum & Ambroſium fuere, ac etiam de geſtis conciliorum, vbi authenticæ ſcripta allegantur, vſum & memoriam haberent, hoc inueneriт verum, quia nec in illis omnibus Scripturis de illis præfatis Epiſtolis mentio habetur, & etiam ipſa Epiſtola applicata ad tempus eorum Sanctorum ſe ipſas produnt.* Simile de iis iudicium tulerunt ſequentibus temporibus IOHANNES de TVRRECREMATA, CLAVDIVS ESPENCÆVS, DIDACVS COVARRVVIAS, ANTONIVS CONTIVS, BARONIVS, aliique plures. Vid. ZIEGLER *§. LXII.* In ſummam hæc collegit PLETTENBERGIVS, ipſi Pontificius *§. VIII.* ſic ſcribens: *quod attinet ad auctoritatem Epiſtolarum illarum Decretalium, quæ in hac Collectione proferuntur, defendunt nonnulli, quos inter præcipui ſunt Franciſcus Turrianus & Seuerinus Binnius, genuinas eſſe illorum Pontificum; quorum nomina præferunt. Alii eruditiſſimi Scriptores Catholici, vt Baronius, Bellarminus, Peronius, Sirmondus, Petauius, Philippus Labbe rectius eas velut indubitatas non admittunt, vel vt confictas plane reiiciunt. Ad hoc mouentur variis inducti rationibus.* 1. *Quod elegantiam & nitorem ſecundi Sæculi, quo data dicuntur, non referant.* 2. *Quod in omnibus Epiſtolis idem ſtylus eademque ſcribendi norma ſeruetur, vt non a pluribus, ſed ab vno conſcripta eſſe videantur.* 3. *Quod ex vſu vulgatæ ſcripturarum verſionis frequentiſſime arguatur poſt S. Hieronymi ætatem exaratas eſſe.* 4. *Quod S. Hieronymus earum non meminerit in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, adeoque ipſi incognitæ fuerint.* 5. *Quod Dionyſius Exiguus, qui veterum Pontificum Epiſtolas ſumma diligentia collegit, illas tamen in Compilatione ſua omiſerit.* 6. *Demum, vt primus obſeruauit Antonius Auguſtinus in Notis ad Capitula Hadriani, quod in Epiſtolis illis reperiantur ipſa Legum Imperatorum verba & ſcholia quædam, quæ ſub Aniani nomine extans ad Codicem Theodoſianum, cum tamen Pontifices quibus Epiſtolæ adſcribuntur duobus & tribus etiam ſeculis editionem Codicis illius præceſſerint.* His motus argumentis BELLARMINVS *l. I. c. II. de Rom. Pontif.* inquit, *has Epiſtolas indubitatas eſſe affirmare non audeam.* Et BARONIVS *ad annum* 862. *num.* 5. *A multis eas reddi ſuſpectas Epiſtolas.*

## §. XVI.

*Iarlandi, Chryſopolitani Collectio. Regio Prumenſis. Burcardus VVormatienſis.*

Antiquiſſimus ideo Collector Iuris Pontificii habetur IARLANDVS CHRYSOPOLITANVS, cuius Opus tamen quod inſcribitur *Candela*, in MSto adhuc latet. Seculo X. ineunte REGINO Monaſterii Prumienſis Abbas, iuſſu Rathbodi Treuirenſis Archiepiſcopi duos *de eccleſiaſtica diſciplina* libros ex canonibus antiquis & ſinceris potiſſimum Romanorum Pontificum decretis congeſſit. † Seculo XI. BVRCARDVS, Wormatienſis Epiſcopus, natione Haſſus, * rogatu Brunichonis, Præpoſiti Eccleſiæ Wormatienſis ad vtilitatem

tem ſuæ Eccleſiæ ** digerere cœpit Iura Eccleſiaſtica, & quidem ex S. Scriptura, Canonibus, Pontificum Decretis, Patribus, Pœnitentialibus Veteris Eccleſiæ. *** Hanc Collectionem inſcripſit *Magnum Canonum Volumen*, ****, eandemque in XX. libros ſiue Titulos diſtinxit. ***** In colligendo tamen non adeo magno vſus fuit iudicio, cum multa ex Pſeudo-Iſidoro inſeruerit ſuppoſititia.****** Hunc ſecutus eſt circa medium ſeculi ANSELMVS LVCENSIS, *Anſelmus Lucenſis.* qui *Collectionem* ſcripſit ſententiarum Canonicarum, quæ tamen æque multa continet ſuppoſititia. †. Licet non deſint, qui hanc Collectionem Anſelmo abiudicent, eo quod Vrbani II. & ſequentium Pontificum quædam Decreta exhibeant, qui tamen poſt Anſelmum vixerunt. †† Inde ſub finem ſeculi, IVO CARNOTENSIS *Iuo Carnotenſis.* Epiſcopus ††† *Decretum* in XVII. partes diuiſum. †††† & *Pannomiam* aliis *Pannormiam* ††††† dictam, VIII. partibus collegit, in quibus Burcardum potiſſimum ſequitur. Sunt tamen qui Pannomiam Vgoni tribuant Catalauno. †††††† Vtraque collectio ex Iſidori ſuppoſititiis varie conſpurcata fuit. ††††††† Eodem tempore DEVS DEDIT, Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, tituli *Deus dedit* SS. Apoſtolorum, *Collectionem Canonum* fecit. †††††††† GREGORII *Gregorius* Presbyteri *Collectio* quæ POLICARPVS dicitur, & BERNARDI PAPIENSIS *Bernardus Papienſis.* *Populetum* obſcura ſunt. *

† De hoc optime STEPH. BALVZIVS Præfatione ad Antonium Auguſtinum de emendatione Gratiani §. XVII. *Regino Abbas monaſterii Prumienſis, cum hinc pulſus ſe recepiſſet in monaſterium ſancti Maximini Treuirenſis, illic priuatam vitam agens libros duos de eccleſiaſticis diſciplinis & religione Chriſtiana ſcripſit, circa annum DCCCCVI. iuſſu Rathbodi Archiepiſcopi Treuirenſis, in quibus condendis vſus eſt præcipue canonibus antiquis & ſinceris Romanorum Pontificum decretis, tum etiam, quamquam non admodum frequenter, pſeudepigraphis epiſtolis ab Iſidoro collectis, Capitularibus Regum Francorum, & dictis ſanctorum Patrum. Editionis illum honore primus donauit Vir Clariſſimus Ioachimus Hildebrandus. Nos vero rurſum edidimus anno MDCLXXI. emendatum ex fide vetuſtiſſimi & optimi codicis.* IO. TRITHEMIVS *Cat. illuſt. Eccl. Scriptorum* de eodem: *ſcripſit opus, quod prænotatur de eccleſiaſtica diſciplina & religione Chriſtiana, iubente Rathbodo Archiepiſcopo Treuerorum, quod ex decretis ſanctorum patrum & generalium conciliorum in duobus libris comportauit, & in nongenta ferme capitula per rubricas ex more luculenter diſtinxit.*

* De hoc CAVE p. 415. *Burchardus gente Germanus, patria Haſſus, Olberti, poſtea Abbatis Gemblacenſis diſcipulus, Monachus Lobienſis, tandem anno* 996. *Franconi fratri germano in ſede VVormatienſi ſucceſſit. Anno* 1022. *Concilio Selegunſtadienſi interfuit. Poſt* 30. *fere annos in Paſtorali munere fideliter exactos, diem extremum clauſit anno* 1025. *ſaltem ſequenti. Pluribus ante obitum annis extructa ſibi cella, & vicino Oratorio in ſilua, duobus a VVormatia milliaribus diſtante, ab omni*

*ſtre-*

*ſtrepitu, negotiisque ſecularibus procul remota, pietati & otio literario ſe totum dedit. Claruit ſub Henrico III. Imp. ſeculo XI.* Vita ipſius præfixa eſt Decretorum libris XX.

** Sic enim ipſius Burcardi præfatio: *D. Burchardus Eccleſiæ VVormatienſis Epiſcopus, Brunichoni fideliſſimo ſuo, & eiusdem Eccleſiæ Præpoſito, in Chriſto domino ſalutem. A multis ſane diebus, & ſæpe quidem coram familiaritas tua chariſſime frater hortando a nobis contendit, vt vtile aliquod opus non minus ex ſanctorum Patrum ſententiis, quam Canonicis ſcripturis, vel ab comprobatis pœnitentium exemplis, ad neceſſarium Eccleſiæ noſtræ deſeruientium vſum, vigilanti ſtudio colligerem. Et id quidem vel ea ratione maxime flagitare videbaris, quod Canonum iura, atque pœnitentium formæ, in noſtra quidem diœceſi adeo confuſa ſint, atque inter ſe diſcrepantia, vt aut ex toto neglecta, aut omni pene autoritate deſtituta, vel modice in Eccleſiaſtica diſciplina inſtitutis apparere poſſint. Qua de cauſa ſæpe accidit, vt ad pœnitentiæ remedium confugientibus, cum ob canonum deſcriptionem confuſam, tum ob presbyterorum noſtrorum ignorantiam, non facile ſubueniatur. Quod an ideo potiſſimum fieret, non imprudenter ex me rogaſti. Et quanquam idem exiſtimem, tamen quia non certam temporis menſuram Canonum cenſura expreſſit ad ſingula pœnitentium delicta adhibendam, ſed in abſoluentium iudicio relinquendam ſtatuit, idcirco pœnitentiæ ſalutaria remedia ab imperitis quidem ſacerdotibus non pro delictorum qualitate prouidentur, a piis quidem & Canonicis ſcripturis inſtitutis, eadem facile prout vnius cuiuslibet infirmitas requirit, adhibentur. Et quia hæc res ita habet, eo me dilectio tua rogauit, vt opellam hanc congeſtam iunioribus noſtris legendam propone rem, quo ipſi in idonea nimirum ætate, ea diſcant, quæ vel ſerior æqualium noſtrorum ætas modo aſſequi non poſſit, vel anteceſſorum negligentia non attigit.*

*** Hoſce fontes ipſe indicauit in dicta præfatione: *Nihilominus tamen ſanctis tuis petitionibus obſequutus, Synodalia præcepta, ſanctaque inſtituta, tam ex ſanctorum patrum ſententiis, quam ex canonibus ſcriptis, adiutore Deo in vnam faſcem, ex ampliſſimo orbe collegi. Eaque vt potui, vno veluti corpore connexa, viginti libris diſtinxi, ita vt quisquis eos diligenter legerit, fructum non vulgarem ſentiet ſe breui conſequi poſſe.* Præfixus eſt Syllabus, ex quibus locis autorum ſcriptis Eccleſiaſtica hæc Decreta colligerit. *Ex Canonibus, qui corpus Canonum vocantur. Ex apoſtolorum Canone. Ex Tranſmarinis* Conciliis. *Ex Conciliis in Germania, Gallia, Hiſpania celebratis. Ex Romanorum Pontificum Decretis. Ex euangelicis apoſtolicisque ſcripturis. Ex veteri Teſtamento. Ex libris ſancti Gregorii. Hieronymo. Auguſtino, Ambroſio. Benedicto Baſilio Magno. Iſidoro. Ex pœnitentiali Romano. Ex pœnitentiali Theodori. Ex pœnitentiali Bedæ.*

**** Sigebertvs gembl. *de Script. Eccleſ. c. CXLI. Burchardus Epiſcopus vrbis Vangionum quæ dicitur VVormatia, magnum Canonum volumen, quod a nomine ipſius Burchardus denominatur, multo ſtudio compoſuit; quod teſtimoniis omnium authenticorum conciliorum & decretis Romanorum Pontificum, & ſententiis omnium pene Catholicorum Patrum auctorizauit; ex quo adhuc omnium conciliorum decreta auctorizantur.* Idem c. CXLII. in vita Olberti. *Burchardus Epiſcopus VVormatienſis eius Olberti magiſterio ad hoc prouectus, vt ita Eccleſiaſticæ vtilitati intenderet, & eius ſtudio, ore & manu illud magnum canonum Volumen ad communem omnium vtilitatem, ederet.* Idem in Chronographia ad a. 1008. *Burchardus quoque fit VVormacenſis epiſcopus, qui in ſcripturis ſtudioſus, magnum illud canonum volumen edidit ſcripturarum*

ram ſententiis vndique compilatis defloratum, collaborante ſibi in hoc magiſtro ſuo Olberto abbate, viro undecunque doctiſſimo. BARTHOLOMAEVS FISEN in Floribus Eccleſiæ Leodienſis p. 328. ex MSS. Gemblacenſibus & ſancti Iacobi Leodienſis refert: *Burchardum, cum Lobii hoc tempore monachus, Olbertique auditor eſſet, tantum litterarum cognitionem attigiſſe, vt incredibili Chriſtianæ reipublicæ bono deſcriptum in viginti libros decretorum volumen luci dederit.* ANT. PAGI *Critica in Ann. Baronii ad a.* 1008. *n.* 6.

***** Index ſingulorum librorum, quid contineant, operi eſt præfixus, ex quo exhibet MASTRICHT *n.* 251. Prodiit hoc Opus hoc titulo: *D. Burchardi VVormacienſis Eccleſiæ Epiſcopi, Decretorum Libri XX. ex Conciliis, & orthodoxorum patrum Decretis, tum etiam diuerſarum nationum Synodis, ceu loci communes congeſti, in quibus totum Eccleſiaſticum munus luculenta breuitate, & veteres Eccleſiarum obſeruationes complectitur. Coloniæ ex officina Melchioris Noueſiani MDXLVIII. f. & Pariſiis* 1549. *f.*

****** Demonſtrauit hoc exemplis quamplurimis, MASTRICHT num. 254. quod multa deprompta ſint ex epiſtolis Pontificum ſuppoſitis. Idem confirmat ZIEGLERVS *§. XXIX.*

† Hoc iterum variis exemplis demonſtrat MASTRICHT n. 261. 262. De hoc ANTONIVS AVGVSTINVS de emendatione Gratiani lib. I. dial. I. p. 5. *Anſelmi Lucenſis voluminis inſcriptionem ſine nomine eiusdem in tribus libris legi. Vnius eorum hæc eſt: Incipit autentica, & compendioſa collectio regularum, & ſententiarum ſanctorum, & auctorabilium conciliorum.*

†† Dubitat de eo ANTONIVS AVGVSTINVS de emendatione Gratiani parte poſter. cap. V. dicens. *Deus dedit Vrbani ſecundi tempore ſcripſit, item Anſelmus Lucenſis, ſiue is, cuius collectionem habemus.* STEPHANVS vero BALVZIVS præfatione ad notas ſuas in hunc librum §. XIX. *Sæpe laudari ſolet collectio Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, qua vſi ſunt inprimis Correctores Romani & Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis. Verum iſte multum dubitare viſus eſt de eius auctoritate; primum quia in vetuſtis codicibus quos ipſe vidit, nullus titulus erat neque nomen auctoris; deinde quia videbat nonnullorum illic Romanorum Pontificum decreta eſſe inſerta, qui, viuo Anſelmo, ad apicem epiſcopatus non peruenerunt. Alium ego nuper codicem, eumque optimum & antiquiſſimum, beneficio optimi doctiſſimique viri Domni Lucæ Dacherii nactus ſum ex bibliotheca monaſterii ſancti Germani Pariſienſis, in quo neque titulus vllus extat neque nomen auctoris. Hic autem liber iis quos vidit Antonius Auguſtinus ex eo præſtat, quod nulla in iſto decreta Pontificum Romanorum contineantur, qui poſt annum MLXXXVI. apoſtolicam ſedem tenuerunt. In veteri tamen codice iſtius collectionis, cuius exemplum ex bibliotheca Barberina ad ſe miſſum idem Dacherius mecum communicauit, hæc in titulo ſcripta ſunt, quæ librum illum adiudicant Anſelmo Epiſcopo Lucenſi. In Trinitatis nomine ſancta & indiuiduæ. Incipit hinc feliciter iſtius libri ſeries, quem ſanctus ex Italia Anſelmus, quique Pontifex Lucanæ fuit Eccleſiæ, vir prudens ac catholicus, in Chriſti fide feruidus, carpſit ex toto canonum ſanctorum corpore. Sed aut fallit titulus, aut certe multum interpolatus eſt hic liber, vt recte adnotatum eſt ab Antonio Auguſtino. Nam illic continentur plurima Vrbani II. & ſequentium Pontificum decreta, quorum æuo Anſelmus viuere deſierat. Quin etiam multa ſunt quæ hanc collectionem abiudicare videntur Anſelmo Epiſcopo Lucenſi. Primo auctoritas vetuſti ſcriptoris vita eiusdem Anſelmi a Sebaſtiano Tengnagelio editus; qui lucubrationes magiſtri ac domini ſui recenſent, nullam collectionis iſtius mentionem facit, non omiſſurus, vt videtur, tam præclarum opus, ſi*

 *tum*

*ſtrepitu, negotiisque ſæcularibus procul remota, pietati & otio literario ſe totum dedit. Claruit ſub Henrico III. Imp. ſeculo XI.* Vita ipſius præfixa eſt Decretorum libris XX.

** Sic enim ipſius Burcardi præfatio: *D. Burchardus Eccleſiæ VVormatienſis Epiſcopus, Brunichoni fideliſſimo ſuo, & eiusdem Eccleſiæ Præpoſito, in Chriſto domino ſalutem. A multis ſane diebus, & ſæpe quidem coram familiaritas tua chariſſime frater hortando a nobis contendit, vt vtile aliquod opus non minus ex ſanctorum Patrum ſententiis, quam Canonicis ſcripturis, vel ab comprobatis pœnitentium exemplis, ad neceſſarium Eccleſiæ noſtræ deſeruientium vſum, vigilanti ſtudio colligerem. Et id quidem vel ea ratione maxime flagitare videbaris, quod Canonum iura, atque pœnitentium formæ, in noſtra quidem diœceſi adeo confuſa ſint, atque inter ſe diſcrepantia, vt aut ex toto neglecta, aut omni pene autoritate deſtituta, vel modice in Eccleſiaſtica diſciplina inſtitutis apparere poſſint. Qua de cauſa ſæpe accidit, vt ad pœnitentiæ remedium confugientibus, cum ob canonum deſcriptionem confuſam, tum ob presbyterorum noſtrorum ignorantiam, non facile ſubueniatur. Quod an ideo potiſſimum fieret, non imprudenter ex me rogaſti. Et quanquam idem exiſtimem, tamen quia non certam temporis menſuram Canonum cenſura expreſſit ad ſingula pœnitentium delicta adhibendam, ſed in abſoluentium iudicio relinquendam ſtatuit, idcirco pœnitentiæ ſalutaria remedia ab imperitis quidem ſacerdotibus non pro delictorum qualitate prouidentur, a piis quidem & Canonicis ſcripturis inſtitutis, eadem facile prout vnius cuiuslibet infirmitas requirit, adhibentur. Et quia hæc res ita habet, eo me dilectio tua rogauit, vt opellam hanc congeſtam iunioribus noſtris legendam propon.erem, quo ipſi in idonea nimirum ætate, ea diſcant, quæ vel ſerior æqualium noſtrorum ætas modo aſſequi non poſſit, vel anteceſſorum negligentia non attigit.*

*** Hoſce fontes ipſe indicauit in dicta præfatione: *Nihilominus tamen ſanctis tuis petitionibus obſequutus, Synodalia præcepta, ſanctaque inſtituta; tam ex ſanctorum patrum ſententiis, quam ex canonibus ſcriptis, adiutore Deo in vnam faſcem, ex ampliſſimo orbe collegi. Eaque vt potui, vno veluti corpore connexa, viginti libris diſtinxi, ita vt quisquis eos diligenter legerit, fructum non vulgarem ſentiet ſe breui conſequi poſſe.* Præfixus eſt Syllabus, ex quibus locis autorum ſcriptis Eccleſiaſtica hæc Decreta colligerit. *Ex Canonibus, qui corpus Canonum vocantur. Ex apoſtolorum Canone. Ex Transmarinis Conciliis. Ex Conciliis in Germania, Gallia, Hiſpania celebratis. Ex Romanorum Pontificum Decretis. Ex euangelicis apoſtolicisque ſcripturis. Ex veteri Teſtamento. Ex libris ſancti Gregorii. Hieronymo. Auguſtino, Ambroſio. Benedicto Baſilio Magno. Iſidoro. Ex pœnitentiali Romano. Ex pœnitentiali Theodori. Ex pœnitentiali Bedæ.*

**** SIGEBERTVS GEMBL. *de Script. Eccleſ. c. CXLI. Burchardus Epiſcopus vrbis Vangionum quæ dicitur VVormatia, magnum* Canonum *volumen, quod a nomine ipſius Burchardus denominatur, multo ſtudio compoſuit; quod teſtimoniis omnium authenticorum conciliorum & decretis Romanorum Pontificum, & ſententiis omnium pene* Catholicorum *Patrum auctorizauit; ex quo adhuc omnium conciliorum decreta auctorizantur.* Idem c. CXLII. in vita Olberti. *Burchardus Epiſcopus VVormatienſis eius Olberti magiſterio ad hoc prouectus, vt ita Eccleſiaſticæ vtilitati intenderet, & eius ſtudio, ore & manu illud magnum canonum Volumen ad communem omnium vtilitatem ederet.* Idem in Chronographia ad a. 1008. *Burchardus quoque fit VVormacenſis epiſcopus, qui in ſcripturis ſtudioſus, magnum illud canonum volumen edidit ſcripturarum*

rum

Digitized by Google

*ram ſententiis vndique compilatis deſloratum, collaborante ſibi in hoc magiſtro ſuo Olberto abbate, viro undecunque doctiſſimo.* BARTHOLOMÆVS FISEN in Floribus Eccleſiæ Leodienſis p. 328. ex MSS. Gemblacenſibus & ſancti Iacobi Leodienſis refert: *Burchardum, cum Lobii hoc tempore monachus, Olbertique auditor eſſet, tantum litterarum cognitionem attigiſſe, vt incredibili Chriſtianæ reipublicæ bono deſcriptum in viginti libros decretorum volumen luci dederit.* ANT. PAGI *Critica in Ann. Baronii ad a.* 1008. *n.* 6.

***** Index ſingulorum librorum, quid contineant, operi eſt præfixus, ex quo exhibet MASTRICHT *n.* 251. Prodiit hoc Opus hoc titulo: *D. Burchardi VVormacienſis Eccleſiæ Epiſcopi, Decretorum Libri XX. ex Conciliis, & orthodoxorum patrum Decretis, tum etiam diuerſarum nationum Synodis, ceu loci communes congeſti, in quibus totum Eccleſiaſticum munus luculenta breuitate, & veteres Eccleſiarum obſeruationes complectitur. Coloniæ ex officina Melchioris Noueſiani MDXLVIII. f. & Pariſiis* 1549. *f.*

****** Demonſtrauit hoc exemplis quamplurimis, MASTRICHT num. 254. quod multa deprompta ſint ex epiſtolis Pontificum ſuppoſitis. Idem confirmat ZIEGLERVS §. *XXIX.*

† Hoc iterum variis exemplis demonſtrat MASTRICHT n. 261. 262. De hoc ANTONIVS AVGVSTINVS de emendatione Gratiani lib. I. dial. I. p. 5. *Anſelmi Lucenſis voluminis inſcriptionem ſine nomine eiusdem in tribus libris legi. Vnius eorum hæc eſt: Incipit autentica, & compendioſa collectio regularum, & ſententiarum ſanctorum, & auctorabilium conciliorum.*

†† Dubitat de eo ANTONIVS AVGVSTINVS de emendatione Gratiani parte poſter. cap. V. dicens. *Deus dedit Vrbani ſecundi tempore ſcripſit, item Anſelmus Lucenſis, ſiue is, cuius collectionem habemus.* STEPHANVS vero BALVZIVS præfatione ad notas ſuas in hunc librum §. XIX. *Sæpe laudari ſolet collectio Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, qua vſi ſunt inprimis Correctores Romani & Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis. Verum iſte multum dubitare viſus eſt de eius auctoritate; primum quia in vetuſtis codicibus quos ipſe vidit, nullus titulus erat neque nomen auctoris; deinde quia videbat nonnullorum illic Romanorum Pontificum decreta eſſe inſerta, qui, viuo Anſelmo, ad apicem epiſcopatus non peruenerunt. Alium ego nuper codicem, eumque optimum & antiquiſſimum, beneficio optimi doctiſſimique viri Domni Lucæ Dacherii nactus ſum ex bibliotheca monaſterii ſancti Germani Pariſienſis, in quo neque titulus vllus extat neque nomen auctoris. Hic autem liber iis quos vidit Antonius Auguſtinus ex eo præſtat, quod nulla in iſto decreta Pontificum Romanorum contineantur, qui poſt annum MLXXXVI. apoſtolicam ſedem tenuerunt. In veteri tamen codice iſtius collectionis, cuius exemplum ex bibliotheca Barberina ad ſe miſſum idem Dacherius mecum communicauit, hæc in titulo ſcripta ſunt, quæ librum illum adiudicant Anſelmo Epiſcopo Lucenſi. In Trinitatis nomine ſanctæ & indiuiduæ. Incipit hinc feliciter iſtius libri ſeries, quem ſanctus ex Italia Anſelmus, quique Pontifex Lucanæ fuit Eccleſiæ, vir prudens ac catholicus, in Chriſti fide feruidus, carpſit ex toto canonum ſanctorum corpore. Sed aut fallit titulus, aut certe multum interpolatus eſt hic liber, vt recte adnotatum eſt ab Antonio Auguſtino. Nam illic continentur plurima Vrbani II. & ſequentium Pontificum decreta, quorum æuo Anſelmus viuere deſierat. Quin etiam multa ſunt quæ hanc collectionem abiudicare videntur Anſelmo Epiſcopo Lucenſi. Primo auctoritas vetuſti ſcriptoris vitæ eiusdem Anſelmi a Sebaſtiano Tengnagelio editus; qui lucubrationes magiſtri ac domini ſui recenſens, nullam collectionis iſtius mentionem facit, non omiſſurus, vt videtur, tam præclarum opus, ſi*



Digitized by Google

*tum fama fuiſſet compoſitum ab Anſelmo fuiſſe. Deinde Sigebertus monachus Gemblacenſis, horum temporum ſcriptor, dum in Chronico & in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis c. CLXII. enumeraret libros ab Anſelmo compoſitos, ne verbum quidem vllum fecit de collectione iſta. Denique Trithemius, qui tot libros viderat, non vidit collectionem canonum ac decretorum Anſelmo Lucenſi Epiſcopo tributam, cum altum de ea ſilentium apud illum ſit. Non ſenſerat iſta monumenta Antonius. Et tamen huc inclinare viſus eſt, vt collectionem illam non putaret eſſe Anſelmi; adeoque coniecturam fecit de Hildeberto Cenomanenſi, quem conſtat aliquid ſimile olim tentaſſe.* Hanc BALVZII ſententiam referens ANTONIVS PAGI *Critica in Ann. Baronii a.* 1086. *n.* 4. addit: *Hanc tamen opinionem (quæ nuper exorta) non parum dubiam facit Catalogus Pontificum & Decretorum ab ipſis editorum. Ex ſexcentorum annorum Codice* 6381. *Vaticano ante Anſelmi Lucenſis Epiſcopi Decretum, a Schelestratio Bibliotheca Vaticana Præfecto, Romæ cum appendice ad Opus Chronologicum anno M. DC. XCII. ſub eo titulo publicatus. Si enim Codex ille tantæ ſit antiquitatis vel ſancto Anſelmo viuente vel paulo poſt eius obitum exaratus fuit; ſicque laudata Decreta Vrbani II. & ſequentium Pontificum in eo non reperiuntur.* Hanc controuerſiam definire non audeo, cum tota res ad inſpectionem Codicum redeat; quibus ſumus deſtituti.

††† De eodem CAVE *p.*437. SANMARTHANI *Gallia Chriſtiana Tom. II. f.*487. OLEARIVS *Bibl. Script. Eccleſ. voce* IVO.

†††† ALBERICVS ad a. 1116. *Obiit Iuo Carnutenſis Epiſcopus vir multarum virtutum, vt dicit Elinandus, ſimiliter & literarum qui decreta abbreuiauit, & multa alia vtiliter ſcripſit.* MASTRICHT n. 265. *Primum Opus* (Decretum) *indubitato ab omnibus adſcribitur Iuoni; Ad id putatur accenſus opere Burchardi VVormatienſis; quod eius collectioni leges ciuiles & iura Romana, deinde alia quædam, ob nouam, vt putat Berengarii hæreſin, potius veritatem, deeſſe cenſeret.* Idem num. 268. *De vtroque volumine hæc habet Ant. Contius: Secutus eſt,* inquit, *Iuo Epiſcopus Carnotenſis, qui in certos quidem locos & titulos illos canones ab Iſidoro & Burchardo editos digeſſit; ſed multa tamen ſimilia, multa inter ſe pugnantia in ſuum librum transtulit, & librum ſuum Pannomiam inſcripſit. Cæterum duplex eius volumen hoc titulo inſignitum reperi. Vnum maius & magnitudine ſua longe excedens Gratiani volumen, quod ex Bibliotheca S. Victoris Pariſienſis nobis aliquando communicatum eſt. Huic volumini inſcriptum titulum hunc inuenimus,* DECRETA IOVINIANI. *Verum hanc inſcriptionem falſam eſſe puto, & ignorantia librariorum adſcriptam, cum eadem illic ſit præfatio, quæ apud Iuonem in minore volumine Pannomiæ, & idem fere ordo, niſi quod illud volumen multo plures habet partes, & titulos, & canones, in ſeptendecim quippe partes diuiſum. Aliud vero minus volumen, quod & in eadem Bibliotheca extat, & paſſim in aliis, cuius etiam manuſcriptum exemplar nobis comparauimus (nam & olim in Germania impreſſum eſt ſed mendoſiſſimum) in ſeptem duntaxat partes eſt diuiſum. Inſcribitur autem hoc volumen in dicta Bibliotheca* DECRETA PARVA IVONIS. Addit hic MASTRICHT: *quod dicit decretorum volumen, vocatum in Manuſcripto, Decreta Iouiniani, eſt error ſcribentium, ſi modo recte legit Contius; leui mutatione recte vocatur, Decretum Iuonianum.* BIECLERVS vero in *Diſc. Prælim. § XXXV.* addit: *non dubito plura ab eodem notata fuiſſe in præfatione, quam præmittere voluit editioni iuris Canonici, ſed quæ iniuria maleferiatorum cenſorum reſecta & abolita eſt, de qua re videri poteſt Ioannes Rainoldus in colloq. cum Hart. cap.* 8. *ſect.* 3.

††††† De

††††† De hoc titulo STEPHANVS BALVZIVS præf. ad Ant. Auguſtinum de emendatione Gratiani §. XXI. *Sunt qui putent non aut Panormiam Pannormiam vocari debere, ſed Pannomiam adeo vt Antonius Poſſeuinus in Apparatu eorum inſcitiam traducat qui Græcæ linguæ inſcientes Panormiam ſcribunt, cum Iuo Pannomiam ſcripſerit, hoc eſt, quod omnes complectitur leges. Religioſior fuit Sebaſtianus Brant, qui primus hanc coniecturam fecit, primus omnium Pannormiam typis vulgauit. Hic enim cum ſententiam ſuam promeret de etymo iſtius vocabuli, duas diuerſas interpretationes afferens, vnam e Græco ſermone, alteram e Latino, Pannormiam tamen & heic & in titulo operis vocauit, lectori arbitrium integrum relinquens amplectendi quam mallet etymologiam. Appellauit autem inquit, hunc ſuum librum Pannormiam, quaſi totius iuſtitiæ ſiue legis materiam continentem, (Pan enim totum, nomos vero lex ſeu nomia iuſtitia Græce dicitur) vel, vt alii volunt: Pannormiam a norma, quæ & regula a quibusdam dicitur, ſiue fabrorum directorium. Quidquid ſit de nomine, Græcamne originem habeat an Latinam, an ex vtraque conflatum ſit, parum refert. Illud certe conſtat Pannormiam vocari in manuſcriptis codicibus & libris editis. Sic enim habet vtrobique initium operis: Incipit prologus Pannormiæ Iuonis Carnotenſis Epiſcopi de multimoda diſtinctione ſcripturarum ſub vna caſtorum eloquiorum facie contentarum. Exceptiones eccleſiaſticarum regularum &c. Sic pariter in veteri codice ſuo legerat Ioannes Trithemius: qui in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis agens de Iuone, ita loquitur: Scripſit poſt Burkardum VVormatienſem Epiſcopum ex canonibus ſanctorum compendioſum decretum, quo ante Gratiani tempora vtebantur Iuriſtæ, quod prænotauit Panormiam lib. 10. Exceptiones eccleſi. Eundem quoque titulum habuiſſe manuſcriptum exemplar Panormiæ quod ſibi comparauerat Antonius Contius hinc liquido conſtat, quod ſcribit illud fuiſſe ſimile codici qui* DECRETA PARVA IVONIS *inſcribitur in bibliotheca ſancti Victoris, id eſt illi, quem nos ſupra laudauimus.*

†††††† ANTONIVS AVGVSTINVS equidem *lib. II. dial. V. princ.* ait: *apud Iuonem extrema Panormia Innocentii minoris verba referuntur, qui Calliſto poſterior fuit. Negare poſſum Iuonis eum librum eſſe. Sed malo hoc affirmare additum eſſe concilium, Innocentii Panormiæ; non eſſe partem eius collectionis. Oſtendere poſſum veterem librum, in quo neque id concilium, neque nomen Iuonis, neque excerptionum præfatio continetur. Et in Epiſtolis Iuonis ea præfatio temporibus Paſchalis minoris ſcripta eſt.* Hoc Iuonis Decretum Titulum quoque habet: EXCERPTIONES. ANT. AVGVSTINVS de emend. Gratiani lib. I. dial. I. p. 4. *Et vt video, Iuoni Carnotenſi magis placuit Excerptiones appellare, ſic enim ſcribendum eſt, non Exceptiones. Eius verba tam in Panormia, & in Decretorum grandiori volumine, quam quod caput eſt, in epiſtolarum libro hæc ſunt: Excerptiones eccleſiaſticarum regularum, partim ex epiſtolis Romanorum Pontificum, partim ex geſtis conciliorum catholicorum Epiſcoporum &c. in vnum corpus adunare curaui. Panormiæ titulus in veteri libro hic eſt: Incipit liber ſacrorum canonum.* De hoc STEPHANVS BALVZIVS in præfatione n. XX. *Extant duæ canonum ac decretorum collectiones antiquæ huic auctori tributæ, quarum vna Decretum Iuonis vulgo vocatur, altera Pannormia, vtraque eandem habens præfationem. Quo factum eſt, vt viri docti putauerint Pannormiam non eſſe Iuonis opus, ſed Hugonis cuiusdam Catalanenſis aut alterius incerti ſcriptoris, qui Decretum in compendium redegerit, fundum ſuæ illius opinionis accipientes ex Vincentio Bellonacenſi, qui libro XXV. Speculi hiſtorialis cap. LXXXIV. teſtatur Hugonem illum ex eodem volumine abbreuiato libellum portabilem compoſuiſſe qui Summa Decretorum Iuonis appellatur. Sed opus illud diuerſum fuiſſe a Pannormia vel*



Digitized by Google

*hæc res indicio eſt, quod Summa Decretorum Ivonis inſcriptum fuerit, cum Pannormia in vetuſtiſſimo codice MS. ſancti Victoris Pariſienſis, in duobus etiam antiquis codicibus MSS. monaſterii ſancti Victoris Pariſienſis, in duobus etiam antiquis Codicibus MSS. monaſterii ſancti Albini Andegavenſis, denique in omnibus editionibus, Panormia ſemper vocetur, nunquam* Summa Decretorum. *Præterea vir iſtarum rerum peritiſſimus Antonius Auguſtinus ex eo collegit Pannormiam non eſſe epitomen decretorum Ivonis quod pauca ſint in quibus hæ duæ collectiones inter ſe conveniant. Ceterum aut valde me fallit amor ſuſcepti negotii, aut deprehendiſſe mihi videor Victorinum Pannormiæ Codicem multo antiquiorem eſſe Hugone Cathalanenſi, quisquis tandem homo ille fuerit. Vnde certo colligi poteſt Vincentium de quodam alio opere loqui, quo caremus absque ullo bonarum literarum diſpendio.* Et §. XXII. *Ego in ea ſum ſententia, ut omnino putem Ivonem primo ſcripſiſſe Pannormiam, & præfationem eodem tempore confeciſſe, quæ poſtea magno decretorum volumini præfixa eſt. Nam cum videret haud dubie Pannormiam ſucceſſum habuiſſe proſperum & commendari ob utilitatem ſuam; putavit ſiſtendum heic non eſſe adeoque maius opus aggrediendum.* Pergit tandem p. 641. atque dicit: *poſt abſolutam hanc editionem, vir doctiſſimus Ioannes Mabillonius monachus Benedictinus, e Belgica peregrinatione redux, magno reipublicæ literariæ bono, ad me detulit, vidiſſe ſe duo vetuſtiſſima Pannormiæ exemplaria manuſcripta, unum in Bibliotheca monaſterii Aquicinctenſis, alterum in monaſterio Blandinienſi, utrumque nomen Ivonis Epiſcopi Carnotenſis adſcriptum habens, utrumque eundem finem operis exhibens, quem notavimus in præfatione noſtra cum de Pannormia ageremus. Vnde certo colligitur non extare in codicibus illis decreta Innocentii ſecundi, quæ edita ſunt in calce Pannormiæ, quæ moverunt viros eruditiſſimos ut exiſtimarent opus illud non poſſe eſſe Ivonis.* Addit PAGI num. 17. *ſed hac in re Viro doctiſſimo aſſentiri non poſſum, cum Vicentius Bellovacenſis ſeculo ſesqui medio poſt Ivonem obierit, diſerte teſtetur, ſe Hugonis Epitomen habere, & coniecturæ quæ ad eam Ivoni vindicandam in medium adducuntur, rem non evincunt. Quod enim dicitur, hanc Epitomen diverſam eſſe a Pannormia, quod Summa Decretorum Ivonis inſcripta fuerit, & Pannormia in codicibus tam editis, quam Mss. nunquam Summa Decretorum appelletur, parum urget, cum iisdem libris varii quandoque tituli appoſiti fuerint. Ex eo vero quod pauca ſint, in quibus hæ duæ Collectiones inter ſe conveniant, non ſequitur, Pannormiam non eſſe Epitomen Decretorum Ivonis, ſed Pannormiam ſeu Epitomen, ac Decreta duorum eſſe Auctorum. Denique* SIGEBERTVS, *qui eodem quo Ivo, tempore vixit, loco laudato, unius tantum Operis de Canonibus ab eo editi mentionem facit, quod aliud eſſe non poteſt, quam eius Decretum in libros XVII. diviſum: Compoſuit, inquit, inſigne volumen Canonum.* Et §. XVIII. *Tam Decretum, quam eius Summa ſeu Epitome Pannormiæ nomine appellata reperiuntur. Epitome enim, quæ in Bibliotheca Vaticana, uti iam novi, ſervatur, Pannormia Ivonis inſcribitur, & hoc eius initium: Exceptiones Eccleſiaſticarum regularum &c. Liber autem VIII. & ultimus Pannormiæ in eo Codice his verbis finitur. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, eſtque ſexcentorum annorum, quod cum ex characterum forma dignoſcitur, tum ex Imperatorum & Romanorum Pontificum Catalogis eidem præfixis aperte colligitur. Hi enim eadem veteri manu, qua Ivonis Pannormia ſunt exarati, & prior deſinit in Conrado III. id eſt, in Conrado Salico, alter vero in Ioanne XIX.* Et paulo poſt: *Decretum vero Pannormiam etiam dictum fuiſſe, oſtendit Trithemius in lib. de Script. Eccleſ. qui de Ivone ait: Scripſit poſt Burchardum*

*dum VVormatienſem Epiſcopum ex Canonibus Sanctorum compendioſum Decretum, quo ante Gratiani tempora vtebantur Iuriſtæ, quod prænotauit Pannormiam libris X. vbi legendum, libris XVII. Neque enim Trithemius de Iuonis Epitome intellige poteſt; cum non ea, ſed Decreto ante Gratianum vterentur Iuriſtæ, & incredibile ſit Trithemium Epitomen memoraſſe, & Decreti mentionem non feciſſe.* GVIDO PANCIROLLVS de claris Legum Interpretibus lib.III. cap.I. poſtquam de Burcardo dixiſſet, addit: *cum vero nouis exortis ſectis, etiam Berengarius in Sacroſanctam Eucharistiam blaſphemus extitiſſet, Iuo genere Gallus, qui primo Canonicis a D. Auguſtino inſtitutis præfectus, poſtea Carnotenſium Antiſtes fuit, poſt annos nonaginta, quam Burchardus ſcripſit, præter alia opuſcula, ampliſſimum Decretorum volumen decem & ſeptem libris diſtinctum concinnauit, in quo Burchardum omnino ſecutus verbis, aut ordine parum ab eo diſceſſit. Quasdam tamen veterum Scriptorum ſententias aduerſus Eccleſiæ turbatores, & multa ex Iure noſtro Ciuili teſtimonia adiecit, quæ ille, velut parum ſuo inſtituto neceſſaria, omiſerat, vel quod turbus Romanis nondum apparentibus Caroli Magni tantum leges, vulgo Capitula vocata, frequentabatur, nunquam enim Iuris ciuilis & bis tantum Codicis Theodoſiani meminit. Cæterum Iuonis opus cum alia, & ipſius etiam Iſidori Decreta, magnitudine ſuperaret; Vgo Catalaunus, non multo poſtquam ſcriptum eſt, in compendium redegit, ac Pannormiam, ſiue Summam Decretorum Iuonis nuncupauit. Ea etſi tota mendis, & erroribus ſcatebat, adiutus Gratianus plura inde, & ex Burchardi Epitome excerpſit, autographe enim texturam, aut Burchardi nunquam vidiſſe videtur, cum errores in compendiis inuentos in ſuum opus tranſtulerit.* GERHARDVS a MASTRICHT vero hoc Pannormiam Iuoni primum abiudicauerat, dum *n.*267. ſcribit: *Hoc opus Iuonis non eſſe, recte Bellarminus, de ſcriptor. Eccleſ. in Iuone & Gratiano cenſet: quia multa libr. 8. ſunt decreta ex Innocentio ſecundo Papa, & ex hiſtoria Sigeberti, qui Iuone poſteriores fuerunt. Vocari tamen Iuonis, quia ex decreto Iuonis maxima ex parte ſit deſumtum, eſt enim quaſi compendium Decreti Iuonis.* Sedit autem Innocentius ſecundus, ab anno 1130. vsque ad 1143. Sigebertus vero Gemblacenſis mortuus eſt anno 1112. Notat porro, Antonium Contium, qui hoc Opus Iuoni tribuat. Idem vero in notis ad dictum locum BALVZII *p.*638. ait: *rationes Clariſſimi Baluzii hic allata me mouent, vt in eius ſententiam tranſeam: Hugonem non eſſe Pannormiæ Auctorem, ſed alterius Summæ Decretorum Iuonis Ipſum vero Iuonem ſcripſiſſe Pannormiam.* Contrariam tamen ſententiam tenet ANTONIVS PAGI in Critica Anti-Baron. a. 1137. n.XVI. XVII. XVIII. nixus auctoritate Vincentii Bellouacenſis, dum lib.XXV. Speculi Hiſtorialis c. LXXXIV. de Iuone, eiusdemque Abbreuiatore ſic ſcribat: *Hic inter alia laudabilia quæ fecit, Decreta Apoſtolica abbreuiando compilauit & ordinauit. Quod quidem prius Iſidorus in vnum maximum volumen redegerat, nec ſine magno ſumptu tranſcribi poterat. Hic autem & ipſa Decreta Apoſtolicorum abbreuiauit, & per capitula diſtinxit, & multas ſanctorum Doctorum ſententias ad ea capitula pertinentes pariter interſeruit. Hic liber Decretorum Iuonis apud nos pluribus locis reperitur; qui quoniam ipſe quoque non paruæ quantitatis, non eſt facile portatilis. Hugo Catalanenſis ex eodem volumine abbreuiato libellum portatilem legitur compoſuiſſe, qui & ipſe apud nos eſt, & Summa Decretorum Iuonis appellatur.* Vid. ZIEGLER *diſc. prælim. §. XXXV.*

†††††† BALVZIVS in Præfatione §. XXIII. *Prima illius per typographos editio exiit Baſileæ anno MCCCCXCIX. ſtudio & opera Sebaſtiani Brant, ſecunda Louanii anno MDLVII. accurante Melchiore a Voſmediano. In vtraque in calce libri conſequen-*

*ſequentibus numeris deſcripta ſunt decreta Innocentii ſecundi, quæ doctorum virorum coniecturæ locum fecerunt ex eo ſuſpicantium Panormiam non eſſe Iuonis opus, cum Iuo multo ante rebus humanis exceſſerit quam Innocentius fieret Romanus Pontifex. Huic tamen doctorum virorum ſcrupulo faciemus ſatis, ſi cum Antonio Auguſtino dicamus, addita eſſe decreta illa Pannormiæ, non eſſe partem eius collectionis. Teſtatur præterea idem Auguſtinus habuiſſe ſe veterem librum Pannormiæ in quo decreta Innocentii ſecundi non extabant, ſicuti non extant in optimo & antiquiſſimo Victorino, in quo caput quod eſt CXXXVI. octauæ partis in editionibus finem imponit Pannormiæ. Poſtea vero nihil aliud reperitur ſcriptum in codice illo.* MASTRICHT n. 271. *Edidit Decretum Iuonis Louanii ſeculi ſuperioris anno ſexageſimo primo Iohannes Molynæus. Pannomia prodiit Baſileæ anno* 1499. *Opera Iuonis omnia prodierunt Pariſiis A. D.* 1647. *Conſpurcata eſt vtraque collectio & Decretum & Pannormia quiſquiliis & fictis aut ſuppoſititiis Iſidori Mercatoris decretalibus, item multis aliis fictis & ſuppoſititiis Decretis. Quarum bene longum & accuratum Catalogum contextum vide apud doctiſſ. Blondellum in Pſeudo-Iſidoro vapulante cap.* 18. *pag.* 100. *& ſeqq.* IO. GOTFRIED OLEARIVS Bibliotheca Scriptorum Eccleſiaſticorum, voce Iuo p. 249. *In Paulina Lipſienſi extat aliud Manuſcriptum rariſſimum Compilationis Veteris & primæ Decretorum Iuonis in XVI. partes diuiſæ, Iuris canonici velut Archetypon, ſicut annotauit Andreas Rivinus, anno* 1639. *illud Academiæ ſumptibus eo reponens, addito ſimul hoc diſticho:*

*Vltima non laus eſt Pandectas ſi quis Hetruſcas*
*Viderit, haud minor eſt, ſi quis Iuonis Opus.*

†††††††† De hoc MASTRICHT *n.* 273. *Eodem quo Iuo tempore vixit, ſed ante Iuonem ſcripſit, Deus dedit Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis tituli SS. Apoſtolorum, vt dicit Baronius ad ann.* 1080. *n.* 30. *poſtea ad ann.* 1087. *n.* 22. *tit. S. Eudoxiæ, qui tamen eſt vnus idemque. Huius duplex extat ſcriptum, primum, de Priuilegiis Romanæ ſedis, & alterum Collectio Canonum.* Idem p. 313. *Typis deſcriptos extare non noui, Manuſcripti in Bibliothecis adhuc adſeruantur.* Et p. 314. *Collectionem Canonum Deus dedit compilatam dicit, Blondellus ex quiſquiliis Pſeudo-Iſidori cap.* 18. *pag.* 99. *in fin.* De hoc in Synopſi Hiſtorica PETRVS PITHOEVS: *Deus dedit Presbyter S. R. E. Cardinalis titulo Eudoxiæ, ab Hildebrando factus, iuſſu Victoris Papæ III. canonum volumen, vt Platina ait, in ordinem redegit, circiter annum MLXXXVII. Eius in quibuſdam Bibliothecis extant libri quatuor de rebus Eccleſiaſticis. Hunc quidam Burchardi breuiatorem dixerunt: male. Vidimus aliquando exemplar huius Collectionis in Bibliotheca Dominicanorum Valentin. Canarum in libros diſtinctum, continens multa ex Rom. Eccleſiæ ſcriniis, quæ Burchardus non viderat.*

* MASTRICHT n. 274. *Num & in hoc vndecimum, an ſequens ſeculum referendus ſit Gregorius Presbyter, non ſatis ſcio; eius quoque Collectio canonum impreſſa, quod ſcio non eſt, eam vocauit Polycarpum, forte quia in particulas multas eſt decerpta Manuſcriptum citant ex Bibliotheca Vaticana Romani Emendatores Gratiani in indiculo, citat quoque Manuſcriptum Antonius Auguſtinus, qui in Dialogis eius meminit.* De eo & Bernardo Papienſi, item Auctore libri Populeti hæc notat Clariſſimus Blondellus in prolegomenis ad Pſeudo-Iſidorum vapulant. cap. 18. pag. 99. in fine: *Gregorius Presbyter ſimilem collectionem (qualem nimirum Deus dedit & Iuo) publicauit, quam Polycarpum nominauit; vt & Bernardus Papienſis & Auctor libr*

*Popul-*

*Populeti ſed hæc ad manus non ſunt, nec quo tempore vixere auctores nobis compertum eſt.*

## §. XVII.

Gratiani Decretum.

Secutus hoſce fuiſſe dicitur OMNIBONVS, † & hunc GRATIANVS patria Cluſinus, e Thuſciæ ciuitate Monachus Benedictinus qui Bononiæ vixit tempore Conradi III. Imp. * Compoſuit iſte in Monaſterio D. Felicis Bononienſi, ** prout dicitur, circa a. 1152, *** Volumen illud Decreti, quod hodie primam partem facit Corporis Iuris Canonici. Hoc Opus inſcripſit *Concordiam diſcordantium Canonum*, eo quod diſſentientia a Canonibus Decreta Eccleſiaſtica conciliare inuicem eſſet conatus, **** quod denique Eugenio III. Pontifici obtulit, ***** licet de confirmatione non æque conſtet. Hæc autem Collectio ex Dionyſio Exiguo, Iſidoro, aliisque Canonum Collectoribus Burcardo & Iuone potiſſimum, fuit deprompta, ordine tamen diverſo. ****** Continet iſta dicta Patrum, verba Gratiani, quæ hinc inde Capitulis ſubiecit, Canones Conciliorum, Excerpta ex Iure Ciuili & Paleas, ſiue varias Doctorum ſententias & gloſſas, quæ poſtmodum acceſſerunt. *******

† ALBERICVS ad a. 1146. *Item, in eodem anno, id eſt Frederici Imp. quinto, quidam magiſter egregius, Omnibonus nomine, librum de Concordantia diſcordantium Canonum diligentiſſime ordinauit in duas partes; Primam partem in XVI. Diſtinctiones; Secundam in Cauſas XXXVII. per quæſtiones diuerſas ſatis artificioſe poſitam. Et hic liber a nomine Auctoris, omne bonum appellatur. Et hunc ſecutus eſt tempore Alexandri Papæ Gratianus Cardinalis, qui multa addidit, ita quod de XVI. Diſtinctionibus centum Diſtinctiones fecit, & per ipſum iſta doctrina facta eſt magis Authentica.* De Cardinalitia dignitate addit CHIFLETIVS Diſſert. apolog. cap. V. §. IV. *Verum tametſi nullum tantum honorem eſſe putem, qui in Gratianum collatus non ſit ei qui contulerit magnam iudicii laudem allaturus; hunc tamen illi aſſerere non auſim, quod fraudi fuiſſe videatur Alberico nominum ſimilitudo. Alexander enim PP. III. Piſanum quemdam, cui Gratiano nomen fuit, ex Subdiacono & Scriptore Apoſtolico Cardinalem creauit, & ſuorum omnium conſiliorum participem atque adiutorem eſſe voluit, anno ſalutis M. C. LXXVII. Vnde forte orta Alberici opinio in eam hiſtoriæ ſpeciem coaluit, quam poſtea bona fide litteris conſignauit.*

* GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpretibus lib. III. c. II. *Is patria Cluſinus, at D. Benedicti Claſſenſis monachus factus, plurimum ſacris litteris delectatus eſt. Demum Conrado III. imperante, & Alexandro, qui poſtea Pontifex fuit, Bononiæ Theologiam docente circiter annum Domini MCLI. in D. Felicis, alii dicunt D. Proculi Cœnobio, vbi diu vixit, Decretum ſuum conſcripſiſſe dicitur.* In Pomœrio Eccleſiæ Ravennatis & apud Matthæum Weſtmonaſterienſem ad a. 1151. legitur fuiſſe de Claſſa ciuitate Thuſciæ, ſed prout MASTRICHT *n.* 295. adnotauit: *hic error forte inde eſt, quod alii dixerint fuiſſe Gratianum Monachum Claſſenſem prope Ravennam.* Hinc etiam PLETTENBERG *cap. XXII.* n. 2. *Patria non Claſſenſis, ut habet*

Trit-

Digitized by Google

*Trithemius de Vir. illuſtr. l.* 2. *c.* 13. *Sed Cluſius, natus in ciuitate Thuſcæ, quæ Cluſium ſeu culſa dicta eſt, non Cluſſa, Vt deprauate legitur in Pomerio Eccleſiæ Rauenatis, Baronius a.* 1151. POSSEVINVS *in Apparatu V. Gratianus.* Pergit PANCIROLLVS p. 405. dicens: *Nonnulli Gratianum ſpurium, & Petri Lombardi, qui Magiſter Sententiarum Vocatur Antiſteſque Pariſienſis fuit, & Petri Comeſtoris hiſtoriæ Scholaſticæ ſcriptoris falſo fratrem fuiſſe memorant. Et addunt eum matrem ſtupri pœnitere non poſſet, quod tam præclaros Viros genuiſſet, Sacerdotem, cui confitebatur, iuſſiſſe, Vt ſaltem præniteret, quod pœnitere non poſſet, quod tamen tanquam commentum Vel ab omnibus reiicitur, maxime dum in patria non conueniant, cum Gratianus fuerit Etruſcus ex Cluſio ciuitate, Magiſter Petrus Lombardus ex Nouaria, Petrus Comeſtor, Gallus ex Treciis.* Neque tamen ZIEGLERO hæc argumenta ſufficere videntur, dum §. XXXVII. dicit: *Sed & hoc argumentum illud tantum probat, non fuiſſe fratres iſtos tergeminos uno puerperio natos, propterea tamen non ſequitur fuiſſe eos ſpurios, aut adulterinos cum Vtique diuerſis temporibus & in pluribus locis adulterium a matre committi potuerit.*

** CAR. SIGONIVS *de Epiſc. Bonon. lib. II. p.* 156. *Milleſimo centeſimo quinquageſimo primo Gratianus monachus in monaſterio S. Felicis Decretum, id eſt, iuris pontificii Volumen inſigne, quod extat, compoſuit, id quod lapis olim in clauſtro poſitus indicauit, his Verbis:*

*Hanc aulæ partem lector reuerenter adito,*
*Namque loci monachus Decretum hic condidit huius*
*Diuinum Gratianus opus, quantumlibet arcto*
*Contentus ſepto.*

PLETTENBERG vero c. l. *Profeſſione Monachus Benedictinus, Vt teſtantur citati Baronius, Poſſeuinus, aliique probabilius in monaſterio S. Felicis Bononienſis, prout aſſerunt Monachi S. Felicis, & tradit* SIGONIVS *loc. c. de Epiſc. eſtque communior, quamuis Monachi S. Proculi ſuum eſſe affirment, eique ſtatuam marmoream in Clauſtro, quod hortum reſpicit, erexerint. Quibus accedit Maranta in praxi* 3. *p. n.* 34. *& Præpoſitus Alexander aſſerens in Proœmio Decreti compoſitionem illius factam eſſe in Monaſterio S. Proculi. Arnoldus Vion Vtriusque Monaſterii Monachos conciliare ſtudent, dicitque Gratianum prius monaſticam Vitam in Monaſterio S. Proculi profeſſum eſſe, deinde tranſiiſſe ad Monaſterium SS. Felicis & Naboris, ibique Decretum compilaſſe. Certe in hoc Monaſterio elaboratum eſſe opus conſtat ex Saxo peruetuſto; quod in Sacrario ipſius Eccleſiæ reconditur.* Confirmat hoc etiam Inſcriptio Codicis vetuſtiſſimi Romani cum hac Inſcriptione: *Decretum Gratiani Monachi ſancti Felicis Bononienſis, ordinis Sancti Benedicti, compilatum in dicto Monaſterio anno Domini MCLI. tempore Eugenii Papæ tertii* Epitaphium Gratiano Bononiæ erectum, quod habet GVIDO PANCIROLLVS p. 405. *Gratiani Cluſini Cæſarei Iuris & Pontificii enucleatoris prope diuini, qui Monachus in Martyrum Felicis, & Naboris æde abſolutiſſimum ibidem opus Decretorum anno Gratiæ MCLI. compilauit, ſepulchrum, quod illic curiæ ruderibus abſorptum, hic magnificentius renouatum, Io. Franciſcus Adrouandus Bonon. IIII. Dictator ære publico reſtaurauit anno Salutis MCCCCXCIX. Idibus Iunii Bentiuolo II. PP. Rempublicam feliciter gubernante.* Plenius de eodem egit IO. MABILLONIVS, qui ipſe teſtis αὐτόπτης. Gratiani, quod adhuc extat, Epitaphium in Itinere Italico p. 199. deſcribit: *Baſilica ſancti Petronii, cathedrali ſancti Petri Vicina, altare Verſus*

*ſus portam conuerſum habet. In ea deſcripſimus epitaphium Gratiani, qui olim monachus e noſtris, ac Decreti compilator fuit.*

*D. O. M.*
*Gratiani Cluſini, Caſarei Iur.*
*& Pont. enucleatoris prope diuini:*
*qui monachus in martyrum Felicis*
*ac Naboris ade, abſolutiſſimum*
*ibidem Opus Decretorum*
*anno gratia M. C. LI. compilauit*
*Monumentum quod illic carie*
*ruderibusque obſorduerat;*
*hic magnificentius renouatum,*
*Ioannes Franciſcus Aldrouandus Bononien.*
*IIII Dictator, are publico inſtaurauit*
*anno ſalutis M. CCCC. LXXXVIIII.*
*Idibus Iunii, Iohanne Bentiuolo II*
*PP. remp. feliciter gubernante*

*Traditum ſancti Felicis & ſancti Naboris monaſterium olim virorum, nunc ſanctimonialium eſt Ordinis noſtri, vbi lapis quondam ad Gratiani oſtium cubiculi poſitus, in ſacrarium poſtea tranſlatus, hos verſus inſcriptos continebat:*

*Hanc aula partem reuerenter, lector, adito*
*Namque loci monachus Decretum hic condidit huius*
*Diuinum Gratianus opus, quantumlibet arto*
*Contentus ſepto: quod iam reparando caducum,*
*Et vetus hoc clauſtrum tolli fuit inde neceſſe.*
*Id tamen abbate conſtructum eſt Bartholomao,*
*Mille trecentenis decies ſeptem atque quaternis*
*Annis a Chriſto pura de Virgine nato.*

*Hinc refelluntur qui aſſerunt cum Sigonio in libro II. de Pontificibus Bononienſibus, Gratianum in ſancti Proculi cœnobio monachum extitiſſe.* Licet ex Sigonii loco ante allegato pateat, ipſum æque ad hos verſus prouocaſſe.

*** Optime de tempore huius collectionis ait GERH. a MASTRICHT n. 304. *Quando ſcripſerit Gratianus, diſcordant Auctores, Trithemius lib. 2. de Vir. illuſtr. Ord. Benedicti anno* 1127. *ſcripſiſſe refert, alii plerique omnes, an.* 1151. *quam ſententiam confirmat epitaphium Gratiani, Bellarminus vtramque ſententiam conciliat, lib. de ſcript. Eccleſiaſticis, coniectura, qua aliis non diſplicet, quod anno* 1127. *inceperit, & anno* 1151. *perfecerit opus ſeu collectionem ſuam. Chriſt. Iuſtellus in fine præfat. quam Codici canonum Eccleſia vniuerſa pramiſit Gratianum decretorum volumen compoſuiſſe refert ſub Innocentio II. anno* 1131. *quod proxime accedit ad traditionem Trithemii. Alii editum narrant anno* 1150. *Calderinus in proœmio Decretal. Cardinal. Alexander in Præfat. Decreti quos ſequitur Valent. Forſter. in hiſtor. Iur. Ciuil. lib. III. cap.* 7. *Freherus in Chronol. iuri Graco-Romano pramiſſa, anno* 1154. *Gratianum ſcribit Decretum ſcripſiſſe, quod Decretum Magnum vocatur. Sed hoc abit ab omnium ſententia, qui ſub Eugenio III. Decretorum opus editum ſcribunt, iſto vero anno* 1154. *ſedebat Romæ Hadrianus IV. niſi forte Freherus de progreſſu vi-*

*iæ & additionibus ſit intelligendus. Ex forma Apoſtolorum, quæ habetur cap. poſt Appellationem 2. q. 6. videtur colligi poſſe anno 1161. ſcripſiſſe adhuc Gratianum, ſed eſt mendum, pro MCLXI. debet reponi facili mutatione MCXLI. vt quoque monent ibidem Correctores Romani in notis, & late Antonius noſter Auguſtinus lib. 2. Dial. 9. pr. id ſatis firmat annus indictionis quartus, qui anno 1161. eſt ſeptimus; Anno vero 1141. currebat indictio quarta; Quod fulcit coniecturam ſupra relatam diu occupatum fuiſſe Gratianum in collectione Decretorum.*

**** ANTONIVS AVGVSTINVS *de emendatione Gratiani lib. I. dial. I. p. 3. Antequam C. noſtro reſpondeas, ego dicam, quod ab illis ſelectis viris accepi; in nullo fere veteri libro Gratiani eam inſcriptionem exſtare: ſed hanc: Concordia diſcordantium Canonum. Sic etiam in melioribus editionibus Antonii Democharis, & Antonii Contii, vox illa Decretum, vtpote inepta, in multitudinis vocem mutata eſt. Quod in librorum inſcriptionibus aptius eſſe, vel Cicero teſtis eſt; quippe qui noluit de officio, aut de fine ſcribere, ſed de finibus & de officiis. Itaque Decretorum collectanea Democharès. Decretorum canonicorum Collectanea Contius inſcripſerunt. Decretorum vero collectionem eſſe hanc nemo negauerit, non unius decreti explanationem. Sic etiam dicimus Decretorum Doctorem, non Decreti, iuris Pontificii conſultum.* Id quod poſtmodum plenius declarat. Quare etiam HENRICVS GANDAVENSIS de Scriptor. Eccleſ. c. XLIV. *Gratianus Monachus Bononiæ habitans, Codicem, quem Decreta vocant, compilauit.* Rationem huius Tituli reddit ANTONIVS AVGVSTINVS *lib. I. de emend. Gratiani dial. I. p. p.* 5. dum ait: *ad Gratianum redeamus, in eius libris veteribus illa inſcriptio eſt, quam audiſti: Concordia diſcordantium canonum. Similem legi Romæ in veteri libro Creſconii. Concordia canonum, & ipſi canones. C. Quid eſt, quod his verbis ſignificare voluerunt? an putandum eſt, canones conciliorum ita eſſe inter ſe contrarios, vt egerint concordia? A. Quantum ego potui ex Creſconii libro elicere, concordiam vocat collectionem ſimilium ſententiarum, vt qui ſcripturæ ſacræ verba collegerunt, Concordantias Bibliæ appellarunt; quibus verbis, quod pace veſtra dicere liceat, nihil excogitari poteſt ineptius. C. Gratianus igitur ſic Concordiam dicit, quaſi collectionem ſimilium canonum. Cur vero addit vocem diſcordantium, quæ ſola refugit hanc interpretationem? A. Vere tu quidam ais. Nam ſi inſcripſiſſet, Concordiam Canonum, vt Creſconius fecit, aut Concordiam concordantium & diſcordantium canonum hanc reciperet interpretationem. Nunc vero ſignificare videtur concordiam inter diſcordes verſari.* Adſtipulatur MASTRICHT *n.* 306. ZIEGLER §. XXXVI. *nouum compilauit volumen, quod Concordiam diſcordantium Canonum inſcripſit, ideo ſc. quod diſſidentes inter ſe canones ipſe interpoſita ſua Epicriſi & reſponſione conciliauerit. Cui inſtituto anſam videtur præbuiſſe Iuo, de quo modo dixi, in præfatione ſua, dum certas aliquas præſcribit regulas, ſecundum quas conciliari poſſint canones diſcordantes. Eam igitur prouinciam ſibi relictam putauit, & pertinaci ſtudio aggreſſus eſt Gratianus.*

***** GVIDO PANCIROLLVS *lib. III. c. II. Liber Eugenio III. Pontifici oblatus adeo gratus extitit, vt eo comprobato, Gratianum Cluſinæ Eccleſiæ, vnde ortus erat præfecerit.* BALVZIVS in præfatione §. XXIX. *ſcripſit Gratianus iſtud opus æuo Eugenii III. Romani Pontificis, vt in peruetuſto libro Vaticano ſcriptum eſſe teſtantur Correctores Romani, & præterea adnotatum eſt ab auctore gloſſæ 2. q. 6. c. 31. §. Forma.* Nullam vero eius confirmationem extare teſtatur FR. FLORENS *de auctor. Coll. Gratiani §. III. p.* 305. ALBERICVS de ROSATE *in Dictionario.* MASTRICHT n. 301. qui addit;

addit: *Sunt, qui probatum & canonis ſeu legis auctoritatem accepiſſe volunt ab Eugenio tertio; ſed nunquam prolata ſanctio iſta fuit, neque pro lege hactenus habitum.*

****** PANCIROLLVS c. l. de Decreto: *Id ex multis, vt diximus antiquorum Patrum ſententiis, & Pontificum, Cæſarumque conſtitutionibus, ac Pandectarum iuribus locupletatum compoſuit, & ex ſuo etiam quædam adiecit, quæ duplici cruce, aut paragraphi charactere annotata pro Gratiani dictis agnoſcuntur, quod nunquam Græci, aut Latini Canonum authores antea fecerunt. Nusquam Burchardi, aut Iuonis, quos nunquam viderat, ordinem ſecutus eſt, ſed diuerſum ſibi ab illis ſcopum propoſuit, vt Canones, qui pugnare videbantur, in primis conciliaret.* De hoc latius MASTRICHT *n.* 310. *ſqq.*

******* Vox hæc Palea ſæpius in Rubricis Capitulorum Decreti reperitur, & quidem MÜLLERVS *Notis ad Struuium Ex. II. §. XXXVIII.* adnotauit, quoties hæc vox occurrat. De qua diuerſæ Doctorum ſunt ſententiæ. Harum diuerſas adnotavit GUIDO PANCIROLLVS *c. l. p.* 404. *Cum vero librum Eugenio III. Pontifici offerendum Romam detuliſſet. Cardinali cuidam viro alioqui erudito ſed ambitioſo, cuius opera ad Pontificem introduci volebat, legendum tradidiſſe fertur. Ille alienam laudem in ſe transferre cupiens, volumini quædam a Gratiano omiſſa inſeruit, ſeque operis auctorem eſſe iactitabat. Monachus, hominis fraude intellecta, additiones illas paleas eſſe reſpondit, quæ grano alibi condito inanes reddebantur; Paleam enim veteres Theologi literam fructu carentem, vel ſterile opus vocabant. Itaque capita illa poſtea ſemper pro paleis ſunt inſcripta. Alii paleas ab eodem Cardinali Pocapalea nuncupato, quo nomine etiam hodie oppidum in Subalpinis, & familia vocatur, dictas fuiſſe cenſent. Nonnulli a Palea Gratiani diſcipulo, qui diuerſas eius libri inſcriptiones quandoque etiam improbatas fecit, paleas nominatas fuiſſe, autumant. Nec deſunt, qui hæc fabuloſa exiſtimantes, Decreta quædam nouiſſime adiecta, velut ſuſpecta, & fide carentia, paleas appellatas fuiſſe credant, opus, quod Patrum, Pontificumque Decretis ſcateat, Decretum inſcriptum fuit. Hanc ſententiam amplecti videtur Iacobus Cuiacius ad cap. I. X. de deſpons. Imp. dicens: Palea nomine quidam ſignificari putant, quod caſſum eſt, & irritum, vt caſſa palearum dixit Solinus in India. Itaque Paleam dici per contemptum canonem nullius fidei vel auctoritatis, vt apud Ioannem Cremonenſem ad Abbatem Vrſpergenſem Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valde infenſus erat poſt Alexandriam conditam in Liguria de nomine Alexandri III. eam Paleam vocat, quaſi factam ex caſſis palearum, ex ſtramine. Equidem verius puto, hoc nomen præponi antiquioribus canonibus & decretis, & ſcribi debere cum diphthongo Palæa, quia & in Baſilicis ſæpe video* παλαιὸν *nominari ſimpliciter antiquum Interpretem, & ita hanc conſtitutionem cum ſit Hormiſda, qui ex antiquioribus Pontificibus eſt, recte Palæam appellari.* ANTONIVS CONTIVS ad c. diſt. 5. *Cur hoc, &, pleraque capita ſic inſcribuntur, ſæpe etiam inter doctos dubitari animaduerti. Qui rectius ſentire & ſapere exiſtimantur, quaſi* παλαιὸν *i. e. antiqua nuncupata volunt. Ego autem paleam inſcribi hoc caput exiſtimo, & cætera ſimilia, quia addititia ſunt, nec a Gratiano primitus huic libro inſerta, ſed ab interpretibus, prout cuique commodum videbatur, ad marginem Gratiani adſcripta, & plerumque in emendatioribus & antiquioribus exemplaribus prorſus omiſſa. Cui rei fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando vſus ſum, in quo pleraque eiuſdem Palæa deſunt.* GILBERVVS REGIVS NOSERENVS

Ἐναντιοφανῶν lib. I. c. XXIV. ait. *dubitari video, quid ſignificet hæc vox Palea, quæ plurimis in locis Decretorum eſt adpoſita. Non fuit a Gratiano adſcripta, ſed a Pontifice Eugenio III. ni me meum fallit iudicium. Nam cum Decreta compilaſſet Gratianus, obtulit ea Pontifici, qui librum recognoſceret, & auctoritate publica donaret. Relegens opus Pontifex notauit velut aſteriſco capita quæ minime placebant, nec ulla erant auctoritate valitura, & Paleas appellauit; vt quemadmodum palea ad grana frumenti viles ſunt, nulliusque momenti, ſic capita notata omni pondere carerent inter cetera.* Optime vero ANTONIVS AVGVSTINVS de emendat. Gratian. lib. I. dial. II. p. 23. *Cur nomen hoc, Palea, adſcriptum eſt huic, & aliis quibusdam capitibus? Sunt enim, qui putent incertis, & inutilibus id adiectum. Sed tu diſcipuli Gratiani nomen eſſe dixiſti: A. Ego duorum Iuriſconſultorum teſtimonium habeo. Ioan. Andreæ & Catelliani Cottæ. Sed & video in veteribus Gratiani libris illa capita deſiderari; & in Ioannis Teutonici ſcholiis raro ad verba eorum capitum aliquid adſcribi. Itaque exiſtimo illa capita poſtea adiecta fuiſſe. Huc accedit, quod Bernardus Papienſis nonnulla ex his in librum ſuum retulit, quod de Gratiani capitibus non facile inuenies. Sed quid B. ſelecti illi viri Romæ de Palea dicunt? B. Hoc ipſum audiui in veteribus libris non inueniri. Paleaque nomen eſſe hodie familiæ cuidam Cremonenſi proprium. Neque tamen carere auctoritate, aut eſſe reiicienda hæc capita, ſed aliqua nota eſſe a ceteris diſtinguenda, quaſi addita poſt Gratiani lucubrationes.* Vid. etiam ENGEL Collegio I. Can. *Proœmio §. VI.* In Præfatione, quæ PITHOEORVM editioni præmiſſa reperitur, poſtquam diuerſæ ſententiæ eſſent adductæ, additur: *atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura poſſit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obſeruatum fuerit. In tribus, quæ ſunt antiquiſſima, & videntur ſcripta paulo poſt Gratiani ætatem, pauciſſima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato ſunt appoſita in margine ſine vlla nota, ſed non omnia, quæ in impreſſis: quamuis viciſſim in illo additiones aliquæ ſint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis deſcripto Paleæ ipſæ recentiori ſcriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleræque, & partim quidem cum Paleæ nomine, partim vero ſine vllo a ceteris capitibus diſcrimine. Ex qua obſeruatione illud videtur poſſe colligi, has Paleas eſſe additiones non eodem tempore factas ad primam Collectionem Gratiani, in margine primum adſcriptas, ac nonnullas fortaſſe ab ipſomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde Librariorum quidam omiſerint, quidam in textu poſuerint, interdum coniuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo diſcrimine. Falſam vero eſſe illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo conſtat, quod multæ & in Decretalibus, & apud vetuſtiores Gratiano Collectores habentur.* Licet GERH. a MASTRICHT *n.* 315. demonſtret, neminem fere Paleis multum detuliſſe. Vid. ZIEGLER *Diſſ. prælimin. §. XLVI.* PLETTENBERG *c. XXII. §. V.*

§. XVIII.

*Decreti diviſio.*

Diſpeſcitur autem hoc Decretum pro Obiectorum numero, in tres partes Diſtinctiones, Cauſas, & Tractatum de Conſecratione. Prima pars tradit Principia, partes ac ſpecies huius iuris, perſonarumque Eccleſiaſticarum Iura, Diſtinctionibus centum & vna. Viginti primis agitur de Elementis Iuris Canonici. Septuaginta tribus ſequentibus de Cleri origine, forma, inſtitutione, vita

vita, moribus, officiis; octo vltimis de Iuriſdictione Pontificis. Altera pars exhibet res iudicatas, & quæ concernunt Iudicia Eccleſiaſtica per cauſas XXXVI. ſic dictas, quod primum cauſa, ſiue caſus certus proponatur, poſtmodum inde certæ quæſtiones decidendæ eliciantur. Inſeruntur hac parte, & quidem cauſæ XXXIII. Quæſtioni tertiæ, ſeptem diſtinctiones de pœnitentia. Tertia continet iuriſdictionem Miniſterii Eccleſiaſtici, iura, ritus, ordinationes ac conſecrationes, quæ diſtinctionibus quinque abſoluitur. * Hæc autem, memoriæ ergo, his verſibus ** comprehenduntur:

*Vna cum centum diſtinctio ſit tibi prima,*
*Sex ac triginta cauſæ ſunt parte ſecunda;*
*Tertia conſecrat ac finit diſtinctio quinta.*

Et licet a quibusdam dubitetur, an Tractatus de pœnitentia & tertia Decreti pars ſint Gratiani, ea ex ratione, quod in duabus hiſce partibus non ſatis orthodoxus videatur Gratianus, *** plerumque tamen Gratiano tribuitur, ſtylus etiam conuenit, ipſeque Gratianus ad eosdem prouocat. **** In prima Decreti parte adlegari ſolet numerus, quandoque etiam verbum initiale canonis vel capituli: promiſcue enim dicitur, vna cum numero Diſtinctionis. ***** In ſecunda parte numerus capituli cauſæ & quæſtionis adlegatur. ****** Idem etiam in Tractatu de Pœnitentia obſeruatur, addito ſolummodo *de pœnitent.* ******* In parte tertia numerus capituli & diſtinctionis occurrit, addito *de conſecrat.* † Capitulorum numeri & Summaria non ab ipſo Gratiano adiecta, ſed iſti primum ab ANTONIO CONTIO, hæc vero ſenſim addita fuiſſe videntur ab iis, qui primas procurarunt editiones. ††

* MASTRICHT *n.* 320. FRANC. FLORENS *Tractatu de auctoritate Collectionis Gratiani* §. *III.* eiusdem Collectionis diſpoſitionem exhibet.

** Alii Verſus memoriales, quibus ſingularum diſtinctionum, cauſarum & Quæſtionum contenta exprimuntur, præmittuntur in editione Pithœana.

*** ANT. AVGVSTINVS lib. I. dial. XVIII. p. 288. *Sunt, qui putent hos duos tractatus non eſſe Gratiani, quamuis Gratianus ipſe aliquot locis in cauſis eorum faciat mentionem; & in quibusdam libris non eſſe diſtinctos capitibus ſeparatis; numeris autem capitum certum eſt nullum Gratiani volumen fuiſſe diſtinctum ante Contianam editionem.* Idem paullo poſt: *Tractatus hic de pœnitentia non videtur eſſe Gratiani, ſed alicuius paulo antiquioris, & totus huc videtur translatus, deeſtque in exemplaribus antiquis.*

**** Hinc MASTRICHT n. 322. *non tamen auſi fuerunt Correctores illi Romani exemplaribus editis adſcribere, quod duo iſti tractatus non ſint Gratiani. Neque vllas etiam firmas rationes adferunt, quare Gratiano abiudicandi ſunt, cum nullus veterum hoc faciat. Maneant itaque tantiſper Gratiani, donec euidentiores rationes ſint allatæ. Cui ſententiæ non obſcure fauet Anton. Auguſtinus in ſupra relatis; quando*

*probat, contra quam Cenſores Romani notarant, non eſſe ſcriptoris antiquioris Gratiano, qui duos iſtos de pœnitentia & conſecratione ſcripſit tractatus. Mihi verius videtur, ſi ex modo connectendi, & ſtylo iudicium ferendum ſit, cum vtrumque tam in Decreto, quam in duobus illis tractatibus de pœnitentia & conſecratione ſit ſibi ſimillimum, etiam vtrumque eſſe Gratiani. Maxime cum ipſe Gratianus, fauente ſupra Antonio Auguſtino, in cauſis faciat eorum ipſe mentionem.*

***** Vtpote *c. Hadrianus Papa 22. diſt. 63.*

****** *C. expedit 13. c. 12. qu. 1.*

******* *C. falſas. 6. diſt. 5. de pœnitentia.*

† *C. Quadrageſima. 16. diſt. 5. de conſecrat.* Vid. ENGEL *Procemio n. 4.*

†† MASTRICHT n. 325. *Numeri autem & Summaria quæ ſingulis capitulis præmittuntur, non ſunt ab ipſo Gratiano; quinimo longe poſt Gratianum, demum ab Antonio Contio teſt. Ant. Auguſt. ſupra adducto, numeri ſunt adiecti, ab eius editione etiam per numeros cœperunt allegari capitula. Quando aut a quibus ſummaria addita ſunt, non ſatis compertum habeo, in meo exemplari Manuſcripto in membranis nitidiſſimis & ſubtiliſſimis, decretalium cum Gloſſis, non inuenio illa capitularium ſummaria; in antiquiſſimis tamen editionibus Corporis Gloſſati, velut ea quæ Pariſiis prodit Anno 1505. inueniuntur, & quidem vt in omnibus rubro nigris editionibus, colore rubro diſtincta ab ipſo textu. Ab ipſis Gloſſatoribus non eſſe, probat, quod in Manuſcriptis exemplaribus, ſaltem in meo, non inueniantur, in quo tamen Gloſſa habentur. Probabile eſt addita eſſe, ab iis qui additiones Gloſſarum ſcripſerunt, aut qui editiones primas procurarunt, vti etiam factum in Corpore Iuris Ciuilis; a quibus forte etiam addita in minoribus Editionibus inſcriptiones Diſtinctionum & Quæſtionum, quæ in principio cuiusque paginæ comparent, vt indicent materiam, de qua diſtinctio aut quæſtio agit, ad exemplum rubricarum, quæ in frontiſpicio paginarum Corporis Iuris Ciuilis ſolent præmitti, quod in Corpore Iuris Canonici Gloſſato non eſt obſeruatum, ſed in eo præmitti ſolent principio Decreti.* De primis vero Decreti Editionibus egit STEPH. BALVZIVS *§. XXVI. XXVII.* PLETTENBERG *cap. XXII. §. III.*

## §. XIX.

*Receptio Decreti.*

Hoc Opus, priuata licet auctoritate fuerit conſcriptum, vbique tamen ſtatim fuit receptum. * Ita, vt ipſi Pontifices ad Gratianum ſæpe prouocauerint. ** Nusquam autem adparet, ab Eugenio III. Papa illud fuiſſe publica lege adprobatum. *** Tacite tamen ad euehendam magis Pontificis auctoritatem & ſupprimendam Cæſaris Maieſtatem fuit promotum. Hinc ſub Friderico Barbaroſſa iamdum orti fuerunt Decretiſtæ, qui dum Papæ iura defendere conarentur, Guelphicæ factionis, contra Gibellinos potiſſimum nitebantur. **** Licet non deſint etiam inter Pontificios, qui dicant, Ius Pontificium eo modo fuiſſe receptum, vt fides ſit penes auctorem. *****

* Miratur BERNHARDVS ab ESPEN *in Tr. Hiſt. Canon. p. VI. c. III. §. 2. n. 1.* quomodo opus priuati Monachi, qualis fuit Gratianus, tanta confuſione compactum, tot erratorum congerie refertum, ad eam auctoritatem peruenire potuerit, tantaque docto-

doctorum virorum, tam Theologorum, quam Iuris peritorum conſenſu & applauſu ſuſcipi & laudari meruerit: Pactum autem illud dicit ob tractandi methodum, atque Bononienſis Academiæ famam. Ideoque ante Gregorii XIII. correctionem, Decretum illud nullam plane iuris auctoritatem habuiſſe putat. Cui tamen prolixe reſpondet BÖHMERVS *in Iure Eccleſiaſt. Proteſt. lib. I. Tit. II. §. XIX. ſqq.* vbi demonſtrat, eſſe omnino Decreto Gratiani ſuam auctoritatem, maxime dum iuſſu Gregorii XIII. repurgatum fuerit atque publicatum. Id quod antea iamdum fecerat in Diſſertatione de Praxi Iuris Canonici in terris Proteſtantium. GVIDO PANCIROLLVS lib. II. c. III. de Gratiano: *It tantæ poſtea auctoritatis fuit, vt vulgo Magiſter vocatus, maximum in decidendis cauſis pondus habuerit, etſi velut priuati hominis eius dicta vim legis non obtinent. Itaque qui eius opus ita edidiciſſet, vt aliis prælegere poſſe videretur, baculo velut pro arra doctrinæ more Longobardorum accepto Doctoris titulo honeſtatur, & a bacillo vulgo Bacillarius vocabatur, qui mos tum primum Bononiæ inſtitutus, a Pariſienſibus, vbi tum Decreta, & Summula docebantur, fluxiſſe fertur, in quorum vetuſtis conſtitutionibus Bacillarii nominantur.* De auctoritate prolixe diſputat CASPAR ZIEGLER *Diſſ. prælimin. §. XL. ſqq.* & BÖHMERVS *lib. I. Tit. II. §. XIX.*

** Teſtatur de eo Dnus BÖHMERVS *de Praxi Iuris Canonici in Terris Proteſtantium cap. I. §. XIII.* dicens: *Exemplum eſt in c. II. X. de translat. deſumto ex c. 45. C. 7. q. 1. vbi concilium Cpolitanum ſub Photio celebratum allegatur, quod non agnoſcit eccleſia Romana, & tamen tanquam legitimum ab Innocentio III. adducitur, non alia quam Gratiani auctoritate. In ſimilem errorem Gratianus Innocentium III. induxit in c. 13. X. de iudic. vbi allegat legem Theodoſii, quam etiam Gratianus Theodoſio adſcribit in c. 35. c. II. qu. 1. quæ tamen Conſtantino debetur, vnde apparet ex l. 1. C. Theod. de epiſc. indic. vnde conſtat, ipſos Pontifices ad Decretum prouocaſſe.*

*** MASTRICHT n. 309. *Alii iterum ſimpliciter adſerunt ab Eugenio eſſe approbatum. Inter quos eſt Anonymus Auctor vitæ Gratiani & Trithemius, de ſcript. Eccleſ. a quibus hoc in alios manauit, & accepit Geſnerus & Simlerus in Bibliotheca & alii: ſed vt ſupra monui ipſa approbatio nusquam comparet, aut a nemine producta vnquam eſt, aut viſa, quare alii ad conſuetudinem confugiunt & per eam conciliant Gratiano auctoritatem.* Id quod MASTRICHT variis aliorum confirmat auctoritatibus.

**** Vide capite ſuperioris *§. XXXIX.* GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis cap. XLVIII. num. 7. 8.*

***** Verba ſunt MARTINI DELRIO *in Diſquiſitionibus Magicis lib. V. ſect. XVI. Communis & indubitata eſt ſententia etſi Gratiani Decretum a ſede Apoſtolica ſit receptum, ita tamen receptum eſſe, vt fides dictorum ſit penes autorem, & tanta ſit eorum Canonum, quos in medium producit autoritas, quanta eſt fontium, vnde illa manarunt. Nec enim quisquam eorum, qui Ius Eccleſiaſticum vel a limine ſalutauit, ignorare poteſt, multa in Decreto haberi, quæ poſtea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extrauagantibus abrogata fuerunt, nonnullaque a Gratiano per errorem inſerta eſſe, quæ cum veritate pugnare deprehenduntur.* HVNOLDVS PLETTENBERG *Introd. ad Ius Canonicum c. XXII. §. III.* ſic de eodem iudicat: *Auctoritatem legis hic liber a Gratiano nullam habet, quia ipſe priuatus condere leges non potuit, præterquam quod lapſus ſit in multis. Salas de leg. diſp. 12. n. 5. Errores Gratiani non paucos notat, & oſtendit. Bellarminus de Script. Eccleſ. dum aliqua ex ſuſpectis auctoribus congeſſit; Sæpe tribuat S. Chryſoſtomo, Hieronymo, Auguſtino, quæ ex aliorum etiam hæreticorum ſcriptis*

*deſum-*

Digitized by Google

*deſumpta ſunt; Gratianus enim, inquit Baronius ad annum* 664. *n.*4. *& a.*774. *n.*4. *fuit nimis credulus. Sententias quoque SS. PP. ac Summorum Pontificum non prout ſunt in fonte, ſed ſuis verbis & gloſſis permixtas frequenter profert. Neque liber ille auctoritatem habet Canonicam ab aliquo Pontifice, non enim approbatus eſt, vt nonnulli volunt ab Eugenio III. Epo de iure ſacro n.* 135. *Pius IV. V. ac ſubinde Gregorius XIII. opus illud ab innumeris mendis & teſtimoniorum deprauationibus repurgari mandarunt, non approbarunt. Præf ad Lect. Quare contenta huius libri aliam non habent auctoritatem, quam habeant fontes vnde dimanarunt, nimirum Canonicam, quæ ex Decretis Pontificum vel Conciliorum Oecumenicorum, vel etiam particularium a Pontifice approbatorum; Ciuilem, quæ ex Conſtitutionibus Imperatorum deſumpta ſunt. Io. Andr. in c.* 2. *n.* 24. *de Reſcrip. Ex ſententiis SS. PP. licet iuris auctoritatem acquirere non poſſint, quia eam ipſamet non habent, ex vſu tamen in foro externo ad cauſarum deciſionem adminiſtrandum præbent.*

## §. XX.

*De auctoritate Decreti.*

Licet autem magnæ hoc opus factum fuerit auctoritatis; multa tamen errorum monſtra alii in eodem deprehenderunt. * Præcipue vero quod multa contineret falſa & ſpuria, ** multa nefaria, *** multa adhuc incerta, ita, vt inſigni emendatione dignum iudicaretur. **** Negandum inter hæc non eſt, reperiri in eodem nonnulla, quæ Papæ adfectatam Monarchiam haud obſcure conuellerent. *****

* Plures ſunt, qui errores Iuris Canonici notarunt. ANTONIVS CONTIVS illud præſtitit, in præfatione ſua in Decretum, quam teſte FRANCISCO FLORENTE de author. Collect. Gratiani §. III. p. 307. *ideo mutilauit Antwerpienſis librorum Cenſor; qui ex ea breue tantum nobis fragmentum reliquit; qua de re merito conqueritur lib.* I. *Lect. ſubſeciv. cap.* 10. *in fin. Veſtigia tamen fraudis ſuperſunt in fine Præfationis ſecundæ Contii, in qua aperte profitetur apocrypha & commentitia plurima Gratianum ſuæ Collectioni admiſcuiſſe: quod & repetit in notis ad can. Septuaginta Diſt. XVI. & ad inſcriptionem canonis* 2. *Diſt. XXI. Item Anacletus.* Idem *Var. Lect. cap. X.* errorum monſtra quædam recenſet. GVIDO PANCIROLLVS *c. l. cæterum Gratianus non ſemel errauiſſe deprehenditur tredecim enim manifeſtos eius errores Bartholomæus Capola recenſet, & multos alios Felinus. eius operis Cenſores nominat.* MASTRICHT n. 318. *In Gratianum debacchatur Ioannes Molynæus, quem ſupra Decretum Iuonis edidiſſe diximus; contra eum amariſſime inſurgit Boethius Epo, de iur. ſacr. qui Gratianum defendit, & Molynæum præuaricatorem vocat in ſua profeſſione. Vt Iuonis decretum, quod ediderat, extolleret, dicit, Gratiani depreſſiſſe.* 10. AVENTINVS Ann. Boiorum lib. VI. c. III. n. 31. *Sub idem tempus Gratianus ille ius Pontificale dilaniauit atque confudit. Etenim, vti eſt in noſtris Bibliothecis ſyncerum, duas continet partes: prima acta ſunt vniuerſorum conciliorum, quæ quidem recepta eſſe conſtat: altera, Conſtitutiones, epiſtolas, reſcripta Maximorum Pontificum complectitur, vt quæque geſta fuere, cauſa, adſeſſores, teſtes adductis locorum, temporumque momentis, commemorantur.* Tales etiam notauit PAVLVS LAYMANNVS *in Summa Iuris Canonici.* MARTINVS DELRIO *in Diſquiſitionibus Magicis* lib. V. ſect. XVIII. DIDACVS COVARRVVIVS *lib. IV. Reſol. c. XII. §.* 13. 14.

MARCVS

Digitized by Google

MARCVS ANT. de DOMINIS *de Rep. Eccl. lib. VI. c. V. n.* 80. ZIEGLER *Diſc. Prælim.* §. *XXXVIII. XXXIX.* THOMASIVS *Cautelis circa Præcognita Iuris Eccleſ. cap. XX.* §. *III. ſqq.* PHIL. MORNÆVS *in Myſterio iniquitatis* ſic de Gratiano loquitur : *Per idem etiam tempus, Gratianus Decretum conſarcinat, non fœlicius quam Pandectas Iuſtinianus ; ex Canonibus & Decretis antiquis, quæ quidem ipſe pluribus locis ad temporis corruptelam accommodat, Romanæ ambitioni præſertim ſeruire cogit : quamquam multa nobis veſtigia relinquit, quorum ope, antiquam Eccleſiæ & doctrinam & praxim inueſtigare ſedulo quærentibus datur.* Et paullo poſt : *Quod vtinam ab hoc labore abſtinuiſſet ; & hoc interim Eugenius approbat, & in omnibus vniuerſitatibus legi iubet, haud dubie quia ſub vnius Pontificis iugum vniuerſam Eccleſiam redigebat.* FLACIVS *in Catalogo Teſtium Veritatis p.* 704. Gratianum inter quatuor Satanæ Apoſtolos collocat.

** Vel ſatis hoc ex eo patet, quod ex Iſidori, aliisque ſpuriorum Collectionibus ſit excerptum, de hoc etiam CASPAR ZIEGLER Diſſert. prælim. §. XXXVIII. *Maiorem tamen ſine dubio gratiam retuliſſet, ſi apocryphis & ſuppoſititiis ſcriptis abſtinuiſſet, nec in gratiam Pontificis verba & ſententias autorum corrupiſſet. Nec enim tanta ipſi poteſtas conceſſa fuit, quantam ab Imperatore Iuſtiniano in concinnandis iuris ciuilis Pandectis accepit Tribonianus. Nec ſi accepiſſet, vti ea ſine crimine potuiſſet, cum nec conceſſa quidem ſine crimine fuiſſet. Leges figi & refigi, corrigi, emendari & ſuppleri poſſunt, nec quidquam intereſt Reip. noſſe, quid olim obtinuerit, niſi quatenus ex antiquis legibus caſus decidendus fuerit. Sed intereſt Eccleſiæ, perpetuam cum veteri Eccleſia retinere conformitatem. Et hinc noſſe, quæ olim publice propoſita fuerit doctrina, quæ ſeruata morum diſciplina.* Ipſe etiam Gloſſator Gratianum ſæpe perſtringit his verbis : *Superficialis eſt argumentatio Magiſtri. Mentiris Gratiane &c.* vid. Gl. c. 2. diſt. 68. Alias etiam Gratianum notat Gloſſator, dum in c. 7. C. 2. qu. 3. lit. c. ita habeat : *Hic fateor plane te mentitum Gratiane* & Gl. in pr. D. 18. lit. c. *illud non eſt verum.*

*** Sic *c. 4. diſt.* 34. Concubinatus permittitur, verbis : *Is, qui non habet vxorem & pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur.* Communio Platonica introducitur *c. dilectiſſimis* 2. *c.* 12. *q.* 1.

**** ANTONIVS equidem AVGVSTINVS *de emendatione Gratiani libros duos* conſcripſit, quos GERHARDVS VON MASTRICHT edidit iterum & recenſuit, STEPHANI BALVZII ſuasque notas in eundem & Gratianum, item in fine Orationem Andreæ Schotti de vita & ſcriptis Auctoris adiecit, *Arnhemiæ* 1678. 8. In Præfatione huius libri dicitur : *eſt namque Gratiani contextus ager quidam incultus, tot herbis aſperis, & agreſtibus veſtitus ; vt licet viri ſelecti tamquam diligentes agricolæ multam culturam adhibuerint, & aratro illum ſæpe perſtrinxerint : aliquot tamen, ſi non herbæ, fortaſſe radicum fibræ, quæ radicitus euelli non potuerant, adhuc reſtare videantur.* In Dialogo vero primo de Gratiani erroribus ſic loquitur : *Sed quid aliud eſt in Gratiani libro mutandum præter titulum libri ; ſiue inſcriptionem ? A. Ita multa ſunt, vt non facile omnia vno die explicari poſſint. Sed genera tibi errorum quorundam proponam, vt poſtea de quibus magis placebit, agamus. Sæpe erratum eſſe video in nominibus hominum, vrbium, prouinciarum, conciliorum, & aliarum rerum, quæ poſtea exemplis apertiora fient. Sæpe falſæ ſunt inſcriptiones, quæ conciliorum ſunt, Pontificum Maximorum eſſe dicuntur ; & quæ ſunt vnius Epiſcopi inferioris, Romano Pontifici, aut Concilio generali vel prouinciali tribuuntur. Ex hoc genere ſunt illa, quæ ex concilio Martini Papæ, aut Hadriani Papæ ſumpta eſſe feruntur, quæ vel Martino Bracarenſi, & Græcis Conciliis;*



Digitized by Google

*vel Engelramo Epiſcopo, vel Hadriano ad Engelramum inſcribi debuerant. Multa Gregorii, Auguſtini, vel Hieronymi verba eſſe dicuntur, qua aut nusquam exſtant, aut aliena ſunt. Illa quoque ipſa, qua inſcriptiones habent veras, non recte referuntur. Sape enim contrarias ſententias referri ſcimus, ſape valde pracíſas. Iam vero, qua ex Gracis fontibus manant, ex variis interpretationibus afferuntur, quaſi ſint aliorum ſcriptorum: ac ſape aliud Grace, quam Latine ſignificant. C. Tu vero me in ſiluam quandam errorum inducis, cuius nullum exitum video; ſed malo, vt de primis quibusque a te dictis agas, vt pracíſis his ramis interiora illuſtriora fiant. A. Quid autem B. noſtro placet? B. Ego vero hac ipſa, qua proponis exſpecto; ſed non is ſum, qui opera pretium eſſe exiſtimem, tam multa de ſolo Gratiano dici. Hic enim, vt noſti, & vt facile omnes concedunt, compilator inſignis, nihil fere habet valde vtile, quod proprium dicere poſſis: ſed cornicula illi ſimilis, vt eſt in fabulis, riſum ſcientibus mouet. Si verba conſideres, nihil illo tritius; ſi artem requiras, & ordinem docendi, fruſtra laborabis. Ita multa refert alieno loco ponenda, ita pro certis incerta conſtituit; vt malis illa eadem in ipſis libris non ſolum conciliorum, ſed etiam Burchardi, & Iuonis, & aliorum collectorum requirere.* Pergit AVGVSTINVS, atque dialogo ſecundo, tertio, quarto, quinto *Gratiani errata in nominibus propriis exponit.* Pergit deinde atque reliquis Dialogis varios errores alios examinat. Dialogo XVII. dicit: *oſtendam, illum hominem ſtupidum fuiſſe, multisque in rebus nihil vidiſſe.* Libro poſteriore Gratianum emendare conatur ex Conciliis non editis. Adiecit STEPHANVS BALVZIVS Notas, quibus varia Auguſtini illuſtrat, atque eruditam præfationem præmiſit, qua de Canonum Collectoribus agit & §. XXIX. Gratianum excuſat, dicens: *permulta deſcripſit ex Iuone & Burchardo, vti iam obſeruatum eſt a viris doctiſſimis, etiam errata eorum retinens in collectione ſua. Origo autem omnium ferme iſtorum erratorum fuit audacia Burchardi, qui locorum in collectione ſua relatorum & verba ſæpe mutauit & ad non ſuos auctores propria temeritate transtulit.* Defendere etiam eundem conatur IOANNES CHIFLETIVS in *Diſſertatione Apologetica, Capite quinto.* §. 2. Licet defenſio Gratiani, quam profert, admodum ſit ieiuna. Aliter de hac Antonii Auguſtini emendatione Gratiani ſentit STEPH. BALVZIVS in Præfatione §. XXX. *Eodem tempore* (Gregorii XIII.) *vir celeberrimus & eruditiſſimus Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, vt oſtenderet quantum adiumentum adferre ipſe poſſet huic operi, dialogos ſcripſit de emendatione Gratiani refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro. Cum vero iam ferme peruentum eſſet ad finem operis, allata ad illum Tarraconem eſt editio Gratiani emendata per Correctores Romanos. Hinc vocatus ad nouas curas, Additiones compoſuit, quæ in fine ſingulorum dialogorum extant, Correctores illos interdum admonens peccaſſe. Opus illud editum non eſt quamdiu auctor ſuperſtes fuit, ſed anno tantum ſequente poſt mortem eius. Quis porro eam editionem procurauerit, quis auctor præfationis ſit, facile non eſt pronuntiare. Huc tamen valde inclinat animus, vt donec maior lux effulgeat, exiſtimem virum doctiſſimum Andream Schottum, qui tum Tarracone erat, quique mortuum publica oratione laudauit, quam addemus in calce iſtius voluminis, operam in hoc ſuam impendiſſe. Nolim tamen, vt ideo Additiones putentur eſſe Andreæ Schotti. Sunt enim Antonii Auguſtini, vt diximus.* Defendere nihilominus Gratianum conatur THOMASIVS *Præcognitis circa Cautelas Iuris Eccleſiaſtici Cap. XX. §. IV. ſqq.* idque ob barbariem ſeculi atque temporum, quæ tot ſubſidiis hiſtoricis atque elegantiorum literarum, quibus hodie vtimur, fuerint deſtituta, & quod Gratianus ipſe ab anterioribus compilatoribus, ex quibus ſua hauſerit, fuerit deceptus.



Digitized by Google

***** C. 12. diſt. 40. *Quicunque deſiderauit primatum in terra, inueniet confuſionem in cælo; nec inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit;* c. 22. & 23. diſt. 63. inſeritur, qua ratione Carolo M. & Ottoni M. ius in Vrbem & Papam Romanum fuerit conceſſum. Plenius hoc demonſtrauit INNOCENTIVS GENTILLETVS *in Apologia pro Eccleſiis Reformatis.* Exinde B. SPENERVS P. I. der Bedencken c. I. ſ. XIV. p. 84. memorabilem Locum Auguſtini in c. 36. diſt. 4. de conſecratione, ſingulari Dei prouidentia inſertum eſſe ait, addens: *Ich nenne es billig eine ſonderbahre Regierung Gottes, indem ſolche theſis nicht wenig Schaden dem Pabſthum, und ſonderlich der ubermaſſigen prærogativ des Cleri, an den allein anderer Leute Seligkeit faſt eintzig hangen ſolle, thun, ia gleichſam eine Grund-Seule ihres Gebaudes über hauffen werffen kan.*

## §. XXI.

*Gloſſatores Iuris Canonici.*

Poſtquam editum eſſet Opus Gratiani, ſtatim orti fuerunt, qui Decretum illud notis illuſtrarent. Inter hos fuerunt LAVRENTIVS CREMENSIS, VINCENTIVS CASTELLIONÆVS & HVGO VERCELLENSIS, * Hos ſecuti TANCREDVS a CORNETO, Hetruſcus ** & SINIBALDVS FLISCVS, alias INNOCENTIVS IV. Papa. *** IO. SEMECA Halberſtadienſis Præpoſitus, dictus Teutonicus, qui anteriorum gloſſas reformauit, & paucis adiectis ſuas fecit. **** Hanc Gloſſam poſtea varii adauxerunt, interque eosdem potiſſimum BARTHOLOMÆVS BRIXIENSIS. ***** Poſtquam autem Gregorius XIII. Decretum emendare iuſſiſſet, Romani iſti Emendatores notas quasdam ſingulis capitulis ſubiecerunt, & Reiectiones, quibus docent, apud quos Canonum Collectores antiquiores, idem Canon inueniatur; quæ Reiectiones in editione Romana, Corpore Gloſſato, & Pithœorum fratrum in margine leguntur, in aliis editionibus in finem paginæ ſuntreiectæ. ****** Aſt dum abſurda multa in Gloſſis ſuis proponerent, Canonici iſti Doctores, in prouerbium abiit: *Magnus Canoniſta, magnus Aſiniſta.* *******

* GVIDO PANCIROLLVS lib. III. c. III. *In Gratiani opus gloſſas ediderunt Laurentius patria Cremenſis, Vincentius Caſtellionæus Mediolanenſis ſummus Canoniſta, & Bernardi Bottoni præceptor. Oldradus vero eum Hiſpanum fuiſſe affirmat. Item Hugutio, vel vt alii Hugo Vercellis, quæ eius patria fuit, profeſſus eſſe creditur. Is poſtea Ferrariæ Epiſcopus fuit, Ioannes Teutonicus, Tancredus, Bertrandus, & poſtremo Bartholomæus Brixienſis.* MASTRICHT *n.* 334.

** De hoc GVIDO PANCIROLLVS lib. III. c. IV. *poſt hos Tancredus genere Hetruſcus, Bononiæque Archidiaconus, & ipſe Decreti gloſſator fuit circiter an. Sal. MCCXX. Is a plerisque eſſe creditur, qui Corneti (id olim Caſtrum Nouum in Grauiscorum erat) ortus eſſe creditur, Laurentii Cremenſis diſcipulus & Azonis, aut certe eius ſuppar, Bononiæ docuit, Pariſiis etiam profeſſus fuiſſe videtur, cum in formulis iudiciorum eam ciuitatem, & ipſius monetam repræſentent. Id fuit an. MCCXVII. Poſtmodum Bononiam, vbi deceſſit; reuerſus eſt, Vincentio Beluacenſi Gallo ſuppar fuit, ſeſe*

*nim inuicem citant.* Et paucis interiectis : *Nec dubitandum, hunc eſſe Tancredum Gloſſatorem, quia Magiſter appellatur, quo titulo tum Profeſſores honorabantur.*

*** De hoc PANCIROLLVS lib. III. c. V. *cum vero in Lugdunenſi Synodo diutius moram traheret, luculenta commentaria in Decretales Pontificum edidit, quæ tamen vim Canonis habere noluit, vt ſe ab eo ſæpius audiuiſſe Hoſtienſis teſtatur. Adeo accurate ſcripſit, vt inſigni titulo veritatis pater & organum vocetur: In eo tamen notatur, quod plerumque nimis ſubtiliter, atque adeo confuſe diſſerit, & dum breuitati ſtudet, obſcure loquitur. Ceterum tanta auctoritatis habitus, vt vulgo dici conſueuerit, litigantes, qui pro ſe Innocentium habuerint, victores futuros, & id tutius, ſi & gloſſam ſibi fauentem inuenerint. Quin & in ſummi Pontificis conſiliis eius opiniones tanquam Euangelium, (ſi id fari licet) teneri prædicant, vnde Innocentii fides in prouerbium abiit. Aliud quoque commentarium in Synodo receptum compoſuit, quod Authenticum Hoſtienſis vocat.*

**** GVIDO PANCIROLLVS lib. II. c. VI. *Horum* (de quibus diximus) *ante in Decretum editas gloſſas Ioannis Semeca Teutonicus reformauit, & quod in Iure ciuili Accurſius egerat, non paucis additis, ſuas fecit. Is Azonis diſcipulus, cum diu vtrique Iuri ſtuduiſſet, eorum, quos Prædicatores vocant, religionem ingreſſus eſt. Poſtea circiter annum Domini MCC. quo tempore Albertus Magnus floruit, Præpoſitus S. Stephani Halberſtadenſis fuit. Eſt autem Halberſtadium Saxoniæ opulentiſſima ciuitas, & circumdantis planiciei ſitu amœniſſima, vbi ædem ſacram Carolus Magnus D. Stephano Protomartyri erexit, mox Henricus Cæſar gente Bauarus Regiis cenſibus locupletauit. Ibi otium nactus Ioannes Decretum interpretari cœpit, qui etſi, quandoque ineptis, vt illa ætas ferebat, vocibus, vtitur, non modicam tamen Gratiani operi lucem affert, pluraque noui & veteris teſtamenti loca erudite explicat. Cum vero Clemens IV. decimas per Germaniam, & Gallias ad redimenda ſanctæ Palæſtinæ loca exigeret, Ioannes appellationem ad Concilium interpoſuit, quod ægre ferens Pontifex illum diris damnauit, ac Præpoſitura ob temeritatem priuauit, quem tamen magni in Germania viri defendebant. Sed hanc controuerſiam vtriusque tam Clementis, quam Ioannis non multo poſt mors interueniens diremit.* MONACHVS HAMERSLEBIENSIS de Baſilica Goslarienſi apud LEIBNITIVM *Tomo I. Script. Brunſu. p.* 507. eum vocat *Teutonicum, & Doctorem Decretorum.* AVCTOR Paralipomenon ad Conradum Vrſp. *a.* 1256. quem ſequitur KRANTZIVS *Saxoniæ lib. VIII. cap. XXVII.* ſic de eo : *quo tempore floruit Iohannes Semeca Theutonicus inſignis iuris doctor: qui Herculea audacia primus aggreſſus eſt gloſſare Decretum quod ante eum nemo, & poſt eum excellentius nullus facere potuit: præpoſitus ſancti Stephani Halberſtadenſis: qui Clementi IIII. Summo pontifici, tum per Germaniam, ſicut Galliam, decimas a clero in redemptionem terræ ſanctæ exigenti, appellationem oppoſuit: quem pro ſua vt dicebat, papa, temeritate excommunicauit, priuauitque præpoſitura. Sed erant magni in Germania viri, qui Iohannem deſerendum non putabant: Quæ autem impendere videbantur mala, mors ipſa diremit: quæ tam pontificem, quam Iohannem breui ſuſtulit de medio.* Vitam eius breuiter deſcripſit MELCHIOR ADAMI *vitis ICtorum p. I.* addens: *ſepulcro ipſius hi inconditi verſus, vt erant tempora, inſcripti fuerunt:*

*Eſt, erit, atque fuit, qui deſiit eſſe Ioannes,*
*dogma viget, viguit: florebit in omnibus annis,*
*Lux Decretorum, dux doctorum, via viarum.*
*Hic iacet, & placet, vt vacet a pœnis miſerorum.*

Vid. etiam MASTRICHTIV. 334. HAYNECCIVS *Antiqu. Goslar. lib. II. p.* 253

De

***** De hoc GVIDO PANCIROLLVS lib. III. c. VII. *Bartholomæus Brixienſis Vincentii Caſtellionei diſcipulus circiter annum ſalutis MCCLVI. Alexandro IV. ſedente, quædam Ioannis Teutonici Gloſſis adiecit, quibus non modo illius errata notauit, ſed vel omiſſa suppleuit, vel quæ poſtea immutata ſunt, appoſuit, vt ipſe in Decreti initio teſtatur.* Reliqui ſunt Bernardus Bottonus, Gofredus, Egidius Bononienſis, aliique, de quibus GVIDO PANCIROLLVS lib. III. c. VII. ſqq.

****** vid. MASTRICHT *n.* 324. Notis Correctorum Romanorum in Pithœana præmiſſum eſt CORR. ROM.

******* FRANC. HOTTOMANNVS Anti Triboniano c. XIII. *dico poſtremo verum eſſe, quod omni tempore vel pueris ludibrio fuerint Aſinitates Canoniſtarum, vnde prouerbium eſt: magnus Canoniſta, magnus Aſiniſta. Hodieque quis eſt Canoniſtarum niſi plane truncus & bellua (quemadmodum ſemper ſub forma humana aſini reperti ſunt qui carduis delectarentur) quem ſtudii ſeu profeſſionis ſuæ non pudeat. Nihilominus vtrumque ius intra trecentos annos tam inſeparabiliter commixtum eſt, vt non modo in ſcholis, quod modo dixi, ſed in iudiciis etiam & auditoriis publicis non hoc pluris, quam illud æſtimatum ſit.*

## §. XXII.

Hi autem fuerunt, qui vel ex Canonibus, vel Epiſtolis Pontificum ſuas fecerunt Collectiones. Poſtea vero Decretales Epiſtolæ a Canonibus cœperunt ſeparari & ſigillatim colligi. Erant autem Decretales Epiſtolæ, quibus Papæ, qui præ aliis Epiſcopis ſibi ſumſerant autoritatem, reſpondent iis, qui aliqua de re eos conſulebant. * Hæ autem in Synodo Romana a. 494. ** ſuam nactæ auctoritatem, vsque dum a ſeculi VIII. temporibus relictis fere Conciliorum Canonibus, *** introducerentur, idque ideo, vt hoc ipſo autoritatem ſuam magis confirmarent Pontifices. Prima igitur Compilatio Epiſtolarum Decretalium a Canonibus ſeparata Præpoſiti eſt Papienſis BERNHARDI CIRCÆ, qui priuata opera, Pontificum, Lucii III. vsque ad Cœleſtinum Decretales collegit, & ſub certis titulis digeſſit **** eo fine, ut ſupplementum eſſet Gratiani. Edidit eundem Antonius Auguſtinus in antiquarum Decretalium Collectione, vbi primo loco habetur. ***** Seculo XIII. noua prodiit Collectio, cuius tres nominantur Auctores, GILBERTVS, ALANVS & IO. GALENSIS. ****** Tertiam Collectionem adornauit BERNHARDVS COMPOSTELLANVS ex Regulis Innocentii III. Papæ, quæ dicta fuit Romana. *******

*Collectores Decretalium.*

*Bernardi Circa.*

*Gilberti, Alani & Io. Galenſis.*

*Bernardi Compoſtellani.*

* IANVS A COSTA *Comment. in Decretales Gregorii IX. p. 1. Decretales Epiſtolæ proprie ſunt Literæ, quibus Romanus Pontifex reſpondet ad Conſultationem Patrum*, Can. Sancta, §. Item Decretales diſt. 15. *de quibus accipiendus, elegans D. Hieronymi locus.* Ante annos, *inquit*, plures, cum in Chartis Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ vrbis Epiſcopum, & Orientis atque Occidentis Synodicis Con-

ſultatioinbus reſponderem. *Sed generaliter Decretales dicuntur omnes Pontificum Romanorum Epiſtolæ vel Conſultationes, vt colligere eſt, ex Præfatione Iſidori ad Collectionem Canonum, in I. Volumine Conciliorum. Decretales dictæ, quia Decretis aliquid Pontifex præcipit vel mandat. Gregor. IV. in epiſt. ad vniuerſos Epiſcopos Galliæ & Germaniæ:* Quapropter has ad vos deſtinauimus Literas, in quibus Decreto noſtro veſtram rogantes caritatem, mandamus &c. *Has autem Epiſtolas diligenter in Chartario Eccleſiæ Romanæ conſeruatas fuiſſe docet D. Hieronym. in Apologia adverſus Rufinum.* Si a me, *inquit*, fictam Epiſtolam ſuſpicaris, cur eam in Eccleſiæ Romanæ Chartario non requiris? *Et Nicolaus in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, de cauſa & reſtitutione Rotaldi Sueſſionenſis Epiſcopi*, Romanam Eccleſiam opuſcula, quibus Decretalia conſtituta continentur, in ſuis Archiuis & vetuſtis monumentis habere recondita.

** Confirmantur iſtæ in Synodo Romana ſub Gelaſio anno 494. Romæ habita, in qua a LXX. Epiſcopis inter alia decernitur. *Item Decretales Epiſtolæ, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt* Reperitur in c. Sancta Romana 3. diſt. 15.

*** Inuehitur in hoc STEPHANVS BALVZIVS in *Præfatione ad Antonii Auguſtini Dialogos §. II.* dicens. *Ius iſtud nouum quo exarmata ſunt iura, vt Tertulliani verbis vtamur, introductum fuiſſe diximus æuo Karoli Magni, fauorabili videlicet, ſi vnquam alias tempore, ob magnam confuſionem quæ in politiam eccleſiaſticam inuecta erat ex ſtupenda ac miſerabili Epiſcoporum reliquorumque Clericorum inſcitia & vetuſtorum canonum ignorantia. In hac igitur rerum perturbatione emerſere famoſæ illæ ac nobiles epiſtolæ quæ priſcis Pontificibus Romanis tribuuntur in hunc terrarum orbem delatæ a Riculfo Archiepiſcopo Moguntino; ſeu is tum Epiſcopus erat, ſiue poſtea ad eam cathedram conſcendit. Perculerunt illæ omnium animos ſua noua antiquitate, & quia ſanctiſſimorum Epiſcoporum nomina præferebant. Hinc ſuborta in animis hominum religio, fas non eſſe dubitare de iure, quod in his ſacræ antiquitatis monumentis continebatur. Ex eo deinde factum, vt veteres conſtitutiones, id eſt, venerandi priſcorum Conciliorum canones & authentica veterum apoſtolicæ ſedis Pontificum decreta, quorum per tot annos maxima fuerat auctoritas, in contemptum paulatim venerint nouisque iſtis magnus honor habitus ſit; vt in epiſtola XXVI. ad Nicolaum Papam ſcribit Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus.* Pergit BALVZIVS, atque prolixe demonſtrat, qua ratione Pontifices Romani hoc ipſo ianuam aperuerint appellandi Sedem Papalem. Conqueritur etiam FRANCISCVS DVARENVS in præfatione Libri de ſacris miniſteriis, dicens: *in eo decretalium volumine multa intueri licet, quæ a priſca illa diſciplina, quam Decretorum liber a Gratiano editus continet, multum degenerant. Atque hinc natum eſt illud apud noſtrates tritum ac vulgo iactatum: male cum rebus humanis actum eſſe, ex quo decretis alæ acceſſerunt.*

**** FR. FLORENS de Methodo & Autorit. Collect. Gratiani §. IV. *Supplementum itaque quoddam Gratiani videtur hac Collectio, ideoque ad Gratianum, autor aliquando nos remittit, vt in cap. 9. de Elect. & Elect. poteſt. in fin. in prima Collect. ad quem locum vide Notas doctiſſimi Auguſtini, & ad verba Præfationis, de veteri nouoque Iure. Vel enim ex antiquis Conciliis & Patribus addidit quædam Bernardus a Gratiano omiſſa, vel nouas Pontificum Conſtitutiones, nempe poſt Gratianum*

*edi-*

*editas, inſeruit: Quare Extrauagantium Liber appellatur, quia extra Decretum Gratiani huiusmodi ſcripta, & Conſtitutiones vagabantur.*

***** De hac MASTRICHT n. 338. *Primus qui hic operam, ſed priuatam, impendit eſt Bernardus Circa, Papienſis præpoſitus, poſtea Antiſtes Fauentinus. Hic Pontificum Decretales & Conſtitutiones vsque ad Cæleſtinum tertium, cuius nullum in eius collectione, extat reſponſum, collegit, & ſub iisdem fere titulis digeſſit, quibus conſtat Gregoriana Collectio qua hodie vtimur. Ex Cæleſtini tempore qui Anno* 1191. *ad ſedem Romanam peruenit, de tempore quo vixerit, coniicimus, quod Doctiſſ. Blondellus ſe dicit ignorare. Leguntur in hac collectione Decretales Lucii III. Papæ, qui Anno* 1181. *ad Pontificatum euectus eſt; & aliorum vsque ad iam nominatum Cæleſtinum. Huius itaque tempore oportet adhuc vixiſſe Bernardum Circam. Hanc primam compilationem Henricus Oſtienſis, & Iohannes Andreæ filius & Aegidius Bellamera vocant; ipſe Breuiarium Extra vel Extra vagantium. Qui Scholia ſcripſerunt librum primum vocant. Sic etiam cæteras compilationes alii compilationem ſecundam, tertiam, quartam, quintam, alii librum ſecundum, tertium, quartum, quintum appellarunt. Edita eſt hæc prima collectio ab Antonio Auguſtino in antiquarum Decretalium collectione, vbi primo loco habetur. Notæ autem eius ſubiunguntur. Dicitur idem Bernardus ſub iisdem titulis ſummam ſcripſiſſe, cuius initium fuit: Profectus diſcipuli, gloria Magiſtri, item Scholia Gloſſulas eidem primæ collectioni adſcriptas; Anton. Auguſtinus de quinque veterib. Collect. in præfat. præmiſſ. antiq. Collect. Decret. teſtatur ſe vidiſſe Gloſſulas quaſdam ſine nomine ſcriptas, ſed multo plures adſcriptis nominibus, Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii Rogerii & aliorum.*

****** Loquimur iterum verbis GERHARDI a MASTRICHT, qui Antonii Auguſtini antiqua Collectione Decretalium uſus fuit; qua nos fuimus deſtituti, dum *n.* 346. ſic loquitur: *In ſeculo XIII. ſe offert ſecunda collectio Decretalium, cuius tres memorantur Auctores: Gilbertus, & Alanus, Epiſcopus quidam Antiſiodorenſis, qui Bernardum imitati, collegerunt decretales eorum Pontificum, qui poſt Bernardum Circam vixerunt. Sed his nomen & gloriam præripuit Iohannes Gallenſis vel Vallenſis, Volterris natus, qui poſt duodecim annos a prima Collectione (quod tempus incidit in ſeculi XIII. initium) Pontificum, qui poſt Bernardi Collectionem aliquas ediderant decretales, ſeu reſcripta ex vtriusque Gilberti & Alani collectionibus, congeſſit, quibus etiam Cæleſtini tertii addidit & Scholiis ſuis illuſtrauit: his poſtea Hugo Ferrarienſis Epiſcopus, ab Innocentio tertio ſæpe relatus, & Bernardus maior Compoſtellanus Archidiaconus, ſuas interpretationes addiderunt. Anton. Auguſtinus in Præfat. Collect. antiq. decretal. teſtatur ſe inſuper ſcholia Vincentii, Tancredi, Alani, Laurentii & aliorum, non pauca etiam ſine nomine vidiſſe in hanc ſecundam compilationem, quam cenſet eſſe eiusdem Iohannis Gallenſis. Edita eſt hæc quoque compilatio ab Ant. Auguſtino inter antiquas decretalium collectiones* FR. FLORENS §. IV.

******* MASTRICHT n. 349. *Tertiam Collectionem adornauit Bernardus Compoſtellanus, de quo ſtatim dictum, ex regiſtris Innocentii Tertii, quæ Collectio Romana dicta eſt. De his Collectionibus* GVIDO PANCIROLLVS *lib. III. c. VIII.* ex quo ſua potiſſimum ſumſit MASTRICHT & CASPAR ZIEGLER §. LI. BOSQVETVS *notis ad Innocentium III. lib. I. ep. LXXI.* GONZALETZ TELLETZ, *in apparatu Iuris Canonici* §. L. LI.

## §. XXIII.

Cum autem priuata ſaltim auctoritate hæ Collectiones fuiſſent

*Collectiones reliquæ.*

ſent factæ, Romani ab Innocentio III. Papa, qui ad illuſtrationem Iuris Canonici alias plurimum contulit * impetrarunt, vt ipſius auctoritate noua ederetur collectio, quæ a. 1210. per PETRVM BENEVENTANVM Notarium fuit facta. ** Quinta Collectio eiusdem INNOCENTII ætate iuſſu Concilii Lateranenſis IV. fuit facta, in qua Capita LXXI. conſtituta, & adiectæ Decretales, quæ poſt tertiam Collectionem prodierunt. *** Sextam Collectionem fecit TANCREDVS Bononienſis, circa annum 1227. in qua reperiuntur Honorii III. Decretales. ****

* In Corpore enim Iuris Canonici inſertæ fuerunt plures Innocentii III. Decretales, quorum catalogum editioni præmiſit Balutzius. Ad has igitur atque Hiſtoriam Seculi duodecimi exeuntis atque decimi tertii ineuntis, plurimum faciunt Innocentii III. Epiſtolæ. Harum duos tantum libros edidit GVILIELMVS SIRLETVS *Romæ* 1543. Secundam eorundem librorum editionem emiſit MATERNVS CHOLINVS typographus Colonienſis *a.* 1575. Tertiam triennio poſt, ſocietas Typographorum Venetorum. Quartam in lucem emiſit FRANCISCVS BOSQVETVS *Tholoſæ* 1635. Hinc STEPHANVS BALVTZIVS *Epiſtolarum Innocentii III. Libros Vndecim* congeſſit *Pariſiis* 1682. f. Hos autem ex variis MStis multa cura compilauit, uſus etiam collectione vetuſta RAINERII Diaconi & Monachi Pompoſiani, quam ex tribus primis Epiſtolarum Innocentii libris confecerat. Addidit Geſta Innocentii III. & Regiſtrum Innocentii III. de negotiis Imperii, quod cum ipſo communicauerat Ferdinandus Fürſtenbergius, Epiſcopus Paderbornenſis. Ante ipſum ANTONIVS DADINVS ALTESERRA Anteceſſor Tholoſanus, *Commentarium* ediderat in *Innocentii III. Papæ Decretales, Lutetiæ* 1666. f. in quo Decretales Pontificis collegit omnes, quæ in libris Decretalium continerentur, ad easdemque docte fuit commentatus, varia potiſſimum tradens de diſciplina & gubernatione Eccleſiæ. Recenſionem iſtius habet *Iournal des Sçauans Ephem. XXVIII. anni* 1666.

** MASTRICHT n. 349. *Sed offenſi Romani, quod vſu iudiciorum minus recepta referret, ab Innocentio impetrarunt, vt Pontificia auctoritate aliqua Collectio ederetur. Quare Innocentius Notarium ſuum Petrum Beneuentanum anno ſui Pontificatus XII. qui eſt Chriſti nati* 1210. *operi præfecit: Tum primum auctoritate publica, vt refert Ant. Auguſtinus loco citato, facta collectio iuris Pontificii eſt. Nam ſuperiores omnes ſiue Decretorum, ſiue Decretalium Collectores priuata auctoritate ſcripſerant & reſcripta ab eis relata negari poterant, niſi a ſcriniariis Romanæ Eccleſiæ probarentur. Huius Collectionis interpretes fuerunt, vt refert Ioh. Andr. F. Paulus Hungarus. Ant. Auguſtinus dicit ſe eadem nomina in Scholiis vidiſſe, quæ in aliis collectionibus.*

*** MASTRICHT n. 351. *Quarta Collectio quinquennio poſt tertiam, ſub eodem Innocentio tertio Papa, Anno nempe Chriſti* 1215. *facta eſt. Cui cauſam dedit Concilium Lateranenſe IV. quod pro Generali XII. habet* FR. LONGVS *a* CORIOLANO *in ſumma Concill.* pag. 814. *in quo LXXI. capita conſtituta ſunt, quibus adiectæ ſunt aliæ decretales & reſcripta, quæ per quinquennii ſpatium poſt tertiam collectionem editæ erant. Duplex tamen extat huius collectionis editio. Vna quæ habet tantum LXXI. Canones Concilii Lateranenſis, altera cui & alia reſcripta ſunt addita. Poſteriorem exhibet Ant. Auguſtinus cum ſuis notis in antiquarum decretalium collectionibus, loco vltimo. Eius inter-*

Digitized by Google

*interpres Vincentius fuiſſe dicitur, Auguſtinus praeterea Iohannem, Iacobum & Robertum ſeu Rogerium ſe legiſſe teſtatur.* FR. FLORENS *de meth. & auctor. Collect. Gratiani §. II.*

**** MASTRICHT n. 351. *Quintam collectionem fecit Tancredus Bononienſis Archidiaconus in qua ſunt Honorii Tertii Conſtitutiones, ſub cuius nomine, etiam publicari debuit. Prodiit hac collectio An. Chriſti prater propter 1227. quo Honorius Tertius, Innocentii III. ſucceſſor mortuus eſt. Huius interpres perhibetur Iacobus Albanus Fauentinus Epiſcopus, Henrici Oſtienſis Praeceptor. Hanc diu deſideratam, neque vnquam editam, quia Gregorius Honorii ſucceſſor, de noua editione Pontifex factus ſtatim cogitabat, cum Antonius Auguſtinus inter ſuas Collectiones non edidiſſet, tandem in Bibliotheca Albienſi repertam, Tholoſa Anno 1645. edidit Innocentius Cironius Academiae Tholoſana Cancellarius, & Gloſſas adiecit doctiſſimas, in quibus explicat ea, quae ad iuris cognitionem, & temporum hiſtoriam pertinent, quae a prioribus Gloſſarum Scriptoribus omiſſa fuerunt.* Vid. etiam ARTHVRVS DVCK *lib. I. cap. VII. §. VI.* FRANC. FLORENS *c. IV.*

## §. XXIV.

Hanc demum excepit ſeptima Collectio, iuſſu GREGORII IX. a REIMVNDO de PENNA FORTI, Papae Capellano * anno 1230. facta, atque ex prioribus compilationibus digeſta. ** Inſerta quoque fuerunt ea, quae in anterioribus omiſſa, & quaecunque ab ipſo Gregorio fuerunt conſtituta, quae vel ex Iure Ciuili hauſit, vel non conſultus reſpondit, ne ad Ius Ciuile recurrere neceſſe haberent, idemque magis adhuc ſupprimeretur. *** Licet negandum non ſit, multa vtilia compilatorem reſecuiſſe, obſcura addidiſſe, vt nonnunquam ad priores collectiones ſit recurrendum. **** Haec autem Collectio Libris V. comprehenditur, quorum ſummam ſequens verſiculus docet: *Collectio Gregorii IX.*

*Iudex, Iudicium, Clerus, Sponſalia, Crimen.* *****

Ordo Titulorum idem eſt, ac in prioribus compilationibus & quidem eorum ſunt centum & octuaginta quinque. ****** Adlegari ex iisdem ſolet numerus capituli & rubrica tituli, addita voce Extra vel X. quod ſint extra Decretum.

* ANDR. SCHOTTVS Bibl. Hiſpan. Tom. II. p. 186. *S. Raimundus Penna fuerte, quaſi dicas a Rupe forti Barcinonenſis prouincia Gothalania, Doctor Iuris Pontificii cum eſſet, Praedicatorum eſt ordini aggregatus: cuius familia mox tertius a S. Dominico Generalis fuit Catalaunia, Quaeſtor Fidei: & Iacobo Aragonum Regi a confeſſionibus. Huius fama Gregorius IX. Pont. Max. excitatus Romam accerſiit, ac Paenitentiae muneri praefecit, colligendorumque Decretalium prouinciam mandauit. Igitur vita ſancte innocenterque acta, corporisque ſolutis vinculis, in Beatorum ſedem euolauit anno Chriſti cIↃ. CC. LXXV. 7. Idus Ianuarii, ipſo Epiphania feſto; quo etiam die apud Iberos Pauli III. indulto, feſtus ille dies agitur, compoſito a Iacobo Ferdinando Horarum officio: nuper autem Diuorum in coetum apotheoſi a Clemente eius nominis Papa VIII.*

*relatus eſt. Quadraginta amplius fertur a funere mortuos excitaſſe. Scripta eius hæc circumferuntur. Epiſtolarum Decretalium Collectio lib. S. de Pœnitentia & Sponſalibus. Prædicatorum conſtitutiones ad duo capita renouauit. Summam caſuum primus Alphabeti ordine contexuit, quam ſcribendi methodum ceteri, idem argumentum tractantes, poſt ſunt ſecuti.* Eadem fere dicit *p.* 218. Vita eius a SALVATORE Pons, Priore Tarraconenſi Hiſpano prolixe deſcripta in germanicum idioma ab Aegidio Albertino translata, prodiit Monachii 1602. Auctor etiam eſt LEO ALLATIVS *Apibus Vrbanis p.* 152. vitam ipſius a IO. BAPTISTA SPATIO, de FRENZVOLA, Placentino, Ord. Prædicatorum, fuiſſe compoſitam, atque *Papiæ* 1606. *f.* editam. HENRICVS GANDAVENSIS de Scriptor. Eccleſ. c. XLVIII. *Raymundus Iuris peritiſſimus ad mandatum Domini Gregorii Compilator fuit illius Codicis, qui modo nouum Ius appellatur.* LEANDER ALBERTVS *in Vita Raymundi: Raymundus de Pennaforti Catalanus originem retulit in Aragonum Reges. Is poſtquam adoleuit, miſſus eſt ad Gymnaſium, vt ſcientiam hauriret; in quo tantum breui admodum tempore profecit, vt ea tempeſtate in Pontificio atque Imperatorio Iure inter viros clariſſimos facile connumerari poſſet. Quamobrem Ciues Bononienſes, tanti viri famam exaudientes, publico ſtipendio ipſum ad docendum conduxere. Et cognita eius inſigni doctrina, a Gregorio IX. Pontifice iuſſus eſt Epiſtolas Pontificum ac Conciliorum Decretales in vnum corpus redigere, quod hactenus in vſu habetur in Gymnaſiis, & ad amuſſim ſeruatur; prout dignoſci poteſt in proœmio ex eius nominis citatione ab eodem Pontifice. Fecit & ipſum Pontifex Capellanum ſuum & Pœnitentiarium: quæ dignitas temporibus illis non niſi valde litteratis conferebatur.* Mentionem eius fecit IO. MARIANA *Rer. Hiſpan. lib. XII. c. VIII. lib. XIII. c. XIII. & XXII.* Vid. de eo IO. CHIFLETIVS *de Iuris Architectis cap. VI.* MASTRICHT *n.* 355. ALBERICVS de ROSATE *in Diction. voce Electio Imper.* IO. GOTTFR. OLEARIVS *Bibl. Script. Eccleſ. Tom. II. p.* 118. CASPAR ZIEGLER *§. LI. LII.*

** Teſtem habemus MATTHÆVM Pariſienſem, qui Hiſtoria Anglicana ad a. 1235. p. 352. ait: *His quoque temporibus Gregorius IX. videns tædioſam Decretalium prolixitatem ſub quodam compendio eas eleganter abbreuiatas & collectas, ſolenniter & authentice per totius mundi latitudinem legi præcepit & diuulgari. Illas autem ab auctore ipſarum Gregorianas appellamus, ſic incipientes; Rex pacificus, &c. In quibus quædam innouauit, ne ſcilicet illegitimi in Prælatias vel eccleſiaſtica beneficia, niſi adepta a ſede Romana legitimationis diſpenſatione, obtineant: ſciens inde curiæ Romanæ pro impetratione tali, multa emolumenta prouenire: ſicut ex ſtatuto Innocentii pro diſpenſatione plurimorum beneficiorum obtinendorum.* MARTINVS POLONVS ad a. 1230. *Hic Papa per F. Raymundum Ordinis Prædicatorum Pœnitentiarium & Capellanum ex pluribus voluminibus compilauit Decretalium volumen vnum, mandans vbique Doctoribus illo vti.* Rationem atque inſtitutum operis ipſe Gregorius ſequentibus verbis indicat: *diuerſas conſtitutiones, & decretales epiſtolas prædeceſſorum noſtrorum, in diuerſa diſperſas volumina, quorum aliqua propter nimiam ſimilitudinem & quædam propter contrarietatem, nonullæ etiam propter ſui prolixitatem, confuſionem inducere videbantur: reliquæ vero vagabantur extra volumina ſupradicta, quæ tanquam incertæ frequenter in iudiciis vacillabant. Ad communem, & maxime ſtudentium vtilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum capellanum & pœnitentiarium noſtrum, illas in vnum volumen (reſecatis ſuperfluis) prouidimus redigendas, adiicientes conſtitutiones noſtras, & decretales epiſtolas, per quas nonnulla quæ in prioribus erant dubia, declarentur.*

*rentur. Volentes igitur vt hac tantum compilatione vniuerſi vtantur in iudiciis, & in ſcholis, diſtrictius probibemus, ne quis præſumat aliam facere, abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſpeciali.* Ad verba illa *reſecatis ſuperfluis* notant cenſores, *interdum & vtilibus, quod & de Triboniano dicitur.* Quod bilem admodum mouit Chifletio, qui ideo Raymundum defendere conatur *cap. VI.*

*** CASPAR ZIEGLER diſcurſu prælim. n. LIII. *Totum opus quinque libris abſoluitur, in quibus ſæpe inueniuntur Decretales, nullius nomen, niſi Pontificis, in fronte & inſcriptione exhibentes. Ex quo concludit Cuiacius ad c. vlt. X. de ſent. & re iud. defuiſſe conſultores, ad quos decretales dirigerentur, & Gregorium vltro pleraque de ſuo inſeruiſſe non aditum nec interrogatum, vt ſuppleret ſcilicet. quod ex iure ciuili alias peti neceſſe eſſet, & vt totum ius Imperatorium, ſi rem attentius reputo, deſtrueret & aboleret. Et ſane ſi ordinem iudiciorum & ſubtilitates proceſſus conſideres, credebantur ea, quæ iure Canonico tradita erant, haud paulo dilucidiora, & præſentibus ſeculis magis accommodata, quam quæ iure ciuili continebantur quippe quibus ſæpe obſoleta & antiquata, atque ex hoc ignorata, immiſta eſſent.*

**** FRANC. DVARENVS in Præfatione, præmiſſa Tractatui de ſacris Miniſteriis: *In eo decretalium volumine multa intueri licet, quæ a priſca illa diſciplina, quam decretorum liber a Gratiano editus continet, multum degenerent. Atque hinc natum eſt illud apud noſtrates tritum ac vulgo iactatum, male cum rebus humanis actum eſſe, ex quo decretis alæ acceſſerunt. Eſt enim hæc rerum humanarum conditio, vt fere in deterius prolabantur: Sic omnia fatis, inquit poëta, in peius ruere, & retro ſublapſa referri. Eius tamen libri lectio negligenda iuris ſtudioſo non eſt, quod multa ad iuris non modo pontificii ſed etiam ciuilis cognitionem vtilia contineat. Quo enim tempore conſcripta ſunt illæ epiſtolæ, quibus pontifices Romani de iure conſulentibus more veterum Imperatorum reſpondebant, cauſſæ eccleſiaſticæ antiquam ſimplicitatem iam amiſerant, erantque huiuſmodi, vt ad eas dirimendas ac definiendas IC. & pragmatici adhibentur: vnde factum eſt, vt canonum peritus, niſi idem iuris ciuilis ſcientia inſtructus ſit, vulgari prouerbio inter rudes & imperitos numeretur.* FR. FLORENS §. V. CASPAR ZIEGLER in diſſert. præliminari §. LII. *Sed profecto, quod dicit Pontifex, ſe ſuperflua reſecuiſſe, in eo perſæpe mallent Interpretes non reſecuiſſe vtilia; nec addidiſſe alia obſcura, nec ad ſui temporis ſenſum deprauaſſe. Verba ſæpe tam obſcura eſſe, vt niſi ad antiquas collectiones recurratur, interpretatio eorum vix fieri poſſit, fatentur omnes, qui in explicatione eorum verſantur. Ipſe Panormitanus in iure Pontificio verſatiſſimus in diuerſas ſæpiuſcule rapitur interpretationes, quæ euitari potuiſſent, ſi ad primas collectiones inſtituta fuiſſet collatio. Et certe quanto cum fructu collatio huiuſmodi, poſt editionem veterum collectionum inſtituatur, nemo eſt inter eruditos, qui neſciat. Maximam inde vtilitatem afferri poſſe, inquit in præfatione Antonius Auguſtinus, facile deprehendi: nam & ipſa illa antiquitatis cognitio, vt in cæteris rebus propius accedit ad ipſarum rerum originem & vt fontium purior eſt hauſtus, ſine illis ſordibus, quæ in riuulis & lacunis hærere ſolent, ſic in his pleno gurgite atque dilucidiore veterum Scriptorum ſententia fruimur. Multa ſunt a Raimundo detracta, quæ niſi legantur, vix reliquorum ſententiam deprehendimus. Ex vnius ſæpe reſcripti corpore plura veluti membra ſub variis titulis poſita, ſi iterum coniungantur, multo facilius cognoſcuntur. Inſcriptionum hic quoque & nominum certior ſcriptura eſt, & errata noſtrorum librariorum tum in his, tum in aliis plerisque corrigimus.* MASTRICHT *n.* 354.

***** Alias Summam illorum ſequentes exhibent verſiculi:

*Pars* PRIOR *officia parat, Eccleſiæque miniſtros,*
ALTERA *dat teſtes & cætera iudiciorum.*
TERTIA *eſt de rebus, & vita presbyterorum*
*Nubendi formam dat ſponſis* QVARTA *decentem.*
VLTIMA *de vitiis & pœnis tractat eorum.*

Methodum Decretalium breuiter deſcripſit FRANCISCVS FLORENS Diſſertatione de Meth. & Auctor. Collectionis Gratiani, ſub finem, dum ait: *In Decretalibus autem componendis eam methodum eſt ſecutus Raymundus, quam in antiquis Collectionibus ſeruatam deprehenderat. Nempe Decretalium Collectores Codicis Iuſtinianei, artem ſecuti ſunt. Statim enim, poſt Tit. de Summa Trinitate, qui eſt Primus, partes & ſpecies Iuris Canonici ſcripti & non ſcripti, tribus titulis explicantur, de Conſtitutionibus, de Reſcriptis, & de Conſuetudine. A quinto vero titulo, vsque ad tit. de Pactis, de Conditione Qualitate Clericorum, Ordinationibus, Electionibus & Dignitatibus tractatur: & pars illa prima, de perſonis appellari poteſt. A tit: de Pactis, vsque ad finem Libri Secundi tractatur pleniſſime de Iudiciis Ciuilibus inſtituendis, inſtruendis, & perficiendis: ex qua parte, recte viri docti obſeruant, praxim fere omnem fluxiſſe. In Tertio, & Quarto Libro, de Rebus Eccleſiaſticis agitur, tam Spiritualibus, qualia ſunt Sacramenta, quam de Temporalibus, verbi gratia, de bonis Eccleſiaſticis, Contractibus, Teſtamentis. Itemque de mixtis, de Præbendis, atque Dignitatibus, Iure Patronatus, & reliquis. Quia tamen Beneficia Eccleſiaſtica, & bona, non in perſonæ gratiam conferuntur, ſed propter officium confertur beneficium, vt vulgo dicitur; Clerici enim, Diuino cultui & miniſteria Religionis debent impendere, lege 2. Cod. Theod. de Epiſcop. & Clericis; breviter antequam de Præbendis, & bonis Eccleſiaſticis tractetur, in quatuor primis titulis Libri Tertii traditur, quid deſideretur in Clericis; vt recte munus ſuum peragant, & officii ſui admoneantur. Poſtremo in Libro Quinto, de criminibus Eccleſiaſticis agitur, de Accuſatione, de Perſecutione, Inſtructione, & Forma Iudiciorum criminalium: Vltimo, de Pœnis, ſeu Cenſuris Eccleſiaſticis.* Ex quibus colligitur expreſſum eſſe ordinem Codicis Iuſtinianei.

****** Harum, ſexti etiam & Clementinarum titulos ſequentes verſus indicant:

*Centum Rubricas, octogintaque volumen*
*Gregorii noni ponit, quinas ſupperaddens.*
*Ac ſeptuaginta ſeptem numerat ſibi ſextus*
*Ex Clemente duas quinquagintaque notabis.*

## §. XXV.

*Gloſſæ Decretalium.* In hanc Decretalium collectionem varii Gloſſas ediderunt. RVFFINVS, SYLVESTER, RICARDVS Anglus, RODOICVS, cognomento MODICIPASSVS, PETRVS CORBOLVS, vel, vt alii, BOLIATVS Hiſpanus, BERTRANDVS, DAMASIVS, ALANVS Anglicus, PETRVS Papienſis Præpoſitus, PETRVS GALENSIS Vulterranus, BERNARDVS COMPOSTELLANVS, LAVRENTIVS VINCENTIVS CASTELLIONEVS Mediolanenſis, IOANNES TEVTONICVS & TANCREDVS, qui etiam in Decretum gloſ-

ſas,

ſas, ediderunt. Hos ſecuti ſunt GVILIELMVS NASO, & IACOBVS de ALBENGA, Epiſcopus Fauentinus, VINCENTIVS GOFREDVS, PHILIPPVS, INNOCENTIVS HOSTIENSIS, PETRVS SAMPSO, EGIDIVS BONONIENSIS, BONAGVIDA ARETINVS, FRANCISCVS VERCELLENSIS, BOATINVS MANTVANVS & ARCHIDIACONVS. Quidam etiam Monachi, quorum nomina ignorantur, ſuper iisdem Decretalibus opus compoſuere, quod *Suffragium Monachorum* nuncupatur, quod, vt erroneum, ſuperfluum & mancum ita fere inutile fuit: Hos ſecutus fuit Frater IACOBVS Canonicus Sancti Iohannis in Monte: Sed horum omnium Gloſſas BERNHARDVS BOTTONVS, Pariſienſis, in vnum collectas ampliauit circiter annum 1240. & omnem illarum gloriam in ſe transtulit. * Licet iſti Scriptores Canonici plerumque ineptiant. **

* Hæc verbis potiſſimum GVIDONIS PANCIROLLI ſcribimus *de claris Legum Interpretibus lib. III. c. VIII.* qui ex antiquis Iuris Canonici Doctoribus hæc congeſſit. Sequitur eundem MASTRICHT *num.* 356. 357.

** IAC. CVIACIVS *ad c. X. extr. de ſentent. & re iud.* nullos dicit Doctores eſſe ineptiores, quam qui in Ius Pontificium ſcripſerunt.

## §. XXVI.

Ceſſauit poſtmodum Decretalium Compilatio vsque ad Bonifacium VIII. Hic, tertio Pontificatus anno, ſub finem ſeculi XIII. a. 1298. tribus Cardinalibus, Guilielmo de Mandagoto, Berengario Fredello, & Richardo de Senis, Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellario nouam commiſit Decretalium compilationem. Hæc in V. libros, & eosdem fere Titulos ac Collectio Gregorii IX. fuit diuiſa, & ad eosdem quaſi facit ſupplementa. * Conſtat autem potiſſimum ex Conſtitutionibus Innocentii IV. Alexandri IV. Vrbani IV. Clementis IV. Gregorii IX. & X. Nicolai III. & ipſius Bonifacii, Conſtitutionibus etiam Concilii Lugdunenſis ſub Innocentio IV. a. 1245. & ſub Gregorio X. a. 1272. celebrati. ** Hic ſextus Decretalium Liber dicitur, *** quem iterum Bonifacius ſingulari Bulla in fora & Academias introduci voluit. **** cum multa contineret in odium Galliæ Regum, dum cum Philippo Valeſio controuerſiæ Bonifacio VIII. intercederent, ***** reliqua ad Romanæ Eccleſiæ quæſtum excogitata. ****** Apud Gallos nunquam fuit receptus, licet alias in vniuerſum reciperetur. ******* Scripſit in hunc ſextum librum Gloſſas Io. Andreæ inſignis Doctor Iuris Canonici. ********

*Liber ſextus Decretalium.*

* H. STERO Ann. ad a. 1297. *Bonifacius Papa VIII. ſextum librum Decretalium, quem fieri fecerat, publicauit.* Ad a. 1299. *circa idem tempus Bonifacius Papa*

 *fecit,*

*fecit, & ad generalia ſtudia ſua bulla tranſmiſit Sextum decretalium; in quo multa, quæ antea erant in ſcholis & in iudiciis ambigua, declarauit.* MARTINVS POLONVS: *Anno* 1297. *Bonifacius Sextum Librum Decretalium, quem fieri iuſſerat, publicauit.* GVILIELMVS DE NANGIS apud d' ACHERY *Tomo II.* Spicilegii ad a. 1297. *Bonifacius Papa conſtitutiones quaſdam nouas quas animo diligenti & & cura ſollicita pro ſtatu & commodo vniuerſalis eccleſiæ compilari & ordinari fecerat a peritis in iure Canonico & Ciuili, tertia die Maii in pleno conſiſtorio coram omnibus, qui præſentes erant, tradidit ad legendum, & perlecta ſæpius cum magna diligentia, atque a Cardinalibus approbata, decreuit ipſe Pontifex, vt libro quinto Decretalium adiuncta facerent ſextum librum.*

** PITHOEI Fratres in notis ad Libri Titulum: *Ex Conſtitutionibus Gregorii IX. Gregorii X. & Innocentii IV. Alexandri IV. Vrbani IV. Clementis IV. Nicolai III. & Bonifacii VIII. collectas, circa annum Chriſti MCCXCVIII. opera Ricardi Malambri Senenſis Cardinalis, Guilielmi Bergonienſis & Dini Roſſoni. Vide Ioan. Villani lib.* 8. *cap.* 64. *Extat in Conſtitutiones a Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi editas & ab eodem Bonifacio compilatas publicataſque Guilielmi Durandi Speculatoris, qui eidem Concilio interfuit & pleraſque ex Conſtitutionibus procurauit, Commentarius editus a Simone Maiolo a.* 1569. *in quo & de Aduocatis caput inſertum eſt ſub titulo de poſtulando incipit. Properandum. Quod vnum fere in hac collectione prætermiſſum eſt. Innocentii vero IV. Nouellæ, quæ & authentica poſtea dicta, in hanc collectionem relata ſunt. Bernardus Guidonis Ordinis Prædicatorum in Catalogo Romanorum Pontificum. Anno Domini MCCXCVIII. in fine anni, ſcilicet quinto nonas Martii, Pontificatus ſui anno* 4. *Idem Bonifacius fecit publicari Sextum librum Decretalium quem per tres magnos & ſolemnes viros fecerat compilari; plura noua conſtituens.*

**** Patet hoc ex ipſa Bonifacii VIII. Bulla: *ſane, cum poſt volumen Decretalium a felicis recordationis Gregorio Papa IX. prædeceſſore noſtro tam prouide, quam vtiliter compilatum nonnulla ab eo, & ab aliis Romanis pontificibus ſucceſſiue ſuper diuerſis dicerentur articulis edita Decretales; de quarum aliquibus, an Decretales exiſterent, earumque auctoribus dubitabatur ſollicite in Iudiciis & in Scholis: Nos ad apicem ſummi Pontificatus ſuperna diſpoſitione vocati, ſuper hoc cum inſtantia requiſiti a multis, ambiguitatem, & incertitudinem huiuſmodi diſpendium pluribus afferentem, omnino tollere, ac elucidare; quæ de Decretalibus ipſis teneri, quæue deberent in poſterum refutari, gratia ſuffragante diuina, pro vtilitate publica deſiderabiliter affectantes; per Venerabiles Fratres noſtros Guilielmum Archiepiſcopum Ebrudunenſ. & Berengarium Epiſcopum Biterenſ ac dilectum filium Magiſtrum Richardum de Senis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarium, Iuris vtriuſque Doctorem, Decretales huiuſmodi diligentius fecimus recenſeri; & tandem pluribus ex ipſis (cum vel temporales, aut ſibi ipſis, vel aliis iuribus contrariæ, ſeu omnino ſuperflua viderentur) penitus reſecatis: reliquas, quibuſdam ex eis abbreuiatis, & aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multiſque correctionibus, detractionibus & additionibus prout expedire vidimus, factis in ipſis, in vnum librum; cum nonnullis noſtris Conſtitutionibus (in quibus ad correctionem morum, ſubditorumque quietem multa ſtatuuntur ſalubria, fructus vberes Deo propitio in domo Domini allatura, & plurima in iudiciis & extra, frequentata dubia deciduntur) redigi mandauimus, & ſub debitis titulis collocari. Quem librum quinque libris aliis dicti voluminis Decretalium annectendum, Sextum cenſuimus nuncupari, vt idem volumen Senarium, (qui numerus eſt perfectus, librorum illo adiuncto numerum comprehendens, perfectam in rebus agendis formam*

*mam tribuat, & in moribus diſciplinam. Nec ſine cauſa more Prædeceſſorum noſtrorum (qui cum Conſtitutiones aliquas promulgabant nouiter, eas mandabant ſub antiquarum ſerie ſituari) omiſimus in hac parte ſeruare: hac enim fecimus, ne infinitos libros deſtrui, & alios non ſine maximis diſpendiis, laboribus & expenſis de nouo fieri oporteret.* MASTRICHT *n.* 367. Extat hæc Bulla libro ſexto præmiſſa. In qua ſub finem hæc leguntur. *Vniuerſitati veſtræ igitur per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus librum huiusmodi cum multa maturitate digeſtum, quem ſub Bulla noſtra vobis transmittimus, prompto ſuſcipientes affectu, eo vtamini de cætero in iudiciis & in ſcholis; nullas alias, præter illas quæ inſeruantur, aut ſpecialiter reſeruantur in eo Decretales aut Conſtitutiones a quibuscunque noſtris Prædeceſſoribus Romanis Pontificibus poſt editionem dicti voluminis promulgatas recepturi vlterius, aut pro Decretalibus habituri. Vid. etiam* STERO *l. c.*

***** De his controuerſiis H. STERO *ad a.* 1301. 1302. TRITHEMIVS *Chron. Hirſaug. ad a.* 1301. GERH. du BOIS *Hiſt. Eccl. Pariſ. lib. XVII. c. III. n.* 8. RAYNALDVS *ad a.* 1297. 1298. P. DANIEL *Hiſt. de France Tome II. p.* 504. Extat etiam *Recueil de Preuues de l' Hiſtoire du different de Boniface auec Philippe le Bel.* IACOBVS REVIVS *in vita Bonifacii VIII. P. de* MARCA *de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. IV. c. XVI.* FR. FLORENS *p. III. §. X. & de methodo & auctor. Collect. Gratiani §. VI.*

****** Facit huc Inſtitutio Iubilæi de qua H. STERO Ann. ad a. 1300. *Papa Bonifacius VIII. fecit indulgentiam plenam omnium peccatorum omnibus viſitantibus limina Apoſtolorum Petri & Pauli, & finientibus ibi quindenam infra ipſum annum, & ſtatuit eandem indulgentiam in omni anno centenario ab omnibus viſitantibus eadem limina ſanctorum ſacra ſic haberi. Et factus fuit Romæ concurſus magnus populorum de toto orbe.*

******* FRANC. DVARENVS in præfat. Lib. de Sacr. Eccleſ. Miniſt. *ideo in Francia receptum non eſſe accepimus, quod quæ in eo extant conſtitutiones, pleraque in odium & æmulationem Philippi Regis Francorum edita, & ad Romanæ aulæ quæſtum excogitata credantur.*

******** GVIDO PANCIROLLVS *de Clar. Leg. Interpr. lib. III. c. XIX.*

## §. XXVII.

Sub initium Seculi XIV. Clemens V. Papa, quinque libris, quos iisdem fere titulis incluſit, ſuas & Concilii Viennenſis Conſtitutiones colligi fecit, easdemque XII. Kl. Aprilis 1313. apud caſtrum Montilienſe in Conſiſtorio publico fecit publicari. Sed cum ſtatim moreretur, ad Academias transmiſſæ haut fuerunt,* quod demum ipſius Succeſſor Iohannes XXII. a. 1317. præſtitit, qui easdem vulgauit & inſcripſit CLEMENTINAS ** Collectæ iſtæ libris quinque ordine Decretalium. *Clementinæ*

* AVENTINVS *Ann. Boiorum* equidem *lib. VII. c. XV. n.* 18. aliud quid refert de Iohanne XXII. *Septimum iuris pontificii librum, quem Clemens quintus deceſſor eius compoſuerat: ſed quod multa, quæ ſimplicitati Chriſtianæ, libertati religionis imponerent, ibi continerentur, publicare ſuperſederat, atque animam agens aboleri iuſſerat, edidit: omnia*

*omnia quæ ibidem ſcripta erant rata fore conſtituit: quæ a Benedicto, qui Ioanni ſucceſſit, rurſus antiquata ſunt. Hæc a VVilhelmo Occamenſi accepi.* Verum, Scriptores Vitæ Clementis aliud quid adſerunt, quod ipſe ſcilicet Clemens has Conſtitutiones in Conſiſtorio publicauerit. BERNHARDVS GVIDONIS in vita Clementis V. apud Baluzium de Papis Auenionenſibus p. 60. *Anno autem dominicæ incarnationis MCCCXIII. circa finem huius anni, in feſto ſancti Benedicti Abbatis in caſtro de Montiliis prope Carpentoratem ciuitatem, in qua tunc curia morabatur, Clemens Papa fecit coram ſe in conſiſtorio publicari conſtitutiones quas prius fecerat ordinari, ex quibus decreuerat fieri librum vnum, quæ dicuntur conſtitutiones Clementinæ cœpitque exinde ægrotare, vnde poſt obiit triceſima die, ſcilicet XII. Kalendas Maii; & ſic conſtitutiones illæ non fuerunt miſſæ ad ſtudia generalia; vt eſt moris, nec expoſitæ communiter ad habendum, ſed remanſerunt ſic quadriennio in ſuſpenſo, donec poſtmodum per ſucceſſorem eius fuerunt publicatæ & ſub bulla ad Studia generalia deſtinatæ.* Eadem repetuntur *p.* 80. Et in quinta Vita Veneti coætanei p. 86. *Eodem anno X. Kal. Ianuarii fecit ordinationem IX. Cardinalium. MCCCXIII. ad conſiſtorium produxit conſtitutiones prius editas; & intendebat ſeptimum librum Decretalium componere, ſed morte præuentus non potuit.* In alia vita AMALRICI ANGERII DE BITERRIS p. 100. *Item quod poſtmodum anno quo ſupra, XII. Kal. Aprilis, quibus fuit feſtum S. Benedicti Abbatis, dictus Papa exiſtens cum curia ſua apud caſtrum de Montiliis diœceſis Auinionenſis, coram ſe in Conſiſtorio publico ſuas conſtitutiones decretales, quas in Concilio Viennenſi ordinauerat, publicari fecit, quæ hodie Clementinæ vocantur, ſed poſtea infirmitate præuentus, ad ſtudia generalia per eum transmiſſæ non fuerunt, ſed ſic publicatæ tunc remanſerunt, donec per ſuum ſucceſſorem executioni demandatæ fuerunt.* H. STERO Ann. ad a. 1313. *Item Kal. April. in craſtino de Concilii ſententia iuxta Carpentoratum, vbi curia tunc erat, Papa fecit publicari conſtitutiones, quas prius fecerat ordinari, & ex quibus decreuerat ſeptimum librum Decretalium fieri, exinde Papa cœpit infirmari, & ſic conſtitutiones remanſerunt ſuſpenſæ, quouſque per ſucceſſorem ſuum fuerunt ad ſtudia deſtinatæ* IO. VILLANI *Hiſt. Florent. lib. IX. c. II.* qui hunc librum ſeptimum Decretalium vocat. Vid. de iis FR. FLORENS *de Methodo & Author. Collect. Gratiani §. VI.*

** IOANNES Canonicus S. Victoris in vita Iohannis XXII. apud BALVZIVM p. 119. *Cum Papa Clemens in Concilio Viennenſi aliqua ſuſpenſa reliquiſſet donec ad ſtudia generalia ſub bulla mitterentur, ſperans, vt credo, quod ad limam iterum deuenirent, Ioannes XXII. Papa hoc anno ſub bulla publicari fecit.* BERNARDVS GVIDONIS in vita p. 137. *Item anno Domini MCCCXVII. in menſe Nouembris pontificatus ſui anno ſecundo, fecit publicari & cum bulla papali ad Studia generalia deſtinari conſtitutiones quas Clemens prædeceſſor eius fecerat, quæ Clementinæ vocantur, & nondum fuerant ad generalia ſtudia deſtinatæ, ſed vſque tunc ſteterant in ſuſpenſo.* Repetitur hoc *p.* 157. PTOLOMÆVS LVCENSIS in Vita p. 174. *Eodem anno (qui eſt MCCCXVIII.) ſeptimum librum decretalium fecit publicari, & ad ſtudia generalia ſub bulla, vt moris eſt, deſtinauit.* AMALRICVS Angerii Prior p. 190. *Item quod ipſe Iohannes poſtea anno Domini MCCCCXVII. fecit de nouo tres conſtitutiones ſeu decretales extrauagantes; quarum prima incipit Sedes apoſtolica, ſecunda incipit Suſcepti regiminis, tertia Execrabilis quorundam, quas quidam aliqui decretorum Doctores iam gloſſauerunt ſeu ipſas expoſuerunt* H. STERO ad a. 1317. *Menſe Nouembri fecit Papa Iohannes XXII. publicari & ad ſtudia transmiſit Conſtitutiones Clementinas.* Confirmat hoc etiam Bulla Iohannis

XXII.

Digitized by Google

XXII. Clementinis præfixa, in qua: *hæc ſane felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter prouidenter attendens, & prouide cupiens deformatorum reformationi proſpicere, ſoluere difficilia, ac ſanctiones quæſtionibus & negotiis eminentibus conſonas promulgare. Dudum, nedum in Concilio Vienenſi quin etiam ante & poſt ipſum Concilium Conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia ſtatuit atque ſalubria, nonnulla dubia in iudiciis & extra frequentata decidit. Et licet eas collectas in vnum volumen, & ſub congruis titulis collocatas mittere decreuiſſet, & dare in commune ſubiectis; aſſidua tamen occupatio circa magna, ac ſortis humanæ conditio, quæ ipſum de medio ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare ſuum in hac parte propoſitum non impleuit. Nos etiam, qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus officio, Domino permittente, ſucceſſimus; ſic & in affectus plenitudine, in iis quæ compendium vniuerſi concernunt ſucceſſiſſe debemus, tot grandibus agendis & arduis fuimus a noſtræ promotionis exordio circumſepti, quod tam ex hoc, quam ex cauſis rationabilibus aliis, quas ſub ſilentio prouidimus committendas, prædictas vobis communicare Conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate captata) illas vobis ſub Bulla noſtra transmittimus vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri; eis ſic vobis manifeſtatis & cognitis, vſuri de cætero in Iudiciis & in Scholis. Data Auinion. VIII. Kalendas Nouembr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

## §. XXVIII.

*Extrauagantes Ioannis XXII.*

Has excipiunt XX. Conſtitutiones Ioannis XXII.* quæ EXTRAVAGANTES dicuntur, quod nullo ordine conſcriptæ, in certos titulos tamen collectæ, vagarentur extra Corpus Collectionum Canonicarum. ** Hæ autem priuata ſaltim auctoritate collectæ, circa annum 1340. nunquam publica lege fuerunt receptæ. Idem Ioannes XXII. multa pro ſede Romana euehenda inuenit; Regulas Cancellariæ, *** Ius Annatarum renouauit, ideoque ingentes reliquit diuitias. **** Exeunte Seculo XV. collectæ fuerunt Extrauagantes communes diuerſorum Paparum, & quidem Eugenii IV. Calixti III. Pauli II. Sixti IV. Hæc autem Collectio pro ordine Decretalium fuit facta, priuata ſaltim auctoritate, itatamen vt liber quartus deſit.***** Vtræque Extrauagantes eo quod a Papis profectæ, vſu fuerunt ****** receptæ, atque per Doctores Iuris Canonici, vt videtur, Iuris Canonici Corpori adiectæ.

* BERNARDVS GVIDONIS Vita Iohannis XXII. p. 168. *Hic ſummus Pontifex plures conſtitutiones edidit vtiles & ſalubres.* PETRVS *de* HERENTALS in Vita p. 182. *Hic Papa Iohannes plures fecit conſtitutiones vtiles & ſalubres, quæ Iohanninæ vocantur.* Quare etiam CVIACIVS *in c. ad audientiam 4. de Sponſ. & Matr.* eas vocat *Iohanninas.* De his Conſtitutionibus etiam AMALRICVS AVGERII Prior in Vita p. 190. *Item quod ipſe Iohannes poſtea anno Domini MCCCXVII. fecit de nouo tres conſtitutiones ſeu decretales extrauagantes, quarum prima incipit:* Sedes apoſtolica, *ſecunda incipit:* Suſcepti regiminis, *tertia:* Execrabilis quarundam, *quas quidem aliqui decretorum Doctores iam gloſſauerunt ſeu ipſas expoſuerunt.* Prima reperitur in c. 1. Extrauag. Iohannis XXII. de

Conceſſione Præbendæ Secunda c. 2. de Electione & Electi poteſtate. Tertia c. I. de præbenda & dignitatibus. Plenius hæc perſequitur BERNARDVS GVIDONIS in Vita p. 156. *Item pontificatus ſui anno ſecundo ſub anno Domini MCCCXVII. edidit declarationem rationabilem, cuius tenor incipit Sedes Apoſtolica, ad dubitationis ſcrupulum admouendum, quid cenſendum ſit & tenendum quod beneficia vacatura per litteras impetrata in memoratis Dioceſibus prius integris & poſtmodum ſubdiuiſis ac etiam quoad literas apoſtolicas iuſtitiam continentes in eisdem dioceſibus impetratas. Item edidit ſalubre ſtatutum, cuius tenor incipit Suſcepti regiminis, circa perceptionem fructuum primi vel ſecundi aut alterius cuiuscunque ſequentis anni beneficiorum vacantium rationali libra moderamine diuidendam inter illos quibus dudum de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto applicabantur in totum & illos qui ipſa beneficia obtinent, ad quos alias de iure fructus ipſi ſpectare deberent, vt tam ii quam illis in fructuum prædictorum perceptione participent, & Eccleſiæ debitis ſeruitiis non fraudentur. Item edidit ſacram conſtitutionem, cuius tenor incipit Execrabilis quorundam, contra execrabilem abuſum habendi ab vno in diuerſis Eccleſiis & partibus plures dignitates, præbendatus, officia, ſeu prioratus, aut diuerſa beneficia eccleſiaſtica curam habentia animarum, per quam talium ambitio cupida & inſatiabilis debito moderamine regulatur & effrenata multitudo ſtatuto ſalubri edito refrenatur.*

** MASTRICHT n. 372.

*** LVDOVICVS GOMESIVS, qui Commentariis illuſtrauit has Regulas, in Procemii principio compertum eſſe diciti. *Regulas Cancellariæ a Iohanne XXII. initium & originem habuiſſe. nam in vetuſto quodam membranaceo Codice (quem vulgares Quinternum Cancellariæ Apoſtolicæ vocant) primus omnium in ordine ponitur Iohannes XXII. Regularum Auctor, nec ante ipſum alius ſummorum Pontificum inuenitur, qui hoc prius tentauerit.* Et paucis interiectis: *Redeamus igitur, vnde digreſſi ſumus, & dicamus, quod licet ante tempora Ioannis XXII. Vicecancellarius, Scriptores & correctores literarum iam conſtituti fuiſſent, nihilominus regulæ Cancellariæ nondum compoſitæ fuerunt: ſed primus omnium Ioannes XXII. tanquam bonus domus ſuæ paterfamilias eas introduxit, nec ſolum regulas, ſed etiam vt rem anguſtam domini iuuaret, beneficiorum etiam electiuorum reſeruationes ac taxas, quibus æſtimarentur, inuenit. Collegium quoque ſcriptorum Apoſtolicorum, antea ſine ordine vagans numeris diſtinxit, vt de iſtis Guliel. Hiſpanus in Pragmatica Franciæ, ac Polydorus lib. 8. de Inuentoribus rerum, cap. 2. meminerunt*, adlegante MASTRICHT *n.* 373. Sunt autem hæ regulæ Cancellariæ norma iudicii Romani in iudicando, & valent tantum per vitam Pontificis, cum eo moriuntur, teſte MASTRICHT *n.* 381.

**** Pergit GOMESIVS dicens. *Quinimo beneficiorum annatas, ex quibus tam magnos prouentus ſibi & Eccleſiæ comparauit, in conſilio Vienenſi ſub contentione dimiſſas, vt refert Io. And. licet mendoſe in c. inter cætera. col. fi. de offi. ord. in vſum reuocauit. Adeo, vt moriens vigeſies quinquies centum millia numinum aureorum Eccleſiæ dimiſit, vt refert frater Ptolomæus de Luca in Hiſtoria Eccleſiaſtica Pontificum, in vita Iohan. Et hoc idem dicit tacito authore, D. Petrus And. Gammarus Rotæ auditior in ſcholiis quibusdam impreſſis ad extrauagantem Iulii II. Quæ quidem annatarum inuentione magnum toto orbi ſcandalum generauit.* Vid. Dnus LVDEVVIG *de Iure Annatarum.*

***** MASTRICHT *n.* 383. qui etiam addit: *Harum quædam extant cum Gloſſis*

*Gloſſis Ioannis Monachi, Picardi Cardinalis, alia cum commentis Guillermi de Monte Laduni, & Iohannis Franciſci de Pauiniis.*

****** ZIEGLER §. LVIII. *Neutra* (Collectio Extrauagantium) *videtur edita aut confirmata ab aliquo Pontifice, idque vel exinde patet, quod illi, qui præfationes præmiſerunt, Iohannes Franciſcus de Pauinos & Hieronymus Clarius, rationem doceant inquirendi, vtrum Extrauagans haberi debeat pro indubitata. Vtraque tamen Corpori iuris Canonici nunc inſerta eſt, & magnam apud Pontificios & Canoniſtas in primis facit fidem. De priori vero Guilielmus Occam, qui coætanus fuit Ioanni XXII. ingenue atteſtatur, a multis eas Extrauagantes reprehendi, tanquam hæreticas & omnino falſas. Deinde recitat errores animaduerſos ab aliis in illius non modo libris, verum etiam ſermonibus; & homines ſanos mirari dicit, tantam illis haberi fidem.*

## §. XXIX.

Ex his igitur partibus conſtat Corpus Iuris Canonici *Partes Cor-*
Decreto ſcilicet, Decretalibus Gregorii IX. libro Sexto *poris Iuris*
Decretalium, Clementinis, Extrauagantibus Iohannis XXII. & *Canonici.*
Extrauagantibus Communibus. Horum diuerſa eſt adlegandi ratio. Olim quidem vox Supra, Capitulis addita, denotabat Decretum, quia Supra Decretales erat. Vox Extra denotabat Capitulum eſſe extra Decretum in Decretalibus. * Hodie vero ex Decretalibus Gregorii IX. vel verba initialia, vel numerus Capituli adlegatur, vna cum titulo, quandoque etiam numerus Libri additur, cum littera X. Vbi ſextus adlegatur, additur in ſexto. Clementinis additur vox Clement. Extrauagantibus additur vox Extrauagant. **

* MASTRICHT *n*. 327.

** MASTRICHT *n*. 383.

## §. XXX.

Cum autem Decretum Pandectis, Decretales Codici; Liber *Io. Pauli*
ſextus, Clementinæ & Extrauagantes Nouellis reſponderent, de *Lancellotti*
erant adhuc Inſtitutiones. Has igitur IO. PAVLVS LANCELOTTVS, *Inſtitutiones.*
gloriæ cupidus, dato prius conſilio, iuſſu Pauli IV. Pontificis, ad methodum Inſtitutionum Iuſtiniani Imp. libris IV. compoſuit, * quibus per plures annos inſudauit. ** His licet probe examinatis, obtinere tamen a Pio IV. Pontifice minime potuit, vt easdem adprobaret, velut eius ſaltem nomine publicarentur. *** Hinc Peruſium, patriam ſuam reuerſus, priuato nomine, menſe Auguſto 1563. illas edidit, **** ne a Concilio Tridentino præueniretur, & multa ſecundum Concilii Decreta mutare cogeretur, quod, rogatus licet, facere recuſauit. ***** Seculo XVII. ſub Paulo V. Pontifice tentata fuit adprobatio Inſtitutionum Lancelotti, vrgentibus Scipione Cobellutio Cardinale, Galeotto Oddone Baliuo Narnien,



Digitized by Google

ſe & Leandro Galganetto ICtis, ſed ab hoc Paulo non magis impetrare potuit, quam a Paulo IV. id ſolum obtinuit, vt eius Inſtitutiones Corpori Iuris Canonici adderentur, ſine vlla tamen confirmatione. ****** Acceſſerunt poſtmodum hiſce Inſtitutionibus Gloſſæ, atque annotationes duorum Profeſſorum Peruſinorum, Io. Baptiſtæ Bartolini & Antonii Timothei illius ICti, huius Theologi. ******* Commentati in easdem fuerunt IO. DOVIATIVS, CASPAR ZIEGLERVS, & nouiter CHRISTIANVS THOMASIVS. ********

* Sic enim ipſe LANCELOTTVS in Prooemio: *nam cum in aula Romana difficillimis temporibus degeremus, de Inſtitutionibus Iuris Canonici Pontificio nomine conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus: & quamuis minus forte oportune, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatum accepimus, & quantum in nobis fuit, etiam expleuimus: ſiquidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi ac patrocinandi munere, impenſe operam dedimus, vt per nos huiusmodi Inſtitutiones componerentur, quæ, vt Pontificio nomine exirent, non indignæ iudicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum virorum probauit teſtimonium, vt illæ iamiam de manu Ponſificis in manus veſtras venturæ crederentur.* Et in Dedicatione ad Pium IV. directa: *Pontificii Iuris Inſtitutiones proximis annis ſuperiorum Pontificum iuſſu & nos conſcripſimus, & ſummi viri caſtigarunt, quæ quidem optandum ſane erat, vt iis in lucem prodirent authoribus, quorum mandato & ſcriptæ & recognitæ, fuiſſent, vel ea ſaltem ratione, quod authores ipſi munera nobis gratiora, ac pretioſiora facere conſueuerint, & ſæpe non tam quid, quam a quibus accipiant, homines ſoleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque cauſa fieri non finis, illud certe nulla ratione committi debet, vs Iuris ſcilicet Pontificii Inſtitutiones ſub alterius, quam ipſius Pontificis nomine appareant, a quo Pontificia omnia iura emanant.*

** Patet hoc ex Litteris Io. Franciſci Cardinalis de Gambara a. 1563. ſcriptis, dum ad Lancelottum ſic loquitur: *Agitur annus ſextus decimus, quo ego Peruſiæ te Præceptore prima iuris ciuilis initia vrgebam, & tu iamtum opus huiusmodi ſub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, vnde quod tamdiu retinueris, erit fortaſſe qui te accuſet.*

*** Sic ipſe in Prooemio: *Sed vsque adeo poſtmodum, cum Romæ ob eam vnam rem diu fuiſſemus, ſupremæ manus impoſitio differebatur, vt qui grauiſſimis, ac multiplicibus vndique ad ſedem Apoſtolicam confluentibus negociis admodum ſenem Pontificem, & natura ipſa (vs aiebant) vel cunctatorem diſtentum fuiſſe ignorauerit, magnam illo tempore incuriam fuiſſe facile ſuſpicari potuerit.*

**** Cenſores autem huic Operi a Pontifice fuiſſe datos CASPAR ZIEGLERVS in Notis ad Prooemium ad verba: *ſummorum virorum* docuit: *Erant autem Fabius Acorombonus, Iulius Oradinus & Antonius Maſſa, qui cum omnia probe examinaſſent, & ſæpe de illis, quæ ſibi dubia videbantur, cum Autore communicaſſent, egregium de toto hoc opere dederunt teſtimonium. Neque contentus eo autor, ne qua porro a Theologis moueretur controuerſia, eorum etiam cenſuræ ſcriptum ſubiecit, & tum a Daniele Blanio, tum ab ipſo Diœceſeos Peruſinæ Inquiſitore Matthæo Lachio ſubſcriptionem & conſenſum obtinuit.*

***** MASTRICHT *num.* 388. qui hæc ex Franciſci Mancini Epiſtola ad Cardinalem Ioh. Franciſcum de Gambara confirmat.

****** MAS-

****** MASTRICHT *n.* 389.

******* THOMASIVS *Cautelis cap. XX. §. XXIX.*

******** CASPARIS ZIEGLERI Notæ prodierunt *VVittebergæ* 1669. 4. præmiſſa Diſſertatione de Origine Iuris Canonici & Incrementis : His autem genuinum ſenſum monſtrauit atque næuos Iuris Canonici detexit. IOANNES DOVIATIVS in easdem [com]mentatus fuit *Pariſiis* 1685. 12. atque ius Eccleſiaſticum Regni Gallicani declarauit. Inter Italos commentatus in easdem fuit IO. BAPTISTA NERI a PETRA SANCTA, *Florentiæ* 1686. 4. IO. HENRICI BERGERI Adnotationes ad easdem maximam partem remiſſiones tantum continent ad Scriptores antiquos. Reliquorum curas ſuperauit CHRISTIANVS THOMASIVS, qui easdem prolixe fuit commentatus. Prodiit Liber primus *Halæ* 1715. 4. cum eiusdem & ZIEGLERI notis. Liber Secundus & Tertius *Halæ* 1716. Liber Quartus *Halæ* 1717. 4. præmiſſa Ziegleri dicta diſſertatione. In Notis ſuis THOMASIVS arcana dominationis Papalis, Epiſcopalis & Clericalis in Eccleſia Romana detexit: ſubinde etiam abuſus cleri Proteſtantium reprehendens.

## §. XXXI.

*M. Antonii Cucchi Inſtitutiones.*

Eandem cum Lancelotto laudem anhelaſſe videtur MARCVS ANTONIVS CVCCHVS, ICtus Ticinenſis, qui decem annorum labore conſcripſit Inſtitutiones Iuris Canonici, quos menſe Septembri a. 1567. edidit, neque tamen iſtas a Pontifice adprobatas. * Nec iſtæ nos morantur, quæ poſt easdem priuatis ſaltim curis fuerunt ** publicatæ.

* MASTRICHT *num.* 389. Edidit eas cum notis, Samuel Mareſius, *Groningæ* 1660. 4.

** De his Bibliotheca Iuris *c. XIII. §. XV*

## §. XXXII.

*Emendationes & Correctiones Iuris Canonici.*

Dum autem in hoc Corpore Iuris Canonici varii deprehenderentur errores, ſeculo XVI. Antonius Demochares & Antonius Contius, doctiſſimi Galli priuata auctoritate cuncta apud Gratianum reducere in ordinem fuerunt conati. † Sed dum iſti non ſufficerent, finito Concilio Tridentino, Pius IV. certos ſelegit Cardinales, variosque Doctores, qui Gratianum, ex Fontibus ſuis reſtituerent, quibus Pius V. duos adhuc adiecit. * Hoc tamen decretum ſub Gregorio XIII. demum perfectum fuit, & ab eodem vna cum reliquis Corporis Iuris Canonici partibus, a. 1580. fuit euulgatum. ** Ipſi autem Correctores Romani vſi fuerunt antiquis codicibus, atque emendationes ſuas Capitulis ſubiecerunt. Emendatæ quoque fuerunt Decretales, eædemque ex anterioribus Collectionibus & Regeſtis Pontificum reſtitutæ. *** Præſtant igitur Editiones recentiores, inter quas potior eſt Pithœana. **** Ex iſtis Regeſtis poſtea confecta ſunt Bullaria, quæ integras exhibent Pontificum Conſtitutiones. *****



Digitized by Google

† Balvzivs præf. ad Ant. Auguſtinum §. XXIX. *Superiore ſeculo Galli duo doctiſſimi, Antonius Demochares & Antonius Contius, tentauerunt cuncta apud Gratianum reducere in ordinem, felicibus interdum conatibus. Sed maioris diligentiæ ac laboris opus erat, quam vt perfici a duobus poſſet.*

* Antonivs Avgvstinvs, de emendatione Gratiani libro priori dial. I. ſub initium ſtatim ſic loquitur: *Niſi tibi moleſtum eſt, vehementer cupio a te diſcere; quid ſit, quod Romæ de Gratiani emendatione tanta cura per tot annos agatur: vt neceſſe fuerit, a tribus Pontificibus vt audio, multos ampliſſimos viros ex Purpuratis ſuis, & alios doctiſſimos homines hac vna in re aſſidue verſari.* Idem vero ſub finem libri prioris, Indicem addit ſelectorum virorum ſub Pio IV. & V. emendationi Gratiani præfectorum:

*Sanctæ Rom. Eccl. Cardin. nomina*

*M. Antonius Columna Romanus.*
*Hugo Boncompagnus Bononiens. poſtea*
*Greg. XIII. dictus P. M.*
*Alexander Sfortia Romanus.*
*Guilielmus Sirletus Calaber.*
*Franciſcus Alciatus Mediolan.*

*His additi ſunt ab eod. Pio V.*

*Guido Ferrenus Vercellen.*
*Antonius Carrafa Neapolitanus*

*Doctorum Nomina.*

*Felix Montaltus Gener. ordin. S. Franc.*
*poſtea Card. hodie P. M. Xyſtus V. dictus.*
*Chriſtophorus Patauinus Gener. ord.*
*S. Aug. Eremit.*
*Thomas Manricus ord. S. Domin.*
*Magiſter ſacri Palat.*
*- - - Lucatellus Bononiens. Poſtea*
*Regii Lepidi Epiſcopus*
*Ioſephus - - Veronen. ord. S. Auguſt.*
*poſtea Sacriſta Palatii, &*
*Epiſcopus Signinus in Campania.*
*Franciſcus Turrianus Hiſpanus,*
*poſtea Societ. Ieſus*
*Marianus Victorius Reatinus,*
*poſtea Epiſcopus Amerinan.*
*Michael Thomaſius Maioricenſis.*
*poſtea Epiſcopus Ilerdenſis.*
*Hieronymus Periſetus Regienſis*
*Antonius Cuccus Mediolan.*
*Ioannes Maſſa Hiſpanus.*
*Franciſcus Leo Hiſpan. poſtea Societ. Ieſus*

*Additi ſunt*

*Melchior Cornelius Luſitanus*
*Latinus Latinius Viterbien.*

Arnol-

*Arnoldus Pontacus Gallus*
*Petrus Ciacconius Hiſpanus*
*Franciſcus Pegna Hiſpanus, cuius*
*ſunt additiones Decretalium*
*ſine nomine, quia templum*
*Dianæ incendiſſe viſus eſt.*

Ex Auguſtino hæc hauſit MASTRICHT *num.* 393.

** Sic enim ipſe GREGORIVS in Bulla Corpori Iuris Canonici præmiſſa: *Hu-dum ob huius rei executionem, adbibitis nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate inſignium Virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſque Gloſſis, nec non idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorii Papæ IX. Prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus Gloſſarum autoribus, quibus, cum Viri pii & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque a ſacris Conciliis diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: Verum etiam cum his, quæ ab impiis Scriptoribus tam extra in marginibus, quam etiam intra aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipſum Decretum abſque Gloſſis a præfatis a nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat, ipſiusque maior pars a dilecto filio Paulo Conſtabili, tunc ſacri noſtri Palatii Apoſtolici Magiſtro vna cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorii IX. prædeceſſoris noſtri iam impreſſis recognita & approbata ſit: Reliquum vero eiusdem Decreti vna cum annotationibus prædictis tam abſque Gloſſis, quam ipſum totum cum Gloſſis, Sextumque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes a dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatii noſtri Apoſtolici Magiſtro recognoſcenda, omnia, & approbanda, in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum, vt libri ſacri in ea fideliter & incorrupte imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus.* Præmittitur etiam Præfatio, qua docetur, quid circa emendationem fuerit præſtitum. Atque in alia Bulla a. 1582. *Emendationem Decretorum, locorumque a Gratiano collectorum, (erat enim is Liber mendis, & teſtimoniorum deprauationibus pleniſſimus) a nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & aliis eruditiſſimis Viris adhibitis commiſſam, multis autem, variisque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis codicibus vndique conquiſitis, Autoribusque ipſis, quorum teſtimoniis vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam poſita erant, ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita eſt Operis ipſius dignitatis, & publicæ, eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & repoſita ſunt omnia, quam diligentiſſime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.* Verum, de iſta Emendatione ſic iudicat STEPHANVS BALVZIVS in præfatione ad Ant. Auguſtinum §. *XXIX.* dicens: *ſane negari non poteſt, quin multum debeamus Romanis Correctoribus, quorum opera & ſtudio factum eſt, vt quamplurima capita ſuis auctoribus reſtituta ſint, quos in Gratiani libro non agnoſcebant, facta nominis alieni. Quo vnico facinore fatendum eſt maximam crucem ademptam eſſe hominibus iſtarum rerum ſtudioſis. Vnum in Correcto-*

*rectoribus illis reprehenſione dignum putauerim, quod Gratianum purum putum, id eſt, cum næuis ac erroribus ſuis, quo modo citari perſæpe ſolet, exhibere noluerint, ſed pleraque in textu & in capitulorum inſcriptione mutarint, quæ eodem cum fructu legentium potuiſſent adnotari in margine, vt alibi frequenter factum ab illis eſt. Sunt etiam nonnulla ab his interpolata apud Gratianum quæ vere quidem ſunt auctorum vnde primo ſumpta ſunt, ſed quæ tamen non extant in locis vnde ea Gratianus accepit, vt alibi dictum a nobis eſt.*

*** MASTRICHT n. 396. *Eſt autem Regeſtum, Liber iſte in quo ſuas ſolebat deſcribere Decretales quiſque Pontifex; Quilibet enim habet peculiare; in his integræ ſcribebantur Decretales, quæ in collectionibus plerumque erant truncatæ, in principio, in medio, vel fine.*

**** Optima eſt PETRI & FRANCISCI FRATRVM PITHOEORVM, quæ ad veteres Codices Manuſcriptos reſtituta, ex Bibliotheca Claudii le Peletier prodiit *Pariſiis* 1687. *f. poſt Lipſiæ recuſa* 1695. & 1705. *f.*

***** Tale eſt LAERTII CHERVBINI BVLLARIVM, *Romæ* 1588. primum editum., poſt varie continuatum, de quo MASTRICHT *num.* 398. Plenius HVNOLDVS PLETTENBERO Introd. ad Ius Canon. *p.* 351. *Primum collecta ſunt* (Conſtitutiones Summorum Pontificum) *& in lucem edita a Läertio Cherubino Iuriſconſulto Romano. Deinde auctiore numero ab Angelo Maria Cherubino eius filio Monacho Caſſinenſi, congeſta & typis vulgata primum tempore Vrbani VIII; Deinde ſub Innocentio X, cuius Bullas quoque complectitur vſque ad annum* 1654. *Lugduni quatuor Tomis impreſſa ſunt. Demum additus eſt Tomus quintus Lugduni anno* 1673. *impreſſus, continens Pontificum Vrbani VIII. Innocentii X. Alexandri VII. Clementis IX. & X. Conſtitutiones in vnum opus a R. R. P.P. Angelo a Lantuſca & Ioanne Paulo a Roma Ordinis Minorum S. Franciſci Arctioris Obſeruantiæ collectas. Verum, cum Bullarium iſtud a nullo Pontifice reperiatur expreſſe approbatum, nec vllum extet Decretum de eo recipiendo, neque conſtet an omnes Bullæ in eo contentæ rite ſint promulgatæ, aut cum ſuis Originalibus exacte conueniant, ideo, niſi in authentica forma producantur auctoritatem legis non obtinebunt, & ſententia contra illas lata irrita non erit, neque in iudicio illi fides habebitur Tuſchus lit. E. Concl.* 679. *n.* 1. & 2.

## §. XXXIII.

*Liber Septimus Decretalium a Petro Matthæo collectus.*

Seculo XVI. exeunte, anno videlicet 1590. PETRVS MATTHÆI, ICtus Lugdunenſis, priuata auctoritate collegit Septimum Decretalium librum, quem Cardinali Caietano inſcripſit. In hunc, eodem Librorum numero & Titulorum ordine, qui in Gregoriana collectione reperitur, Conſtitutiones Pontificum, poſt Sextum, Clementinas & Extrauagantes editas, congeſſit, qui, licet nunquam fuerit adprobatus, recentioribus tamen quibuſdam editionibus acceſſit. *

* MASTRICHT *num.* 407.

## §. XXXIV.

*Liber Septimus Decretalium iuſſu*

Dum autem iſte liber Septimus auctoritate deſtitueretur publica, animum ad nouum Librum Decretalium ſeptimum, eundemque

que operam commiſit Flauio Vrſino, Franciſco Alciato & Antonio Caraffæ, Cardinalibus. Defuncto vero Gregorio XIII. Sixtus V. eiusdem ſucceſſor opus illud perficiendum commiſit Pinello, Aldrobandino & Matthæo Columnæ, e numero quoque Purpuratorum, e quibus Aldrobandinus poſt obitum Sixti in thronum ſublatus, perfectioni eiusdem operis inſtitit. Cumque dubium incideret, an inſerendi quoque eſſent Canones Conciliorum Florentini & Tridentini ad dogmata ſpectantes, iudicarunt eos compilationi iſti inſerendos eſſe; ſicque Volumen iſtud diuerſorum Pontificum Conſtitutiones & Conciliorum Decreta trecentorum prope annorum in quinque libros diſpoſita, ſuisque diſtincta titulis complectens, die 25. Iulii anno 1598. perfectum eſt. Verum, cum typis iam excuſum ſub nomine ſeptimi Libri Decretalium Clementis VIII. euulgandum eſſet, Quæſtio mouebatur, an a Iuriſperitis ſuper Decretis Concilii Tridentini huic libro inſertis, non ſecus ac ſuper aliis compilationibus Gloſſæ fieri poſſint & Commentarii. Quod cum ſub grauiſſimis cenſuris inhibuiſſet Pius IV. ſuppreſſa eſt publicatio eiusdem Voluminis. * *Gregorii XIII. conſcriptus.*

* Debeo hanc notitiam HVNOLDO PLETTENBERGIO, qui ſub finem Introductionis ſuæ ad Ius Canonicum hæc exponit. PETRVS PITHOEVS ſub finem Synopſeos Hiſtoricæ hæc habet: *Septima Decretalium Compilationi deputati fuerunt a Sixto PP. V. ann.* 1588. *Dominicus Cardinalis Pinellus, Hyppolitus Cardinalis Aldobrandinus, Hieronymus Cardinalis Pinellus, Lucius Sanus, Epiſcopus Rupanus, Seraphinus Oliuarius, Rota Auditor, & eius in Galliam profecti loco Hieronymus Pamphilius Auditor & ipſe. Franciſcus Pegna, Rota Auditor. Pompeius Arreſtinus, Aduocatus Conſiſtorialis. Iulius Cæſar Ottinellus, Secretarius Congregationis.*

## §. XXXV.

Quantum ad auctoritatem Iuris Canonici, creuit iſta cum Pontificum accreſcente poteſtate. Hoc vt eo felicius procederet, inter Canonicas ſcripturas relatæ fuerunt Decretales per Gratianum *Cap. in Canonicis 6. Diſt. 19.* Licet iſte locus ex Auguſtino deprauatus, loquatur de Epiſtolis Paulinis, minime vero de Epiſtolis Decretalibus Pontificum. * Dum autem magna ſenſim fieret Papalis auctoritas in regnis Europæ, in iisdem quoque Ius Canonicum fuit receptum ** & Iudiciorum ordo, maxime *** cum Decretiſtæ & Gibellini illud vbique eueherent. **** In Germania quoque cœpit ſeculo XIII. & publicis Legibus fuit confirmatum. ***** *Auctoritas Iuris Canonici.*

* Summa capitulo præmiſſa, talis: *In Canonicis ſcripturis Eccleſiarum Catholicarum quamplurimum diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator autoritatem ſequatur, inter quas ſane illa ſunt, quas Apoſtolica Sedes habere, & ab ea alii meruerant.*

*runt accipere Epiſtolas.* Rubrica docet, hoc capitulum ex AVGVSTINO *de doctrina Chriſtiana lib. II. c. VIII.* eſſe deſumtum. Verum, ipſi Correctores Romani in ſubiecta emendatione docuerunt, Auguſtinum citato loco agere de Epiſtolis Canonicis ſacræ Scripturæ. Sic enim iſti: *Caput hoc apud B. Auguſtinum loco indicato ſic habet:* In Canonicis autem ſcripturis Eccleſiarum Catholicarum quamplurium autoritatem ſequatur: inter quas ſane illæ ſunt, quæ Apoſtolica ſedes habere, & Epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis Canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eis, quas plures grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque autoritatis Eccleſiæ tenent. Si autem alias inueniat a pluribus, alias a grauioribus haberi, (quamquam hoc inuenire non poſſit) æqualis tamen autoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Auguſtini ſententia non ad Decretales Romanorum Pontificum, Sed ad Canonicas & ſacras Scripturas referenda eſt.* Violatores tamen Canonum ex Decreto Damaſi Papæ c. 5. c. 25. q. 1. inter blaſphemos referuntur: *Violatores Canonum voluntarii grauiter a Sanctis Patribus iudicantur: & a Sancto Spiritu (inſtinctu cuius, ac dono dictati ſunt) damnantur: quoniam blaſphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, vt præmiſſum eſt, aliquid, aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte vnum genus eſt blaſphemantium Spiritum Sanctum: quia, vt iam prælibatum eſt, contra eum agit, cuius nutu, & gratia ſancti Canones editi ſunt.*

** De vſu atque auctoritate Iuris Canonici in diuerſis regnis, vid. ARTHVRVS DVCK *de auctor. Iuris Ciuilis lib. I. c. VII.* THOMAS CRAGIVS etiam *Iure Feudali lib. I. dieg. III.* de Origine, progreſſu, atque vſu apud Anglos, Scotosque plenius egit. COTHMANN *Reſp. IV. n. 52. & Reſp. XXX. n. 70.* MASTRICHT *n. 386.*

*** Hæc plenius declarat PETRVS de MARCA de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. c. VI. n. 4. *Summum caput, in quo ius nouum ab antiquo differt, in eo iam conſtitui, quod ſuprema poteſtas, quam in pleriſque cauſis iudicandis Synodi prouinciales obtinebant, penitus extincta eſt, & ad ſolum ſummum Pontificem reuocata, & ea quæ in canonibus condendis verſatur, ſit adeo imminuta, vt Pontifici ſoli conſtitutionum condendarum onus incubuerit, quibus earum rerum formam præſcribebat, de quibus apud illum erat diſceptandum. Hinc ſecutus eſt nouus iudiciorum Eccleſiaſticorum ordo ad cognitiones per reſcripta Pontificum inſtituendas in Prouinciis; Vnde tot conſtitutiones emanarunt de Reſcriptis, de iudicibus delegatis, de officio iudicis ordinarii, de dilationibus, exceptionibus, ſententiis & appellationibus; & de toto, vt generaliter loquar, iudiciorum ordine. Hæc omnia olim non adeo exacte & ſolenniter exercebantur, vt nouis Conſtitutionibus eſt decretum; quæ magna ex parte in formulis actionum & in triturà fori, anxie & ſcrupuloſe verſantur. Ex alio deinde capite noua Eccleſiaſtica Politiæ facies oborta eſt, ſcil. ex Beneficiorum ab ordinationibus diſcretione. Antiquo iure, quod Canone Concilii Chalcedonenſis probatum erat, nullus ad Clerum adſciſcebatur, quin ad certam Eccleſiam ſub Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & cæterorum ordinum gradu adſcriberetur, adeo vt manus impoſitionem ſequeretur adſcriptio in Canonem ſeu laterculum & matriculam Eccleſiæ. Hoc obtinet adhuc in Epiſcopis, ſed in cæteris gradibus ordinationes* ἀπολελυμμένως *& abſolute fiunt, & abſque titulo Eccleſiæ, contra*

*præ-*

*præſcriptum Concilii Chalcedonenſis. Conſtitutum quidem fuis in Concilio Lateranenſi, ne Clerici ordinarentur abſque titulo, ſaltem patrimonii, ſcil. ne in opprobrium Cleri mendicare cogerentur; ſed hoc Decreto non eſt reſtituta vetus diſciplina, quæ clericos per manuum impoſitionem ſuis Eccleſiis addicebat. Separatio iſta & diſcretio ordinationis ab Eccleſia ſeu beneficii collatione & pinguiſſimorum redituum copia, nouas, in Ius Canonicum regulas inuexit, antiquo iuri prorſus incognitas, de beneficiis acquirendis, conſeruandis & amittendis, quæ fere vtramque paginam noui iuris faciunt. Matrimoniorum impedimenta nouis interdictis ad tuendam honeſtatem publicam introducta, & reuocata ad ſolum Eccleſiam earum cauſarum cognitiones & cognitionum, quæ hac de re habentur, adſtrictus forenſibus formulis ordo, nouam iuri Canonico materiam ſubminiſtrarunt. Excommunicationum infligendarum & pœnitentiarum publicarum, quæ antiquo iure vigebant, temperatus iure nouo rigor nouis Conſtitutionibus explicandus erat. Non omittendæ ſunt multiplices Monachorum ſpecies & religioſarum domuum diffuſa per Europam multitudo, quæ nouis regulis & inſtitutis Pontificum curam ad ſe traxerunt. Quin & indulta monaſteriis aut Canonicorum capitulis exemptiones ab Epiſcoporum iurisdictione & priuilegia varia illis conceſſa, varias cauſarum figuras a Pontificibus diſceptandas præbuerunt.* FRANCISCVS HOTTOMANNVS Franco-Gallia c. vlt. p. 342. Rabulariam artem ex Iure Canonico ducit, dicens: *atque huius ego morbi Rabularii (quem veriſſime ſcabiem Gallicam appellare poſſumus) quo magis magisque originem inueſtigo: eo magis in illa quam ſuperius protuli, opinione, confirmor, vt ſuperſtitionum lues vt alia complura, ex Romanorum Pontificum officina profluxerunt, ſic rabulariæ artis diſciplinam ex eorundem curia & iurisdictione ad nos defluxiſſe: quod per admodum paucis poſt Decretalici iuris promulgationem annis, contigiſſe conſtat.*

**** Vide Capite Superiori §. *XXXIX.* Encomia huius Iuris varia congeſſit Dnus BÖHMERVS *in diſſertatione de Praxi Iuris Canonici in terris Proteſtantium cap. I. §. XXI. & Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. XXXVII. ſqq.*

***** Vide Capite Superiori §. *XVIII.* THOMASIVS *de vſu Legum Iuſtinianearum §. XIII. XIV. XV.* qui etiam incrementa & decrementa Iuris Canonici per Germaniam in Cautelis ſuis cap. XXI. declarat. BÖHMERVS *de Praxi Iuris Canonici in Terris Proteſtantium cap. I. §. XV.*

## §. XXXVI.

*Iuris Canonici auctoritas qua ratione decreverit.*

Deſiit autem ſenſim huius Iuris auctoritas a temporibus Ludouici Bauari, * cum plures eſſent Scriptores, qui Imperatorum Iura ſupra Pontificem adſererent, huiusque iuris iniquitatem atque ingenioſa auaritiæ præcepta ſatis arguerent, ** Inde etiam a Principibus & Vrbibus diuerſa condita fuerunt Statuta, Iuri Pontificio plane repugnantia. ***

* Controuerſiam iſtam Ludouici Bauari cum Iohanne XXII. & Benedicto XII. expoſuimus in Synt. H. G. *diſſ. XXVI. §. XV ſqq.*

** Tales collegit SIMON SCHARDIVS *de Auctoritate & Iurisdictione Imperii* atque potiſſimum MELCHIOR GOLDASTVS *in Collectione ſua de Monarchia Imperii.* Alia iudicia collegit MASTRICHT *n.* 385. 387. Inter hæc IOANNES GEILERVS KEISERSBERGIVS ſermone III. de orat. *Nota*, inquit, *diſſipauerant Dei per leges humanas: ſic Dominus Iudæis improperauit: irritum feciſtis &c. & per leges poſitiuas, canonicas & Im-*

*Imperiales, per ſtatuta municipalia, prouincialia, ſynodalia & cuiuslibet particularis Eccleſiæ, quod ſuo tempore lamentatus eſt beatus Auguſtinus, ad inquiſitionem Ianuarii. Quod ſi idem nunc viueret, & videret Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas, & tot Lecturas &c. Deus meus, quid diceret? taceo de legibus iniquis. Plane obruitur lex diuina per tot humanas, ne diſcatur & cognoſcatur.* GEORGIVS WICELIVS in Via Regia: *Quot vero horum ſtatutorum (iniquorum ſcil.) millia in libris recentioribus extant? cuiusmodi Eccleſia Chriſti non ſolum reprobat, verum etiam ferre amplius neque poteſt, neque debet: ſiquidem condita ſunt præter legem Dei, præter legem naturæ, contra ædificationem domus Domini, imo ad huius deſtructionem, contra charitatem proximi, contra conſuetudinem veteris, veræque Eccleſiæ, contra exempla priſcorum, ac ſanctorum Patrum; ad hæc ex malo fundamento ambitionis & auaritiæ, vt hæ duæ peſtes natiuæ radices ſint omnium totius curiæ malorum. Quæ ſtatuta conſtitutaque quando Eccleſiæ & Reip. obſunt, improbis tantum ad quæſtum ac ambitum temporarium proſunt, & cum voluntate Dei pugnant, ſaluberrimum fuerit, ſi Pontifex Max. irrita faciat, & his morbis Eccleſiæ corpus liberet. Cuius generis eſt magna pars Decretalium & Clementinarum, quibus Eccleſia carere poteſt adeo, vt his oneribus leuari iam pridem cupiat. Aboleantur libri turpiter paraſitici atque gnathonici omnes.* HENRICVS AGRIPPA de vanitate Scientiarum c. XCII. *A iure ciuili dimanauit Ius Canonicum ſiue Pontificium, quod plerisque ſacroſanctiſſimum videri poſſet, tam ingenioſæ auaritiæ præcepta ac rapiendi formulas ſpecie pietatis adumbrat, cum tamen pauciſſima in eo ſtatuantur ad pietatem, religionem ac Dei cultum ſacramentorumque ritus ſpectantia, taceo, quod nonnulla Dei verbo contraria aut repugnantia. Cætera omnia non niſi iurgia, lites, faſtus, pompæ, tum quæſtus ac lucri negocia, pontificumque Romanorum placita, quibus neque ſatis ſunt, qui olim a ſanctis Patribus ſunt conditi canones, niſi hi continuo accumulent noua decreta, paleas, extrauagantes, declaratorias, Cancellariæ regulas, vt nullus ſit condendorum canonum finis, neque menſura, quæ vna omnium Romanorum Pontificum ambitio ac libido eſt, condendorum ſcil. nouorum canonum, quorum eo vsque excreuit arrogantia, vt angelis cœlorum præciperent, vt ex inferno ſublata præda rapinam facere præſumerent, & in mortuorum manes manum mitterent: etiam in diuinam legem, interpretando, declarando, diſputando nonnunquam tyrannidem exercerent, ne quid plenitudini poteſtatis ſuæ poſſet deeſſe aut derogari. Ex horum præterea canonibus & decretis didicimus, Chriſti patrimonium eſſe regna, caſtra, donationes, fundationes, allodia, opes ac poſſeſſiones ac ſacerdotium Chriſti Eccleſiæque primatum eſſe imperium, regnum; & gladium Chriſti eſſe iurisdictionem ac poteſtatem temporalem: & Petrum Eccleſiæ fundamentum eſſe perſonam Pontificis: Epiſcopos eſſe Eccleſiæ non miniſtros modo, ſed capita: & bona Eccleſiæ eſſe non modo doctrinam Euangelicam, ardorem fidei, contemptum mundi, ſed vectigalia, decimas, oblationes, collectas, purpuram, mitras, aurum, argentum, gemmas, prædia, pecunias, poteſtatem: Summi Pontificis eſſe gerere bella, diſſoluere fœdera, ſoluere iuramenta, abſoluere ab obedientia & domum orationis facere ſpeluncam latronum, ita quod Papa poteſt deponere Epiſcopum ſine cauſa, quod poteſt dare rem alienam, quod non poteſt committere Simoniam, quod poteſt diſpenſare contra votum, contra iuramentum, contra ius naturale, & nemo debet illi dicere, cur ita facis? Epiſcoporum vero officium eſſe iam non prædicare verbum Dei, ſed datis alapis confirmare pueros, conferre ordines, dedicare templa, baptizare campanas, conſecrare aras & calices. Ex iisdem fontibus prodierunt cautelæ iſtæ, quibus hodie citra Simoniam Epiſco-*

*Epiſcopatus & beneficia emuntur venduntur que , & quicquid præterea eſt nundinationum & monopoliorum in gratiis, in condonationibus, in indulgentiis, in diſpenſationibus & ſimilibus rapinarum formulis, a quibus etiam in* GRATVITIS AB IPSO DEO FACTIS *peccatorum remiſſionibus pretium ſtatutum eſt, & inferorum pœnis inuentum eſt lucrum &c.* Quare etiam THEODORVS BIBLIANDER Corpus Canonicum vocare ſolebat *Pludermentum deliriſſimum*, teſte LOMEIERO *de Biblioth. cap.* 8. *p.* 164.

*** Vide Capite Superiori §. *XXVIII.*

## §. XXXVII.

*Decrementa per Concilium Baſileenſe*

Durauit poſtmodum Iuris Canonici auctoritas, vſque ad tempora Concilii Conſtantienſis, quo primum theſis iſta inualuit, Concilium eſſe ſupra Papam, * quod deinde in Concilio Baſileenſi fuit confirmatum. ** Poſtquam autem renatæ eſſent litteræ elegantiores, per iſtas huius iuris iniquitas ſtatusque peruerſus ſatis clare apertus. Maximum vero decrementum cœpit Ius Canonicum, poſtquam, exorta Reformatione, Lutherus, illud, tanquam ſacris litteris minime conueniens X. Decembris 1520. in magna Doctorum atque Studioſorum corona flammis aboleret. *** Hic etiam, vt Papæ auctoritatem magis ſupprimeret, Iuris Ciuilis Maieſtatem mirum in modum extulit. **** Ius Canonicum aboleri plane voluit, cui ideo variæ fuerunt cum ICtis Wittebergenſibus altercanones ***** quibus obſtetricantibus potiſſimum Henningo Gœdenio, Hieronymo Schurfio, Eberhardo a Weyhe aliisque aliorum Academiarum ICtis fuit conſeruatum. † Dum iſti eiuſdem notitiam edocti, Prælectiones ſuas in Ius Canonicum continuarent, ſuam hoc ipſo auctoritatem conſeruaturi. †† Immo, nec defuerunt inter ICtos, qui ſingulari ſcripto Apologiam Iuris Canonici exhiberent. ††† A Principibus adprobatum proinde qui in Academiis ſuis Profeſſores Iuris Canonici conſtituerunt, ne eiuſdem Iuris auctoritas intercideret. ††††

*per Reformationem.*

* ÆNEAS SYLVIVS *de Geſtis Concilii Baſil. lib. I. p.* 14. *dictum pro omnibus, ac præ omnibus ſufficere debet Conſtantienſis Concilii teſtimonium; Eo namque in loco, vbi aduerſus Petrum de Luna fertur ſententia, de eo his verbis habetur mentio eaque in generali Concilio locum habere dicuntur. Quibus ex verbis plus illud habemus, quia non ſolum Papa in correptione fratris ad Concilium remititur, vbi per ſe non poteſt ſed etiam vbi de ipſius Papæ correptione agitur, ad Concilium eſt recurrendum.* Vid. Synt. H. G. *Diſſ. XXIX.* §. *XII.*

** Hæc ÆNEAS SYLVIVS *Comment. de geſtis Concilii Baſileenſis* comprobat, atque multis argumentis defendit. Decretum enim in Seſſione II. *Omnes, cuiuscunque dignitatis ſint, etiam Papalis, Concilio obedire teneri, in his quæ pertinent ad fidem & generalem Reformationem Eccleſiæ Dei, in capite, & membris.*

*** Sic ipſe LVTHERVS in Litteris ad Spalatinum ep. CCII. *Anno MDXX.*

*decima Decembris, hora nona, exuſta ſunt VVittemberga ad orientalem portam iuxta ſanctam crucem, omnes libri Papæ, Decretum, Decretales, Sextus, Extrauagantes, & Bulla nouiſſima Leonis X. Item Summa Angelica, Chryſopraſus Eckii, & alia eiusdem auctoris, Emſeri, & quædam alia, quæ adiecta per alios ſunt, vt videant incendiarii Papiſtæ non eſſe magnarum virium libros exurere, quos confutare non poſſunt.* Poſſideo ſcriptum illo tempore editum, ſub titulo: *Exuſtionis antichriſtianorum Decretalium Acta*, quo integer Proceſſus, &, quæ poſt exuſtionem petulantia fuerit Studioſorum Wittebergenſium, deſcribitur. Hoc etiam factum ſuum publico ſcripto defendit LVTHERVS, quod extat *Tomo I. Opp. Germanicorum p.* 354. Summam libri refert SLEIDANVS *l. II. p.* 53. Licet male hoc habeat IACOBVM GRETSERVM *de Iure & more prohibendi libros lib. I. c. XXII.* CASP. ZIEGLER *§. LXIV.* Synt. H. G. *diſſ. XXXII. §. XIII.*

**** Vide *Diſſ. ſuper §. XL.*

***** LVTHERVS lib. I. ep. CCXXXVII. inculcat, Ius omne Pontificium eſſe excludendum, addito voto: *vt principes animo aliquando accepto, iurisdictionem & cenſuras iniuſtas penitus antiquarent in terris ſuis.* SECKENDORFIVS etiam *Hiſt. Luther. libr. I. ſect. III. §. III.* docet; qua ratione Lutherus Ius Canonicum minime tanquam normam iudicii in controuerſiis de religione adgnouerit. Cum vero viderat prouocari adhuc ad Ius Canonicum, ipſe eidem legendo ſe applicauit, prout diſcimus ex epiſtola ad Georgium Spalatinum a. 1529. ſcripta, in Suppl. Epiſtolarum a BVDDEO editarum ep. LXXXVI: *Cauſa coniugalis ad nos miſſa ſtatim ſequetur. In qua pronunciauimus pro marito ſecundo, & primum illum perfugum damnauimus etiam decretis papæ. Nam iura papiſtica quoque legere incipimus & inſpicere, in quibus videmus, ne ipſos quidem ſua iura videre aut curare, miramurque priorem ſententiam a noſtris datam. Quanquam ego deinceps ſtatui ruſticorum & vulgi ingratitudinem ſic vlciſci, vt niſi pii ſunt qui cauſa laborant aliqua, prorſus ad Officiales remittam, & ſinam mortuos ſepelire ſuos mortuos. Proinde & hanc veſtram mulierculam ad officiales & Iuriſtas remiſiſſem, niſi veſtro teſtimonio pia meruiſſet libertate Euangelica frui. Quanquam poſtea & ipſo Papæ iure idem conſecuta eſt.* Anno 1544. exorta Luthero cum Iureconſultis fuit controuerſia ſuper clandeſtinis ſponſalibus, & quod iſti controuerſias matrimoniales ex Iure Canonico vellent decidi. Sic enim ipſe ad Spalatinum ep. CCLI. edit. Buddeanæ: *Ego tibi fateor, in hoc anno nouo ſic eſſe me acceptum, vt in vita mea, & in tota cauſa Euangelii nunquam fuerim perturbatior. Oritur enim mihi cum Iuriſtis negotium acerrimum de clandeſtinis ſponſalibus. Et quos ſperaueram fidos Euangelii amicos, experior hoſtes acerrimos:* Agit de hac controuerſia SECKENDORF *de Lutheraniſmo lib. III. ſ. XXXII. §. CXXVI.* qui ait: *Extat reſcriptum Electorale ad D. Pomeranum, Pontanum & Melanchthonem d.* 8. *Ian.* 1544. *datum, in quo refert, Iuriſconſultos de Luthero queſtos eſſe, quod minaretur ſe edito libro refutaturum illos eſſe, mandat autem, vt illis dicant, ſi quæ ſtatuiſſent contra verbum Dei & Auguſtanam confeſſionem, vt a talibus poſthac deſiſterent, de iis vero, quæ controuerſa & dubia eſſent, ſpeciatim in cauſis matrimonialibus Theologi & Iureconſulti amice conferrent, & abſque detrimento doctrinæ Chriſtianæ a Luthero propoſitæ, concordarent poſthabitis legibus Pontificiis: quod ſi conuenire non poſſunt, pronunciari vult ex Theologorum, & illorum ex Iureconſultis, qui cum Theologis conſentirent, ſententia; Lutherum moneri iubet, vt a libro contra Iuriſconſultos ſcribendo abſtineret.* Motus inde Lutherus Witteberga ex tædio abiit, nec eo fuit reuerſus.

† Sic

Digitized by Google

† Sic enim de auctoritate Iuris Canonici HIERONYMVS SCHVRFIVS *cent. I. Conſ. LXXI. n.* 18. 20. ait: *quando aliquid reperitur deciſum ab eccleſia, tunc illud eſt ſeruandum in foro ſeculari, quia vnum ius iuuat aliud, ſicut vna poteſtas iuuat aliam. Si enim, ſtante dubio in aliquo caſu recurritur ad conſuetudinem, multo fortius recurri debet ad ius Canonicum, quod eſt maioris auctoritatis* Et paucis interiectis: *vbi ſunt opiniones inter Legiſtas, nec reperitur deciſio de iure ciuili, ſed de iure Canonico, illi eſt ſtandum, etiam in foro ſeculari in terris Imperii.* Sic Cent. III. conſ. LVIII. pro diſpoſitione Iuris Canonici in materia teſtamentaria pugnat. HENNINGVS GODEN vero *Conſil. VIII. n.* 11. 12. *Conſ. XIII. n.* 9. & *Conſ. LIV. n.* 13. ſæpius Iuris Canonici auctoritatem propugnat. Quantæ autem vtrique hi Iureconſulti fuerint auctoritatis, MATTHIAS COLERVS docet in præfatione Tractatus de Proceſſu executiuo, dum ita ſcribit: *huius generis prodromos habeo non exiguæ auctoritatis, inter quos D. Henningus Gœdenus, & D. Hieronymus Schurffius, vt ætate praeunt, ita in hac parte circa materias de quibus ipſi ſcripſerunt, facile primas obtinent.* Debeo hæc Celeberrimo Viro, IVSTO HENNINGO BOEHMERO, qui in *Iure ſuo Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. LXIII.* plenius hæc exponit, atque ex ſcriptis Melchioris Klingii, Io. Schneidewini, Matthæi Weſenbecii, Io. Zangeri, Eberhardi a Weyhe, atque Doctorum Iuris in diuerſis aliis Academiis, æque demonſtrat, Iureconſultos conſeruaſſe Iuris Canonici auctoritatem. Adſentitur ipſe Wittebergenſium Anteſignanus, CASPAR ZIEGLERVS *diſſ. de Ort. & Progr. Iur. Canonici §. LXV.* ſcribens: *præcipue vero offenſi erant Iurisconſulti, Henningus a Gœden Eccleſia Collegiata omnium ſanctorum Præpoſitus, & Hieronymus Schurffius, muſſitantes, ſuam hic rem agi ſuasque profeſſiones exagitari, poſſe Lutherum ea, quæ Sacris Scripturis aduerſa ſunt, eliminare, ſed non poſſe nec debere ea, quæ ad proceſſum faciunt iudiciarium, quibusque maxima pars decretalium repleta eſt, deſtruere; proceſſum iſtum ex decretalibus addiſci, eoque vniuerſa hactenus vſa fuiſſe tribunalia: ad ſe ſpectare de proceſſu iſto iudicium ferre, non ad Theologum: naſcituram immenſam confuſionem, ſi cauſas hactenus agitatas nouo nunc proceſſu peragere oporteat: in iure Canonico multa eſſe vtilia alia, quæ ad inutilium numerum referre, & eum iis abolere iniquum fuerit, & quæ tum regerebantur alia.*

†† Rationem hanc poſt Zieglerum reddit BÖHMERVS *c. l. §. LX* *Cenſebant enim, ſuam hic agi rem, totumque proceſſum, quo maxima pars Decretalium repleta eſſet, turbari, qui tamen e republica eliminari non poſſet; Eſſe multa ſalutaria & ſcitu neceſſaria in iure Canonico, quæ negligi ſine iactura reipubl. non poſſent, adeoque propter næuos quosdam hoc ius aboleri non poſſet. Videbant præterea omnem, quam in ſtudio iuris Canonici collocauerant operam, fruſtraneam futuram, adeoque laudem eruditionis, quam vniee ex vtroque iure hauſerant, ſe amiſſuros eſſe.*

††† EBERHARDVS a WEYHE equidem, dum ex Cimbricis Regionibus ad docendi & iudicandi munus eſſet reuocatus, atque interpretari inciperet librum ſecundum Decretalium, præmiſit Orationem: *de controuerſia, an Ius Pontificium ſiue Canonicum, merito & licite, in ſcholis, & foro fidelitatis, locum obtinere, doceri, obſeruari, ac publicæ priuatæque vtilitatis, denique humanæ neceſſitatis gratia, ipſius commercium fidelibus concedi poſſet?* quæ curante IO. STRAVCHIO *Ienæ* 1673. 4. fuit recuſa. In hac ſub initium ipſe tradit, qua ratione Epiſcopi Romani ad tyrannidem ſacram ſibi viam ſtrauerint vbi *p.* 130. ait: *Cum probe conſtet, parum boni, ex Pontificio regno (quod magis, quam fuit olim aut Babylon, aut Sodoma, corruptum, atque ſcelera-*

*leratum) tanquam ex orbis terrarum fœdiſſima ſentina & inexhauſta quadam colluuie, profectum, quidquid vero profectum, id variis modis contaminatum, conſpurcatum, & multiplicibus viciis, obnoxium eſſe.* Item p. 131. *Condiderunt Pontifices eorumque mancipia, hoc ius,* κακοζηλία *quadam, & ſtulta æmulatione ducti, Pontificum ſanctiones, iuſſiones, conciliorum decreta, Synodorum deciſiones, reſponſa & epiſtolas, ſanctorum patrum lucubrationes, & hiſtorica, Eccleſiaſtica, legibus ciuilibus tecte, carptim, & fruſtulatim adiectis, congeſſerunt: pari quidem conatu, ne quicquam poteſtati, & correctioni ſupremæ deeſſet: ratione, ordine, & fine plane diuerſo, pro libitu humana diuinis commiſcentes, & magna ſapientia, incredibili æquitate compilatum ius ciuile in multis partibus deprauarunt.* p. 232. *Hinc iuris ciuilis anteceſſores ſecuti, ſcripſerunt ad ius amictu ſpecioſo ornatum, impiæ fraudis, exitioſæ falſitatis, ſuperſtitionis vaniſſimæ & erroris turpiſſimi plenum, ſummas, gloſſas, commentarios ingentes & immanes* p. 133. *Negare enim non poſſumus, mera ambitione, regnandi libidine mera, auaritiæ ardore, Pontificem hoc ius fabricaſſe, confirmaſſe, Academiis interpretandum propoſuiſſe: vt & angelis, & hominibus, & Diabolis iuſſiones mitteret, pro arbitrio pandectas ſacras corrumperet, ceremonias fingeret easque ſimplicitati Apoſtolorum ad rem faciendam præferret, omniaque rite conſtituta euerteret. Namque ex limpidiſſimo omnium Hiſtoricorum fonte, luce meridiana clarius patet, facultatem condendi iura Pontifici non competere.* Pergit p. 137. dicens: *Ad hæc in aperto eſt, quanta ſit impudentia Canonicorum in legibus matrimonialibus conſtituendis, cauſſis diuortii & probibitionis fingendis, in gradibus cognationis computandis, dum præter cauſſas ab ipſo Chriſto poſitas, alias, & quidem plures enumerant: dum caſtiores ipſo Deo videri volunt: dum euerſa naturali ſupputatione, contra naturam, per ſaltum computationem perperam inſtituunt. In ſumma toties illi in veritatis ſcopo monſtrando peccant, quoties a ſacra ſcriptura, vnica omnium actionum norma, & Iuriſprudentia Romana recedunt, ſumma miſcentes profundis, ſacra prophanis. Omnia hæc & pleraque quæ reſtant, ſi quis plenius voluerit examinare, is iuſtum volumen conſcribet: in qua re alii nouiſſime laborarunt, ſat ſtrenue & non inutiliter. Quis itaque perditorum hominum audaciam, impietatem, pertinaciam & cæcitatem non perhorreſcet? quis non deteſtabitur? quis non deplorabit? quis non tantum, quantam poteſt, & debet, conferet, ad communem ſalutis incolumitatem, operam? quem non mouebit in corrumpendis ſacræ ſcripturæ pandectis impudentia, tyrannis, & potentia ingens, dominatio pernitioſa vox arrogans, ſuperba, imo diabolica, quæ legenti libros Canonicos paſſim occurrit: quis denique non admirabitur, illis Reipub. peſtibus gubernantibus, imperium illud tam diu ſtare potuiſſe, & mortales qui in ſtabiliendo defendendoque laborant, inumiri? ſed libera poſteritas, nulla corrupta affectione, nulla coacta ſeruitute, magno conſenſu, recte facta laudabit iisque contraria vituperabit, explodet & exſibilabit: quod ante quoque factitatum ab ipſis Pontificiis non ignoramus, qui eadem libertate ſcripſerunt de moribus & fide Pontificum, qua vixerunt ipſi. Et quamuis tot monſtra, tot portenta veneficiis, magia præſtigiatrice, ſacrilegiis, parricidiis, refariis & inceſtis contaminata libidinibus in eorum numero reperiantur: tamen non deſunt, qui his Simoniacis, fœdifragis, concubinariis ſummum honorem exhibeant. Sed quid non poteſt opinionis ſtultæ & impia perſuaſio in rebus humanis? Plerumque fit, & ita fieri experimur, vt egreſſi officii limites turpiter impingant. Ita euenit quoque Pontifici, peregrina tractanti: Extant in illo iure politicæ Conſtitutiones, quæ neque veritate naturali neque ratione ac ſenſu communi, vel ciuili*

*vili conſideratione confirmari poſſunt.* Idem poſtea variis exemplis confirmat. Demum *p.* 141. ſic concludit : *paucula hæc, quæ mihi & omnibus in apertum exemplum erunt, ex multis, imo infinitis, adducere volui : quibus vilitatem & falſitatem iuris Canonici oſtenderem.* Poſtquam autem vitia atque errores Iuris Canonici ſatis recenſuiſſet, ad laudes nunc venit atque *p.* 141. dicit. *Et hæc commemorantur a nobis, non vt deterreamus Lectoris ſtudium : ſed vt accuratori iudicio atque ita maiori cum fructu legatur ius Canonicum, ſanctiſſimis & eximiis ſententiis ac doctrinis ornatum & ſtipatum.* Pergit : *video enim, experior & in confeſſo eſt, neminem feliciter Ciuilia negocia tractare, ne dicam perficere poſſe : niſi ea in promptu habuerit, quæ ad iuris ſcientiam, & actionem pertinentia, eo iure continentur.* p. 142. *Suppeditat enim ius Pontificium illa liberaliter, mutata Reipub. forma, mutatis perſonis, mutatis circumſtantiis, quibus prudentia humana auctior & illuſtrior redditur. Quod ſi illud in vniuerſam abiecerimus, & cum magno noſtro diſpendio repudiauerimus : non ſaltem inſignes magnarum controuerſiarum definitiones ſiue deciſiones, ex iure naturali omnium legum fonte & ſcaturigine petitas, neque a iure Romano alienas, ſed etiam viam & methodum litigandi ipſam amittemus, quæ expedita & abſoluta, non minus laudis & utilitatis, quam ius ipſum continet.* Et paucis interiectis : *Quamobrem vt ex communi approbatione non haberet ius Canonicum, legis publicæ vigorem & robur : tamen propter varias, elegantes, multorum caſuum determinationes, apud Romanos nunquam auditas commentarii doctiſſimi auctoritatem ſibi iure ſuo vendicaret* p. 146. *multa, imo innumerabilia, infinita occurrunt Legenti ius Canonicum, publicæ rei non minus quam priuatæ ſalutaria & neceſſaria.* p. 147. *quæ cum ita ſe habeant, & quilibet in negociis politicis verſatus fateri cogatur, iure Pontificio maxime illuſtrari ciuilem ſcientiam, & actiones politicas: non iniuria neque inepte neque impie aſſerimus, ius Canonicum, legendum, euoluendum, commentariis illuſtrandum, & iuuentuti proponendum* p. 148. *quod ſi iam ordine diſſerere decreuiſſem, quantum conducat iuris Canonici cognitio politico, in deliberationibus de eligendo Epiſcopo, Archiepiſcopo, de præbendis & beneficiis Eccleſiaſticis conferendis & ſimilibus, quæ curam doctorum hominum deſiderant non leuem : liquido & manifeſto probarem, politico ſumme neceſſarium, vt ad libros legendos conuertat animum, quibus hæc omnia effuſe continentur. Quamuis enim maxima ex parte apud noſtros Canonicos, exploſa ſit veſana Pontificum Romanorum Catholicorum religio, & bona, quæ error veterum, ſacris deputauit, rei magiſtratus debeant ſociari : tamen ſi quis iis recte & bene vſus fuerit, bona ſunt, & ad conſeruandam familiam idonea, ſi male, mala :* Tandem *p.* 151. ſic concludit : *Quamobrem, vt tandem colophonem addam : Cum in libris iuris Pontificii reperiantur, quæ faciunt ad Eccleſiæ gubernationem, ad Reipub. & priuatæ conſeruationem, ad morum & vitæ emendationem : non tantum illos Iuriſperitorum Romanorum Ethnicorum reſponſis & reſcriptis coniungendos, ſed fere præferendos eſſe, exiſtimo : præſertim cum tacito Impp. Electorum, Principum & Ordinum conſenſu ſint recepti, approbati, & ſecundum illos per multa ſecula iudicatum. Et cum occurrant multa impia, ſuperſtitioſa legenti, nonnulla quæ palam iubent colere idola, præcipiunt inuocationem hominum mortuorum, & ſtatuarum, artolatriam ac onera quæ ſine peccato non poſſunt ſuſtineri : iſta & ſimilia, ipſo Pontif. teſte, ſunt legenda, non vt teneantur, ſed repudientur, præclarum enim illud & plane diuinum : Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.* Poſt eum IO. ZANGERVS profeſſor Decretalium Wittebergenſis oratione anno 1564. habita, declarat ius Canonicum in ſcholis & foro licite doceri



Digitized by Google

ceſi & obſeruari, atque ſic ait: *Etſi autem inficias ire non poſſumus, ius hoc plenum eſſe erroribus, & eo Hierarchia Romana dignitatem amplificari & ſtabiliri cœpta tamen eſt canonum auctoritas poſt Lotharium (cuius auctoritate, conſilio Irnerii reuocata ſunt ſtudia doctrinæ legum Romanarum & reductus eſt quaſi poſtliminio vſus earum in forum, in quo annos amplius ſexcentos exularant) extolli & legibus Romanis anteponi, vtpote qui Canones de rebus ad eccleſiam pertinentibus conſtituerent. Ac cum Epiſtolæ decretales ad iuris ciuilis cognitionem multa vtilia contineant, eæque a ICtis & pragmaticis, quorum opera & conſilio pontifices vtebantur, conſcriptæ ſint, & maiores noſtri animaduerterunt, iuris ciuilis vſum, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, in hiſce epiſtolis proponi, effectum eſt, vt Gregorii IX. decretales, imprimis vero ea, quæ libro primo, paucis exceptis, & ſecundo proponuntur, in ſchola hac publice prælegerentur. Nec tamen hoc ipſo has epiſtolas, vt & totum ius Canonicum, quo ſæpe numero in cauſarum deciſionibus vtimur, ab omnibus vitiis vendicarunt maiores noſtri & Electores Saxoniæ, vt & alii imperii principes qui Auguſtanæ confeſſioni addicti ſunt, ſed hoc moderamine hiſce vti volunt, vt quæ de pontificia auctoritate & poteſtate inſerta ſunt, reiiciantur, & de eo aliisque erroribus impiis ſtudioſa iuuentus admoneatur.* Demum paucis interiectis concludit: *Iura ergo Canonica non vt pontificum, ſed quaſi principum noſtrorum propria in ſcholis profitemur & in foro ſequimur.* Eadem fere habet ARTHVRVS DVCK *lib. I. c. VII. §. XIX.*

†††† Patet hoc ex dicta Zangeri oratione, dum ait: *illud excutiendum reſtat, quam ob cauſam Dux Saxoniæ Fridericus tertius, & frater huius Ioannes, Electores imperii, etiam poſt inſtauratam lucem veræ & ſalutaris doctrinæ cœleſtis & manifeſtatam Romani Antichriſti tyrannidem, nihilominus tamen in hac Academia doctoribus iuris fecerint facultatem, ius pontificium docendi & id ipſum non modo permiſerit Elector Ioannes Fridericus, ſed & mandauerit, & reliqui etiam Electores, Mauritius, Auguſtus & Chriſtianus idem voluerint & princeps noſter clementiſſimus D. Fridericus VVilhelmus Dux Saxoniæ & Ducatus ſeptemuiralis adminiſtrator nuperrime ſtatuerit.* In Capite Quinto Statutorum Facultatis Iuridicæ Ienenſis expreſſum eſt: *publice Inſtitutiones, Codicem, Pandectas, Decretalium librum ſecundum aliasque materias Iuris Canonici, duntaxat ad vſum fori pertinentes, prælegunto.*

## §. XXXVIII.

*Vſus Iuris Canonici quis ſuperſit.*

Plures quidem adducuntur Regulæ, quibus in cauſis vſus adhuc ſit Iuris Canonici in Foris & Terris Proteſtantium; atque harum potiſſimum tres conſtituuntur, quarum Prima eſt: *Quoties res dubia eſt de iure ciuili, iure autem canonico definita, ſtandum eſt iure Canonico; & vice verſa.* Secunda: *Quoties Ius Ciuile & Canonicum inter ſe pugnant, toties quodlibet Ius in ſuo foro ſeruandum eſt, niſi in materia peccati, conſcientiæ atque æquitatis, vbi præualet Ius Canonicum.* Tercia: *in dubio inter vtrumque Ius nulla ſtatuenda eſt differentia.* * Deinde idem Ius obtinet in cauſis matrimonialibus, pactis & Emphyteuſi, vſuris & antichreſi, bonis Eccleſiaſticis, decimis, piis cauſis, Teſtamentis & Fideicommiſſis, Præſcriptionibus, Iuramentis,

Digitized by Google

tis, Ordine iudiciario. ** Quod ſi autem verum dicamus, generales hæ regulæ plures adhuc patiuntur exceptiones, vt paruus admodum eiusdem Iuris vſus ſuperſit, *** ſi materias de bonis Eccleſiaſticis, Decimis, Iuramentis & cauſis iudiciariis excipiamus, cum reliqua per Conſtitutiones Prouinciales atque Eccleſiaſticas plerumque fuerint immutata. Potiſſimus vſus ſupereſt circa Beneficii Eccleſiaſtica. ****

* CONRADVS RITTERSHVSIVS *in proleg. different. iur. Ciuil. & Can. p. 9.* IO. STRAVCHIVS *de origine, libris & auctoritate Iuris Can. §. XXXVIII.* DAN. KEYSER *Hiſtoria Iuris p. III.* quem pro more ſequitur MÜLLERVS *ad Struuium p.* 86.

** CONR. RITTERSHVSIVS. PAVLVS VOETIVS *de Vſu Iuris Ciu. & Can. in Belgio Vnit.* B. PARENS *S. I. C. Exerc. II. §. XXXIX.* Plenius hæc exponuntur in diſſertatione HVLDERICI EYBENII *de Origine, Progreſſu Vſu & Auctoritate Iuris Canonici in Terris Proteſtantium in genere, Helmſtadii* 1672. 4. IO. FRIDERICVS RHETIVS *de auctoritate Iuris Canonici inter Auguſtanæ Confeſſionis conſortes.* ARTHVRVS DVCK *de Vſu & author. Iuris lib. I. c. VII. §. XI. XII.*

*** Hoc Dnus BOEHMERVS *in Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. LXXI.* plenius demonſtrauit. Potiſſimum vero Differentias Iuris Ciuilis & Canonici in allegata Diſſertatione prolixe expoſuit Eybenius. Plenius easdem in academia Iulia a. 1635 tradidit CHRISTOPHORVS WEGNERVS, ab HENRICO HAHNIO recognitas, deinde a IO. SCHILTERO Inſtitutionibus Iuris Canonici ſubiectas, ab eodemque illuſtratas.

**** BOEHMERVS §. LXXIV.

## §. XXXIX.

Moribus Germaniæ antiquis obtinebat olim *das Send-Recht*, ſiue *Sendgericht*. * Nomen habere videtur a Synodo, atque Iudicium erat Eccleſiaſticum, per Iudices Synodales ab Epiſcopo, Præpoſito, vel Presbyteris inſtitutum. Locum hoc habebat in cauſſis Eccleſiaſticis, atque in villis & pagis inſtituebatur, iſtaque crimina quæ ad Iurisdictionem Synodalem ſpectabant, atque anno iſto erant denuntiata, eodem iudicabantur. ** Eodem homines damnabantur poſt mortem, in tribus caſibus, ſi mortui fuerint infideles, vel impœnitentes ſine confeſſione, hæreticos reliquerint hæredes. **** Dum autem huius Iudicii varii defectus eſſent, atque Epiſcopi & Iudices Synodales poteſtate ſua in perniciem populi abuterentur, varie de eodem abolendo fuit cogitatum. ***** Ex hoc Iudicium Officialium ortum fuit, quod hodie adhuc in terris Pontificiorum obtinet, atque ab Epiſcopis dependet; † vel apud Proteſtantes Principum Conſiſtoria. †† *Das Send-Recht.*

* SCHOTTELIVS *von Vnterſchiedlichen Rechten cap. VI. n.* 9. Inde *Send-Richter, Send-Schœpfen, Send-Korn, Send-Geld,* hodie adhuc *Synodal-Korn, Synodal-Geld.*



** SARCH-

** SAECHSISCH LANDRECHT lib. I. art. II. *ein ieglich Chriſten-Man der iſt pflichtig den Seendt zu beſuchen drey mahl im ihar, ſo er zu ſeinen iharen kommen, in dem Biſtumb da er inn geſeſſen iſt. Freyheit iſt aber hieran dreierley, Schæppenbarleuthe, die ſollen der Biſchoffe Seent beſuchen: Die Pflegbafften der Thumprœbſte, die Landſaſſen der Ertzprieſtere.* Erant autem SCHOEPPENBARFREYEN ſecundum eundem textum lib. I. art. II. *die zu dem Schæppenſtuel geſchworen haben, und alle dieienige, die von ihren vier Ahnen, das iſt von Vater und Mutter, und von des Vaters Mutter, und von der Mutter Mutter, unbeſchulden in dem Gerichte ſitzen, und die man auch zu Schæppen kieſen mag, ob man es bedarff.* Vel in Gl. f. 15. *Vnd das ſind die, welche actu ipſo Schæppen ſein, oder aptitudine Schæppen werden kunnen;* PFLEGHAFFTE proprietarii, *ſind die, die in dem Lande eigens haben, da ſie pflichtig ſind etwas von zugeben oder zu thun ſo dem Herrn des landes pflicht thund und zinſe gebe;* LANDSASSEN ſecundum Gl. f. 15. *ſind die zinſleute heiſſen, die auch darnieden lib. 3. art. 73. Bauergulten heiſſen, dieſe ſitzen auff gemieten laſs gut, da mann ſie abweiſen mag wenn man will.* Alii vero erant *Schæppenbarfreye*, alii *Sendbarfreye*, qui erant Immediati, Iudicio Synodali plane non ſubiecti, ſed vel Papæ, vel Imperatori. Ex quo orti die *Semperfreyen*, SCHILTER *Comment. ad Ius Feudale Alemann. cap. I. §. XVIII.* de quibus infra in Hiſtoria Iuris Feudalis.

*** Conſtitutio Alberti I. c. X. apud GOLDASTVM *Reichsſatzungen* p. II. p. 27. *VVir ſetzen und gebieten von unſer Kaiſerlichen Gewalt wegen, daſs man in allen Malſtatten und Dærffern unſers Reichs zu rechter Zeit, wie ſich das nach geiſtlichen Rechten gebürt, Send ſitze, und daſs niemand den Biſchoffen daran entgegen ſey, noch ſie bindere.*

**** Gl. LANDRECHTS c. I. *Man ſoll niemand im geiſtlichen Gericht rügen oder verurtheilen nach ſeinem Tode, denn allein um dreyerley Sachen willen: Zum erſten, um ſeinen Vnglauben. Oder, ob er Ketzern ſein Erbe verlaſſen hatte. Oder ob er in offenbahren Sünden ohn Beicht und Chriſtliche Reu verſtorben wære.*

***** Henricus Haſſiæ Landgrauius Archiepiſcopo Moguntino hoc extorſit, ne in Haſſia Iudicium Synodale amplius haberetur, de quo Franckenbergiſch Chronicon ad a. 1277. p. 30. *Dazu behilt der Landgraf ſolche Privilegia und Freyheyten, daſs ein Biſchoff von Mentz oder die Commiſſarien und Officialen furtmehr keinen Senth nimmermehr halten ſolten in den Stadten ſeines Landes und des Fürſtenthumbs zu Heſſen, durch welche Sent, ſeine arme Leut vormals geſchindet, geſchabt, und von den Pfaffen geſchelmet waren worden.* Idem Henricus iam ante in Priuilegio, oppido Grunbergenſi a. 1272. conceſſo: *Conſuetum quoque fuit ibidem, quod & nos fieri volumus, quod nullus Prælatus habere debeat iura Synodalia penes ipſos, vel Synodo præſidere. Nihilominus tamen Plebanus ibidem, exceſſus, qui fuerunt in ſpiritualibus corrigendi, ſibi ad Scabinorum conſilium vindicabit. Prohibemus etiam, quod nullus ipſos citet vel excommunicet.* Hinc in Inſtrumento Inueſtituræ, quod Wilhelmis, Haſſiæ Landgrauiis dedit Maximilianus I. Imp. a. 1495. *mit ihren Ober- und Nidergerichten, freyſtadten dem Bann über das Blut zu richten, Gewohnheit, Beſitzungen, Eigenſchafften, Stifftern, Clæſtern, Vogteyen, Obern und Niedern Mannſchafften, Herrſchafften, Lehn, Lehnſchafften, Geiſtlichen und VVeltlichen Zwingen, Bannen &c.* Simili ſub formula Fridericus Imp. a. 1475. Chriſtophoro & Alberto fratribus Marchionibus Badenſibus, eorumque poſteris, Regalia confirmauit. Vid. Diplomata

Æneæ

Aeneæ Syluii Hiſtoriæ Friderici III. ſubiuncta *p.* 101. Plenius de hoc HERTIVS *de Super. Territoriali §. XI.* Quare Germaniæ Principes in Grauaminibus Noribergenſibus §. LXXVII. ſic fuerunt conqueſti: *wie die Sendherrn unbillig Zinß von den Hauſern fordern. Der Send-Richter fordert auch an etlichen Orten alle Jahr-Geld von Hauſern in Flecken und Dærffern; wo dann das und dergleichen ihnen nicht geben, werden die arme Leut in Bann gethan, und dadurch gedrungen, ſolch unbillig zu geben. Iſt fürzukommen Noth, wo der Send hinführo gehalten, daß er, wie ſich von Rechtswegen gebühre, gebrauchet, und geübt würde.* In Reformatione Iudicii Eccleſiaſtici Herbipolenſis, Laurentii Epiſcopi tempore, legitur: *Uns ſind auch etlicher Pfarrherrn halben, ſo durch die Official in Beſehung und Haltung des heiligen Sends, mit übermaſſiger Atzung ie zu Zeiten beſchweret worden ſeyn ſollen, Beſchwerung angelangt, darumb ordnen und ſetzen VWir, daß ſich die Official in Beſuchung und Haltung des heiligen Sends nicht anders mit der Atzung bey den Pfarrherrn, die ihnen aus alten Herkommen ſchuldig ſein Verlegung zu thun, halten ſollen, dann ſoviel ihnen in reformation zugelaſſen iſt, in dem ſollen auch die Pfarrherrn den Officialen zu Nachtheil kein Abbruch thun, und ſich darinnen, alß ie zu Zeiten geſchehen iſt, nichts verhindern laſſen.*

† Vid. LEIRENIVS *de Vicariis Epiſcoporum.*

†† Videantur THEODORI BOLTZII Diſſertationes V. *de Conſiſtorio*, Regiomonti ſub initium ſeculi huius publicatæ, quibus & perſonas, & cauſſas atque proceſſum Eccleſiaſticum examinat. Dnus BÖHMER *Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. CXVIII.*

## §. XL.

*Proteſtantes per Leges Imperii immunes a Iugo Papali.*

Licet autem Status Imperii Catholicæ Religioni addicti, vſum Iuris Canonici adhuc ſeruent integrum, Legibus etiam Imperii confirmatum. * Immo apud ipſos Pontificios obtinent etiam Conſtitutiones atque Leges Diœceſanæ ac Prouinciales. ** Aliud tamen obtinet in Terris Proteſtantium, qui per Pacem Religionis, a Iugo Papali & Epiſcopali facti fuerunt immunes; *** quod etiam per Capitulationes fuit confirmatum, **** ita, vt ipſi, vna cum Superioritate ſacra, poteſtatem condendi Leges Eccleſiaſticas adipiſcerentur. ***** In his igitur Ius Canonicum in tantum obtinet, in quantum vſu fuit receptum, & ipſi per Conſtitutiones Eccleſiaſticas atque vſus Conſiſtoriorum non fuit derogatum. ****** Circa Epiſcopatus vero A.C. addictorum atque Beneficia Eccleſiaſtica potiſſimum adhuc ad Ius Canonicum prouocatur.

* Sic in Inſtrumento Pacis Osnabrugenſis art. XIII. §. VI. vbi de Epiſcopatu Osnabrugenſi diſponitur, dicitur: *Eo autem* (Erneſto Auguſto) *demortuo, aut vltro reſignante, teneatur dictum Capitulum vel electione vel poſtulatione Præſulem Catholicum ſibi præficere, ſin vero hac in parte vel Canonicorum negligentia vel diſcordia intercesſerit, locus ſit ordinationi iuris Canonici & Conſuetudini Germaniæ.* In Capitulationibus antiquis circa electionem Imperatoris prouocatur *auf die Pabſtliche Rechte* Capitulatio Caroli V. *art. XXVIII. Vnd inſonderheit, ſollen und wollen wir Vns auch keiner*



Digitized by Google

*Succeſſion, oder Erbſchafft, des offternenten Rœmiſchen Reichs annaſſen, unterwinden, noch in ſolcher Geſtalt unterziehen, oder darnach trachten, auff Vns ſelbſt, Vnſer Erben und Nachkommen, oder auff iemand anders, unterſtehen zu wenden; ſondern VVir, dergleichen Vnſer Kinder, Erben und Nachkommenden, die gemeldten Churfürſten, ihre Nachkommen und Erben zu ieglicher Zeit bey ihrer freyen VVahl, wie von Alters her auf Sie kommen, die Gülden Bull,* PÆBSTLICHE RECHT, *und andere Geſetz oder Freyheiten vermœgen, ſo es zu Fallen kam, die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern wird, geruhiglichen bleiben, und gantz ungetrangt laſſen.* IO. LIMNÆVS vero ad dictam Capitulationem p. 294. *Cur vero ad Ius Pontificium vel Canonicum prouocetur, non capio.* Videtur tamen prouocari ad *c. Venerabilem X. de Elect.* quo poteſtas eligendi Regem, Electoribus conceditur. Idem dicitur Capitulatione Ferdinandi I. *art. XXVI.* In Capitulatione equidem Maximiliani II. omittitur verbum *Pæbſtliche* & dicitur: *die Güldene Bull und andere Reichs-Conſtitutiones.* In Capitulatione vero Rudolphi II. *art. XXX.* repetitur formula Carolina, niſi quod poſt verba: *bey ihrer freyen VVahl*, addatur: *auch Vicariat.* In Capitulatione Matthiæ, poſtquam art. XXXV. dictum fuiſſet de electione, additur art. XXXVI. *auch die Vicarien; wie von Alters her auf ſie kommen, die Gülden Bull, Pæbſtliche Recht, und andere Geſetz.* Eadem ratione hoc videmus in Capitulatione Ferdinandi II. *art. XXXV.* & Capit. Ferdinandi III. *art. XXXVIII.* In Capitulatione vero Ferdinandi IV. *art. XXXVI.* dicitur: *auch den Vicariis, wie von alters hero auf ſie kommen, die Güldene Bull, alte Rechte, und andere Geſetze.* Idem repetitur in Leopoldina *art. XXXVI.* in Ioſephina *art. XXXV.* niſi, quod poſt verba: *von Alters her auf ſie kommen*, addatur: *und dem Inſtrumento Pacis gemæs iſt*, in Carolina *art. III.* WERLHOFIVS Not. Sacri Imperii enucl. §. XXVIII. *Qua de cauſſa fœcundus canonici iuris quoad Romana ſedi addictos vſus, in cauſis perſonas & res Eccleſiaſticas, velut Epiſcopos eorumque electionem, poſtulationem, confirmationem, & ſimilia continzentibus, cernitur. Quanquam & in talibus ſpeciales ſubinde conſuetudines, pactiones & priuilegia, tum præſertim peculiaria Nationis Germanicæ, quæ vocantur, Concordata, a Nicolao V. quondam confirmata, Pontificiarum legum auctoritatem aliquatenus temperant.*

** Dnus IO. ANDREAS SCHMIDIVS in Recens. ordinat. eccleſiaſt. Brunſuico-Guelferbyt. adducit MSctum Bibliothecæ Iuliæ, in quo Petrus Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, qui ab anno MCCCIV. ad MCCCXX. ſedit, conſtitutiones Moguntinas collegit. In quarum primo capite ſic ait: *pro communi eccleſiarum & cleri, ciuitatum, Diœceſium ac Prouinciæ Moguntinæ bono, diuerſas conſtitutiones a venerabilibus patribus, feliciſſimæ recordationis prædeceſſoribus noſtris, veſtigiis inhærentes, editas, in diuerſis cartulis ſeu libellis diſperſas, ita vt de quibusdam earum, an eſſent conſtitutiones prouinciales, an conſtitutionum huiusmodi vim haberent, poteras veriſimiliter dubitari in vnam compilationem ſiu libellum ad tollendum in hoc dubium, ex officii noſtri debito, ſuperfluis reſecatis, duximus redigendas, ſub certis & conſuetis titulis ordinando, quaſdam etiam per nouellas additiones noſtras iuuando, caſu etiam breuitatis & vtilitatis paucula de communi iure, pro floſculis, fructu tamen non vacuis, admiſcendo, pro loci & præſentis temporis qualitate. Volentes ergo, vt vniuerſi, qui nobis ſiue diœceſana lege, ſiue metropolitana auctoritate ſubeſſe cenſentur, hoc tantum libello pro conſtitutionibus prouincialibus in futurum vtantur, diſtinctius inhibemus, ne quis in antea pro conſtitutionibus huiusmodi præſumat in iudicio vel extra, aliis vti cartulis ſeu quaternis,*

quas

*quas ſide carere decreuimus in hac parte, hocſacro concilio, cui vna cum fratribus & prælatis noſtris aliis præſidemus, auctore domino approbante.*

*** Patet hoc ex dicta Pace Auguſtæ a. 1555. concluſa §. XX. *Damit auch obberührte beyderſeits Religions-Verwandte, ſo viel mehr in beſtändigen Frieden, und guter Sicherheit, gegen, mit und bey einander ſitzen und bleiben mœgen, ſo ſoll die Geiſtliche Iurisdiction (doch den Geiſtlichen Churfürſten, Fürſten und Standten, Collegien, Klœſtern und Ordensleuten, auch an ihren Renthen, Gülden, Zinß und Zehenden, weltlichen Lehenſchafften, auch andern Rechten und Gerechtigkeiten, wie obſtehet, unvergriffen) wieder der Augſpurgiſchen Confeſſion, Religion, Glauben, Beſtellung der Miniſterien, Kirchengebrauchen, Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgericht oder aufrichten mœchten, biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exercirt, gebraucht oder geübt werden, ſondern derſelbigen Religion, Glauben, Kirchengebrauchen, Ordnungen, Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien, wie hiebevor nachfolgends ein beſonderer Articul geſetzt, ihren Gang gelaſſen, und kein Hindernüß oder Eintrag dardurch beſchehen, und alſo hierauf, wie obgemeldt, biß zu endlicher Chriſtlicher Vergleichung der Religion, die Geiſtliche Iurisdiction ruhen, eingeſtellt und ſuſpendirt ſeyn und bleiben: Aber in andern Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen Confeſſion, Religion, Glauben, Kirchengebrauchen, Ordnungen, Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend, ſoll und mag die Geiſtliche Iurisdiction, durch die Ertzbiſchœff, Biſchoff und andere Prælaten, wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht, und ſie in deren Vbung, Gebrauch und Poſſeſſion ſind, hinfür wie bißher unverhindert, exercirt, geübt und gebraucht werden.*

**** Capit. Caroli VI. art. I. *Soviel aber in dieſen Articul den Stuhl zu Rom und Päbſtl. Heiligkeit betrifft, wollen die der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Churfürſten vor Sich und Ihre Religions-Verwandten, Fürſten und Stände (innſchlüßig derſelben Religion zugethanen freyen Reichs-Ritterſchafft) Vns damit nicht verbunden haben, geſtalten denn auch gedachte Aduocatia dem Religion- und Prophan- auch dem Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen noch gebraucht; ſondern denen obgedachten Churfürſten und ſämbtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle, wie VVir Ihnen Chur-Fürſten und ſämbtlichen Ihren Religions-Verwandten auch ſolches, Krafft dieſes, verſprechen, und uns hiermit darzu verbinden.*

***** Vid. L. B. de LYNCKER *de Superioritate Sacra.* Synt. I. P. diſſ. *XXVI. §. XXIV.* Varias Ordinationes Eccleſiaſticas recenſet Dnus. BÖHMERVS *in Iure Eccleſiaſtico lib. I. Tit. II. §. XC. ſqq.*

****** Plenius de hoc ediſſeruit Dnus BÖHMERVS in Diſſertatione ſua præliminari, Schilteri Inſtitutionibus Iuris Canonici præmiſſa, dicens: *Deciſiones iuris Canonici ex veris ſuis rationibus examinandæ, & cum ſtatu eccleſiarum noſtrarum conferendæ ſunt, ita, vt ſi diuerſitas nulla ſingularis appareat, in iis acquieſcere liceat, in ſubſidium ſcilicet; vbi vero ex principiis fluunt, a noſtratibus vel reiectis, vel cum ſtatu eccleſiarum noſtrarum pugnantibus, ab earum applicatione tamdiu deſiſtamus, donec euidenter de obſeruantia fori ſatis radicata, conſtet. Conueniens eſt enim, vt dum principiis repudium miſimus, concluſiones quoque eo ipſo repudiatas eſſe in dubio iudicemus, donec obſeruantia conſtans probata fuerit. Sic Denuntiatio euangelica fluit ex principiis reprobatis, de praxi eius non conſtat, vt nuper admodum oſtendit ill. Thomaſius de denuntiat. euangel. & ita applicatio eius in conſiſtoriis noſtris admittenda haud eſt. Clerici*

Digitized by Google

*rici de iure canonico prorogare haud poſſunt iurisdictionem in iudicem laicum, quod ex peruerſo fundamento fluit, ſtatui eccleſiarum noſtrarum aduerſanti, & inde Facultas noſtra iuridica ante annum & quod excurrit eandem admiſit, contra ſententiam alterius cuiusdam Facultatis, quæ ius Canonicum ſecuta erat. Denique ſi obſeruantia in contrarium allegatur, videndum, an ſit conſtans, euidens & vniuerſalis? quæ qualitates tamen rariſſime deprehenduntur. Plerumque prouocatur ad Carpzonii iurisprudentiam eccleſiaſticam, quæ tamen tantum praxin Saxonicam oſtendit, & quidem illius temporis, quo vixit Carpzouius. Mutato præſide iudiciorum, mutantur vplurimum ſententiæ, vt ita quoque nec obſeruantia & ne quidem praxis hodierna Conſiſtoriorum Saxonicorum cum ſcitis Carpzonianis conueniat.* Eandem etiam normam ipſe BOHMERVS in concinnando Iure Eccleſiaſtico feliciter fuit ſecutus. Idem vir in eruendis Iuris Canonici veris fontibus eximius hoc latius perſecutus fuit in erudita Diſſertatione *de Praxi Iuris Canonici in Terris Proteſtantium Halæ* 1712. 4. Sic etiam vſum Iuris Canonici in Imperio noſtro adhuc eſſe reliquum, plenius demonſtrauit THOMASIVS *in Cautelis ſuis, circa præcognita Iuris Eccleſiaſtici.*

## §. XLI.

Denique conſiderandum eſt Ius Eccleſiaſticum, quod potiſſimum in Regimine Eccleſiæ & Iure Principum circa Sacra conſiſtit, quod pro Religionum diuerſitate admodum eſt diuerſum. * Hoc vero in Germania noſtra, vel in Legibus atque Receſſibus Imperii, Tranſactione potiſſimum Paſſauienſi, Pace Religionis, & Weſtphalica, ** vel in Receſſibus Principum diuerſæ Religionis particularibus *** vel etiam Principum cum Statibus Prouincialibus **** eſt fundatum, quibus definitum, quid circa quamuis Religionem iuris ſit. Exinde diſtinguenda veniunt, Senatus Eccleſiaſticus & Conſiſtorium Principis. Illius eſt ordinare Statum & Regimen Eccleſiaſticum: huius eſt Iuriſdictio in Res & Perſonas Eccleſiaſticas, atque Ius Patronatus. *****

* Statum atque Regimen Eccleſiæ, quale eſſe debeat, potiſſimum declarat MARCVS ANTONIVS de DOMINIS *de Republica Eccleſiaſtica, libris X. Heidelbergæ & Francofurti* 1618. *f.* 2. *Tomis.* Deducit autem Eccleſiæ ſtatum a temporibus Apoſtolorum & potiſſimum monſtrat, Chriſtum eſſe verum Eccleſiæ Caput, Apoſtolos omnes fuiſſe æquales, horum officium fuiſſe miniſteriale, haud rectorium, nullam eſſe prælationem inter Epiſcopos. Defendit etiam iura Populi in Eccleſia & libertatem Chriſtianam. Dum autem ab hoc Regimine vero Eccleſiæ plane alienus ſit ſtatus Eccleſiæ Pontificiæ, varia ſedis Papalis arcana detegit. Hinc, cum non in omnibus adplauderet ſedi papali, cenſuram in eum dedit FIDELIS ANNOSVS, ſiue potius IOANNES FLOYDVS, *Antwerpiæ* 1620. 8. & NICOLAVS CÖEFFETAV *pro Monarchia Catholica, Pariſiis* 1624. 8. Hierarchiam Papalem breuiter deſcribit AVBERTVS MIRÆVS *Lugduni* 1620. 8. Artes vero ſedis Papales deſcribit SAMVEL PVFENDORFIVS *in Politiſcher Betrachtung der Geiſtlichen Monarchie des Stuhls zu Rom*, quæ primum ſub BASILII HYPERETÆ nomine prodiit *Hamburgi* 1679. 12. poſtea acceſſit, *der Einleitung*

*zu*

Digitized by Google

*zu den Vornehmſten Staaten in Europa cap. XII.* Hanc CHRISTIANVS THOMASIVS cum notis denuo edidit *Halæ* 1714. 8. quæ tamen parum ad palatum fuerunt Pontificiorum. Commentarii inſtar eſſe poteſt THEODOSII GIBELLINI *Cæſareo-Papia*, quæ Germanico idiomate prodiit *Francofurti* 1684. 8. cuius auctorem vulgo habent Eſaiam Pufendorſium, teſte VINC. PLACCIO *de Scriptoribus Pſeudonymis num.* 1190. Verum, potius MATTHAEVS GOEBELIVS, Conſul Budiſſinus, pro auctore eſt habendus, vir doctus, & cui familiare cum Pufendorſio fuit litterarum commercium. Haut ita pridem doctiſſimus Anglus IO. THOMASIVS PHILIPPS in Diſſertationibus varii argumenti, diſſertatione prima, ſingulari, eademque luculenta tractatione oſtendit, Papatum eſſe ædificium tanta arte conſtructum, nullis vt humanis conſiliis quidquam concinnius elegantiusue potuiſſet confici. Regimen Eccleſiaſticum Reformatorum nobis expoſuit RENATVS CHOPPINVS *de ſacra Politia, Pariſiis* 1677. 4. & SAMVEL PARKERVS *de Regimine Chriſtianæ Eccleſiæ, Londini* 1683. 4. Ad Euangelicorum Statuum Regimen facit THEODORICVS REINCKING *in Bibliſcher Policey*, IO. BRVNNEMANNVS *de Iure Eccleſiaſtico*, VITVS LVDOVICVS A SECKENDORF *im Chriſtenſtaat*, & nouiter IVSTVS HENNINGIVS BÖHMERVS *in Iure Eccleſiaſtico Proteſtantium*, Vſum modernum Iuris Canonici, iuxta Seriem Decretalium oſtendente, cuius Liber primus & ſecundus prodiit *Halæ* 1714. 4. Pars dimidia libri Tertii *Halæ* 1717. Iura Capitulorum potiſſimum declarans, adiecto Tractatu de Iure Parochiali ante iamdum edito. His autem & Regimen Eccleſiæ atque vſum Iuris Eccleſiaſtici in Terris Proteſtantium ſolidis fundamentis demonſtrat. Plures Scriptores ad Regimen & Ius Eccleſiaſticum facientes, indicauimus in Bibliotheca Iuris ſelecta capite XIII. §. XXIV.

** Potiſſimum huc facit I. P. Osnabr. art. XVII. §. 2. *Pro maiori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate, ſit hæc Tranſactio perpetua lex & pragmatica Imperii ſanctio, inpoſterum æque ac aliæ leges & Conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receſſui ipſique Capitulationi Cæſareæ inſerenda, obligans non minus abſentes, quam præſentes, Eccleſiaſticos æque ac Politicos, ſiue Status Imperii ſint, ſiue non, eaque tam Cæſareis, Procerumque Conſiliariis & Officialibus, quam Tribunalium Iudicibus & Aſſeſſoribus tanquam Regula, quam perpetuo ſequantur præſcripta.* §. 3. *Contra hanc Tranſactionem, vllumue eius articulum aut clauſulam nulla iura Canonica vel ciuilia, communia vel ſpecialia, Conciliorum decreta, priuilegia, indulta, edicta, commiſſiones, inhibitiones, mandata, decreta, reſcripta, litispendentiæ, quocunque tempore latæ ſententiæ, res iudicatæ, Capitulationes Cæſareæ & aliæ Religioſorum Ordinum regulæ aut exemptiones, ſiue præteriti ſiue futuri temporis, proteſtationes, contradictiones, appellationes, inueſtituræ, tranſactiones, iuramenta, renunciationes, Pacta ſeu deditiria ſeu alia, multo minus edictum Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi noni vel Tranſactio Pragenſis cum ſuis appendicibus, aut Concordata cum Pontificibus aut interimiſtica Anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimi octaui, vllaue alia ſtatuta ſiue Politica ſiue Eccleſiaſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones, vel vllæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterint, exceptiones vnquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec vſpiam contra hanc tranſactionem in petitorio aut poſſeſſorio ſeu inhibitorii ſeu alii Proceſſus vel commiſſiones vnquam decernantur.* Vid. Dnus BÖHMER *Iure Eccleſ. lib. I. Tit. II. §. LXXVII. ſqq.* qui etiam addit: *Præterea in §. 3. derogatum eſt per hanc pragmaticam ſanctionem, iuribus canonicis & ciuilibus, quatenus eidem contradicunt, communibus &*

 ſpecia-

*ſpecialibus conciliorum decretis, aliisque edictis cum Pontificibus initis, aliisque ſtatutis ſiue politicis ſiue eccleſiaſticis. Non tantum vero in R. I. de anno 1654. ſed etiam capitulationibus Caſareis Ferdinandi IV. Leopoldi, Ioſephi, & Caroli VI. huius legis pragmatica confirmatio repetita & vlterius declarata, vt proinde hic quoque locum ſuum obtinere debeant, maxime cum per R. I. de anno 1654 multa capita proceſſus iuris Canonici, correcta, immutata & in melius efformata ſint.*

*** Talis eſt Transactio inter Boruſſiæ Regem atque Electorem Palatinum nita, de Statu Reformatorum in Palatinatu. Conuentio Alt-Ranſtadtienſis de Statu Euangelicorum in Sileſia.

**** Huc faciunt Receſſus Prouinciales in Saxonia, de Statu Religionis Euangelicæ in terris Saxonicis vnice conſeruando. Nupera declaratio Potentiſſimi Regis AVGVST I, de conſeruando Religionis Euangelicæ Statu in terris Electoralibus.

***** *S. I. Publici diſſ. XXVI. §. XXIV. XXV.*

CAPVT

Digitized by Google

# Capvt Octavvm
## HISTORIA IVRIS FEVDALIS.

### §. I.

*Feudi nomen quando ortum.*

Multa non de Nomine ſolum, ſed etiam Origine Feudorum eſt controuerſia. Quæ nunc Feuda dicuntur, primis temporibus vocabantur Beneficia,* Honores,** Militiæ,*** Miniſteria,**** Fiſci, ***** ſiue de munere Regum conceſſa, ****** vſque dum Seculo IX. Feudi nomen ******* oriretur. Licet primitus eiusdem vocis vſus, pro quouis prædio ruſtico, colonis etiam atque mancipiis conceſſo eſſet, ******** vſque dum Seculo IX. exeunte apud Anglos in Teſtamento potiſſimum Ælfredi Anglorum Regis, huius vocis vſus occurreret † atque Seculo decimo & vndecimo fieret frequentior, idque partim pro reditibus in ſalarium iure feudi adſignatis, partim pro prædio feudali. ††

* Patet hoc ex I. F. I. §. 2. *Cum vero Corradus Romam proficiſceretur, petitum eſt a fidelibus, qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſine legitimo herede defuncto, (vel filius) in* BENEFICIO *quod eorum patris fuit, ſuccedat. Sin autem vnus ex fratribus, a domino feudum acceperit: eo defuncto ſine legitimo herede, frater eius in feudum non ſuccedit.* II. F. XXXIV. §. 2. *Profecto ille qui ſuum* BENEFICIVM *alii dat in feudum: non debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat.* II. F LV. *non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum & feuda quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligauerant.* Et in Iure Feudali paſſim. Vid. du FRESNE, SPELMANN *in Gloſſario.* SCHILTERVS *in Comment. ad Rubricam I. Feud. Alemannici.* Inde Annales Fuldenſes *ad a.* 851. *Doreſtadum iure beneficii tenuit:* ad a. 881. *Rex Hugonem Hlutharii ex VValdrata filium ad ſe venientem in ſuum ſuſcepit dominium & ei Abbatias & Comitatus in Beneficium dedit, vt ei fidem ſeruaret.* Quare etiam Beneficia & Alodes ſibi inuicem opponuntur. *Capit. Caroli Calui VII. §. XX. tit. XXXVI. c. XXII.* Et in Treuga Dei ab Epiſcopo Leodienſi a. 1071. inſtituta, conuentum eſt, apud DATTIVM *lib. I. c. I. n. 72. quod ſi hoc fecerit, homo liber hæreditatem perdat, beneficio priuetur, ab Epiſcopatu pellatur.* Vid. BÖHMER *de Feudis Eccleſiaſticis Cap. I. §. II.*

** Du FRESNE hac voce: *Honores appellata Beneficia, ſeu prædia quæ ad vitam viris nobilibus aſſignabantur, ad militare ſeruitium, a quibus feuda poſtmodum profluxere: quæ perinde honorum appellatione donantur a Scriptoribus.* HIRON. BLANCA in Comment. Rerum Arragon. p. 734. *Quæ vero ea eſſent* (oppida) *perinde vt Ricis hominibus aſſignabantur, quaſi in feudum honoratum dabantur, eisdem: vnde Honores,*

*quod, in honorem darentur, ſunt vocata.* RODERICVS TOLETANVS Lib. VII. de Reb. Hiſp. c. I. *Cui manu & ore hominium fecerat pro terra, quam ab eo acceperat in honorem.* Capit. II. a. 812. c. III. *quicunque homo noſtros habens Honores in hoſtem bannitus fuerit* & c. V. *Quicunque ex eis qui beneficium Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitum pergentem dimiſerit, & cum eo ire aut ſtare noluerit, honorem ſuum & beneficium perdat.* Idem dicitur *Capitul. lib. III. c. LXIX. LXXI.* Capit. lib. IV. c. XXX. dicitur: *honorem qualemcunque habuerit, ſiue beneficium amittat.* A. Metenſ. ad a. 898. *eodem anno Zuentibolch Reginarium Ducem ſibi fidiſſimum & vnicum Conſiliarium, neſcio cuius inſtinctu a ſe repulit & honoribus hereditatibusque, quas in ſuo Regno habebat, interdicit.* Capitula excerpta ex Lege Longobardorum apud BALVZIVM Tomo I. p. 352. *Similiter & ſi vaſſi noſtri hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant.* Capit. Caroli Calui Tit. XXVII. c. VI. *ipſa caritas vos contra paganos accendat; vt qui tunc moti non ſunt ad pietatem vt nobiſcum eant contra eos, qui de iſto regno amplos habebant & habent honores.* PETRVS DIACONVS Chron. Caſin. lib. IV. c. XXXV. *& ſi Imperator hæc omnia ſupra ſcripta non obſeruaſſet, ipſi* (obſides dati) *cum honoribus ſuis ad Romanam Eccleſiam ſe tenerent obſides pro ſecuritate Pontificis.*

*** II. F. LIV. *firmiter ſtatuimus, tam in Italia quam in Alemania, vt quicunque indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam imperii coronam, regem, aut ſub rege dominum ſuum non adiuuerit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia* MILITIÆ *perſoluendo, ſi de vocatione legitima a domino ſuo conuinci per compares ſuos poterit; feudum perdat.* Explicat hunc textum GVNTHERVS *libro VIII. Ligurini:*

*Publica militiæ vaſallus munera iuſtæ*
*non renuat, dominique libens in caſtra vocatus,*
*Aut eat, aut alium pro ſe ſubmittat iturum*
*Arbitrio domini, vel quam laudauerit ille,*
*Compenſet, redimatque ſuum mercede laborem.*

PAVLVS DIACONVS Chron. Caſinenſi lib. IV. c. XXXV. *Curtes quæ manifeſte Imperii erant, Militias, & caſtra Imperii.* GERVASIVS TILBERIENSIS Otiis Imper. de Henrico VI. Imp. n. XIX. p 943. ed. Leibnit. *Hic legem inſtituit apud Teutones vt Militiæ more Gallorum & Anglorum, ſucceſſionis iure deuoluerentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia.* Vid. du FRESNE, *voce Militia.*

**** Charta Ottonis III. Imp. a. 999. apud WILHELMVM HEDAM Hiſt. Traiect. p. 95. *Inſuper ſibi donauimus quidquid Popo filius VVaĺigeri habuit in hoc* MINISTERIVM *in hoc Comitatu.* Vid. du FRESNE, *voce Miniſterialis.* Capit. Ludouici II. Tit. IV. c. IV. *Et ſi Comes aliquem excuſatum, aut vaſſallum ſuum, præter quod ſuperius diximus, dimiſerit, honorem ſuum perdat. Similiter eorum miniſtri, ſi aliquem dimiſerint, & proprium & Miniſterium perdant.*

***** ANNALES Francorum METENSES ad a. 847. *deditque illi Comitatus &* FISCOS *plurimos.* Præcepto Caroli M. pro Hiſpanis, qui in regnum illius confugerant, apud BALVZIVM Tomo I. p. 499. *& dixerunt, quod aliqui pagenſis fiſcum noſtrum ſibi alter alterius teſtificant ad eorum proprietatem, & eos exinde expellant contra iuſtitiam, & tollant noſtram veſtituram quam per triginta annos ſeu amplius veſtiti fuimus.*

Digitized by Google

*mus.* Quare MARCVLFVS lib. I. form. II. Fiſcum opponit proprietati, dicens: *Ergo dum & ille Epiſcopus, aut Abbas, aut inluſter vir Monaſterium in honore illius, in pago illo, aut ſuper proprietate, aut ſuper fiſco, noſcatur ædificaſſe.* GREGORIVS TVRONENSIS lib. IX. c. XXXVIII. *Sunnegiſilus & Gallomagnus priuati a rebus quas a fiſco meruerant, in exilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos Epiſcopi erant, a Rege Guntherammo, & petentibus pro his ab exilio reuocantur: quibus nihil aliud eſt relictum, niſi quod habere proprium videbantur.* SCHILTERVS *Comment. ad Rubricam Iuris Feudalis Alemannici §. II.* HERTIVS *de Feudis oblatis p. I. §. II.* THOMASIVS *ſel. Cap. Iur. Feud. §. XXV.* BIGNONIVS *not. ad* MARCVLFVM, *apud* BALVZIVM *Tom. II. pag.* 875.

****** Frequens hæc Formula occurrit apud antiquos. Diſtinguebantur enim bona in ea, quæ vel munere regio tenebantur, quæ erant Feuda, vel de Alode parentum, ſiue iure hæreditario, vel ex comparatu aut adtractu, ſiue aliunde adquiſita. Hodie diſtinguimus in *Lehn, Erbe and Eigen.* MARCVLFVS lib. I. form. XII. *Dedit igitur prædictus vir pro manu noſtra iam dictæ coniugi ſuæ illi villas nuncupantes illas ſitas in pago illo, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel vndecunque ad præſens tenere videtur.* lib. I. f. XXXVII. *vel res ſuas quamplures vna cum ſtrumenta chartarum, tam quod per regio munere perceperat, quam & quid per venditionis, donationis, ceſſionis, commutationis titulum, vel de alode parentum in quocunque loco in regno noſtro aliquid poſſidebat, ibidem concrematas fuiſſent.* lib. II. form. XVII. *Igitur cum iubente Domino de iſtius vita curſu migrauerimus, tunc quicquid in omnibus pridie quam moriamur tenere videmur, quicquid ex proprietate parentum, vel proprio labore, ſeu ex munificentia a piis Principibus percipere meruimus, vel de quibuslibet titulis atque contractibus venditionis, ceſſionis, donationis, vel vndique Domino adiuuante ad noſtram peruenit dominationem, tu nunc dulciſſima coniux mea illa, heredes quoque meos quos eſſe volo, hereditatem meam habetote.* Talis formula etiam occurrit apud MABILLONIVM *Form. Andeg. n.* 45. *App. ſupplem. num.* 85. Bona vero allodialia diuidebantur in ea, quæ iure hæreditario, vel aliunde fuerant adquiſita. Annuntiatio Regis Ludouici apud BALVZIVM Tomo II. p. 144. *illorum alodes de hæreditate & de conquiſitu.* In Priuilegio Ottonis M. Imp. ſuper Marchionatu Montisferratenſi 23. Martii a. 967. conceſſo, apud ANT. FABRVM Conſult. de cauſſa Montisfer. p. 1. *Vt quasdam cortes abſas hactenus regni noſtri præcepti pagina illi concederemus; nec non omnes res & proprietates ſuas, ad vtriusque ſexus familias, quæ illi aduenerint tam de hæreditate parentum, quam de ſuo adqueſtu, ſimiliter auctoritate noſtri præcepti eidem confirmaremus, vt penitus corroboraremus.* HIER. BIGNONIVS *notis ad Marculfum p.* 875. THOMASIVS equidem notis ad *§. XXV. Diſſ de Originibus feudalibus* hanc diuiſionem non admittit, quam tamen veteres chartæ docent. MARCVLFVS lib. II. f. VI. *in pago illo, quicquid ibidem ad præſens tam de alode parentum vel de qualibet adtractu poſſidere videor.* f. VII. *proinde dono tibi, dulciſſima coniux mea, ſi mihi in hunc ſeculum ſuperſtit fueris, omni corpore facultatis meæ, tam de alode, aut de comparatum, vel de qualibet adtractu.* In donatione Williſwindæ, facta Monaſterio Laurishamenſi, in TOLNERI Codice Diplom. p. 2. *quæ mihi de parte genitoris mei nomine Adelhelmi legibus obuenit, & vndecunque tam de alode, quam de comparato, ſeu quolibet adtractu ad nos noſcitur perueniſſe.* Vid. Diſſ. noſtra *de allodiis Imperii §. III.* Iſtæ vero formulæ æque in vernaculo ſermone occurrunt.



Digitized by Google

Sic in Priuilegio Caroli IV. Fridbergenſibus conceſſo, de a. 1350. in Reſponſo Iutis, *oder Gründlichen Bericht, von allen und ieden der freyen und Kayſerlichen Reichs-Stadte Stand, Regalien, Priuilegien p. altera* f. 11. *Vnd geben und thun ſy mit Crafft des Brifs, das niemant uf ir libe oder uf ir Gut, is ſey Eigen, Erbe, Lehen, Pfantgut oder wy is genant iſt, ſy laden, heiſchen oder beclagen ſol.* LANDRECHT lib. III. art. LII. *den Kœnig wehlt man zum Richter über Eigen und über Lehen, und über eines ieglich Mannes Leib.* Eadem fere dicuntur in priuilegio Caroli IV. Francofurtenſibus conceſſo apud DATTIVM *lib. I. c. I. n. 37.*

******* ANT. DOMINICVS equidem *de prærogat. Allod. c. XV.* demonſtrare conatus fuit, Feudi vocem iamdum ſeculo IX. fuiſſe vſitatam. Prouocat ad Conſtitutionem Caroli Craſſi de expeditione Romana, in qua: *cuicumque ſecundum hanc legem expeditio imperetur, ſi ad curiam Gallorum, hoc eſt in campum qui vulgo Rungalle dicitur, dominum ſuum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræſentetur,* FEVDO *præter hos qui cum gratia dominorum ſuorum remanſerunt in conſpectu noſtro abſque ſpe recuperationis priuetur.* Verum, alibi iam demonſtratum fuit, hanc conſtitutionem eſſe ſuppoſititiam, vix ante ſeculum XI. confictam, quare a quibusdam Conrado Salico tribuitur *Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. XX. §. XXVIII.* Alias etiam chartas Monaſteriorum ex ſeculo IX. adducit, in quibus feudalia, Fedum occurrant, quas tamen du FRESNE æque pro ſpuriis habet. Ipſe FREHERVS in notis ſuis ad dictam Conſtitutionem p. 202. confiteri neceſſum habet: *hanc vocem non credebam tam antiquam, ſed Friderici demum æuo cum vſibus & conſuetudinibus illis natam. Perlegi tot diplomata, tot annales, tot veteres memorias, Feudum nunquam, Beneficia ſemper inueni. Habeo librum de Beneficiis antiquum, Conſuetudinibus illis vulgatis vetuſtiorem, nimirum cum penes Saxones imperium eſſet ſcriptum, quem cum primum otium erit (Deo iuuante) in publicum dabimus. In eo nec ſemel Feudi vox, nec Feudalis, nec Infeudati ſemper Beneficii.* IO. SELDENVS *Gloſſario Hiſtoriæ Anglicanæ* ſubiecto, ante annum M. in nullo monumento, quod non ſuſpectæ fidei fuerit, ſe Feudi nomen reperiſſe teſtatur. Dnus LVDEWIG *de Iure Clientelari Germanorum cap. II. §. IV. lit. X.* dicit, latinos libellos a Feudi verbo prorſus abhorruiſſe. EYBENIVS *Electis Feudalibus cap. I. §. VIII.* docuit, ante Seculum XI. Feudi vocem haut fuiſſe vſitatam, atque diplomata iſta, quæ ante illam ætatem hac voce vtantur, admodum eſſe ſuſpecta. Id quod etiam demonſtrauit THOMASIVS *Selectis Feudalibus p. 196.* Dnus HORNIVS in Iuriſprudentia Feudali *cap. II. §. I.* putat, æuo Lotharii I. iamdum feudi vocem inualuiſſe. Fundat ſe in I. F. XIX. *ſi quis ex militum ordine deceſſerit, qui de feudo inueſtitus fuerit: vt conſtitutum habemus, obſeruetur de beneficio & ſucceſſione, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus inſertum, obſeruetur per conſtitutionem domini Lotharii imperatoris, quæ eſt conſtituta tempore Eugenii Papæ ante ianuam beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana.* Verum, ſi ipſum Textum penitius inſpiciamus, patebit, priora verba, inter quæ vox Feudum occurrit, eſſe Compilatorum: poſteriora verba, ex Conſtitutione Lotharii I. Imp. eſſe deſumpta, vbi vox beneficium obtinet.

******** Patet hoc ex Priuilegio Ludouici Pii de a. 824. quod Monaſterio Ebersheimenſi conceſſit, apud SCHILTERVM *de Curiis Dominicalibus p. 579.* vbi dicitur: *nec quiſquam - - - - præſumat quicquam iure proprietatis alicubi transfundere, vel iure hereditatis alicui concedere. Sed ſi vtilitas monaſterii ſic expoſcit, mancipiis Eccleſiæ*

*ſeruili*

*ſeruili tantum* FEODO *concedatur. Piſcatoribus autem feodatis piſcatio ſit a Racenhuſen vsque Querchlacha. Si quis autem de familia Eccleſiæ obierit ſiue intus ſiue extra, optimum quod in pecudibus, vel in qualibet ſupellectili poſſederat, in proximam dominicam curtim accipiatur & iunior filius ipſius ſi de familia eccleſiæ fuerint, cum matre infeodetur.* Eodem ſignificatu etiam occurrit in Charta Alemannica Goldaſti LXXX. *prædium meum in Kuſſenach ſitum prope lacum Turicinum cum iure patronatus Eccleſiæ parochialis ibidem & præbendarum dictæ eccleſiæ & prædio annexarum, hominibus*, FEODIS *quæ vulgariter dicuntur anslehin vel erbelehn, agris, pratis &c.*

† Sic enim in Teſtamento ipſius, quod per modum Appendicis acceſſit IO. SPELMANNI vitæ ipſius: *alterum vero* FEODVM, *quem ego Egulpho dedi vsque ad certum tempus apud inferiorem Haſſeburne, prænominato ſeruienti concedo.* Et paucis interiectis: *etiam volo, quod, ſi ego alicui dedi, vel* FEODVM *aliquem ad tempus accommodaui, quid illi meis cognatis, vel ſuis illud offendant.* De tempore vero obitus, SPELMANNVS teſtatur in Vita, lib. III. p. 169. *obiit ætatis anno* 52. *ad V. Kal. Nov. Anno Dom.* 900.

†† In Conſtitutione Ottonis II. de a. 978. apud Goldaſtum Conſtit. Imp. Tomo vno p. 225. §. 2. hæc vox occurrit: *Ad hæc concedimus eiusdem Ciuitatis Scabinis eam facultatem, quod poſſint & debeant* FEVDVM *ſuſcipere ab Epiſcopo, ſiquidem ille ſua Regalia ſiu* FEVDVM *a Romanorum Rege collatum habuerit.* In Legibus MALCOLMI Scotorum Regis, qui vixit ineunte ſeculo XI. hæc vox ſæpius occurrit, vtpote cap. II. *de Feodo Cancellarii* cap. III. *de Feodo Iuſtitiarii.* Cap. VI. *de Feodo Seneſcalli.* Cap. VI. *de Feudo Conſtabularii* Cap. VII. *de Feodo Vice-Comitis.* In Charta Ottonis Comitis de a. 1025. *Tenebat aquam illam ex me loco beneficii, ſub nomina Feodi.* Charta Balduini Comitis Hannoniæ de a. 1078. *Abbas vel ſucceſſor ſecus pro molendino ſuo vnoquoque anno ſoluat militibus quibus contingit Beneficium, quod vulgo dicitur Feodum.* Vid. etiam du FRESNE.

## §. II.

*Feudi vox vnde ducenda.*

Ducitur autem Feudi vox modo a fœdere,* modo a Feda ſiue inimicitia, quia vaſallus domini Fedas ſuſcipere, dominum in bello ſequi teneatur † vel a voce *füden*, id eſt paſcere, ob dominium vtile vaſalli, vel aliunde. †† Frequentius a fide dicitur, quæ de eſſentia eſt feudali. ††† Aſt, cum feuda ſint originis Germanicæ, ab iisdem etiam vocis origo erit petenda, maxime, cum primum dicatur *Feode*, *Feodum*, rectius nominis rationem petimus ab antiqua voce *Fe*, quæ mercedem notat, ſeu ſtipendium, †††† & *Ode* poſſeſſionem, vt ideo notet poſſeſſionem mercenariam, ††††† quia Feuda olim ſtipendii loco concedebantur. †††††† Exinde etiam *Allode*, ſiue *Allodium* pro *Altode*, patrimonium antiquum, auitum, per parentes deriuatum. ††††††† *Leode* poſſeſſio populi, mobilibus rebus conſtans, *die Fahrnüß.* ††††††††

*Allode.* *Leode.*

* Varias ſignificationes vocis Feudum collegit DAN. KEYSER. *in Hiſtoriæ Iuris p. III.* THOMAS CRAGIVS *Iure Feudali p. I. dieg. IX. p.* 41. *ſqq.* B. PARENS *S. I. F. cap. II. aph. I.* Dnus LVDEWIG *de Iure Client. Germ. cap. II. §. V.*

† Cra-

† CRAGIVS p. 41. *Alii a voce Faida, quæ Germanice priuatas inimicitias ſignificat, derinari putant; hæc vox cum ſua ſignificatione nunquam ſatis deplorata, a Germanis ſiue Saxonibus ad nos contagione quadam peruenit, vnde voces diffidare, & faidam leuare, quod nihil aliud eſt, quam priuatas inimicitias denunciare, faidam autem leuare pro inimicitias tales ſuſtinere; vnde fœmina in feudum ſuccedere iure feudali non permittuntur, quia faidam leuare non poſſunt, id eſt, ad inimicitias ſuſtinendas non ſufficiunt; & antea monui apud Boreales gentes, inter principes, inimicitias magnas intercedere ſolitas, quas vt poſſent melius & pro dignitate ſuſtinere, patrimonialia prædia beneficii loco in feudum ſæpe dabant.* Inde *Fehde, Fehdebrief, befehden.* FRANC. HOTTOMANNVS *Comment. verb. feud. voce Feida & Diſſ. de Feud.* p. 11, LINDENBROG *in Gloſſario voce Faida* VOSSIVS *de Vitiis ſermonis lib. II. c. VI.* HORNIVS *cap. II. §. II.*

†† MARTINVS MARTINIVS *in Lexico Etymologico-Philologico, voce Feudum.* CRAGIVS p. 41. *Sunt qui & feudum a fundo deducant, quaſi & fundum beneficii loco conceſſum, qui nihil aliud eſt proprie niſi feudum.* Et paucis interiectis: *Alii a ſex literis initialibus iurisiurandi feudum dictum volunt, cuius ſacramenti hæc erat forma Fidelis ero vbique domino vero meo, quarum ſex Vocum initiales litteræ ſunt f. e. u. d. u. m.* Ludit pro more IO. GOROPIVS *Becanus* dum *Hermathena lib. V. p.* 102. Feudum a voce *fugen, ordinare,* ducit, dicens: *Fuecht autem fit ex Vueg, quod eſt compono, ordino, accommodo, diſpono: ſic Gotſalt vuegen, ſiue fuegen, id eſt Deus diſponet. Hinc Fuechdom pro bonis ſuperioris alicuius principis diſpoſitioni obnoxiis e quo Latini feudum fecerunt mutata diphtongo qua carent, in eam quam habent, ſolo vocalium ordine mutato.*

††† Hæc opinio communis fere eſt, quæ fundamento nititur II. F. III. §. f. *nulla autem inueſtitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recuſat, cum a fidelitate feudum dicatur vel a fide.*

†††† Conueniunt in eo vel omnes Anglici Scriptores. SPELMANNVS Gloſſario: *Proprie autem ſalarium, ſtipendium, per translationem prædium quo ex beneficio domini, ſed & ſtipendii loco vaſallus gaudet ideoque hinc ſtipendium, illinc beneficium appellatum.* Feo *enim* Feh & Feoh *Sax. Anglis hodie* Fee *merces, ſtipendium: atque inde (vt mihi videtur) feodum h. Saxon. euphoniæ gratia, in d. mutato Feo* 10. SELDENVS *in Gloſſario: Prior autem in priori, Feudum, Feob, i. ſalarium ſtipendium.* Comprobatur illud ex Lege Duellica, quam exhibet SPELMANNVS voce Campus p. 103. *Heraldis feodo* (ſeu mercedi) *cedunt tela omnia & armaturæ.* Et paullo poſt: *Mareſcalli feodum, ſunt liſtæ, & repagula quæ barras vocant, & ipſorum poſtes.* Eandem ſententiam latius declarauit Dnus LVDEVVIG *de Iure clientelari Germanorum cap. II.* qui tamen §. III. vocem hanc non compoſitam, ſed primitiuam eſſe adſerit, ſecutus GEORGIVM STIERNHIELM qui in Gloſſario Vlphilæ-Gothico p. 49. FOEDA, FODA FOOD, ALIMENTVM. *Et hinc decantatum illud feudum, bona ſcilicet, quæ ſunt data in* FEVDVM, *hoc eſt, in alimentum. De cuius vocis etyma, Andabatarum more digladiantur linguæ Scanicæ imperiti interpretes.* THOM. CRAGIVM *Dieg. p.* 41. EYBENIVM *El. Feud. cap. I. §. II.* Facile adſentirer, ni obſtaret vox Allode & Leode. STEPHANVS SKINNER Etymologico Linguæ Anglicanæ *Fee, ab As Fea, Feo, Foh, F.o, Pecunia, Merces, Præmium, omnia ab As. altero Feoh, Dan. Fee. Belg. Vee, Teut. Vieh, Pecus, quia olim ſola Præmia munera erant pecora, hinc etiam vox Forenſis a Fee, Fr. G. Fief, Beneficium, Prædium Clientelare, Lat. Barb. Feudum, quod tanquam Præmium a Domino clienti donabatur. Fr. Iun. Belg. Vee, deſle-*

*ctit.*

*Vit a* πώϋ *Grex, & hoc a* πάω, *Poſſideo.* HERTIVS *de feudis oblatis p. I. §. II.* Adſentitur SCHILTERVS *de Natura ſucceſſionis Feudalis cap. I. §. III. & Comm. ad Rubr. §. VII.*

††††† SPELMANNVS equidem ad priora addit: *ni placeat* had *vel* hod *adiitere, quod Saxonice etiam claſſem, ſtatum, & ordinem ſignificat, vt perinde dicatur feodum, quaſi Feohad, vel Feohod, id quod ſtatu vel ordine ſtipendiario poſſidetur. Sic cnyghthad Saxonibus, pro ordine militari; nobis hodie Knighthod & Faterhod, Childhod, Manhod.* Plenius IO. SELDENVS Gloſſario: *Noſtrum nunc ſi fas ſit adhibere iudicium, vtramque vocem quod ad originem attinet, reor eſſe Teutonicam, ex duabus ſyllabis compoſitam, quarum poſterior in vtraque eadem (nec alia quam quæ in terminatione non paucarum dictionum Teutonicarum apud Kilianum paſſim obuia) ſcil. heyd, heit, hat, Anglo-Saxonibus hade, nobis eorum ſucceſſoribus, head, hode, hood: quod ſtatum, ordinem, qualitatem, conditionem, genus, naturam &c. ſignificat. Hinc equeſtris, maſculinus, fœmininus, puerilis, paternalis, maternalis, fraternalis, presbyteralis, vicinalis, virginalis, ſtatus &c. Anglice audit Knighthode, Manhode, VVomanhode, Childhode, Fatherhode, Motherhode, Brotherhode, Prieſthode, Neighbourhode, Maydenhead.* Verum Ode antiquam vocem eſſe Germanicam, patet ex verbo *Einœde* deſertum, & LOCCENIO teſte, notabat poſſeſſionem. Hinc, *Feode*, Poſſeſſio erat mercenaria.

†††††† THOMAS CRAGIVS lib. I. dieg. IX. p. 41. *Ego ſane Feudi vocem non eſſe derinatam, ſed primitiuam ſiue primigeniam puto, & a Borealibus gentibus vſurpatam, pro mercede, quæ pro alimentis dabatur, & ab ipſis Inſubribus receptum & retentum auguror. His præcipue rationibus adductus, quod ex prima inſtitutione, vt dixi, feudum nihil aliud erat, niſi beneficium aut merces, quæ pro opera vt plurimum militari debebatur, & dabatur, & vt vaſalli haberent vnde alerentur; In ipſo iure feudali feudum pro mercede, ſiue penſione ſæpe ſumitur, ſic penſiones quæ de Camera ſiue Cauena ſumuntur, feuda dicuntur; ſic & feuda Guardiæ & Caſtaldiæ, pro officio curationis rerum domini debentur, vt poſtea dicemus; Sic apud veteres rerum Francicarum ſcriptores, & alios, in feudo eſſe, pro feudo dari, & nomine feudi habere, nihil aliud eſt, quam pro mercede, ob mercedem & nomine mercedis habere. Inde Gallica vox (feaux) quaſi feudalis, nos (feallis) dicimus, qui certam mercedem pro ſeruitio habent; Et apud nos in omnibus Scacarii libris, Cancellario, theſaurario, iuſticiario, & aliis coronæ officiariis ſummæ pro ſuo cuique feudo, id eſt, mercede aſſignantur; ſic & principi facialium, quem nos, leonem armorum regem dicimus, Prædium illud, quod Luthery dicitur, pro feudo aſſignatur; quod tamen ad heredes non tranſit, ſed ad officii ſucceſſores, ſic eius fratribus (quos heraldos dicimus) ſua cuique ſunt feuda, quod etiam iuri communi Feudorum conuenit, in quos aduocationis, & cancellariatus frequens eſt mentio, & de eorum feudo ſiue mercede. Immo in rerum mobilium ſubhaſtatione ſeu licitatione (nos appreciationem dicimus) vicecomiti, ſiue apparitori, qui vicecomitis partes ſupplet (nos vicecomitem in hac parte dicere ſolemus) vigeſima pars rerum ſub haſta venditarum pro feudo ſuo aſſignari ſolet;* IO. O. STIERNHÖÖK de Iure Sueonum vetuſto p. 277. *Feudum vero maiores noſtri alimoniam vocabant, vt & hodie alibi in Vallibus Orientalibus, ubi & voces, & phraſes ſeu modi loquendi in iure antiquo vſitati, adhuc retinentur. Feudum ipſis alimonia:* Weſall/ *opis alienæ indigus & tales fuerunt quibus primitus alimonia pro ſeruitio præſtito da-*

*ta fuit, neque enim ſemper in fundis datum fuit, aliquando etiam in frumento aut alio reditu, quod a feudiſtis feudum ſoldata nuncupatur, quia plerumque in ſolidorum datione conſiſtebat.*

††††††† STIERNHÖÖK c. I. Alda Odal *extat in iure Vplandico in ſua propria & natiua ſignificatione.* ANT. DOMINICVS *de prærogat. allod. cap. I.* du CANGE *voce allodium.* THOMASIVS *ſel. feud. c. V.* Diſſertatio noſtra *de allodiis Imperii §. II.*

†††††††† Patet hoc ex formula CXXV. *Dum diceret, quod hominem ſuum interfeciſſet, vel occidiſſet; & Raubam ſuam, caballos, aurum, argentum & drapalia exinde tuliſſet, vel deportaſſet, vel Leodem contra Legem ibi buriſſet* (abſtuliſſet.) *Le,* enim populum, gentem, notabat SPELMANNVS *Gloſſario.* SKYNNER *Etymologico*, qui etiam exinde nomen vrbis Leodii ducit. Leode vero ſiue Leude, Leudum populi poſſeſſio *das in der Fahrnüs beſtehende Vermœgen,* prout patet ex Pacto Legis Salicæ tit. XLIII. §. X. XI. XII. *Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagus, aut in quodlibet præcipitium, vbi periculum mortis eſſe poſſit, impinxerit, & ille qui proiectus eſt quolibet modo ab eodem periculo viuus euaſerit, ille qui eum impinxerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis iudicetur. XI. Si autem qui præcipitatus eſt mortuus fuerit, tota Leude ſua componatur. Atque ita vnaquaque perſona, qua maiori minoriue compoſitione componi debuerat, ſi de præcipitio periculum mortis euaſerit, medietate leudis ſuæ componatur qua componi debuerat ſi mortuus fuiſſet. Nam & ſi mortuus fuerit, vnusquisque ſecundum modum leudis ſua componatur. XII. Si quis hominem ingenuum cuilibet ſocio ſuo de quolibet crimine accuſauerit, & per eius commonitionem ſiue mendacium, ille qui accuſatus eſt occiſus fuerit, ſi ei adprobatum fuerit, medietatem leudis eius componat.* L. Longobard. lib. I. Tit. IX. §. VIII. *At qui ex ipſis peregrinis auſus fuerit occidere, LX. ſol. in ſacro palatio noſtro componat: & inſuper compoſitio ipſa fiat de ipſo homicidio, cui legibus leudum ipſum pertinuit.* LINDENBROGIVS Gloſſario, voce Leudes. Exinde vox Leudes, Leute quæ modo quoscunque ſubditos denotat, modo illuſtres ſaltim. Sic apud FREDEGARIVM *c. I.* opponuntur ſacerdotibus. Idem c. LVIII. de Dagoberto: *cumque Lingonas ciuitatem veniſſet, tanta in vniuerſis leudibus ſuis, tam ſublimibus quam pauperibus iudicabat iuſtitia.* De poſteriori ſignificatu, patet ex eodem FREDEGARIO c. *XLI.* dum ait: *Burgundiæ Barones tam Epiſcopi quam cæteri Leudes.* Idem c. LIV. *Lotharius cum proceribus & Leudibus Burgundiæ conuenit.* AIMOINVS lib. IV. c. LIII. *Fines regni illius Leudibus ſuis probatiſſimis viris, & illuſtribus, ad reſiſtendum contra gentes rebelles in fide diſpoſuit. Vid.* LINDENBROGIVS *in Gloſſario.* Hinc minime adſentimur ALTESERRÆ, qui de *ſtatu Feudorum cap. I. Leudes, ſiue Leodes, fideles* eſſe vult, qui a Rege prædia tenebant ſub lege fidei & ſeruitii. Quem ſequitur THOMASIVS *Selectis capit. Feudalibus §. XXXIV. & de Originibus Feudalibus. p.* 33. Verum, nec loca ab iisdem adlegata idem euincunt. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. III. c. XXI.* ait: *Sed illi muneribus placatis a Leudibus ſuis defenſatus eſt, & in regnum ſtabilitus.* Et lib. VIII. c. IV. *Veni igitur, & ecce abſconditur, nec oſtenditur mihi puer, vt, credo, alicuius ex Leudibus noſtris ſit filius.* Et in exemplo Pactionis initæ inter Guntramnum & Childebertum Reges lib. IX. c. XX *Leudes illi, qui Domino Guntramno, poſt tranſitum Domini Chlotarii ſacramenta primitus præbuerunt?* Et mox: *ſimiliter conuenit, vt nullus alterius Leudes nec ſollicitet nec venientes excipiat.* FREDEGARIVS c. LXXXII. *iuſſu Sigeberti omnes Leudes Auſtraſiorum in exercitum gradiendum banniti ſunt.*

*ſunt.* Et AIMOINVS lib. III. c. LXXXI. *Fuit autem Guntramnus Leudis ſuis beneuolus, gentibus externis pacatus.* Verum, iſta loca de quibuscunque fidelibus & ſubditis facile intelliguntur.

## §. III.

Origo Feudorum vel a Romanis ducitur & horum clientelis, * vel militibus veteranis, quibus ſub militiæ lege certa agri pars adſignata fuit, quod ſub Auguſto Imp. potiſſimum, poſt bellum Mutinenſe factum; ** vel ab Alexandro Seuero Imp. qui bona, quæ deuictis Aſiæ gentibus abſtulerat, militibus ſuis contulit; *** vel a Solduriis Gallorum; **** vel a Longobardis; ***** vel a Gothis; † vel a Francis & Germaniæ populis. Si rem ipſam penitius conſideremus, ſine dubio patebit, Germanis potiſſimam originem eſſe tribuendam: licet & apud Romanos aliosque populos analogum quid feudorum iam ante fuerit: id quod non ſolum indoles Germanicæ gentis, ſed etiam multæ voces Germaniæ feudales, & quod ſoli Germanorum, vel eorum qui a Germanis traxerunt originem, vtpote Anglorum & Francorum Scriptores Feudorum faciant mentionem, †† Gothis exceptis, qui tamen in ſuis migrationibus Germanorum morem videntur fuiſſe imitati. *Feudorum Origo.*

* VDALRICVS ZASIVS *in Epit. de feudis p. I. n.* I. OVID. BVDÆVS in *l. Herennius ff. de Euict.* dum Romanæ olim vrbis Reges deuictos vicinos maxima verſutia ſub clientelam ſuam inuitauerint, illisque agros & fundos Clientelæ titulo in beneficium conceſſerint, eosque agros ac territoria per clientes alienari non licuiſſe. Sed MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG *de Aduocatia armata cap. XV. §. XLII. ſqq.* plenius demonſtrauit, feuda cum Romanorum clientelis parum conuenire. Nec adprobanda illorum eſt opinio, dum Romanorum Patroni clientes ſuos defendere eſſent obligati. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XC.*

** SVETONIVS *Auguſto c. XIII. partis poſt victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandum, ipſe veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepiſſet: neque veteranorum neque poſſeſſorum gratiam tenuit, alteris, pelli ſe, alteris, non pro ſpe meritorum tractari querentibus.*

*** LAMPRIDIVS Alexandro Seuero c. LVIII. *ſola, quæ de hoſtibus capta ſunt, Limitaneis Ducibus & militibus donauit, ita vt eorum ita eſſent, ſi hæredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent; Dicens, attentius eos eſſe militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent; addidit ſane his & Animalia & ſeruos, vt poſſent colere quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel per ſenectutem poſſidentium desererentur rura uicina Barbariæ, quod turpiſſimum ille ducebat:* Vbi IS. CASAVBONVS in notis ſpeciem aliquam feudi inueniri adnotauit. Eadem videmus apud FL. VOPISCVM Probo c. XVI. *Veteranis omnia illa quæ anguſte adeuntur loca priuata donauit, addens, ut eorum filii ab anno octauo decimo mares duntaxat ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari quam militare diſcerent.* AVCTOR ANONYMVS, qui ad-

 iectus

iectus eſt Notitiæ Imperii c. V. *Huiusmodi igitur Prouiſionis vtilitas in augmentum Prouincialium habet, Veteranos Regiis donis opulentos, & ad colendos agros adhuc præualentes agricolas. Habitabant limites Arabum quæ dudum defenderant loca, & laborum deſiderio petiti erant ex milite collatores.* In Theodoſii Nouella XXXI. de Ambitu & locis limitaneis inibi redhibendis; vnde deſumpta eſt *lex vltima C. de fundis limitrophis: Agros etiam limitaneos vniuerſos cum paludibus, omnique iure, quos ex priſca diſpoſitione Limitanei Milites ab omni munere vacui ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueuerant, etſi in præſenti coluntur, ab his firmiter ac ſine vllo concuſſionis grauamine detineri & ſi ab aliis poſſideantur, cuiuslibet ſpatii temporis præſcriptione ceſſante ab vniuerſis detentatoribus, vindicatos hisdem militibus ſine vllo prorſus, ſicut antiquitus ſtatutum eſt, collationis onere volumus adſignari.* Facit huc Conſtitutio Honorii & Theodoſii in l. I. C. Theod. de Terris Limitaneis: *Terrarum Spatia, quæ Gentilibus, propter curam munitionemque Limitis atque Foſſati, antiquorum humana fuerant proviſione conceſſa, quoniam conperimus aliquos retinere, ſi eorum cupiditate vel deſiderio retinentur, circa curam Foſſati, tuitionemque Limitis ſtudio vel labore noverint ſeruiendum, vt illi quos huic operi antiquitas deputarat: Alioquin ſciant, hæc Spatia, vel ad gentiles, ſi potuerint inueniri, vel certe ad Veteranos eſſe non immerito transferenda; vt hac promiſſione ſeruata, Foſſati, Limitisque, nulla in parte timoris eſſe poſſit ſuſpicio.* Addit hic IACOBVS GOTHOFREDVS in notis: *Vbi obſeruanda conditio, quæ non ſolita apponi in deducendis colonis. Eſt igitur hæc ſpecies quædam Feudi. Sane ſimilis lex erat fundorum conſtituendorum, vt qui prædium acciperet, dantis fidem & militiæ ferme munus exhiberet.* Eandem LÆLIO TAVRELLO ſententiam tribuit FRANC. HOTTOMANNVS *Diſp. de Feudis p. 15.* Eadem etiam refert GVIDO PANCIROLLVS *Theſauro Var. Lect. lib. I. c. XC.* dicens: *Limitanei autem appellantur milites, qui limites Imperii tuebantur & agri limitanei, qui in finibus erant Imperii. Hi in priuatos tranſire non poterant, ſicut nec feuda alienari. Sed nec ad hæredem niſi militantem transmittebantur, ad quem poſtea Conſtantinus Magnus, vt milites ſibi conciliaret; etiam Paganum tranſire permiſit.* Referri huc ſolet l. 15. §. I. π. de Rei Vind. l. XI. π. de Euictionibus vbi Paulus: *Lucius Titius prædia in Germania trans Rhenum emit & partem pretii intulit: cum in reſiduam quantitatem heres emtoris conueniretur, quæſtionem retulit dicens has poſſeſſiones ex præcepto Principali partim diſtractas partim veteranis in præmia adſignatas.* Adſentitur HERTIVS *de Feudis oblatis p. I. §. II.* Prima Obſeruatio in Gundlingianis eandem confirmat ſententiam, hoc addito, quod Franci hac in parte Romanorum inſtituta fuerint ſecuti: Hanc ſuam ſententiam in Gundlingianis *p. XV. n. II.* vberius declarare conatur Auctor. Verum, licet haud diffiteamur, ſpeciem aliquam Feudorum hic ſubeſſe, vix tamen adſentimur, exinde Feudorum originem eſſe petendam. Alexander enim Imp. ſola ab hoſtibus capta limitaneis ducibus atque militibus donauit, ea conditione, vt hæredes illorum militarent & rura ſua defenderent. Videmus hic prædia conceſſa, iis quæ iſta defendere vellent. Vaſalli autem Dominum ſuum ſequi vbiuis tenentur in militia. Concedebantur iſta prædia iure hæreditario, cum Feuda primitus ſaltim ad vitam precarii iure concederentur. Nullam reperimus ſingularem de fide obligationem, quæ tamen de eſſentia eſt Feudorum. Nec credendum facile eſt, Francos, primos Feudorum auctores, hunc a Romanis morem hauſiſſe, qui illarum inſtituta potius abominabantur. Immo, dum in Oriente ſaltim hæc beneficia,

vt

vt eo certius in barbarico ſolo limites ſuos defenderent, conceſſerint Romani, vix iſta ad notitiam Francorum peruenire poterant. Eandem ſententiam reiicit ARTHVRVS DVCK *lib. I. c. VI. §. 2.* FRANCISCVS etiam HOTTOMANNVS *Diſp. de Feudis cap. II. p.* 16. contra eandem diſputat, dicens: *Verum inter feuda & parochias hoc intereſt, quod hæ plerumque ſenibus & veteranis, pleriſque etiam emerita militiæ dabantur, qui cum de repub. bene meriti eſſent, publico beneficio reliquum vitæ ſuſtentabant: aut ſi quod bellum naſceretur, euocati, non tam milites, quam magiſtri militiæ viderentur. Feuda vero plurimum iuuenibus robuſtis, & primo flore ætatis qui militiæ munus ſuſtinere poterant: imo vero & vt poſſent; & vt vellent. Præterea exterorum duntaxat, & bello ſubactorum agri aſſignabantur. At feudorum pars multo maxima conſtituitur a principibus & imperatoribus, vel ab regni proceribus, ac nobilibus etiam ex ſuis agris & patrimoniis, quæ allodia nominant. Eo accedit, quod certa neceſſitudinis & clientelà iura non conſtituebantur, qualia inter patronos & vaſallos conſtitui, poſterius cum eo ventum erit, intelligemus. Multo ſane propius ad feudorum noſtrorum ſimilitudinem accedit, quod Vuitichindus Saxo, (quem ego cum paucis eiusmodi ſcriptoribus ſummo in pretio numerandum puto) ſcribit de imperatore Henrico, his verbis: Quemcunque videbat furem aut latronem manu fortem, & bellis aptum, a debita pœna ei parcebat, collocans in ſuburbano Merſaburiorum datisque agris atque armis, iubebat eum ciuibus quidem parcere, in barbaros autem in quantum auderent, latrocinium exercerent.*

**** Hanc ſententiam fouet FRANCISCVS CONNANVS *lib. II. Iur. Ciu. c. IX. n.* 6. ea ex ratione, quod Solduriorum ſecundum CÆSAREM *de B. Gallico lib. III. c. XXII. ea conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur quorum ſe amicitiæ dediderint, ſi quid iis per vim accidat, aut eundem caſum vna ferant, aut ſibi mortem conſciſcant.* Exinde ortum eſt prouerbium: *Solduriorum lege deuincłus:* Sed contradicit omnino PETRVS HEIGIVS *quæſt.* I. CONRADVS RITTERSHVSIVS *Partit. Feud. lib. I. p.* 69. E. PARENS *S. I. F. c. I. aph. III. n.* 8.

***** Plura adducuntur Scriptorum loca, e quibus demonſtrari volunt, apud Longobardos feuda antiquiſſimo tempore fuiſſe vſitata. Prouocatur enim ad REGINONEM lib. I. ad a. 517. *Langobardi cum per annos X. ſub poteſtate ducum fuiſſent, regem ſuper ſe ſtatuunt Otharium filium Clephonis, quem etiam ob dignitatem Flauium appellauerunt quo pronomine Longobardorum reges vſi ſunt. Duces, qui tunc erant, ob reſtaurationem regni omnium ſubſtantiarum ſuarum medietatem regalibus vſibus tribuunt, vt eſſe poſſet, vnde rex ipſe, ſiue qui ei aderant, per diuerſa officia alerentur.* Idem dicit PAVLVS DIACONVS *de geſtis Longobardorum lib. III. c. XVI.* Exinde GVIDO PANCIROLLVS *Theſauro Var. Lect. Lib. I. c. XC.* ait: *Ego vero Feudorum, quæ nunc habemus, formam, a Longobardis emanaſſe arbitror. Triginta enim ducibus ab ipſis poſt mortem Clephonis creatis, cum ipſorum regnum peſſum iret, regem renouarunt, & Atharim Clephonis filium crearunt. Is ducibus vrbes, dominio ſupremo ſibi reſeruato, conceſſit, quas ad ſtirpem virilem tantum tranſmitti voluit.* Neque tamen ex dictis locis quidpiam ad Feudorum ſtatum poterit concludi: cum potius ipſi Duces de ſubſtantiis ſuis Regalibus vſibus obtulerint. Nec etiam ad Feuda ſtatim poterunt adplicari, quæ de Alboino, Longobardorum Rege tradit MVTIVS Chron. Germ. f. 40. *poſt hæc Inſubriam & Mediolanum, capit, & ſic deinceps omnia diripit, agros ſuos diuidit, quotidie ſine intermiſſione ex Germania plures ſequebantur, quibus omnibus poſſeſſiones dabantur.* Cum ex poſſeſ-



Digitized by Google

ſonum traditione lex feudalis non ſtatim ſequatur. Nec etiam mouere nos debet, quod I. F. I. prouocetur ad antiquisſimum tempus, cum textus iſte generatim loquatur, non de ſolis Longobardis, etiam antiquisſimum tempus ſæpe reſpectu nouioris ſit intelligendum. Quare, reſpectu temporis, quo compilatio Feudalis fuit facta, tempus Carolingicum pro antiquisſimo habendum, prout iamdum obſeruauit THOMASIVS *de Originibus Feudalibus* §. *IV. p.* 13. Potius Doctores Itali, quibus aliæ Leges & inſtituta antiquiora erant incognita, Longobardis originem attribuerunt, quos ſecuti, qui in Italiæ Academiis aliud quid haud edocti, eandem doctrinam diſſeminarunt, obſeruante etiam THOMASIO *p.* 10.

† PROCOPIVS Hiſt. Goth. lib. I. ſub initium: *Erat barbarorum vnus Odoacer nomine, Imperatoris ſatellitio accenſus, qui ſe præſtiturum petita promiſit, ſi per ipſos imperii potiretur. Eum in modum ius ſummum adeptus, Imperatori non vltra nocuit, quam quod in priuati ordinem eum redactum, poſt id haberet: tertiaque agrorum parte diſtributa, barbaros eo beneficio ita ſibi deuincit, vt decem per annos imperium tenuerit.* Idem vero lib. I. p. 142. ed. Grot. de Theodorico Oſtro-Gothorum Rege: *terras a vicinis barbaris ſeruauit intactas, ſolertia fortitudinisque ſummus. Iniuria ſubditorum quenquam nec afficiebat, ipſe, nec affici ab aliis ſinebat, demto quod partem agrorum, quam Odoacri milites poſſederant, inter ſe Gothi partiti ſunt.* Paret hoc etiam ex Reſcripto Theodorici ad Valerianum Præfectum Prætorio, apud CASSIODORVM lib. XII. f. V. p. 391. *Sed quo facilius inſtrueretur veſtra notitia imputationum ſummas infra ſcriptis Breuibus credidimus exprimendas: vt nemo vobis vendat beneficium, quod publica noſcitis largitate collatum. Continete ergo poſſeſſorum intemperatos mores.*

†† Prolixe hanc in rem THOMAS CRAGIVS *lib. I. dieg. V. hæc & his ſimilia quæ a viris doctis ornanda ſuæ gentis ſtudio adducuntur, quo minus cum veris Feudorum initiis conuenire putem, facit quod nulla feudi mentio, nulla feudalis clientela ſeu fidelitatis forma, ante illa maxima Borealium Gentium diluuia apud probatos ſcriptores quod ſciam reperiatur, nusquam directi dominii, nusquam vtilis, memoria, aut vt in foro loqui ſolemus, nullam ſuperioritatis, nullum tenendria, nullum denique inueſtituræ monumentum occurrat, neque vlla iura feudalia tum erant, nec prædia fiducia nomine tenebantur: Nam quod ad Patronorum in Clientes beneficia attinet, nullam cum feudis ſimilitudinem habent; Cum præterquam quod omnia feuda ab initio militaria erant, Patroni etiam non ſuos clientes beneficiis, ſed Clientes Patronos ornabant, neque vlla Patronorum in Clientes iurisdictio, quæ naturaliter omnibus feudis inhæret, nullum fidelitatis ſacramentum. Et Coloniarum deductio, aut prædiorum inter veteranos milites diſtributio, ad Feudorum rationem ægrè trahitur; ſiquidem tum prædia veteranis iam militia functis dabantur, vt publico beneficio, emerita militia eſſent auctoramentum; feudo vero e contra Iuuenibus robuſtis in primo flore ætatis, qui iam militaturi erant, & de quibus egregia erat virtutis expectatio dari ſolita: Nec his prædia ex hoſte capta, aut bello ſubactarum gentium conſtituebantur, ſed ex propriis principum & dominorum agris & patrimoniis nec vlla certa neceſſitudinis & clientelæ vincula, aut fidelitatis ſacramenta a veteranis & emeritis militibus exigebantur, qualia ius feudale inter dominum & vaſallum requirit. Quod ad Porphyrogeniti conſtitutionem attinet, non eſt tantæ antiquitatis, vt hanc noſtram opinionem & ſententiam de Feudorum origine euertere poſſit, Conſtantius enim Porphyrogenitus, cui hæc conſtitutio*

*attri-*

Digitized by Google

*attribuitur imperare cœperat circa annum domini*, 912. *& poſterior fuit Carolo Magno & Lothario eius nepote, quorum temporibus ius Feudorum non ſolum vires iam exercere cœperat, ſed etiam initia ſucceſſionis in feudo facta. Poterant enim & Græci aliquid inde excerpſiſſe & ad ſuos mores traduxiſſe. Ex his niſi me animus fallit ſatis conſtat Feudorum originem a ſeptemtrionalibus gentibus defluxiſſe & per totum orbem Chriſtianum diſperſum eſſe : cum quaque gens quod ſibi proprium & commodum videretur in ſuos mores tranſcriberet.* Sequitur Cragium IO. SCHILTERVS dum *Comm. ad Rubricam Iuris* Feudalis Alemannici §. VIII. ſic loquitur : *Ex vocis origine facilius ad originem rei ipſius progredimur, exinde apparet, quod non ex Iure Romanorum, neque Græcorum, ſed ex Teutonica gentis iure ac moribus origo ſit repetenda. Quum porro ex iſta gente multi ac magni populi profluxerint, itaque & Germani eam ſibi vindicant, & Franci, & Longobardi, & Saxones, & Sueones. Mihi Th. Cragii placet ſententia cap. V. ſi. Feudorum originem a ſeptentrionalibus gentibus defluxiſſe, & per totum orbem Chriſtianum diſperſam eſſe : cum quaque gens, quod ſibi proprium & commodum videretur, in ſuos mores tranſcriberet.* Eadem tradunt B. PARENS S. *I. F. cap. I. aph. III.* HORNIVS *Iurisprudentia Feudali cap. I. §. XVI. de origine feudorum vero ſic habendum eſſe arbitror : apud varias gentes aliquid analogum feudi in vſu fuiſſe; feuda tamen ipſa Germaniæ populis non quidem ſolum Longobardis, ſed & aliis, Francis, Alemannis, Burgundionibus, Saxonibus originem debere, quæ poſtea a Longobardis potiſſimum magis atque magis informata, atque ad eum ſtatum, vbi hodie apud nos, atque aliis in oris ſunt, perducta fuere.* Eadem mens & B. HERTII *de Feudis oblatis p. I. §. II.* ill. THOMASII *Origg. Feudalibus §. V.* Diuerſas diuerſorum de origine feudorum ſententias Dnus CASPAR ACHATIVS BECKIVS *de Paribus Reipublicæ Miniſtri & Vaſalli Iuribus. capite Quarto*, collegit vbi tandem §. XX. concludit, dicens : *omnes quoque omnium temporum ciuitates ſuos habuiſſe vaſallos, ſua omnibus fuiſſe feuda.* Licet vix crederem, omnes officiales ſiue miniſtros publicos ante Francorum tempora feudi lege fuiſſe conſtitutos.

## §. IV.

Ex diuerſis vero Germaniæ populis, qui Feudorum rationem habuerunt, prima atque potiſſima origo Francis * debetur, quorum Reges primum fidelitatis lege conceſſerunt terras Marte ſuo occupatas, idque partim pro opera militari exhibita atque vlterius exhibenda, partim quod Franci victores fundos deuictis relinquerent, ſub nexu feudali. Veſtigia eiusdem iamdum reperimus a Clodouæi temporibus, ** quem in conferendis beneficiis, ſucceſſores fuerunt ſecuti. *** Pleniorem vero ſub Pipino videmus apud Francos Feudorum rationem. **** Vt exinde concludamus, tenuia primum horum fuiſſe initia, vsque dum ſenſim maiora caperent incrementa. Exinde facile patet, quid de illorum ſentiendum ſit opinione, qui Feudorum originem demum a Carolo M. ducunt. †

*Origo Feudorum Francis potiſſimum tribuenda.*

* Erievs

* ERICVS MAVRITIVS Coroll. VII. Diſſert. de Principiis Iuris Publici Germ. ſubiecto: *feudorum originem, plurimi Longobardis adſcribunt: Hugo Grotius, ac viri celebres alii, non illis ſolum, ſed & aliis Germaniæ populis. Cæterum neutra ſententia videtur firmo talo conſiſtere. Non prima, quia & antiquior, in aliorum populorum Germaniæ hiſtoria, feudorum eſt mentio: & plerumque quando Longobardis feuda tribuuntur, non ſolis illis, ſed & aliis, Friſiis, Burgundis, Francis, ea conceduntur. Non altera, quia quando de origine rei quæſtio eſt, prima eius inueſtigantur initia; Vt feuda autem vno eodemque momento, nullo intercedente temporis internallo apud diuerſas gentes cœperint, fidem omnem ſuperat. Quod ſi omnino definiendum fuerit, qui primi credi queant feudorum autores, non improbauerim ſententiam Molinæi, qui Francis laudem hanc tribuit, idque ſibi compertum eſſe, ex antiquiſſimis inueſtituris, vbi diſerte ipſis tribuatur feudorum inuentio, ſcribit. Sane apud hiſtoricos, qui extant, nullam antiquiorem eſſe feudorum mentionem, quam in Francorum hiſtoria, facile oſtendi poteſt. Qua de re, Deo dante, vberius peculiari Diatriba mentem noſtram aliquando explicabimus.* Idem confirmat *Poſit. Feudal. dec. I. poſ. IV. V. VI.* Sequitur eum HVLDARICVS ab EYBEN *de orig. illuſtris regulæ c. II.* HERTIVS *de Feudis oblatis p. I. §. II.* THOMASIVS *Origg. Feudal. §. IX. & Sel. Capit. Iur. Feud. §. III. XXXIV. XXXVI.* Immo, ANT. DAD. ALTESERRA totus in eo eſt, *de origine & Statu Feudorum pro moribus Galliæ.*

** De Clodouæi temporibus hoc dicit AIMOINVS lib. I. c. XIV. *Gundebaldus, licet inuitus, Clodouei eam* (Chrotildem) *tradidit Legatis: nihil ei de ſuis tribuens theſauris. Poſtmodum tamen, opere & induſtria Aureliani, pars maxima ex ipſis ceſſit dominio Clodouei. Vnde cum Clodoueus Regnum ſuum vſque Sequanam, atque poſtmodum vſque Ligerim fluuios ampliaſſet, Milidunum caſtrum eidem Aureliano, cum totius ducatu regionis, iure beneficii conceſſit.* Factum hoc anno 491. quo nuptiæ Clodouæi cum Chrotilde fuerunt celebratæ, ſecundum P. DANIEL *Hiſt. de France lib. I. p. 14.* Hinc ALTESERRA Originum Feud. cap. I. *Franci ſcilicet rerum potiti in Gallia prædia diuiſere Ducibus & militibus, idque beneficiario iure ſub lege fidei & ſeruitii priusquam Longobardi Italiam attigiſſent.* Quod vero iſte ex voce Leudes vaſallos denotari velit, non adſentior, cum & THOMASIVS *de Originibus Feudalibus p. 32.* iamdum demonſtrauerit, ſub voce Leudes comprehendi quoscunque fideles.

*** Sub Sigeberto Francorum Rege. GREGORIVS TVRONENSIS Hiſt. Franc. lib. IV. c. XLV. *Poſt hæc tres Langobardorum duces, id eſt Amo, Zaban, ac Rhodanus, Gallias irrupere. Et Amo quidem Ebredunenſem carpens viam vſque Machouillam Auennici territorii quam Mummolus munere meruerat regio, acceſſit: ibique fixit tentoria.* Munere regio autem tenere, hic feudum notare, demonſtrauit THOMASIVS *ſel. cap. hiſt. Iur. Feud. §. XXXIV. XXXVI.* & *Orig. Feud. p. 34.* Huc facit ſub Guntramno Rege etiam GREGORIVS TVRONENSIS lib. VII. c. XXII. *Dum autem hæc agerentur, res ipſius Eberulfi diuerſis conceduntur, aurum, argentumque. Quod vero commendatum habuit, publicatum eſt.* Apud EVNDEM *lib. X. §. XIX.* Egidius, Remenſis Epiſcopus interrogatur: *Dic mihi, o Epiſcope, quid tibi viſum fuit, vt relicto Rege, in cuius vrbe epiſcopatus honore fruebaris, te Chilperici regis amicitiis ſubdereris, qui ſemper inimicus domino noſtro Regi fuiſſe probatur, qui patrem eius interfecit, matrem exſilio condemnauit, regnumque peruaſit, & in iis vrbibus quas vt diximus, iniquo peruaſionis ordine, ſuo dominio ſubiugauit, tu ab eodem poſſeſſionum fiſcalium prædia meruiſti?*

**** AN-

Digitized by Google

**** ANNALES LOISELIANI ad a. 748. *Hac audiens Pipinus, iter illuc arripiens cum exercitu ſuo, ſupranominatos totos ſibi ſubiugauit; Griſonem ſecum abduxit, Lantfridum ſimiliter, Taſſilonem vero in Ducatu Baioariorum conlocauit per ſuum beneficium.* In Capitulari Compendienſi anni 757. c. VI. *Homo Francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium, & pro hoc vt melius potuiſſet &c.* Mentionem ibi factam videmus beneficii, ſiue Feudi, Senioris ſiue domini directi, & ipſius Vaſalli. Sæpius etiam Beneficiorum ſiue feudorum mentionem factam videmus ſub Carolo M. vtpote apud MONACHVM S. GALLI de Eccleſiaſtica cura Caroli M. c. XXXII. *Quod ſi noua* (Eccleſiæ) *fuiſſent inſtituenda, omnes Epiſcopi, Duces & Comites, Abbates etiam, vel quicumque Regalibus Eccleſiis præſidentes, cum vniuerſis, qui publica conſecuti ſunt beneficia, a fundamentis vsque ad culmen inſtantiſſimo labore perduxerunt.* In Fragmento de rebus Caroli M. apud du CHESNE Tomo II. p. 221. *Poſt illos vero Duces Boiarii cœperunt prædictam terram dato Regum habere in Comitatum, Hebriuuinus, Albgarius & Palio.* Et paullo poſt: *Aliqua vero occaſione, iterum percepta, rogantibus prædictis Regis fidelibus, præſtitit Rex Prinnina aliquam inferioris Pannoniæ in beneficium partem circa fluuium qui dicitur Saua.* In Charta Diuiſionis Caroli M. diſtinguuntur beneficia atque hæreditates & §. IV. dicitur: *Quapropter præcipiendum nobis videtur, vt poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, homines vniuscuiusque eorum accipiant beneficia vnusquisque in Regno domini ſui, & non in alterius, ne forte per hoc ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hereditatem autem ſuam habeat vnusquisque illorum hominum abſque contradictione, in quocunque Regno hoc eum legitime habere contigerit.*

† Extat hac re THOMÆ FRANTZII pro Carolo M. primo Feudorum auctore in Italia defenſio, contra eos, qui vel conſuetudini, vel aliis gentibus eorundem autoritatem tribuunt, Wittebergæ in exordio repetitionum Iuris Feudalis publice ſuſcepta a. 1596. quam poſtmodum Iuris Feudalis Syntagmati ſubiecit B. Parens.

## §. VI.

Francos vel imitati, vel ſecuti ſaltim fuerunt Gothi, qui Italia occupata, ſub Theodorico, iamdum Oſtro Gothorum Rege idem ſeruarunt inſtitutum. * In Legibus quoque Alemannorum Vaſſorum mentionem fuiſſe factam, videmus, licet haut immerito dubitetur, an ſub Vaſſis Vaſalli ſemper ſint intelligendi. ** Potiorem in Legibus Burgundionum Feudorum fuiſſe mentionem factam, videmus. *** Hos ſecuti Longobardi, qui vel militibus ſuis, vel antiquis poſſeſſoribus prædia ſub Feudi lege relinquebant. **** Ipſi poſtea Feudorum Domini vel neceſſitate coacti, vel vt potentiorum tutelam quærerent, ſe & bona ſua Principibus, Regibus & Epiſcopis ſub nexu feudali ſubiecerunt. Exinde differentia orta fuit inter Feuda data & oblata. *****

*Francos ſecuti Gothi, Burgundiones, Alemanni, Longobardi.*

* De eo iam ſupra dictum fuit §. *III.* Circa eadem fere tempora vixerunt Clodouæus, ſub quo primam Beneficii apud Francos mentionem fieri diximus, & Theodoricus. Sed, cum Clodouæus tempore nuptiarum a. 491. Aureliano beneficium contulerit, Theodoricus demum a. 492. deuicto Odoacro, Italiam occupaſſet, Francos omnino anteriores facimus, vsque dum demonſtratum fuerit, hunc morem iam anteriori tempore apud Gothos fuiſſe vſitatum. Immo, credendum facile eſt, iam ante Clodouæum hunc Francorum morem fuiſſe vſitatum.

** Leges Alemannorum *cap. XXXVI.* §. 5. apud BALVZIVM Tom. I. f. 67. *Qualiscunque perſona ſit, aut Vaſſus Ducis aut Comitis, aut qualiscunque perſona nemo negligatur ad ipſum placitum venire.* Licet THOMASIVS *de Originibus feudalibus p.* 29. demonſtrauerit, ſub Vaſſorum nomine non ſemper denotari Vaſallos.

*** Leges Burgundionum Tit. I. §. III. IV. *Illud etiam huic legi adiungi placuit, vt ſi quis de populo noſtro a parentibus noſtris munificentia cauſa aliquid percepiſſe dignoſcitur, id quod ei collatum eſt, etiam ex noſtra largitate, filiis ſuis relinquat, præſenti conſtitutione præſtamus. Id etiam ſtatuentes, vt, ſi quid etiam de noſtro munere, aut Deo præſtante aliter perceperint, Donationum noſtrarum textus oſtendant. Supereſt; vt poſteritas eorum ea deuotione & fide deſeruiat, vt augere ſibi & ſeruare circa ſe parentum noſtrorum Munera cognoſcat.* Videmus enim inibi munificentiæ regiæ, fidei & ſeruitiorum factam eſſe mentionem.

**** De his ſuperiori §. dictum.

***** Vidd. STRVVIVS, THOMASIVS, HERTIVS, *de Feudis oblatis.*

## §. VII.

*Feuda vel officii, vel militiæ cauſa concedebantur Vaſallis.*

Concedebantur autem Feuda vel militiæ, vel officii ergo, ita, vt loco ſtipendii vel ſalarii prædio feudali vterentur vaſalli *. Cum iſta ætate nondum tantus nummorum eſſet adparatus, vt inde ſalaria potuiſſent conſtitui. ** Indicare hoc videtur nomen vaſalli, quod a Guas originem trahit, atque miniſtrum ſeu famulum notat, & hominem obnoxium, ac pro alimonia, ſeu ſtipendio, aut mercede certa, ſeruientem quaſi Guaſſal, Waſſal. *** Licet etiam Feuda quandoque in frumento, aut alio reditu, vel in ſolidis primitus conſtiterint. Inde Feudum Soldatæ dicitur, quod in ſolidorum datione conſtabat. **** Alia Feuda erant Caſtrenſia ſiue *Burglehn*, quæ ſaltim militiæ cauſſa concedebantur. ***** Hinc differentia Feudorum, quæ cum ſeruitiis militaribus conferebantur, *mit Mannſchafft*, ab iis, de quibus vaſalli *ohne Mannſchafft zu Hofrecht*, inveſtiebantur, quæ erant Feuda Palatina, *Hofrecht-Lehn*, *Ambachts-Lehn*, quæ ob officia Palatina concedebantur. †

* Sunt equidem, qui ſaltim officii cauſſa Feuda conceſſa fuiſſe contendant, cum tamen ipſa Feudorum ratio poſtulet, quod ob militiam æque fuerint conceſſa. Adgnouit illud HIERONYMVS BIGNONIVS in Notis ad Marculphum apud STEPHANVM BALVZIVM *Tom. II. Capit. p.* 933. *Inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro ſervitio*

*vitio militari a rege ſiue etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda poſteritas dixit.* Et GOTFRIEDVS WENDELINVS Gloſſario Salico pag. 129. *Beneficialia bona ſunt, quæ Princeps in Beneficium dat militi titulo onroſo vtenda, fruenda cum obligatione pugnandi, van vechten, ſeu Militia (quam Faidam dicebant) quoties bannus publicabatur: eaque bona propter operam iſtam Vechtalem ac Faiaalem, Feoda iam & Feuda (Vee.goet) ab aliquot retro ſeculis dicta ſunt, prout recte obſeruauit Dominicus in Opere ſuo de Allodiis; nobis poſtea Leen-goet, hoc eſt, Bona vſui data, commodata, non donata. Ad vtraque etiam feuda fuiſſe directa, patet ex Charta Ottonis II.* apud ZYLLESIVM p. 30. *Villas & poſſeſſiones &c.* Idem repetitur in Charta Conradi de a. 1026. Quare etiam beneficium & honor coniunguntur Capit. Caroli M. a. 779. cap. IX. *ſimiliter & vaſſi noſtri, ſi hoc non adimpleuerint, beneficium & honorem perdant.* Idem repetitur Capit. *lib. V. c. CXCV.*

** Docet hoc GREGORIVS TVRONENSIS in præfatione libri quinti: *Recordamini, quid caput victoriarum veſtrarum Cledouaus fecerit, qui aduerſos reges interfecit, noxias gentes eliſit, patrias gentes ſubiugauit: quarum regnum vobis integrum illæſumque reliquit, & cum hoc faceret, neque aurum, neque argentum, ſicut nunc eſt in theſauris veſtris, habebat? Quid agitis? quid quæritis? quid non abundatis? in domibus delicia ſupercreſcunt, in promtuariis vinum, triticum oleumque redundat, in theſauris aurum argentumque coaceruatur &c.* Ad hunc locum RVINARTVS: *hinc patet, Clodoueum filiosque eius non multum argenti coaceruaſſe. Vnde ſupra lib. 3. cap. 7. Theodoricus adeo ægre ferebat diſci argentei priuationem.* Sequitur HADR. VALESIVS *lib. VII. Rer. Franc. p.* 360. P. DANIEL. *diſſ. III. ad Tomum I. Hiſt. Franc. p.* 359. WENDELINVS *in natali ſolo Legum Salicarum c. III. IV. V.*

*** IO. SKINNERVS equidem Dictionario Etymologico, voce *Vaſſall* dicit: *vel a Lat. Vas, Vadis, quia ſc. tales Dominis ſuis fidem obligarunt, vnde etiam Fr. G. Feaux ſeu Fideles nuncupantur; vel tertio dicitur Vaſſal, quaſi Geſſalis vel Geſſatus, qui Principum Serui & Satellites apud veteres Gallos Geſſa ſeu haſtas geſtabant. Sed primum illud Spelmanni Etymon longe cæteris præfero.* IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis.* cap. XLIX. *Vaſalli notatio a faſeln, quod eſt parce nutriri, quamuis reſpondeat feudo, ſicut maſſa pro villa armentaria ein Maſthoff: veror tamen videtur etymologia a Vaſſen id eſt ligare: quia per inueſtituram vaſallus ſolenni ſtipulatione ita alligatur domino, vt eius fiat mannus, ſiue homo proprius.* Sic etiam FRANCISCVS HOTTOMANNVS Commentario de verbis feudalibus, voce Vaſſallus ait: *diminuto vocabulo, inferioris ordinis cliens. Sunt qui a Germanico Geſſel deducant, quo nomine ſocius, comes, commilito ſignificatur. Fortaſſe tamen in primitiuis potius quam in deriuatiuis Etymologia quærenda eſt.* De voce GWAS vero BOXHORNIVS Lexico Britannico-Latino p. 36. *Seruus, famulus, ſic Arm. antiquis ſignificat iuuenem, adoleſcentem, virum. Gwas yſtafell camerarius, cubicularius, lectiſternitor. Gwas gwych, vir fortis, ſtrenuus.* Eadem eſt coniectura LEIBNITII, in Tomo IV. Supplem. Actorum Erudit. ſect. V. p. 238. dum ait: *Vaſſi, Guaſſi, Gueſin, Geſata, Vaſalli, Geſellen, ſunt comites, famuli addicti.* Idem dicit in Annotationibus ſuis ad Franco-Galliam IO. HENR. OTTII *p.* 30. Et in Celticis p. 124. GWAS, *ſeruus. Gweſyn ſeruulus. Conſentiunt Vaſſus, vaſallus, geſello, geſind. Gæſatus, (add. Gæſum) an potius Geſſatæ mercenarii ſecundum Polybium. Eodem modo Barones & mercenarios, & vaſallos, & ſeruos, & homines ſignificarunt.* Et in Archæologo Teutone p. 185. *VVaſſe, vet. Teut. ſeruilis, miniſte-*

*miniſterialis, vt & vaſſe. Vnde non dubie Gallis adhuc vaſſal, qui Domino ſuo eſt miniſterialis, Domino ſubditus, (vti vaſallus, idem videtur eſſe, quod geſell, comes, aſſecla; ita VVaſſus, VVeſin, gueſin, gaſindio, domeſticus, miniſterialis.*

**** Adgnouit illud IO. STIERNHÖÖK *de Iure Sueonum vetuſto pag.* 277. dicens: *Feudum ipſis* (Suecis) *alimonia: VVeſall opis alienæ indigus, & tales fuerunt quibus primitus alimonia pro ſeruitio præſtito data fuit, neque enim ſemper in fundis datum fuit, aliquando etiam in frumento aut alio reditu quod a feudiſtis feudum ſoldatæ nuncupatur, quia plerumque in ſolidorum datione conſiſtebat.* Sic Feudum ſæpius pro ſalario in Legibus Malcolmi, Scotorum Regis, vtpote Caput Secundum rubricam habet: *de Feodo Cancellarii, & eius Clerici.* Sequitur ſtatim: *Item, ordinauerunt Cancellario Regis, feodum magni ſigilli, videlicet, pro qualibet Charta, centum libratarum terræ, & vltra, pro feodo ſigilli, decem libras, & Clerico pro ſcriptura, duas marcas. 2. Item pro litera ſaiſinæ, ſuper tali Charta, Cancellario, pro feodo ſigilli, vnam marcam, & Clerico duos ſolidos. 3. Item pro qualibet litera de carnato, vel protectione, pro feodo ſigilli, duodecim denarios, & Clerico pro ſcriptura, tres denarios.* Clarius hoc patet ex capite Quinto, quod inſcribitur: *de Feodo Camerarii. Item, ordinauerant pro ſuſtentatione Camerarii Domini Regis per annum, ducentas libras, de eſchatis burgorum. Et reſiduum de amerciamentis, teloneis & caſtris Burgorum Domini Regis.* Faciunt huc etiam caput ſextum, ſeptimum, octauum.

***** Feudum Caſtrenſe *Burglehn* in militia conſiſtebat. Conſtabat illud in certis reditibus ſiue prouentibus, quibus dominus vaſallum quendam inueſtit, ea conditione, vt domino ad tuendum caſtrum certum ſuccurrat. Siue vt ROSENTHAL *Tractatu Feudali cap. II. concl. LXXVIII. n.* 1. ait: *Videntur a principio hæc fuiſſe per dominos vaſallis eo pacto conceſſa, vt ii ratione horum feudorum caſtrenſium, ad defendendum & tuendum certum aliquod caſtrum, ſiue oppidum tempore belli, vel alterius neceſſitatis, ſuccurrere ipſi teneantur, ita vt vaſallus talis, ad nulla alia ſeruitia domino obſtrictus ſit.* Du FRESNE voce Feudum caſtrenſe: *Feudi ſpecies, qua quis certa pecuniæ quantitate, vel tenemento aliquo donatur, vt caſtrum ſibi a domino ſollatum cuſtodiat ac tueatur. Burglehen Germanis appellatur.* Vid. SCHRADER *Tract. Feud. p. II. c. IV. n.* 17. B. PARENS *S. I. Feud. c. IV. aph. XVI.* KYLLINGER *de Ganerbiis caſtrorum diſc. III. n.* 129. *ſqq. diſc. XVIII. n.* 137. *ſqq.* De hoc etiam I. Feudali Saxonico *c. LXXII.* Alemannico *c. CXXXVI.* vsque *CXLVII.* & ibi SCHILTERVS. Exemplum eiusmodi Feudi Caſtrenſis exhibet nobis MARQVARDVS FREHERVS Originum Palatinarum lib. I. c. X. *Nos Poppo de Durn, Comes de Dilnſperg, tenore præſentium proteſtamur & patere volumus vniuerſis, quod nos receptis centum marcis argenti Colon. ponderis a domino noſtro Ludouico illuſtri Comite Palatino Rheni, Duce Bauariæ, pro caſtrali beneficio tenemur, tam nos quam heredes noſtri, in Caſtro ſuo Heydelberg idem caſtrale beneficium, præſtito ſuper hoc corporali ſacramento, fideliter perpetuo deſeruire. Habebimus ſiquidem in eodem caſtro loco noſtri vnum militem continue reſidentem, & cum per dictum dominum noſtrum, vel per capitalem ſuum procuratorem moniti fuerimus pro defenſione terræ & honoris ſui, reſidebimus ibidem præſentia perſonali. Proteſtamur etiam eidem domino noſtro proprietatem noſtram in Schœnprunne de iure libere & ſolute, ad decem marcas argenti in certis redditibus æſtimatam, & eandem poſtmodum in foedo recipientes ipſam cum heredibus noſtris debemus pro caſtrali beneficio poſſidere. Non debet etiam idem dominus noſter nos & heredes noſtros*

ab

*ab eodem beneficio remouere, niſi contra ipſum taliter excedamus, quod eodem noſtro caſtrali beneficio ex meritis noſtris priuandi ſimus, quod noſtram deformaret penitus honeſtatem.* Aliud Exemplum de a. 1287. apud SCHILTERVM *p.* 440. *Nos Adolfus Comes de Naſſowe tenore præſentium notum facimus vniuerſis, quod illuſtris Dominus noſter Lodewicus Comes Palat. Reni, Dux Bawariæ, datis nobis ducentis Marcis denariorum Colonienſium nos ad caſtrum ſuum in Cuba, in ſuum recepit Caſtellanum, ſub forma & conditionibus infra ſcriptis, videl. quod ſibi ad idem Caſtrum locemus probum & honeſtum militem, ad hoc ei placentem, inibi frequenter cum corporali reſidentia remanſurum, & tempore neceſſitatis cum ſibi noſtri ipſius præſentia oportuna fuerit, ibidem reſidebimus propria in perſona honorem ſuum pro noſtris viribus defenſuri.* Plura Exempla apud eundem. Patet hoc etiam ex Romanis expeditionibus quibus intereſſe tenebantur Vaſalli, vel Hoſtenditiis, quibus ſeruitia hæc militaria redimebant, de quibus ſingulari Diſſertatione IO. STRAVCHIVS.

† Iure Feudali Saxonico c. LXIII. *Swilch gut dem manne ane ſine manſchafft geligen wird daz en heizet noch ein recht len. alſe daz der herre ſime dinſtmanne liehet, ane manſchafft zu houe rechte ſal aber ieglich dinſt man geborn truchtſeze ſin oder ſchenke oder marſchalck oder kemerer durch die manikualde Zweiunge ires rechtes ſo en ſprech ich von irme rechte nicht vorbaz. VVenn unter iectlichen biſchoffe und abte und abtiſchen ſegen in die dineſt manne ſunderliche recht an.* Et c. LXIV. *Der Man ſal ieclicher gutes mit Manſchafft ſinen albi her doch des herren man.* Explicat hæc SCHILTERVS *in Comment. ad* c. XC. §. III. p. 362. *Vox Manſchafft non infrequens in noſtro iure, v. g. c. VI. dicitur de vaſallo refutante ſolenniter, quod tergiuerſante lo et domino, ipſum tamen eſſe liberum a ſua mannſchafft i. e. obligatione vaſallitica, a vaſallagio. Manſchafft enim ſignificat obligationem fidei & ſeruitiorum, Vermannen dicitur dominus vaſallum recipiens & ad ſeruitia ſibi obligans.* Et p. 474. *Etenim in iure feudali Teutonico vocabulum Mannſchafft non denotat naturam feudi maſculini, ſed ſeruitia feudalia & militaria, qua per mares ſolent fieri, & vocabulum vermannen ſignificat ſeruitia iſta præſtare.* Vom Ambachts-Lehn vide Ius Feudale Alemannicum *c. CXII.* von Hoferecht-Lehn *c. CXIII.*

## §. VIII.

*Vaſalli, Vaſſi, Officiales, Nobiles, qua ratione fuerint diſtincti.*

Vaſalli igitur diſtinguebantur in eos, qui in aula vel familia Regis erant, atque aulica officia præſtabant, * qui plerumque Vaſſi Regii ac Dominici adpellabantur, ** quales erant Duces & Comites, ſiue Officiales Imperii, *** atque eos, qui ad cuſtodiendos limites & militiam erant deſtinati, **** Quare Feuda vel Officialium erant, Ducum & Comitum, qui ſimul de Ducatu & Comitatu & de Officio certo inueſtiebantur, ***** quibus reditus Ducatus vel Comitatus loco ſalarii adſignabantur: vel Miniſterialium *der Dienſtmannen,* qui vel minora præſtarent officia vel etiam bellica, miniſteria, ****** qui exinde potius dicti Milites. ******* Vocabantur etiam Vaſalli Litones Militares, *Lehnleute.* † Ab his vero diſtincti erant Liberi Homines, qui miniſteriis non erant obnoxii. †† Inde differentia erat inter Nobiles, qui libera poſſidebant allo-



Digitized by Google

allodia; Vaſallos, qui prædia poſſidebant militaria, & ſeruitia præſtabant ſeudalia, atque Miniſteriales proprie ſic dictos, qui officia gerebant togata. †††

* Patet hoc ex AIMOINI Continuatore lib. V. c. I. dum ait: *Ordinauit rex per totam Aquitaniam Comites, Abbates, nec non alios plurimos miniſtros, quos vaſſos vulgo vocant.* Capit. lib. V. c. XXIV. *Vaſſi quoque & vaſſalli noſtri nobis famulantes, volumus vt condignum apud omnes habeant honorem, ſicut a genitore noſtro & nobis ſæpe admonitum eſt.* MARCVLFVS lib. II. form. XVII. *quicquid exinde facere elegeris, aut pro anima remedio in pauperes diſpenſare, aut ad vaſſos noſtros, vel benemeritis noſtris abſque repetitione heredum meorum quod tua decreuerit voluntas, faciendi liberam habeas poteſtatem.* Plenius de iisdem egit du FRESNE voce Vaſſi, quem ſeecutus fuit Dnus CASPAR ACHATIVS BECK *de Paribus Reipublicæ Miniſtri & Vaſalli Iuribus, Ienæ* 1715. 4. Vid. etiam FRIDERICVS A SANDE *Comm. de Feudis Geldriæ & Zutphaniæ, Tract. Prælimin. cap. I. n.* 19. Addimus alia loca idem confirmantia, prioribus haut memorata, in Capit. ſecundo Caroli M. de a. 802. c. XXII. vbi Miſſis Dominicis c. XXII. mandatur: *vt diligenter inquirant inter Epiſcopos, Abbates, ſiue Comites, vel Abbatiſſas, atque Vaſſos noſtros qualem concordiam & amicitiam ad inuicem habeant per ſingula miniſteria.* Capit. Pipini Italiæ Regis de a. 793. c. XXXVI. *atque ſerui, qui honorati beneficia & miniſteria tenent vel in vaſſallatico honorato ſunt.* Capit. Ludouici Pii de a. 823. c. X. *Epiſcopi vero vel Comites & ad inuicem & cum ceteris fidelibus concorditer viuant, & ad ſua miniſteria peragenda viciſſim ſibi adiutorium ferant.* Hinc iuſtitiam etiam Vaſſi adminiſtrabant prout patet ex Capit. lib. V. c. CCIV. *Et ſi Vaſſus noſter iuſtitias non fecerit, tunc & Comes & Miſſus noſter ad ipſius caſam ſedeant & de ſuo viuant, quouſque iuſtitias faciant.* Capitulare Caroli Calui Tit. VI. c. X. *Nouerint præterea iidem Hiſpani ſibi licentiam a nobis eſſe conceſſam, vt ſe in vaſſaticum Comitis noſtri, ſicut alii franci homines commendent. Et ſi aliquod beneficium quisquam eorum ab eo cui ſe commendauit fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium ſeniori ſuo exhibere debere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio ſenioribus ſuis exhilere ſolent* Tit. XI. c. XI. *vt Comites & Miſſi ac Vaſſi noſtri & Miniſteriales regni noſtri, vnusquisque ſecundum ordinem & dignitatem ac poſſibilitatem ſuam, pacem & iuſtitiam in ſuis miniſteriis faciant, & iuſte omnes ſub Dei reſpectu iudicent.* HINCMARVS de Ordine Palatii c. XXVIII. deſcribens miniſteria & familiam Principis: *Tertius ordo item erat tam maiorum quam minorum, in pueris vel vaſſallis.* Huc & facere videtur lib. V. Cap. CCCLXXXVII. *Vt nullus de Conſiliariis noſtris propter beneficium, cuilibet a nobis impetrandum munera accipiat: quia nos volumus illi beneficium dare, qui nobis bene ſeruierit.* MONACHVS SANGALLENSIS de Carolo M. lib. I. c. XX. Scarionem, ſeu oſtiarium aulæ regiæ, Vaſſallum Imperatoris appellat. Et cap. XXII. *hic habuit vnum vaſallum non ignobilem ciuium ſuorum valde ſtrenuum & induſtrium: cui tamen ille, ne dicam, beneficium aliquod, ſed & nullum quidem aliquando blandum ſermonem impendit.*

** Capitulare Pipini Italiæ Regis de a. 793. c IV. *Epiſcopis, Presbyteris, Abbatibus, vel Vaſis dominicis ſeu ceteris hominibus qui ad palatium veniunt, vel inde vadunt.* Et c. XXXVI. vocentur etiam Vaſſi Regales, Capit. IV. incerti anni apud BALVZIVM Tom. I. p. 530. c. IX. *de Vaſſis regalibus, vt honorem habeant, & per ſe aut ad nos aut ad filium noſtrum caput teneant.*

*** Sic

Digitized by Google

*** Sic diſtinguuntur Vaſſi Dominici a Comitibus, in Decretali Precum quorundam Epiſcoporum apud BALVZIVM Tom. I. p. 200. vbi de Eleemoſynis agitur: *Comites fortiores libram vnam de argento aut valentem donent in eleemoſynam, mediocres mediam libram. Vaſſus dominicus de caſatis ducentis mediam libram, de caſatis centum, ſolidos quinque, de caſatis quinquaginta aut triginta vnciam vnam.* Capit. Ludouici de a. 819. c. XXVI. *Vt miſſi noſtri, qui vel Epiſcopi vel Abbates, vel Comites ſunt, quandiu prope ſuum beneficium fuerint, nihil de aliorum coniecto accipiant. Poſt quam vero inde longe receſſerint, tunc accipiant ſecundum quod in ſua tractoria continetur. Vaſſi vero noſtri & miniſteriales, qui Miſſi ſunt, vbicunque venerint, coniectum accipiant.* Idem repetitur *Capit. lib. IV. c. LXIX.* ANN. BERTINIANI ad a. 868. *Vaſſalli autem Dominici Comitum beneficia, & Comites vaſſallorum beneficia inbreuiarent.*

**** Plura ſunt Veterum loca, quæ nobis hoc docent. Inſignis eſt locus in Capitulari Ludouici Pii de a. 819. c. XXVII. *Vt Vaſſi noſtri, & vaſſi Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, & Comitum, qui anno præſente in hoſte non fuerunt, heribannum reuuadient; exceptis his, qui propter neceſſarias cauſas & a Domno ac genitore noſtro Karolo conſtitutas, domi dimiſſi fuerunt, id eſt, qui a Comite propter pacem conſeruandam, & propter coniugem ac domum eius cuſtodiendam & ab Epiſcopo vel Abbate vel Abbatiſſa ſimiliter propter pacem conſeruandam & propter fruges colligendas & familiam conſtringendam & Miſſos recipiendos dimiſſi fuerunt.* Idem repetitur Capit. lib. IV. c. LXX. Capit. lib. III. c. LXIX. *quicunque homo noſtros habens honores in hoſtem bannitus fuerit, & ad condictum placitum non venerit, quot diebus poſt placitum condictum veniſſe comprobatus fuerit, tot diebus abſtineat a carne & vino.* c. LXX. *Quicunque abſque licentia vel permiſſione Principis de hoſte reuerſus fuerit, quod factum Franci heriſcliz dicunt, volumus, vt antiqua conſtitutio, id eſt, capitalis ſententia erga illum puniendum cuſtodiatur.* c. LXXI. *Quicunque ex his, qui beneficium Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitu pergentem dimiſerit, & cum eo ire vel ſtare noluerit, honorem ſuum & beneficium perdat.* c. LXXIII. *de vaſſis dominicis qui adhuc intra caſam ſeruiunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, vt quicunque ex eis cum Domno Imperatore domi remanſerit, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum Comite cuius pagenſes ſunt, ire permittat.* Diſtinguuntur iſti, notanter ab iis, qui aſſidue in palatio ſeruiunt Capit. lib. IV. c. IV. *de vaſſis noſtris qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia vel res proprias, vel etiam nobis aſſidue in palatio noſtro ſeruiunt, & ideo non poſſunt aſſidua cuſtodire placita. quam rem volumus vt miſſi noſtri vel Comes nobis notum faciant, & nos faciemus vt ad eorum placita veniant.* CONT. AIMOINI lib. V. c. I. *ordinauit per totam Aquitaniam Comites, Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgo vocant, ex gente Francorum; quorum prudentiæ & fortitudini nulla calliditate & nulla vi obuiare fuerit tutum, eiſque commiſit curam regni, prout vtile iudicauit, finium tutamen, villarumque regiarum ruralem prouiſionem.* Qui factum, vt vaſſaticum diceretur de præclaro quodam facto bellico. HINCMARVS Rhemenſis in Opuſc. LV. Capit. cap. LII. *De hoc quoque vitio ſuperbiæ deſcendit, quod multi te apud plurimos dicunt de fortitudine & agilitate tui corporis gloriari, & de præliis atque vt noſtratium lingua dicitur, de vaſſaticis frequenter ac libenter ſermonem habere &c.* De Welfone IV. Hiſt. de Guelphis c. VIII. apud

LXII.

LEIBNITIVM Tom. I. p. 784. *Hic eſt ille, qui primus ex noſtris, eo quod fautoribus ſuis, in tot commotionibus bellorum, prædia ſua diſtribuendo, paternos reditus comminuit, manus ſuas Epiſcopis & Abbatibus præbuit, & beneficia non modica ab eis recepit.*

***** Dicuntur hi Officiales, qui vna cum Ducatu Officium Imperii nexum habebant. Et dum quinque Ducatus olim eſſent Germaniæ, totidemque Duces, vnus ex iis erat Imperator, reliqui quatuor Imperii Officia, Archi Mareſchalli, Archidapiferi, Archicamerarii & Archipincernæ gerebant, de quibus IO. CHRISTOPH WAGENSEIL *de Sacri Romani Imperii Summis Officialibus & eorundem Subofficialibus.* Vocabantur iſta etiam Miniſteria, de quo DITMARVS lib. IV. p. 349. *Celebrata proxima Paſchalis ſolennitas in Quidilingeburg a rege, vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad Cameram, Hecil ad cellariam, Bernhardus equis præfuit.* Dicti etiam fuerunt Miniſtri publici, prout ex Capitularibus Ludouici II. c. I. patet: *Sciat autem vnusquisque Comes & quilibet publicus miniſter huiusmodi malefactoribus aut aſſenſum præbuerit.* Et ipſa hæc Officia dicebantur Miniſteria. MONACHVS WEINGARTENSIS, ſub initium Hiſtoriæ de Guelphis, de Francis dicit: *Demum quoque ſuam Regio more ordinabant, vt ita quæ officia in eis id eſt, miniſteria Dapiferi, Marſchalci, Camerarii, Signiferi per Comites vel eis æquipollentes regerentur.*

****** De his §. *ſequenti X.*

******* CONRADVS FABARIENSIS Conradum Abbatem c. XIII. ſic inducit Vaſallos Abbatiæ S. Galli adloquentem: *Miniſteriales vero huiusmodi verborum aggredi attemptabat ſchematibus. O præclariſſ. milites B. Galli, vos proſapia generis & nobilitas ac magnificentia eccleſiæ magnificauit, immo & ipſa in vobis magnificatur & in filiis veſtris.* Huc facere videtur Vetus Charta in Priuilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis n. 73. apud LINDENBROGIVM. p. 175. *Nos Henricus & Otto Milites fratres dicti de Barmſtede.* VITA GODEHARDI c. III. *Clerus noſter cum Militia* (id eſt) *cum vaſallis aduenit.* Licet poſteriori tempore Milites dicerentur qui militari cingulo fuiſſent donati, atque hi a reliquis vaſallis & miniſterialibus, qui famuli dicebantur, diſtinguebantur. Exinde ortum fuit diſcrimen inter *Ritter* & *Knechte* Patet hoc ex Diplomate Magni, Ducis Brunſuicenſis, apud MEIBOMIVM *Notis ad Northoui Origin. Marcanas. p.* 413. quod tali modo finitur: *Teſtes huius rei ſunt Geuehardus & Burchardus de VVerberge,* NOBILES: *Lippoldus de Vreden, & Baldewinus de Dalem:* MILITES: *Henricus de Veltheim, & Burchardus de Aſſeburg* FAMVLI. Et in alio transactionis inſtrumento: *Nos Burchardus de Aſſeburg, Iohannes de Oberge, Conradus de Saldere,* MILITES: *Gebhardus de VVerberge, Henricus de Heimborg, Guntzelinus dn Aſſeborg, Burchardus de Aſſeburg dictus Lochte, Gebhardus de Bortfelde, Ludolphus de Veltheim,* FAMVLI. Facit huc Laudum ſuper Curia Libera & Iure Patronatus in Steinheim de a. 1270. inter Documenta Würtenbergenſia p. II. p. 377. *Cum ſuper controuerſia, que inter Prioriſſem & Conuentum in Steinheim ex vna & Dominum Cunradum nobilem de Hebinriet ex parte altera vertebatur ſuper Curia libera, & Iure Patronatus in Stainheim in Nos, videlicet Engilhardum de VVinsperg, VValtherum Haggonem Comitem de Niddegge* NOBILES, *Engelwardum de VVolffneldin, & Dietherum de Helminſtatt,* MILITES, *tanquam in iudices compromiſſum fuiſſet a partibus vtrobique.* Et in fine: *Teſtes huius rei ſunt Dominus G. Comes antedictus, Albertus & Conradus de Libtinberc, & Albertus Haggo de Hohinegge* NOBILES, *Gotfridus de Nidegge VVillihelmus Krafto, & Ludowicus de Haginberc* MILITES. HVNDIVS Metrop.

Saliſb.

Digitized by Google

Salisb. Tom. I. f. 22. *Militarunt ſub Friderico Epiſcopo* NOBILES *ſequentes (quos pridie illius prælii, enſe ſtricto ter in caput percuſſos vt animoſiores redderet Equites auratos deſignauit, vulgo (zu Ritter geſchlagen) Nicolaus de Tann, Heinricus Oder,* MILES *eius ſiue miniſter eius.* Sic in priuilegio Caroli M. Ottenburo Cœnobio conceſſo, apud MAGERVM a SCHOENBERG de Aduocatia armata c. V. n. 451. ſqq. *qui militares vel alio nomine miniſteriales optimo iure perfruantur, quo Fuldenſes vel Augienſes potiuntur.* Et in diplomate Henrici IV. Imp. apud HVNDIVM Metrop. Salisb. Tom. III. ſub. rubr. *Roth* dicitur: *offeruntur* (ſcilicet a quodam Ottone Palatino Bauariæ) *viri militares, qui dicuntur miniſteriales, cum prædiis & poſſeſſionibus, quos domi forisque Cuſtodes lateris habebat: quibus etiam iura ſtatuit, vt monaſterii gloriam teneant, & Abbatibus honeſto loco, gradu & ordine, deſeruiant. Traduntur familia diuerſi ſexus & ætatis, quibus etiam tertiam partem ſeruitii ſui relaxauit.* In Transactione inter Godefridum de Lewenſtain & Hartmannum de Gruoningen Comites, nec non viduam Bertholdi, nobilis de Blanckenſtein fidelem ſuam a. 1269. inita, *Milites & Miniſteriales* promiſcue dicuntur, in Docum: Virgin. Würtenberg. *p.* 378. Lindauiſche Deduction *p.* 604. 605. SCHILTER *Comm. ad Cap. I. §. XXII.*

† GERHARDVS Præpoſitus Chron. Stederburgenſi p. 850. de Frederunda, Oldenburgici Comitis filia: *omnes quoque, quos iure hæreditatis poſſederat,* LITONES FEVDALES, *officiales noſtro Domino ſubiugauit, & quod ad huiusmodi gloriam pertinet, ſecundum ritum Principum, Dapiferis, Pincernis, Marſcalcis, militibus, miniſterialibus noſtram eccleſiam glorioſiſſime decorauit.* Hinc etiam in vita Meinwerci, *c. CXXII.* Miniſterialis & Lito ſibi inuicem opponuntur.

†† Tale Exemplum Liberorum Dominorum adducit FELIX MALLEOLVS *Vnde legimus, quod quidam Baro de Krenchingen, Dominus oppidi Tungen, Conſtan. Diœces. Imperatori Friderico primo, ſuum oppidum perambulanti, immobiliter in ſede collocatus noluit aſſurgere: ſed tantum, dum ille apparebat, capellum ſuum mouendo, curialitatis quandam reuerentiam, nitebatur oſtendere. Cum Imperator quæreret, quisnam ille eſſet, qui taliter prope viam ſituatus, ſuæ Maieſtati venerationem debitam non exhiberet, reſponſum accepit, quia idem Baro, poſſeſſionibus, corpore, rebus, tam liber eſſet, vt nec ab alio quoquam, vſum ſeu beneficium rei feudalis perciperet. Igitur Imperatorem, vt Clericos pro Domino ſuo agnoſceret, ſed non rerum ſuarum. Vnde Imperator animum eius hilariter aſpexit eique monetam in oppido ſuo cudendi, ſeruatis ſeruiendis, cum imagine Cæſaris & hæredibus eius in feudum ſeu beneficium ab Imperio liberaliter conceſſit.* Ex quo habet MARTINVS CRVSIVS *Ann. Sueu. p. II. lib. XI. c. vlt. fin.*

††† Excerpta ex IO. RHODE Chron. Brem. ap. LEIBNITIVM Tomo II. p. 265. *Nam tempore quo ibidem* (in caſtro Langwedell) *Archiepiſcopi reſidere ſolebant cum* NOBILIBVS, VASALLIS & MINISTERIALIBVS. *Eccleſiæ Bremenſis multa bona & iura ad aulam ſæpedictam ſpectatam.*

## §. IX.

Erant autem Feuda ab origine ſaltim annalia, & temporaria inde ad vitæ ſaltim tempus concedebantur, * vsque dum a temporibus Ludouici Pii etiam filiis militum bene meritorum conce- *Feuda primum arbitraria, poſt, hæreditaria.*

 deren-

derentur.** Lotharius Imp. Nepotibus ſucceſſionem conceſſit,*** quod Conradus II. magis adhuc confirmauit,**** vt feuda ſenſim fierent familiæ propria.

* I. F. I. §. I. *antiquiſſimo enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent, poſſent auferre rem in feudum a ſe datam: poſtea vero eo ventum eſt, vt per annum tantum firmitatem haberent. Deinde ſtatutum eſt, vt vsque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret, ſic progreſſum eſt, vt ad filios deueniret: in quem ſcilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita ſtabilitum eſt, vt ad omnes æqualiter filios pertineat.*

** THEGANVS de geſtis Ludouici Pii c. XIX. *in tantum largus, vt antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum eſt, vt villas regias quæ erant ſui & aui, & tritaui, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione, cum ſubſcriptione manu propria roborauit.* Conſenſus tamen adhuc Principis requirebatur. Sic de Bernardo Septimaniæ Duce pro filio Guilielmo ſucceſſionem a Carolo Caluo petente, NITHARDVS de diſſenſionibus filiorum Ludouici Pii lib. III. p. 464. *Bernardus Dux Septimaniæ, quanquam a loco prædicti prælii* ( ad Fontanidicum ) *plus minus leucas tres defuerit, neutri in hoc negotio ſupplementum fuit; victoriam autem vt Caroli eſſe didicit, filium ſuum Vuillelmum ad illum direxit, & ſi honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, vt ſe illi commendaret, præcepit.* Beneficia etiam inter liberos diuiſit Vto Comes, expetito Principis conſenſu, de quo REGINO: *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXL. Vto Comes obiit, qui permiſſu Regis, quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quaſi hæreditatem inter filios diuiſit.* Immo, iam ætate Geraldi Comitis Aurelianenſis, qui vixit temporibus Caroli Simplicis, beneficia ſemel data, vix reuocabantur. Sic enim ODO CLVNIACENSIS lib. I. de vita S. Giraldi c. XVII. *Neque hoc patiebatur, vt quilibet ſenior beneficia a ſuo Vaſſo pro qualibet animi commotione poſſet auferre.* Hæc nos docet atque ad poſteriora tempora procedit ANT. DADINVS ALTESERRA *de Feudis Galliæ c. II.* SCHILTER *de Natura ſucceſſionis Feudalis cap. I. §. VI. ſqq.*

*** De hoc infra dicemus, vbi de Legibus Lotharii Feudalibus dicendum.

**** I. F. I. §. 2. *Cum vero Conradus Romam proficiſceretur, petitum eſt a fidelibus, qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſine legitimo herede defuncto, vel filius in beneficio quod eorum patris fuit, ſuccedat. Sin autem vnus ex fratribus a domino feudum acceperit: eo defuncto, ſine legitimo herede, frater eius in feudum non ſuccedit: quod & ſi communiter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum ſit: ſcilicet vt vno defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat: herede vero relicto, alter frater remouebitur.* Conradi II. hanc conſtitutionem eſſe demonſtrauimus iamdum in Synt. H. G. *diſſ. XIV. §. XII.* ex eo, quod nullus Conradorum alias Romam venerit. Extat Conſtitutio Conradi integra in Legibus Longobardorum *lib. III. Tit. VIII. l. IV.* Vid. ALTESERRA *c. II.* THOMASIVS *de libri Vet. de Beneficiis autore §. XXVIII. ſqq.* Adoleſcentiam igitur Iuris Feudalis inde repetit CRAGIVS *lib. I. dieg. IV. p. 21.* GVNDLINGIANA *p. XV. n. II. §. X. ſqq.*

§. X.

Digitized by Google

## §. X.

Sequiori tempore dum ſub Nobilitatis nomine omnes comprehenderentur, qui non eſſent ignobiles, * Iure Saxonico æque ac Alemannico Nobiles ſecundum clypeos ſuos militares *Heerſchilde*, ſiue certas claſſes diſtinguebantur, ** quorum primus erat Regis Romanorum; Alter Principum Eccleſiaſticorum; Tertius Principum ſecularium; Quartus Dominorum liberorum *der frien Herren*, ſiue Comitum, qui libera poſſidebant Allodia, Quintus Medioxumorum *der Mittelfreyen*, ſiue qui inde orti, Baronum; Sextus Miniſterialium, *der Dienſtmannen*, Septimus *der Semperlüte*, ſiue illorum, qui parentibus nobilibus prognati non erant, feudis tamen fuerant inueſtiti, ad præſtanda ſeruitia feudalia, vel miniſterialia Palatina, nec tamen ex parentibus nobilibus erant nati. *** Neque tamen Imp. ſolum, ſed etiam Epiſcopi atque Abbates habebant feuda, quæ illuſtribus perſonis conferebantur, atque *Heereſchilt* adpellabantur, ita, vt ſecundum clypeos militares certi armati in expeditionibus exhiberentur. **** Ex his ſeptem principalia, quæ Officialibus Epiſcopatus conferebantur, dicebantur Feuda plena *Vollehn*. *****

*Claſſes Nobilitatis Germanicæ olim.*

* Hoc plenius demonſtrauit ANTONIVS MATTHÆI erudito Tractatu *de Nobilitate*, potiſſimum *capite III.* MICH. PRAVN *im Adelichen Europa.* CYRIACVS SPANGENBERG *im Adelſpiegel.*

** LANDRECHT lib. I. art. III. *zu derſelben VVeiſe ſind auch die Herſchildt, und Stende der Ritterſchafft ausgelegt. Vnter welchen der Kœnig den erſten hat, die Biſchoff, die Ebt und Ebtiſſin die gefürſtet ſindt haben den andern. Die Leienfürſten den dritten, ſeindt ſie der Biſchoff Mann wordent ſind. Die Freyherrn den vierden. Diie Schœffenbaren Leuth und die Freyherrn Manne haben den fünfften. Ihre Man forthan haben den ſechſten. Vnd alſs die Chriſtenheit in der ſiebenden VVelt keine beſchiedene Zeit weis, wie lang ſie ſteben ſol. Alſo weis mann auch nicht an dem ſiebenden ſchilt, ob er Lehn oder Herrſchildes recht haben mæge.* I. Feud. Alemannicum c. I. *wer Lehnrecht wiſſen und künen welle, der volge dis Büchs Lere. Alrerſt ſullent wir mergken was die Kunig hant geſetzt. Süben Herſchilte der furt der Kunig den erſten, die Pfaffenfürſten den andern, die Leigenfürſten den dirten, die Frigen Herren den vierden, die Mittelfrigen den fünfften, der Dienſtman den ſechſthen, die Semperlute den ſubenden.* Ad quem locum SCHILTERVS latius fuit commentatus. AVCTOR VETVS de Beneficiis §. II. *Primo conſideremus, quod beneficialis clypeus a Rege deſcendit, & in ſeptimo deficit* §. III. *Secundo in tertium deſcenderunt clypeum laicales Principes, cum Epiſcoporum ſiebant homines & ſextum clypeum tranſtulerunt in ſeptimum.* Ad eosdem clypeos militares redigi poſſunt ea, quæ narrat WIPPO in Vita Conradi Salici p. 428. ſub rubrica de diſpoſitione Curiali: *De fidelitate facta Regi minus neceſſa-*



*rium*

*rium dicere puto, frequenti vſu teſte, quod omnes* EPISCOPI, DVCES, ET RELIQVI PRINCIPES, MILITES PRIMI, MILITES GREGARII, quin INGENVI *omnes, ſi alicuius momenti ſint, regibus fidem faciant. Huic tamen ſincerius & liberius iurando omnes ſubiiciebantur, ſimiliter in diſpoſitione curiali, quem Rex maiorem domus ſtatueret, quos cubiculariorum magiſtros, quos infertores & pincernas & reliquos officiarios ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum, cum illud breuiter dicere poſſim, quod nullius anteceſſoris ſui miniſteria aptius & honorificentius prouiſa memini vel legi.* Primum clypeum conſtituebat ipſe Rex Romanorum, alterum Epiſcopi, tertium Duces, quartum reliqui Principes ſiue liberi Domini, quintum milites primi, ſiue *die Mittelfreyen*, ſextum milites gregarii, ſiue Miniſteriales, ſeptimum ingenui *die Semperlüte*. Sic etiam diſtinguit WIPPO inter clypeos militares & officiarios. Vid. etiam THOMASIVS *de Libri Veteris de Beneficiis Vſu §. XI. & XII.* Egit de iisdem MICHAEL PRAVN *im Adelichen Europa c. II.* DV FRESNE *voce Hereſchild.*

*** De his SAECHSISCH LANDRECHT lib. I. art. III. *Vnd als die Chriſtenheit in der ſiebenden VVelt keine ſtetigkeit weis, wie lang ſie ſteben ſol: alſo weis man auch nicht an dem ſiebenden Schilde, ob her Landrecht oder Herrſchiltrecht haben mœge.* Idem dicitur I. Feud. Alemann. *c. I.* De his etiam intelligi debere videtur textus II. F. 10. *Ceteri vero qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter a capitaneis ſeu a valvaſoribus acquiſierint, plebei nihilominus ſunt. Nam illi qui ſoldatam habuerunt vel acceperunt vel habent: per eam nullum pedagium, ſed nec feudi vſum acquirunt. Soldata autem eſt præſtatio quadam annua gratuita quæ a neutra parte tranſit in heredem. Morte enim dantis vel accipientis interueniente finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoque autem in vino & annona conſiſtit.* Licet SCHILTERVS pro *pedagium* legat *Paragium*, quod inde non conſequantur, ſiue nobilitatis & militiæ conditionem. De his intelligi debere videtur BVRKHARDVS *de Caſibus S. Galli c. VNI.* de Manegoldo Abbate & eius aduerſario ſic ſcribens: *nec omittendum eſt notare, quanta mala Eccleſia S. Galli in hac diſcordia tunc paſſa ſit, præſertim cum quidquid per infeodationem ab vtrisque alienatum eſt, pacatis etiam omnibus poſtmodum ratum habitum eſt. In hac peſtilentia Fideles huius Eccleſiæ inter ſe poſſeſſiones noſtras diuidebant: miniſteriales optimos manſos curiarum noſtrarum eligebant, cellarii Eccleſiæ iura villicationis, in modum beneficiorum habere contendebant, & contra conſuetudinem quidam ex ipſis more Nobilium gladium cingebant.* Adnotat ad h. l. GOLDASTVS p. 118. *Erant autem Villici iſti maiores ab initio ex plebe & vulgo: poſtea progreſſione facta, cum a Dominis ſuis, non Principibus tantum, ſed vero Baronibus & Nobilibus, prædia in beneficium ſiue feudum accepiſſent, eo titulo etiam nobilitatem ſibi vindicare cœperunt.* Cur autem *Semperlüte* dicantur, docet SCHILTERVS *Comm. ad Cap. I. §. XXV. ſcilicet erbar und unbeſcholtene Menner.* Patet hoc ex Conſtitutione Rudolphi Habsburgici in Comitiis Würtzeburgenſibus de a. 1287. apud LEHMANNVM *lib. V. c. CVIII.* vbi ſæpius occurrunt: *Sempermann die niemand mit Recht verweiſen kan.* Idem explicatur apud GOLDASTVM Reichs-Sazungen p. II. p. 24. *mit zweyen erbaren Mennern, die niemand von Recht verwerfen mag.* Tales eſſe videntur *die Lehnbahren Bürger*, de quibus LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. c. XIX. lib. V. c. CXII. lib. VI. c. I.* & qui *ſiegelmæſſig* dicuntur. Ordin. Prouinc. Henneb. lib. I. tit I. c. I. *VVir und unſere Nachkommen regierende Furſten wollen, daſs unſer Hoffgericht zu S. mit einen erbarn erfahrnen Hoffrichter, der vom Adel - - - -. Auch unſer Landgericht mit einen verſtandigen frommen und erfahrnen Landrichter, der ſiegelmeſſig &c.* Vid. SCHILTER *c. l.*

**** Do-

Digitized by Google

**** Docet hoc nos Chron. Laurishamenſe apud FREHERVM *Tomo I. p.* 131. noſtræ editionis, vbi de Vdalrico Abbate: *qui communicato XII. illuſtrium fidelium ſuorum conſilio (quo numero etiam beneficialis ſumma militaris clipei, qui vulgo dicitur Hereſchildt, Laureshamenſis Eccleſiæ adtinens includitur) ſingulis pro quantitate beneficiis centenos milites armatos (vt traditur) aſſignauit.* Et p. 145. *Sed quum Laureshamenſis Eccleſia innumeris ac diuturnis calamitatibus vsque ad id temporis attrita prorſus fuiſſet & exhauſta, vt ſeruitio centum marcarum, quod Regiæ Cameræ ſingulis annis ex eadem (ſicut & aliis quibusdam Eccleſiis, iure antiquo inferebatur, absque maxima ſui deſtructione minime ſufficeret, Folenandus communicato fratrum, miniſterialium, ac fidelium ſuorum conſilio, tres Abbatiæ curias, videlicet Obbenheim, VVibelingen, Gingen Regiæ poteſtati in concambium tradidit, atque Eccleſiam ſuam ab eiusdem ſeruitio immunem perpetuo reddidit, modicum id, quod adhuc exinde ſoluitur, menſæ abbatis aſſignans. Exceptis his quæ de prædictis villis homines ſeu miniſteriales Laureshamenſis eccleſiæ iure beneficiali ab antiquo poſſident. Quæ idcirco Rex remiſerat, ne forte dignitas regalis Abbatiæ militari clypeo qui vulgo dicitur Herſchild, ſubtracto deminueretur.* Sic inter Conſtitutiones Friderici I. de a. 1158. apud GOLDASTVM *T. III. p* 333. *§. VIII.* reperitur cum tali rubrica: *de Abbatiſſa & Epiſcopi Hereſchildo.*

***** CHRON. LAVRISHAMENSE *p.* 142. de Bennone Abbate: *qui poſt aliquot annos pro morum leuitate & inſolentia fratrum ac miniſterialium, ac præcipue Bertolfi iunioris aduocati conſpirantibus odiis, diruto caſtro VVinenheim de Abbatia proturbatus, corraſo in Lauresham & Abrinsberg, atque alibi (prout poterat) Eccleſiaſtico theſauro, ad Imperatorem Henricum Quartum tunc in Italia ferme decennio turbata Republica demorantem contendit, ac per Godefridum Palatinum Rheni Comitem (cuius ſententia momentum curiæ per id tempus fuit) reſtitutionem obtinuit, promiſſa eidem omnium beneficiorum, quæ ſuis diebus Eccleſiæ vacarent, conceſſione. Quam conuentionem mirabilis ac miſerabilis excepit euentus. Nam ſeptem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur* VOLLEHN, *morte ſeptem nobiliſſimorum Eccleſiæ fidelium in vnam perſonam Godefridi in breui deuoluta ſunt, & poſt ipſum ad generum eius ducem VVelephonem tranſierunt, maximo videlicet Eccleſiæ detrimento. Exinde ſiquidem militaris clipeaturæ, ſcilicet* HERESCHILT, *integritas confuſa, atque in diuerſa diſtracta eſt & Eccleſiæ ſtatus tam in militari frequentia, quam in re ſtipendiaria, in ſuis opportunitatibus & regalibus expeditionibus imminutus eſt, multorum ſeruitiis in vnam perſonam collatis, ſolumque remanſit inane nomen Domini & Hominis.* Idem p. 143. *Nam mortuo Godefrido comite Palatino, cum eius beneficia eccleſiæ abſolute vacarent, & Lotharius Imperator ex his duo tantum (nam ſeptem erant) VVelephoni Duci concedi rogaret, ipſe vno verbo prolapſus eſt vsque ad irremediabile detrimentum eccleſiæ; quidquid feodi, inquiens, Godefridus Palatinus comes in ſupremo vitæ articulo de manu noſtra tenuit, eo vos veſtimus.*

## §. XI.

*Differentia inter Liberos Dominos, Medioxumos & Miniſteriales.*

Dum autem inter hoſce Clypeos militares diſtinguerentur Liberi Domini, Medioxumi & Miniſteriales, * talis inter iſtos differentia ſubfuiſſe videtur: Vt LIBERI DOMINI eſſent, qui certas Dynaſtias iure poſſiderent plane libero, & nullius iuri eſſent obnoxii. ** Exinde Dynaſtæ orti fuerunt *die Herren und Edle Herren.* ***

 Hi

Hi in eo a Comitibus erant diſtincti, qui Miniſtri erant publici. Licet ex eorum ordine Comites ſæpius fuerint deſumti. MEDIOXVMI *de Mittel-Freyen,* **** qui prædia poſſidebant allodialia, nullis miniſteriis, nullis ſeruitiis ſubiecta. Dicti etiam Nobiles & liberi homines. MINISTERIALES vero, ſiue *die Dienſtmannen*, qui miniſteria præſtabant atque ſeruitia, ſiue militaria ſiue Palatina. ***** Inter hos vero erant, qui ob miniſteria atque ſeruitia, quæ præſtabant quaſi proprii Dominorum ſuorum Directorum fuerunt facti. ****** In tantum autem deterioris conditionis Miniſteriales habebantur præ Nobilibus, vt ſi Nobilis filiam Miniſterialis duxerit vxorem, iſta ob imparem originis libertatem, de mariti dignitate haut participaret, nec filii ſucceſſionis eſſent capaces, niſi ex ſpeciali Imp. atque Electorum diſpenſatione, prout Exemplum Reinhardi, Comitis Hanouienſis nos docet. † Alia vero ratio eorum erat, qui dicebantur SEMPERFREY ſiue *Sentbabrfrey*, qui a Iudicio ſynodali eſſent immunes ſiue Immediati. ††

* Diſtinguuntur *Freyen*, *Mittelfreyen* & *Dienſtmannen* in Iure Alemannico c. CLXIV. *Der Fürſt wettet dem Kayſer* 100. *Pfund, ein Freyherr* 50. *ein Mittelfrey* 30. *ein Dienſtmann* 20. *und darnach allerhand Leute* 10. In Receſſu Imperii Francofurtenſi ſub Friderico III. Imp. in cuius exordio hæc habentur: *Entbieten allen und ieden &c. Grafen, Freyen, Herren, Dienstleuten &c.* apud MVLLERVM *Reichs-Tags Theatro p. I. c. VI. §. VIII.* Hos vero Petrus de Andlo de Imperio Romano lib. II. c. XII. hoc modo explicat: *Etſi ſecundum regionum diuerſitatem varientur, ex libro tamen feudorum Friderici I. Aug. ſeptem principaliter gradibus continentur. Primus & ſupremus poſt Cæſareum gradum eſt Regum, ſecundus Ducum, tertius Marchionum, quartus Comitum, quintus Capitaneorum, qui proprie Valuaſores olim appellabantur, ſextus Vaſallorum, & ſeptimus Valuaſinorum, prout illi enumerantur per textum in c. quis dicatur Dux, & gl. in cap. fundamenta. de Elect. in 6. Nos vero tres inferiores gradus aliis nominibus deſignamus, videlicet, barones, miniſteriales & clientulos.* Et in Iure Prouinc. Alemann. c. XLVIII. *Es iſt niemant ſemper fry, wann des Vatter und Mutter ſemper fry warent. Die von den Mittelfryen ſint geboren, die ſint Mittelfryen. Vnd iſt ioch die Mutter ſemperfry und der Vatter Mittelfry, die Kind werdent Mittelfryen. Vnd iſt der Vatter Semper fry und die Mutter mittel fry, die Kind werdent auch mittel freyen. Ingenuus das ſpricht in Latin, der Hochſtfry: und Libertinus, Mittelfry: Liber, der Landſeſſen fry. Der hat iecklicher ſein Recht.* In Schwaben-Spiegel c. XXIII. n. 2 *Vnd kriegt er mit yemand umb Gut oder vmb ander ding, das des Reichs iſt, do ſollen über ſprechen die Fürſten und Grauen, die Freyen, und des Reichs-Dienſtman.*

** SCHILTERVS §. XIII. du FRESNE voce *Hereſchild die Frien Herren* ſic explicat: *Continentur ſub his omnes, qui Principes immediate ſequuntur adeoque Comites ſimpliciter dicti, principali dignitate non gaudentes.* Melius vero PETRVS de ANDLO de Imperio Romano lib. II. c. XII. *& quia plures Comites Alamannia habet,*

qui

*qui ex Comitatu quopiam non ſunt inueſtiti, ſed a Caſtellis priuatis quæ poſſident, titulos ſuæ dominationis contraxerunt, quorum Maiores arbitror Romæ huiusmodi Comites extitiſſe, nomenque dignitatis & dum exteras nationes peterent retinuiſſe.* Hi igitur, LIBERI DOMINI cum ſe Superiori Domino ſubiicerent, nobilitati ſuæ & libertati præiudicium attuliſſe credebantur. Patet hoc ex LADISLAI SVNDHEIMII Familia Guelphorum apud LEIBNITIVM Tomo I. p. 801. de Ethicono Seniore, Altdorfenſi Comite dicens: *Hic Ethico ſe Imperatori Romano, Regi Francorum Ludouico Pio, Caroli Magni filio, ſororio ſuo commendatiſſimum reddidit, vt quatuor millia manſuum in Bauaria ſuperiori ab eo dono arriperet. Poſtea cum Ethico nobilitatis ſuæ libertatem ſuſpicans fractam, animo laborabat.* Et paucis interiectis: *Et ille Henricus* (Ethiconis filius) *ſupernominatus ſubiecit ſe Ludouico Pio Romanorum Imperatori Francorum Regi & propter hoc idem Imperator dono dedit ei quatuor millia manſuum in ſuperiori Bauaria. Exinde Ethico ſenior Pater ſuus multum iratus nobilitatem ac libertatem ſuam putabat nimis eſſe declinatam, quam credi poſſet, conſternatus animo dolorem ſummum omnibus charis ſuis expoſuit.* Quare LEIBNITIVS Introduct. ad Collect. Script. Brunſuic. n. LVIII. *Guelfi antiqui, ſiue ex Alamannis, vt veteres ſcribunt, ſiue Agilolfingis, vetuſtis Baioariorum Rectoribus, vt quibusdam viris doctis placet; olim in Sueuia & Bauaria hæreditarias nullique feudorum legi obnoxias ditiones habuere, quæ tunc inſignis prærogatiua habebatur: vsque adeo, vt quidam ex illis Ethico indignaretur Henrico filio, quod inſignem terrarum tractum ſub homagii conditione Imperatoris beneficio recepiſſet. Principes habebantur etiam, qui Duces Comitesque* (*quod feudale erat*) *non appellarentur, qui tamen domum ſuam aliquando Regio more per miniſteria Comitum vel his æqualium regebant, vt de Guelfis habet ſcriptor, quem damus. Ex his vnus Guelfo, quem Hiſtorici magis honoris ergo, quam muneris vel Ducis, Comitem vel Ducem vocant, filiam Iudithum Ludouico Auguſto, Caroli M. filio, in matrimonium dedit.*

*** Tales ab antiquo ſunt Rutheni, *die Herren Reuſſen*, Dynaſtæ Vinarienſes, Arnſtadtienſes, Sondershuſani, Plauienſes, Rauenſteinii. Megapolitani Duces dicuntur *der Lande Roſtock und Stargard Herren*, Principes Anhaltini *Herren zu Zerbſt und Bernburg.* Ab his diſtincti *Edle Herren*, qui a Saxonum ſatrapis orti eſſe videntur: cum non niſi in Saxonia, vel huius antiqua parte, Weſtphalia reperiantur. Dicebantur iſti Nobiles Viri. Talis enim Dynaſta erat Hermannus Billingus, de quo WITTICHINDVS *lib. II. p. 641. Placuit nouo Regi* (Ottoni M.) *nouum principem militiæ conſtituere: elegitque ad hoc officium* VIRVM NOBILEM *& induſtrium, ſatisque prudentem nomine Hermannum.* Hunc ſequitur CHRON. SLAVICVM apud ERPOLDVM LINDENBROGIVM cap. VIII. *Hermanno nobili viro Saxonia commiſſa.* Vid. pluribus MEIBOMIVS *vindiciis Billinganis.* In diplomate Gerardi, Gelriæ Comitis dicitur *nobilis vir, Hermannus de Lippia,* apud HEDAM p. 195. dum Comites dicerentur illuſtres. Diploma Caroli M. apud BALVZIVM Tomo I. p. 249. *quapropter in illa parte Saxoniæ, Trusmannum virum illuſtrem ibidem ordinamus.* Tales ſunt *Edle Herren von der Lippe, Edle Herren von Spiegelberg, Edle Herren von VVarberg, Edle Herren von Heldrungen, Edle Herren von Querfurt, Edle Herren von Aſcanien.* Hi omnes poſſidebant ſola allodia, quæ vel talia manſerunt, vel in feudum oblata Comitatus fuerunt facti. Dum autem ex Dynaſtis iſtis Impp. Comites ſumerent, qui iuſtitiæ præeſſent, eosdemque de certis pagis atque reditibus, quibus loco ſalarii vterentur, inueſtirent, ortum exinde eſſe putamus, quod hodierni Comitatus

par-

partim ſint allodiales, partim etiam feudales. Dum Allodia iſta eſſent libera, quæ tanquam Dynaſtæ poſſidebant, Feuda vero vel ex oblatione fuerunt orta, vel ex iſtis bonis iuribusque Imperii, quæ ipſis loco ſalarii adſignabantur. Immo, ſi Comitatum Saynenſem, Limburgenſem conſideremus, toti ſunt allodiales, ab eiusmodi Liberis Dominibus poſſeſſi, quia tamen poſtea Comites adlecti, de Iuribus Imperii ſaltim fuerunt inueſtiti. Vid. etiam GVNDLINO *de Feudis Vexilli* §. *XXIII.*

**** MEDIOXVMI vero *die Mittelfreyen* erant, qui ſaltim prædia quædam poſſidebant libera atque allodialia, nullisque miniſteriis eſſent obnoxii. Differentia illorum a Miniſterialibus patet ex Diplomate Friderici, Ducis Sueuorum de a. 1180. inter Documenta Würtenbergenſia *p.* 24. in quo: *Teſtes viri Religioſi Cuno abbas Eluacenſis: Hainricus abbas Laureacenſis, Bruno abbas in Echinbrunnen:* LIBERI HOMINES *Godefridus de VViniden. Albertus de Rabinſtain. VVitegouiwus de albegge.* MINISTERIALES *Vlricus de Rechberg. Fridericus Cunradus Gerungus Bernoldus omnes caſtellani in Stouphen & alii quam plures.* In Diplomate Conradi Comitis Lutzelenburgenſis de a. 1135. apud ZYLLESIVM Defenſ. Abbatiæ S. Maximini p. 53. *præſentibus* LIBERIS HOMINIBVS *noſtris*, MINISTERIALIBVS *noſtris & miniſterialibus Eccleſiæ.* In charta Ruthardi Moguntini Archiepiſcopi apud SCHATENIVM lib. VII. ad a. 1094. LIBERI HOMINES *Ludolfus, Godefridus* - - - MINISTERIALES *Rudolfus, Ludolfus, Sanctolfus, Humoldus.* In Charta Henrici II. Epiſcopi Paderbornenſis de a. 1103. LIBERI HOMINES *Conrad de VVartberghe, Tiemmo, Baghard* - - - MINISTERIALES *Eccleſiæ Eluer Comes Vffo, Hugo.* Alia loca HERTIVS *de Hominibus propriis ſect. IV.* §. *XII.* ex Hundii Metropoli Salisburgenſi adducit. Eadem ratione diſtinguebantur NOBILES ac MINISTERIALES. In Excerptis ex Chron. Brem. IO. RHODE apud LEIBNITIVM Tom. II. p. 26. diſtinguuntur NOBILES & MINISTERIALES & p. 271. adducitur Diploma Henrici VI. Imp. in cuius initio: *Vniuerſis Eccleſiæ Bremenſis Prælatis, Canonicis*, NOBILIBVS, MINISTERIALIBVS. Plenius hoc perſequitur LEIBNITIVS *Prolegomenis ad Tomum II. Script. Rer. Brunſuic. n.* 23. Chron. LAVRISH. p. 130. *at vero milites Eccleſiæ, tam* MINISTERIALES *quam* NOBILES *viri.* In Inſtrumento dotali Domini Engelſcalci, nobilis hominis de Waſin, apud HVNDIVM *Metrop. Saltsburg. Tom. III. f.* 500. ſub rubr. *VVeiarn* in ſubſcriptione eſt: *iſti omnes ſunt* NOBILES, *hi vero* MINISTERIALES. In litteris Concambii a Theobaldo, Epiſcopo Patauienſi a. 1177. confectis, apud HVNDIVM *Metrop.* ſub rubr. Oſterhouen p. 13. *ex* NOBILIBVS, *ex* MINISTERIALIBVS *vero.* In Friderici II. conſtitutione de Iuribus Statuum de a. 1232. mentio fit Principum, Nobilium & Miniſterialium. In Charta Monaſterii Steinheimenſis inter Documenta Würtenberg. Virgin. p. 381. *Nos vero, H. dei gratia Epiſcopus Spirenſis, Comites*, NOBILES, MINISTERIALES *prædicti confitemur.* In Compoſitione inter Epiſcopum Ratisbonenſem & Ducem Bauariæ: *Item, ſi Comes, vel liber vel* MINISTERIALIS *alterutrius eorum exiſtens in familiaritate Domini ſui gratiam amittat.* Et in priuilegio Friderici I. de a. 1168. apud MEICHSNERVM Tom. IV. deciſ. X. f. 238. *Inde eſt, quod præfecto Heroldo &c. pro fidei ſuæ & obſequiorum præclaris meritis & interuentu ſacri Collegii præd. Eccleſiæ ac liberorum & miniſterialium indefeſſa ſupplicatione deuicti, damus & concedimus &c.* In litteris fundationis Monaſterii Aſpacenſis apud HVNDIVM Metr. Salisb. tom. II. f. 112. in Additionibus: *Teſtes ſunt de Clero, Giſelbertus, &c. Ex Laicis* LIBERI *Berchtoldus Co. de Anderheſe, Cunradus Burggrauius de Nuremberg,*

*Regi-*

Digitized by Google

*Reginolfus de Piphenberg, Vl. VValpoto, Vdalricus de VViſchenfeld, Heinricus de Ottobendorf, & Magenbardus frater eius.* MINISTERIALES, *Gundeloch de Bodelendorf, Ratloch de Memesdorf, Gerboldus de Hoſterhouen, Euerhard de Traſtenreut, &c.* Charta Fœderis inter Archiepiſcopum Colonienſem & Henricum Lotharingiæ Ducem a. 1193. apud AVBERTVM MIRÆVM lib. II. Donat. Belgic. c. LXXXIII. *Notum facimus, quod nos & priores noſtri tam* LIBERI, *quam* MINISTERIALES. In Iure Saxonico diſtinguuntur etiam *freye und Dienſtmannen.* lib. I. art. XVI. *wo ein Kindt frey und ehlich geborn iſt, das behelt auch ſeines Vaters Recht. Iſt aber des Kindes Vater ein Dienſtman, und die Mutter ein Dienſtweib, das Kindt behelt ſolch Recht alſs ihm angeborn iſt.* Et lib. III. art. XIX. *Freye leut und des Reichs dienſtman, die mœgen für dem Reich wol gezeugen ſein und urteil finden durch daſs, das ſie dem Reich gehuldet ſein, ihr ieglicher aber nach ſeinen Rechten: Doch ſo mag des Reichs dienſtman über den Schœppenbaren fryen Man weder urteil finden noch gezeuge ſein, do es ihm an ſeinen Leib, oder an ſein Ehre, oder an ſein geſundt gehet oder an ſein Erbe.* In Charta Widekindi, Comitis de Waldeck de a. 1189. apud SCHATENIVM Ann. Paderborn. lib. X. p. 885. *Aderant quoque Bernhardus Prepoſitus Monaſterienſis, & frater eius Ludolfus de Stenuorde & Caſtellani de VValdekke, & multi* NOBILES AC MINISTERIALES, *qui VVidekindo valedicturi illuc conuenerant.* Inſtrumentum permutationis inter Ottonem Friſingenſem Præſulem & Abbatem S. Stephani factæ, talem habet ſubſcriptionem: *Huius commutationis teſtes facti ſunt hi, de* NOBILIBVS *Gebehardus de Huttenburg, Altman de Siginburc, Megingoz de Prengangesdorf, de familia Iſanricus de Lockkirchen & filii eius, Hainrich Iſanrich, Altman de Haſalbach, Conradus de Haidolfingen & frater Fritelo, Sigfrid de VVilpach &c.* De MINISTERIALIBVS *Pal. Comitis, VVernhart de Meltenbach, Adelbart de Friſingen, Gerwicus de Camera &c.* Hæc cum latius demonſtraſſet B. HERTIVS *de Hominibus propriis ſect. IV. §. XIII.* tandem concludit: *Ex his liquido intelligere poſſumus originem Ordinis Baronum in Imperio noſtro. Quandoquidem Nobiles illi, qui nulli ſe Domino mancipabant, liberi audiebant. Hinc factum, cum Baronum nomine olim filii Nobilium ſiue Patritii, poſtea vero Optimates omnes inſignirentur. Principes autem & Comites ſuis ex functione propriis ſplendeſcerent titulis, et Baronis titulus apud liberos, Nobilis vero titulus, qui olim generalis quoque erat, apud Miniſteriales tandem reſideret.* IOACH. POTGIESER *de Condit. & Statu Seru. apud Germanos lib. I. c. II. §. XLIV.* Vid. Lindauiſche Ausführung p. 98. 602. *ſqq.* Qua ratione etiam Nobiles atque Milites fuerint diſtincti ſuperiori iamdum *§. VIII.* fuit dictum.

***** MINISTERIALES vero erant, quibus pro miniſteriis ſuis loco ſalarii, certa prædia erant adſignata. Siue, vt CHRISTOPHORVS BROWERVS *Ann. Treuir. lib. XV. p.* 96. *ait: His iuncti, ortus claritate non impares, Miniſteriales, ita tunc appellati, quod apud patronum Principem, inſtituto, clientium functiones in aula miniſteriaque vel delicata, vel eminentiora obibant quales Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, tum quoque Aulæ, Stabuli & Venationum Magiſtri, Præfectique.* Patet hoc etiam ex Charta Bernhardi Epiſcopi Paderbornenſis de a. 1187. apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. IX. p.* 880. in qua teſtes adducuntur tali modo: *Teſtes huius rei ſunt Altmannus maior Præpoſitus, Volbertus Decanus, Theodericus cuſtos, Heinricus Scolaſticus, Lambertus Cellerarius, & reliquus conuentus S. Liberii in Patherburnen,* MINISTERIALES *Conradus Camerarius, Iohannes Dapifer, VVithe-*

*VVitheroldus Pincerna*, *Hermannus Marſchallus*, *Ludolfus frater eius*, *VVidekindus de Oſele.* Hinc in Weichbild art. XIII. dicuntur: *die vier eingeborne Dienſtmann des Gottesbaus zu Magdeburg der Marſchalck, der Truckſes, der Schencke und der Kamerer.* Ex hoc ſatis patet, Miniſteriales fuiſſe eos, qui Officia Capituli gerebant. Licet etiam alia quoque Officia huc ſpectent. Excerpta ex IO. RHODE Chronico Bremenſi apud LEIBNITIVM Tomo II. p. 271. *Mortuo Epiſcopo omnia officia miniſterialium vacant, de quibus ſubſtitutus vel ſucceſſor libere poteſt diſponere, & ea committere, cui vult, exceptis quatuor officiis quæ non vacant, ſed tenentes ea tenentur a novo ſubſtituto vel electo recipere ea in pheodum ſub pœna perditionis intra quatuor menſes. Quod ſi non fecerint liberam diſpoſitionem habet ſubſtitutus cum conſenſu Capituli ſui conferre ea iure pheodi, cui vult.* Dicebantur iſta æque Officia, prout patet ex SCHATENII Ann. Paderborn. lib. VIII. p. 783. ex Charta Conradi III. Imp. de a. 1150. *Siquidem Dapiferi & Pincerna & reliqui, qui miniſteris locum in domo Corbeienſis Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine* OFFICIA *appellant, quasdam abuſiones in eisdem officiis ſibi vſurpauerunt.* Et paullo poſt: *quidam de Miniſterialibus eius Rabano, qui tunc officium Dapiferi adminiſtrabat.* Hæc vero erant hæreditaria. Sic ANNALES COLONIENSES apud LEIBNITIVM Tomo II. p. 304. *Significat Henricus Rex infeudatis Miniſterialibus oppidanis & toti Congregationi Corbeienſi, quod Ronbarto electo communi Principum conſilio & ſententia adiudicatum ſit, quod vniuerſa officia Eccleſiæ ſuæ ad nutum ſuum ſint inſtituenda, exceptis quatuor principalibus quorum bona nullius iuſtitiæ vel aſtutiæ interuentu ab ipſis officiis poterant alienari: & quod officiatorum filii ſeniores & legitimi Patrum officiis ſuccedant pleno iure.* Adgnouit hoc etiam du FRESNE, dum ait: *Miniſteriales, Minores Officiales Regum, Ducum, Comitum & dominorum feudalium, qui dominorum ſubditis iudicant, eorum iura procurant, cenſus & reditus exigunt, villici, ſeu villarum præfecti.* Vocabantur iſti *Dienſtmanner, Dienſtleute*, Nobiles ſerui *Edle Knechte* ſiue *Adelſchalcke.* Sic Henricus & Otto Comites Gemini Pontis in Charta a. 1296. quæ extat in Monumentis Würtenberg. ſub rubrica Albæ Dominorum p. 147. promittunt, *quod in caſum impediti proprii obſtagii ponere vellent loco ſui nobilem ſeruum cum equo.* BESOLDVS Theſ. Pract. verbo *Schutz: Herr Conrad von Hochenfels verſchrieb ſich zu meinem gnadigen Herren König Ludwig von Bayern*, his verbis: *Ich und meine Edle Diener achs, und meiner Bürger &c.* In Charta Vlrici Comitis de Helffenſtein de a. 1302. qua Alberto, Romanorum Regi caſtrum Herwartſtein vendit, apud BESOLDVM p. 637. *reſeruauimus tamen nobis & noſtris Succeſſoribus ius venandi, homines noſtros nobiles ſeu* MINISTERIALES, *in præmiſſa venditione.* WIGVLEVS HVNDIVS *im kurtzen Auszug etlicher Hiſtoriſcher Obſeruationen*, voce Miniſterialis: *Alß Contz von N. edler Knecht ſich ſelbs in Brieffen alſo geſchrieben, deren ich etlich viel geſehn.* HERTIVS de *Hominibus propriis ſect. IV. §. IV.* MVLLER *Reichs-Tags-Theatr. p. I. c. VI. §. IX.* Lindauiſche Ausführung *p.* 602. 604. Quare GEORGIVS FABRICIVS Chron. Miſn. *Illo tempore* (circa Annum MCCCCLXXX. *non amplior virorum nobilium fuit titulus, quam vt ſtrenui famuli nominarentur, quod literis probari poteſt. Equites vero aurati vt dicerentur milites.* Ita enim paſſim indigitantur in veteribus Tabulis. Charta Priuilegiorum conceſſorum Hiſpanis a Ludouico Pio: *Alius vero cenſus ab eis neque a Comite, neque a iunioribus & miniſterialibus eius exigatur.* HINCMARVS de Ordine Palatii c. X. *Tales etiam Comites*

*&*

*& ſub ſe iudices conſtituere debet, qui auaritiam oderint, & iuſtitiam diligant, & ſub hac conditione adminiſtrationem ſuam peragant, & ſub ſe huiusmodi miniſteriales ſubſtituant.* FLODOARDVS lib. I. c. X. *Vnde ſæpe iuſtitiam apud miniſteriales regios ſibi fieri poſtulauit.* Miniſteriales miniſtrorum occurrunt in Capit. Caroli *C. tit. XXXII. c. XVI.* Miniſteriales regni *tit. XXXIV. c. XI.* Miniſteriales Comitatus *tit. XLIII. c. IX.* Tabularium Vindocinenſe Thuani Ch. LXXXV. *Si vero per oblinionem vel neglectum Miniſterialis eiusdem loci terminos præfati cenſus reddendi præterierit &c.* Ita Edictum Piſtenſe *t. XXX.* Vet. Chartæ apud BESLIVM *in Comitib.* Pictau. *pag.* 269. Sauiulianum in Matiſcone *p.* 239. GVICHENONVM *in Probat. Hiſt. Breſſenſis p.* 10. Sæpius alias horum apud Scriptores mediæ ætatis facta fuit mentio. De Miniſterialibus equidem ad Officium infeudatis, inſignis locus eſt in diplomate Conradi Comitis Lutzenbergenſis de a. 1135. inter Diplomata Abbatiæ S. Maximini Treuirenſis a ZYLLESIO edita, *p.* 52. in quo: *Hæc igitur per ſententiam nobis dicta, & in priuilegio Domini Henrici Quarti Regis Romanorum, aliisque priuilegiis Romanorum Imperatorum & Regum expreſſa & confirmata rata habemus, nobisque & omnibus Succeſſoribus noſtris inuiolabiliter tenenda, in perpetuum relinquimus, de ſeruitio, quod in feſto prædicti Patroni Miniſterialibus datur, vrgentibus ipſis Miniſterialibus, nec minus petente Abbate & Fratribus per ſententiam quæſiuimus, accepimus igitur per ſententiam quod equos eorum, qui miniſteriales ſunt, & ius miniſterialium a prædeceſſoribus ſuis integritate generis & conditionis obtinuerunt, illi qui ad hoc officium infeudati ſunt, circa nonam aduenientis feſti in quoddam pratum, quod eſt Keune, deducent, & vſque ad nonam ſequentis diei, vel quamdiu Abbas ipſos Miniſteriales detinere voluerit, cuſtodient. nullum pabulum eis debetur. Miniſterialis ſi cum vxore ſua venerit cum Abbate ipſe & famuli ſui qui duo tantum vel tres eſſe debent, comedet, & ſicut nullus prædictorum miniſterialium a conſilio, vel a menſa Abbatis in ipſo feſto arceri debet: Ita nullus eorum prædictum ſeruitium foris efferendum recipiet, niſi loco militis Abbati decenter aſſiſtere poſſit; Si quis Miniſterialium Eccleſiæ extraneam vxorem duxerit, filii eius prædictum ſeruitium, quod pater eorum, qui miniſterialis Eccleſiæ erat, habuiſſe videbatur, non habebunt; fœmina miniſterialis Eccleſiæ, ſi viro extraneo nupſerit, filiique eius propter conditionem matris, prædicto ſeruitio non priuabuntur: Ipſi miniſteriales depoſito amictu clamydis, vel alterius ſuperueſtimenti, in veſperis, in cœna, in miſſa ſubſequentis feſti, debita cum reuerentia Abbatis obſequio ſe offerent: Abbas ſi proximo die poſt feſtum de negotiis priuatis, vel communibus cum Miniſterialibus aliqua tractare voluerit, ſiue nos præſentes, ſiue abſentes fuerimus, absque expenſis eorum ipſos detinebit. Si ad placitum venire non poterimus, & Abbas eorum præſentia carere voluerit, circa nonam in ipſo feſto redeundi ad propria ſingulis licentiam dabit: Hæc igitur de Iure noſtro, de Iure Eccleſiæ, de Iure miniſterialium per ſententiam nobis relata, & aſſenſu omnium comprobata, Abbati & Fratribus, atque miniſterialibus petentibus ſcripto commendauimus, & impreſſione Sigilli noſtri, vt in perpetuum rata & inconuulſa teneantur confirmauimus.* Memorantur etiam in vita Meinwerci apud LEIBNITIVM *Tomo I. pag.* 531. 563. Qua ratione iſti Nobiles dici adfectauerint, docet nos ALB. KRANTZIVS *Metrop.* lib. I. c. II. *Sublimius tamen ex Miniſterialibus nunc aucupantes, Nobiles ſe dici volunt, cum ſit infimus nobilium gradus in Baronibus.* Idem lib. II. c. XI. *Miniſteriales ſuos, qui ſoli volunt hodie dici Militares, coæquauit vrbicis ad militiam conſcriptis, quos etiam in ordinibus duxit, nihil minoris habitos. Sed poſteriora ſæcula diſtinxerunt ordines*



*mili-*

*militantium & vrbicorum, vt iam non patiantur ſibi illos coæquari: & quod eſt arrogantius, iam qui olim Miniſteriales dicti ſunt, aut feudatarii, nunc ambiunt dici Nobiles. Sed coarguit eorum ſuperbiam vſus principalium ſcribarum, & omnium recte diſcernentium munera graduum ſingulorum. Primi enim Barones inter Nobiles deputantur, inde Liberi domini, poſtea Comites, inde Duces, quos appellat Papa Nobiles viros. Quid patitur Miniſterialis, vt in hac Nobilitatis appellatione coæquari quærat Duci?* De fundatione Monaſterii Gozecenſis p. 225. *Fecit & hoc, Eccleſiarum ipſius videlicet & Hildenesheimenſis, vectigalibus, & apparitoribus primus Miniſteriales inſtituit, Liberorum hominia ſuſcepit & tam illos quam iſtos, ſtipendiis Fratrum inbeneficiauit.* In Confirmatione Friderici I. Imp. fundationis & immunitatis Monaſterii Adelbergenſis d. a. 1181. dicitur: *Statuimus etiam vna cum Folkenando miniſteriali noſtro, de Stewfen.* Vbi BESOLDVS in notis Docum. Würtenberg p. 7. *Miniſteriales quidem, interdum ſerui domeſtici dicuntur qui ſuas operas & miniſteria dominis præbent: vt in Speculo Saxon. l. 9. art. 18. Miniſteriales hæreditatem accipiunt, ſicut liberi, ſecundum ius prouinciale; excepto quod extra dominium ſuorum dominorum, nemini ſuccedunt: nec habent ſucceſſorem. Sæpiſſime tamen (vt etiam hoc in loco) dicuntur homines liberi, qui in potentiorum familia, munere & procuratione aliqua funguntur, vt apud Othonem Friſingen. Chron lib. 7. c. 8. Orta ſeditione, Sigebardus Comes e familia Principum, qui Miniſteriales dicuntur; eo quod iuſtitiam illorum infringere diceretur, occiſus eſt. Hotom. de verb. feudal. Lindenbrogius in Lexic. Germani vocant Dienſtmanner: quos nihil aliud quam Vaſallos denotare, poſt Schraderum VVehnerus tradit verb. Dienſtmann Sed diſtinctos eos fuiſſe a vaſallis infra patebit Tales igitur erant, qui ſimul officium aliquod certum adminiſtrant: quales fere hodie illi ſunt, die bey einem Stifft oder Fürſten, ein Erbampt tragen.* Idem confirmat MELCHIOR GOLDASTVS *Rerum Alemann. Tom. I. p. 133.* MARQVARD. FREHERVS *Originum Palatinarum lib. I. c. V.* HENRICVS MEIBOMIVS *notis ad Leupldi Northonii Chron. Marcanum.* du FRESNE *voce Miniſterialis.* Hiſt. de Guelfis c. VII. *Hic denique Guelf ſub iuuenili ætate, cum eſſet in caſtro Botamo, morbo correptus eſt, videnſque ſibi imminere mortem, omne patrimonium ſuum cum miniſterialibus, quia hæredem ex ſe non habuit, ad cœnobium Altorfenſe ſancto Martino in perpetuam poſſeſſionem donauit.* Fuiſſe tamen hoſce Miniſteriales etiam Nobiles, variæ Chartæ nos docent, vtpote in Fundatione Oſterhouenſis Monaſterii de a. 1180. Nobilis de Otlobdorf, Miniſterialis Epiſcopi apud HVNDIVM *Metrop. Saliſb. Tom. III. f. 13.* In Donatione quadam Hirſaugienſi apud CRVSIVM *p. II. Ann. Suev. lib. X. c. XV.* memoratur *Conradus homo nobilis in Rutmarsheim de Miniſterialibus Hirſaugiæ.* Immo fuiſſe Miniſteriales, qui etiam Liberi feudales dicerentur, ſiue, qui Domino feudali non tanquam proprii eſſent mancipati, patet ex diplomate Adelboldi, Traiectini Epiſcopi apud HEDAM Hiſt. Traiect. p. 111. in quo: *cum feudales liberi Traiectenſis Eccleſiæ a me feudum ſuum requirerent, prædeceſſorum meorum Epiſcoporum Traiectenſium mihi literas oſtenderunt, continentes, quæ & qualia bona ipſi & eorum progenitores ab Eccleſia Traiectenſi tenuerunt: - - - - Dux Brabantiæ eſt liber feudalis Eccleſiæ Traiectenſis - - - - officiumque eius eſt quod vocatur, & eſt Dapifer Epiſcopi Traiectenſis. - - - - Item Comes Gelriæ eſt etiam liber feudalis eccleſiæ Traiectenſis - - - & dicti Comitis Officium eſt, quod vocatur & eſt Venator Epiſcopi Traiectenſis.* Quod ſi igitur Miniſte-

riales

riales certis feudis inueſtiebantur, dicebatur illud loco & iure Miniſterialis, prout in diplomate Iohannis Epiſcopi Traiectenſis apud HEDAM p. 224. *conceſſimus eidem Swedero & ſuis perpetuo legitimis hæredibus, ad iuſtum feudum in loco & iure Miniſterialis.* In diplomate Iohannis Traiectenſis Epiſcopi, apud ANTONIVM MATTHÆI *de Nobilitate lib. IV. c. XXII.* p. 1065. *Tandem de conſenſu noſtro, nec non prælatorum & miniſterialium prædictæ eccleſiæ Traiectenſis a nobis ambobus concordatum extitit in hunc modum, quod prædictus Henricus Rouere tenuit dicta bona cum duobus miniſterialibus eccleſiæ Traiectenſis, ſcilicet cum domino Suedero de Boſinchem, & Gerardo de Reno militibus, quod eadem bona eſſent ſua bona miniſterialia, & eſſent ad ipſum Henricum dictum Rouere ex ſucceſſione hereditaria & ſuorum progenitorum pleno iure deuoluta. Quo facto præfatus Henricus Rouere petiuit & requiſiuit a nobis dicta bona miniſterialia ſibi conferri & porrigi loco miniſterialis. Et nos præfatus Traiectenſis Electus iuſtæ petitioni ſuæ annuentes dicta bona de conſilio prælatorum, & quorundam nobilium virorum eccleſiæ Traiectenſis & miniſterialium dictæ Eccleſiæ ac Scabinorum quorundam ciuitatis Traiectenſis dicto Henrico Rouere contulimus & porreximus loco miniſterialis. Sicut de iure tenebantur, & ipſe Henricus Rouere nobis fecit fidem miniſterialis, ſicut de iure tenebatur.* ERDM. ERDMANNVS *Chron. Osnabrug ad a.* 1225. in MEIBONII Tomo II. Opp. p. 217. *alienatio illa in potentiorem quam alienos, prohibita eſt iure Miniſteriali.*

****** Talis eſt Vetus Charta in Priuilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis n. 73. apud LINDENBROGIVM p. 175. *Nos Henricus & Otto Milites fratres dicti de Barmſtede renuntiantes nobilitati & libertati noſtræ* (patet inde etiam differentia inter Liberos atque Miniſteriales, dum iſti adlecti inter Miniſteriales libertati ſuæ renuntiare neceſſum haberent) *ſpontanea voluntate, facti ſumus Miniſteriales Eccleſiæ Bremenſi, beatæ virgini Mariæ, Sancto Petro Apoſtolo in Brema, & venerabili Domino noſtro G. ſecundo Archiepiſcopo Bremenſi & Eccleſiæ ſuæ Bremenſi, facientes corporaliter iuramentum, ſicut Bremenſis Eccleſiæ miniſteriales facere conſueuerunt, iurantes nos ipſi ac Eccleſiæ antedictæ, ſicut miniſteriales fideliter perpetuo ſerituros. Vxores noſtræ, liberi noſtri iam nati, & adhuc naſcituri idem facient, quando prædictus Dominus noſter Archiepiſcopus vel ſuus nuncius ipſos duxerit requirendos.* Plura exempla ex WIGVLÆI HVNDII Bayriſchen Stamm-Buch adducit MÜLLERVS im *Reichs-Tags-Theatro unter Kayſer Fridrich den III. p. I. c. VI. §. IX.* atque inter hæc *daſs Anno* 1331. *Albrecht von Stainach, Richter zu Straubingen, gegen Hertzog Heinrichen, den Eltern von Bayern ſich verſchrieben, daſs Er, ſein VVeib und Kind ihm warten, dienen und gehorſam ſeyn wollen, wieder menniglich, alſs eigen Leut ihrer rechten Herrſchafft, dargegen ſoll ſie der Hertzog verſprechen und beſchirmen, alſs andere ſeine Eigene Leut mit allen Treuen:* Et paullo poſt: *daſs Anno* 1193. *Hertzog Ludwig von Bayern ſeinen geweſenen Richter zu Aibling, Fridrichen von Pimzenau, mit der Leibeigenſchafft zum Gotteshauſs Tegernſeeh, iedoch dergeſtalt gegeben habe, daſs ihme das Cammerey-Ambt daſelbſt ſolle verliehen werden, welches auch geſchehen.* Hi autem in tantum proprii erant, vt etiam vindicari potuiſſent, & permutari. Id quod latius commonſtrat HERTIVS *de Hominibus propriis, Sectione quarta.* Immo reſtricta erat poteſtas illorum, matrimonia ineundi. Sic enim in Priuilegio Monaſterii Ebersbergenſis apud HVNDIVM Metrop. Salisburg. f. 276. ſqq. *Si quis Miniſterialium extra ſui Monaſterii Collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium, cum feodo ab eadem Eccleſia con-*

*quiſito, libere & ſine contradictione Monaſterio cedat.* Plura apud HERTIVM & MÜLLERVM *c. l.* Diſtinguebantur autem hi Miniſteriales a reliquis curialibus & domeſticis, qui de regia menſa paſcebantur, & regio cibo veſcebantur, de quibus Diploma Ottonis M. de a. 962. apud ZYLLESIVM *p.* 20.

† Patet hoc ex Diplomate Rudolphi Habsburgici de a. 1273. apud LÜNIGIVM Contin. Reichs-Archiu VI. Abtheilung p. 519. *Cum igitur ſicut oblata nobis nobilis viri Reinhardi de Hagenowe mariti tui petitio continebat, ipſe te olim ea intentione duxerit in vxorem, qui te nobilem fore credebat, & parem ſibi in originis libertate, & quidem poſtmodum aſſeruerunt, te nobilem non fuiſſe, ſupplicauit nobis, vt prouidere ſibi ſuper hoc de benignitate Regia dignaremur.* Et paucis interiectis: *Ecce ad tollendum huiusmodi dubium, eo qua a patre miniſteriali genita dicebaris, a te notam originis ſi qua extitit ſuper eo, adimimus, & de conſenſu Principum noſtrorum, qui coronationi noſtra felici intereſſe poterant & debebant, te, pueroſque tuos, ſi quos habes, vel inpoſterorum te habere contigerit, reddimus, & donamus nobiles & ingenuos de vtroque parente, ac ab omni ſeruitute miniſterialium libertamus, praeſentium teſtimonio literarum.* Hoc poſtea per ſingularia diplomata ſingulorum Electorum confirmatur. Ex quo ſatis patet, quam inuiſa moribus Germanicis fuerint matrimonia inaequalia, vt liberi etiam ex tali matrimonio nati ſucceſſionis minime haberentur capaces.

†† SEMPERFREY autem idem erat ac immediatus, atque ſub horum nomine comprehendebantur omnes, etiam Principes. Sic enim in Receſſu Friderici II. Moguntino de a. 1236. c. I. *An allen Sachen die bievor geſchrieben ſint, mag ein ieglich SemperFreyman, der ſein Recht hat behalten, er ſey Fürſt, oder ander Hochman helffen bezewgen was er weis.* De his IOACHIMVS VADIANVS *Libro II. de Colleg. & Monaſt. Germ. p.* 57. *maiores noſtri, niſi fallor, antedictum genus ingenuorum voce ſemilatina ſemique germanica ſemperfry appellarunt, a quibus alii ſunt liberi illi, quorum maiores nullam ſeruitutem ſeruierant, quos vulgo nobiles dicunt.* Et GOLDASTVS Rer. Alemann. Tomo I. p. 133. *Liberi homines, Freyherren, quorum maiores nullam, quod ſciatur ſeruierant ſeruitutem.* Optime vero in rem SCHILTERVS qui in *Comm. ad Ius Feudale Alemann. cap. I. §. XVIII.* putat, *Semperfrey* idem eſſe, ac *Sendbarfrey* immunis a iurisdictione ſynodali, *vom Sendrecht*, & non niſi Imperatori ſubiectus, de quo capite Superiori *§. XXXIX.*

## §. XII.

*Vaſallorum Diſtinctiones*

Hae autem claſſes Nobilitatis erant, aliae claſſes Vaſallorum. Iure Feudali Germanico ſaepius diſtinguebantur Miniſteriales a Vaſallis, * & Militibus. ** Hinc Vaſallorum apud Germanos ordines tres erant: LIBERORVM DOMINORVM qui erant Principes & Comites, dicti etiam *die hohen Freyen Mannen;* MEDIOXVMORVM *der Mittelfreyen*, qui illorum Vaſalli erant, & LANDSASSIORVM, qui ab hiſce clientelari iure dependebant. *** Iidem gradus in Iure Feudali Longobardico occurrunt. Primus enim gradus eſt CAPITANEORVM, ſiue Ducum & Principum. Alter VALVASORVM, qui Ducum & Principum ſunt vaſalli. Tertius

tius VALVASINORVM, qui a Valuaſoribus beneficia tenent. **** Dicebantur tamen Principes vel Comites ſæpius *die Hochleute*, ***** vel *Domini Terræ*, ****** quod idem erat ac Liberi Domini, *der hohe Adel.*

* Patet hoc ex antigrapho Comitum Thuringiæ, quod Henrico Landgrauio a. 1248. dederunt apud ANT. WECKIVM *Chron. Dresd. p. II. p.* 156. *Qui* MINISTERIALIS *exiſtit, ipſi ius Miniſterialis, ſi vero Vaſallus fuerit, ius vaſalli ſibi exhibebit vtique & etiam obſeruabit.* In litteris traditionis Vlrici & Theobaldi Comitum Würtenbergicorum de a. 1271. Epiſcopo Baſileenſi factæ, apud LIMNÆVM *Addit. II. ad lib. IV. & VII. p.* 255. *item Vaſallos &* MINISTERIALES *noſtros.* Facit huc Auctor vetus de Beneficiis c. CXXX. *Quicquid homo non ſuſcipit per hominium, non iudicetur eſſe beneficium; ſicut cum bona concedit dominus ſuis* MINISTERIALIBVS *non per hominium, ſed ſecundum ius curiæ hæc conceſſio caret beneficiali iure, ſed eſt conceſſio officialis, quiuis etiam miniſteriales natione erit ex iuſtitia dapifer aut ſecretarius* ( leg. forſan Butellarius ) *aut camerarius, aut marſchalcus.* Huc facit Ius Feudale Saxonicum c. LXIII. *Swilch Gut dem Manne ane ſine Manſchafft geligen wird.* In Iure Feudali Alemannico c. CXIII. Titulus eſt von Hoferecht lehen: *welich Güt dem Man one Manſchafft gelichen wurt, das heiſſt nüt recht leben als do ein Herre ſime dienſtman Gut lihe zu Hofe rechte und derabe ſol er Hofe rechtes pflegen und Lehenrech. Noch Hofe rechte ſol ein ieglich Dienſtman geborn ſin. Ein Truchſeſz ein Kamer Marſchalgk und ein Schengke. So der Hoff oder Hochgezit ſet ſo ſollent dis vier Ambachtman Ir ambacht virdyennen noch dem rechten als iedes Hoffes gewonheit iſt. Die Biſchœffe und Epte und die Eptiſſen die ſetzent ouch in iren Hœffen Ambacht lut und ander Furſten von dirre manigvaltigen Gewonheit und Rechte mœgent wir nüt geſehen. Denn ir guti Gewonheit ſœllent ſu behalten. Aber recht Lehen mus men mit manſchafft enphoben.* Vbi textus latinus: *at vero feudum rectum conferri debet cum ſeruitiis militaribus.* Ex quo ſatis patet, aliud eſſe *ein Ambacht nach Hoffrecht*, aliud Feudum cum ſeruitiis militaribus, *mit Mannſchafft.* BESOLDVS Docum. Würtenberg. p. 943. *das die Burg Gerhauſen Rugg und Blawenſtein, Blaubeyren und die Vogten des Cloſters Blawbeyren, mit Dienſtleuthen, mit Edelleuthen, mit Mannen, und allen andern Leuthen, &c. von dem hochlœblichſten Hauſs Oeſterreich zu Lehn rüren.* Quare etiam MARQVARDVS FREHERVS *Notis ad Conſtitutionem Caroli Craſſi de feudis p.* 209. *Qui feuda a Principibus non habent, ſed affidati, clientes, ſtipendiati, miniſteriales Palatini eorum ſunt, & quotidie ad ſeruiendum parati eſſe debent. Diuerſi ergo miniſteriales a vaſallis, re & nominibus, quibus in antiquis inſtrumentis ſeparantur. Cometiam de N. cum caſtris & munitionibus, fidelibus, vaſallis, miniſterialibus, hominibus & omnibus attinentiis. Et in Teutonicis fideles, Mann & Lehenleute, miniſteriales Dienſtleute vertuntur.* Vid. *Lindauiſche Ausführung p.* 603. HERTIVS *de ſubiectione Territoriali §. XI.* EYBEN *Electis Feudalibus cap. IX. §. XI.* VERPOORTEN *de Inueſtitura Allodiorum p.* 71. SCHILTER *ad Cap. I. Iur. Feud. Alemann. §. XXI.*

** De Militibus vide ſuperiori §. Sic in diplomate Sophiæ Abbatiſſæ Hereſienſis de a. 1222. diſtinguuntur MILITES & FAMVLI apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn. lib. X. p.* 994.

*** SCHWA-

*** SCHWABENSPIEGEL cap. XLVII. *Hie ſol man mercken dryerley frye Leut welche Recht die haben. Es heiſſent eins Semperfreyen, das ſint die Fryen Herren, alſo Fürſten und die andern Fryen zu Man habent. Das ander ſint Mittelfryen, das ſint die die der hohen Fryen Mann ſint. Das dritt ſint geburen d e fry ſint, die heiſſent fry Landtſeſſen. Der hat yeclicher ihr ſunder Recht.* Iidem diſtinguuntur *cap. XXIII.* vbi de iudicio in Regem §. 2. *Vnd kriegt er mit iemand umb Gut oder umb ander Ding, das des Reichs iſt, do ſollen uber ſprechen die Fürſten und Graven, die Freyen und des Reichs Dienſtmann.* Et *cap. LXXVII.* diſtinguuntur *Fryleut, und des Reichs Dienſtman, und der Fürſten Dienſtman.*

**** II. F. X. *qui vero a principe vel ab aliqua poteſtate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum eſt inueſtitus, is capitaneus appellatur, qui proprie valuaſores maiores olim appellabantur. Qui vero a capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuaſores ſunt. Qui autem a valuaſoribus feudum quod a capitaneis habebatur, ſimiliter acceperint: valuaſini, id eſt minores valuaſores appellantur: qui antiquo quidem vſu conſuetudinem feudi nullam habebant.*

***** Occurrit hac vox in Reformatione Friderici II. Imp. apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcriptis Imper. p.* 84. *& Reichs-Satzungen p. II. p.* 17. & potiſſimum cap. XXIV. *one Fürſten und andere* HOCHLÜTE, *wo es geet an ihr Lybe, oder an ir Recht, oder an ire Erbe, oder an ihre Ehre, das wollen wir ſelber richten.* Et in Receſſu Rudolphi Habsburgici Würtzburgenſi de a. 1287. apud LEHMANNVM lib. V. c. CVIII. *Der Hofriehter ſoll alle Lüten richten, die ihm klagent, und von allen Lüten, ane Fürſten, und ane andere* HOHE LÜTE, *ſwa es in gat an ir Lip oder an ir Recht, oder an ir Erbe, oder an ir Leben, das wollen wir ſelbe richten.* Sunt equidem, qui ſub nomine *der Hochleüte* intelligi velint Nobiles Immediatos, at contrarium patet ex dicto Receſſu Würtzburgenſi. *An allen Sachen die hievor geſcrieben ſindt, mac ein ieglich Sempermann', der ſin Recht hat behalten, er ſi Fürſt oder anders ein* HOCHMANN, *dem Vater helffen bezwyen ſwatz er weitz. Ein Dienſtmann mac och bezwgen mit andern Dienſtmannen, ein eigen mit andern ſinen Genozen, ein Gepaver mit ſeinm Genozen, ein ieclich Frimann hilffet wol einem Dienſtmann, ob ers weiz.* Videmus igitur hic diſtingui *Hochleute*, Principes & Comites *Dienſtmann*, Miniſteriales & *Frimannum* immediatos.

****** Occurrunt iſti in Priuilegio Wilhelmi Regis Romanorum de a. 1254. apud DATTIVM *lib. I. c. IV. n.* 20. *Vt autem inter Nobiles Terræ & Ciuitates non poſſit diſſenſionis vel diſcordiæ ſcrupulus ſuboriri, per quem hoc ſanctum pacis negotium impediri valeat vel turbari, de concordi conſenſu & vnanimi voluntate Nobilium etiam & Ciuitatum, ex matura deliberatione noſtri conſilii ſic decreuimus ſtatuendum: vt* NOBILES & DOMINI TERRÆ *Iudiciis ſuis iuſte vtantur. Iura ſua per omnia obtineant, ſicut debent.* Sub his autem Principes & Comites intelligi, *teſtatur* HENRICVS REBDORFFVS Ann. ad a. 1353. *Menſe Auguſto, Rex Carolus de Bohmia venit in Alemanniam & inducens* DOMINOS TERRÆ & CIVITATES *Orbis manſuetudine, & miſericordia bonam & generalem Pacem fecit.* Ex eodem ad n. 1345. ſatis aperte patet, Dominos & nobiles fuiſſe diſtinctos. Sic enim iſte: *Anno* 1345. *Regni ſui* 28. *idem Ludwicus generalem Pacem in Alemannia fecit, in Sueuia, Bauaria, Franconia, & circa Rhenum, qualis antea longo tempore non eſt audita, quam iuramentis ſuis firmaue-*

*mauerunt Principes*, DOMINI, *& Ciuitates: & Iudices ſpeciales huius pacis ſunt dati.* Et paullo poſt: *Anno regni ſui XXX. propter prædictam pacem oritur diſcordia inter* DOMINOS *&* NOBILES *ex vna parte, & ciuitates de altera, maxime in Franconia, quia tractatus pacis prius habitos ciuitates voluerunt immutare de voluntate Ludwici, & facere firmiores; Sed Principes & nobiles contradicunt.* Hiſtoria Landgrauiorum Thuringiæ. *Anno Domini MCCCLXXXVIII. Ciuitates Imperiales in Rheno, in Sueuia, in Bauaria, in Franconia ad inuicem conſpirabant, facientes vnam ligam, numero LXX. contra Principes &* DOMINOS TERRARVM *&* TERRAS DOMINORVM, Vid. DATT. *c. l.*

## §. XIII.

*Legum Feudalium origo Francis debetur.*

Dum igitur hac ratione Feuda ſenſim ſua caperent incrementa, cum iisdem quoque pedetentim Leges cœperunt atque Conſtitutiones Feudales. Et licet non deſint, qui Longobardis tribuant primas Feudalium Legum Origines, a quibus Franci hauſerint; * Vero tamen magis ſimile videtur, dum Franci Feudorum auctores, apud hos etiam Leges Feudales fuiſſe ortas. Primum quidem ſparſim inter alia Capitularia Regum Francorum de Feudis, ſiue beneficiis, prout adpellabantur, videmus definitum, vsque dum Pipinus peculiarem de iisdem publicaret Conſtitutionem, ** quem Carolus M. *** aliique ſucceſſores fuerunt ſecuti. Talis eſt Conſtitutio Ludouici Pii Imp. de beneficiis deſertis a. 819. **** Lotharii Imp. ***** atque aliæ Caroli Calui. ******

* THOMAS CRAGIVS lib. I. dieg. IX. *Antiqui & verior pars Inſubribus & Lombardis id attribuunt.* Ipſe tamen potius Carolo M. attribuit.

** Tale eſt c. V. in Capitulari Compendienſi de a. 757. apud BALVZIVM Tom. I. p. 182. *Homo Francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium, & pro hoc vt melius potuiſſet habere illum vaſſallum, dedit ei mulierem de ipſo beneficio, & habuit ipſam aliquo tempore, & dimiſſa illa, reuerſus eſt ad parentes ſenioris ſui mortui, & accepit ibi vxorem, & modo habet eam. Diffinitum eſt, quod illam quam poſtea accepit, ipſam habeat.*

*** Sunt equidem, qui primam Legum Feudalium Originem Carolo M. tribuant. Teſtatur de eo THOMAS CRAGIVS *c. l. Sed nihil certius quam ex Caroli Magni & Imperatorum qui eum ſequuti ſunt conſtitutionibus primum in Gallia Ciſalpina, quæ nobis tamen transalpina eſt, quam hodie Longobardiam dicimus, cœpiſſe; mox ad transalpinam penetraſſe, non vt vnum vniuerſale ius de feudis a principio conſtitueretur, ſed tantum vt peccata, quæ ex diuerſa Feudorum obſeruatione eo tempore admittebantur, corrigerentur.* Sequitur SCHILTERVS *ad Rubr. §. XIII.* Talis conſtitutio Caroli Magni eſt in Capit. Quinto Anni 806. c. VII. *Auditum habemus, qualiter & Comites & alii homines qui noſtra beneficia habere videntur,*

*comparant ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciunt ſeruire ad ipſas proprietates ſeruientes noſtros de eorum beneficio, & curtes noſtræ remanent deſertæ, & in aliquibus locis ipſi vicinantes multa mala patiuntur.* in Capit. Secundo de a. 812. apud BALVZIVM Tom. I. p. 494. vbi c. V. *Quicunque ex eis qui beneficium Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitum pergentem dimiſerit, & cum eo ire aut ſtare noluerit, honorem ſuum & beneficium perdat.*

**** Capit. IV. a 860. apud BALVZIVM Tom. I. p. 611. c. III. *Quicunque ſuum beneficium occaſione proprii deſertum habuerit & intra annum poſtquam ei a Comite vel a Miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.*

***** Prouocatur ad eandem I.F.XIX. *Si quis ex militum ordine deceſſerit qui de Feudo inueſtitus fuerit: vt conſtitutum habemus, obſeruetur de beneficio & ſucceſſione, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus inſertum, obſeruatur per conſtitutionem domini Lotharii imperatoris, quæ eſt conſtituta tempore Eugenii papæ, ante ianuam beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana per Laudamentum ſapientum Papiæ, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus* (alias Hybernus) *vocatur, & Parmæ, Lucæ, & Piſæ & Syponti & marchionum atque ducum vel capitaneorum, atque valuaſorum maiorum. (Imperator Lotharius Eugenio papæ, & vniuerſo populo.) Si quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit: in beneficium aui in patris vicem ſuccedit. Et ſi heredem & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipſe ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti ſuccedat.* Reperiuntur etiam Capitula Lotharii Imp. apud BALVZIVM Tomo II. p. 317. cum hac Rubrica: *Capitulare Romanum Datum anno Chriſti DCCCXXIV. Ex conſtitutionibus Hlotharii ſub ſecundo Eugenio Papa geſtis in atrio beati Petri Apoſtoli.* SIGONIVS de R. Italiæ lib. IV. p. 111. *Proditum eſt etiam memoriæ, Lotharium pro foribus baſilicæ Vaticanæ de Feudis ſtatuiſſe conſilio ſapientum Mediolani, Papiæ, Cremonæ, Mantuæ, Veronæ, Taruiſii, Patauii, Vicentiæ, Parmæ, Lucæ, Piſarum, Syponti, Marchionum, Ducum & Valuaſorum maiorum.*

****** Faciunt huc Capitularia Caroli Calui *Tit. VI. n.* 10. *Tit. VII. n.* 20.

## §. XIV.

*Conſtitutiones Feudales Impp. Germanicorum.*

Inter Impp. Teutonicos memorantur Conſtitutiones Conradi II. * Imp. Henrici III. ** Lotharii III. *** ſiue Saxonis, & potiſſimum Friderici I. cuius variæ Conſtitutiones Feudales in campis Roncaliis factæ, memorantur a Radeuico. **** Inter hæc etiam eſt Conſtitutio de Pace tenenda in Comitiis Conſtantienſibus. ***** Hæc etiam Iura ſingula, in Comitiis Noricis a. 1208. cum aliis confirmaſſe videtur Otto IV. Imperator. ******

* MARTINVS POLONVS c. XCIV. *hic multas leges condidit.* WIPPO in vita Conradi Salici p. 430. *Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini poſterorum auferri ſuſtinuit.* Reperitur hæc Conſtitutio inter Leges Longobardorum lib. III. Tit. VIII. c. IV. *de ſucceſſione filiorum & adgnatorum.* Hanc HEROLDVS Legibus Francicis lib. V. p. 344. inſeruit, eundem pro more Ponti-

tificiorum vocans Conradum I. quia is , qui alias primus vocatur , Imperator non fuit. Neque tamen de nouo hoc primum fuit ſtatutum, cum nepotum ſucceſſio iam ante a Lothario I. fuerit definita, ſed renouatio ſaltim iſtius Conſtitutionis fuit facta. Huius Conſtitutionis pars reperitur I. F. I. Huic autem Conrado II. eandem tribui debere, ex eo patet, quod dicto §. 1. ſtatuatur : *cum vero Conradus Romam proficiſceretur*, quod de reliquis Conradis , qui Romam haut venerunt , dici nequit. Sic etiam *II. F. IX. §. vlt.* Legis Conradi de Feudi alienatione fit mentio. Et *II. F. XXXIV.* Lex Conradi de contentione inter Capitaneos extat. *II. F. XL.* Capitula Conradi de beneficiis in Romandiola publicatis, exhibentur : Eidem tribuendam eſſe Conſtitutionem de expeditione Romana, coniectatur SCHILTERVS *in Codice Iuris Feudalis Alemannici ad cap. VIII. §. XI.* atque c. s. SCHVRTZFLEISCHIVS Diſſertatione *de Expeditione Romana, Conrado Salico vindicata.* Vid. Syntt. Hiſt. Germ. *diſſ. XIV. §. XII.*

** Reperitur Henrici III. Conſtitutio *II. F. LVII.*

*** Plurimum adhuc diſputatur, an Conſtitutio iſta , quæ II. F. LII. reperitur, ſit Lotharii I. an III. THOMAS CRAGIVS *lib. I. dieg. VI. p.* 26. Lothario I. eandem tribuit, quem ſequitur HORNIVS *Iuriſprudentia Feudali lib. I. c. XX.* ea potiſſimum ratione motus, quod in eadem Eugenii Papæ fiat mentio, nullus autem huius nominis ſub Lothario III. vixit dum ſub Lothario I. Eugenius II. ſatis ſit notus. Verum, licet textus *I. F. XIX.* Lothario I. tribuerimus, in quo Eugenii Papæ, ante ianuam beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana , facta fuit mentio , maxime, quod hoc cum rubrica conſtitutionis Lotharii I. apud Baluzium conueniat, Sigonius etiam idem confirmet; Aſt , quod textum illum *II. F. LII.* Lothario III. tribuam, varia me mouent. Primo quidem, in Rubrica exprimitur Lotharius III; Deinde verba iſta : *dum apud Ronchalias ſecundum antiquorum imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia ac pace regni componenda conſideremus*, haut ad Lotharium I. poterunt referri , dum de iudicio iſto ad Roncalias Lotharii I. temporibus nondum conſtet. Nec ſtylus genium ſeculi ſapit , cum & verba iſta: *Hortatu itaque & conſilio archiepiſcoporum , epiſcoporum , ducum , comitum , marchionum, palatinorum, cæterorumque nobilium , finaliter etiam iudicum hac edictali lege in omne æuum deo propitio valitura decernimus &c.* quod ſane ab illius ſeculi genio erat alienum, quo inter Imperii ſtatus nulli adhuc Archiepiſcopi, vix Palatini, rarius Marchiones adpellantur. Addimus Datum §. 1. *VII. die menſis Nouembris MCXXXVI.* & §. 3. *Datum ſexto Kalendas Septembris anno a natiuitate domini MCXXXVII. indictione V.* Hinc eandem etiam Lothario III. tribuit SCHILTERVS *Comm. ad Rubricam §. X.* Vnicus ſcrupulus ſupereſt, dum §. 3. inſcriptum habeatur : *Imperator Lotharius Auguſtus &c. Eugenio papæ, & vniuerſo populo* , dum nullus huius nomine, ſub Lothario III. Papa fuerit. Verum, dum §. 1. ſaltim ad vniuerſum populum ſit directus nulla Eugenii Papæ facta mentione , irrepſiſſe in §. 3. Eugenii nomen putarem. Conueniunt hæc cum GERVASIO TILBERIENSI , *qui Otiis Imperialibus n. XIX. p.* 942. *ed. Leibn.* ſic loquitur: *Hic legem Feudorum primus inſtituit, ſanciens, vt nullus feudum, vel partem feudi audeat vendere ſeu impignorare, vel quocunque modo alienare, ſine permiſſione maioris domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur.*

**** Extant hæ Leges apud RADEVICVM *lib. II. c. VII.* & *II. F. LV. Ad vltimum de Iure Feudorum quod apud Latinos ſcripto nondum ſufficienter expreſſum fuerat, & pene omnes*

*eam beneficiorum iuſtitiam in iniuſtitiam conuerterant, leges promulgauit, quæ capitula præſenti annotatione ſubiecimus.* Sequuntur inde quædam Friderici Conſtitutiones, quarum prior cum Lotharii III. dicta Conſtitutione fere conuenit. Confirmare hoc videtur OTTO de S. BLASIO *c. XIV.* ſcribens: *Anno ab incarnatione Domini MCLX. Fridericus Imperator conuocatis omnibus Italicis Baronibus, generalem Curiam apud Roncaliam, cum maximo Principum conuentu celebrauit: ibique renouatis antiquis legibus, nouas de ſuo promulgauit, ac diuerſis Imperii negotiis expeditis, iura deſueta in conſuetudinem reduxit, & quo iuris genere ciuitates Italicæ ſubiacerent Imperio, iudicialiter exquiſiuit.* De his etiam GVNTHERVS *Ligurino L. VIII.* §. 590.

*Mox de communi Feudorum iure quod illa*
*Perſpicuis nondum ſcriptis expreſſerat ætas*
*Has dedit, & ſcripto iuſſit noteſcere leges.*

***** RADEVICVS *c. l.* Extat Libris Feudorum ſubiecta cum hac Epigraphe: *Liber de pace Conſtantiæ compoſita inter Imperatorem Frederichum & filium eius Henricum, & quoſdam nobiles Alemanniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera.* Subiicitur annus MCLXXX.

****** GODEFRIDVS MONACHVS ad 1208. *Rex primo, deinde cæteri Principes iurant firmam pacem terra marique ſeruandam, omnes iniuſtas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Carolo M. inſtituta, obſeruanda & tenenda.*

## §. XV.

*Auctor Vetus de Beneficiis.*

Prima autem Collectio Iuris Feudalis in Germania eſſe videtur Auctoris cuiusdam Anonymi, cuius primum mentionem fecit Freherus, * quem deinde ex antiquo MSC. Eybeniano primus edidit Chriſtianus Thomaſius, ſub nomine AVTORIS VETERIS DE BENEFICIIS. ** Hic liber priuata ſaltim auctoritate collectus, & quidem ſeculo XI. vel XII. quod latius probauit Thomaſius. *** Ex hoc autem varia in Ius Feudale Saxonicum atque Alemannicum translata fuiſſe videntur. ****

* Subiecit Thomaſius editioni ſuæ Diſſertationem *de Libri Veteris de Beneficiis Auctore, Fato, Vetuſtate*, in cuius §. I. ad VII. varia loca ex FREHERI Commentatione ad Conſtitutionem Carolo Craſſo tributam, de Expeditione Romana adducit. Habuiſſe etiam FREHERVM animum, hunc edendi, patet ex notis, quæ ad verba, *Feodo ſuo* adnotauit: *Habeo librum de beneficiis antiquum, conſuetudinibus illis vulgatis vetuſtiorem, nimirum, cum penes Saxones imperium eſſet, ſcriptum, quem cum primum otium erit (Deo iuuante,) in publicum dabimus.* MELCHIOR GOLDASTVS equidem in præfatione ad Collectionem Conſuetudinum ac Legum Imperialium ſub finem ait: *Marquardus Freherus Conſiliarius Archipalatinus amicus noſter, in Commentario ad Conſtitutionem Caroli III. Imperatoris de expeditione Romana, ſubinde laudat & adducit Codicem Iuris Feudalis, ſub nomine Vetuſtiſſimi Auctoris de Beneficiis. Qui Codex, hic ipſiſſimus eſt, quem nunc tibi exhibemus, liber Iuris Feudalis Saxonum. Omnia enim illa fragmenta, quæ ex ſuo MSto Codice Freherus refert, in hoc noſtro libro verbatim exſtant, vt apparebit cuiuis ea cum noſtro libro conferendo volenti.* Eundem igitur Goldaſtus facit cum Iure Feudali Saxonico, quod Goldaſtus ex Iuris Saxonici Corpore Polonico Cracouienſi deſumſit. Verum,

THO-

THOMASIVS Select. Cap. Iur. Feud. Germ. §. XLII. bene notauit, diuerſum hunc eſſe Goldaſtinum a Codice Freheriano, eo quod Freherus dixerat, in ſuo Codice Feuda ſemper vocari beneficia, cum in editione Goldaſti Feudi vox ſæpius occurrat. IO. SCHILTERVS in Præfatione ad compilationem Iuris Feudalis Antonii Mincuccii, ſtatim ab initio eundem facit cum Iure Feudali Alemannico, ſed diuerſum eum eſſe, docuit THOMASIVS c. l. §. XLIV.

** Prodiit inter Selecta Feudalia Thomaſiana, *Halæ* 1708. 8. a IO. STEPHANO BVRGERMEISTERO *Corpori Iuris Germanici*, p. 640. inſertus.

*** In dicta diſſertatione §. *XIII. ſqq.*

**** Inſignem etiam in eo operam præſtitit THOMASIVS, dum ſingula capita huius auctoris cum Iure Feudali Saxonico & Alemannico conferret.

§. XVI.

Subſequitur IVS FEVDALE SAXONICVM, quod Alemannico omnino præferendum eſſe ducimus, dum in eo nulla fere mentio fiat Iuris Iuſtinianei, ad quod tamen in Iure Feudali Alemannico ſæpius prouocatur. * Hoc autem a Gloſſatore, Friderico vel Barbaroſſæ vel ſecundo tribuitur. ** Verum, licet certum ſit, multas vtrumque Fridericum Conſtitutiones Feudales tuliſſe, de integro tamen Codice Feudali dici hoc nequit. Veroſimilius itaque videtur, ab aliquo Iuriſperito, priuata opera, hoc Ius Feudale Saxonicum ſeculo XIII. paulo poſt Ius Prouinciale Saxonicum, fuiſſe conſcriptum atque ſenſim in vſum traductum. Hunc autem Auctorem Epkonem Repkouium fuiſſe, nobis perſuadet, quod in pleriſque Codicibus hoc Ius non ſolum tanquam Appendix & Liber Quartus adiiciatur, *** ſed etiam iiſdem plerumque Repkouii nomen ſit præſcriptum. **** Editionem huius Iuris Feudalis Saxonici debemus Chriſtophoro Zobelio ***** cum Gloſſa, emendatiorem vero ſine Gloſſa ****** ex MSCtis antiquis Io. Schiltero. Hoc Ius Feudale poſtea in vſum Polonorum in latinum ſermonem fuit translatum, cuius editionem Goldaſto debemus. *******

*Ius Feudale Saxonicum.*

* SCHILTERVS equidem Ius Alemannicum habet pro antiquiori, his §. *XVII.* vſus rationibus, quod Saxonicum, quoad ſtylum diductius ſit atque recentius, atque eum exemplaribus Alemannici Iuris recentioribus magis conueniat: Prouocat ad antiquiſſimum Codicem Ambraſianum, qui reperitur in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, qui ideo hoc ius ad Friderici II. tempora referre conatur. Deinde, quod in Iure Alemannico mentio fiat ſummi Iudicii Regii, quod Regem ſequatur, nulli loco affixum, & iudiciorum prouincialium *der Landgerichte*, ac nullum internoſcat intermedium: Aſt, tale Conradum anno 1146. Rotwilæ conſtituiſſe, ex eo ſequi putat, quod ius hoc Alemannicum antiquius ſit Iudicio Rotwilenſi. Verum, ad priora bina iamdum reſponſum fuit *cap. VI. §. XXX.* De Codice etiam Ambraſiano prolixius agit THOMASIVS Selectis Feudalibus §. *XLVII. ſqq.* Quæ de Iudicio Rotwilenſi adfert Schilterus, parum mihi probare videntur, cum

illud longe ante tempora Conradi III. inſtitutum fuerit, ab iſto Imp. ſaltim Rotwilæ in perpetuum fixum, prout in Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVII. §. XIV.* demonſtravimus. Immo, neque hoc intermedium fuit, ſed Prouinciale omnino erat, certis limitibus reſtrictum, dum etiam Prouincialia Iudicia ab Imp. olim dependerent vid. Synt. I. P. *Diſſ. XXIV. §. XLII.*

** Gloſſa LANDRECHTS lib. I. art. XIV. *Dann der edele Kænig Carol der groſſe hat es uns geben, Aber Keiſer Friderich von Stauffen hat das Lehnrecht geſetzet*, vt in *prologo des Lehnrechts, & in vſib. feud. tit. per quos fiat inueſt.* Vid. etiam *Gl. lib. I. art. XXVI.* In procemio Iuris Feudalis Sax. *Vnd darumb ſo hat der hochgelobt und hochgeboren (des Gott ewiglich gedenck) dieſes gegenwertigen Buchs ausgeber, Keiſer Friderich von Stauffen (das da Lehenrecht genandt iſt) wol erkendt.* Hinc etiam MELCHIOR GOLDASTVS ſub initium Iuris Feudalis Saxonici, quod inter Conſuetudines Imperii edidit, in margine ponit: *ab ipſis Saxonibus Friderico Stouffenſi ſiue Barbaroſſæ adſcribitur, tanquam eius auctori.* Verum, ſibi parum conſtans GOLDASTVS, aliter ſentit in Præfatione huic Collectioni præmiſſa, dum, poſtquam loca quædam adlegaſſet, addit: *Et ita quidem iſti hactenus commemorati, videntur Ius Feudale Saxonum ad Imp. Fridericum Secundum auctorem retuliſſe. Qua auctoritate, aut quo iudicio non diſputo.* Id quod etiam magis conuenire videtur, dum Fridericus II. alias in Chronico & Gloſſis Iuris Saxonici vocetur *von Stouffen.* Sic in Chronico, quod præfixum eſt Weichbildo Saxonico, circa finem: *Nachdem war Keyſer Friderich von Stauffen, zum Keyſer gekoren Anno M. CC. XIII.* quod omnino Friderico II. conuenit. Gl. lib. III. art. LVII. *Hierumb iſt Keyſer Friderich von Stauffen abgeſetzt worden*, quod minime de Friderico I. verum de Friderico II. qui ab Innocentio IV. fuit depoſitus, eſt intelligendum. Concludit ex eo GRYPHIANDER, *de Weichbildis Saxon. cap. L. n. 5. Caterum de Iure Feudali Saxonico non ambigendum, quin hic Fridericus Secundus eius ſit auctor.* Prouocat ad CYRIACVM SPANGENBERGIVM, qui in *Chron. Sax. c. CCXLVII.* tradit, quod Saxonibus Ius Feudale dederit, & Speculum Saxonicum auxerit, & Gloſſam *lib. III. art. LXXV.* dum textum de poſſeſſione mulierum in feudis ex iure feudali Saxonico adducit, eius auctorem Fridericum Secundum facit, dicens: *dis Recht hat Keyſer Friderich von Stauffen geſetzt, damit die werthen Frauen zu begnaden*, atque demum concludit: *Et quamuis hinc dicendum videatur, Speculum Saxon. iure feudali Saxonico antiquius eſſe gl. ad art. 78. lib. 3. art. 14. lib. I. quæ tamen vtrobique ad Carolum M. reſpicit, tamen cum ſub eodem Friderico II. vtrumque ius collectum ſit, neceſſe eſt, vnum alterum non magno interuallo ſubſequi.* Verum, optime in rem CONRINGIVS *de Or. Iuris Germ. c. XXX. p. 187. At in authenticis nullibi legas a Friderico I. vel II. Imperatore Saxonibus Feudale aliquod ius datum eſſe. Nec in libris Feudalibus Langobardicis Fridericorum conſtitutiones niſi paucas eius argumenti reperire eſt. Recitat Radeuicus conſtitutionem inſignem a Friderico I. in Roncaliis de feudis latam l. IV. c. VII. quæ & alibi memoratur vt omnium clariſſima. De integro aliquo Codice feudali vel ab illo vel ab hoc promulgato, nihil narratur. Itaque etiam hoc fabulis Gloſſatorum illorum connumerandum eſt.*

*** Vide ſupra *c. VI. §. XXI.* THOMASIVS Selectis Feudalibus *§. IX.* qui etiam *§. LX.* demonſtrauit, Compilatorem pleraque ſumſiſſe ex Auctore Vetere de Beneficiis.

**** Patet hoc ex Codice Bibliothecæ Paulinæ Lipſienſi, qui idem nomen præ ſe fert, ex quo ſuam editionem ſumſit SCHILTERVS.

***** *Lipſiæ*

Digitized by Google

***** *Lipſiæ* 1589. & in Corpore Iuris Germ. BVRGERMEISTERI.

****** Ex Codice MSto Bibliothecæ Paulinæ Lipſienſis *Argentorati* 1695. 4.

******* THOMASIVS ſelectis Feudalibus §. *LXI. Cum vero Speculi huius Saxonici vſus forenſis etiam in Polonia eſſet inſignis, tandem etiam ipſum Speculum in vſum Polonorum fuit in idioma latinum iterum translatum, ſcilicet ius prouinciale pariter & ius feudale, ſed ſæpe non aſſecutus fuit interpres vim textus Germanici. Atque hoc eſt illud Ius feudale latinum, quod exhibuit Goldaſtus.* Acceſſit autem vltimo loco in Collectione Legum ac Conſuetudinum Imperii.

## §. XVII.

Inſecutum eſt IVS FEVDALE ALEMANNICVM, quod vel ipſi MSCti Codices Carolo M. tribuunt, qui hanc eidem Rubricam faciunt: *Hie hebt ſich an Kayſer Karl Lehnrechtbuch.* * Aſt, licet illud partim ex Conſtitutionibus Caroli M. videatur eſſe collectum, potiorem tamen partem faciunt ſequioris ætatis Impp. Conſtitutiones, ** e quibus, & Iure Saxonico Feudali fuit collectum. Hoc autem Ius Alemannicum Feudale eundem cum Iure Prouinciali Sueuico videtur habuiſſe auctorem, dum ad illud, tanquam ad partem priorem quandoque prouocet. *** Hoc Ius Feudale cum MSCtis probe collatum eruditisque animaduerſionibus illuſtratum debemus Io. Schiltero. *Ius Feudale Alemannicum.*

* Editio quidem SCHILTERI hanc Rubricam præfert: *Hie hebet an das edel und rechte Lehenbuch das zu Nurnberg wart gemacht.* Ipſe tamen in Præfatione §. *VIII.* fatetur: in MSCto ſuo dictam Rubricam reperiri. Idem SCHILTERVS eo refert Lupoldum de Bebenberg de Iuribus Regni & Imperii Romanorum *cap. III.* qui ait: *Dedit etiam Germanis quaſdam leges in lingua Germanica ſeu Theutonica, quæ a multis adhuc habentur,* vbi tamen MARQVARDVS FREHERVS adnotauit: *Leges Caroli mere Germanicas, vt hic Lupoldus innuit, nondum videre nobis contigit.* Eadem de Caroli Legibus teſtatur FELIX FABER *lib. I. Hiſt. Sueu. c. III.* dicens: *dedit etiam Carolus Theutonicis quaſdam leges in ſuo idiomate, quæ adhuc habentur.* Has autem Leges illas ipſas eſſe autumat Schilterus, quæ in Iure Alemannico continentur, demonſtrare contendens, vſum Linguæ Germanicæ iam Caroli M. ætate fuiſſe in Legibus.

** Adgnouit illud & ipſe SCHILTERVS, licet nimium tribuat Carolo M. dum §. *XV.* ait: *Plane etſi iuris huius feudalis auctoritas non immerito ad Carolum M. refertur, & ad Capitularia eius Germanica; non tamen ex toto, ſed ſubſecuti quoque Reges & Impp illud ſuis conſtitutionibus auxerunt.* Patet hoc tanto magis ex capite I. *Alrerſt ſullent wir mergken was die Künig hant geſetzt.* Addit SCHILTERVS: *Acceſſerunt deinde res iudicatæ in vnum volumen cum iure conſtituto collectæ, vsquedum in Comitiis Imperii Norimbergæ celebratis iſta collectio more Maiorum, populo rogato, Imperiali auctoritate promulgata fuit.* Idque intelligit de Comitiis Noribergenſibus ſub Ottone IV. Imp. a. 1208. celebratis. Exindeque magnam Iuri ſuo auctoritatem conciliare conatur.

*** I. Feud. Alemann. c. CXX. *was an ime argweni iſt das ſeit das Lantrechtbuch wol hievor.* c. CLVIII. *als das Landrechtbuch hievor ſagt.* THOMASIVS *Selectis Feudalibus* §. *LXIII.* CONRINO. *de Or. I. Germ. c. XXX.* Huius accuratam Editionem

tionem vna cum notis eruditis debemus IO. SCHILTERO, cuius Codex Iuris Alemannici Feudalis prodiit *Argentorati* 1697. 4.

§. XVIII.

*Ius Feudale Longobardicum.*

Vtriſque antiquius quidem eſt IVS FEVDALE LONGOBARDICVM, quod nunc COMMVNE adpellamus; Verum, ſerius apud Germanos fuit receptum. Longobardi enim partim iure proprio fuerunt vſi, partim etiam Legibus anteceſſorum. * Collectum igitur hoc Ius Feudale eſt partim ex Conſtitutionibus anterioribus Imperatorum atque Regum Longobardorum, partim ex rerum iudicatarum auctoritate & Reſponſis Prudentum. Primus autem PHILIBERTVS Epiſcopus Carnotenſis, qui ineunte ſeculo XI. vixit, ** de forma fidelitatis quædam conſcripſit. *** Poſtea Itali prudentes, atque inter hos GERHARDVS NIGER atque OBERTVS de ORTO, vtrique Conſules Mediolanenſes, **** quorum vterque temporibus Friderici Barbaroſſæ compilationem Rerum Iudicatarum atque Conſtitutionum Feudalium fecerunt, ſed privata ſaltim auctoritate. *****

* Vide ſupra *cap. V. §. V.*

** De eo GVIL. CAVE *Hiſt. Litter. Script. Eccleſ. p.* 418.

*** C. de forma 18. c. 22. qu. I. *de forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus hæc vobis, quæ ſequuntur, breuiter ex librorum auctoritate notaui.* Ad hoc provocatur II. F. 6. GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XL.*

**** OTTO FRISINGENSIS lib. II. c. XIII. *Aderant etiam Cumanorum ſeu Laudenſium Conſules, de attritionis ſuæ diutina miſeria, lachrymabilem ſuper Mediolanenſium ſuperbia facientes querimoniam, præſentibus duobus conſulibus eiusdem ciuitatis, Oberto de Orto, & Gerardo Nigro. Princeps igitur his de cauſis ſuperiores Italiæ partes aditurus, per Mediolanenſium fines tranſire volens, prædictos Conſules tanquam viæ Duces futuros, & de idoneis tabernaculorum locis diſpoſituros, ſecum retinuit.* Vocatur primus GERHARDVS NIGER CAPAGISTI, quem corrupte Gilardum Capiam MATTHÆVS DE AFFLICTIS *in Rubr. I. F.* 19. vocat, & Girardum Capagiſti PRÆPOSITVS *in Prælud. Feud.* denique Cagapiſti ALVAROTTVS *in dedic.* cognominant, ſicut & *Anton. Mincuccius lib. I. c. I.* appellat GHERARDVM CACAPISTI. Huius ſocius & in conſulatu Mediolanenſi collega fuit Obertus de Orto i. e. Albertus de Horto.

***** Sæpius ad eandem in Legibus Feudorum prouocatur, vtpote II. F. 25. *tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium videlicet* OBERTI *de* ORTO, & GERHARDI CAPAGISTI. *II. F.* 28. 30. 32. 34. 36. 51. §. 5. 6. Obertus de Orto vero adlegatur *II. F.* I. *pr.* 23.

§. XIX.

*Hugolini Collectio.*

Poſtea ſub Friderico II. Imp. HVGOLINVS, ICtus Bononienſis, ex hac compilatione, adiectis Conradi III. & Fridericorum Impp. Conſtitutionibus, atque iis, quæ vſu fori fuerant mutata, vnum

vnum corpus Libris duobus concinnauit, quod ſub titulo decimæ Collationis, Nouellis fuit adiectum; * quæ Friderici II. Imp. auctoritate confecta eſſe videtur & apud Italos recepta. ** Atque iſti Libri duo ſunt Feudorum, quibus hodie vtimur. *Libri duo Feudorum.*

* ODOFREDVS Comment. in Cod. ad Authent. Caſſa de S. S. Eccleſiis ait: *Vt vnum ſciatis, Authenticum quod fuit compoſitum a Iuſtiniano, habet nouem Collationes. Poſtea cum venit Imp. Federicus iunior, miſit has conſtitutiones* (Nouellas Iuſtiniani) *ad ciuitatem* (Bononienſem) *Doctoribus legum, vt aptarent eas ſingulis legibus ſub congruentibus titulis, & ita fecerunt Doctores, dum conuenerunt in S. Petro, quum iſtam aptauerunt ad legem iſtam. Poſtea quid fecerunt? Dom. Hugolinus poſt nonam Collationem poſuit librum feudalem & omnes conſtitutiones Federici antiqui & iunioris & aliquas leges Conradi Imp. & vocatur Decima Collatio, ſed pauci ſunt qui habeant ita ordinate in libris ſuis, ſicut Odofredus.* Refert hæc BALDVS *in Prœmio Feud. n.* 5. atque inde demonſtrat, quod liber hic Feudorum ſit authenticus, ſolennis & ſeruandus. Tandem concludit, inde apparere, quomodo iuſſu Imperatoris fuerit proceſſum, & opus probatum, & ideo, addit, *pertinaces deſinant latrare deinceps.* Hæc SCHILTERO debemus *præf. ad Mineuecium §. IV.* qui addit: *Atque huic Odofredo vtique credendum eſſe iudicat inſignis Io. Antonius Monachus de recta feud. interpr. Cap.* 3. 46. *quia, inquit, quaſi de viſu & de his quæ ſuis temporibus geſta ſint, teſtatur. Cui magis ſubſcribo, quam C. Molinæo ſummo alias ICto, qui ad Conſu. Pariſ. Tit.* 8. *Rubr. n.* 103. *fictum hoc Odofredi commentum arbitratur.* Vixit enim Odofredus circa annum 1250. ſecundum GVIDONEM PANCIROLLVM *de claris Legum Interpretibus lib. II. c. XXXV.*

** Patet hoc ex GOBELINO PERSONA, qui circa medium ſeculi XIV. ſcripſit, dum ait: *item Fridericus II. fecit quendam librum de Feudis.* THEOD. ENGELHVSIVS Chron. p. 1115. *Ipſe leges optimas pro libertate Eccleſiæ contra hæreticos edidit, & librum Feudorum.* Sic etiam PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neap. lib. IV. p.* 183. *librum de vſu feudorum, optimum, & in ſcholis vſitatum conſcribi curauit.* THOMASIVS *Selectis Feudalibus §. LXV.* De hac Collectione ſic loquitur GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XC.* poſtquam de Oberti de Orto collectione dixiſſet: *Hæc ſcripta poſtea Fridericus Iunior Bononiam legum profeſſoribus miſit, vt ea ſub congruis iurium titulis diſponerent. Illi in D. Petri templum conuenientes Cæſaris præcepto paruerunt, ac multa ex iuribus Feudorum variis Codicis titulis inſeruerunt, vt auth. Caſſa C. de ſacr. ſanct. eccleſ. auth. omnes peregrini C. commune de ſucceſſ. auth. item nulla communitas, & auth. item quæcunque communitas & auth. ſtatuimus C. de epiſc. & cler. & alia, quæ poſtea remota fuere. Hugolinus enim Gloſſator a porta Rauennata omnia illa iura, & Corradi primi, ſecundique Friderici leges, quæ extrauagantes dicuntur anno humanæ ſalutis,* 1168. *in vnum collectas, & poſt nouellas, ſeu authenticas collocatas decimam collationem appellauit, velut aliam Authenticorum collationibus adiectam, vt refert Odofredus. Albericus Gentilis de libris Iuris Ciuilis cap. IX. Vndecimam collationem ait Bartolus extrauagantes ad reprimendum, qui ſint rebelles. Quod ſi decimam collationem tu cum Contio feceris earum nouellarum, quæ extra gloſſatas ſunt, & extrauagantes appellabantur, iam erit etiam duodecima collatio in his Feudorum. Attamen iſta nihil.* Et licet ex dictis Scriptoribus nondum

pro certo pateat, hanc Collectionem, qua hodie vtimur, eſſe Friderici II. nulla tamen alia in Scholis vſitata extat.

## §. XX.

*Capitula Extraordinaria.*

Adiecta poſtmodum poſt Titulum LVIII. libri ſecundi fuerunt CAPITVLA EXTRAORDINARIA, ſiue Fragmenta quædam feudalia, ex Conſuetudinibus feudalibus æque collecta, a IO. ARDIZONE & IACOBO ALVAROTTO producta, quæ reſtituit IACOBVS CVIACIVS. Hæc autem prioribus libris non ſtatim fuerunt adiecta, ideoque nec in eadem Gloſſæ fuerunt confectæ, nec vſu fuerunt adprobata, ſecundum vulgare illud: *Quod non adgnoſcit Gloſſa, nec Curia.* Adhibentur tamen iſta ad declaranda Capitula ordinaria non ſatis clara vel ambigua. * Senſim acceſſerunt CONSTITVTIONES Friderici II. Imp. atque aliæ diuerſorum Impp. EXTRAVAGANTES dictæ, in duos titulos diſtinctæ, cum Gloſſis Bartoli, quas nonnulli vndecimam Collationem eſſe dixerunt, & Liber de Pace Conſtantiæ Friderici I. Imperatoris.

*Conſtitutiones Extrauagantes.*

* B. PARENS *S. I. Feud. cap. I. aph. VII. n.* 10. HORNIVS *cap. I. §. XXXIV.*

## §. XXI.

*Vſus Iuris Longobardici.*

Licet autem pro Italis ſaltim conſcripti Libri duo Feudorum, in diuerſa tamen Europæ regna ſenſim ſub nomine Iuris Longobardici, fuerunt introducti. * Factum hoc etiam eſt in Germania, dum Germani, hæc Iura in Italiæ Academiis edocti, Germanicorum vero imperiti, ſenſim iſta in Fora atque Academias Germaniæ introducerent: ** tacito vſu & conſuetudine, ſaluis tamen adhuc Iuribus antiquis, Legibus & Conſuetudinibus patriis, aliisque Conſtitutionibus. *** Hinc, dum ſolo vſu introductum hoc Ius, vocantur VSVS & CONSVETVDINES FEVDORVM, vel quia in commune receptum, IVS FEVDALE COMMVNE. ****

* Huius Iuris auctoritatem defendere conatur ALBERICVS GENTILIS *Diſſ. de libris Iuris cap. IX.* licet ſaltim tanquam Conſuetudines. Sequitur ARTHVRVS DVCK *de vſu & auctor. Iuris Ciuilis lib. I. c. VI.* IOACH. HAGEMEIER *de vſu & auctor. Iuris c. X.* & SCHILTERVS dicta præfatione *§. V.* dum ait: *Ex his iam facile iudicari poteſt, qua auctoritate vel authentia gaudeat ius feudale Longobardicum. Videlicet primo habet auctoritatem rerum iudicatarum partim, partim reſponſorum prudentum, partim, quatenus Conſtitutiones Principum continet, etiam iuris ſcripti ſeu promulgati, denique poſtquam auctoritate publica Collatio decima fuit facta, etiam eandem communem auctoritatem adepta, quam obtinuit totum Ius Iuſtinianeum in Orbe Europæo, ſaluis ſcilicet Legibus & Conſuetudinibus cuiusuis regni atque Reip.*

** Vide ſupra *c. VI. §. XXXIX.*

*** Ipſe

*** Ipſe OBERTVS hoc innuit, dum ad Anſelmum filium ſuum *II. F. I.* ſic ſcribit: *Cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, alia dirimuntur iure Romano: alia vero legibus Longobardorum, alia autem ſecundum regni conſuetudinem, qua quanquam ſint varia, & quanquam ſecundum diuerſorum locorum aut curiarum mores ſint diuerſa, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facile comprehendi: vſum tamen feudi qui in noſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt, exponere tibi neceſſarium duxi.* Ex hoc etiam patet, iſtam Collectionem pro Italis ſaltim, immo Mediolanenſibus fuiſſe factam. Idem adſerit ARTHVRVS DVCK *lib. I. c. VI. §. VI.*

**** B. PARENS *Synt. I. Feud. cap. I. aph. VII.* Licet Vſum huius Iuris Feudalis pro dubio admodum & ambiguo habeat Dnus LVDEWIG *in præfatione Tractatus de Iure Clientelari Germanorum*, qua potiſſimum de Fatis Germaniæ Feudorum agit *§. VII.*

## §. XXII.

Inſecutæ fuerunt GLOSSÆ IVRIS FEVDALIS. Has varii ſuſceperunt, BVLGARVS, PYLÆVS, VGOLINVS, VINCENTIVS, aliique. * Sed horum omnium curas ſuperauit IACOBVS COLVMBINVS, & poſt eum, teſte Iaſone, nemo Gloſſas in Feuda ſcribere tentauit. ** Hunc circa finem ſeculi XIII. excepit IACOBVS de ARDIZONE, qui eandem Gloſſam non ſolum edidit, ſed etiam nouam addidit Compilationem rerum iudicatarum feudalium, quæ Capitula extraordinaria ab ipſo adpellantur & recentioribus quibusdam editionibus Corporis Iuris fuerunt inſertæ. ***

*Gloſſa Iuris Feudalis.*

* DVCK *de vſu & auctor. Iuris lib. I. c. IV. §. XIII.* De his Gloſſatoribus atque Commentatoribus Iuris Feudalis ſic loquitur GVIDO PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect.* lib. I. c. XC. *Feudorum volumen multi ſunt interpretati, aut materiam in compendium, quod ſummam vocarunt, redigendo, aut gloſſas, maioraue Commentaria edendo. Gloſſas primi Bulgarus, Pyleus, Vgolinus, Corradinus, Simon Vincentii, & Iacobus Gofredi filius ſcripſerunt. Sed vltimus Iacobus Columbinus municipalis meus Regienſis adeo accurate explicuit, vt poſt eum nullus in hoc opus gloſſas ſcribere auſus fuerit vt auctor eſt Iaſon. Summas autem Feudorum hi compoſuerunt, primus Pyleus, cuius opus Iacobus Columbinus locupletauit, Ioannes Faſoli Piſanus, Odofredus, Rolandinus, Ioannes Blanaſcus, Ioannes Blantus, Gofredus, Ioannes Lector, Martinus Syllimani, Iacobus de Arena, Iacobus de Rauanis, Hoſtienſis, qui fere idem, quod Pyleus ſcripſit, Petrus Queſſueal, & Iacobus Ardicioni de Broilo Veronenſis. Ampliora vero Commentaria in Feuda ediderunt, primo Iacobus de Beluiſio, Andreas de Iſernia vtilitate magis, quam ordine laudandus, & Baldus, cum annis quadraginta ſeptem ius ciuile profeſſus fuiſſet, Iacobus Aluarotus Patauinus, & Præpoſitus Alexandrinus Aluaroti compilator. Matthæus Afflictus Neapolitanus, Iacobinus de Sancto Georgio, & Franciſcus Curtius iunior. Inter Gloſſatores primum locum Iacobus Colombinus tenet, inter Summiſtas Iacobus Ardicioni, inter antiquos Interpretes Iacobus a Beluiſio, & hodie Iacobus Aluarotus. Denique Ioannes Baptiſta Caccialupus titulum de cognitione feudi explicuit, Poſtremo Iaſon nonnullis euidentialibus præmiſſis primum titulum tantum eſt interpretatus. Superioribus vero annis nobilem de Feudis tractatum Vdalricus Zaſius compoſuit,*

*Claudius Aquenſis, Petrus Rebuffus, & alii de hac materia ſcripſerunt. Nouiſſime Iacobus Cuiacius nobili commentario Feudorum contextum interpretatus ſtyli candore cæteros ſuperauit.*

** IASON Prælud. Feud: *ſuper hoc opere feudorum plerique antiquorum gloſſas ſcripſerunt, ſed cæteris plenius Iac. Columb. de Regio gloſſas plenas & vtiles adiecit, quas noſtris cordibus inſcriptas vel hodie inſculptas habemus, & illis vtimur.* De hoc GVIDO PANCIROLLVS de Claris Legum Interpretibus lib. II. c. XXXI. *Poſt Accurſium inter eos, qui Ius ciuile interpretati ſunt, maximum nomen adeptus eſt Iacobus Columbinus Regienſis, qui poſt Bulgarum, & Pyleum præclaras, & aliis, quæ ante ſcripta erant, luculentiores gloſſas in feuda tanta eruditione compoſuit, vt poſt eum nullus ad id opus alias addere auſus fuerit, & ſicut Accurſius anteriorum gloſſemata perfecit, ita & Iacobus veterum ſcholia, quæ in feuda edita fuerant, emendata mirifice locupletauit; magni nominis vir fuit, & ante Odofredum ſcripſit, & ſummam feudorum a Pyleo ante compoſitam plenius reformauit. Eius mortis dies, & Cinerum locus neſcitur.* Vocatum eum alias quoque IAC. GVFREDI ex Gloſſa noua ad Rubr. I. F. 7. patet. Vid. SCHILTER *d. præf. §. VI.*

*** De auctore GVIDO PANCIROLLVS *lib. II. c. XXXII.* De opere vero SCHILTERVS §. VII. *Circa A. C. 1300. Iacobus de Ardizone filius Domini de Ardizone de Broilo, Veronenſis & Azonis atque Hugolini auditor, vt ipſe de ſe profitetur cap. I. ſumma feudalis, hanc ipſam edidit vna cum noua compilatione rerum iudicatarum feudalium, quam capiti CXLIX. inſeruit, quæ Capitula extraordinaria ab ipſo appellantur, quæ Aluarottus & deinde etiam Cuiacius receperunt, & recentiores editores Corpori quoque inſeruerunt. Hæc etſi in foro non ſunt eiusdem auctoritatis, vt Compilatio prior Hugolini, quippe auctoritate Collationis decimæ deſtituta, tamen ſua vtilitate, atque rerum iudicatarum, & quam reſponſa prudentum obtinent, auctoritate non caret. Vnde & Bitſchius noſter in 2. F. 26. §. 4. ait: non temere vel autoritas his capitulis deneganda, vel diſcrepantia eorum cum capitulis ordinariis ſtatuenda eſt. per ea quæ tradunt Cuiac. I. F. 73. & H. Piſt. 2. Qu. 13. 59. Imo Io. Fr. Rhetius, IC. illuſtris Procem. Comm. in I. Feud. n. 75. non dubitat, quin temporis decurſu cum ordinariis idem plane robur nanciſcantur. Cum iamtum ad declaranda ordinaria, quoniam ex iisdem Longobardorum moribus magnam partem oriunda, nec exiguum æquitatis præ ſe ferant, adhibeantur.*

## §. XXIII.

*Antonii Mincuccii Collectio Feudalis.*

Cum autem multa in his Vſibus vel male reperirentur ordinata, vel minus recte dicta viderentur, vel etiam ab aliis Reformatio deſideraretur, * primus hanc operam ſuſcepit ANTONIVS MERICVTIVS, prout eum Ericus Mauritius vocat, ſiue potius MINCVCCIVS de PRATO VETERI, ICtus Bononienſis, ** qui iuſſu Sigismundi Imp. *** Libros Feudorum ab a. 1428. ad a. 1431. in melius diſpoſuit, atque in VI. Libros digeſſit, **** Vniuerſitatique Bononienſi obtulit, vt iſta hanc collectionem Sigismundo Imp. ad confirmationem offerret, ***** quam tamen factam eſſe, non conſtat. Cum autem non ab omnibus acceptaretur iſta Digeſtio, denuo

denuo eiusdem confirmationem a Friderico III. Imp. petiit, eandemque obtinuit. ****** Inde etiam hi libri in Academia Bononienſi publice prælecti. Licet auctoritatem publicam nunquam fuerint adepti. Hos primum ex MSCto Codice edere voluit Gregorius Haloander. ******* Inde eiusmodi Codicem nactus Ericus Mauritius, qui tamen vt eundem ederet, induci non potuit, † vsque dum Io. Schilterus eundem ex Codice Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis cum doctis ederet animaduerſionibus †† licet Eruditorum expectationi ††† minus ſatisfecerit.

* Facit in rem SCHILTERVS §. VIII. *poſtea quum, vt reliqui iuris Iuſtinianei libri, ſic & hi feudales commentatorum plauſtris cingerentur & ferme obruerentur, inventi etiam obtrectatores fuerunt, qui ordinem materiarum in iis obſeruatum, vel neglectum potius, carperent, imo quadam beſtialiter ibi conſtituta, bonas & malas conſuetudines fuiſſe cumulatas, Obertumque & Gerardum fuiſſe duo pecora*, & quæ alia ſunt conuitia. Licet ANTONIVS MONACHVS *de recta feudorum interpretatione cap. III. XLIII. ſqq.* & cum eo SCHILTERVS Compilatores defendant, eisque potius gratias eſſe agendas putent, quod Fragmenta hinc inde ſparſa collegerint.

** M. MANTVA de illuſtribus ICtis: *Antonius a Prato veteri Bononienſis praeceptorem habuit Florianum a S. Petro, vt ipſe in Vol. Conſil. Alex. teſtatur, 4. n. 131. incip. Vere in fi. Docuit Bononia & Senis, temporibus S. Bernardini, quod adhuc ipſe refert eodem libro Conſil. XLV. incip. Paucis vtar. qui ſanctus poſtea fuit canonizatus a Nicolao IV. Pontifice anno Iubilai* 1446. *Repertorium inſuper ad Bartolum compoſuit, & ad Baldum non impreſſum, quod ego habeo manuſcriptum. Aliqui dicunt, quod hic (Patauii) quoque legit, quodque collegam habuit Paul. Caſtrenſem.* Eiusdem MINVTII mentionem quoque, ſed confuſam facit GVIDO PANCIROLLVS Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XC. *Sed quoniam nonnulla Rubrica incongruo ordine collocata fuerunt, nec nigro reſpondebant, Antonius a Prato Veteri Bononienſis, nullo ex ſuo addito, ſed multis ſuperfluis reciſis, Feudorum volumen reformauit, & in breue compendium redegit, in ſeptemque principales partes & 27. titulos digeſſit. Librum ſibi oblatum Fridericus Caeſar comprobauit, & publice explicari iuſſit.*

*** Patet hoc ex præfatione libri primi: *In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Sigismundi Sacratiſſimi Principis & ſemper Auguſti, iuris enucleati ex omni veteri feudorum iure collecti noua feudorum ordinatione Antonii Mincuccii de Prato Veteri de Feudis liber Primus feliciter incipit ad almam Vniuerſitatem Bononienſem iuris vtriusque Scolarium.*

**** Patet hoc ex Rubrica ante initium Libri Primi: *In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Domini Friderici, Conradi, Lotharii, ſacratiſſimorum Principum, iuris enucleati ex omni veteri conſuetudinario iure collecti noua feudorum ſexpartita ordinatio, per Antonium Mincuccium de Prato Veteri.* Et ex Epilogo: *Explicit decima Collatio ſexpartita per me Antonium Mincuccium de Prato Veteri, legum doctorem, dum legerem Bononia anno Domini M. CCCC. XXVIII. die primo menſis Martii, & nunc correcta anno XXXI. die VIII. Maii. Legentur Florentia de ſero iura ciuilia.* Et in alio Epilogo, quem gloſſæ ſubiecit p. 316. *Explicit apparatus Iacobi Columbini ſuper vſibus Feudorum, translatus & redactus cum Rubricis debitis ſine mutatione verbo-*

 *rum,*

Digitized by Google

*rum, & effectus per me, Antonium Mincuccium de Prato Veteri, minimum Legum doctorem, legentem Florentiæ Iura ciuilia de ſero. Compleeum die XXII. Menſis Auguſti M. CCCC. XXXI. ad laudem omnipotentis DEI, Eius Matris Virginis Mariæ, Vtriusque Antonii & Romualdi, patronorum meorum, totiusque Curiæ triumphantis, & ad honorem Paduani ſtudii, Vbi legens a pluribus Scholaribus hortatus fui, Vt hoc opus reducerem, Vt eius cuius incognita erat doctrina propter ineptam compilationem clarior luce meridiana ſit cuique intuenti eius merita. Nec dubito, Voces quorundam doctorellorum huic rei in maledicendo continuas eſſe: cum detrectare conſueuerint nouiter inuenta, quoniam eis omnia antiqua ſunt prorſus incognita. Vereantur ergo DEI Vltionem, & cognoſcant ſe ipſos in eorum ignorantia, quia ſapientis Viri & litteras ſcientis abrogare, Virtuoſis non eſt, ſed laudare. &c. Scriptum XIII. menſis Aprilis M. CCCC. XLII. &c. &c.*

***** Patet hoc non ſolum ex dicta Rubrica præfationis, ſed etiam ex ipſa præfatione ad ſcholares Bononienſes directa *p.* 6. quam tali modo concludit: *Hæcque ita inſtituta Vobis Scolaribus Vtriusque Vniuerſitatis Iuriſtarum Bononienſium publicanda inſtitui, Vniuerſitatem Veſtram ac ſingulos humiliter ſupplicando, quatenus ea, prompto affectu ſuſcipiatur & ſtudio alacri, ſic hic Vobis manifeſtatis & cognitis, ſi quid in hic minus quam bene poſitum ac relatum inueneritis, ad ſacratiſſimum Principem Sigismundum, Romanorum Imperatorem, corrigendum & debito loco ponendum, eaque ita poſita & correcta Imperiali auctoritate eo ordine confirmanda, quo inſtitui, & confirmata in Scholis legi, ſedula prece Velitis inſiſtere, cum id ſolum ex Veteri Vſu mutare auſus ſim, quod ordo ſcripturæ dictabat, gloſſisque antiquis Iacobi Columbini & Pillei ad ordinem literæ redactis in priſtina auctoritate non maiori remanſuris.* Non tamen conſtat, Sigismundum Imp. hanc collectionem confirmaſſe, quod etiam HORNIVS *cap. I. §. XXVIII.* plane denegat.

****** Prouocat MAVRITIVS de Libris Iuris Communis *§. XXV.* ad Antonii Epiſtolam ad Fridericum III. directam, quæ ipſius MSCto adiecta, qua hæc habentur: *In Pluteolum me nonnunquam contuli, ac optimos ac fidiſſimos amicos Iuris Conſultorum Vetuſtiſſimorum codices conſulens, ac ingenioli mei imbecillitate fretus, opuſculum hoc edidi & deuoui, tuo Clementiſſimo Nomini, voluique prius in apertum prodiret, quam a te Viſum & perlectum ſit, correctum & emendatum, & tua Sacra Maieſtatis autoritate confirmatum, poſſit in publicam lectionem deuenire. Nec mihi illud arrogo neminem potuiſſe perfectius & elimatius hoc honore fungi, ſed arbitror non eſſe penitus indignum laude ſtudioſiſſimum laborem meum, & lucubratam induſtriam dirigendi ac enucleandi, quæ prius de Feudis iura indiſtincta & indigeſta pleriſque grauibus Viris Videri poterant. Reliquum erit Sereniſſime Princeps, & huic Clariſſimæ Vrbi, & huius excellenti magiſtratui, & huic almæ Vniuerſitati, mihique eius filio, Tuæ autem Maieſtatis fideliſſimo Seruitori, æque afficiatur Clementia tua, ac illis affici ſolet, qui Virtute, bonis artibus, egregiis diſciplinis, atque gloriæ cupiditate cum cæteris omnibus aſſidue contendunt.* IO. FRIDERICVS RHETIVS equidem in Proœmio Conſuetud. Feudal. *n.* 19. impugnare conatur, Fridericum III. nunquam hanc collectionem adprobaſſe, alias iſta non tam neglecta fuiſſet. Verum adprobaſſe hunc Librum Fridericum III. Imp. teſtatur IASON *in Præludiis Feudorum* ſcribens: *ætate noſtra præſtantiſſimus ICtus Dom. Antonius de Prato Veteri, Doctor Bononienſis reformauit iſtum librum Feudorum, nullo addito ex priori compilatione, quam habemus, ſed ordine Variato & ſcriptura*

multi-

*multipliciter obtruncata & redacta ad breuiſſimum compendium: quod diuidit in VII. partes principales & facit VII. & XX. rubricas. Et ipſe atteſtatur quod librum ſuum deſtinauit Sereniſſimo præſenti Imperatori Federico, & ab eo fuit approbatum, & mandatum quod in publicis ſtudiis legeretur.* Confirmat hoc IO. CVSPINIANVS *Hiſtoria Friderici III. p. 41 I.* ſcribens: *Iuriſperitos mediocriter dilexit, quod iuris æquitatem diceret ab iis inuerti, iuſtitiamque fœdari: ob id librum de Vſibus Feudorum nouum fieri iuſſit, qui extat apud Pyladem meum Gabrielem Eubolium Iureconſ. peritiſſimum. In quo rubricas omnes in antiquis confuſas, in pulchram ſeriem miro ordine reduxit, de feudisque plene tractauit. Id opus Beſſarione Cardinale atque Angelo Reatino approbantibus Antonius de veteri prato Bononienſ. Iureconſ. congeſſit Friderico præcipiente.* IACOBVS SPIGELIVS in Catalogo Imperatorum: *Fridericus III. Auſtriacus, vt Haloander indicat, Feudorum conſuetudines, quas Veteres appellare ſolebant iura militarium, & Imperator nominat στρατείας ad preces Bononienſis Collegii confirmauit. Non dubio procul iam haberemus eas ordini ſuo reſtitutas, nimirum quo Principi per tam celebre Collegium fuerunt exhibitæ, ſi per inuidiam fati licuiſſet, ne quid grauius dicam de immatura morte Haloandri noſtri.* MELCHIOR GOLDASTVS *Præfatione Tomi primi Statutor. & Reſcript. Imper. Quis impediuit, quo minus Feudorum conſuetudines a Friderico III. ad preces Bononienſis Collegii confirmatæ, in Academiis locum inuenerint, & authentica facta ſint, niſi Papa? Quas tamen iam in Germania, ſi Deus laudatiſſimum Imp. Maximilianum I. diutius in regimine Imperii Romani eſſe fuiſſet, Papa quantumcunque fulminante, Corpori iuris inſertas haberemus. Et quamuis poſtea vir clariſſimus, Greg. Haloander id in effectum deducere vehementer laborauit, tamen id omne apud peregrinos Conſiliarios iuuenis Cæſaris Caroli, propter exortum diſſidium religionis, fruſtra fuit: donec tandem liber ille prorſus in inimicas manus inciderit & interuerſus fuerit.* Vid. HORNIVS *I. Feudali cap. I. §. XXIX.*

******* Sic enim ipſe HALOANDER in epiſt. nuncup. Nouellarum & Feudorum: *Animus erat in finem adiicere Feudorum conſuetudines, quas veteres appellare ſolebant Iura Militarium, & Imperator nominat στρατείας, eo videlicet ordine, quo patrum memoria ad preces Bononienſis Collegii confirmatæ fuerunt a D. Friderico Imp. ſed excluſi anguſtia temporis cogitata omnia ad effectum deducere non potuimus.*

† Primum quidem animum fuiſſe MAVRITIO, hunc ſcriptorem edendi, ipſe teſtatur §. XXIV. dicens: *aſt bono fato factum eſt, vt quem tantopere deſiderant, & perditum omnino eſſe exiſtimant celebres Iuris Conſulti, is dum Tubingæ feuda docerem, manuſcriptus at membranaceus, optimæ notæ, at inauratus, munere Auditoris, qui illum ex hæreditate paterna creuerat, mei Iuris facti ſit. At debebitur fortaſſis aliquando Academiæ noſtræ Chilonienſi laus reſtitui hac ex parte*, IVRIS FEVDALIS, *vbi otii tantum erit a negotiis, quod editioni, & Commentariis in illam noſtris, ſufficiat. Interim monemus, ICtum Bononienſem auctorem collectionis huius (cuius integrum nomen nemo hactenus edidit) eſſe Antonium Mericutium, quomodo ſe in Epiſtola ad Fridericum Imp. ipſe appellat. In annotatione tamen Capitulorum paullo poſt, vt videtur, ſcripta, & ipſa tamen adhuc membranacea, vocatur Antonius Mericutius de Prato veteri Doctor Bononienſis.* Ipſum tamen poſtea ad edendum induci haut potuiſſe teſtatur IO. NIC. HERTIVS in Præfatione, Opuſculis MAVRITII præmiſſa: *Quod ſi & illud adiicere licebit, in ſupellectile eius libraria repertus Antonii Mericutii de feudis Codex, ſiue, vt titulus fert, Noua Collectio Bononienſis, cuius vnicum Manuſcriptum*

*ptum exemplum in membranis pulcherrime deſcriptum, velut pretioſiſſimum theſaurum, in libris ſuis numerabat, quemque toties ab eo docti & præcipue amici, publico vt donaret, expetebant, neque tamen vt faceret, precibus illis rationibusque potuit adduci, identidem obtendens, ne amplius, credo, vrgeretur Morhofio donatum, qui poſt mortem ſuam in lucem eſſet editurus.* Rationem hanc reddit THOMASIVS Selectis Feudalibus §. LXVII. *quod videret librum ipſum non reſpondere expectationi, quam de eodem conceperant ICti.* Potior mihi videtur illa, quæ in præfatione, Poſitionibus ipſius Feudalibus præmiſſa, adlegatur: *De editione Mericutii omitto aliquid addere iis, quæ ipſe in Diſſertatione de libris iuris communis legi voluit, niſi quod ſufficer nondum editi operis illam eſſe cauſam, quod Commentario veſtitum, quam nudum, in luminis auras prodire maluerit; quæ res tamen otium deſiderat, quo non abundare Illuſtres Cameræ Imperialis Aſſeſſores, omnes facile intelligunt.* Idque tanto magis, quod ipſe Mauritius huic Mericutio, prout eum adpellat, multam omnino tribuat vtilitatem, dum de Libris Iuris Communis §. *XXV.* ſic loquatur: *Liquet hinc, etiam melioribus Codicibus, quam alii, vſum fuiſſe Antonium Mericutium, vt non ſola Methodo & diligentia; ſed & aliunde commendari mereatur, & adhiberi vtiliter poſſit emendandis libris Feudorum, qui hactenus in Corpore Iuris leguntur, qui nimis ſæpe, etiam ſecundum editionem Gothofredi a manuſcriptis libris ac editionibus tribus Feudorum antiquiſſimis, vna qua nec annum quo typis edita eſt, additum habet, altera Baſilienſi anno* 1478. *tertia Veneta Baptiſtæ de Tortis anni* 1497. (*quod conferendo notauimus*) *interdum in magni momenti negotiis diſcedunt.*

†† Extat Codici Iuris Feudalis Alemannici ſubiectus, *Argentorati* 1695. 4.

††† Auide expetitam fuiſſe Mincuccii editionem, non ſolum ea, quæ de Erico Mauritio adduximus, nos docent, ſed etiam Scriptores quidam antiquiores. Sic enim FRANCISCVS HOTTOMANNVS præf. Comment. in libros Feudorum: *Optandum eſſet, vt eam feudalis iuris deſcriptionem haberemus, quam Iohannes Cuſpinianus ſcribit Imp. Fridericum III. faciendam curaſſe.* CONRADVS RITTERSHVSIVS Procemio Partitionum Feudalium: *Hic liber ſi extaret, præſertim publica auctoritate Imperii confirmatus, magna moleſtia nos liberaret, & vulgatos hoſce libros de vſibus Feudorum tanquam non ſcriptos abolere poſſet,*

*Extinguit ſtellas exortus vt æthereus Sol,*

*vt canit Lucretius. Sed ille, quod mireris, veluti quidam fœtus abortiuus lucem hactenus non adſpexit; quamuis valde veriſimile ſit, alicubi in bibliothecis vel publicis vel priuatis eum adhuc latere; vnde ſperare liceat, aliquando ab indagatoribus rerum vetuſtate deperditarum prolatum iri: nec dubito, quin huc multum conferre poſſit Cl. Vir Hugo Blotius IC. Sac. Cæſ. Mai. Bibliothecarius, quem, vt id faceret pro noſtra veteri notitia rogaui. Sequitur eundem* IOACH. HAGEMEIERVS *de author. Iur. Ciu. c. X.* Plura de eodem loca collegit MAVRITIVS §. *XXIV.* & SCHILTERVS.

## §. XXIV.

*Bartholomæi Baraterii Reformatio Feudorum.*

Circa eadem tempora, ſola, vt videtur, æmulatione motus, BARTHOLOMÆVS BARATERIVS, ICtus Placentinus, integrum Feudorum textum in meliorem ordinem digeſſit, eundem auxit, Capitula extraordinaria, atque alia Fragmenta feudalia ſuis titulis inſeruit.

fuit. Hunc libellum Feudorum reformatum Philippo Mariæ, Duci Mediolanenſi obtulit, qui eum per Doctores quosdam examinatum adprobauit, atque Vniuerſitati ſuæ Papienſi commendauit, neque tamen vſu fuit receptus. * Eundem Feudorum librum reformatum primus edidit Nicolaus Rigaltius, poſtea ex Codice Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, Io. Schilterus. **

* De eo IASON in præludiis Feudorum: *Item conſummatiſſimus Vtriusque cenſura Doctor Dom. Barthol. Baraterius de Placentia qui in hac alma Vniuerſitate* (Ticinenſi) *& Ferrarienſi Vtriusque Principis Ducalis Senator multos annos in Vtroque iure publice legit: & præſentem librum feudalem aliter reformauit & reduxit in breuiſſimum opuſculum, donatum illuſtriſſimo felicis recordationis principi Duci Philippo Mariæ & eſt in Bibliotheca Principis in arca caſtri Ticinenſis collocatum.* SCHILTERVS *præf. §. XII.*

** Hunc ipſum authenticum Codicem cum Bibliotheca tota Ticinenſi Ludouicus XII. Rex Franciæ iure belli in Galliam tranſtulit, cumque primum ex Bibliotheca Regis Lutetiæ Pariſiorum edidit Nicolaus Rigaltius *a.* 1612. recuſum *Pariſiis* 1641. 4. Factum autem hoc poſt mortem GVIDONIS PANCIROLLI, qui *Theſ. Var. Lect. lib. I. c. XC.* poſtremo: *Bartholomæus Baraterius Placentinus qui Ducis Mediolani, & Ferrariæ Senator diu publice docuerat quemadmodum in Vetuſtis Chronicis legitur, eundem librum in breuius compendium redegit, & Philippo Duci Mediolani donauit in cuius bibliotheca ſeruatus ſed nunquam in lucem editus fuit.*

## §. XXV.

Nouam demum Iuris Feudalis Collectionem fecit IACOBVS CVIACIVS, de Feudis Libros Quinque, mutato ordine componens: quorum primus eſt Gerardi Nigri, Secundus & Tertius Oberti de Orto; Quartus ex variis & incertis auctoribus antiquis collectus, continens Capitula extraordinaria. Quintus Imperatorum Conſtitutiones, quæ ad Feuda pertinent, quibus etiam Auream Bullam adiecit, complectitur, ſed, licet iſti ſatis fuerint ordinati, nec iſta Collectio tamen publica auctoritate fuit recepta. * *Iacobi Cuiacii Collectio.*

* Prodiit *Coloniæ* 1588. 8. ALBERICVS GENTILIS de Libris Iuris Ciuilis cap. IX. *Ipſum opus Feudorum alii diuidebant in libros tres, alii Vno tantum libro habuiſſe Videntur, ſed communiter partiuntur in duos. Et hos duos ita retinet Hotomannus, atque tertium adiungit. Cuiacius facit libros quinque, & turbat omnia.*

## §. XXVI.

Quod autem ſuus adhuc honos manſerit Libris duobus Feudalibus, atque dictæ collectiones nec in ſcholis nec in foro fuerint receptæ, hæc ſubeſſe videtur ratio, quod Iure Conſulti prioribus iamdum adſueti, textum cum gloſſa iamdum adlegare ſolebant, quam noua hac methodo turbare nolebant. Accedit & hoc, quod *Libri duo Feudorum cur fuerint retenti.*



Digitized by Google

iſti Feudorum Libri Iuri Iuſtinianeo fuerant adnexi, quod auctoritatem adeptum fuerat omnimodam. *

* Teſtatur de eo IASON Prælud. Feud. *Ego autem conſidero, quod renouare præſentem librum, eſſet confundere gloſſam vtriusque iuris, quod vtriusque cenſuræ Doctores, qui allegant iſtum librum ſecundum formam & ordinem, quem habemus, & illum ſequendum duxi, & nouiter commentandum, non intendens aliud attingere, niſi quod ſit materia feudorum.* Eadem comprobat SCHILTERVS *Præf. ad Minuccium §. XV.* HORNIVS *cap. I. §. XXIX.*

## §. XXVII.

*Das Mann-Recht quid?*

Moribus Germaniæ obtinebat olim *das Mann-Recht*, ſiue *Mann-Lehnrecht*, quo denotabatur Feudale Iudicium ex Paribus Curiæ conſtans, ad examinandas cauſſas inter Dominum & Vaſallum controuerſas. * Hoc tamen, introductis ſummis Imperii Iudiciis plane fuit ſublatum, niſi quod Forum Auſtregarum aliquam huius Iudicii ſpeciem repræſentet.

* I. F. 10. ſic exprimitur: *ſi contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi, per pares curiæ dirimatur.* Idem repetitur *II. F.* 39. Proceſſum huius Iudicii apud Saxones tali modo deſcribit SAECHSISCH LEHNRECHT *art. LXV.* & LANDRECHT Gl. lib. III. art. LXXVIII. *Hier haſt du, daſs ein Mann ſeinen Herrn nirgends anderſt verklagen mag, als vor ſeinen Mannen, vermeinen, ob ſie umb Lehngut zu baddern hatten.* Et poſtea: *Aber um andere Sachen ſoll man ihn vor dem Landrichter beklagen.* Exemplum talis Iudicii in cauſa Ottonis Comitis de Rittberg contra Philippum Haſſiæ Landgrauium adducit LVDEWIG *de Foro Subfeudorum Imperii App. Monum. lit. O.* Vid. Dnus LVDOVICI *Einleitung zum Lehns-Proceſs cap. I.*

## §. XXVIII.

*Ius Longobardicum Feudale quando apud Germanos introductum.*

Diſputatur adhuc, quo tempore Ius Feudale Longobardicum fuerit receptum. * Certa equidem ætas definiri haut poteſt, hoc tamen ex decretis ſeculi XIII. feudalibus patet, illo tempore Ius Longobardicum nondum fuiſſe introductum. ** Ineunte ſeculo XV. autem ſub Ruperto Imp. vſum eiusdem fuiſſe apud Germanos, ita, vt ad illud in Actis Iudicialibus ſæpius prouocaretur. *** Factum illud per ICtos, qui in Italiæ Academiis aliter non edocti, idem Ius in Fora atque Academias introduxerunt, eadem ratione, prout de Iure Iuſtinianeo factum hoc eſſe iam ante notauimus. **** Licet etiam iſta ætate ſecundum Ius Teutonicum ſæpius adhuc fuerit pronuntiatum. *****

* Dnus HORNIVS equidem *Iurisprudentia Feudali cap. I. §. XXVII.* autumat, eo tempore, cum ſeculo XIII. ab Hugolino adiectus fuerit liber feudalis, ſimul cum eo in Germaniam tranſiiſſe, maxime cum etiam Gloſſator Iuris Saxonici

lib.

lib. III. art. LXV. ad illud prouocet, qui ſeculo XIV. adulto vixiſſe videatur. Verum, licet Ius Ciuile æque ac Feudale ſeculo XIII. apud Germanos non ignota fuerint, nondum tamen iſta fuerunt recepta, vt ad eadem in decidendis controuerſiis fuerit prouocatum, quod demum ſeculo XV. factum eſſe videtur, quod etiam HERTIVS magis confirmat de *Conſult. Legibus & Iudiciis in ſpecialibus Rom. Germ. Imperii Rebuspubl. §. XIV.*

** CHRIST. BROWERVS Ann. Treuir. lib. XVI. ad a. 1276. p. 163. *Archiepiſcopus Henricus quadam de iure feudorum referri decernique cupiens, exquirere Principum ibi ſententias ingreditur; relatione vero ipſius iuſſu, a nobilitatis eximia viro, Bernardo de Hagritia facta, quæſitum quid iuris ſequendum, vbi beneficiarius, agens intra prouinciæ ſua limites dum poſſit & nihil obſtet, feudi dominum non adit, neque eum beneficii authorem, intra annum agnoſcit, aut feudum ab eo, vt moris eſt, non requirit. Reſponſum; Legis ipſius, atque Principum decreto liquere, iterumque ſanciri, feudum eiusmodi clienti ad vnum annum, ſine vllo tamen rei ſumma detrimento, eripiendum, atque interea temporis, ni recuperare ſtudeat, beneficio atque honore clientum exui poſſe. Hæc vero decreta in tabulas relata, atque Henrico archiepiſcopo, anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, regni Rudolphi tertio, ipſo ſanciente Rege, tradita.* Lex autem iſta, ad quam prouocatur, habetur Iure Feudali Alemannico *c. XV.* Dnus LVDEWIG tamen in præfatione ſua Iuri Clientelari Germanorum præmiſſa §. VIII. adſerit: *Loca habeo in plena fidei diplomatibus, quod ſub exitum duodecimi ſeculi quadam ſacra collegia querelas mouerint de inſolentia ſuorum miniſterialium, qui ſe nouo libro tueri velint appellato vſus feudorum, in vernaculo* DAS LEHRECHT. Ex eiusmodi autem Diplomatibus omnino patet, tueri equidem tunc miniſteriales ſe cœpiſſe Iure Longobardico, non vero quod illud ſtatim fuerit introductum.

*** Exhibet SCHILTERVS *Comm. ad Ius Feud. Alemann. c. XL. p.* 228. Litteras legitimationis Gerlaci Grans a Ruperto Imp. an. 1408. datis, in quibus: *Et inſuper feudorum mediocrium te reddimus capacem, quæ de voluntate dominorum a quibus deriuantur poteris obtinere, non obſtantibus legibus, ſtatutis, conſtitutionibus, obſeruantiis,* CONSVETVDINIBVS FEVDORVM, *vſibus ſcriptis & non ſcriptis, & præſertim Capitulo Naturales in Rubrica: ſi de feudo controuerſia fuerit, collatione X. in libro feudorum, aliisque iuribus generalibus prouincialibus aut municipalibus quibusc.* Et in alio diplomate Rudolphi von Zeiſſenheim liberis conceſſo p. 228: *Sunderlich ſal In nit ſchaden das Geſetze und Gewonheit in Keyſerlichen Lehenrechten begriffen in den Capitel das anſahet Naturales in der Rubricken ob umb Lehn Zweitracht were, noch kein ander Geſetze in Keiſerlichen Lehenrechten oder anderswo begriffen.* Facit huc etiam Sententia Sigismundi Imp. in cauſſa Ducatus Sleſuicenſis, quod Feudum ſit Daniæ, in fauorem Erici, Danorum Regis lata apud IO. ISAACIVM PONTANVM Hiſt. Dan. lib IX. p. 557: *Dudum equidem nonnulli Diui Imperatores Romani, circumſpectione prouida, & prouidentia circumſpecta, certis caſibus exprimendo, ſalubriter decreuerunt & ſtatuerunt, in quibus feudum amittitur, inter quos ſpecialiter tangantur, caſus infra ſcripti, videlicet: Si Vaſallus alienet totum feudum ſuum, vel maiorem partem domino inſcio & irrequiſito, quoad illam partem alienatam, cadit a iure feudali, & perdit feudum, & dominus feudi poteſt de iure, & debet illud a quolibet poſſeſſore ſeu defenſore illicito repetere, & reuocare, & tanquam ſuum proprium apprehendere & tenere. Item, ſi Vaſallus infra annum & diem, inueſtituram feudi a domino, vel ab hæredibus eiusdem domini feudi, non petierit, vel domino*

*mino feudi requirente, ab huiuſmodi Vaſallo iuramentum fidelitatis, & tertio commonitus illud non præſtiterit, aut aliquam feloniam contra tenorem iuramenti fidelitatis fecerit, perdit feudum, & reuertitur ad dominum, & præſertim, ſi Vaſallus contra dominum feudi commiſerit Crimen læſæ Maieſtatis.* Hæc autem ſingula in Vſibus Feudorum fuerunt decreta.

**** *Cap. V. §. XI. & XXXIX.* Idem adſerit SCHILTERVS *de Inueſtitura ſimultanea Principum* qui Cap. III. *p.* 531. addit: *Etſi itaque iam tum recipi in foro & curiis cœperit ius feudale Longobardicum, certum tamen eſt, non alia ratione id factum, quam quomodo totum Ius Iuſtinianeum ipſum. At vero conſtat non ex aſſe id factum, neque ita, vt ius commune patrium, quod tot ſeculis iam tum viguerat, per id obliteraretur & aboleretur, ſed imo vt ſaluo iure patrio, ſcripto & non ſcripto, in ſupplementum veniret, ſicut Iuri Ciuili Romanorum Ius Prætorium honorarium. Id quod de Iure* SAXONICO FEVDALI *non opus eſt probatione, quum ſit notorium. Saxones enim* αὐτονομίας *ſuæ tenaciores aliis, ſuo iure adhuc vti, etſi iure communi in ſubſidium quoque, conſtat. De Alamannis certum eſt, eos itidem ſuo iure feudali, a Saxonico in quibusdam diſcrepante, minus tamen quam a Longobardico, gaudere.*

***** Patet hoc ex Decreto Sigismundi Imp. in cauſſa duorum Bauariæ Ducum Henrici & Ludouici Conſtantiæ a. 1417. facto, apud GOLDASTVM *Parte II. der Reichs-Satzungen* p. 99. *Hierauff war nach unſerer Frag von den Fürſten, allen einhelliglich zum rechten geſprochen: Nachdem, und wir hie in teutſchen Landen zum rechten ſeſſen, alſs ein Ræmiſcher Kœnig, und Hertzog Ludwig und Hertzog Heinrich, vorgenant beyde teutſche Fürſten waren, und zum Reich gehœrenden und die Sache teutſch, und umb des Reichs Lehn were, die in teutſchen Landen gelegen weren, und wir in beyderſeits ein teutſch Recht mit teutſchen Fürſten beſetzt hetten, und beyde Theil mit teutſchen Fürſprechern fürgeſtanden, und ihr Sach nach teutſchen Rechtens Gewonheit fürgelegt hetten, ſo ſprechen ſie zum Rechten: was ieglicher Theil fürlegen wolte, es were Briefe, VVorte oder andere redliche Kundſchafften, daſs er das in teutſchen und nach teutſchen Rechtens Gewonheit durch ſeinen Furſprecher thun und furlegen ſolle.* Idem dicitur I. Feud. Alemannico *cap. IX.* Plenius de hoc Iure egit SCHOTTELIVS *c. IV.*

## §. XXIX.

*Iura Particularia Feudorum hodie potiſſimum obtinent.*

Hodie, præter Ius Commune, vſitata ſunt Iura particularia Feudorum, quæ pro diuerſitate Prouinciarum variant. * Prout enim Feuda vel data fuerunt, vel oblata, diuerſam adepta fuerunt naturam, diuerſa pacta, idque pro arbitrio vel concedentis, vel offerentis. Hoc tamen certum, nihil fere ex legibus antiquioribus eſſe reliqui, pleraque circa Feuda minora conſtare Conſtitutionibus atque moribus recentioribus. In Feudis illuſtrium vero ſiue maioribus locum obtinent quoque Ius Feudale Saxonicum atque Alemannicum. **

* De iis, qui peculiares Feudorum rationes ſingulari Commentario illuſtrarunt, egimus iamdudum in Bibliotheca Iuris *Cap. XII. §. V. VI.*

** Immo etiam in feudis priuatorum vſum adhuc eſſe Iuri Feudali Germanico contendit THOMASIVS *Sel. Feudal. §. LXX. reuera tamen ius Germanicum, tam Saxonicum quam*

Digitized by Google

*quam Sueuicum in potiſſimis & plerisque controuerſiis feudalibus etiam in foro obtineat, adeoque iuris feudalis Longobardici in foris Germaniæ exiguus ſit vſus.* Idem repetit §. LXXII. *atque adeo Ius Feudale Longobardicum ſaltim pro ſubſidiario habet.* Eadem tradit SCHILTERVS *Præf. ad Ius Feud. Aleman. §. II. & XVIII. & præf. ad Mincuccium §. V.* ſaluis ſcilicet cuiuslibet regni & prouinciæ Legibus ac conſuetudinibus.

## §. XXX.

*Ius Saxonicum qua ratione obtineat?*

Apud Saxones potiſſimum obtinet Ius antiquum *das Sachſiſche Lehn-Recht*, niſi in quantum illi per Leges Prouinciales moresq; fuerit derogatum. Prout autem Ius Ciuile apud Saxones obtinuerit, idem dicendum de Iure Feudali Longobardico; quod etiam ſenſim fuit introductum. Vocatur autem *Ius Saxonicum commune*, vt diſtinguatur a Conſtitutionibus Electoralibus, quæ in terris Lineæ Albertinæ valent,* exceptis Luſaticis, quæ peculiaribus Legibus gaudent. ** Neque tamen Ius Saxonicum inter priuatos ſaltim obſeruatur, ſed inter ipſos Principes, id quod ex Transactione Numburgenſi a. 1554. inter Ioannem Fridericum & Auguſtum Electores inita, *** aliisque Principum Saxonicorum Receſſibus patet. **** Inter Sileſiæ quoque Principes controuerſias ex Iure Saxonico terminari, a variis fuit demonſtratum. *****

* Hoc vberius explicauit Dnus HORNIVS cap. I. §. XXXIII. qui etiam ait: *Hæ Conſtitutiones feudales pertinent ad terras & ſubditos Electoris, & Ducum Saxoniæ, qui ad familiam Albertinam ſpectant, exceptis tamen Luſatis, (qui peculiaribus LL. gaudent, quas ex parte in appendice Corporis Iuris Saxonici deprehendes,) & aliis terris nouiter acquiſitis, quippe quibus regionibus latæ non ſunt. Extra vero iſtas ditiones, vim quidem obligandi directo non habent, cum quodlibet territorium propria ſua gaudeat nomotheſia: in locis vero, vbi Ius Saxonicum commune viget, loco interpretationis & declarationis Iuris Saxonici communis recte adhibentur.*

** HORNIVS c. l. Prodiit haut ita pridem *Corpus Iuris Prouincialis Marchionatus Luſatiæ Superioris, Budiſſæ* 1715. 4. in cuius Titulo Tertio exhibentur etiam *die Lehns-Sachen.*

*** Verba ſunt: *da auch irgent Artickel fürfielen, die ſich in die Sachſiſche Recht in der Hauptſachen ziehen thaten, darin ſoll denſelben Sachſiſ. Rechte nach geſprochen werden.*

**** In Transactione inter Wilhelmum Saxo-Vinarienſem, & Erneſtum Saxo-Gothanum Duces a. 1657. inita: *Vnd darauf von ihnen ihren Gewiſſen und aufs neue zu dieſer Sache geleiſteten Pflicht nach, zu erkennen, auch darbey daß deſſen Orths ſonſten in iudicando übliche Sachſiſ. Recht, da irgent ein oder mehr Artickel einfiele, der ſich in daſſelbige in der bemelten Sache ziehen thate, beobachten.* Plenius hæc demonſtrauit IO. SCHILTERVS *de Inueſt. Simult. Principum cap. V.* ITTERVS *de Feudis Imperii c. II. §. II. c. X. §. IX.* & Dnus MVLLERVS *Staats-Cabinet p. IV. cap. I. §. XI. ſqq.*

***** SCHILTER *c. I. §. IV.* STRYK *in Diſſ. de Iure Siles. Saxon. c. III. §. V.* Id quod IACOBVS SCHICKFVSIVS *in Conſuetudinibus Sileſiæ Feudalibus* MStis plenius demonſtrat.

§. XXXI.

*Commentaris Feudales.* Hinc diuerſi Iuris Feudalis Commentatores fuerunt orti, inter quos IO. ANTONIVS de S. GEORGIO, vulgo dictus PRÆPOSITVS quod officium in Eccleſia gerebat Mediolanenſi, ANDREAS de RAMPINIS, dictus de ISERNIA, MATTHÆVS de AFFLICTIS, IACOBVS ALVAROTTVS, præcipue FRIDERICVS SCHENCKIVS Dynaſta de Tautenburg, VDALRICVS ZASIVS, IACOBVS CVIACIVS, CYPRIANVS REGNERVS & IO. FRIDERICVS RHETIVS præſtant, qui feudalem Iuris Communis textum, ſecundum Ius Longobardicum explicarunt. * Licet negandum non ſit, inter hos nullum eſſe, qui ſingula exhauriat. Dum vero noſtra ætate non defuerint, qui etiam in Iure Feudali hodierno explicando, Legibus, atque Antiquitatibus feudalibus opus eſſe iudicarent, iisdem quoque fontibus fuerunt vſi. Inter hos B. PARENS, *Syntagmate* ſuo *Feudali* ** reliquis præiuit, qui dum in Scholis Conringianis Hiſtoriam, Antiquitatesque Germanicas probe fuiſſet edoctus, ex iisdem quoque Feudalia iura illuſtrauit, aliisque hac in parte facem prætulit: *** quem poſtea IO. SCHILTERVS fuit ſecutus, qui magnam antiquitatibus feudalibus lucem attulit, **** & in Academia Wittebergenſi CASPAR HENRICVS HORNIVS. ***** In eodem quoque tam ex antiquitatibus, quam ſecundum mores hodiernos concinnando, nunc occupatur IO. PETRVS LVDEWIG. ****** Proceſſum vero Feudalem ſecundum Ius Longobardicum, Germanicum atque Vſum hodiernum nuper demum cum fructu demonſtrauit IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI. *******

* Egimus de iisdem in Bibliotheca Iuris *cap. XII. §. XIV.*

** Prodiit Francofurti An. 1717. 4. decima vice.

*** Præiuit equidem iamdum FRANCISCVS HOTTOMANNVS in ſua *de feudis Commentatione tripartita Coloniæ* 1573. 8. ſed leuia adhuc ſunt.

**** *In Codice Iuris Feudalis Alemannici, Argentorati* 1697. 4.

***** *In Iurisprudentia Feudali Longobardo-Teutonica, VVittebergæ* 1705. 4.

****** Prodiit primum Diſſertatio ipſius *Iura Feudis vicina comprehendens, Halæ* 1708. 4. Hanc tamen materiam latius ipſe ex Germanicarum antiquitatum fontibus perſecutus fuit in ſuo *de Iure Clientelari Germanorum in feudis & coloniis Tractatu, Halæ* 1717. 4. Eiusdem ſunt *Differentiæ Iuris Feudalis Communis atque Boruſſici, Halæ* 1716. 4.

******* *Einleitung zum Lehns-Proceß, Hall* 1718. 4. Acceſſit *der Richt-Steig über das Sachſiſche Land und Lehn-Recht*, quæ antea typis non fuerunt publicata. In hoc autem Proceſſum non ſolum ex Iure Longobardico, ſed etiam Germanico antiquo ordinauit, vſumque hodiernum inſimul demonſtrauit.

# CAPVT NONVM
## HISTORIA IVRIS CRIMINALIS.

§. I.

Iuris prudentia Criminalis vel ſecundum mores Romanos, vel ſecundum mores Germanicos, vel ſecundum vſum hodiernum erit conſideranda. Romana quidem vel ſub libera Rep. vel ſub Impp. locum habebat. Libera Republica Delicta vel publica erant, quæ ſtatum Reip. concernerent, vel priuata. Inde Iudicia vel per Prætores exercebantur, vel antiquiſſimis temporibus per Duumuiros, a quibus prouocabatur ad populum, vel per Magiſtratus, a quibus cauſæ ſæpe ad populi iudicium reducebantur, ſiue a ſubſelliis ad roſtra. Idque in cauſſa Maieſtatis, Peculatus, vel ob alia horrenda Crimina, & quidem Comitiis vel Tributis vel Centuriatis. * *Delicta Publica ſub Romanis.*

* Vide ſupra Capite primo *§. XLIV. ſqq.* & CAR. SIGONIVS *de Iudiciis.*

§. II.

In priuatis vero Iudiciis iamdum a Regibus inſtituti fuerant QVÆSTORES, qui Quæſtionibus publicis præeſſent. Manſitque Conſulum poteſtas eosdem deligendi, donec eum quoque honorem populus poſt Legem Valeriam mandaret, qui Capitalibus rebus præeſſent, dicti Quæſtores Parricidii. * Leges autem Criminales vel XII. Tabulis, ** vel Legibus Romanis, *** definitæ, vel Prætorum arbitrio, vel populi iudicio conſtabant, & vel pecunia anquirebatur, vel capite. **** *Quæſtores Libera Rep. Iudicio Criminali præerant.*

* Vide Capite primo *§. XXVI.*

** Agebat enim Tabula ſecunda de Iudiciis & Furtis, Septima de Delictis *Vid. Cap. I. §. IX.*

*** Patet hoc ex L. Valeria de Pœnis Capitalibus, Lege Iulia de adulteriis, Lege Iulia peculatus, Lege Iulia de vi, Lege Iulia Maieſtatis.

**** *Capite I. §. XLVII.*

§. III.

Sub Impp. Delicta diſtinguebantur in priuata, extraordinaria, popularia & publica. PRIVATA erant, * in quibus potiſſimum læſio priuati attenditur, quæ vel fit clam auferendo, vnde furtum oritur; vel vi aperta, ex quo rapina vel damnum, quod *Iurisprudentia Criminalis ſub Impp Romanis.*

vin-

Digitized by Google

vindicabatur Legę Aquilia, ** vel factum iniurioſum. EXTRAORDINARIA pro arbitrio iudicis extra ſolennem ordinem criminali iudicio coërcebantur, *** vtpote corruptio ſerui, Dardanariatus, abactio partus, ſollicitatio alienarum nuptiarum, ſtellionatus. POPVLARIA **** erant, quæ populum concernebant, ne quid in flumine vel loco publico fiat: de cloacis & reliquis, quæ actionibus per Prætorem datis diiudicabantur. PVBLICA erant, quæ vel ſtatum publicum concernebant, vt crimen Maieſtatis, ambitus, peculatus, repetundarum vel crimina horrenda, homicidia, adulteria, vis publica & priuata, parricidia, veneficia, falſa, aliaque. ***** Ad hæc punienda vel certæ Leges criminales fuerunt latæ, ****** vel certa præiudicia & ſententiæ ICtorum. In concinnandis igitur Pandectis hæ Leges & Reſponſa ICtorum ſub finem fuerunt adiectæ, quæ vna cum ipſis quoque Pandectis fuerunt receptæ. †

* Facit huc Titulus I. Lib. XLVII. π.

** Vid. CHRIST. THOMASII *Larua Legis Aquiliæ detracta Actioni de damno dato receptæ in fora Germanorum, Halæ* 1703.

*** De his Titulus XI. libri XLVII. π.

**** De his Tit. XIII. lib. XLVII. & l. 1. π. *de Popular. action. eam popularem actionem dicimus, quæ ſuum ius populi tuetur.*

***** De his Liber XLVIII. Pandectarum.

****** Vtpote Lex Iulia Maieſtatis, Lex Iulia de vi publica, Lex Cornelia de falſis.

† Facit huc ANTONIVS MATTHÆI *de Criminibus*, qui cum notis b. Parentis prodiit.

## §. IV.

Germanorū κυνοφορία.

Noſtra tamen Germania ſpeciali ab antiquo vſa fuit Iure Criminali. Inter hæc pecuniaria pœna locum habebat, dum delicta certis delictis æſtimatione equorum puniretur. Potiſſimum vero conſuetudo apud Francos & Sueuos inoleuerat, vt nobilis canem, Miniſterialis ſellam, Ruſticus vero rotam de Comitatu in Comitatum geſtarent, vbi violatæ pacis rei eſſent, * quod a potiori dicebatur *κυνοφορία Canis portatio.* **

* Patet hoc exemplo Ottonis M. de quo WITTICHINDVS Ann. lib. II. p. 644. *Ceſſantibus autem bellis externis ciuilia oriri cœperunt. Nam Saxones imperio regis facti glorioſi dedignabantur aliis ſeruire nationibus, quæſturasque quas habuere ullius alius, niſi ſolius regis gratia habere contemſerunt. Vnde iratus Euerhardus contra Bruningum; collecta manu ſuccendio tradidit ciuitatem illius vocabulo Elueri, interfectis omnibus eiusdem ciuitatis habitatoribus. Qua præſumtione rex audita, condemnauit Euerhardum centum talentis æſtimatione equorum, omnesque principes militum, qui eum* ad

*ad hoc facinus adiuuabant, dedecore canum, quos portabant vsque ad vrbem regiam, quam vocitamus Magadaburg.* LEHMANN *lib. V. cap. LXIII.*

** WITTICHINDVS *c. l.* OTTO FRISINGENSIS de geſtis Friderici Barbaroſſæ lib. II. c. XXIX. *Vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Sueuos inoleuit, vt ſi qui nobilis, miniſterialis, vel colonus, coram ſuo iudice pro huiuſmodi exceſſibus, reus inventus fuerit: antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſeruans, Palatinum iſtum Comitem, magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus ſuis, canes per Teutonicum milliare portare coëgit.* DODECHINVS ad a. 1155. *Rex Natiuitatem Domini Vormaciæ celebrauit, vbi Hermannus Palatinus comes, & Emicho comes de Linengen & Gotfridus de Spanheim, & Henricus de Katzenelenboge, & Conradus comes de Kirberg, Henricus comes de Didiſſen, & alii ex parte prædicti Hermanni canes portauerunt: & ſic dominus Arnoldus epiſcopus ab excommunicatione eos abſoluit. Ex parte vero epiſcopi canes portare quidem cœperunt: Ludouicus comes de Gliſberg, & alii: ſed ob reuerentiam archiepiſcopi ceſſare ab Imperatore iuſſi ſunt.* GVNTHERVS Ligurino *lib. V. v.* 194:

*Quippe vetus mos eſt, vti ſi quis Rege remoto,*
*Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis apertæ*
*Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis*
*Audeat: ante grauem quam fuſo ſanguine pœnam*
*Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto*
*Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus*
*Cogatur per rura canem confinia ferre;*
*Sin aliut, ſellam. Cuius diſpendia pœnæ*
*Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ*
*non potuit vitare Comes, cunctisque videndus*
*portauit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.*
*Hanc quoque tunc alii ſimili pro crimine pœnam*
*Suſtinuere decem Comites, totidemque coacti*
*Fœda tulere canes generoſo pondera collo.*
*Cuius inaudita pœnæ timor altus in omnes,*
*Irruit; vt nullus procerum præſumeret vltra*
*Armata certare manu, ſed pace ſequeſtra*
*Iudicis arbitrio ſua quisque repoſceret æque.*

Ex hoc autem loco ſatis aperte patet, hanc pœnam in Pacis publicæ violatores fuiſſe ſtatutam. ARNOLDVS LVBECENSIS Chron. Slau. lib. VII. c. II. *quæ præſumtio hoc modo mulctata eſt, vt mille marcas argenti iniuriato perſolueret, & de feudo ſuo ad centum marcas argenti eccleſiæ maiori reſignaret, & cum multis nobilibus hominium ei faceret, & cum quingentis militibus militarem ei pœnam perſolueret, id eſt, vt ſinguli milites de loco perpetrati ſceleris, vsque ad fores maioris eccleſiæ, caniculum deferrent.* PHILIPPVS CAMERARIVS *Centur. II. Oper. horar. ſubceſ. cap. XCV.* ſcribit: *ſe cognouiſſe ex aliis, cum ſuo tempore in Conuentu Deputatorum Imperii Spiræ, huius pœnæ mentio incidiſſet, eam tunc temporis, vernaculo vocabulo Haarenſcharen, appellatam fuiſſe*, vnde autem hoc etymon ſumptum ſit, ſe diuinare non poſſe, ait Camerarius d. l. niſi forte, crinium ſectio, vel tonſura quæ etiam ignominiæ nota erat,

denotata fuiſſet, eaque grauiori ſupplicio veluti præmiſſa eſſet. Hanc pœnam quoque apud Bohemos fuiſſe vſitatam, teſtatur COSMAS PRAGENSIS Chronici lib. III. p. 62. vbi de pœnis illorum, qui Vladislao Duci fuerant contrarii: *Inter quos Ioannes filius Cſta de gente VVarſouici captus (de quo ſupra retulimus) iubente Veceek viſu priuatus eſt & naſo. Priuitan quoque ſimiliter in eadem comprehenſus ſeditione, qui videbatur ſenior eſſe in vrbe Praga: cuius ſuper humeros alligato maximo cane ſcabioſo & heſterno iure crapulato, raptus per barbam ter circa forum ductus eſt, cane reboante & ſuum demerdante baiulum, & pracone acclamante: Talem honorem portat, qui Duci VVladislao promiſſam fidem derogat.* Plura vide apud IO. HENRICVM MEIBOMIVM *in Epiſtola ad Io. Marquardum de κυνοφορία ſ. canum portatione ignominioſa*, IACOBVM ANDREAM CRVSIVM *Diſcurſu Hiſtorico de κυνοφορία, du* FRENE *voce Canis*, DÖPLER *Schauplatz der Leibes- und Lebens-Straffen P. I. c. LX.*

## §. V.

*Lex Apparens vel Ordalia.*

A Gothis Angliſque introducta fuit LEX APPARENS, dicta aliàs aperta, paribilis, * quod HORDALIA, ſiue Iudicia magna, ** & Iudicium Dei vel diuinum adpellabant, quia Deus quaſi iisdem innocentiam declarare putabatur. *** Vocabatur apud Anglos LADA, quæ vel ſimplex erat in leuioribus delictis, vel triplex in grauioribus. ****

*Probatio per Duellum.*

Antiquiſſimum & frequentiſſimum probationis genus erat per DVELLVM, ſiue LEX DVELLIONVM, IVDICIVM CAMPIONVM, vt nimirum dubiis in iudiciis res obſcura armis litigantium crederetur, atque ab illius parte ius ſtaret, qui vicerit. ***** Quod ſi vel ſententia in iudicio lata, vel teſtimonium eſſet infringendum, iudicio hoc Campionum fiebat. ****** Obtinebat illud etiam ſi quis criminis cuiusdam fuerat inculpatus, ******* nec minus inter † Principes viros. Omnes vero in ſua perſona certamen ſingulare ſubire tenebantur, niſi vel ætas decrepita, vel iuuenilis pugnare prohibuerit, tunc Campionem conſtituere poterant. †† Eccleſiæ vero, Comites, & potiſſimum fœminæ, ſæpe per alios innocentiam ſuam probare poterant. ††† Hi dimiſſi in arenam pro aliis, dicebantur Campiones, †††† Dimicantes igitur vt plurimum Iudex, excuſſis veſtimentis ſcrutabatur, ne herbis, quæ ad maleficia pertinerent, vterentur. ††††† Vſitata hæc Lex apud Gothos, Vandalos, Longobardos, Francos, Saxones, Alemannos, atque dicebatur *Webrding*, †††††† ſiue defenſio iudicialis, qua quis innocentiam ſuam defendit. Dicebatur aliasetiam *Camſwic* ††††††† ſeu Campus, quia pugna in campo inibatur. ††††††††

* Du

* Dv FRESNE voce Lex Apparens: *Gall. Loi apparoiſſant vel appariſſant, in ve-teri Conſuetud. Normann. c. 81. noua art. 60. 61. 62. Vbi opponitur legi ſimplici, Loi ſimple, ſeu potius ſimplici iuramento, quod ſimplicem ladam vocant Leges Henrici I. Regis Angl. Eſt autem lex apparens, quæ & aperta, & paribilis, purgatio ſeu iudicium diuinum, cuius euentu rei controuerſa ac dubia veritas elucеſcit, euidenter apparet, vel aperitur, ſe decouvre. Querelarum autem aliæ ſunt ſimplices, aliæ apparentes. Simplices dicuntur querelæ, poſſeſſionales, quando per ſimplicem legem proceſſus earum terminatur. Apparentes autem, quando per legem apparentem, vel per duellum, vel per inquiſitionem patriæ, quæ recognitio dicitur, earum proceſſus terminatur.* Conſt. Siculæ lib. II. Tit. XXXI. *Leges, quæ a quibusdam ſimplicibus ſunt dictæ paribiles, quæ nec rerum naturam reſpiciunt, nec veritatem attendunt, nos qui veram legum ſcientiam perſcrutamur, & errores a noſtris iudiciis ſeparamus, præſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum inhibentes, omnibus regni noſtri iudicibus, vt nullus ipſas leges paribiles, quæ abſconſæ a veritate deberent potius nuncupari aliquibus fidelibus noſtris indicet.*

** OLAVS WORMIVS equidem *Monum. Danicis lib. I. cap. XXI.* ſub voce Ordalii ſaltim probationem per ignem & aquam comprehendit, licet *pag. 77.* etiam probationem per duellum ſub eadem intelligi contendat. Aſt CAROLVS *du* FRESNE *voce Ordela*, Ordalium notare dicit quoduis iudicium diuinum, purgationem vulgarem, modum criminis purgandi. Et quidem vocem confectam eſſe dicit, ex Saxonico *Or* magnum & *dael* vel *dele*, iudicium. Idem adſerit HENRICVS SPELMANNVS & SKYNNERVS. Inde Belgarum *Ordeel*, Germanorum *Vrtheil.* In Legibus Anglorum ſæpius hæc vox occurrit, vtpote in Fœdere Eduardi & Guthrani Regum apud LAMBARDVM *p. 42.* in Legibus Aetheſtani *n. 7.* & *p. 50. 51. 68.* Hic tamen in Gloſſario *p. 220.* aliter vocem explicat: *Dictio ab or & dal compoſita. Or priuatiuum eſt, quemadmodum apud Græcos α, apud Latinos in, vt in dictione græca* ἀβλαβὴς *Latina innoxius videre licet; dal partem ſonat, atque hoc modo Ordal (vt verbum verbo reddam) expers eſt, id eſt, criminis expers.*

*** Ius Prouinciale Sueuicum c. CLXVII. *Davon mus man das Gericht an Gott laſſen. Davon iſt Kampff geſetzt. VVann wes die Leut nicht ſehent, das weis doch Gott der Allmæchtig wol. Davon ſollen wir Gott getruwen, das er den Kampff nun nach recht ſcheyde.* AVENTINVS lib. IV. cap. XIV. n. 27. *Maiores noſtri religioſiſſimi mortales, magis Deo, quam ſibi confidebant, plus diuinæ iuſtitiæ, eiusque promiſſis, quam ſuo ingenio aut ſapientiæ innitebantur: potiusque cœleſtibus decretis, quam ſuis opinionibus ſtabant. Officiis omnibus, atque actis ſupremum numen intereſſe voluerunt: eaque demum rata haberi, quum diuinum auſpicium addixiſſet. Cuncta quaſi in theatro ſuperum deſpectantium in conſpectuque Dei Opt. Max. geri ſtatuerunt. Proinde in cauſis quæ nullo humano teſtimonio comprobari poterant, ad cœleſtia beneficia, ad ſummam ambiguis maxime criminibus maieſtatem, quæ falli non poteſt, tanquam ad arbitrum honorarium, & iudicem omnium confugiebant.* Scripſit AGOBARDVS ſingularem de hac materia librum, cuius hæc eſt rubrica: *Liber de diuinis ſententiis digeſtus, cum breuiſſimis adnotationibus contra damnabilem opinionem putantium diuini iudicii veritatem igne, vel aquis, vel conflictu armorum patefieri,* in quo c. I. ſic loquitur: *Incipiunt teſtimonia diuina de litteris euangelicis, & apoſtolicis, atque propheticis, quibus luce clarius demonſtratur contraria eſſe reconciliationi generis humani, ac reconciliatori Chriſto, pugnæ domeſtica & conflictus fraterni putantium rerum labentium dubia & occulta poſſe patefieri, & per*



Digitized by Google

*res contrarias veritati, veritatem latentem monſtrari. Nam ſi omnipotens Deus, mundi conditor & rector, iudicii veritatem in rebus latentibus per mutuas cædes inueniri voluiſſet, aut permiſiſſet, nec iudices aut magiſtros per ſingulas vrbes conſtitui præcepiſſet, nec teſtibus inficiantes conuinci, nec vbi teſtes deſunt, controuerſiam per iusiurandum finiri. Sed nec illam legem inter virum & vxorem, ſi ſpiritus zelotypiæ virum concitauerit, daret, vt per aquas amariſſimas probaretur mulier adultera eſſe, aut innocens. Vel etiam de inuento cadauere hominis occiſi iuberet propinquioris ciuitatis principes conuenire, & lauare manus, ac proteſtantes coram Deo dicere quod manus eorum non effuderint ſanguinem innocentem. Neque ſanctus & innocens vir Dauid perſecutori ſuo Saul diceret: Si Deus te incitat contra me, odoretur ſacrificio, & cetera. Sed potius diceret: Mitte vnum de tuis qui congrediatur mecum ſingulari certamine, & probet me reum tibi eſſe, ſi occiderit, aut certe: Iube ferrum vel aquas calefieri, quas manibus inlæſus attrectem. aut: Conſtitue cruces, ad quas ſtans immobilis perſeuerem. II. Cum autem nihil tale lex diuina vel etiam humana ſanxerit, & vani homines nominent iſta iudicium Dei; vnde probari poteſt iudicium eſſe Dei, quod Deus nunquam præcepit, nunquam voluit, nunquam denique ſanctorum & quorumlibet fidelium exemplis introductum monſtratur. Quaſi omnipotens Deus animoſitatibus vel adinuentionibus hominum ſeruire debeat, aut ipſe ſibi contraria agat; vt qui in Lege & in Euangelio præcepit, vt diligat homo proximum ſuum ſicut ſe ipſum, iterum ac ſi voluntate mutata, cum cœperint homines contendere inter ſe de rebus inſenſibilibus, (de parte videlicet agelli, aut etiam de toto agro; vel ſi ſint plures agri, aut ſi contentio fuerit de brutis animantibus, caballis, porcisue, vel vndecunque litigauerint homines cupiditate permoti: quod vtique forenſium eſt, non religioſorum) inuocatus Dominus oſtendit iuſtitiam temporalem, ſed potius viliſſimam; quæ nec proprie dicitur iuſtitia, qui nullus inde fit iuſtus; & cum ſtat vnus aduerſus alterum, vir ſcilicet aduerſus proximum ſuum, quem certe ſicut ſe ipſum diligere debes*, cap. VI. *Hac pie humiliterque conſiderantibus apparet, non poſſe cædibus, ferro, vel aqua, occultas & latentes res inueniri. Nam ſi poſſint, vbi eſſent occulta Dei iudicia? Deberet ergo inter catholicos & hæreticos tali examine veritas indagari, ſicut quidam ſuperbus ac ſtultus hæreticus Gundobadus Burgundionum Rex tentabat expetere a beato Auito, egregio & orthodoxo prædicatore, qui eius veſaniam ſapientiſſime laudabiliterque repreſſit, atque redarguit. Quod ſi talibus adinuentionibus, vt ſæpe diximus, valerent latentes culpæ inueniri, nec ſapientia, nec ſapientes, neque iudices, neque magiſtri eſſent neceſſarii.* Inde iniquitatem immo impietatem eiusmodi iudicii variis S. Scripturæ locis demonſtrat. Magna tamen huius Iudicii olim erit auctoritas. Quare in Capitulari primo de a. 809. c. XX. præſcriptum: *vt omnes iudicio Dei credant absque dubitatione.* GALBERTVS in *Vita Caroli Comitis Flandriæ* n. 162: *Cum ſeruus humiliter agit cum domino pro ſuo reatu, dominus indulget ſeruo ſecundum legem pœnitentiæ agenti. Cum vero homo iuſte agens, in alium hominem peruerſe egerit, & Deus iudex inter vtrosque adſciſcitur, fidem iuſte agentis Deus iuuat, iniuſtum hominem a cauſa proſternens, & in obſtinatione ſua confundens. Vnde fit vt in bello alter iniquus proſternatur; in iudicio aquæ vel ferri iniquus pœnitens tamen cadat.* GREGORIVS TVRONENSIS lib. II. de Miraculis cap. XIX. *vsque quo vterque contendimus, ſub iudicio omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum Martyris, & quod ſub ſacramenti interpoſitione dixeris, diſcernat virtus ſancta Patroni.* Vid. du FRESNE *voce: Iudicium diuinum.* AIMOINVS lib. V. c. XXXIV. *Lude-*

Digitized by Google

*Ludouicus Ludouici Regis filius decem homines cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad iudicium Dei miſit. - - - Vnde, qui omnes illaſi reperti ſunt.* AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS §. C. *Tamen iudicium Dei non eſt licitum adhiberi per Vllam cauſam, niſi cuius Veritas per iuſtitiam non poteſt aliter reperiri, hoc terminabitur iudicio Dei.* Vid. plenius IO. CHRISTOPH BECMANN *de Iudicio Dei cap. I. §. 12.* qui de ſingulis Iudicii diuini generibus, horumque vſu & examine prolixius egit.

**** Du FRESNE: *Lada, Purgatio, qua quis per legem ſe purgat ab illato crimine. Eſt enim Lada idem quod lex; qua Vox poſterior pro ipſa purgatione canonica & Vulgari crebro Vſurpatur.* In Legibus Henrici I. c. LXIV. apud GVIL. LAMBARDVM *LL. Angliæ p.* 200. *Et Vnde accuſatus cum Vna decima ſe purgaret per electionem & ſortem, ſi ad iudicium ferri calidi Vadat. In quibus Vero cauſis triplicem Vero ladam haberet, ferat iudicium tripodii, i. ſexaginta ſolidi in furto, & murdro, & proditione, & incendio, & domus infractione, & eis quæ ad diſſactionem pertinent.* HENR. SPELMANNVS *Gloſſario*, licet etiam omnia Ordalia ſub voce Lada comprehendi dicat, addit tamen: *Lada ſimplex eſt examen per ferrum candens libram ſimplicem, h. e. Vnam ponderans. Lada triplex, quæ tribus libris dependitur.* quem ſequitur HACHENBERG *diſſ. III. §. XIX.* Verum du FRESNE probe demonſtrauit, Triplicem Ladam quamvis purgationem notare, eandemque ſubiiſſe grauiorum criminum reos.

***** Patet hoc exemplo Ottonis M. qui controuerſiam de iure Repræſentandi nepotum in ſucceſſione, per Iudicium Duellicum voluit definiri, de quo WITTICHINDVS, Corbeienſis Monachus lib. II. p. 644. *de legum quoque Varietate facta eſt contentio fuereque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios; hæreditatemque legitime cum filiis ſortiri, ſi forte patres eorum obiiſſent auis ſuperſtitibus. Vnde exiit edictum a rege, Vt Vniuerſalis populi conuentio fieret apud Villam, quæ dicitur Stela, factumque eſt, Vt cauſa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex autem meliori conſilio Vſus noluit Viros nobiles ac ſenes populi inhoneſte tractari, ſed magis rem inter gladiatores diſcerni iuſſit. Vicit igitur pars qui filios filiorum computabant inter filios, & firmatum eſt, Vt aequaliter cum patruis hereditatem diuiderent pacto ſempiterno.* SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 942. *Orta diſſenſione inter principes de Varietate legis, Vtrum deberent auis ſuperſtitibus filii filiorum poſt parentes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelibus deberet hæreditas ad patruos redire; ex regis Ottonis omniumque principum ſententia cognitio Veritatis commiſſa eſt gladiatorio iudicio, ceſſitque Victoria his qui cenſebant, fratrum filios debere cum patribus hæreditare.* Quare in Lege Alemannica *Tit. LVII.* ſtatutum: *Si autem proximus mariti defuncti contradicere ipſam dotem illi mulieri Voluerit, quod lex non eſt illa, ſequatur cum ſacramento cum nominatis quinque aut ſpatha tracta pugna duorum, ſi poteſt adquirere aut per ſacramentum, aut per pugnam, illa pecunia poſt mortem mulieris retro nunquam reuertatur.* Et in Lege Alamannorum apud GOLDASTVM *Tom. II. p.* 18. *c. LV.* Eadem Lex *tit. LXXXIV.* litem de terræ termino per pugnam duorum definiri iubet: *Tunc ſpondeant inter ſe pugnam duorum. Quando parati ſunt ad pugnam, tunc ponant ipſam terram in medio, & tangant ipſam cum ſpathis ſuis, cum quibus pugnare debent, & teſtificentur Deum creatorem, Vt cuius ſit iuſtitia, ipſius ſit Victoria, & pugnent. Qualis de ipſis Vicerit ipſe poſſideat illam contentionem.* VITVS ARENPECK *de Guelfis* apud LEIBNITIVM *Tomo III. pag.* 673. *porro quidam nobilis*

*nobilis exurgens in medium propoſuit, quod lege Duellionum quæ & lege & ratione firmatur, hoc vellet obtinere contra quemlibet, ſecum pugnare volentem. Quod Imperator quemlibet Principem poſſet euocare pro iuſtitia ad locum, quemcunque vellet intra terminos ſui Imperii exiſtentem. Cumque nullus iſti ſe offerret ad pugnam, edicto Imperatoris præfata ſententia pro iure perpetuo ſtatuta eſt, quam non dubium eſt auctoritate & ratione firmari.* Faciunt huc leges Boiorum *Tit. X. c. V. Tit. XV. c. XI.* Plura vide apud Dnum GERHARDVM *de Iudicio Duellico cap. III. §. IX.*

****** SÆCHSISCH LANDRECHT lib. II., art. XII. *Schilt ein Sachſe ein vrtel, und zeucht er ſich des auch ſein rechte handt, das iſt zu Kampff und an die meiſte mennig, er mus darumb fechten ſelb ſiebend ſeiner genoſſen wieder andere ſieben, wo die meiſte mennige dann ſieg fichtet, die behelt das vrtel.* LEG. LONGOBARD. lib. II. Tit. LI. c. XI. *Quod ſi ambæ partes teſtium inter ſe ita diſſenſerint, vt nullatenus vna pars alteri concedere voluerit, eligantur duo ex ipſis, id eſt ex vtraque parte vnus, qui cum ſcutis, & fuſtibus in campo decertent, vtra pars falſitatem vel veritatem ſuo teſtimonio conſequatur. Et Campioni qui conuictus fuerit, propter periurium quod ante pugnam commiſerit, dextra manus amputetur.* De Frothone III. Danorum Rege, SAXO GRAMMATICVS, Hiſt. Dan. lib. V. p. 86. *de qualibet vero controuerſia ferro decerni ſanxit, ſpecioſius viribus quam verbis confligendum exiſtimans.*

******* LEG. BOIORVM *Tit. II. c. I.* vbi de eo qui inculpatus fuerit, quod de morte Ducis fuerit conſiliatus: *Si autem vnus fuerit teſtis, & ille alter negauerit, tunc Dei accipiant iudicium: exeant in campo, & cui Deus dederit victoriam, illi credatur. Et hoc in præſenti populo fiat, vt per inuidiam nullus pereat.* Tit. VIII. c. III. *& ſi maiorem pecuniam furauerit, hoc eſt XII. ſol. valentem vel amplius, aut equum totidem pretii, vel mancipium, & negare voluerit, cum XII. ſacramentalibus iuret de lite ſua, vel duo Campiones propter hoc pugnent.* Tit. IX. c. IV. *de eo qui ignem immiſiſſe inculpatus fuerit. Et ſi negare voluerit de iſtis cum Campione ſe defendat, aut cum XII. ſacramentalibus iuret.* Idem de eo decernitur, qui alterius initiauerit meſſem *Tit. XII. c. VIII.* & de eo, qui ſeruum ad fugiendum ſuaſerit. LEX FRISIONVM Tit. XIV. l. IV. *producat hominem quem voluerit, & iuret: ille homo, homicidii, de quo ego interpellatus ſum, reus eſt: tenens eum per oram ſagi ſui. Ille autem, ſi hoc ſacramentum negare velit, iuret, & contra ipſum cum armis ſuis in campum procedat: & vter in ipſo certamine conuictus fuerit, & ſibi concrediderit, ſoluat leudem occiſi.* LEG. LONGOBARDORVM lib. I. Tit. VII. L. I. *ſi quis qualemcunque hominem ad Regem accuſauerit, quod ad animæ ſuæ pertineat periculum, liceat ei qui accuſatus fuerit cum ſacramento ſatisfacere, & ſe idoneare: & ſi talis cauſa emerſerit, vt adſit homo in præſentia, qui crimen immittit, liceat ei per campionem, id eſt, per pugnam crimen ipſum deſuper ſe (ſi potuerit) eiicere. Et ſi probatum fuerit ei, aut de anima ſua, aut qualiter Regi placuerit, componat. Tit. IX. l. XXIII. XXXVIII.* In Conſtitutione Friderici I. de Pace tenenda II. F. XXVII. *Si quis hominem intra pacem conſtitutum occiderit, capitalem ſubeat ſententiam: niſi per duellum hoc probare poſſit, quod vitam ſuam defendendo illum occidit.*

† Sic Guntchrammus Boſo ad Guntchrammum Regem apud GREGORIVM TVRONENSEM Hiſt. Franc. lib. VII. c. XIV. *inſontem enim me de hac cauſa profiteor. At ſi aliquis eſt ſimilis mihi, qui hoc crimen impingat occulte, veniat nunc palam, & loqua-*

*loquatur. Tu, o Rex piiſſime, ponens hoc in Dei iudicio, vt ille diſcernas cum nos in vnius campi planitie viderit dimicare.* AVCTOR VITÆ LVDOVICI PII ad a. 820. *In Palatio quoque Bera Comes Barcinonenſis, quum impeteretur a quodam vocato Sanila, & infidelitatis argueretur; cum eodem ſecundum legem propriam, vtpote quia vterque Gothus erat, equeſtri prœlio congreſſus eſt, & victus. Sed quum lege in eum animaduertendum eſſet, vt capitali ſententia tanquam reus maieſtatis ferirctur, Imperatoris tamen clementia vita reſeruatus eſt, & Rotomagum conſiſtere iuſſus.* Eadem dicunt ANNALES BERTINIANI *ad a.* 820. *Iidem ad a.* 831. de Bernhardo Comite, variis criminationibus impetito, qui, poſtquam ex fuga redux, Imperatorem adiit, modum ſe purgandi ab eo quærens, more Francis ſolito: *ſcilicet crimen obiicienti ſemet obiicere volens, armisque impacta diluere. Sed quum accuſator, licet quaſitus deeſſet, ceſſantibus armis purgatio facta eſt iuramentis.* Exemplum in Ottone, Bauariæ Duce, apud LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM ad a. 1070. contra quem Egen agebat: *is crimen aduerſus eum detulit, quod ſe ad occidendum regem precibus & pollicitationibus multis ſæpenumero ſollicitaſſet, atque in argumentum fidei gladium oſtentabat, quem ſibi ab eo in tam ſceleratos nefariosque vſus datum aſſerebat; ſi infitiaretur, paratum ſe quouis indicio verbis ſuis fidem facere. - - - - Igitur Rex eum Moguntiam cum cæteris principibus ad colloquium euocauit, quid delatum eſſet expoſuit, negantique inducias in ſex hebdomadas dedit, vt calendis Auguſti Goslariam veniens, obiectum crimen congreſſus cum accuſatore ſuo manu propria refelleret. Cum in hæc verba diſceſſum eſſet; cauſari principes de iniquitate conditionis cœperunt, nec bonum, nec æquum eſſe dicentes, vt homo nobiliſſimus, integerrimæ apud omnes exiſtimationis, nec vlla vnquam ſiniſtri rumoris macula attaminatus, manum conferre iuberetur cum homine ſceleratiſſimo, qui, ſi quid ingenuitatis a parentibus accepiſſet, id per furta, per latrocinia, denique per omnis vitiorum probra iamdudum obliteraſſet. Ille tamen & indignitate rei efferatus, & Deo innocentia ſuæ teſte & conſcio fretus, cum quouis, etiam indigno, etiam præter Natales ſuos, pugnare malebat, quam tanti ſceleris ſuſpicione teneri.* Immo ipſe Henricus IV. Imp. dum a Rudolpho Sueuorum Duce inculparetur, quod in Comitiis Würtzburgenſibus Germaniæ Principes per carnificem tolli voluerit, ad Duellum ſe obtulit. Sic enim LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS p. 190. *Aegre nimis id paſſus rex, ſtatim ad populum retulit de importunitate Rudolphi Ducis, qui, vt inuadendi regni occaſionem inueniret, cum verum ſibi crimen impingere non poſſet, falſis ſuſpicionibus & arte compoſitis rumoribus impeteret, & obruere conaretur innocentiam ſuam, ſed procul, ait, faceſſant verborum pugnæ, ceſſent callida argumentorum phantaſmata, ego non verbis, ſed manu mea refellam mendacium, & neglecta interim regii nominis maieſtate, cum ipſo duce R. congreſſus, detegam cuniculos ficta huius criminationis, qua malitiam ſuam palliare conatur, vt ſi regnum amiſero, non mea culpa, ſed per illius ſupplantationem periuriumque intelligar amiſiſſe. Tunc Vdalricus de Cosheim, vnus ex his qui conſilii participes, & ſceleris adminiſtri deſtinati fuiſſe accuſabantur, lenibus verbis dolorem regis mitigare ſtudebat, rogabatque eum, ne aliquid quod infra regiam magnificentiam eſſet; vi doloris impulſus profiteretur, ſe melius multoque rectius cum Regingero, vel cum quolibet homine collata manu & ſuam & ipſius innocentiam aſſerturum: ſtatimque ad ducem R. abiit, ſeque paratum dixit, quocunque modo ipſe æquum iudicaſſet, mendacium Regingeri refellere.* Ad eiusmodi Duellum Iohanni XII. Papæ ſe obtulit Otto M. de quo LVITPRANDVS lib. VI. cap. VI.

*His*

*His expletis, Landohardum a Saxonia Numendenſem, & Liudbrandum ab Italia Cremonenſem, Epiſcopos, cum præfatis nuntiis Romam dirigit, Domino Papæ ſe inculpabilem eſſe ſatisfacturum. Quorum etiam militibus hoc Imperator iuſtas impoſuit, vt, ſi ſecus Dominus Papa non crederet, duello verum eſſe approbarent. Præfati igitur Landohardus & Liudbrandus Epiſcopi Romam ante Domini Papæ præſentiam venientes, tanto ſunt in honore ſuſcepti, vt non eos lateret, quanto ſanctum Imperatorem tædio faſtidiret. Ordinatim tamen, prout eis iniunctum fuerat, enarrantes non iuramento, non duello ſatisfactionem Papa recipere voluit; ſed in eadem qua fuerat duritia permanſit.* Eadem dicit ALBERICVS *ad a.* 964. Plura Principum exempla recenſet HENRICVS BANGERTVS *notis ad Arnoldum Lubecenſem lib. II. c. XXIV. pag.* 279.

†† LEG. LONGOB. lib. I. Tit. X. l. IV. *quod ſi ille, cui crimen immittitur negare voluerit, per ſe pugnam faciat, nec liceat campionem pro ſe dare; niſi decrepita ætas aut iuuenilis, aut infirmitas pugnare prohibuerit.* lib. II. Tit. LV. l. 39. *Si ſeruus propter adpetitum libertatis liberum ſe vocauerit, liceat domino, ſi ſibi melius viſum fuerit, propter difficultatem approbationis inſidioſæ, aut per ſe, aut per ſuum Campionem, litem dirimere. Liceat autem ſeruo pro ſe campionem dare, ſi morbus aut ætas eum pugnare prohibuerit.*

††† LEG. LONGOB. lib. II. Tit. LV. l. 40. *Vt Eccleſia, ſeu Comites, & viduæ, lites ſuas de his, qui in ſupraſcriptis capitulis continentur per conſimiles aduocatores per pugnam dirimant. Cæteri vero natura liberi ſecundum legem priſtinam per ſemetipſos reſpondeant & determinent.* Exemplum in Gundeberga Longobardorum Regina, inculpata, quaſi de nece Charoaldi Regis cogitaſſet, apud FREDEGARIVM Chron. c. LI. *Tunc vnus ex legatariis, nomine Anſoaldus, non quaſi iniunctum habuiſſet, ſed ex ſe ad Charoaldum dixit: Liberare poteras de blaſphemia hanc cauſam; iube illum hominem, qui huiuſcemodi verba tibi nuntiauit, armari, & procedat alius de parte reginæ Gundebergæ, quique armatus ad ſingulare certamen, vt iudicio Dei his duobus confligentibus cognoſcatur, vtrum huius culpæ reputationis Gundeberga ſit innoxia, an fortaſſe culpabilis. Cumque hæc Charoaldo regi & omnibus primatibus Palatii ſui placuiſſent; iubet Adalulfum armatum conflictum adire certaminis, & de parte Gundebergæ procurrentibus conſobrinis Gundebergæ & Ariberti, homo, nomine Pitto contra Adalulfum armatus adgreditur. Cumque confixiſſent certamine, Adalulfus a Pittone interficitur, Gundeberga ſtatim de exilio poſt annos tres regreſſa, ſublimatur in regnum.* REGINO lib. II. Chron. ad a. 950. *Ibi* (Wormatiæ) *Cunradus filius Eberhardi comitis, qui cum quadam nepte regis ſe concubuiſſe ſibi impoſuit, a quodam Burchardo Saxone monomachia victus, feſelliſſe ſe patefecit.* De Cunichilde Henrici III. Imp. vxore IO. BROMTONVS Chronico p. 933. *quæ ad ſponſum veniens multo tempore fœdus coniugale fouit. Poſtremo ſuper adulterio accuſata, mirabili duello cuiusdam iuuenis Municon, quem ſecum ab Anglia duxerant, contra hominem giganti ſimilem nomine Roddyngar, ſicut Deus per miraculum voluit, ſe purgauit, vnde ipſa de triumpho inſperato gaudens, repudianti viro repudium dedit, & nunquam impoſterum voluit eius conſortio conſentire, ſed velum ſanctimonialium ſuſcipiens vitam caſtam Dei ſeruitio terminauit.* Eadem habet GVIL. MALMESBVRIENSIS *de geſtis Anglorum lib. II. cap. XII.*

†††† Du FRESNE *Gloſſario voce Campio* id latius declarat, potiſſimum dicens: *Campiones præſertim ita dicti, qui pro aliis, qui duellum inire ex lege iubebantur,*

*&*

*& quapiam ex iis, quas ius admittit, cauſis excuſabantur, certamen & duellum ſuſcipiebant, cum reus, vel actor qui accuſabatur, vel accuſabat, ad id teneretur.* Vid etiam SPELMANN *Gloſſario.*

††††† LEG. LONGOB. lib. II. Tit. LV. l. XI. *Nullus Campbio præſumat, quando contra alium pugnando vadit, herbas quæ ad maleficia pertinent, ſuper ſe habere, nec alias tales ac ſimiles res: niſi tantum arma ſua, quæ conueniunt. Et ſi ſuſpicio fuerit, quod eas occulte habeat, inquiratur a iudice: & ſi inuentæ fuerint, euellantur & iactentur. Et poſt iſtam inquiſitionem, tradat manum ipſe Campbio in manu parentis aut conliberti ſui, ante iudicem ſatisfaciens, & dicat quod nullam talem rem, quæ ad maleficia pertinet, ſuper ſe habeat, & tunc vadat ad certamen.*

†††††† EDICTVM THASSILONIS n. X. *De eo, quod ſi quis de quocunque reatu accuſatus ab aliquo, poteſtatem accipiat cum accuſatore ſuo pacificare ſi voluerit, antequam pugnam quæ* WEHADINC *vocatur, permittat.* De Popularibus Legibus n. 5. *de pugna duorum, quod* WEHADINC *vocatur, vt prius inſortiantur, quam parati ſunt, ne forte carminibus vel machinis diabolicis, vel magicis artibus inſidiantur.* LL. BOIORVM Tit. XI. l. V. *Et ſi alia probatio nusquam inueniri dignoſcitur, nec vtriusque inuaſionem compenſare voluerint, tunc ſpondeant inuicem* WEHADINC *quod dicimus, & in Campiones non ſortiantur, ſed cui Deus dederit fortitam & victoriam, ad ipſius partem deſignata pars, vt quæritur, pertineat.* Quid vero ſit WEHADINC varii varia ſentiunt. LOCCENIVS Ant. Sueco-Goth. lib. II. c. V. dictum putat a Germanico *VVeihen, VVeiben,* id eſt conſecrare, luſtrare, benedicere, ſecutus FRANCISCVM IVNIVM in Gloſſario Gothico. SPELMANNVS GLOSSARIO: *VVehadinc duellum, id eſſe reor quod interpoſito pignore ſponſum eſt, VVeading q. pignoris depoſiti, vel præſtatio: ipſum fœdus.* Sequi videtur du FRESNE hac voce. Verum, MARCVS VELSERVS *Rerum Boicarum lib. II. c. V. p.* 163. legendum eſſe putat *VVehrding*, quem ſequitur SCHOTTELIVS *c. XXVIII. §. IX.* qui haut incongrue deducit a voce Germanica *VVehren*, defendere & *ding.* iudicium, vt ſit defenſio per Duellum legitima, quod latius adhuc perſequitur.

††††††† EDICTVM THASSILONIS de legibus Popularibus n. VI. *qui ſupra prædicta pugna, quod* CAMFWIC *dicimus, peracto iudicio, ſe ſimili vindicta erigere contra quærentem præſumpſerit.* Videtur autem ſic dicta, quod vnum ex campo recedere neceſſum haberet.

†††††††† DU FRESNE: *voce Campus. Duellum ipſum quod in campo ſeu arena initur.* Charta Roberti Regis Franciæ in Monaſterio S. Dionyſii. *Hoc eſt bannum hominis vulnerati vel interfecti, & infracturam intra vel extra caſtellum ipſius Cœnobii, duellum & legem duelli, quod vulgo dicitur Campus.* Baldricus Nouiom. lib. I. cap. X. *Ad ſingulare certamen, quod ruſtice dicimus Campum, prouocauerunt.* REGINO lib. II. de Eccl. diſc. cap. LXXVII. *De pugna duorum, quod noſtri Campum vocant.* Charta Wilhelmi Comitis Lutzemburg. an. 1122. *ſi pugna Campi, id eſt, duelli, adiudicata fuerit.* Charta Caroli M. pro Diuiſione Imperii cap. IX. *tunc volumus vt ad declarationem rei dubiæ, iudicio Crucis Dei voluntas, & rerum veritas inquiratur, nec vnquam pro tali cauſa, cuiuslibet generis pugna, vel Campus ad examinationem iudicetur.* Hinc in campo decertare in *Capit. I. a.* 819. *cap. X.* & *lib. IV. Capit. cap. XXIII. Campire, Duellum inire.*

## §. VI.

*Modus Iudicii Duellici.*

Modus in eo conſtabat, prout Saxonicum Ius nos docet: *Iudex cuique duos prabere debet, qui videant, quod ſecundum conſuetudinem praparentur. Quantum voluerint, de corio & linteo induant, dum modo frontes id eſt capita atque pedes permaneant denudati. In manibus non niſi ſimplices habeant Chirothecas: nudum in manu quilibet habeat gladium, & cum vno vel pluribus, ſecundum cuiusque arbitrium pracingatur: Clypeum ligneum corio tectum, & non niſi vmbonem ferreum in manu ferant, & vnam tunicam induant, cuius manica vsque ad cubitum ſe extendant. Iudex circulo pacem, ne quis eos impediat, debet ſub pœna capitis demandare. Cuilibet eorum iudex vnum, qui arborem ſeu phalangem eius ferat ordinabit, qui ferentes neminem eorum vllatenus impediant. Sed ſi eorum quis ceciderit, vel vulneratus fuerit, vel arborem petierit, idque iudex conceſſerit, arborem interponant. Poſtquam circulo eſt pax nunciata, tunc petere debent, circulum ſibi a iure licentiari, quem eis iudex licentiabit. De vaginis ferrum auferant, niſi hoc eis a Iudice concedatur. Ante iudicem accedere debent praparati & iurare, Actor videlicet, quod illa accuſatio vera ſit, & Reus quod innocens ſit, vt ſic eos deus adiuuet in duello. Splendor ſolis eis diuidatur quando procedunt. Si reus vincitur, condemnatur: Si vero vicerit, donata ſibi ab actore emenda & indici mulcta abſoluetur. Actor in circulum prior veniat, & ſi reus venire protraxerit, iudex eum debet tribus vicibus per praconem de domo, in qua praparatur, adhibitis duobus bannitis euocare, quod ſi in tertia vocatione non venerit, actor ſurgendo ſe debet duello praſentare, & verberando contra ventum eum ſuperabit in querela contra eum propoſita, ac iudex eum, tanquam duello eſſet ſuperatus, condemnabit.* * Poſt Duellum igitur ii, qui congreſſi fuerant, vel abſoluebantur vel condemnabantur. ** Tam frequens autem huius Iudicii vſus erat, vt ipſi quoque clerici eadem ratione inter ſe decertarent, *** quod tamen per Alexandrum III. & Cœleſtinum III. fuit prohibitum. ****

* Hæc verba ſunt SPECVLI SAXONICI *lib. I. art. LXIII.* Eadem fere dicuntur in SCHWABENSPIEGEL *c. CLXX. ſqq* vbi etiam *c. CLXXI.* dicitur: *Einen Rinck ſol man machen, der ſol zwantzig ſchuch oder funff und zwentzig ſchuch weit ſein, nach des Landes gewonheit, und welcher daruſs fleuhet, der iſt ſigloſs.* SÆCHSISCHES WEICHBILD *art. XXXV.* Eadem dicit LEHMANN *Chron. Spir. lib. II. cap. XXX.* Eadem præſcribuntur in Conſtitutionibus Siculis *lib II. tit. XXXVII.* qui totus eſt de Campionibus.

** Ex-

** Exemplum ſingulare ſub Ottone II. Imp. nobis præbet DITMARVS lib. III. p. 343. ed. Leibnit. *Accuſatus apud Imperatorem Gero Comes a VValdone, & in loco qui Sumeringe dicitur, hortatu Adelberti Archipræſulis & Theodorici Marchionis captus, patri meo patruoque firmiter eſt commiſſus. Deindeque conuocatis ad Magdeburg curatis Regni Principibus, congreſſi ſunt hi iudicio in inſula quadam ſingulari certamine, vulneratusque in ceruicem bis VValdo, ardentius inſequitur hoſtem, percutiensque illum valido caput, proſtrauit eundem. Interrogatus autem Gero Comes ab eodem, ſi plus potuiſſet pugnare, coactus eſt, quod iam defeciſſet, profiteri. VValdo tum egreſſus, aqua refocillatus, depoſitis armis poſt tergum mortuus cecidit. Tunc Gero iuſſus decreto iudicum, & voce Imperatoris, a carnifice quodam decollari III. Idus Auguſti. Hæc pugna nulli niſi tantum Archiepiſcopo Adelberto & Thiederico placuit Marchioni: correptusque eſt Imperator ab Ottone, Bauariorum Duce, Liudulphi filio, eodem die veniente, & Comite Bertoldo, quod ob tam vilem cauſam tantus vir nunquam damnari debuiſſet.* Eadem de cauſſa LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 979. *Gero Comes a VValdone quodam accuſatus, dum eum in ſingulari certamine occidiſſet, ipſe tamen ab Imperatore decollatus eſt.*

*** Exemplum ex PETRO CLVNIACENSI lib. III. *de miraculis* c. VIII. adducit CASPAR ZIEGLERVS *de Iuribus Maieſtatis* lib. I. c. XXXIII. §. XXI. *Regebat aliquando Gerardus, quod Niuernis habemus, ſancti Saluatoris monaſterium, ſibi a ſancto Patre Hugone commiſſum. Orta eſt lis inter eum, & quendam ſuum Præpoſitum, pro qua, die agendi conſtituta, ad cauſam vterque conuenit. Aſſedit prior Gerardus inter medios, reliqui enim vndique ambierunt. Venit & cum ſuis Præpoſitus, contra illam cauſam acturus. Aderant electi iudices, qui vtriusque actione audita iudiciario ordine dirimerent. Rem, de qua agebatur, nulla nominare neceſſitas cogit, erat tamen Eccleſiaſtica, multumque vſibus monaſterii neceſſaria. Hanc ille, quem dixi, Præpoſitus, quoniam valde lucroſa videbatur, ſummo ſtudio ſibi vendicare conabatur. - - - Data eſt Gerardo loquendi copia, & coram cunctis, qui aderant, vt religioſum decebat, cauſam ſuam aperuit. Qui poſtquam finem dicendi fecit, is, qui ei aduerſabatur, falſa eſſe, quæ ab eo dicta fuerant, exclamauit. Iuſſus poſt hæc a iudicibus venire, & ea, quæ dixerat, comprobare, propius acceſſit, & iterans, quæ dixerat, cœpta temeritate ſe vera dicere confirmabat. Cumque inſtaret rurſum ei iudices præceperunt, vt ſecundum morem regionis illud, quod ipſi vocant gladium, rei videlicet ab eo probandæ argumentum, manu propria in eiusdem Gerardi Prioris manu poneret. Qui, velut ex bona conſcientia audacter gladium in manu eius ponens, ait: huius, vt dixi, rei ego teſtis ſum, aliis quoque teſtibus vel Duello id ipſum probaturus.* ADREVALDVS FLORIACENSIS *lib. I. de miraculis ſancti Benedicti c. XX. Tandem adiudicatum eſt, vt ab vtraque parte teſtes exirent, qui poſt ſacramenti fidem ſcutis, ac baculis decertantes: finem controuerſiæ imponerent: ſed cum illud iuſtum, rectumque viſum fuiſſet omnibus, quidam Vaſtienſis regionis legis &c. indicium protulit, non eſſe rectum, vt bello propter res eccleſiaſticas teſtes decernerent.*

**** C. 2. & 3. *de Clericis in duello pugnantibus.*

## §. VII.

Dum autem plures eſſent, qui hunc decertandi modum tanquam iuri diuino contrarium & a moribus Chriſtianis alienum efferrent, * Papæ etiam eiusmodi res conſcientiæ, ſuo regimini *Hoc Iudicium varie prohibitum.*

 vin-

vindicarent, ** variis decretis hæc Duella vna cum aliis Iudiciis abolere fuerunt conati. Fecit illud Alexander III. in Concilio Lateranenſi a. 1179. *** Contra eadem decreuit Cœleſtinus III. Papa, Romæ a. 1195. **** Debacchatus in eadem fuit Gregorius IX. in Articulis Speculi Saxonici reprobatis. ***** Poſtea in Concilio Toletano a. 1472. ſub Sixto IV. Papa fuit decretum, q uod decedentes in Duello careant Eccleſiaſtica ſepultura, & non dicantur pro eis diuina, nec recipiantur oblationes. ****** Præcipue vero in Concilio Tridentino Patres congregati Duella plane fuerunt deteſtati. † Manſit nihilominus aliquantiſper vſus Iudicii Duellici in cauſſis ciuilibus, illatis etiam iniuriis, †† ita, vt coram Iudicio Campionum, *Kampſgericht*, quale erat Halæ Sueuorum ††† atque in Burggrauiatu Norico, vbi decernente Iudice, debitis adhibitis ſolennibus, ſingulari certamine agebatur. †††† Licet etiam plures Ciuitates ſingulari priuilegio ſibi proſpexerint, *daß ſie nicht kampſen mægten.* †††††

* Facit huc AGOBARDI Tractatus ante adlegatus. IOANNES de LIGNANO *de Duello.*

** C. 20. c. 2. qu. 5. *Stephanus V. Papa ad Humbertum Epiſcopum Moguntinum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum.*

*** Io. CABASSVTIVS *Not. Eccleſ. f.* 417.

**** C. I. de purgatione vulgari *Cura ſuſcepit regiminis. Cum t. f. duxerit Sedem Apoſt. conſulendam: vtrum ſuper Eccleſiarum poſſeſſionibus duella debeant ſuſtineri. Tua duximus ſolicitudini reſpondendum, quod in eo caſu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare.* Sic etiam GONTZALETZ TELLETZ *Comment. ad Decretales lib. V. Tit. XXXV.* Alexandri IV. epiſtolam inhibitoriam exhibet.

***** Vide ſupra. *cap. VI. §. XXIII.*

****** FR. LONGVS a S. CORIOLANO *Summ. Conciliorum* p. 899.

† Seſſ. XXV. c. XIX. *Deteſtabilis Duellorum vſus, fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur; Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur; &, ſi feudalia ſint, directis Dominis ſtatim acquirantur. Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant: & vt homicidæ iuxta ſacros Canones puniri debeant: &, ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa Duelli tam in Iure quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam*

Digitized by Google

*quam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis ac perpetua maledictionis vinculo teneantur; non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.* Licet HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS Erudito Tractatu *de Iudiciis Centenariis cap. VI. §. IV.* & *ſqq.* demonſtrauerit, qua ratione antiquis temporibus multi Reges atque Imperatores Duella hæc coërcere fuerint conati.

†† Sic in Ordinatione des Kampfs des Burggravthumbs zu Nürnberg apud LIMNÆVM Addit. ad Lib. V. c. VII. p. 750. n. 4. *Darauf ſoll ihme derſelb fürſprecher reden, wie das Hans &c. (bie ſtande, in des Reichs noth, und bringt für, wie Contz &c.) habe gerathen an das Heilich Reich, iehe er ihme daß, das ſey ihme lieb. Laugen Er ihme aber daß, ſo woll er ihme das beweiſen, mit ſeinem Kolben auff ſein Haupt nach Kampffsrecht, und ſoll darauff bitten eins Kampfflichen fürbets gehn demſelben ſeinen VViderthheil und fragen, ob ihm das icht billich durch recht gegeben werde.* Talem etiam libellum exhibet HERMANNVS de BARR de formandis libellis lib. LVII. *Ego Domine Iudex &c. Ego Petrus &c. Quod Martinus hic præſens eſt falſus & proditor, qui perditionaliter rapuit mihi quendam equum pili mauri, ſtellatum in fronte, quod ſi ipſe confiteatur, peto ipſum condemnari ſuper prædicta rapina, vt raptorem. Si autem hoc neget, ego per pugnam armis paribus ſumtis a me & ab eo faciam eum confiteri palam per os ſuum in campo nobis per vos aſſignando, vel reddam eum victum vel mortuum in dicto campo. Et ſuper dicta pugna pignus meum, vel chyrothecas meas hic in medio in præſentia veſtra offero & reddo, & promitto me iuraturum in introitu campi per vos nobis ad certamen ſeu ad dictam pugnam aſſignando, quod ego non habeo herbas nec breues coniuratorias, vel alia qua maleficia vel faſcinationes pariant, vel parturiant quoque modo. Et quod tunc Martinus iuret ſimiliter illud item & peto per vos Dominum iudicem. Martinus prædictam rapinam neget, declarari & iudicari pugnam poſſe & debere eſſe & fieri ex prædicta cauſa inter me & eum, & ipſum ſententialiter condemnari ad ſubeundam pugnam mecum ex prædicta cauſa, vt ſuper prædicta rapina poſſit per pugnam veritas inueniri.*

††† Dnus MVLLER *im Reichs-Tags-Theatro unter K. Fridrich dem V. p. I. c. VII. §. XXXII.* qui etiam *§. XXXVI.* exhibet Kayſer Ludouici IV. Kampff-Brieff zweyen von Adel Anno 1336. ertheilet. MATTH. DRESSERVS *de Vrb. Germ. p.* 295. CRVSIVS *Ann. Sueuic. lib.* Paralip. *cap. V. p.* 62. SCHOTTEL *c. XXVIII. n.* 10. Potiſſimum Dnus LVDEWIG *Comment. Rer. Halenſium cap III. §. V.* qui rationem huius priuilegii hanc reddit, quod vrbs tot nobilium familiarum domicilium fuerit, tot etiam S. R. I. Equitibus extiterit vicina. SEBASTIANVS MVNSTERVS *Coſmographia lib. III. p.* 808. egit *von dem Kampff-Platz zu Schwabiſch Hall im Kocherthal.*

†††† Extat apud LIMNÆVM *Addit. ad lib. V. c. VII. Ordnung des Kampffs des Burggrafthumbs zu Nürnberg.* In GOLDASTI *Reichs-Satzungen Tomo I.* reperitur *p.* 236. *Ordnung des Kampfrechts am Landgericht zu Francken, wie es von alter hergebracht, durch Ræmiſche Keyſer und Kænig geſetze, reformirt und beſtetigt worden.*

††††† Plura exempla adlegat DATT *de pace publica lib. I. c. I. num.* 30. & frequentius occurrunt apud LVNIGIVM. Plenius hanc materiam perſecutus fuit SCHOTTELIVS *von unterſchiedlichen Rechten cap. XXVIII.* SAMVEL RACHELIVS *in Tractatu ſuo de Duellis*, qui inter Opera Erici Mauritii coniunctim edita reperitur. CHRIST. ESELINGII *Tractatus de prouocatione ad iudicium Dei, Lemgouiæ* 1609. 4. LAVRENTII BANCKII *diſſertatio de duellis eorumque natura & iure, Franekeræ* 1659. 4.

EBERHARDI RVDOLPHI ROTHII *de antiquiſſimo illo more, quo Veteres innocentiam ſuam per duella probare nitebantur.* IOACHIMI IO. MADERI *de Duello, vt Ordalii quondam ſpecie, Helmſtadti* 1679. 4. Hic non ſolum materiam hancce ſecundum variorum populorum ritus, adiectis variorum ſcriptorum locis, latius pertractauit. Sed etiam PETRI GREGORII THOLOSANI *Commentationem* adiecit *de Duello, ſeu Monomachia* ex Syntagmate ipſius Iuris Vniuerſalis *lib. XLVIII. c. XVI.* OLAI WORMII *de Foris Veterum Danorum, & varia dirimendarum litium ratione, ex libro I. Monumentorum Daniæ cap. IX.* & *X.* HENRICI BANGERTI *de Duello & Iudicio diuino* Commentationem ex Commentario ipſius ad Librum II. Arnoldi Lubecenſis. PHILIPPI CAMERARII *de ſingulari Certamine, vel Duello* Meditationes, ex Centuria II. Meditationum Hiſtoricorum. Exempla Monomachiæ ex MARCI VVLSONI *Theatre d' Honneur.* Et *von dem Kampff-Platz zu Schwabiſch Hall im Kocherthal* ex Münſteri Coſmographiæ libro III. Addi poteſt FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Diſſ. de Feudis c. XLV.* & Comm. *de Feudis p.* 600. FRIDERICI SCHRAGII *de Monomachia, Argentorati* 1682. & potiſſimum Diſſertatio Dni EPHRAIMI GERHARDI *de Iudicio Duellico, vulgo vom Kampf-und Kolben-Gerichte,* in noſtra Academia *a.* 1711. ventilata, qua antiquitates Germaniæ non ſolum, ſed etiam aliorum regnorum Europæ circa Duella atque eiusmodi iudicia probe examinat. Qua ratione apud Suecos hæc Duella fuerint vſitata docuit IO. LOCCENIVS *Antiquit. Sueo-Goth. lib. II. cap. V.* apud Anglos SPELMANN *Gloſſario, voce Campus,* WEHNER. BESOLDVS. SPEIDELIVS, *voce Ausfodern, Duell, Kampfrecht.* Du FRESNE *voce Campio, Duellum.* Nouiter prodiit IANI a W. SLICHER *Diſſertatio Iuridica de debita ac legitima vindicatione exiſtimationis & de Duellis Amſtelodami* 1717 8.

## §. VIII.

*Iudicium per ferrum candens.* Aliud Iudicium fiebat per *ferrum,* idque *candens,* * vt quis in conſpectu Iudicum & circumſtantis populi corona, laminam ferri ignitam ſolenni formula per ſacerdotem conſecratam, manu prehenſam circumferret. ** Hoc ipſo etiam Iudicio Chriſtianæ fidei veritas apud Danos fuit confirmata. *** Adhibebatur illud etiam in cauſis dubiis. **** Quandoque reus vel rea iudicio nouem aut duodecim vomerum examinabatur, quod in eo conſtabat, vt inculpatus vel inculpata totidem vomeres ignitos pedibus calcare neceſſum haberet: ſi illæſus manſerit, pro innocente habebatur, ſi læſus fuiſſet, pro nocente declarabatur. Vocabatur hoc IVDICIVM VOMERVM. ***** Talis autem formula erat conſecrationis: *Deus iudex iuſtus, qui auctor pacis es, & iudicas æquitatem, te ſuppliciter rogamus, vt hoc ferrum ordinatum ad iuſtam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam, benedicere, & ſanctificare digneris. Ita ſi innocens (de prænominata cauſa, vnde purgatio quærenda eſt) hoc ignitum in manus acceperit, illæſus adpareat. Et ſi culpabilis atque reus, iuſtiſſima ſit ab hoc virtus tua, in eo cum virtute declarandum: quatenus iuſtitiæ*

Digitized by Google

*iuſtitiæ non dominetur iniquitas, ſubdatur falſitas æquitati, per Dominum noſtrum &c.* ****** Nonnunquam ardentes prunas ad tempus nudis manibus ferebant. ******* Alii per ipſam flammam illæſi digreſſi, hoc ipſo innocentiam ſuam teſtati eſſe dicuntur. ******** Licet autem Impp. † vel Papæ, Stephanus V. Honorius III. Alexander IV. hunc morem tanquam ſuperſtitioſum reiicerent, †† videmus tamen adhuc ſæculo XIV. eiusdem reliquias. ††† Licet facile credamus, herbas quasdam, quarum vires igni reſiſterent, fuiſſe adhibitas. ††††

* SYNODO TRIBVRIENS. c. XIII: *ſi quis fidelis libertate notabilis tanto talique crimine publicatur, vt criminoſus a populo ſuſpicetur per ignem candenti ferro, caute examinetur.* Vocabatur alias etiam *Iudicium ignitum, ferri calidi, Iudicium Ignis*, quæ aliaque nomina congeſſit du FRESNE voce *Ferrum candens.* VITA MEINWERCI apud LEIBNITIVM Tomo I. p. 563. *ſi Lito, iudicio ferri igniti ſynodali ſententia ſe liberabit.* RADEVICVS *lib. I. c. XXVI.* inter alias Leges Caſtrenſes Friderici I. refert: *ſi ſeruus aliquis culpatus non in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe iudicio igniti ferri, vel Dominus iuramentum pro eo præſtabit. Actor vero iurabit, quod aliam ob cauſam non interpellat eum de furto, niſi quod putat culpabilem.* Philippus Flandriæ Comes hanc legem tulit a. 1164. *Si quis vulnus in nocte acceptum alii imputauerit, ferro candenti ſe excuſabit.* In antiquiſſimis Legibus Brunſuicenſibus apud LEIBNITIVM Tomo III. p. 437. n. LIII. *Swelk man dat hete yſern draghen ſal, de heſſt ſes weken dach, id ne ſi, dat he id ſilven wilkore to draghende.* Apud Suecos etiam illud fuiſſe vſitatum, teſtatur IO. LOCCENIVS *Antiquit. Sueo-Gothicis lib. I. c. IV.* IVO *ep. LXXIV. & cum paratus ſis ad perficiendam purgationem legitimam, non aliter vult te huius proditionis immunem credere, niſi igniti ferri examinatione demonſtres innocentiam tuam.* Huc facere videtur Formula: in ignem manum mittere. Legibus Ripuariorum Tit. XXX. §. 1. *Quod ſi ſeruus in ignem miſerit, & læſam tulerit, dominus eius ſicut lex continet, de furto ſerui culpabilis iudicetur.*

** ANN. METENSES *ad a.* 858. de quodam quaſi maligno ſpiritu regeretur, inculpato: *vicini vero illum occidere volentes, ille coactus ferro feruente de omnibus quæ ei obiiciebantur, ſe oſtendit immunem.* MATTHÆVS PARISIENSIS ad a. 1085. *Erat quidam Remigius ſtatura paruus, ſed animo magnus, colore fuſcus, ſed non operibus, de Regia quoque proditione aliquando accuſatus, ſed famulus ſuus igniti iudicio ferri dominum purgans, regio amori reſtituit, & maculam dedecoris pontificalis deterſit.* Eadem dicunt ANNALES FVLDENSES *ad a.* 858. GODEFRIDVS MONACHVS *ad a.* 1172. de Clerico quodam hæreſeos inculpato: *purgare ergo famam ſuam de obiecta hæreſi iudicio candentis ferri fruſtra proponens, tam manifeſte Deo operante cecidit, vt non ſolum in dextra, in qua ferrum geſtabat, & in ſiniſtra manu, & in vtriusque pedibus, & in ambobus lateribus, in pectore ſimul & ventre, vſtura mirabiliter appareat.* De Comitis Mutinenſis vxore, qui mariti ſui innocentiam eodem iudicio fuerit teſtata GOTTFRIDVS VITERBIENSIS *Chron. p. XVII. p.* 481. ANDR. PRESBYTER *Chron. Bau. p.* 29. & potiſſimum CAR. SIGONIVS *Hiſt. Ital. lib. VII. p.* 183. *cui illa, candenti lamina*, inquit, *atque mox inſpectantibus omnibus ferrum ignitum*

iuſſu

*iuſſu Ottonis allatum ſine vlla offenſione prehendit.* Licet integra hæc hiſtoria, eo quod coævorum fide deſtituatur, haut immerito in dubium vocetur. PONTANVS *Hiſt. Dan. lib. V. p.* 141. eandem narrat hiſtoriam, atque addit: *quod vel ideo prolixius addidi, vt conſtaret hiſce temporibus, iudicium ferri igniti paſſim vſurpatum & apud Danos adeo fuiſſe vſitatum, quomodo & ſequentia oſtendunt, vt hodieque ſignum veri ſua lingua ſignum candentis ferri vocent, vulgo enim & vernacule iern tegen dicunt.* In Vita Meinwerci n. L. *nuntius iudicio aqua ferrique igniti examinatus, ſecurus declaratur.* n. XCIX. *ipſo anno Aribo Moguntinus Archiepiſcopus in Gezlethi ſynodum generalem cum ſuis ſuffraganeis Epiſcopis habuit, in qua inter cætera Eccleſiaſtica negotia quidam homo ingenuus, de homicidio Sigfridi Comitis incuſatus, candenti ferro ſe expurgauit, & ex decreto ſynodi poſt duas noctes illæſus apparuit.* Apud Slauos etiam hunc morem fuiſſe vſitatum, teſtatur HELMOLDVS Chron. Slau. lib. I. c. LXXXIII. *& inhibiti ſunt Slaui de cætero iurare in arboribus, fontibus & lapidibus, ſed offerebant criminibus pulſatos Sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos. Apud Norwegos idem vſitatum.* Quare Inga, Haquini mater, regium filii ſui genus eodem examine comprobauit, de quo THORM. TORFÆVS *Hiſt Norweg. P. IV. lib. V. c. V. p.* 142. *Die Dominica examen proceſſit, ſuſtinuitque Regis mater ferrum ſine vllo doloris ſigno, præſente Rege, Archiepiſcopo, Comite & regni proceribus, Comite quoque Orcadenſi.*

*** DITMARVS lib. II. p. 333. *Apud Danos regnante tunc Haraldo & contemta Chriſtianitas ſic per Popponem renouata presbyterum. Arguebat enim idem & regem & populum, anteceſſorum cura ſuorum deuiantem, Diis ac dæmonibus vacantem, vnum affirmans in tribus perſonis Deum. Interrogatus autem a rege, ſi ignito voluiſſet dicta ferro comprobare, paratum ſe ad hoc eſſe, hilari reſpondit animo, craſtinaque die ferrum ingentis ponderis benedictum, ad locum a rege determinatum portauit, manumque ſecuram imperterritus eleuauit. Quo rex miraculo lætus admodum effectus, cum omnibus Chriſti iugo protinus ſe humiliter ſubdidit, in finemque, fidelium more, præceptis obtemperauit diuinis.* BOTHO Chron. Pictur. ad a. 944. p. 309. *do kam de pape Her Pope, unde nam ein gloynik heit yſeren in ſine beyde hende vor ieghewordicheyt des Kyſers unde der Denen, und ſede: Su, is der Denen Gott ein recht Got ſo barne my dut yſeren, is der Criſten Goot eyn recht Got ſo barne my nicht, de pape bleiff ungeſeret, de Denen nemen æne vor einen Biſchopp.* Eadem narrant WITTICHINDVS *lib. III. Ann. p.* 659. ADAMVS BREMENSIS *lib. II. c. XXVI.* ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 974. SIGEBERTVS GEMBL. *ad a.* 966. SAXO GRAMMATICVS *lib. X. pag.* 189. qui tamen non ferrum candens ſed chirothecam ferream fuiſſe dicit: *vniuerſis haud dubie parendum reſpondentibus, candentem ferri laminam chirothecæ formam habentem expediri iuſſit, eique brachium cubito tenus inſeruit, ac protinus per omnes interriti circumlatam ante principis pedes excuſſit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religioſæ omnium admirationi conſpiciendam monſtrauit.* Addit Saxo: quo euenit, vt Dani abrogata duellorum conſuetudine, pleraque cauſarum iudicia eo experimenti genere conſtatura decernerent controuerſiarum examen rectius ad arbitrium diuinum, quam ad humanam rixam relegandum putantes. ALBERICVS ad a. 967. RADVLPHVS de DICETO ad a. 970.

**** Adhibitum igitur fuit hoc examen, in cauſa Diuiſionis inter Ludouici Germanici filios, de quo ANNALES BERTINIANI ad a. 876. *Hludowicus Hludowici Regis filius decem homines aqua calida & decem ferro calido, & decem aqua frigida ad*

*ad iudicem miſit coram eis, qui cum illo erant: petentibus omnibus vt Deus in illo iudicio declararet, ſi plus per rectum ille habere deberet portionem de Regno quam pater ſuus illi dimiſit ex ea parte, quam cum fratre ſuo Carolo per conſenſum illius & per ſacramentum accepit. Qui omnes inlæſi reperti ſunt.*

***** Prouocat ad hoc Iudicium Richardis, Caroli Craſſi vxor apud REGINONEM ad a. 887. *illa e contrario non ſolum ab eius, ſed etiam ab omni virili commixtione ſe immunem eſſe profitetur, & de virginitatis integritate gloriatur, idque ſe approbare Dei omnipotentis iudicio, ſi marito placeret; aut ſingulari certamine fiducialiter adfirmat.* Eadem habent ANNALES METENSES. Potiſſimum vero notum eſt Exemplum Cunigundæ, Henrici Sancti vxoris, de qua AVCTOR VITÆ HENRICI apud CANISIVM Tomo VI. p. 387. *Cumque Deo dilecta ad illud iudicium, velut ouis ad occiſionem duceretur, ingemuit & ait: Domine Deus creator cœli & terræ, qui probas renes & corda, iudica iudicium meum, & eripe me, te enim teſtem inuoco hodie & Iudicem; quia nec hunc præſentem Henricum nec alterum quemquam virum carnali commixtione vnquam cognoui. Hæc dicens, ſtupentibus ac flentibus, vniuerſis qui aderant, vomeres candentes nudo veſtigio calcauit, & ſine aduſtionis moleſtia tranſiit.* Ex hoc hauſit Auctor CHRONICI HALBERSTADENSIS apud LEIBNITIVM *Tom. II. pag.* 122. AVCTOR VITÆ CVNIGVNDIS *cap. I.* & COMPILATIO CHRONOL. *ad a.* 1005. *& coram Principibus & multis aliis* 12. *candentes vomeres nudo veſtigio calcauit, & Domino protegente penitus illæſa permanſit.* THEODERICVS ENGELHVSIVS p. 1081. *quindecim vomeres* numerat. MAGNVM CHRONICVM BELGICVM p. 96. *Henricus ille Imperator habuit vxorem Dominam Cunigundam, de adulterio quadam vice ſuſpectam. Sed ipſa purgans ſe de hoc publice, ſex vomeres ignitos nudis pedibus illæſa pertranſiit.* Hinc verſus antiquus: *Iudicio Vomerum Kunegunda virgo probatur.* Et licet C. S. SCHVRTZFLEISCHIVS Cunigundæ innocentiam ſingulari diſſertatione defendere fuiſſet conatus, GVNDLINGVS tamen *Otiis III. Auflage cap. III.* haud incongrue teſtatur, hæc omnino confirmari poſſe, potiſſimum, quod auctor Vitæ Henrici Adelboldus habeatur, Henrico coæuus. Licet de prætenſa Cunigundæ virginitate ſpondere nollem. De Emma matre Eduardi Confeſſoris Angliæ Regis 10. BROMTON *Chronico p.* 942. *Præfigitur illico examinis dies, quo rex & cæteri proceres, excepto ſolo eodem Roberto archiepiſcopo, conuenerunt. Sed nocte præcedente mulier ad ſepulcrum ſancti Swithuni VVinthoniæ perorans, confortatur, nam die ſequenti velatis oculis ignitos vomeres illæſa cunctis videntibus pertransibat.* HENR. de KNYHTON *de euent. Angl. lib. I. c. VIII.* ALBERTVS STADENSIS ad a. 1192. *interfectores examinati iudicio XII. vomerum rotæ ſupplicio ſunt afflicti.* Facit huc Lex Anglorum & Werinorum Tit. XIV. de Veneficiis: *Si mulier maritum veneficio dicatur occidiſſe, vel dolo malo ad occidendum prodidiſſe, proximus mulieris campo eam innocentem efficiat: aut ſi campionem non habuerit, ipſa ad nouem vomeres ignitos examinanda mittatur.* Obtinuit hoc Ius etiam apud Norwegos. SAXO GRAMMATICVS *lib. XII. p.* 245. THORMODVS THORFÆVS *Hiſt. Norweg. p. III. lib. VIII. c. X. p.* 482. poſtquam narraſſet, Haraldo Gillio quæſtionem ſtatus fuiſſe motam, an ex regio genere eſſet natus, addit: *His auditis, Rex Haraldum adduci iubet, permiſſurumque profitetur, vt quo patre ſatus ſit, ordalio probaret: ſi tamen iureiurando ius omne ad regnum ſe filioque Magno viuis abdicaret. Hac ſponſione iuramento firmata, Haraldo iniungitur, ſuper nouem vomeres ignitos incedere; quod durum viſum proceribus, tantum ad generis aſſertionem, nullo ad ſucceſſionem emolumento.*

 *Nuda-*

*Nudatis ſuper ignitas laminas plantis, a duobus Epiſcopis iecto, qui ibidem ſtratus erat, imponitur; increpante Magno Regis filio timide ferrum calcari: qui a patre ſtatim reprehenditur. Mox agnitus a Rege fratris loco cultus eſt. Id quamuis experimentum rigidiſſimum, inque Norwegia inuſitatum, imo nouum, haberetur, non tamen Magno ſatisfecit, qui in longum proſpiciens, æmulationem veritus, eum, quantum poterat, deprimere cœpit, & eius exemplo procerum multi.*

****** Reperitur hæc Formula apud AVENTINVM *Ann. Boii. lib. IV. c. XIV. n.* 30. Apud GOLDASTVM *Rerum Alemannicarum Tomi ſecundi parte ſecunda p.* 139. reperitur alia Benedictio Ferri ad iudicium faciendum: *Benedic Domine per innocationem ſanctiſſimi nominis tui ad manifeſtandum verum iudicium tuum hoc genus metalli, vt omni Dæmonum falſitate procul remota veritas veri iudicii tui fidelibus tuis manifeſta fiat, per Dominum noſtrum Iheſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem, amen.* Modum vero huius iudicii ex Codice Legum Scanicarum *cap. XV.* adnotauit STEPHANVS IOANNES STEPHANIVS *Notis ad Saxonem Grammaticum* Hiſt. Dan. lib. V. p. 121. *Geſtaturus ferrum, lota manu, nihil debet contingere, priusquam ferrum leuet, nec caput, nec crines, nec aliquid veſtimentum, ne per tactum alicuius ſucci vel vnguenti per fraudem potius, quam per innocentiam, ferri candentis effugiat læſionem. Triplex autem ferri Iudicium, quod vſus recipit, inuenitur. Vnum, quod in duodecim ignitis vomeribus calcandis conſiſtit. Eſt item aliud ferri iudicium illi ſoli conueniens, qui pro furti crimine conuenitur, quod Trygſ Iern in lingua patria nominatur, ab alueolo, qui per duodecim pedum veſtigia, debet a baculis, quibus ferrum ſuperponitur, elongari. Quod accenſum, prius præſtito ab aduerſario iuramento, quod Aaſubren Eed appellatur, ſumptum a baculis, in ipſum alueolum nuda manu debet immittere reus ipſe, & immiſſum, ſi forte reſilierit, vel extra ceciderit, reſumet iterum, & pronunciet, donec ipſum ibi contigerit contineri. Eſt item tertium ferri Iudicium, illis geſtaturis ferrum attinens, quibus prædicta iudicia non incumbunt, quod ignitum ſumptum a baculis, reus ipſe, donec proceſſerit nouem veſtigiis, deferre tenetur, & tunc primo a ſe iactare. A quo iactu ipſum lingua patria Skuds-Iern appellat, & ſi dicatur ab aduerſario inſufficienter vel minus legitime detuliſſe, probet duobus teſtimoniis ſe deferendi modum legitimum obſeruaſſe. hoc eſt autem circa quodlibet ferri iudicium obſeruandum, vt nullum eorum debeat in ſeptimana, qua diem feſtum habeat, exerceri. Duobus quidem primis diebus, in ſecunda, videlicet, & tertia feria, reus in pane & aqua & veſtimentis laneis ieiunabit, & in quarta ſubibit iudicium. Hoc completo in continenti, vel pedes, ſi vomeres calcati fuerint, vel manus, ſi ferrum geſtatum fuerit, panno aliquo inuoluentur, cui diligenter aſtricto, ſigillum etiam apponetur, ne quid adueniat fraudulenter, quod vel poſſit extinguere vſtionem, vel auferre ſaltem apparentiam vſtionis. Hoc velamen in pedibus vel manibus vſque ad Sabbathum permanebit, eodem die coram actore aduerſario vſque ad ſolis deſcenſum poſt meridiem expectando. Et ſi nec tunc aduenerit, coram aſtantibus auferendum, qui ſtatim cum nudam manum, vel pedes, conſpexerint, vel innocentem reum, vel culpabilem iudicabunt.* Aliam Formulam vide apud GVILIELMVM LAMBARDVM Leg. Angl. Gloſſario p. 220.

******* Exemplum de Briccio, Turonenſi Epiſcopo, adulterii infamato, narrat GREGORIVS TVRONENSIS Hiſt. Franc. lib. II. c. 1. *Ille autem ad ſatisfaciendum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum ſuum poſuit: & ad ſe ſtringens, vſque ad ſepul-*

Digitized by Google

*ſepulchrum beati Martini vna cum populorum turbis accedit: proiectisque ante ſepulcrum prunis, veſtimentum eius iniuſtum apparuit. Illo quoque ſic proſequente: Sicut iſtud veſtimentum ab his ignibus videtis inlaſum, ita & corpus meum a tactu mulierisque coitu eſt impollutum.*

******** CONRADVS VRSPERGENSIS *ad a.* 1088. *p.* 240. *Petrus Albanenſis Epiſcopus obiit. Iſte per iudicium ignis immenſam pertranſiens illaſus pyram, veſtimentis etiam per flammam volitantibus, ſed in nullo leſis, Petrum Florentinum Epiſcopum declarauit ſimoniacum vnde & ipſe poſtea igneus eſt appellatus.*

† Patet hoc ex Conſtitutione Friderici II. Imp. quæ inter alias Conſtitutiones Siculas reperitur lib. II. Tit. XXXI. DE LEGIBVS PARIBILIBVS SVBLATIS: *Leges, quæ a quibusdam ſimplicibus ſunt dictæ paribiles, quæ nec rerum naturam reſpiciunt, nec veritatem attendunt, nos qui veram legum ſcientiam perſcrutamur, & errores a noſtris iudiciis ſeparamus, præſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum inhibentes, omnibus regni noſtri iudicibus, vt nullus ipſas leges paribiles, quæ abſconſæ a veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus noſtris indicet; ſed communibus probationibus ſint contenti, tam antiquis legibus, quam noſtris conſtitutionibus introductis. Eorum etenim ſenſum non tam corrigendum duximus, quam ridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere, imo (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla iuſta cauſa ſuperueniente confidunt, aut quo reum criminis conſtitutum, ob conſcientiam læſam tantum aſſerunt ab aqua frigida elemento non recipi, quem ſubmergi potius aëris competentis retentio non permittit.*

†† Gregovius III. Papa a. 602. c. 7. c. 2. qu. 1. §. 1. *Vulgarem denique, ac nulla Canonica ſanctione fultam Legem, feruentis ſcilicet, ſiue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis, quia fabricante hæ ſunt omnino ficta inuidia nec ipſum exhibere, nec antiquo modo te volumus poſtulare, immo Apoſtolica autoritate prohibemus firmiſſime.* Ad eundem locum prouocat IVO *Ep. LXXIV.* C. 20. c. 2. qu. 5. Stephanus V. Papa ad Humbertum Epiſcopum Moguntinum ſcribit: *Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet ſacri non cenſent Canones: & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum.* Honorius III. vero circa a. 1225. ſic ſcribit c. 3. de purgatione vulgari. *Dilecti filii nouiter in Liuonia baptizati, grauem ad nos querimoniam deſtinarunt, quod fratres Templariorum, & alii qui temporalem in eis poteſtatem exercent, ſi quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium ſubire compellunt: quibus ſi qua exinde ſequatur aduſtio, ciuilem pœnam infligunt. Cum igitur huiusmodi iudicium ſit penitus interdictum, vtpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, vt ab huiusmodi conuerſorum grauamine omnino deſiſtant per cenſ. Eccl. appell. remota compellas.* Sic etiam Alexander IV. Papa ad Hamburgenſes a. 1257. ſcribit, apud LAMBECIVM Rer. Hamburg. lib. II. p. 41. *Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod cum aliquis veſtrum de aliquo crimine in foro Eccleſiaſtico accuſatur, Præpoſitus Eccleſiæ Hamburgenſis eum ferri candentis iudicium ſubire compellit. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt, cum huiusmodi iudicium ſit penitus interdictum, vtpote in quo Deus tentari videtur, prouideri vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vt ſubire examen huiusmodi ferri candentis cogi per aliquem de cætero non poſſitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus.*

††† REGKMANN in Lübeckiſcher Chronic ad a. 1349. p. 23. *zu VVitterberg im Land zu Meckelnburg, war ein Mann beſchuldiget, daſs er ſolte etliche Heuſer angeſteckt haben. Er verneint ſolches, und vermaſs ſich uf ſein Vnſchuld, daſs er ein glüend Eiſen tragen wolt. Es ward ihme in die Hand gethan, und druge es ohne ſchreyung. Da er zu dem Mole kam an den Kirchhof, warf er es aus der Hand, und es verſchwand, daſs niemand wuſte, wo es hinkam. Ein Iahr darnach, da einer bregete und rackede in dem Sand, fand er das Eiſen, und verbrant die Hand daran. Die dabey waren, verwunderten ſich des, und ſagtens dem Vogt, der ward eingedenck der vorigen Geſchicht, und liſs den Kerln antaſten. Der bekente, daſs er die Heuſer angeſteckt, und ward ufs Rad geſetzt.* Licet fidem in ſingulis circumſtantiis adhibere non audeam.

†††† Patet hoc ex iis, quæ THORMODVS TORFÆVS refert Hiſt. Norweg. *p. IV. lib. IV. c. V. p.* 141. qui referens, qua ratione Inga, Haquini, filii ſui regium genus examine ferri candentis demonſtrare voluerit, addit: *Fuit tum in aula Comitis quidam in Brabantia natus, nomine Sigar, vir qui conſultus, ſapiens, rerumque multarum gnarus habebatur. Hic ſtudium ingens in Regem ſimulans, matutino tempore feria quarta hebdomadæ, qua examinis diem præceſſit, Dagfinnum Bondium accedit, remotisque arbitris; Scio, inquit, vos de exitu cauſa veſtræ valde ſollicitos eſſe, mihi autem fortuna Regis quam maxime cordi eſt. Noui ego artem, quæ illæſam Reginam ab ignis vi & integram conſeruabit. Datur nimirum herba quædam, qua fricata manus ignitum ferrum ſine noxa ſuſtinet. Ad ea Dagfinnus. Compenſet, inquit, hunc tuum tam ſincerum affectum Deus, qui tam ſapientem te & ſolertem finxit. Dic igitur ſodes, vbi hæc herba proueniat, quæ tantis viribus pollet. Ille autem, ſupra tuum aliorumque omnium Bergenſium ciuium tecta, reſpondet. Tum Dagfinnus nullas hic artes nulla hic medicamina reſpiciemus, præter IEſu Chriſti gratiam, per interceſſionem Sanctæ virginis Mariæ Regisque Sancti Olafi Sanctæ Suneſæ, & omnium Sanctorum Dei. Tu vero cum impoſtura hac omni dolisque tuis abito; certus, ſi talia nobis ſæpius attuleris, periculum te nequaquam effugiturum. Inde mox Dagfinnus Regis matrem & eos, qui proximi aderant, adibat, monebatque ſecreto, ſi vel Sigar, vel quilibet alius, antidota illa offerret, ſibi ab eo tanquam a malo dæmone cauerent: ſe enim certum, dolum fraudemque ſubeſſe, ad Regem matremque decipiendam callide ab hoſtibus ſtructam.* Exinde Prouerbium ortum eſſe crederem: *es gebet mit Kræutern zu.* De hoc examine per ignem ſingulari diſputatione egit EBERHARD RVDOLPH ROTH *de more, quo rei olim apud plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas rogumque probantur. Vlmæ* 1676. 4. & CASPAR LOESCHER *de probatione Rerum dubiarum per ignem facta, Lipſiæ* 1695. 4.

## §. IX.

*Iudicium aquæ vel calidæ vel frigidæ.*

Tertia Iudicii diuini atque Ordalii ſpecies erat, per aquam vel calidam vel frigidam. Illa fiebat, cum in aquam feruidam ſolennibus imprecationum formulis conſecratam, nuda manus immitteretur. Si ambuſta fuerit, hominem nocentem; illæſa innocen-

centem probabat. * Antiquis Friſiis dicebatur *der Kettelfang*, ab olla, vel cacabo, in quo aqua efferueſcebat. ** In aquam frigidam inculpatus, manibus, pedibusque ligatus, ita vt dextra manus ſiniſtro pedi, ſiniſtra vero dextro pedi adligaretur, mittebatur: ſi ſupernataret, reus iudicabatur, ſi ſubmergeretur innocens habebatur. *** Hoc Iudicium licet a Ludouico Pio **** Imp. Gregorio III. ***** Stephano V. Papa, & Friderico II. ****** Imp. prohibitum, obtinuit tamen apud Germanos, atque potiſſimum in examine Sagarum fuit adhibitum dictum *die Waſſer-Probe der Hexen.* ******* Et licet apud Germanos vix amplius adhibeatur, obtinet tamen adhuc in Tranſyluania.

* Capit. lib. IV. c. XIII. *Si ſeruus hominem in Eccleſia interſecerit, indicio aquæ feruentis examinetur, vtrum hoc ſponte, an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus eius exuſta fuerit, interficiatur.* Eadem habentur LL. LONGOBARDORVM *lib. I. Tit. IX. l. XXIX. XXXV. XXXIX.* LL. WISIGOTH. lib. VI. tit. III. c. III. *Multas cognouimus querelas & ab ingenuis multa mala pati, credentes in CCC. ſolidis quaſtionem agitari. Quod nos modo per ſalubrem ordinationem cenſemus, vt quamuis parua ſit actio rei facti ab aliquo criminis, eum per examinationem aquæ feruentis a iudice diſtinguendum ordinamus: & dum facti temeritas patuerit, iudex eum quaſtioni ſubdere non dubitet: & dum ſuam dederit profeſſionem, ſuperiori legi ſubiacebit. Quod ſi per examen aquæ feruentis innoxius apparuerit, petitor nullam pertimeſcat calumniam.* LEX. FRISIONVM Tit. III. l. IV. *Aut ſi res grandis erit, in reliquiis iuret, aut ſeruum ad iudicium Dei in aqua feruenti examinet.* l. V. *Si quis in furto deprahenſus fuerit, & ab ipſo, qui eum deprahendit, furti arguatur & negauerit, iuret vterque ſolus, & ad examinationem feruentis aquæ iudicio Dei probandus accedat: ſi ille qui fur eſſe dicitur fuerit conuictus, componat VVergildum ſuum ad partem Regis, & manum LX. ſol. redimat, & in ſimplo furti compoſitionem exſoluat.* l. VI. *ſi vero is qui alium furem interpellauit, falſo eum calumniatus eſt, & in iudicio feruentis aquæ fuerit conuictus, LX. ſolidis manum ſuam redimat.* Facit huc Tit. LV. Legis Salicæ de manu ab æneo redimenda. l. I. *Si quis ad æneum mallatus fuerit, & forſitan conuenerit, vt ille qui admallatus eſt manum ſuam redimat & iuratores donet, ſi talis cauſa eſt de qua legitime, ſi conuictus fuiſſet, ſexcentos denarios, qui faciunt ſolidos quindecim, componere debeat, tum centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, manum ſuam redimat.* LL. FRISION. Tit. XIV. §. III. *& vnusquisque eorum, qui interpellatus eſt, ſua duodecima manu iuret, & ſe poſt ſacramentum iudicio Dei examinandum, feruenti aqua innocentem oſtendat.* SAECHSISCH LANDRECHT lib. I. art. XXXIX. *die ihr Recht mit Dieberey oder mit Raub verloren haben, ob man ſie Dieberey oder Raubes anderweit beſchuldiget, ſie mœgen mit iren Eid nicht unſchuldig werden, ſondern ſie ſollen haben dreierley VVal, das heiſſe Eiſen zu tragen vor ihr Vnſchuldt: oder aber in einen wallenden Keſſel zugreiffen biſs an den Ellenbogen: oder mit Kempffen ſich zu erweren.* Eadem ſtatuta CONCILIO REMENSI c. XI. *Hac ſi quisquam veſtrum aliter eſſe putat, meque indignum sui credatur, credat igni, feruenti aquæ, candenti ferro: faciant ſidem tormen-*

*ea, quibus non ſufficiunt mea verba.* Exemplum ſupca ex ANNALIBVS BERTINIANIS ad a. 876. fuit adductum. HINCMARVS in libro contra Hincmarum Laudunenſem c. XIV. *de eo vero, quod dicis me ab illo quæſiſſe, qualiter famam ſuam purgaret, non ideo ab eo quæſiui, vt non ſcirem quia hoc agere non poterat, ſed vt vel ita eum ad confeſſionem & pænitentiam atque poſt ad indulgentiam poſſem compellere, quem voluntarium ad ea non poteram prouocare: & eo vsque illum perduxi, vt ſi præfati ſui homines, quia non liberæ conditionis ſunt, aut cum aqua calida, aut cum aqua frigida ad iudicium Dei exirent, quod inde Deus oſtendere mihi ſufficeret, & cum ſe a ratione conuictum atque conſtrictum vidit, in contumaciam & contumelias proſiluit.* Dum etiam Thetberga Lotharii vxor vicarium ſuum ad iudicium feruentis aquæ exhibuiſſet, atque inde thoro regio fuiſſet recepta, late de hoc Purgationis genere diſputat HINCMARVS in ſuo *de Diuortio Lotharii & Thetbergæ Tractatu* & præcipue *p.* 604. ed. Sirmondi Tomo I: *Quoniam quidem de purgationis iudicio per aquam feruentem vel frigidam, ſe ratio intulit, dicamus quod quidam ſagacis ingenii percunctantes adiiciunt. Conſtat nimirum, vt inquiunt, quia in aqua ignita coquantur culpabiles, & innoxii liberantur incocti, quia de igne Sodomitico Lot iuſtus euaſit inuſtus, & futurus ignis, qui præibit terribilem iudicem, ſanctis erit innocuus, & ſceleſtos aduret, vt olim Babylonica fornax, quæ pueros omnino non contigit, neque contriſtauit, vel quicquam moleſtiæ eis intulit, ſed vincula eorum comburens, incendit quos reperit de Chaldæis, miniſtros regis, qui eam ſuccendebant.* Imprecatio vero aquæ feruentis talis erat, quam refert AVENTINVS Ann. Boi. lib. IV. c. XIV. n. 29. *DEVS IVDEX iuſtus, fortis & patiens, qui es author, & amator iuſtitiæ, qui iudicas æquitatem, iudica domine quod iuſtum eſt: quia recta tua iudicia ſunt. Qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere. Tu domine omnipotens, qui per aduentum filii tui Domini noſtri IESV CHRISTI mundum ſaluaſti: & per eius paſſionem genus humanum redemiſti. Tu hanc aquam per ignem feruentem ſanctifica, qui tres pueros, id eſt Sidrach, Miſach, Abednago, iuſſione regis Babylonis miſſos in caminnum ignis ſeruaſti. Tu clementiſſime præſta', vt ſi quis innocens in hanc aquam feruentem, manum mittat, ſicut tres pueros ſupra dictos de camino ignis eripuiſti: & Suſannam de falſo crimine liberaſti: ita Domine manum illius ſaluam & illæſam perducas. At ſi quis culpabilis, vel incraſſante diabolo cor induratum, præſumpſerit manum mittere, tua iuſtiſſima pietas hoc declarare dignetur: vt in eius corpore, tua virtute manifeſtetur, & anima illius per pænitentiam ſaluetur.* Formam huius Ordalii ex Legibus Aethelſtani Regis refert SPELMANNVS in *Concilior. Decret. Anglican. p.* 404. his verbis: *De Ordalio præcipimus in nomine Dei & præcepto Archiepiſcopi, & omnium Epiſcoporum meorum, ne aliquis intret Eccleſiam poſtquam ignis infertur unde iudicium calefacere debet, præter presbyterum & eum qui ad iudicium iturus eſt. Et ſint menſurati nouempedes a ſtaca usque ad Mercam, ad menſuram pedum eius qui ad iudicium ire debet. Et ſi aqua iudicium ſit, calefaciat donec excitetur ad bullitum, & ſit alfetum ferreum, vel æreum, vel plumbeum, vel de argilla, & immergatur manus poſt Lapidem, & ſi triplex occaſio ſit, usque ad cubitum. Et quando iudicium paratum erit, ingrediantur, ex vtraque parte duo homines, & ſerti ſint, vt ita calidum ſit, ſicut prædiximus, & introeant totidem ex amba parte, & conſiſtant ex utraque parte iudicii de longo Eccleſiæ & ſint omnes ieiuni, & ab uxoribus ſuis ſe continuerint ipſa nocte, & aſpergat presbyter aquam benedictam ſuper eos omnes, & humilient ſe ſinguli ad aquam benedictam, & det eis omnibus oſculari te-*

Digitized by Google

*textum ſancti Euangelii, & ſignum ſanctæ crucis. Et nemo faciat ignem diutius quam benedictio incipiat. Sed iaceat ferrum ſuper carbones vſque ad vltimam collectam, poſtea mittatur ſuper ſtaplas, & non ſit illic alia locutio quam vt precentur ſedulo* Deum *patrem omnipotentem, vt veritatem ſuam in eo manifeſtare dignetur: & bibat accuſatus aquam benedictam, & inde conſpergatur manus eius qua iudicium portare debet, & ſic adeat. Nouem pedes menſurati diſtinguantur inter ternos. In primo ſigno ſecus ſtacam teneat pedem ſuum dextrum. In ſecundo transferat dextrum pedem, in tertium ſignum quando ferrum proiiciet, & ad ſanctum altare feſtinet, & inſigilletur manus eius, & inquiratur die tertia. Si munda vel immunda ſit intra ſigillationem, & qui leges iſtas fregerit: Si Ordalium, id eſt, iuditium vel examen fractum in eo, & reddat Regi centum viginti ſolid. VVita.* Alias Formulas ſolennes huius aliorumque Iudiciorum congeſſit FRIDERICVS LINDENBROGIVS *p.* 1299. & STEPH. BALVZIVS *Tomo II. Capitularium p.* 639. ſub Rubrica: *Formulæ Veteres Exorciſmorum & Excommunicationum.*

** SICCAMA *ad LL. Friſiorum p.* FF. BECMANNVS *diſſert. de Iudiciis diuinis cap. III. §. I.*

*** In Concilio Tubergienſi a. 1045. *ſi quis autem infra hanc prædictam Treuam Domini, aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat & poſtea per Iudicium aquæ frigidæ Treuam Domini in Sede S. Eulaliæ emendet.* Exemplum de Ludouico Iuniore ex Annalibus Bertinianis ad a. 875. ſupra iamdum adduximus. Hiſt. de Guelfis *c. VI.* apud LEIBNITIVM Tomo I. p. 783. *Hic cum ad ſenectutem perueniſſet, & malorum, quæ Eccleſiis Auguſtenſi, & Friſingenſi intulerat, ſæpius ſæpiusque reuoluens animo, recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contritione anhelans, examinationem ſibi per iudicium aquæ frigidæ elegit, in qua non aliud precium ſibi ſufficere æſtimans, villas ſuper villas cum omni iure ſuo in ipſo examine accumulans compoſuit, & ſic recompenſando, illatum damnum ad perfectam purgationem peruenit.* CHRONICON STEDERNBVRGENSE apud Eundem p. 858. *vnum* (manſum) *in Arebeke per iudicium aquæ frigidæ recuperamus.* HINCMARVS l. c. p. 605. *Sed in aqua frigida iudicio non conſtare videtur, quod innoxii ſubmerguntur, & aqua culpabiles ſupernatant, cum in cataclyſmi iudicio innocentes cum arca leuantur, & noxii ſubmerſione perierint, & Aegyptii inſequentes Hebræos per mare rubrum, reſpiciente Domino, in vigilia matutina per columnam ignis & nubis, ſubmerſi ſint quaſi plumbum in aquis vehementibus; & ne vnus quidem ſuperfuit ex eis.* Et p. 609. *diuini viri ad ignota inueſtiganda inuenerunt iudicium aquæ frigidæ, in quo aqua frigida iudicio, ad inuocationem veritatis quæ Deus eſt, qui veritatem mendacio cupit obtegere, in aquis, ſuper quas vox Domini Dei maieſtatis intonuit, non poteſt mergi, quia pura natura aquæ naturam humanam, per aquam baptiſmatis ab omni mendacii figmento purgatam, iterum mendacio infectam, non recognoſcit puram, & ideo eam non recipit, ſed reiicit vt alienam.* Varia de hoc Iudicio adducit FRANCISCVS IVRETVS, *Obſeru. ad Iuonis Epiſtolas p.* 637. Idem integrum proceſſum huius iudicii late deſcripſit, qui etiam reperitur apud BALVZIVM *Tomo II. p.* 643. & LINDENBROGIVM *p.* 1299.

**** Capit. Ludouici Pii c. XII. apud BALVZIVM Tomo I. p. 668. *vt exa-*

num

Digitized by Google

*men aqua frigida, quod hactenus faciebant, a Miſſis noſtris omnibus interdicatur, ut vlterius fiat.*

***** Gregorii III. prohibitio de a. 602. reperitur in *c. Mennam* 7. *c.* 2. *qu.* 5. *ſ. I.* Stephani V. de a. 888. c. 20. c. 2. qu. 5. *nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet ſacri non cenſent Canones: & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum.*

****** CONSTIT. SICVL. lib. II. Tit. XXXI. *Eorum etenim ſenſum non tam corrigendum duximus, quam ridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere, imo (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla iuſta cauſa ſuperueniente confidunt: aut qui reum criminis conſtitutum, ob conſcientiam læſam tantum aſſerunt ab aqua frigida elemento non recipi, quem ſubmergi potius aeris competentis retentio non permittit.*

******* Vid. B. PARENTIS Diſputatio *de Iudicio aquæ frigidæ von der VVaſſerprobe der Hexen.* Defendit hoc examen ſingulari Tractatu GVILIELMVS ADOLPHVS SCRIBONIVS, *Marpurgi* 1558. Reprehendit illud GERHARDVS GRAVE *von der VVaſſerprob, oder vermeinten Hexenbaden, Rinteln.* 1640. 4.

## §. X.

*Purgatio Canonica per Iuramentum.*

Dum autem iſtæ Probationes per Pontifices ſæpius prohiberentur, manſit Purgatio Canonica * in Iudiciis licita, quæ fiebat per Iuramentum. Huius diuerſi erant ritus. Apud Francos iuraturus, ſtipulas, ſiue faſciculum ſegetum manu dextra tenebat, iisdemque cœlum verſus proiectis, Deo, Angelisque innocentiam ſuam probabat. ** Alemanni gladii, ſiue ſpathæ prehenſo capulo, iurabant, parati veritatem etiam gladio tueri. *** Poſtea mos inoleuit, vt ſuper ſanctorum hominum reliquias, aut poſitis ſuper altare manibus, ius iurandum diceretur. **** Dicebatur hoc *ſich ledig machen mit ſeiner fordern Hand.* ***** Neque tamen ſolus Reus ſuo iuramento innocentiam teſtari debebat, ſed neceſſe erat, vt cum propinquis ſuis vel amicis iuraret, ****** qui dicebantur Iuratores, ******* Sacramentales, ******** Compurgatores & Coniuratores, † quorum plerumque erant duodecim, †† quod duodecima manu iurare, ††† & Sacramentum plenum, †††† vocabatur. Licet etiam plures nonunquam adhibiti fuerint Sacramentales, ita vt apud Anglos trecenteſima manu iurarent, quod tamen ab Henrico V. Rege fuit prohibitum. ††††† Quandoque etiam minor Sacramentalium numerus requirebatur. †††††† Si quis periurii fuerit conuictus, manum perdebat. ††††††† Hæc autem purgatio, noſtra adhuc ætate in Iudiciis obtinet, Iuramentum purgationis, *der Reinigungs-Eyd,* dictum.

* C. 19.

* C. 19. de Accuſationibus, *ſed per viros idoneos, ſuper his quæ geſta ſunt, inquiratis diligentius veritatem; & ſi nihil probatum fuerit contra ipſum, vos purgationem Canonicam indicatis eidem.* Vid. etiam Titulus Decretalium *de Purgatione Canonica.* Opponebatur igitur Purgationi vulgari, ſub qua Examen ferri, aquæ, & ſimilia comprehendebantur. Hanc etiam probationem Canonicam apud gentes Septentrionales manſiſſe, teſtatur IO. O. STIERNHÖÖK *de Iure Sueonum & Gothorum vetuſto, cap. IX.*

** Capit. lib. VI. c. CCCLXX. *Vt ergo omnis ſuſpicio a nobis cunctis ſacerdotibus & omnibus Chriſti & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus funditus auferatur, profitemur omnes, ſtipulas dextris in manibus tenentes, easque propriis e manibus eiicientes, coram Deo & angelis eius ac vobis cunctisque ſacerdotibus & populis circumſtantibus, nec talia facere volentibus conſentire, ſed magis, Deo auxiliante, reſiſtere.*

*** IOACHIMVS VADIANVS de Monaſteriis Collegiisque Germaniæ lib. II. p. 40. *Alamanni, vtpote bellicoſi, gladii quem Spatam vocabant prehenſo capulo teſtificabantur, parati manu etiam tueri ſe veritatem, quam ſemel affirmaſſet.* Et in Chartis Alemannicis n. LXXXV. apud GOLDASTVM Tomo II. p. 54. *Et his ita patratis, cum adhuc quidam de illis, qui ſe in illa eccleſia heredes ac diſpoſitores haberi voluerunt, alii garriendo, alii muſſitando contradicerent, optimates eiusdem concilii apprehenſis ſpatis ſuis deuorauerunt, ſe hæc ita affirmaturos eſſe coram Regibus & cunctis Principibus vsque ad ſanguinis effuſionem.*

**** CAPIT. lib. VI. c. CCXIV. *Omne ſacramentum in Eccleſia ſuper reliquiis iuretur. Et quod in Eccleſia iurandum eſt, vel cum ſex electis, vel ſi duodecim eſſe debent; quales potuerit inuenire. Si illum Deus adiuuet, & illi ſancti quorum iſtæ reliquiæ ſunt, vt veritatem dicat.* Vocabatur hoc Iurare in ſanctis. CAPIT. CAROLI M. Aquisgranenſe a. 789. c. LXII. *Sed & nobis honeſtum videtur, vt qui in ſanctis habet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honore & timore Dei.* Sic etiam Iurare in altari ſæpius occurrit, vtpote LEGE BAIVAR. *Tit. I. c. III.* GREGORIVS TVRONENSIS lib. III. c. XIV. *Tunc Argeſilus poſitis ſuper altare manibus iurauit ei, vt ſecurus egrederetur: Et, cum accuſatus eſſet, quod Reginam adulterii inſimulaſſet, de ſeipſo: Tum cunctis dicentibus, non poteſt perſona inferior ſuper ſacerdotem credi, reſtitit ad hoc cauſa, vt dictis tribus Miſſis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem ſacramento.* Sacerdotes vero ſuper quatuor Euangelia iurabant, prout CAPIT. AQVISGRANENSE de a. 803. nos docet c. VII. Vid. de his Ritibus plenius du FRESNE *voce Iuramentum.*

***** Extat Scheda apud DATTIVM *lib. IV. c. V. n.* 39. vbi in ſententia Iudicii Vehmici iniunctum: *das ſich derſelve ſulcher bezicht und dait entſchuldigen und ledich machen ſol mit ſeiner fürdern hant.*

****** NITHARDVS lib. I. p. 439. de Iuditha, Ludouici Pii vxore: *Verumtamen haud eſt throno regio recepta, donec ſe criminibus obiectis innoxiam, quia criminator deerat, ſacramento vna cum propinquis coram plebe effecit.* LL. LONGOB. *lib. II. Tit. XXI. l. IX. Et ille qui pulſat & VVadiam ſuſcepit, proximiores ſacramentales qui naſcendo ſunt, debeat nominare tantum.*

******* In Capit. App II. c. XXXIV. *ſi vero hoc noluerit, cum ſuis iuratoribus ipſe liber homo ſe idoneare faciat.* LEX SALICA Tit. LV. c. III. *& conuenit vt manum ſuam redimat & iuratores donet.* CAPIT. lib. III. c. IX. *iurent cum idoneis iuratoribus.*

*lib. V. c. CLI. lib. VI. c. CCLXXVI.* Quanduque tamen ipſe reus dicebatur Iurator. CAPIT. Caroli M. Aquisgran. de a. 789. c. LXII. *& qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſthæc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius iurator exiſtat.* Vid. du FRESNE hac voce.

******** LEX DAGOBERTI Tit. IX. c. IV. *Et ſi negare voluerit de iſtis, cum campione ſe defendat, aut cum duodecim ſacramentalibus iuret.* Idem dicitur c. XIII. cap. XIV. *vel cum ſex ſacramentalibus iuret* c. XV. *aut cum vno ſacramentali iuret.* Decretum THASSILONIS de Popularibus Legibus l. VI. *Qui ſupra predicta pugna, quod Camfwic dicimus, peracto iudicio, ſe ſimili vindicta erigere contra quærentem præſumpſerit, ſacramentum, quod Aiteid dicitur, iuret in Eccleſia cum tribus nominatis ſacramentalibus.* Vocabantur etiam Conſacramentales *lib. III.* CAPIT. *cap. LVIII.* & in Legibus Henrici I. Regis Angl. *c. LXIV. LXVI. LXXXVII.* & Sacramentarii apud Ioannem VIII. *Epiſt. CCXXVIII.* vid. du FRESNE *voce Iuramentum.*

† LEX ALEMANN Tit. VI. c. V. *tunc qui cauſam proſecutus fuerit, electionem faciat de coniuratoribus, vnde excuſator quales duos reiicere voluerit, poteſtatem habeat, & cum duobus iuratoribus iſte ordo ſeruandus eſt, vsque ad VI. ſolidos.* LL. LONGOB. lib. II. Tit. LI. l. XV. *de liberis hominibus, qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ſi propter res alterius in teſtimonium non recipiantur, coniuratores tamen aliorum liberorum ideo eſſe poſſunt, quia liberi ſunt.* & Capit. lib. V. c. CCCI. Et lib. IV. c. XIII. *cum duodecim coniuratoribus legitimis per ſacramentum affirmet ſe defendendo eum interfeciſſe.* Dicebantur etiam Compurgatores, apud Innocentium III. *lib. XVI. Epiſt. CLVIII. & c. 9. 13. de purgatione Canonica.* Vid. du FRESNE *voce Iuramentum.*

†† LEX ALEMANN. Tit. LIII. *ſi quis filiam alienam deſponſatam dimiſerit & aliam duxerit, componat eam quam deſponſauit & dimiſit, cum XL. ſol. & cum XII. ſacramentalibus iuret, cum quinque nominatis & ſeptem aduocatis, vt pro nullo vitio nec tentatam eam habuiſſet, nec vitium in illa inueniſſet.* Idem dicitur LL. BAIVAR *Tit. VII. l. XV.* Ex hoc loco etiam patet, quinque Sacramentales a reo, reliquos a Iudice fuiſſe lectos Tit. LXXXIX. *Si quis hominem occiderit, & negare voluerit, cum XII. nominatis iuret, & aliis tantis aduocatis in arma ſua ſacramenta pro IIII. tremiſſis cum vno ſacramentali iuret. Pro III. ſol. & tremiſſe, cum II. ſacramentalibus iuret. De VI. ſol. & tremiſſe cum V. nominatis iuret, aut cum tracta ſpatha defendat.* LL. LONGOBARD. lib. XII. Tit. XXXV. l. IV. *Et ſi eos quicunque pulſauerit, liceat cum ſacramentalibus ſuis legitimis ſe idoneare.* CAPIT. lib. V. cap. CCCLIII. *Quod negare voluerit, cum duodecim Sacramentalibus iuret.* I. F. IV. §. 1. *Si vero probare non potuerit prædicto modo: dabitur ei defenſio cum duodecim ſacramentalibus.* Et paſſim.

††† CAPIT. Tertium a. 813. c. X. *qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco qui dicitur ſanctum ſua manu duodecima ipſum ingenuum dimittere faciat.* LEX FRISIONVM Tit. XIV. l. I. *& debet vnusquisque eorum, ſua duodecima manu, obiecti criminis ſe purificare ſacramento.*

†††† LEX FRISIONVM Tit. XIV. l. I. *Et quicunque interpellatus fuerit, ſua duodecima manu perfectoria ſacramento ſe debet excuſare.*

††††† Vid. SPELMANN. du FRESNE *voce Iuramentum.*

†††††† Hinc

Digitized by Google

†††††† Hinc ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta manu iurare & ſic porro vid. du FRESNE.

††††††† CAPIT. Addit. IV. cap. CXXIX. *de eo, qui periurium fecerit, vt nullam redemptionem ſoluat, ſed manum perdat.*

## §. XI.

Alia poſtmodum cœpit Purgatio per ſacram Euchariſtiam, dum rei qui inculpabantur, Euchariſtiæ fierent participes, his verbis vtentes: *Corpus Domini ſit mihi hodie in probationem*, atque credebant, ſi quis nocens fuerit, tunc Euchariſtiæ vſum ipſi fore pernicioſum. * Potiſſimum vero Clericis hæc purgatio conveniebat. ** *Purgatio per ſacram Euchariſtiam.*

* Fundatur hoc Iudicium in Concilio Wormatienſi a. 868. celebrato c. XV. ex quo deſumtum eſt c. 23. c. 2. qu. 5. *Sæpe contingit, vt in Monaſteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi Fratres de talibus ſe expurgare debuerint, Miſſa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe Abbas præceperit, præſentibus Fratribus: & ſic expleta Miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.* Singulare Exemplum in Lothario iuniore, poſtquam coram Adriano Papa vna cum ſuis teſtificatus fuiſſet ſe a Waldrada pellice abſtinuiſſe, atque abſolutionem ab excommunicatione peteret, narrat REGINO lib. II. Chron. p. 50. ad a. 869. *Si veſtræ teſtificationis verbis veritas ſuffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Reſtat ergo fili chariſſime, vt ad confeſſionem ſancti Petri accedas, vbi Deo propitio, hoſtiam ſalutarem pro tua non tam corporis quam animæ incolumitate immolabimus, ex qua te nobiſcum participare oportet, vt per hanc participationem membris Chriſti, vnde abſciſſus eſſe videbaris, merearis incorporari. Finitis igitur miſſarum ſolennibus, inuitat ſummus pontifex eundem regem ad menſam Chriſti, acceptoque in manibus corpore & ſanguine Domini, ita eum alloquitur, Si innoxium te recognoſcis a probibito atque interdicto tibi a Nicolao adulterii ſcelere, & hoc fixa mente ſtatutum habes, vt nunquam diebus vitæ VValdradæ pellicis tuæ dudum a te repudiatæ miſcearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & ſacramentum ſalutis æternæ tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe: ſi autem tua conſcientia te accuſat, te lethali vulnere ſauciatum proclamat, aut iterum redire mente diſponis in mœchiæ volutabrum, nequaquam ſumere præſumas, ne forte ad Iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus, obduratus pariter & obcæcatus, abſque retractatione communionem corporis & ſanguinis Domini de manu pontificis ſumpſit, non expaueſcens illam ſententiam qua dicis, Horribile incidere in manus Dei viuentis. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Deinde conuerſus idem præſul ad ſequaces ac fautores regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba, ſi domino regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine fautorem non præſtitiſti, neque conſenſum præbuiſti, & VValdradæ & aliis ab hac ſede apoſtolica excommunicatis non communicaſti, corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis in his ſe læſum ſciens, auſu temerario communionem ſub tali conteſtatione porrectam ſumere præſumpſit, diuino iudicio percuſſus, ab hac luce ſubtractus eſt, antequam*

*ſubſequentis anni rediret principium: perpauci qui ſe a communione ſubtraxerunt, vix mortis periculum euaſerunt. Porro Lotharius Roma egreſſus morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens, diem clauſit extremum VI. idus Auguſti. Tanta autem ſtrages in præfati regis populo facta eſt, vt non peſte periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus ac nobilitas totius regni videretur: quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, vt in modum denſarum ſegetum pullulans, veluti quoddam examen imperii fines impleverit.* Eadem reperiuntur in ANNALIBVS METENSIBVS *ad a.* 869. in CHRONICO REICHERSBERGENSI & apud FLORENTIVM WIGON *ad a.* 870. Sic apud GREGORIVM TVRONENSEM lib. X. c. VIII. Cautinus Epiſcopus Arueinenſis, Eulalium Comitem parricidii accuſatum adloquitur: *Rumor populi parricidam Te proclamat eſſe. Ego vero, vtrum perpetraueris hoc ſcelus, an non, ignoro: idcirco in Dei hoc & beati Martyris Iuliani ſtatuo iudicio: Tu vero ſi idoneus es, accede propius, & ſume Tibi Euchariſtiæ particulam, atque impone ori tuo: erit enim Deus reſpector conſcientiæ tuæ.* De Iuditha Henrici, Bauariæ Ducis vidua, DITMARVS lib. II. p. 340. *Hæc in viduitate ſua continenter viuens, cum Abraham, Friſingenſem Epiſcopum, præ cæteris diligeret, inuido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Quæ cum de hac luce migraret, in die depoſitionis ſuæ ab eodem antiſtite miſſam cantante ſic expurgatur. Ante communionem inuerſus ad populum, quæ merita eius fuerint circumſtantibus indixit. Hoc, inquiens, delictum, quo diffamata fuit, ſi hæc vnquam commiſit, faciat omnipotens pater filii ſummi corporis & ſanguinis ſalutare remedium mihi prouenire ad iudicium, & ad debitam damnationem, animæque eius ad perpetuam ſaluationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia ſumpſit vnicum cunctis fidelibus remedium. Crediditque populus, quamuis ſero, & cum detractione iniuſta plus ei profuit, cum nocere ſtuduerit.* ADAMVS BREMENSIS *lib. III. cap. XXXI.* de Concilio Moguntino a. 1051. celebrato: *In quo Concilio quidam Spirenſis Epiſcopus, Sibico, cui adulterii crimen intendebatur, examinatione ſacrificii purgatus eſt.* Quem ſequitur ALBERTVS STADENSIS *ad a.* 1051. Et apud RHEGINONEM *ad a.* 941. Fridericus Archiepiſcopus Moguntinus conſpirationis in Imp. accuſatus, publica ſe examinatione, perceptione Corporis & Sanguinis Domini coram populo in Eccleſia purgauit.

** CONCILIVM TRIBVRIENSE c. XXI. *Laicus per iuramentum ſi neceſſe ſit, ſe expurget: Presbyter vero vice iuramenti per ſanctam conſecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim per quam Corpus & Sanguis Domini conficitur, iuramento polluetur? Abſit.* Quare etiam Gregorius VII. Papa eodem iudicio ſe purgare conatus fuit a criminibus, ipſi ab Henrico IV. imputatis, apud LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM ad a. 1077. p. 248. *Ita abſoluto eo excommunicatione, Papa miſſarum ſolemnia celebrauit, conſectaque ſacra oblatione regem cum cætera quæ frequens aderat, multitudine ad altare euocauit, præferensque manu corpus Dominicum, Ego, inquit, iampridem a te tuisque fautoribus literas accepi, quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per ſimoniacam hereſim occupaſſe, & aliis quibusdam tam ante epiſcopatum quam poſt acceptum epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licet multorum idoneorum certe teſtium aſtipulatione crimen refellere queam, eorum ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrime nouerunt, & eorum qui meæ ad epiſcopatum promotionis authores fuerunt: ego tamen, ne humano potius quam diuino niti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis compendio omnem*

*omni-*

Digitized by Google

*omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio vel abſoluat obiecti criminis ſuſpicione ſi innocens ſum, vel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Hæc & alia (vt ſolenne eſt) præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum iudicem, & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici corporis accepit, & comedit. Qua liberrime abſumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus, aliquamdiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad regem: Fac ergo, inquit, fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. Principes Teutonici regni ſuis in dies accuſationibus aures noſtras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum publicarum adminiſtratione, ſed ab eccleſiaſtica etiam communione, & ab omnimoda vitæ ſæcularis conuerſatione vſque ad extremum ſpiritum te ſuſpendi oportere exiſtimant. Petunt etiam magnopere diem & locum ſtatui, audientiamque præſtari canonice diſcutiendis quas aduerſum te afferant accuſationibus: & noſti optime, humana plerumque vacillare iudicia, & in publicis diſceptationibus nonnunquam falſa pro veris perſuaderi, dum pro diſertorum hominum ingeniis & dicendi copia & ſuauitate, falſitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene conſultum cupiam, pro eo quod in calamitatibus tuis ſupplex Apoſtolicæ ſedis patrocinium expetiſti, fac quod moneo. Si te innocentem noſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendioſe & eccleſiam Dei ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partem Dominici corporis, vt cum probata Deo teſte innocentia tua, obſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium, & me deinceps cauſæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore principes tibi reconcilientur, regnum reſtituatur, omnes quibus iam diu reſpub. vexatur, bellorum ciuilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur. Ad hæc ille inopinata re attonitus æſtuare, tergiuerſari, conſilia cum ſuis familiaribus ſegregatus a multitudine conferre, & quid facto opus eſſet, qualiter tam horrendi examinis neceſſitatem euaderet, trepidus conſulere. Reſumpto demum ſpiritu, cauſari apud papam cœpit de abſentia principum, qui ſibi in aduerſis fidem adhuc integram ſeruaſſent, quibus inconſultis & potiſſimum abſentibus accuſatoribus irritam fore, nec quicquam virium apud incredulos habituram eſſe, quamcunque pro experienda innocentia ſua ſatisfactionem paucis qui aderant propoſuiſſet: proinde ſedulo papam orare, vt rem integram generali concilio communique audientiæ differret, vt ibi congregatis accuſatoribus, & ſecundum leges eccleſiaſticas diſcuſſis, tam accuſationibus quam accuſatorum perſonis, conditionibus quaſcunque principes regni æquas iudicaſſent, obiecta refelleret.*

## §. XII.

Iudicium Crucis apud Francos, Saxones, Longobardos, Friſones potiſſimum vigebat. Hoc tale erat: Reus, poſtquam duodecima manu a crimine obiecto ſe liberauerat, ſacramento, ad Eccleſiam, vel ad reliquias Sanctorum deducebatur, præciſisque de virga particulis duabus paribus, quas talos & tenos vocabant, vnam crucis caractere notabant, alteram puram relinquebant. Lana munda, ne internoſci poſſent, ſortes iſtas ſeorſim obuoluebant, & *Iudicium Crucis.*



Digitized by Google

& in Eccleſia altari ſuper reliquias imponebant. Exorato tunc ſuppliciter Deo, vt ſigno euidenti oſtendat, vtrum accuſatus vere iurauerit, nec ne. Presbyter ſi aderat, vel puer quispiam innocens, ſortium vnam tollebat, quæ, ſi cruce inſignita, inſons pronuntiabatur reus, ſecus pro nocente habebatur. * Quandoque tamen in cauſſis dubiis obtinebat aliud Iudicium Crucis, quod etiam ad Crucem ſtare ** dicebatur, idque in eo conſtabat, vt ii qui Crucis iudicium ſubirent, expanſis in Crucis formam brachiis, ad Crucem ſteterint, certo ac definito tempore, donec recitaretur vel Euangelium vel Oratio Dominica: qui ſi immobiles permanerent, innocentes, ſi vero caderent, diuino quaſi iudicio rei habebantur. *** Vtrumque poſtmodum a Ludouico Pio fuit ſublatum. ****

* Hæc iisdem verbis præſcribuntur in LEGIBVS FRISIONVM *tit. XIV.*

** CAPIT. CAROLI M. a. 879. c. X. *de eo, qui periurium fecerit, nullam redemptionem det, niſi manum perdat. Quod ſi accuſator contendere voluerit de ipſo periurio, ſtent ad crucem.* LEG. LONGOBARD. lib. II. Tit. LV. l. XXV. *De furto, vel de minoribus cauſis ſtatuimus, ſi ille, cuius cauſa fuerit iurata: dicere voluerit, quod ille qui iurauit, ſe ſciente periuraſſit, vel campo vel cruce contendat. Et ſi ille qui iurauit victus fuerit, quod ſciens periuraſſet, ſupra ſcripta ſubiaceat ſententia.* In Capit. primo a. 806. cap. XIV. *Si cauſa vel intentio ſiue controuerſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus, vt ad declarationem, rei dubia iudicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec vnquam pro tali cauſa cuiuslibet generis pugna vel campus ad examinationem indicetur.* App. II. Capit. c. XXXIV. *Si aliquis Saxo hominem comprehenderit, absque furto aut absque ſua propria aliqua re, dicens quod illi habeant damnum factum, & hoc contendere voluerit in iudicio aut in campo aut ad crucem licentiam habeat.* CAPIT. Ludouici Pii ad L. SALICAM c. I. *In ſeculari cauſa huiuscemodi teſtium diuerſitas, campo comprobetur: in Eccleſiaſticis autem negotiis, crucis iudicio rei veritas inquiratur.* CAPIT. a. 779. *cap. X.* & *Addit. IV, cap. CXXIX.* Inter Formulas Bignonianas n. XII. extat Notitia de Cruce euindicata: *Dum & omnibus non eſt incognitum qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vigarium illuſtris viri illius Comitis nomine illo, aduerſus hominem aliquem nomine illum repetebat ei dum diceret eo quod terram ſuam de ſuo manſo vel de ſua poteſtate malo ordine propriſiſſet. Sed ipſe ille de praſenti adſtare videbatur, & hanc cauſam fortiter denegauit quod ſuam terram de ſuo manſo malo ordine nunquam propriſiſſet, nec poſt ſe nunquam retinuerit. Sed taliter ei fuit indicatum in ipſo placito ante ipſum Vigarium, vel ante ipſos pagenſes, vt ad crucem ad iudicium Dei pro ipſa terra in noctes quadraginta duas in ipſo placito pro hoc deberent adſtare, quod ita & fecerunt. Sed venientes ad ipſum placitum, ſicut eis fuit indicatum, ante ipſum Vigarium, vel ante ipſos pagenſes ad ipſum iudicium vel ad ipſam crucem viſi fuerunt ſtetiſſe; ſed ipſe illum hominem, qui ipſam terram propriſit, ad ipſum iudicium vel ad ipſam crucem eum conuicit; ſed ipſe in ipſo pla-*

*placito ad ipſam crucem viſus cadiſſe ; ſed dum hac cauſa ſic fuit inuenta , quod ipſe ille qui ad ipſum iudicium vel ad ipſam crucem cadiſſet , ſolidos tantos ei tranſſoluere deberet , quod ita & fecit , & de ipſa terra ipſum illum legibus reueſtire deberet , quod ita & fecit. Tunc taliter ei iudicauerunt , vt ipſe ille de praeſenti die ipſam terram tam contra ipſum illum vel heredes ſuos quam contra quemlibet hominem omnique tempore habeat euindicatam atque elitigatam , vt tam ipſe ille quam & poſteritas ſua poſt hanc diem praedictam terram quieto ordine valeat poſſidere uel dominare , & ducti & ſecuri exinde valeant reſidere. Factum iudicium in loco illo publiciter.* IAC. GRETSER *de Cruce lib. II. cap. XXII.* M. ANT. DELRIO *Diſquiſ. Mag. ſect. III. qu. VI. §. II.* SPELMANN *Gloſſario voce Crucis Iudicium.*

*** Exemplum ex HIERONYMI della CORTE *lib. IV. Hiſt. Veronenſis p. 178.* refert du FRESNE , voce Crux. *Tandem habito conſilio pacti ſunt , vt hac Dei & ſancti Spiritus reſeruarentur iudicio , eligentes duos iuuenes Clericos , ſine vllo crimine exiſtimatos , ſtatuerunt in Eccleſia S. Iohannis Baptiſta ad Domum , & ad Crucem ſtare fecerunt , quorum vnus Aregaus poſt Archipresbyter Eccleſiae maioris , nomine , ex parte publica , alter vero ex parte S. Zenonis , Pacificus videlicet , qui poſt Archidiaconus Eccleſiae maioris fuit. Hi ambo ab introitu Miſſae vsque ad mediam Paſſionem tantum , quae eſt ſecundum Matthaeum , pariter ſtarent , ille qui de parte publica datus fuerat , in terram velut exanimis corruit , Pacificus vero vsque ad finem Paſſionis ſtetit. His geſtis , & omnibus gratias Deo agentibus , quartam partem tam ciuitatis , quam caſtelli , pars Epiſcopii accepit.* Exinde hauſit FERDINANDVS VGHELLVS , qui in Catalogo Epiſcoporum Veronenſium *Tom. V. Italiae ſacrae p.* 610. eadem refert. Eadem patent ex RVDOLPHO FVLDENSI in Vita S. Liobae Abbatiſſae Biſcofficimenſis c. XV. *Cum enim infans recens natus in ſtagno Monaſterio vicino inuentus fuiſſet , crimenque alicui e Sanctimonialibus adſcriberetur , Lioba Abbatiſſa , vt detegeret , an reuera alicuius ex ſuis Sanctimonialibus partus eſſet , praecepit omnibus Oratorium ingredi , & extenſis in Crucis modum brachiis ſtare , quoad vsque ſingulae Pſalterium totum ex ordine pſallendo complerent , & deinde per tres vices in die , hoc eſt , tertia hora , ſexta , & nona , vexillo Crucis elato , cum Litaniis Monaſterium circuire , & pro purgatione ſua diuinam miſericordiam inuocare. Quod cum feciſſent , & in hoc ordine iam bis expleto , hora nona omnes Eccleſiam intrarent , cunctusque populus pariter congregatus adeſſet , Beata virgo Lioba perrexit ad altare , & ſtans ante Crucem , quae iam tunc tertio portanda parabatur , extendit manus in caelum , & cum gemitu ac lacrimis precabatur dicens : Domine Ieſu Chriſte , Rex Virginum , integritatis amator , inuictiſſime Deus , oſtende virtutem tuam , & libera nos ab hac infamia , quae improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper nos. Hoc cum dixiſſet , paupercula illa ( mendica ) antiqui hoſtis & captiua pariter & miniſtra , daemonio repletur , & quaſi flammis circumdata , nomen inuocat Abbatiſſae , crimenque quod commiſerat , confitetur. Tunc vero in caelum clamore ſublato , plebs omnis obſtupuit miraculo , &c.* Haec du FRESNE debemus.

**** Si in Capit. Aquisgranen. de a. 816. c. XXVII. *Sancitum eſt , vt nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere praeſumat , ne quae Chriſti paſſione glorificata eſt , cuiuslibet temeritate contemptui habeatur.* Hoc inſertum eſt *Capit. lib. I. c. CII. & lib. IV. c. CCXXVIII.*

§. XIII.

## §. XIII.

*Offa Iudicialis & Caſeus execratus.*

Inter minora Probationum genera habebantur *Offa Iudicialis*, & *Caſeus exſecratus*. Illam panem hordeaceum Franci, Saxones autem *Corsned* dixerunt. * Hunc certo carmine execrabatur ſacerdos,** ſuſpectoque porrigebat guſtandum. Sic & Caſeum a ſacerdote deuotum reo porrigebant, vt vel animam rei expelleret, vel innocentiam demonſtraret.***

* GVILIELMVS LAMBARDVS Gloſſario priſcis Anglorum Legibus ſubiecto, p. 221. *Panis certis verbis deuotus, Saxonice* Corsned, *vocabulum a* Cors *&* ned, *compoſitum :* Cors, *execratum ſonat*, ned, *a* neod, *id eſt neceſſitate ductum, panem ſignificat : atque ita* Corsned *panis eſt execratus. Moris erat panem certis quibusdam, deſtinatisque ſententiis conſecratum reo guſtandum offerre ; habebant enim penitus inſitam opinionem, non poſſe quenquam mali conſcium panem hoc modo dedicatum glutire, Offam iudicialem alii dixerunt.* Leges Kanuti cap. VI. apud LAMBARDVM p. 100. *Si eorum qui Ara deſeruirent aliquis, amicis orbatus, adeoque qui ſecum vna pariter iurent non habens criminis fuerit poſtulatus, panem execratione deuotum (vti in Anglico eſt Corsnade) comeſto, atque de eo fiat prout diuina feret voluntas, niſi quidem licitum fuerit Eucbariſtiæ perceptione ſe culpa liberare.* Et paucis interiectis: *Cognatos autem ſi nullos habuerit, vitæ comites ac ſocios admoneto, aut ieiunato, aut (ſi opus eſſe videbitur panem certis verbis deuotum comeſto, atque de eo fiat prout diuinum feret iudicium.* Vid. SPELMANN. du FRESNE *voce Corsned.* SKINNER *Lexico Etymologico* vocum Forenſium.

** Formulæ Execrationis variæ reperiuntur apud FRIDERICVM LINDENBROGIVM inter Formulas ſolennes p. 1308. *Domine Ieſu Chriſte, qui regnas in cælis & in terris, & mirabilis es in omnibus operibus tuis, dominator dominantium, Deus Angelorum, Deus Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium electorum : præſta quæſumus per ſanctum ac mirabile nomen tuum, vt qui reus eſt huius furti, vel homicidii, aut adulterii, ſeu maleficii, de quo hic requiritur, vel in facto vel in conſcientia, ad adpoſitam ei pro oſtenſione veritatis creaturam panis ſanctificati vel caſei, faux eius claudatur, guttur eius ſtranguletur, & in nomine tuo ante illud reiiciatur, quam deuoretur. Sed & ſpiritus diabolicus, cui nulla eſt communio cum tua ſuperna veritate, in hoc negotio ad ſubuertendum iudicium prauis præſtigiorum ſuorum molitionibus nil præualeat. Sed qui reus & conſcius eſt rei præfatæ, ad hoc pabulum ſanctificati panis vel caſei, & præſertim per dominici corporis & ſanguinis communionem quam accepit, tremat & tremendo palleat, & nutabundus in omnibus membris appareat. Innoxius vero & inſcius ſobrie ad ſalubritatem ſui cum omni facilitate hanc partem panis vel caſei in nomine tuo ſignatam, manducando deglutiat. Vt cognoſcant omnes quia tu es iuſtus iudex, qui ſalvos facis ſperantes in te, & non eſt alius præter te. Qui viuis & regnas, Deus per omnia ſecula ſeculorum.*

*** INGVLPHVS p. 898. *Cum Godwinus Comes in menſa Regis de nece ſui fratris impeteretur, ille poſt multa ſacramenta, tandem per buccellam deglutiendam abiurauit, & buccella guſtata continuo ſuffocatus interiit.* HISTORIA TREVIRENSIS p. 235. apud du FRESNE Gloſſario voce Corsned. *Poſt multum vero temporis cum idem Dux*

(*Lim-*

Digitized by Google

*( Limburgenſis Henricus ) inflictum ſibi anathema paruipenderet, & in malis ſupradictis & ſimilibus perſeueraret, accidit, vt quidam de Militibus eius die quadam in domum eius aduenisset, & facta hora prandii, appoſita menſa coram ipſo, panem comedere debuiſſet, & Dux illi illudens, Surge, ait, & foras egredere, coram me comeſturus non es, excommunicatus enim es. Et ille, vbi, inquit, & quis me præter eum qui & te excommunicauit? Cui Dux ait: Ecce nunc vide, & iam parebit, ſi ita ſumus excommunicati, vt aliquid nobis exinde moleſtiæ poſſit accidere: ſi hic canis, ( qui forte illis edentibus aderat ) buccellam quam illi dedero, comederit, non pertimeſco. Sin autem, timenda eſt nobis excommunicatio. Et hoc dicto, miſit buccellam, quam canis vt naribus adhibuit, vltra contingere non curauit: & ne quis hoc ſaturitati canis poſſet imputare, cum alius illi buccellam mitteret, feſtinus arripuit. Vnde omnes qui aderant ſumma admiratione ducti, vna voce dixerunt: Oportet eos ad ſatisfactionem venire; & ita fecerunt.*

## §. XIV.

In homicidiis potiſſimum vſitatum erat IVS CRVENTATIONIS, ſiue *Ius Stillicidii, das Baar-Recht,** quod in eo conſtabat, vt, dum perpetrato homicidio, de cædis auctore non conſtaret, perſonæ autem quædam ex variis indiciis ſuſpectæ fuerint, illæ ad cadauer adducerentur, quod effuſo ſanguine homicidam denotare dicebatur. Hoc apud antiquos non ſolum Germanos, ſed recentiori adhuc tempore, in quibusdam locis fuit vſitatum. ** Licet autem non deſint cauſſæ naturales huius cruentationis, ceſſat tamen hodie hoc iudicium, cum tanquam fallax reiiciatur. *Ius Cruentationis.*

* IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS qui *von unterſchiedlichen Rechten cap. III.* de hoc more rituque plenius egit, hoc §. II. explicat: *Modus hic inquirendi vocatur Baarrecht q. d. ius feretri, ſandapilæ, weil die verdächtige Perſonen über die Baar ( in quo occiſus iacet ) geführt, und dabey ihres Verdachts und der Miſſethat ernſtlich erinnert werden: Vnd müſſen die herzugebrachte verdächtige Perſonen ihre Finger auf den Nabel, auch auf die VVunden des Entleibten legen, und gewiſſe VVorte nachſprechen: zuverſuchen ob man, ſo die berührte VVunde ſcheumet, bebet oder blutet, den rechten Thäter, mittelſt ſolcher wunderbaren Anzeigen offenbar machen kœnne.*

** Plura Iudicii exempla recenſentur a SCHOTTELIO. Hunc ſuppleuit IO. WERNERVS GERICKEN in *Schottelio illuſtrato*, qui etiam, quam fallax ſit hoc iudicium demonſtrauit, variosque de hac materia adlegat: CHRISTIANVM EBELING *de Prouocatione ad Iudicium Dei cap. XI.* IO. CHRISTOPH. BECMANNVM *de Prodigiis ſanguinis*; MVLLERI *Diſſertationem de Iure Feretri*, KIRCHMAIERVM *de cruentatione Cadauerum*, & CHRISTIAN KNITTELS *Tractat von des Baarrechts Natur, Eigenſchafft und Art, Stargard* 1691. Addimus SIMONIS FRIDERICI FRENTZELII *Cadauera humana ad præſentiam occiſoris cruentata, VVittebergæ* 1673. 4. & IO. CHRISTOPH HVNDESHAGEN *de ſtillicidio ſanguinis in hominis violenter occiſi cadauere conſpicuo.*

## §. XV.

*Der wahre Schub, das Binuffte, das Beſiebnen.*

Sic in Iudiciis antiquis Germanorum obtinebat *der wahre Schub, das Binuffte* & *das Beſiebnen.* Quod ſi enim reus in flagranti delicto *mit handhafftiger That* fuiſſet deprehenſus, aut indicia alia certa perpetrati ab ipſo contra pacem publicam latrocinii, furti atque ſimilium delictorum adparebant, * vel quidpiam rei furtiuæ penes eum reperiebatur, in Speculo Sueuico *der wahre Schub* adpellabatur. ** Quod ſi igitur reus, aduocatis ſtatim in teſtimonium patrati facinoris Scabinis, conuinci poterat, condemnabatur: quod vocabant *die That mit denen Schœpfen beſetzen*, ſin ſecus iuramento ſe purgare poterat, quod ex lege Carolina præſcriptum eſſe vulgo dicebatur. *** Tunc igitur Reus vel condemnabatur, **** vel quandoque tertia manu conuincebatur. ***** Dum vero deeſſent iſta indicia *der wahre Schub,* ****** tunc Reus cum clamore *dem Binuffte vel Gerüfte* ******* accuſabatur, qui tamen poſtmodum fuit abolitus, ******** & ſeptima manu conuincebatur, quod dicebatur *das Beſiebnen.* Vbi vero reus ad mortem eſſet condemnandus, in quibusdam locis, potiſſimum in ditione Limburgenſi olim inualuerat, vt, licet delictum vel apertiſſimis indiciis, vel ex ipſa rei confeſſione ſatis eſſet manifeſtum, nemo tamen niſi ſeptima Sacramentalium manu conuictus, ad mortem condemnabatur. † Dum autem varia delicta, ob coniuratorum defectum manerent impunita, hæc conuictio per ſeptem teſtes primum tempore Friderici III. Imp. per certa priuilegia Dominis ac Ciuitatibus conceſſa, inde a. 1498. per Maximilianum I. plene fuit abolita. †† Quod etiam in Conſtitutione Criminali Bambergenſi ſic videmus ordinatum. †††

* SCHWABENSPIEGEL c. CLXII. §. 5. *Spricht man aber ſy an umb dieſelben Vnthat (umb Raub) und mag ſy deſs überkommen mit dem Schub oder mit den Zeugen, ſo richt man über ſy alſs dis Buch ſaget: hat man weder Gezeugen noch Schub ſo ſoll man ſeines Eydes nicht nemmen, alſs eines frummen Mannes, man ſol ihm drymal vortheilen die VVaſſer-Vrtheil, oder das heis Yſen uff der Haut zutragen, oder in einen wallenden Keſſel mit VVaſſer zu gryffen uncz an den Elenbogen gerichtet er dann ſo iſt er vom der Vrtheil ledig.*

** Explicat hoc Deductio Lindauienſis p. 653. *Recht-Schub iſt, wann etwas von dem Raub, Diebſtahl, Mord &c. bey dem Thater befunden wird.*

*** Adlegat hanc Caroli M. Legem 10. HOCSEMIVS in vita Adolphi a Marca Epiſcopi Leodienſis apud DAITIVM lib. IV. c. II. n. 62. *Lex quædam per abuſum longis temporibus vſurpata, quæ Lex Caroli dicitur, inter cætera continens, quod, ſi quis hominem interfiœret, etiam videntibus Villico & Scabinis, niſi Villicus factum hoc*

ver-

*verbaliter poneret in cuſtodia Scabinorum , etiamſi malefactor caput interfecti ſub ſua veſte portaret , ad Iudicium accuſatus , nullis probationibus conuinci poterat , ſed ſuo ſe iuramento purgans abſolutus recedebat impune. Contra quam Legem Epiſcopi ex alto Dominio contra maleficos introducta rationabili Conſuetudine , inquiſitione facta per Teſtes , exceſſus ſecundum facti merita puniebant , ſed hac ſolum contra miſeros vtebantur : nam quoties potens in Terra deliquerat , Carolinæ legis auxilium implorabat & ſic delicta plurima frequenter impunita manebant.* Hunc locum poſtmodum explicat DATTIVS , dicens : *Quid autem ſit in hac Lege :* Factum verbaliter ponere in cuſtodia Scabinorum , *heſi dubius. Videtur Senſus eſſe ,* mann hab die That mit denen Schœpfen beſehen müſſen , *vt ipſi , re in Iudicium deducta , teſtarentur , vidiſſe ſe patrari facinus. Similem Barbariem ſpirat Ius , quod Francis competere dicitur , in Iure Prouinciali Sueuico cap. XXII. §. 4. Die Francken haben das Recht , und ſchlahen ſie einm zu todt , ſie werden dann an der That begriffen , daſs man Ir Eyd nemen muſs , ob ſie ſchwehren wollen , daſs ſie unſchuldig ſeyen. Vnd werden ſie an der That begriffen , ſo ſoll mann ihres aydes nicht nehmen : ſo richt man über ſie recht , alſs über ander Leut. Si quis capita antecedentia, Nonum ſcilicet :* ibi : *dis ſynt die Gebott des ſeligen und des heiligen Karolus. Item X. XII. & ſqq. comparet , videtur Ius hoc ad Leges a Carolo M. latas referri : male tamen , vt eius Capitularia docent. Nec , ſecurum erat , non Teſtium Religioni , nec alüs probationibus , ſed Iuramento Homicidæ & latronis doloſi innocentiam committi , ſi ipſe in flagranti crimine , ſiue vt ICtus Vlpianus in l. 3. ff. de furtis* ἐπ' αὐτοφόρῳ *non eſſet deprehenſus , quod alibi in Iure hoc Prouinciali dicitur , die Handthat oder Handgethat. Ita enim cap. CLXIX. die Handgetat das iſt das , wo man einm Mann mit der That begrifet , oder an der Flucht die Getat.* In Formula autem Iudi:iorum Weſtphalicorum tale factum exprimitur : *VVann einer mit bebender Hand und gichtigen Mund : ſiue mit handheſſtiger That oder mit blyzenden ſchyne oder gichtigen Munde ergriffen werde.*

**** SCHWABENSPIEGEL c. CLX. §. 2. *wann es geſchicht offt , daß man diebig oder raubig Gut in eines andern Gewalt vindet , und ſcheubet es uff einen andern , und der auch uff einen andern , un alſo dick wirt et geſchoben uncz es komm an den der es verſtolen oder geraubet hat , uf den ſol man es ſchieben , und ſol yener des ſchweren daß es ihm geſtollen ſy worden oder geraubet.* c. CLXXII. §. 3. *Mann ſol auch zu einem todten Man , der on die Diepheit oder on Raub erſchlagen würt , des ſol man richten alß umb die notwer , es ſy dann alſo , ob man den Raube oder Diepheyt by ihm begriff. Vnd hat man den ſchub , man ſcheubet ihn uff den todten alß ob er lebt , und iſt des gutes als vil , daß es des todtes wert iſt , und iſt es Raub , man ſol ihn alſo tœdten enthaupten. iſt daß er alſo erſchlagen würt , daß er ſich nit wolt laſſen vahen , hat er einm Frünt der todt Man , der fur in kempfen wil , der widerrüſſet die ſieben Zeugen. Iſt aber der Schub da , ſo helffen die G:zeugen nicht.* Et c. CCX. *Da ein Menſch den andern Menſchen ſtilt , dat iſt auch Diepheit , und wirt es in ſeiner Gewalt begriffen , man ſchubet es uff in alß ander Diepheit , und wie iunch er iſt , oder wie arm er iſt , man ſol in darumb heneken.*

***** Sic in Priuilegio Ludouici Bauari Imp. de a. 1331. Lindauienſibus conceſſo , in dicta Deductione p. 653. *VVar auch , daß Mann oder VVeib mit rechter Schuld und mit dem waaren Schub für ihr Gericht bracht vvürd , ü:er den ſoll ſchvveren der Kleger alß vorgeſchrieben ſteht , und zvveen erber Mann zu ihm : und*

*davon ſoll ſein gnug ſyn.* Et in priuilegio Campidonenſi ab eodem Ludouico a. 1331. conceſſo, apud DATTIVM lib. I. c. I. n. 75. *VVer auch ein ſchædlich Menſch für Ir Gericht antwurt, und die gewar Schuld uff ihn geſchoben wird, mag der Klager den überkommen mit zweyen unverſprochnen Mannen, daſs ſein Hand die dritt iſt, mit gelehrten Ayden: daß ihn der Klager denne mit dem Rechten überwunden hab.*

****** SCHWABENSPIEGEL c. CXC. *Von den Landraubern: und iſt daß er daß laugnet, man ſol ihn des Raubes überkommen mit dem Schub, ob man ihn hat: hat man des Schubes nicht, man ſol in uberzeugen mit ſyben Mannen mag man der nicht haben, man uberzeuget ihn mit dryen Manen das iſt denn Raubrecht, der nicht rechter Straßraub iſt.* Eadem decernuntur in dicto Priuilegio Lindauienſi. p. 651. *Welche ſchædlich Mann oder VVib ze Lindowe in das Gericht kame, bey dem die ware Schulde, und der Recht Schub nit funden werde, denſelben Menſchen ſoll ein yeglich Mann Gewalt han ze überkommende mit ſechs Erbarer Mannen Aids den ze globen, ſy, und ſoll danne der Klager den ſibenden Aide ſelbe thun.* In Priuilegio Ludouici Bauari p. 652. *alſo das ſey wugent Mann oder VVeib, die in ihr Gericht gefangen werdent oder darein geantwurt werden, umb Schuld die bey ihm funden wirt oder nit, die Menſchen ſol ein ieglich Mann Gewalt han, mit einen gelehrten Aid zu uberkommend, den er ungeferd zu den Heiligen über ihn ſchweren ſoll, und das ſoll thun der Klager. Darnach ſond ſechs glaubhafft Mann, die zegegen vor Gericht ſeynd, ſchweren, daß der Aid rain ſey und nit main.* Et in Priuilegio Campidonenſi a. 1331. *VVo aber die waare Schulde nicht iſt, ſo ſoll der Klager das Menſche, das er für Gericht geantwurt hat, uberkommen mit ſechſt unverſprochnen Man, daß ſein Hand die Sibend iſt, mit gelehrten Aiden und ſoll den ſchædlichen Menſchen damit überkommen han, daß ihn der Richter zu ſeinem Leib richten ſoll, darnach, daſur er den Menſchen geantwort hat.* In Ludouici IV. Marchionis Brand. Conſtitutione, quæ in Ditione Tyrolenſi obtinebat. p. 654. *Wa ein ſchædlich Man oder Fraw begriffen werden: iſt er ein ſogthan Mann, daß ihm zu glauben iſt, der ihn berechten will, der ſolle dargehen, und ihm zween Finger in den Schopff legen, und der Frawen in die Schaidlen, und ſoll ein Eyd ſchwern, daſs er das waars wiſſe, daſs er ein ſchadlich Mann ſey, Land und Leuten, und die Fraw ein ſchædlich Fraw ſey Land und Leuten, da ſollen ſechs dargehen, und ſollen ihre Hand legen auff des erſten Arm, und die ſollen auch Biderleut ſeyn, und ſollen ſchweren, daſs der Eyd rain ſey und nicht main: damit ſoll man ein ſchadtichen Mann, und ein ſchadliche Fraw überſagen.*

******* Patet hoc ex Priuilegio Friderici Auſtriaci, Lindauienſibus a. 1321. conceſſo, apud Auctorem DER LINDAVISCHEN DEDVCTION p. 651. *Welliche ſchædlich Mann oder VVib, in ir Gerichte kæm gebunden oder gefangen, oder von Schulden in ir Gerichte geantwurtet werden daſs denſelben Mann oder VVib nieman ubelſtkommen mechte noch ſolte, wann mit den Binuſſie, den ſy von alter Gewonhait her hand behalten.* Et in Priuilegio Ludouici Bauari 1332. apud Eundem p. 652. *daſs für Vns kommen iſt groſſer Gebreſt, den Vnſer lieb getrew Burger der Stadt zu Lindaw lang Zeit gehebt hand, davon, daſs ſchæditch Mann oder VVeib nicht uberwunden mæchtend werden, dann mit den Binuſſt.* Et in alio Eiusdem Imp. Campidonenſibus conceſſo p. 653. *wir nement auch ab das Gezingen und den Binuſſt und die gelehrte VVort damit ſie in ihr Gericht daher, ſchædlich Lute uberkommen hand.* Auctor vero Deductionis p. 652. n. 4. ait: de vocula *Bynuſſe,*

Digitized by Google

*te, expedire nos aliter non poſſumus, quam ſi conitciamus eam denotare Saxonicum iſtud berufft, oder alio nomine das Zettergeſchrey: mit welchem ein ſchadlich Mann, ſo auff Handhaffter That, das iſt, in dem VVerck ſelbs oder in der Flucht oder Nach-Eyl ergriffen worden, hat ſollen und mœgen beklagt werden.* Idem p. 653. addit: *Cogitari etiam fortaſſis poſſet, legendum eſſe hic Binufft pro Bezicht; quemadmodum in ſimili apud Hund: Metropol. Saliſb. tom. 3. ſub rubr. Raitenbach, fol. 164. cum ſqq. & paſſim diplomata Nottnunfft appellitant, quod nos hodie Nottzucht indigitamus: qua in coniectura tamen pedem non figimus.* Hoc facile concedimus, conuenire *Binuffte* apud Sueuos cum clamore Saxonum iudiciali, *dem Geruffte*, de quo LANDRECHT lib. II. art. LXII. *das Geruffte iſt der Klagen Anfang.* Vide infra, vbi de Banno Saxonico. *Schadliche Leute* vero, prout explicat Auctor Deductionis erant: *alle Malefitziſche Perſonen, Mœrder, Rauber, Brenner, Dieb, und dergleichen.* Sic enim in Caroli IV. Ordnung über das Glait und Beſchirmung der Reichs-Straſſen, apud GOLDASTVM Reichs-Satzungen p. II. §. IV. *und wo unſer Schultheis ſchadlicher Leut, Rauber oder Brenner gewahr wird, den ſoll er und mag Ihn nachfolgen von unſer und des Reichs wegen.*

******** Patet hoc ex dicto Priuilegio Friderici Auſtriaci, in quo: *Schvvelche ſchadlich Mann oder VVeib zu Lindovve in das Gericht kame, bey dem dui vvare Schulde, und der Recht Schub nit funden wurde, denſelben Menſchen ſoll ein yegelich Mann Gewalt han zu uberkommende mit ſechs Erbaren Mannen Aide, den zegloben ſy, und ſoll danne der Klager den ſibenden Aide ſelbe thun.* Ratio ibidem reddita: *wann wir Uns nun deß verſtanden, daß taglicher Gepreſt und Schade, und Kriechliche hievon kamen mœchten.* Scilicet, quod exinde occaſio daretur hoſtilitatibus, quas tamen poſt Interregni tempora abolere voluerunt Imperatores.

† BESOLDVS Theſauro Practico voce Beſibnen: *Nachdem der Peinlich Angeklagte, commiſſi delicti, aller dings conuincirt und überzeuget iſt, wird er zu mehrerer Sicherheit von der Gefangnüß und Band loßgelaſſen, und in ein frey offentlich Orth und Platz gefuhrt, da alsdann der Ambtman illius loci, in praeſentia ſeptem teſtium, den Beklagten nochmahln gutlich erfragt, und ſie zeugen der Ausſag, auf den Nothfall Kundſchafft zugeben, erſucht. VVo nun der Beklagte ſeiner Miſſethat geſtandig, wird er wieder in die Gefangnüß und Band gelegt, auch ihme darnach erſt das H. Sacrament gereicht. Folgends über ein Tag drey unter den offenen Himmel, oder in das gewœhnliche Gerichts-Hauß gefuhrt, und die Sibne gebeten, auf den Fall laugnens, Kundſchafft zu thun, daß der Beklagte ſolches, was ſie vermeldet, zuvor offentlich bekennet habe. Auf welch beſchehen Erklæren und Ausſagen, wird der Beklagte, wie Vrtheil und Recht geben, abgeſtrafft. Et ita in multis locis Sueuiae obſeruatur: Vocaturque hicce actus a numero ſeptenario teſtium: Beſibnen.* Idem confirmatur in DEDVCTIONE LINDAVIENSI p. 654. atque additur: *Ideoque inſcriptio huius priuilegii concepta eſt, wie man einen überſibnen mag. Et hodieque apud Lindaugienſes, de incredulo aliquo Thoma prouerbium remanſit. Man mueß ihms beſibnen; & San-Galli man mueß ihm das ſibend Buch weiſen. Caeterum hic mos probandi, non ſolum intra fines Lindaugienſes ſtetit, ſed longe lateque progreſſus eſt.* SCHWABEN-SPIEGEL c. CLXIII. num. 3. *wen man mit Handgetat begriffet, den ſol man fur Gericht fuhren, und iſt das alſo, daß er yenen gewundet hat, oder ihn erſchlagen hat, was acht es iſt ohn Diebſtal und ohn Raub, man ſol in ſelb dritt ubirzeugen, gat es ihm an den Lyb, man ſol ihn mit ſyben*

*Mannen überzeugen, und gat es ihm an die Hant, man ſol in mit zweyn zu ym überzeugen hat man der Zeugen nicht ſo ſol man kampfen, als hirvor geſprochen iſt.*

†† WEHNERVS voce Beſieben: *VVeil biſshero in den Limburgiſchen Halſsgerichten eine Gewonheit und Herkommen geweſen, wann ſchadliche Leute in denſelben Gerichten betretten, daſs die Miſſethat, wiewol warer Schueb, oder gichtiger Mund vorhanden were, mit Siben Mannen, ſo darum ihr Aidthun muſsten, bezeugt, und damit vom Leben zum Todt bracht würden: und dadurch das Vbel ungeſtrafft bleibe: So haben wir dieſe Gewohnheit abrogirt, uff daſs das Vbel geſtrafft, der gemein Nutz beſœrdert und den Rechten ſein Lauff gelaſſen werde; Vnd uff wahren Schub, gichtigen Mund, oder Leumuth, und Ir ſelbſt Bekanntnüſs richten und ſtraffen, und die Vbelthater ferner zu verſibnen nicht ſchuldig ſein ſollen. - - -* Vid. Goldaſt. Tom. II. *der Reichs-Satzungen fol.* 179. *Ita Fridericus Imp. iam anno* 1458. *largitus eſt, Henrico von Rechberg zu Hohen Rechberg das Halſsgericht zu Pamen-Kirchen und das halb Halſsgericht zu ſeinem Schloſs und Statt VVeiſſenſtein und darzu ſeinen halben Theil an dem Halſsgericht zu Altorff - - - nach des Reichs-Recht zu richten, ohne überſagen und beweiſen der ſiben Perſonen, ſo biſshero gebraucht worden, nach Geſtalt einer ieden Verhandlung. - - - Obtinuerat tum Conſuetudo iſta in Marchionatu Burgoico, quam in renouatione & Confirmatione prædicta Inueſtitura, Anno* 1510. *abolendam cenſuit Maximilianus I. Imp. - - daſs aus altem Herkommen, Gewohnheit und Gebrauch der Marggraffſchafft Burgau, die ubelthatige Perſonen, ſo man daſelbſt richten laſſen, allwegen uberſibnen müſſen, daſs wieder die gemeine geſchribene Recht, darauſs viel Vbels ungeſtraft bleibe, auch andere Vnordnung entſtehen - -* & paulo poſt: *Nach gemeinen geſchribenen Rechten, auff offenbar thatgichtigen Mund und eines ieden Bekandnüſs, unverhindert der Marggraffſchafft Burgau alten Herkommens, zu handlen und zu vollführen.* Vid. KNIPSCHILD *de Ordine Equeſtri lib. III. cap. III. n.* 27.

††† Art. CCLXXIII. *Item das beſiehen der ubeltetter und ander mysbrauch, auch alle Ordnung unſer Halſsgericht, ſo Keiſerlichen Rechten, und dieſer unſer Ordnung widerwertig ſein, wollen wir hirmit auffgehaben und abgethan haben, unangeſehen, ob ſie lang oder kurtz herkommen ſeien.*

## §. XVI.

*Iudicii Vehmici nomina*

Erant quoque apud Veteres Germanos certa Iudicia Criminalia. Inter hæc præcipuum apud Saxones IVDICIVM VEHMICVM, * quod ab antiqua voce Teutonica *die Vehm*, quæ ſeparationem ad certum actum notabat, orta videtur. ** Inde *eine Feimſtatt* ſiue *Gerichtsſtatt*, *** quæ in ſeparato loco conſtituta, vt vox *verſehmen* ſeducere, ſeparare, *abſehmen* **** *abſeimen* ad quasuis artes technasque inſtruere. ***** Dicebatur inde *das Vehmding*, *Fehmrecht*, ****** *das Freygeding*, ſiue liberum Iudicium, eo quod legibus eſſet ſolutum. † Alias quia ſedentes iudicabant, *die Stuhl-Gerichte*. †† Vocabatur etiam *Iudicium Vetitum*, *das verboten Gerichte*, forſan ſic dictum, quia non omnes illud exercebant, ſed illi tantum, quibus illud ſpeciatim ab Imp. conceſſum, ††† vel etiam quod nemo adhibe-

hiberetur niſi *die wiſſende*, ideoque occultum *das heimlich Gericht* dictum. †††† Vel denique *Weſtphalicum, das Weſtphæliſche Gericht*, quia eiusdem ſedes potiſſimum apud Gueſtphalos erat. †††††

* Variæ de nomine huius Iudicii ſunt ſententiæ, quas collegit SCHOTTELIVS c. XXIX. dicens: *Aiunt vocabulum Vehmicum deduci a Teutonico, VVehmy, va mihi, quaſi va illis ſit, & fieri ſoleat, qui huius iuris aut iudicii participes ſiunt: eadem ſubtilitate, qua alii vocem VVette deducunt vom VVehthum. Alius legit & ſcribit Vetitum pro Vehmicum; quaſi vero ab initio hac iudicia fuerint inter ea, qua per ſe erant vetita. Alii putant Vehmicum vocabulum deduci a Vexillo, vt pro Fahnenrecht, dictum ſit: Vehmrecht per licitam coniecturam. Alii Vehmicum deducunt a VVitze, VVitti. quod olim ſapientiam & prudentiam ſignificauit, vnde adhuc vox VVittig, VVitzig. Alii ſcribunt vitatum: Alii Vemum, Vemium, alii Vilium, alii VVittium, alii deriuant a Venia, als ob noch Gnad bey Recht ſey, ideoque ſcribunt Vehn-Recht, Fehnrecht.* Auctores ſingularum ſententiarum recenſet IO. IVSTVS WINCKELMANN *Notitia Vet. Saxo-VVeſtphalia c. VI.* & GEORGIVS GVSTAVVS DIFENBACH *diſſertatione de Feimeris VVeſtphalia*, ſub præſidio Dni IO. BVRCHARDI MENCKENII *Lipſiæ* 1707. 4. habita.

** MARQVARDVS FREHERVS equidem *de ſecretis Iudiciis in VVeſtphalia p. 5.* deducit a voce Germanica, *feimen, abfeimen*, quæ quibusdam notet deſpumare, eo quod regionem a malis hominibus liberauerint & quaſi deſpumauerint. Quam tamen etymologiam IO. GRYPHIANDER de Weichbildis Saxonicis cap. LIX. §. III. merito reiicit, eo quod Saxonibus, apud quos ea potiſſimum erant iudicia, iſto ſignificatu hæc vox eſſet ignota. Potius igitur ſequimur IVSTVM GEORGIVM SCHOTTELIVM, ſolertiſſimum linguæ Germanicæ indagatorem qui cap. XXIX. §. II. ſic loquitur: *Die Vehm eſt radix Teutonica hinc inde adhuc in ſua ſignificatione exſtans, cum deriuatis ſuis & compoſitis; & ſignificat die Vehm ſeparationem ad certum aliquem actum: das Vehmrecht oder Vehmgericht iudicium ſeparatim & ad certam normam conſtitutum, die Vehmzeit, tempus, quo actus certus & deſtinatus perficitur. Vehm-Schweine porci ſeparatim notati & ad certum illum actum, ad ſaginandum, in die Maſtung deſtinati. Vehmgeld pecunia illa pro porcis ſeparatim notatis & ad ſaginaria deſtinatis ſoluenda. Vehmmahl aduſtio illa ſeu receptum ſignum eorum porcorum, qui ſeparati ſunt ad ſaginationem. Die Vehmung eſt deriuatum, actum Vemandi ſignificans.* Sequitur eundem DIFENBACH *§. VII.*

*** *Feymſtatt* pro *Gerichtsſtatt, wo Galgen und Rad ſteht*, in litteris Inueſtituræ ſæpius occurrit, atque in ſententiis Criminalibus, vtpote apud CARPZOVIVM p. IV. Conſtit. III. def. IV. *zur Feymſtatt geſchleifft und folgens mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet.* Et def. VIII. IX. X. XI. & paſſim.

**** SCHOTTELIVS c. XXIX. §. II. *Verfehmen, verfehmen non id agere; vel aliter aut contra agere, quam verbum Fehmen in eo actu vult & iubet, ſicut dicimus fuhren ducere, verfuhren ſeducere.* In Reformatione huius Iudicii, apud DATTIVM lib. IV. c. I. n. 16. *Item ob ain Freigraff ainen Mann von ſeinem rechtenſetzen und verfaimen ſolle;* vbi Collector in margine addidit: *verfaimen haiſt mit recht umb bœſe Sachen verurtailen. Ein verfaimbder iſt ainer, der umb arge und bœſe Miſſethat an dieſen VVeſtphaliſchen Gericht zu dem Strick ſchon verurtailt worden iſt.* Quare in

Refor-

Reformatione de a. 1439. c. X. *Es ſoll der Frey-Graf niemand verführen oder verfehmen.* Hinc etiam terminus culinæ eſt *abſaumen* pro *abſchaumen* ſordes in coquendo ſeparare. Etiam illi, qui damnati erant, dicebantur *verfaimbde*, quia ſeparantur a cœtu proborum DATT *lib. IV. cap. II. num.* 143. DÖPLER *von Leib- und Lebens-Straffen cap. VII.*

***** Sic in communi vita dicimus, *er iſt abgeſeimt*, hoc eſt, *auf alle Rancke abgericht.*

****** Sic Carolus IV. Theodorico, Mindenſium Epiſcopo concedit: *duas liberas ſedes, quæ proprie & vulgariter Vemeding nuncupantur.* Et in Priuilegio Ludouici Bauari, conceſſo Ludouico Epiſcopo Mindenſi de a. 1354. apud FREHERVM p. 11. cui concedit *ein fry Hertzogtom in dem Stifft to Minden, und Fry-Gerichte darinne to ſittende, und Konigsbanne nach Vemerechte, alſo in dem Lande VVeſtfalen recht is, an VVertlichen rechte, van unſir, und unſir nakomen wegen, Romiſcher Keyſer oder Konige.*

† In Priuilegio Caroli IV. Imp. Mindenſi Eccleſiæ a. 1373. conceſſo, apud PISTORIVM in Chronico Epiſcop. Mindenſium p. 747. *vel pro cauſa criminali vel ciuili quæſtionum in iudicium ſeculare & ſpecialiter ad iudicium quod dicitur Fryding, quod nulla temporis præſcriptione velregali ſeu Imperiali edicto ſeu iudicii confirmatione, contra perſonas Eccleſiaſticas, ſeu clericos per quamcunque conſuetudinem introduci volumus, trahere præſumpſerit.* DATTIVS lib. IV. c. I. n. 4. Scheda anni 1445. *des heiligen Reichs heimliches Gerichte zu VVeſtvalen.* Scheda alia 1443. *des heiligen Richs offenbares Friegericht.* Alia anni 1449. *des heiligen Richs offenbares Frigedingh.* In Priuilegio Ludouici IV. Imperatoris, Tremoniæ Ciuitati conceſſo 1332. *Secretum Iudicium, quod vulgariter Vreyding.* Quare etiam ſedes huius Iudicii dicebantur *die Freyſtuble.* Iudices *die Friegrafen.* Rationem huius denominationis reddit GOBELINVS PERSONA Coſmodromio æt. II. c. IV. *dies Martis dicitur Dingeſtag. Vnde Ding in antiquo vulgari ſonat iudicium, prout patet in his vocabulis, Holtgeding, Frigeding; & quia iudicium mortis gentiles attribuebant Marti, dies Martis Dingeſtag apud gentiles Teutonicos dicebatur; Et in ſignum iſtius iudicium quoddam occultum, concernens pœnam morte puniendorum in certis caſibus in partibus VVeſtphaliæ præcipue die Martis celebratur; quod quidem iudicium incolæ Friding appellant.* Et licet Iudicia libera ſiue occulta ab inuicem diſtinguat IO. GRYPHIANDER c. LVII. & qui eum ſequitur HENR. MEIBOMIVS notis ad Irmenſulam; Contrarium tamen demonſtrauit DATT. *lib. IV. cap. II. n. 89. ſqq.*

†† In Priuilegio a Friderico III. Imp. Noribergenſibus a. 1459. conceſſo: *ne ad aliena Iudicia euocentur*, inter Documenta Friderici III. a KVLPISIO collecta p. 268. *ad quæque Iudicia vetita, ſiue liberas ſedes VVeſtphaliæ & alias vbilibet conſtitutas ſeu conſtituendas Freyſtüle ſiue Stulgerichs vulgariter dictas & nuncupatas.* In Diplomate Ruperti Imp. quo filium Ludouicum a. 1401. conſtituit Imperii Vicarium, apud MARQVARDVM FREHERVM *Originum Palatinarum* lib. I. c. XVI. p. 135. *atque deſtitutos, priuatos vel exutos, per ſe vel per alium ſeu alios, etiam per iudicium dictum Stillgericht, aut alia quæcunque iudicia damnatos, & extra ius (vt moris eſt) ſententialiter conſtitutos & depoſitos, ad honores, ſtatus, officia, iura priſtina in integrum libere reſtituendi.* Vbi vero DATTIVS *lib. IV. cap. I. num.* 12. legendum putat, *Stulgerichte*, cum *Stillgerichte* alias haud occurrat.

††† AENEAS

Digitized by Google

††† AEN. SYLVIVS Europa c. XXIX. *Idque iudicium vsque ad noſtram perdurat ætatem, vocaturque Vetitum.* Sed MARQVARDVS FREHERVS de ſecretis Weſtphaliæ iudiciis in notis p. 36. *Hoc loco peccatum a librariis opinor, ſi non forte ab ipſo Aenea, ſermonis noſtri non ſatis gnaro. Quomodo enim Vetitum vocaretur, quod illius æuo adhuc maxime vigebat, imo & Sanctium dicebatur & licet multis modis reformatum, tamen in vſu erat, præſertim in partibus illis Saxoniæ? Et fuit cum reponendum cenſerem* VITVTVM, *aut tale quid, vt ad VViſſende illos alluderet. Nunc vero ſimplicius, ſaltem ſubſtituerem* VEMVM, *aut* VEMICVM, *facit Chronicon Vetus Colonienſe, in quo totus ille locus Aeneæ in vernaculum verſus, iſta autem verba in hunc modum: Dat ſelve Gericht vveret noch hüte zu dage, und heiſcht, dat Heimliche Gericht, of die Veme* HENR. MEIBOMIVS de Irmenſula Saxonica cap. XII. mauult: *Vitium* ſiue *VVitium, Iudicium Prudentum, cum VVitti veteribus Germanis idem ſit ac prudentia.* In Notis vero p. 32. HENR. MEIBOMIVS Iunior dicit; *Quid ſi nomen huius iudicii deriuemus a VVette, quod ſupra diximus ſignificare pœnam: vt ſit VVettegericht, quaſi Peinlich Gericht.* Verum, WERNERVS ROLEWINCK; ipſe Gueſtphalus, *in Antiqu. Saxon. p. II. c. VI.* diſerte hoc Ius Vetitum adpellat, dicens: *Rediens autem Legatus hæc Carolo annunciauit, qui mox Ius Vetitum inſtituit; quod vsque in præſens Veme vocatur.* Eadem adpellatio occurrit in Friderici III. Priuilegio Noribergenſi de a. 1459. quod inter Documenta ipſius reperitur *f.* 268. ſtatim in principio: *per VVeſtphalia, & aliorum Iudiciorum vetitorum Frigrauios* & mox: *ad quæcunque Iudicia vetita, ſiue liberas Sedes VVeſtphaliæ, & alias vbilibet conſtituendas Freyſtule ſiue Stulgerichte vulgariter dictas & nuncupatas.* Et in verſione Germanica *durch die VVeſtphæliſche und ander verbotten Gricht &c.* Et paullo poſt: *an ainige verpotten Gericht, oder Freyſtul zu VVeſtvalen oder andern enden.*

†††† In Conſtitutione Maximiliani I. Wormatiæ a. 1495. *Reformatio der Freyſchæpffen, und das heimlich Gericht zu VVeſtphalen betreffend.* Et in Scheda de a. 1445. *des heiligen Richs heimliches Gerichte zu VVeſtvalen* apud DATTIVM *lib. IV. c. II. n. 4.* Et in Schedis vetuſtis apud eundem *n.* 16. vocatur *heilige heimliche Acht, vel de Hemelike beslottene Acht.* Reformatio Sigiſmundi Imp. de a. 1439. rubricam habet: *Reformation des Freyen und heimlichen Gerichts, und die heimlichen Achte in VVeſtphalen,* ap. GOLDASTVM *ReichsSatzungen p. I. p.* 163. Et Liber MStus in Bibliotheca Stutgardiana, ex quo Reformationem huius Iudicii exhibet DATTIVS lib. V. c. VII. hanc rubricam habet: *der heiligen heimlichen Acht Freigrafen und Schæpfen VVeſtphæliſchen Gerichts-Ordnung und Statuten.* Hæc Adpellatio ſæpius occurrit apud DATTIVM *lib. IV. cap. II. num.* 22. 23. 24.

††††† Hæc adpellatio communis eſt, atque ex diuerſis locis anterioribus patet.

## §. XVII.

*Iudiciorum VVeſtphalicorum Origines, Sedes, Domini & Iudices.*

Huius Iudicii prima origo Carolo M. tribuitur. * Hoc etiam certum, hunc Imp. inſtituiſſe apud Saxones Iudicia Criminalia, in quibus proceſſu ſummario contra reos, eos potiſſimum, qui paganæ religioni adhuc fauerent, ageretur, ex Præcepto, Trutmanno Comiti a. 789. dato, ſatis patet, maxime cum iſte ſedem habue-

rit Tremoniæ, quæ Trutmanni erat Ciuitas,** atque in Tremonienſi Comitatu præcipuus locus eſſet Iudicii Vehmici. Et licet ex iisdem orta omnino eſſe videantur Iudicia Vehmica, quæ ſaltim in terris Saxonicis & his adnexis *** reperiebantur, iſta tamen, dum Iudices Vehmici poteſtate ſua pro arbitrio abuterentur, varie fuerunt deprauata, dum ex leui ſaltim opinione, vel ex odio etiam procederent.**** Neque tamen ſub Lege crudeliſſima Saxonum, quam confirmauit Conradus II. Imp. Vehmicum Iudicium eſſe intelligendum iamdum ſupra demonſtrauimus. ***** Prima eiusdem ſedes in Comitatu Weſtphaliæ & Tremoniæ erat. Duplex autem in eodem Comitatu erat Iudicium, vel extra Ciuitatem a Comite exercitum, qui dicebatur *Friegraf des heiligen Ræmiſchen Reichs*, dum ipſa Ciuitas a Comitis Iurisdictione fuiſſet exempta, ****** vel in ipſa Ciuitate, quæ ſuum proprium conſtituebat Iudicem, etiam *den Friegrafen* dictum. ******* Reliquæ ſedes, *die Freyſtuble*, per Weſtphaliam atque Haſſiam erant diſperſæ.******** Dependebant autem hæc Iudicia ab auctoritate Imperatoria, ad quam toties prouocatur, cuius vices gerebat Archiepiſcopus Colonienſis, tanquam Dux Weſtphaliæ, ideoque *des Ræmiſchen Kayſers Stadthalter* † dictus. Atque alii erant Domini, Comites, & Dynaſtæ *die Stulherren* †† qui conſtituebant Iudices, *die Frey-Graffen.* ††† Hi vero Adſeſſores *die Freyſchœpfen*, dictos etiam Feimeros. †††† Iſti, dum atroci Iuramento prius cauerent, de non publicandis ſecretioribus arcani huius Iudicii myſteriis atque legibus, certis etiam notis inter ſe vterentur, dicebantur conſcii, *die Wiſſende.* ††††† Hoc certum, liberas ſedes iam antiquis temporibus fuiſſe conſtitutas, vsque dum Iudices poteſtate ſua abuſi, eandem ad criminalia extenderent, vt ſecundum ea *nach Vehmeding*, prout in Weſtphalia moris erat, †††††† Epiſcopis potiſſimum Iurisdictio Criminalis concederetur. †††††††

* AENEAS SYLVIUS Europa c. XXIX. *Carolus Magnus, multa cum VVeſtphalis pralia geſſit, eosque magnis afflixit cladibus, coëgitque Chriſti religionem amplecti, relicto idolorum cultu. Quam cum ſæpius abnegaſſent, nec iusiurandum aduerterent, vt metu pœnæ rebellionem compeſceret, occultos inſtituit iudices, quibus poteſtatem dedit, vt quamprimum deieraſſe aliquem comperiſſent, aut fidem fregiſſe, aut aliquod aliud flagitium commiſiſſe, mox illum ſupplicio afficerent, vbi primum comprehendi poſſet, nulla citatione præuia, aut defenſione permiſſa. Elegit enim viros graues & recti amantes, quos plectere innocentes haud veriſimile fuit. Terruit ea res VVeſtphalos, ac demum in fide continuit: cum ſæpe in nemoribus & proceres & medio-*

*cres*

*res viri laqueo ſuſpenſi inuenirentur, nulla accuſatione prius audita. Quærentibus tamen cauſam, conſtabat fregiſſe fidem, aut magnum aliquod ſcelus commiſiſſe, qui necati reperiebantur.* FELIX FABER *Hiſt. Suev. lib. I. c. VII.* CHRON. MINDENSE apud MEIBOMIVM *Tomo I. p.* 556. AVENTINVS lib. IV. c. VI. n. 16. *Decemque tum millia Saxonum liberorum, cum paruis pignoribus, coniugibus, ſeruis, per cæteras paſſim Germanias diſtributa ſunt. In quorum domicilia, grauiſſimi quique delecti, vita, & morum probitate inſignes, ex omni Germania translati, penes quos foret arbitrium, & poteſtas animaduertendi etiam indicta cauſa, in pacis & fidei violatores, religionisque deſertores. Inde ius, vt vocant, VVeſtophalenſe deriuatum, ſilentio & taciturnitate ſacroſanctum.* HENRICVS de HERVORDIA de factis illuſtribus ab orbe condito ad a. 1355. *Karulus in patriam, de qua antiquos Saxones fugauerat vltra VViſeram, de Francia, Eſſlaia, Haibania & Ardania populum nouum introducens, terram eis dedit perpetuo poſſidendam: ſic tamen, quod regionis totius proprietatem de eo dederit, vt videlicet patriam illam in fide Chriſti & fidelitate Regis manu tenerent, propter quod & legem ſecreti iudicii, quod patria illius lingua Veme dicitur, ſtudens regionem ipſam expurgare furtis, quod terra ſaltuoſa ſit, & latibunda, periuriis etiam & proditionibus & aliis talibus ſibi crebro compertis, ibidem perpetuis temporibus inuiolabiliter inter Rhenum & VViſeram obſeruari ſanciuit.* Eadem dicit DAVID CHYTRÆVS Saxonia *lib. III. p.* 76. IO. IVSTVS WINCKELMANN *Not. Saxo-VVeſtphalia c. VI. num.* 27. ADLZREITER *Ann. Boiic. p. II. lib. VII. LXX.* latius HERMANN ADOLPH MEINDERS *de Iudiciis Centenariis cap. IV. §. VI. ſqq.* & CASPAR CALVÖR *Saxonia Inferiori p. II. lib. I. cap. IX.* qui bini tamen hanc fabulam refutant. IO. TRITHEMIVS *Poligraphia* lib. VI. p. 389. & plures alii, quos citat HENRICVS MEIBOMIVS *de Irmenſula Saxonica c. XII.* In ipſis Legibus Imperii Carolo M. tribuitur, vtpote in Reformatione Friderici III. Imp. de a. 1442. *Tit. I. von heimlichen Gerichten §. 1. das es damit dieſelbe nicht anders halten, denn wie es von Anfang durch Kayſer Carl den Großen unſirn Vorfahren am Reich &c. geordnet und geſetzet iſt.* Idem reperitur in Reformatione Maximiliani I. de a. 1495. Contradicit tamen IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis c. LIV. n.* 5. *ſqq.* qui putat Iudicium illud demum ſeculo XIV. fuiſſe ſubortum, a Scabinis vero, vt maiorem Iudicio ſuo conciliarent auctoritatem, de Origine eiusdem hæc tradita fuiſſe. Tanta autem vt capite Sexto §. XXII. iamdum docuimus, Caroli M. erat auctoritas, vt ipſi multarum Legum potiſſimum Saxonicarum tribuerentur auſpicia. Quod autem Carolo iſtud tribuendum haut ſit, ex eo confirmare contendit, quod, teſte Eginhardo, *Carolus ab omni crudelitatis nota adeo abhorruerit, vt nunquam ei vel minima iniuſta crudelitatis nota a quoquam ſit obiecta:* hoc autem iudicium eſſe iniquisſimum atque crudelisſimum. Immo pugnare hoc Iudicium cum libertate Saxonibus a Carolo M. conceſſa. Verum, haut ſine ratione ipſi contradicit ERICVS MAVRITIVS *in Diſſertatione de Iudicio Rotwilenſi §. IV.* Dum enim Ludouicus Bauarus iamdum Epiſcopo Mindenſi a. 1332. conceſſerit *ein Fry Gerichte nach Veme Rechte, alſo in dem Lande VVeſtphalen Recht iſt*, ſatis ex eo patet, eiusmodi Iudicia iam ſeculo XIV. fuiſſe plene cognita, immo apud Gueſtphalos antiquiora. Dnus MVLLERVS Reichs-Tags Theatro ſub Frid. III. *P. I. cap. IX. §. XII.* non a Carolo M. hæc iudicia ducit, ſed ſeculo demum XIV. hæc exorta eſſe putat, quo minus autem adſentiar, facit, quod in dicto Ludouici Bauari priuilegio, quibus *die Freyſtüle* conceduntur, ad iudicium Weſtphaliæ Vemicum tanquam antiquius prouocetur. SCHOTTELIVS

 *cap.*

*cap. XXIX. §. VIII.* IO. PHILIPPVS DATTIVS *lib. IV. c. II. n.47.* Receſſum Ciuitatum Imperialium a. 1442. *Von denen Heimlichen Gerichten* concluſum, dum Fridericus III. Imp. eorundem Reformationem tentaret, adducit, in quo inter alia decretum: *und damit ſin Kœniglich Gnad zu bitten, die gerichte uns zu beſtetigen und zu confirmiren, das die und anders nit gehalten, noch furgenommen Werden, dann als Wol. Gedachtnuſs Kayſer Karle ſelig die zu halten uſgeſetzt habe.* Ex quo haut incongrue concludit, fuiſſe apud Ciuitates certam Iudiciorum formam, a Carolo M. introductam, a Feymeris poſtmodum deprauatam, vel, addit: fieri potuiſſe, vt Weſtphalici Iudices Capitulatione Caroli M. de Partibus Saxoniæ non bene intellecta, contra Eccleſiarum violatores, contra periuros, & quos ſimilium facinorum labes commendabat, vitæ necisque poteſtatem permiſſam ſibi exiſtimarent. Indeque latius etiam confirmare contendit, Carolum M. omnino pro Auctore eſſe habendum.

** Patet hoc ex Præcepto pro Trutmanno, Comite dato a. 789. apud BALVZIVM p. 249. *Propterea omnes Chriſti fideles nouerint quod Saxones, quos a progenitoribus noſtris ob ſua pertinacia perfidiam ſemper indomabiles ipſique Deo & nobis tamdiu rebelles quousque illius & noſtra Virtute ipſos & bellis Vicimus & ad baptiſmi gratiam Deo annuente perduximus, priſtinaque libertati donatos, & omnè nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius qui nobis Victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubiugales deuote adduximus, eosque in fide Chriſtiana retinere optamus & perſeuerare cupimus. Quapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum Virum illuſtrem ibidem Comitem ordinamus, Vt reſideat in curte ad camposin mallo publico ad Vniuerſorum cauſas audiendas, Vel recta iudicia terminanda, iisque Aduocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, ſuperque Vicarios & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat, & animaduertat, Vt officia ſua ſedulo peragant, tandem idem Comes omnia ſua ſibi ſingulariter a nobis præſcripta toto conatu & Viribus perficiat, atque ita memoratus noſter Comes Trutmannus bene ingenuus atque ſecurus exiſtat.* Suſpectum equidem hoc Diploma reddere conatur IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis c. LV. n.8.* his potiſſimum motus rationibus, quod Anno dati diplomatis, Saxones nondum fuiſſent deuicti & quod formula, qua diploma illud vtitur, in aliis quoque litteris Caroli M. reperiatur, vt inde deſumpta eſſe videatur. Verum, contrarium mihi ex Hiſtoriis demonſtrari poſſe videtur, quod Carolus M. tempore huius Diplomatis fere omnem Saxoniam ſubiugauerit. Patebit hoc ex eo, quod a. 782. Saxones iamdum in has anguſtias fuiſſent redacti, vt quater mille quingentos ex Clientibus Wittikindi Ducis tradere neceſſum haberent, qui omnes vna die fuerunt capite plexi, prout ANNALES EGINHARDI & FVLDENSES ad a. 782. narrant. Inſequenti anno Carolus Saxones duobus prœliis, vno ad Detmoldiam, altero ſuper fluuium Haſam ita profligauit, vt de innumera eorum multitudine pauci euaderent. Inſequenti anno 784. Carolus Weſtphalos prœlio ſuperauit, ſecundum eosdem Annales. Anno 785. ipſe Wittikindus Carolo ſe ſubiecit & baptizatus eſt, atque tunc per Saxoniam etiam Epiſcopatus fuerunt conſtituti, prout in Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VII. §. XIX. XX.* demonſtrauimus. Ex quibus ſingulis ſatis patet, anno 789. Saxoniam iamdum a Carolo fuiſſe ſubiugatam, licet feroces ſpiritus non adeo compeſcere potuerit, vt non quandoque rebellarent. Altera GRYPHIANDRI ratio potius confirmat Trutmanni Diploma, quod ſecundum ſeculi genium fuerit exaratum. Mouet me potius, quod Tremonia, vbi

ſedes

ſedes primaria Iudiciorum Vehmicorum, dicatur villa Trutmanni apud WITTICHINDVM *lib. II. Ann. p.* 646. Idque tanto magis, quod diſtincta fuerint Iudicium Comitatus Tremonienſis, atque Ciuitatis.

*** Weſtphalia, Haſſia, Brunſuici etiam eiusmodi Iudicium, *Vehmeding* dictum, fuiſſe inſtitutum, ex antiquo MSto declarat IO. WILHELM GERICKEN *addit. ad* SCHOTTELIVM *c. XXIX. p.* 124.

**** Scripſit IOANNES de FRANCKFORDIA contra Scabinos Occulti Iudicii, Feymeros appellatos, Tractatum, quem breuem & pulchrum libellum vocat IOANNES TRITHEMIVS *in Catalogo illuſtrium Virorum Germaniæ, & in Vita VVolframi Abbatis XXXVIII. a.* 1447. Hunc MARQV. FREHERVS Tractatui ſuo de ſecretis Weſtphaliæ Iudiciis ſubiecit. In hoc, præmiſſis præceptis diuinis *pag.* 23. pergit: *hoc deberent attendere diligentiſſime neſcio quomodo vocati, qui dicunt ſe habere a Papa, (neſcio quomodo fuerit dictus) & etiam a quodam Imperatore (vt aiunt) Karolo, auctoritatem ſuſpendendi homines ſine prauia diſcuſſione, & non iuridice, vt fieri debet, conuictum vel confeſſum. Quomodo enim illi poſſunt eſſe iudices & actores? Quandoquidem in omnibus legitimis & rationalibus iudiciis datur licentia ſe excuſandi per ſe, vel per procuratorem: vt non feſtinetur ad effuſionem humani ſanguinis, ne innocens pro nocente damnetur, aut certe nocens aliter quam iuris ordo expoſcit, interficiatur.* Et p. 25. *Et famatur a quibusdam quod aliqui tales, qualemcunque vel a qualibuscunque impetrauerint talem poteſtatem ita ſuſpendendi homines, qui vix digni eſſent porcos cuſtodire: Sed quod ſint homines per ſe ſuſpendio digni, ſi bene actus & geſta ipſorum diſcuterentur: & quod tales vident feſtucam in oculo fratris ſui, trabem autem maximam in oculo proprio conſiderant. Item adhuc quod inquiratur radix huiusmodi conſtitutionis, a quo, vel quibus, vel propter quam cauſam, vel quas cauſas adinuenta ſit; &, quibus conceſſa, & an ſic hodie per ſucceſſores taliter in omnibus inuiolabiter obſeruetur, vel an fiat transgreſſio.* Patet ex dictis, Iudicium hoc omnino fuiſſe antiquum, ſed deprauatum.

***** De hoc ſupra dictum *cap. VI §. VII.* Hoc ſaltim addimus, THOMASIVM in Diſſertatione ſua *de Origine, cauſis & interitu Iudiciorum VVeſtphalicorum p.* 7. adſentiri Dattio, & ſub hac Lege intelligere Capitulare de Partibus Saxoniæ.

****** Temporibus Friderici II. Imp. equidem Tremonienſes adhuc Comitis Iurisdictioni fuiſſe ſubiectos, licet proprium etiam iudicem habuerint, patet ex iſtius Priuilegio de a. 1236. apud LVNIGIVM *p. Spec. Contin. IV. Eylfften Abſatz p.* 441. in quo: *ne alicui ipſos ſuper prædiis & eorum perſonis impetenti extra ciuitatem noſtram reſpondere cogantur, nec coram alieno iudice trahantur, in cauſis; ſed tantum in Ciuitate noſtra in præſentia Comitis, qui pro tempore fuerit, vel Iudicis ſui prouide reſpondeant.* Per Priuilegium vero Ludouici Bauari de a. 1332. apud eundem *p.* 442. Comiti omnis Iurisdictio intra vrbem interdicitur. Sic enim in eodem: *Etiam vt nullus liberorum Comitum ſecretum iudicium, quod vulgariter dicitur Vreyding, intra muros ciuitatis veſtra permittatis vllatenus exercere, vel erigere vel ipſi iudicio quomodolibet præſidere.*

******* Patet Diſtinctio hæc ex Documentis Weſtphalicis, quæ reperiuntur apud DATTIVM *lib. IV. c. II. n.* 79. & *c. III. n.* 49. *de a.* 1441. *der veſte Conrad von Lindenhorſt Erbgraf zu Dortmund und Freygraff des hilgen Rœmiſchen Richs; und der Erſame Hinrich von VVeymelhuſen, Frygraf dorſelbs zu Dortmunde.* In Atteſtato, quod

quod conceſſum eſt Heinrich Murrern anno 1452. principium ſic habet: *VVir Heinrich Von Lindenhorſt, Erbgraff und Stulher der Kaiſerlichen Cammern der Graeffſchafft der Stat Dortmunde und Friegraf des heiligen Rœmiſchen Richs, Dietrich Von VVickbede Stulher in der krummen Graffſchafft, VVilhelm Von der Zungher ein geſVort Friegraff der Freien Graffſchafft der Statt Dortmunde.* Poſtquam autem Comitatum ipſum adepti fuerint Tremonienſes, de eodemque inueſtiti, Maximilianus I. Imp. eosdem a. 1504. inueſtiuit, *mit der Erb-Frey Graffſchafft, mit den freyen Stülen, Gerichten, Rechten und Zugebœrungen.* Idem repetitur in litteris Inueſtituræ Caroli IV. Imp. de a. 1544. Leopoldi de a. 1659. Ioſephi de a. 1707. prout has Inueſtituræ litteras apud LVNIGIVM videmus *p.* 448. Scilicet, diſtinctum etiam erat Iudicium Vehmicum Comitis Tremonienſis ab ipſo Comitatu, eiusdemque terris. Illud, per omnem Weſtphaliam extendebatur, atque ſub directione erat Archiepiſcopi Colonienſis, tanquam Ducis Weſtphaliæ: hoc vero in terris ſaltim Comiti Tremonienſi loco ſcarii adſignatis conſiſtebat, ex quo orta eſt *die Erb-Graffſchafft Dortmund.*

******** Plura loca indicat DATTIVS *lib. IV. c. III.* 10. IVSTVS WINCKELMANNVS *Beſchreibung Heſſen p. V. c. VII. p.* 557. dicit: Carolum IV. Imp. inueſtiuiſſe a. 1348. Henricum Landgrauium de libera ſede *einen Freyenſtul unter der Linden Vor ſeinem Schloß Grebenſtein.* Idem factum dicit a Wenceslao Imp. a. 1385. & de libera ſede Zierenberg & Schartenberg. Sic etiam mentionem facit liberæ ſedis *zu Freyenhagen.* Immo, adhuc ſupereſſe ait, *das Freygericht Lohr*, prope Marburgum. HERMANNVS HAMELMANNVS etiam *lib. I. de Familiis emortuis p.* 684. auctor eſt, Comitem Ravensburgicum occupata arce Holte, prope Osnabrugum, obtinuiſſe *den Freyenſtuhl als die Erb-Frey-Graffſchafft im Stifft Oſſenbrugge und den nachbahrten Landern, und über die freyen Schœpffen des Reichs.* WEHNERVS ait: *es iſt ſonderlich gehalten worden zVViſchen der VVeſer und dem Rhein.*

† Sic enim in Reformatione Ruperti Imp. apud DATTIVM lib. IV. c. VII. n. I. *zum erſten ſol unſir gned gſter Herr de Rœmiſch Kayſer oder Kœnig, oder ſein Stattbalter (nemlich ein Hertzog in VVeſtphalen, der des priuilegirt iſt) kein Friegraven machen, dann der ſein Stulherrſchafft, oder ſein Leben, oder Freigraffſchafft Von einem Rœmiſchen Kaiſer oder Kœnig empfangen habe, oder Von andern, denen die Stüle oder Freigraffſchafft zu Leben Verordnet ſind, ein preſentacion unſern gnedigſten Herren, dem Rœmiſchen Kaiſer oder Kœnig, oder Statthalter Vorgenant offenlich habe.* Idem dicitur in Reformatione Dieterici Colonienſis de anno 1439. apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. I. p.* 163. Et in Reformatione Hermanni Colonienſis c. I. apud GOLDASTVM p. 252. *das wir als ein Hertzog zu VVeſtphalen ſolcher Gericht ein oberſter Statthalter und des lœblich priuilegirt ſyn.* Quare etiam HENRICVS TVRCKIVS in Faſtis Carolinis *p.* 25. vbi Scabini obligant ſeſe: *ſe comparituros, quotannis cum Cæſari, eiusque Vicario, Weſtphaliæ Duci conuentum in Weſtphalia indicere Viſum fuerit.*

†† DATTIVS lib. IV. c. III. n. I. *Regalium Iure & Feudi nexu Comitatus ſuos (die Freygraffſchafften) & ſita in iis Tribunalia, ſiue Mallos (die Freyſtühle) obtinuiſſe, a Cæſare, Imperio, aut aliis, tum Iudiciorum Dominos (die Stulherren) tum Comites (die Freygraffen)* Reformatio Colonienſis ſtatim in principio indicat: ibi: *ſo ſein Leben Freygraffſchafft Vom Rœmiſchen Keyſer oder Kœnig oder einen andern Herrn, daVon die Freyenſtüle oder Freygraffſchafft zu Leben rühren, truge.* Patet hoc ex Re-

Reformatione Colonienſi cap. IV. *das kein Freygraff verbottung thun oder einen andern Freyenſtul beſitzen oder bekleiden ſoll; denn mit wiſſen oder willen ſeines Stulherren.* Et in Reformatione Rupertina art. XIX. apud DATTIVM lib. IV. c. VII. *Item es ſoll kain Freigraff kain andern Stul beſitzen, dann den, darauff er Freigraff iſt, und Im in die Freygraffſchafft gebærent ſeye. Es wære dann Sach, daß ainen Freyſchæpfen ſein Freigraff abgegangen were, oder in Kranckheit lege, oder auslendig würde, ſo mag ain Freigraff ain andern Stul beſitzen, mit willen und wiſſen ſeiner Stulherrn, und auch inſonderheit deſſen, deme der Stul zuhært, und ſein were.* Et apud Eundem *lib. IV. c. III. n.* 31. ex Scheda de a. 1449. *Ich Dederich Ploigherr - - - tun kunt und bezeige - - - daß ich uffien dinſchtag nach dem Sundaghe Miſericordia domini, mit willen meiner Stuelherren beſaß ſtat und ſtull den Freyenſtull zu Brunnyngehuſen.* Plures Formulas apud eundem vide, qui etiam n. 27. ait: *præſidebant autem Mallo aut Tribunali non ipſi Domini, die Stulherren: ſed liberi Comites, quod cum fieret, ſolenni formula dicebatur Stat und Stul des Freyenſtuls mit urthel und recht geſpanneter banck beſitzen und bekleiden.* Licet ex eodem *cap. II. n.* 80. patet, ipſos Iudiciorum Dominos quandoque fuiſſe etiam Friegrafios. Sic in Scheda anni 1449. *die veſten Iuncker Hinrich von Lindenhorſt, Iunckgreff zu Dortmunde und Stulherr der Kayſerlichen Cammern und der Graffſchafft darſelbs und Friegraff des heiligen Ræmiſchen Richs, Diedrich von VVickhede Stulherr der vorgeſt. Frienſtuls.* In Atteſtato, quale conceſſum eſt Heinrich Murern anno 1452. principum ſic habet: *VVir Heinrich von Lindenhorſt, Erbgraff und Stulher der Kaiſerlichen Cammern der Graffſchafft der Dortmunde und Friegref des heiligen Ræmiſchen Richs, Dieterich von VVickhede Stulher in der krummen Graffſchafft, VVilhelm von der Zungher ein gewert Friegreff der Freien Graffſchafft der Stat Dortmunde.* Sic in Documento antiquo apud DATTIVM *lib. IV. c. VI. n.* 2. diſtinguntur notanter Stulherren & Friegraven. *das wir Diderich Stuylher und Hinrich Friegraf vorgenant en kent und umb Irer bede willen gerne getaget hant.*

††† Eiusmodi Diplomata plura adlegat DATT *lib. I. cap. II. n.* 21. & paſſim. Potiſſimum in Scheda anni 1488. *Ich Heinrich von VVerdinchuſen ein gewert Rechter und Frigreve des heiligen Ræmiſchen Richs und der Kaiſerlichen Friengraveſchen zu Volgeſten.* Hi, quia iurati eſſent, dicebantur etiam *gehuldete Friegraven* apud DATTIVM *lib. IV. c. II. n.* 25. Plura Exempla Idem refert *cap. III. n.* 6. *ſqq.*

†††† De his paſſim DATT *lib. IV. c. II.* DIFENBACH *de Feimeris* FREHERVS *p.* 3. Vid. DATT *lib. IV. Cap. III. n.* 39. *ſqq.* FRIDERICVS BRVMMERVS de Scabinis, Inter horum requiſita atque priuilegia haut minimum erat, quod apud DATTIVM in ſcheda de a. 1441. reperitur, lib. IV. c. III. n. 49. *Dat man im Rechten khemen Frienſchyſſen um einygher miſſdat willen an ſin Libe und Ere nit geweltliche gripfen, off taſten en ſaile, er en worde dann erſt gehaiſchet, verbode und gewunnen al recht iſt, er enwurde dann begripfen mit handheſſtiger dat, oder mit blychedem ſchyne und gichtigem munde.*

††††† AENEAS SYLVIVS *Europa* cap. XXIX. *qui ei præſunt Scabini appellabantur: quorum ea præſumtio eſt, vt per totam Germaniam iuriſdictionem extendere velint. Secretos habent ritus, & arcana quædam quibus malefactores iudicant. Ea nondum quisquam repertus eſt, qui vel precio vel metu reuelaret. Ipſorum quoque Scabinorum magna pars occulta eſt: qui per prouincias diſcurrentes criminoſos notant,*

in

*in iudicio accuſant, probantque vt eis mos eſt. Damnati deſcribuntur in libro, & minoribus Scabinis committitur executio. Reus ignarus ſuæ damnationis, vbicunque repertus fuerit, ſupplicio afficitur.* WERNERVS ROLEWINCK *c. l.* AVENTINVS Ann. Boiicis lib. IV. cap. VI. n. 17. *Iudices, quos Conſcios nuncupant, neſcio quibus caremoniis initiati ſe inuicem agnoſcunt. Porro prophanis ritum prodere, religio eſt, & pro piaculo habitur. Neque quisquam omnium adhuc inuentus eſt, qui huiusmodi myſteria euulgarit.* Idem confirmat IO. BÖEMVS *lib. III. de Moribus Gentium cap. XVIII.* Ex Io. Trithemii Grammatica Theotiſca Imp. Caroli M. ab Otfrido abſoluta, adnotauit PETRVS LAMBECIVS *Comment. de Bibliotheca Cæſarea lib. II. c. V.* quod Scabini, vulgo Feymeri, Latine autem Sciti, notis occultis vterentur, quibus ſe mutuo Scitos intelligant, iudicium in reos, quod Carolus dedit, vsque in hodiernum diem per ſucceſſionem electionis facientes. Ex p. 463. vbi de Io. Trithemii Codice de Polygraphia, ipſius manu exarato, loquitur, ait: *Trithemius exhibet ibi tria Alphabeta Steganographica ſeuè Cryptographica ab ipſo Imperatore Carolo Magno excogitata, partim quidem in vſum proprium, partim autem vt iis vterentur Exploratores illi & Iudices clancularii quos per Saxoniam 30. annorum ſpatio vix tandem a ſe debellatam rebellionis & deſectionis a religione Chriſtiana impediendæ cauſa, ſecreto conſtituerat.* Licet tam alte haſce notarum Origines petendas eſſe, haut crederem. Facit huc ſcheda de a. 1458. *Ich Heinrich von VVerdinchuſen ein gevvert Richter und Friegreve des heiligen Ræmiſchen Richs und der Kaiſirlichen frien graveſchop zu Volgiſten &c. Don kunt und betugent vur allen Furſten, Hertzogen, Griven, Frieherren, Rittern, Schultheiſſen, Vegden, ſuſt integemein allen guten Mannen die ſin vvestind oder unvvetende.* Alia eſt coniectura FREHERI p. 4 *Neſcio an a ſcientia, quaſi inter ſe ſecretorum ſuorum conſcios, adeoque omniſcios, quos nemo ſcelestus lateat aut effugiat; an vero potius a pœnis & ſuppliciis quaſi punitores & animaduerſores. Id enim eſt veteri noſtra lingua VVize. Gloſſæ veteres: Pœnas, Wizi. poënalis VVizlich. Punire, VVizen. Impunitus, indemnatus, Vngevvizinot, qualia & apud Keronem. Inde compoſitum puto Witiſchalck ſeruus publicus, pœnarum adminiſter, Lege Burgundion.* Tit. LXXVI. *Qua ratione eam voculam Wize & Wizen paſſim vſurpat Otfridus.* ‡ Potius tamen priores ſequimur, … quorum explicatio vocis Wiſſende magis cum ipſorum circumſtantiis conuenit.

†††††† Patet hoc ex Priuilegio Ludouici Bauari, Ludouico, Mindenſi Epiſcopo conceſſo de a. 1332. in quo *Kænigbann nach Veme Rechte, als in dem Land zu Weſtphalen Recht iſt.* Et Priuilegio Caroli IV. de a. 1354. *ſicuti ducatus Aſcaniæ & Weſtphaliæ gaudent,* apud FREHERVM.

††††††† Extat priuilegium Henrici V. Imp. de a. IIII. apud LVNIGIVM *p. Specialis Contin. IV. p. 218.* in quo: *Inſuper damus & concedimus eisdem Proconſulibus, Conſulibus & Ciuibus dictæ Ciuitatis Bremenſis hanc gratiam & libertatem, vt ſi aliquem Iudieem ſecularem ipſos aut eorum aliquem monere aut citare contingat ad comparendum coram io extra Dioeceſin Bremenſem ad locum, qui ſedes libera nuncupatur, quod ibi comparere non teneantur, ſi coram eorum Antiſtite velint ſtare iuri in illa cauſa, pro qua citati fuerunt.*

§ XVIII.

### §. XVIII.

*Cauſa & Proceſſus horum Iudiciorum.*

Cauſſæ coram Iudicio ventilandæ decidendæque, dictæ *Vehmwrouge Sachen*, erant variæ, potiſſimum vero cauſſæ fidei atque religionis, ſacrilegia, proditiones, latrocinia, ſtupra violenta. * Proceſſus erat ſummarius atque arbitrarius. ** Nec ab iis facile poterat adpellari, niſi dum ipſi Scabini inter ſe diſſentirent. *** Maxime promota fuerunt hæc Iudicia, dum Epiſcopi a ſeculo XIV. Iurisdictionem Criminalem adfectarent, quæ ipſis olim non competebat, ****. atque ab Imp. in terris ſuis obtinerent *ein Freyes Hertzogthumb*, cum eiusmodi Iudiciis & *Freyſtühlen*, *nach Vehme-Recht*, ***** vel Comitatus, dictos *die Freygraffſchafften*, ****** vt ſcilicet, non tanquam Epiſcopi, ſed tanquam Duces ſeculares in libero Ducatu Iudicium Criminale exercerent. † Ex hoc Iudicia Criminalia in terris Epiſcoporum fuerunt orta. Et licet hæc Iudicia omnino a Weſtphalicis iisdem antiquis diſtincta eſſent †† ad imitationem illorum tamen fuerunt inſtituta, vt Epiſcopi eo certiorem in criminibus puniendis exercerent poteſtatem. Ex quo concludimus, has liberas ſedes, *die Freyſtühle* non tam ad emendandum atque accelerandum Proceſſum criminalem, ††† quam potius vt Epiſcopi Criminalem poteſtatem obtinerent, fuiſſe inſtituta. Habebant autem Iudices Vehmicorum Iudiciorum in ipſis Imperii ciuitatibus ſuos Scabinos, *die Wiſſende*, coram quibus etiam cauſſæ peragebantur, licet iſti proditores potius egerint quam Iudices. ††††

* Sic enim in Reformatione Sigismundi apud GOLDASTVM Reichs-Satzungen *p. I. p.* 163. vbi Cap. I. *derſelb Freygraffe geloben und ſchweren ſoll, dero Freygrafſchafft und Freyenſtul recht Gerichte und Verbætung zu thun, unnd über keine andere ſachen denn über die, ſo an die Freyenſtul gehæren zu richten, wie dann ſolches der groſſe unnd heilige Kayſer Carl hochlæblicher Gedachtnüß geſetzt und verordnet hat, unnd von alters herbracht und gehalten iſt.* Capit. II. *Hernach folgen die Puncten, warumb man einen an das Freygericht fordern mag. Zum erſten über Chriſten Leyen mennlicher geburt, ſo vonn Chriſten Glauben in unglauben abtretten und fallen. Zum* 2. *uber die ſo geweichete Kirchen und Kirchæff in des heiligen Reichs freyen Kænigsſtraſſen aufſſetzlich brennen, ſchenden und rauben. Zum* 3. *die bekendliche Verratherey und falſcheit betreiben und damit umbgehen. Zum* 4. *die Kræen Kindelbette, und Kindelbets Frauen ſchenden und berauben. Zum* 5. *umb Dieberey, raub, mordt, reroiſ und mortbrennen, und vort über alle dieienigen, ſo gegen die Ehr handlen, und darumb zu den ehren nicht antwortten noch rechts pflegen wollen.* Et in MSto membranacco apud DATTIVM lib. IV. c. VIII.° n. 39. *Im nachfolgenden Articul ſteen clarlich die ſtuck, darumb man ainen an den freyen Stul heiſchen oder verſeimen ſoll. Vmb Diebſtal,*

*Verrætherey, Kirchenrauber und ſchinder, Nothzoger, Kindbetterin Berauber oder Plünderer, haimliche Mord, ainem on widerſage das ſein nemen, und der zu den Eeren nit antworten will.*

** Hunc ex variis Actis congeſſit DATTIVS *lib. IV. c. IV. V. & VI.* SCHOTTELIVS *cap. XXIX. §. X. ſqq.* 10. LETZNER *Hiſt. Caroli M. cap. XV.* CASPAR SCHVLZ *Preuſſiſche Chronic lib. IV. pag.* 158. *ſqq.* HENRICVS TVRCKIVS *Faſtis Carolinis ad a.* 785. *§.* 2. idque ex antiquo MSto Monaſterienſi Freygrauii cuiusdam. Ex iisdem habet MVLLERVS *im Reichs-Tags-Theatro unter Kayſer Friderich dem V. p. I. cap. IX. §. XXVIII.*

*** In Reformatione Colonienſi Capit. XVIII. *auch ſoll man umb keinerley Punkten und Articul, ſo mit rechten urteillen vom Wroge erkant und gewiſen ſein, und ſich gebühren in der heimlichen Achten zu richten, davon, auch des heiligen Reichs heimlicher achten gerichte appellirn, oder ſich davon in eine andere Stat oder Gericht beruffen, aus urſachen, dieweil die heimliche Acht das hœchſte gericht iſt.* Vocantur ideo *deſs hilgen Richs overſte Friegericht*, apud DATTIVM *lib. IV. c. II. n.* 107. qui etiam plenius demonſtrauit, quando adpellare fuerit licitum.

**** Sic enim in Reformatione Colonienſi cap. XIX. *Es ſoll auch kein Gericht oder Richter die ſein Geiſtlich oder VVeltlich in einigen punkten und articule richten, oder ſich annemen zu richten, daſs des heyligen Reichs frey Gericht und heimliche Achten einiger weiſs mit gekrenckt oder ſonſt nidergelegt werden und vor den Freyenſtulen und freyen Gerichten gebührt zu richten, in anſehung deſs, daſs den Geiſtlichen Richtern über Menſchen fleiſch und blut nit gebürt zu richten.* Id quod plenius demonſtratur in Lindauiſcher Deduction *p.* 285. *ſqq.* Ad modum tamen Iudiciorum Weſtphalicorum Iurisdictio etiam Criminalis recentiori tempore Monaſteriis ceſſit. Sic enim CASPAR BRVSCHIVS Chronol. Monaſt. p. 191. *Habuit hoc Cœnobium* (Heilsbrunni) *antiquitus fratres etiam conuerſos laicos, quos a barbis, quas gerebant illi, tota vicinia Bertlingos vocabat. Hi quosuis ſuſpendio tollendi (quos aliquid mali commiſiſſe ſciebant) ius ac poteſtatem plenam habuerunt: quem morem ex VVeſtphalia ad melius tuendas monaſticas facultates cœnobio intuliſſe dicuntur.*

***** Patet hoc ex conceſſione Ludouici Bauari, Ludouico, Mindenſi Epiſcopo de eiusmodi iudicio libero *nach Veme Rechte* a. 1332. facta, apud FREHERVM p. II. *und geben an dieſem breve, unſern Erbarn Veeſten und lieben Ohemen, Biſchof Ludewich van Minden, und ſinen nakomen Biſchopen to Minden, ein fry Hertzogdom in dem Stiffte to Minden, und Fry Gerichte darinne to ſittende, und Koniges banne nach Vemerechte, alſo in dem Lande VVeſtfalen recht is, an VVertligen rechte, van unſer, und unſer nakomen wegen, Rœmiſcher Keyſer oder Kœnige; und Fryſtele in dem Hertzogdom to hawene, einen to Berndeſſen by der Linden, den andern to Berckerken, den dritten by Blasne; und drey anter Fryſtele to leggende, wor ſe eme oder ſinen nakomen bequemlich ſyn in dem Stifft to Minden. Aber wenn unſe vorfaren Rœmiſche Keyſer und Kœnige den Biſchopen van Colne, van Munſter, und van Palborn, de gnade han than, das ſe fry Gerichte und fry geſtele han, in erem Stiffte, na Vemerechte, alſo in dem Lande to VVeſtfale recht is; ſo geven wir unſerm Ohme und ſinen nakomen vorbenent, deſelven gnade in dem Stiffte to Minden, mit gleichen rechte, alſo de drey Biſchope Frygerichte und Stele vom dem Rœmiſchen Riche haven.* De hoc Priuiegio ſic loquitur NICOLAVS SCHATENIVS Ann. Paderborn. lib. XIII. pag. 271.

Ac-

Digitized by Google

*Acceſſit & inter Epiſcopos ad hac Comitia (Noribergenſia anno* 1332.) *Ludouicus Mindenſis Epiſcopus, Ottonis Luxenburgenſis Ducis filius, quem Cæſar agnatum ſuum appellat; ei enim Cæſar, pro neceſſitudine & ſingulari beneuolentia, in hoc Principum congreſſu poteſtatem fecit inſtituendi ſex liberas iudicii ſedes, quos Frigraviatus dixère, eo iure, quo illas Colonienſis, Monaſterienſis, & Paterbornenſis Epiſcopi antiquis Cæſarum ac Regum Priuilegiis in VVeſtfalia habent. Nec alia iudicia fuere quam quæ occulta, & vemica dicuntur, vt ea quoque Ludouicus appellat; quorum origo a Carolo M. paſſim deducitur, & ad hæc tempora recognoſcitur valuiſſe. Iudex horum Mindenſium iudiciorum a Cæſare nominatus Burchardus Cruſſinus, hactenus Miniſterialis Eccleſiæ Mindenſis. Diploma huius conceſſi priuilegii Germanico idiomate conſcriptum hoc anno M. CCC. XXXII. recitat Piſtorius inter tabulas Cæſareas Eccleſiæ Mindenſis. Quanquam id priuilegium occulti iudicii abrogatum poſtea a Carolo IV. Cæſare.* Et in conceſſione Caroli IV. Imp. de a. 1354. apud eundem pag. 9. *& in perſona & ſucceſſoribus ſuis, ac ipſi Eccleſiæ Mindenſi duas* liberas ſedes, *quæ proprie & vulgariter* Vemeding *nuncupantur, vnam videlicet ante villam Haleri prope Lubbek, & aliam ante villam VValnen prope Mindam, & de liberalitate Regia & certa noſtra ſcientia damus, concedimus & donamus, ſtatuentes auctoritate præſentium, & volentes, vt dictus Epiſcopus ſucceſſoresque ſui, ac ipſa Mindenſis Eccleſia dictas duas ſedes, cum vniuerſis & ſingulis iuriſdictionibus, honoribus, prærogatiuis, iuribus, gratiis, vtilitatibus, commodis, & libertatibus tenere, habere, ac ipſis gaudere debeant, quibus cæteri conſimiles ſedes habentes,* ſicuti ducatus Aſcaniæ & Weſtfaliæ gaudent, *iure vel conſuetudine, ſeu quomodolibet potiuntur.* Idem Imperator a. 1349. conceſſit Theodorico Corbeienſi Abbati eandem facultatem, prout Priuilegium SCHATENIVS *Ann. Paderbornenſium lib. XIII. p.* 318. inſeruit: *Dantes & concedentes tibi & Succeſſoribus tuis in perpetuum Abbatibus & Principibus Monaſterii prædicti regia auctoritate Nobis ex ſacra regia poteſtate competente plenam licentiam & omnimodam poteſtatem Comites liberos, qui vulgari eloquio* Freygeding *nominantur.* Et paucis interiectis: *ad veſtrum mandatum & beneplacitum ſedes ſuas liberas, quæ* freygeſtole *dicuntur, locare, iudiciis, quæ vulgo* frigding & ſemeding *nominari ſunt ſolida, præſidere, ac eadem exercere valeant, iuxta veſtræ diſcretionis arbitrium conſtituendi & inſtitutos, quoties vobis opportunum viſum fuerit, & pro bono & incolumi ſtatu ipſius Monaſterii expediens fore videbitur, reuocandi, aliosque ſubſtituendi pro veſtra beneplacito voluntatis. Decernentes & edicto perpetuo ſtatuentes, quod tu & Succeſſores tui Abbates Monaſterii Corbeienſis prædicti ſacri Imperii Principes, & deuoti adinſtar venerabilium Monaſterienſis, & Paderbornenſis Eccleſiarum antiſtitum, Principum noſtrorum, Scabini iudiciorum VVeſtualiæ prouinciæ amplius fore debeatis, Et huiusmodi ſcabinatus officia exercenda fideliter corporalia iuramenta præſtare. Nec non vniuerſa & ſingula ſecreta, & occulta eiusdem iudicii ſcire poſſitis, & omnibus iuribus & conſuetudinibus, gratiis & libertatibus potiri & gaudere, quibus prædicti Epiſcopi, & prædeceſſores ipſorum, ac cæteri Scabini VVeſtualienſis prouinciæ hactenus freti ſunt, & hodie potiuntur. Mandamus igitur liberis Comitibus, qui vulgo* Freygreven *dicuntur, & Scabinis VVeſtualiæ prouinciæ præſentibus & futuris, quatenus te & vniuerſos ſucceſſores tuos, Abbates Corbeienſes circa ſtatuendos Comites liberos ipſos quoque Comites in locatione ſua & proſecutione iudiciorum huiusmodi vbique in proprietatibus Monaſterii non impediant, Voique & quemlibet veſtrum, qui pro tempore fuerit ad*

*officia ſcabinatus VVeſtualiæ prouinciæ ad præſtanda iuramenta ſolita, ad cognitionem ſecretorum iudicii & alios ſcabinatus exercendos iuxta præſentis noſtræ largitatis indultum admittant, contradictione ſeu difficultate qualibet non obſtante, ſub pœna proſcriptionis & banni Regalis, quem qui ſecus attemptare præſumpſerit, ſe cognoſcat grauiter incurriſſe.* De Hermanno, Epiſcopo Monaſterienſi, SCHIPHOVERVS in Chronico Oldenburgenſi ad a. 1185. *Hic obtinuit, a Friderico I. Imperatore circa annum Chriſti* 1185. *quod ipſe & ſui ſucceſſores, Epiſcopi Monaſterienſes, Principes, & Duces in VVeſtphalia deberent eſſe, & vocari: Et tales dignitates, & iura* Vrigrauiatus, *& plura Regalia iura Epiſcopi prædicti deberent ab Imperatore perpetuo recipere iure homagii.* Licet de Titulo Ducis in Weſtphalia Schiphouero minime adſentiar. Potius ſequimur ALBERTVM KRANTZIVM, qui in *Metropoli lib. VII. c. XXVII.* ait: *obſecutus Imperatori in expeditione Italica ad Mediolanum, obtinuit, vt ipſe & deinde ſucceſſores ſui eſſent deinceps, & appellarentur in perpetuum Principes.* Scilicet, ſub Principis titulo Iurisdictionem obtinuit Hermannus. Plura Exempla, quod Epiſcopi atque Abbates Iurisdictionem obtinuerint ab Impp. adlegat MEINDERS *de Iudiciis Centenariis cap. VII. §. XXXI. ſqq.*

****** Sic in Priuilegio Ruperti de a. 1411. Archiepiſcopo Colonienſi conceſſi, apud SCHILTERVM Comment. ad Ius Feud. Alemann. ad cap. XLII. §. XII. p. 246. *praeterea Comitatum de Arnsberg qui a nobis & S. R. Imperio dependit in feudum, cum caſtris, opidis, munitionibus, villis, hominibus, ſubditis, iuribus meri & mixti imperii ac baſſi, iurisdictionibus quibuscunque, nec non poſſeſſionibus, homagiis, Comitatibus quæ in vulgari* Freygraffſchaffe *nuncupatur &c. in perpetuum feudum nobile dedimus.*

† Vid. Synt. I. P. *diſſ. XVIII. §. X. & XI.*

†† Idem contendit Ill. THOMASIVS *§. XXXIII.* ſcribens: *Etſi vero hæc iudicia ſecreta, haud dubie fuerint libera, item Vehmica, ac Weſtphalica, non tamen propterea putandum, omnia iudicia libera, item Vehmica, aut Weſtphalica eſſe ſecreta, inceperunt demum ſeculo* 14. *libera, Vehmica, & Weſtphalica, diu ante fuerunt aut horum ſynonima; ſed ſecreta.*

††† THOMASIVS equidem §. XXXII. ſummam in hoc compendium redigit: *Weſtphalica iudicia ſecreta ſunt iudicia criminalia Saxonica, ſeu Germanica antiqua, ſed per Papas, Imperatores, & Epiſcopos, imprimis autem Archiepiſcopum Colonienſem, tanquam Ducem Weſtphaliæ, & Vicarium Imperatoris in Weſtphalia, Seculi* 14. *initio, ita emendata, vt loco proceſſus cum clamore olim peracti, item loco probationum vulgarium alia quadam forma ſecretæ indiciit illis daretur, ex proceſſu accuſatorio & inquiſitorio mixta, non tamen plane a priore proceſſu diſcrepans, intendens, vt celeri modo iuſtitia adminiſtretur, & regiones ab hominibus nocentibus & delinquentibus purgentur.*

†††† Patet hoc ex Priuilegio Friderici III. Imp. Argentoratenſi Reip. contra Iudicia Weſtphalica a. 1460. conceſſo, inter Documenta Friderici f. 134. *Setzen, ordenen, und wollen auch darzu in Crafft diß Briefs, wann die Klage oder Sache Meiſter und Rat, oder die Gemeinde die Statt Straßburg antriffet und berürt, daß dann die zurecht ſol gewiſet werden für die Erſamen unſer und des Richs liben getrewen Burgermeiſter und Rat dieſer nachbenenten dreyer Stätte einer, nemlich Baſel, Worms oder Vlme, oder für die Wiſſenden Irs Rass, die dan dieſelben Statt eine darzu ordent: aber wann es etlich Perſonen beſunder der Statt Straßburg Burger, Inwoner oder die*

*Iren*

*Iren angat und die gemeinen Statt Straſsburg nit berürt, ſo ſol es gewiſet werden zu recht für Meiſter und Rat zu Straſsburg, oder für die VViſſenden Ire Ræts, die ſie darzu ordent.* Adnotauit etiam WERLICHIVS Chron. Auguſt. p. II. c. IX. *Es hab ſich erfunden, daſs 36. Bürger zu Augſburg, darunder auch viel von Geſchlechtern und des Raths, des ſcharffen VVeſtphæliſchen Proceſs bewuſt, ia auch wol gar heimliche und vorborgene Hencker geweſen.* Et dum tales etiam in Ciuitate Eslingenſi eſſent, Carolus Marchio Badenſis a. 1459. Senatum admonuit, ne id concederent, nec ad Iudicium Weſtphalicum euocari ſe patiantur, prout notauit DATT *lib. IV. c. IV. n.* 10. *ſqq.* Hi autem, qui in Iudicium Weſtphalicum recepti, dicebantur *das recht der hailigen heimlichkeit an ſich genommen zu haben.*

## §. XIX.

*Varii Iudiciorum abuſus anſam dant Grauaminibus.*

Dum autem varii Iudicii Imperialis Vehmici orirentur abuſus, anſam hoc dedit variis querelis, maxime, dum viles atque abiectæ perſonæ, & rapaces potius quam capaces inter Iudices cooptarentur, * hi innocentes ſæpius condemnarent, † cauſſas huc non pertinentes ad ſe traherent, †† Iurisdictionem ſuam per omnem Germaniam, ††† in ipſos etiam Principes, †††† immo in Imp. ††††† extenderent, varie de iisdem reformandis fuit cogitatum. Hinc etiam inter Principes atque Ciuitates variæ contra hoc Iudicium factæ fuerunt Confœderationes, qualis potiſſimum a. 1461. ſub Friderico III. Imp. fuit facta. †††††† Immo Ciuitates ſeuera Edicta, ſub capitis etiam pœna contra Ciues ſuos ſtatuerunt, qui ad hæcce Tribunalia Magiſtratus ſuos euocare conarentur. ††††††† Ipſæ Ciuitates Priuilegiis ſibi proſpexerunt, ne coram hæc Iudicia Weſtphalica traherentur. †††††††† Quare etiam Principes euocationes ſuorum ad Iudicia Weſtphalica publicis Edictis ſub acerrima pœna prohibuerunt. *

* Grauis de eo eſt querela ERDWINI ERDMANNI Chron. Epiſcoporum Osnabrugenſium, apud MEIBOMIVM Tomo II. Script. Rer. Germ. p. 198. *Quatuor millia & quingenti mortis ſupplicio a Carolo Sancto fuerunt puniti, propter quod maxime a Sua Maieſtate Sedes Liberæ ſunt conſtitutæ, quæ ex tunc & merito ex fundationibus per Nobiles legales & virtuoſos gubernari conſueuerunt; in defenſionem fidei Chriſtianæ, & pœnam malignorum, ad forum & cognitionem eorum ſpectantium, prout & ego legi in vetuſtis literis, vbi Nobiles milites ſcribebantur Frigrauii. Nunc proh dolor! illud iudicium per pauperes & infames peruertitur, & viles cauſæ illuc attrahuntur.* AVENTINVS Ann. Boi. lib. IV. c. VI. *Parentum, auorumque memoria eum ſordidæ conditionis quique in album huiusmodi conſultorum deſcribuntur, hique paſſim per cæteras Germaniæ regiones, vt collibitum fuit, quo ſuis licentius, quam boni ferre poſſent, furti, perfidiæque alligant, indemnatos necant, laqueo, & ſuſpendio infamant, cohibita eſt a principibus noſtris, etiam in publico procerum conuentu.* In Capitulatione Philippi Colonien-



Digitized by Google

nienſis §. II. *Vnd demnach in einer ſachen ein Freygraff ſich unterſtehe, parthey, Gerichtſchreiber und Richter ſein, auch leichtfertige, unehliche, eigen, und untugliche Perſonen, desgleichen Geiſtliche und andere, wieder Ordnung der Freygericht zu Schœpfen machen, und an dieſelbige leichtfertige und untugliche Schœpfen die urteil ſtellen, und daß das beſchwerlichſt iſt den umbſtand unter weilln corrumpiren und worhin leren, wie ſie die urteill ſo an ſie geſtelt werden, einer Parthey zu guth wider recht und als herkommen weiſen ſollen; auch die partheien, ſo um recht ruffen, mit werſtæpten ohren unwerhœrt laſſen. Darauß die Freyengericht, ſo durch Rœmiſ. Kayſer und Kœnig lœblichen eingeſetzt, beſtetigt, und gehandhabt, won menniglich gemitten und wor ungleich, und alß für bubenſchulen geacht werden.*

† Exemplum adducit DATT lib. IV. c. II. n. 148. *Queſtus eſt apud Imperatorem Albertum anno* 1439. *in Imperiali quadam Ciuitate Ciuis fratrem ſuum Claß Richenbach a Scitis quibusdam ſuſpendio necatum, ohne ſchuld und wieder Gott und recht.* Hic etiam Scabinorum addit excuſationem.

†† Reformatio Hermanni Colonienſis de a. 1522. §. II. *Alß nemlich under andern, wiewol niemand dahin gefordert geheiſchen oder geladen werden ſol, dann die und umb der Sachen, welche in berürter Ertzbiſchoffs Dietrichen Reformation klærlich ausgetruckt ſeyn mœcht, ſo werden doch alle Schmehe und dergleichen Sachen, bevor und ehe ausfündig worden iſt, daß durch den Beklagten die angezogene oder aufgelegte Mißhandlung kuntlich begangen ſey, desgleichen auch die iene, die ihre Herrn, Obrigkeiten und Gerichten zu den Ehrn vor ihne oder andern landtleuffigen Gerichten mæchtig ſeyn, vor ſolchen Freygerichten fürgenommen.* Et §. IX. *So laſſen ſich auch andere geringe Vberfuhrungen, welche laut der Ordnungen in die Freygericht nit gehœrig, in andere gebührliche weg wol brüchten und ſtraffen, daß nicht vonnœthen, alle zeit darumb an den gemelten heimlichen Gerichten zu handeln.*

††† In Epiſtola Senatus Vlmenſis de a. 1427. apud DATTIVM lib. IV. c. II. n. 70. *Vnd zum dritten von des Feimgerichts wegen zu VVeſtphalen, damit man nu by kurtzen Zyten etlich Lüte an dieſen Landen angereicht hat, das vor auch nit gehœret.*

†††† Patet hoc ex Proceſſu huius Iudicii contra Wilhelmum, Saxoniæ Ducem, Eiusdemque ſubditos, quem ex Documentis publicis Theatro ſuo Comitiorum Imperii inſeruit Dnus MVLLERVS p. II. c. VI. Exemplum etiam apud ADLZREITERVM Ann. Boi. p. II. lib. VII. n. LXI. ad a. 1422. *Bello hunc in modum ſopito, pax Boica fuit reddita, poſt ſesquiennem inquietem. Non quieuit tamen Caſpar Törringius, auſus Henricum Ducem in ius quod dicunt VVeſtphalicum accerſere. Grandis in dicente, aduerſus Principem, proteruitas. Iudicium non detrectauit Henricus, ſed in ius cum Friderico genero Brandeburgico cum ambulasſet, Törringius vadimonium deſeruit. Quamobrem extemporanea iudicum ſententia fuit Henrico addictus, vt velut in perfidum, perduellem ac contumacem more maiorum, ſicubi eius copiam nanciſceretur, animaduerteret. Henricus vero & Fridericus in ſubdialem iſtum conſtituta a Carolo Magno iurisdictionis Senatum fuere recepti, cum laude prudentiæ & integritatis, quæ in VVeſtphalico iſto tribunali a prima ipſius inſtitutione requirebatur.*

††††† Fridericum III. Imp. vide §. ſequentem.

†††††† Extat inter Documenta Friderici III. p. 136. *Vidimus* (de anno 1464.) *Confœderationis quorundam Principum, Procerum & Ciuitatum contra VVeſtpha-*

*pha-*

*phalicos Proceſſus facta* 1461. MVLLERVS *p. I. cap. IX. §. XXXVI.*

†††††††† Varia de hoc Decreta exhibet DATT *lib. IV. c. IV. n. 41. ſqq.*

††††††††† Extat tale Priuilegium Argentoratenſi Ciuitati conceſſum, inter Documenta Friderici III. p. 37. 134. Tale Priuilegium Noribergenſibus a. 1459. conceſſum, ibidem extat *p.* 143. in quo : *an ainiche verpotne Gericht oder Freyſtul zu VVeſtphalen, oder andern ennden, wie die geſetzt ſein, oder geſetzt worden, Freyſtule, zu Teutſch genanden und geheiſſen.* Idem Priuilegium latino ſermone *p.* 268. reperitur, in quo : *aut quæque Iudicia vetita, ſiue liberas ſedes VVeſtphaliæ & alias vbilibet conſtitutas ſeu conſtituendas Freyſtüle ſiue Stulgericht vulgariter dictas & nuncupatas.* In Priuilegio Nicolai V. Papæ Francofurtenſibus 1451. conceſſo, inter Priuilegia Francofurtenſia p. 325. *quod ipſi ac quicunque habitatores & incolæ eiusdem opidi, ad quauis ſecularia etiam Imperialia, & præſertim ad Secretum ſiue vetitum nuncupatum iudicia, ex quibusuis cauſis extra præfatum oppidum, dummodo in illo per Sculletum ibidem actori, iuſtitia non denegaretur, trahi non poſſent.* Simile Priuilegium occurrit *p.* 327. Priuilegium Friderici III. Imp. Argentoratenſibus a. 1451. conceſſum, apud MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. IX. §. XXXV.* vbi abſoluuntur *von deſein heimlichen oder VVeſtphaliſchen Gerichte, Stulherren, Freygraven, noch Freyenſtuhl in VVeſtphal.* Confirmatio huius Priuilegii de a. 1452. reperitur apud eundem *p. I.* exeunte. Plura Priuilegia adducit IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis c. LX.*

* Extat tale Edictum VVilhelmi Saxoniæ Ducis de a. 1454. apud MVLLERVM p. 130. in quo : *desgleichen fyndet ſich, daſs vil Hedderer die unſern an auslendiſche, und ſunderlich an die Freyenſtüle zu VVeſtſalen zyhen, und die unſern mügen uff billiche Abſoderunge nicht beheym gewveiſt worden, das auch unſern Landen ein ſchedliche Beſchwerunge iſt, und Vns durch keynen VVegk lenger zuvorſehen fügeth.*

## §. XX.

*Reformatio Iudicii huius diuerſimode tentata.*

Ob hoſce nimios abuſus & creſcentes indies querelas de reformando hoc Iudicio ſæpius fuit deliberatum. Primum hoc ſub Ruperto Imp. a. 1404. tentatum fuiſſe dicitur, licet de ea admodum dubium adhuc ſit. * Hinc, cum Status Imperii in Comitiis Egranis a. 1437. Sigismundum Imp. de reformando Iudicio Weſtphalico ſollicitarent, ** hic Theodorico Colonienſi Archiepiſcopo tanquam Duce Weſtphaliæ, & Vicario Imperatoris, negotium hoc commiſit, qui etiam curam huius ſuſcepit, reformationem compoſuit, poſt biennium demum, poſt Sigismundi mortem a. 1439. Arnsbergæ publicatam, *** Dum interea ſub Alberto II. a. 1438. eiusmodi Reformatio tentaretur, quæ vero per mortem Imp. præpropeꝛam effectu fuit deſtituta, **** Iſtam Theodorici Reformationem in Comitiis Francofurtenſibus a. 1442. confirmauit Fridericus III. atque ordinauit, ne aliæ perſonæ quam honeſtæ & capaces inter Iudices cooptarentur, neque iſti iuriſdictionem ſuam vltra modum extenderent. ***** Aſt, Reformationem hanc Vehmici

Iudi-

Iudices adgnoſcere nolebant, quo ipſo motus Imp. variis Statibus per Diplomata immunitatem concedit ab hoc Iudicio. ****** Friegrauios etiam ad Aulam Cæſaream a. 1454. vocat, vt cauſſam ſuam defenderent, cur contra Reformationem Francofurtenſem Iudicium ſuum nimium extendant, variasque contra eorum attentata promulgat inhibitiones. ******* Quibus tamen Feimeri minime ſe ſubiiciebant, obtendentes, quod iſta Reformatio ipſis non conſentientibus facta, ipſorum Iura a Carolo M. conceſſa infirmare nequeat, & quod Imp. ipſorum arcanorum haut eſſet particeps, *daſſ der Kayſer nicht wiſſend wäre.* ******** Aſt, licet multi Status a. 1461. contra hæc Iudicia Weſtphalica confœderationem invicem facerent, † in tantum tamen audaciæ progreſſi fuerunt Friegrauii, vt a. 1470. ipſum Imp. vna cum Vlrico Patauienſi, Cancellario, ſub contumaciæ pœna ad Iudicium ſuum citarent. †† Licet ſæpius poſt hæc ab hoc Iudicio Weſtphalico appellatum fuerit ad Imp. A. 1488. renouata fuit prior iſta Confœderatio inter Philippum Palatinum Electorem & plures Germaniæ Status. Id quod etiam a. 1509. a Chriſtophoro, Badenſi Marchione fuit tentatum. ††† Nouam Iudicii Reformationem in celebratis iſtis Comitiis Wormatienſibus de a. 1495. ſuſcepit Maximilianus I. †††† Idem Imperator denuo eiusdem Iudicii Reformationem ſuſcepit in Comitiis Treuirenſibus a. 1512. & decreuit, ne Iuriſdictionis limites vltra modum extenderent, & legitimo modo procederent, ††††† habita potiſſimum inter Philippum Colonienſem & Friegrauios Capitulatione. ††††††

* Io. PHILIPPVS DATTIVS *lib. IV. c. VII.* ex Codice membranaceo talem exhibet Reformationem, & de eadem ſic loquitur: *Extat Liber iſte MSS. in Bibliotheca Stutgardiana ſub Titulo: der heiligen heimlichen Acht Freigraſen und Schœpſen VVeſtphæliſchen Gerichts Ordnung und Statuten, welches weiland von Kaiſer Carolo dem Groſſen hochlæbl. Gedæchtnuſſ anno* 772. *Iar auffgericht und durch derſelben erlichen und hochlæbl. Gedæchtnüſſ Kœnig Ruprechts anno* 1404. *Iahr, mit ſeiner Ordnung zu erhaltung der recht wiſſenden Stulgerechtigkeit wiederumb in vielen irrenden Stucken erneuvvert und bekræfftigt worden iſt --- aus vielen alten des heimlichen gerichts freiſchœpfen ſchrifften treulich zuſamen gepracht anno* 1546. *p. C. I. R.* Sed, hanc addit epicriſin DATTIVS: *Collector, quisquis etiam fuit, in proœmio Libri VVeſtphalicorum Iudiciorum originem Carolo M. tribuit, ſignato etiam, quo illa initium ceperint anno* 772. *Quod, qua fide veterum Annalium aſſeruerit, dubium, neque ex illis, quæ ſuo loco IV.* 4. 89. *ſqq. percenſuimus, expeditum eſt, an illa anno* 1502. *iterum deſierint? Multæ deinde coniecturæ ſunt, quæ nobis perſuadent, Reformationem hanc, quam ipſe Ruperto Romanorum Regi tribuit, non anno* 1404. *ſed paucis forte annis ante Reſor-*

*Reformationem Colonienſem, cui fere in omnibus Capitibus conſonat, conceptam, a Iudiciorum Scabinis, quæ demum, ut ex §. 31. ſatis apparet, ab Imperatore vel Romanorum Rege confirmari debebat. Fortaſſis, cum in Conuentu Imperii, qui Sigismundo imperante, anno* 1437. *Egra habitus eſt de reformatione horum Iudiciorum, Cæſarem, proceres ſollicitaſſent, eiusque rei curam, ut Reformatio ipſa Colonienſis docet, Electori Colonienſi demandaſſet Imperator, concepta tum prima hac reformationis formula, & demum in Conuentu Arnsbergenſi, emendatione in quibusdam articulis facta, perfecta fuit.*

** Sic enim in conſultationibus Statuum in his Comitiis, apud SCHILTERVM & DATTIVM lib. I. cap. XXVI. p. 178. *Item: das unſer gnedigſter Herr der Ræmiſche Kayſer beſtelle daß dir die heimlichen gerychte beſatzt und geſtalt werden, der zu gebruchen auf ir erſte und beginlich herkommen, und daruf und darumb ſie zu erſte erdacht und beſtetiget worden ſein, und daß nymand daran geheiſchen, oder geladen werde, dann umb Sache, die dafür gehœren.*

*** Extat iſta apud GOLDASTVM P. I. *der Reichs Satzungen* p. 163. ſub Rubrica: *Reformation des freyen und Heimlichen Gerichts, und der Heimlichen Acht, in VVeſtphalen, wie und welcher maſſen nun hinfürter dieſelbige nach altem Geſatz, und Herkommen ordentlich gehalten, und Freygraffen und Schœpfen gemacht werden ſollen. Durch etwann den Ehrwürdigen Dieterich Ertzbiſchoff zu Cœln und Churfürſten zu Arnsperg gemacht, und Hochlœblichſter und milter gedechtnuß Herrn Sigmunden Rœmiſchen Kœnig confirmirt und beſtetigt.* Et in fine: *Vnd iſt dieſe obgeſchribene Reformation durch weiland Ertzbiſchoffen Dietrichen lœblicher gedechtnüß alß ihme das durch Keyſer Sigmund befohlen was zu Arnßberg in beyweſen viel Graffen, Freyherren, Ritterſchafft, Stulherrn, Freygraffen, Freyſchœpffen, gemacht, geordnet, geſetzt und verkündet worden.* Dnus MVLLERVS *p. I. cap. IX. die Conuerſionis Pauli.* Eandem Theatro ſuo inſeruit *Actum & datum Anno* 1439. *in* §. *XXXIII.*

**** Sic enim in fine Conſtitutionis Alberti II. apud SCHILTERVM *Inſtit. Iuris Publici Tomo II. Tit. XIX. p.* 357. habetur.

***** Sic in dicta Reformatione cap. VII. §. 2. *Vnd daß es damit dieſelben anders nicht halten, dann alß das von anbegynne durch den heiligen Kayſer Carolum den Groſſen unſern Vorfahren an dem Rich, auch durch die Reformation, ſo der Ehrwurdig Dietrich Ertzbiſchoff zu Kœlin, unſir lieber nevve und Churfurſt, alß ihm des durch Sigmunden loblicher gedechtnuß, unſiren Vorfahren, befohlen was, zu Arnsperg in Byweſen viel Graven, Fryen, Herren, Ritterſchafft &c. Stulherren, Frygraffen, und Fryſchœpffen, gemachet hat, geordnet und geſetzt iſt.* Prout dicta Reformatio reperitur apud GOLDASTVM *Statutis & Reſcriptis Imperialibus f.* 206. & inter Documenta Friderici III. *f.* 132. Et MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. IX.* §. *XXXIV.* & plenius *p. I. c. XII.* ibi vero & in Corpore Receſſuum §. IX. legitur corrupte *zu Augſpurg*, prout hunc locum emendat DATT *lib. IV. c. II. n.* 57. 58.

****** De his §. ſuperiori.

******* Acta reperiuntur apud MVLLERVM *p. II. c. VI.*

******** Sic enim in litteris Wyneke Paskendalls Frey-Grafens zu Bintheim apud MVLLERVM p. II. c. VI. p. 494. *Ouch als uwer Gnaden Brief roret von der Reformation zu Franckfurt, ſo en was nach en is unſer gnedigſter Herre, Rœmiſcher Keyſer zur Zyt, Kœnig zu der Zyt, noch nicht wiſſend, noch Frieſcheppfe, und die Reformation*

*mation iſt ſunder Conſens, Wiſſen und Wort oder zulaſſen de. Fürſten, Herren, Graven, Fryen, Edeln, Rittern, Knechten, die Stulherrn ſint in VVeſtfallen, die Ir Leben von dem heiligen Riche entpfangen hand geſatzt, und der groß Keiſer Karl, der dieſe Recht geſatzt, und Pabſt Leo confirmiret hait, baynt den VVeſtfeliſchen Herren ire Privilegie zu beſtedigen der, frien Gerichte geben und geſatzt, der keyn Kœnig noch Keiſer in zukommenden Zyten kein vorder Privilegie, Fryheit, ader nuwe Recht funndiren, ſetzen oder beſthedigen ſolde, damit die VVeſtfælliſche Gerichte geſchvvechet, genydert, ober vordrucket, ſolden oder mœchten vverden.* Immo in Litteris Ioannis Gardenwechs Frey-Graffens zu Limburg ad ipſum Imp. de a. 1454. apud eundem p. 502. dicitur, quod Imp. ipſorum iura infirmare nequeat.

† Vide §. ſuperiori.

†† Extant hæ litteræ in IACOBI WENCKERI Apparatu & Inſtructu Archivorum n. LXIX. p. 385. *Darumb uvver Keiſerliche Gnod mit ſampt dem Kamer-Gericht von uns obgenanten Frygraven unſer Ampt halber die vvir von dem heiligen Rœmſchen Rich entpfangen habent, darzu gelobt und geſchvvoren uns nit zu loſſen, darumb uvver Keiſerlich Gnod mit ſampt Herr Vlrichen Biſchoffen zu Paſſouvv und Biſitzer geheiſchen und geladen ſint, an die obgenant Koniglich und Keiſerlich Dingſtat und frien Stul zvviſchen den Porten zu dem VVunnenberg, ſemlich ungeborlichen Handel caſſieren und machtloß ſprechen, und uns benanten Frigraven zu ſchriben geſcheen ſy, und wan das nit geſche, ſo ſolt uvver Keiſerlich Gnad mit ſampt des Kamergerichts komen an den benanten Fryenſtul, und verantvvurten doſelbs uvver Lip und hœheſte Ere nach Inhalt der Ladbrieff daruff uvver Keiſerlich Gnod mit ſampt andern Herren Vlrichen Biſchoff zu Paſſouvve und Biſizer des Kamergerichts zu gericht heiſchen und laſſen ſo recht, und jr alle des uſsgebliben und ungehorſam ſint dem Gericht und Recht geheiſchen von den Provogatoren ſo ſich über wiſſen und unvviſſen geburt noch Schickung des Freyenſtuls Recht über uvver alle Lip und Ere.* Et ſub finem: *Hirumb ſo dun vvir obgenanten Frygreven und geordente Richtereal ſe uns mit gefürter gevviſeten Vrteil und Rechten gevviſſet iſt, und ouch von unſern Ampten und Gericht vvegen ſo vvir von dem heiligen Rœmiſchen Riche entpfangen habent, darzu gelobt und geſvvoren, und nit zuloſſen ſo uvver Kaiſerlich Gnade umb Gott und VVoldat vvillen uffgenommen, vvie obigeß uvver Keiſerlich Gnode ſich noch zu bedencken, die vorbenant Sache caſſiren und machtloß ſprechen, und den von Straßburg und Heinrich Beger gebietten den Vrteils Brieffen und Sentencien, ſo die Inhaltin ſint, Steffan und Michel Vernügunge zu tein, und uns obgenanten Frygreven mit diſſem gegenvvertigen Botten zu ſchrieben geſcheen ſy, und vven das nit geſchee, ſo benomen und legen vvir uwern Keiſerlichen Gnoden einen Rechtlichen Gerichts-Tag uff den Samſtag noch Sant Iœrgen Tag nechſt kompt noch datum des Brieffs an die egenanten und Keiſerlich Dingſtat und Frienſtul zvviſchen den Pforten zu dem VVünnenberge zu verrechtigen nonen Zit Tages vor uns oder andern geordeten Richtern an unſer ſtat, ob das vvurde not ſin, ſehen zu hœren die leſt Vrteil und Sentencie über uvver Lip und Ere zu tun und darvvieder zu ſagen, ſovil uvver Keiſerlich Gnod mit Recht noch des Frienſtuls Recht getun mœge ir komen auch icht oder nicht, ſo muß das Gericht ſinen Gang haben, vvie ſich noch Frienſtuls Recht gebüren vvurt. Hirin vviſſe ſich uvver Keiſerlich Gnad zerichten, auch raten vvir uvvern Keiſerlihen Gnaden getruvvelich es darzu nit komen loſſen. Geben under unſerm Ingeſiegel uff Ziſtag noch der heiligen Apoſtel Tag Symonis & Iuda Anno Domini MCCCCLXX.* Addit WENCKERVS

Lega-

Legatos Argentoratenſis Ciuitatis qui tunc in Aula Cæſarea verſabantur, Copiam harum litterarum ſcripto ſuo adieciſſe, cum hac Epicriſi: *Item, auch ſo iſt uns gezaiget ein Ladung ſo etliche Frigraven unſern Herrn den Kaiſer geladen haben, deſſelben Brieves ſchiken wir uch hiebj ein Abgeſchrifft, auch haben wir wol verſtanden wie unſer Herr der Keiſer in kurtzen jn wieder ſchriben werde, und ſie jrer Pflicht erinnern, noch dem und ſich das geburt, und ſie erfordern für ſeiner Genaden Kammer Gericht, als ſin Gnade meint billich ſey, verſtent auch nit, daſſ uch diſie Ding deheinen Schaden bringen mæge.*

††† De vtraque Confœderatione WENCKERVS p. 390. *Anno* 1488. *auf Freytag nach St. Margarethen Tag, wurde die VVeſtphaliſche Vereinigung wiederum erneuert und prolongirt, zwiſchen Pfaltzgraf Philip Kurfürſten, andern Fürſten, Herren und Städten; Angeſehen den ſchweren Getrang, Vberlaſt und berlichen Mutwillen, damit allermenglich, Geiſtlich und VVeltlich, Edel und Unedel, Rich und Arm, in unſern Fürſtenthumen, Lantſchäfften und Stetten von etlichen unendlichen mutuilligen Luten biſsher mit VVeſtveliſchen Gerichten fürgenommen, beleidiget, beſwert und getriben worden ſyn, ouch tegelichen zu verderplichem Koſten und Schaden brocht werden &c. in ſimili vt in Confœderatione priore.: Folgends im Iahr* 1509. *ſchrieb Marggraff Chriſtoff zu Baden an die Stadt, und begerte daſſ die vorige VVeſtphäliſche Verein, weiln die Zeit verloffen und mehrteils Fürſten verſtorben, wieder renovirt werde, benannte auch einen Tag, gen Hagenau auf den* 20. *Auguſti gedachten Iahrs, und invitirte der Stadt Erbare Bottſchafft dahin zuſenden; umb helfen zuberathen, wie allen Beſchwerungen die wiederum eingeriſſen, abzukommen. Datum Baden auf Montag poſt Iohannis Baptiſtæ, Anno vt ſupra. Die Stadt antwortete, ſie wolten die Tagſatzung und Malſtatt zu ſeiner Zeit beſuchen laſſen. Actum ſecunda poſt Kiliani. Ob es beſchehen, hat ſich bis dato nicht gefunden.*

†††† Extat Reformatio iſta latino ſermone apud GOLDASTVM *Conſtitutionum Tomo II. pag.* 112. & in Corpore Receſſuum *p.* 54. ſub Rubrica: *Reformation Kœnig Maximilians, die Frey-Schœpffen, und das heimliche Gericht zu VVeſtphalen betreffend, zu VVormbs Anno* 1495. *auffgericht.*

††††† Extat apud GOLDASTVM Reichs Satzungen p. I. p. 235. *Ordnung der Freyen und Heimlichen Gericht in VVeſtphalen, ſo auff dem Reichstag zu Trier von Gemeinen Stenden des Reichs fürgeben worden. Anno M. D. XII. Nachdem von wegen der Freyen oder Heimlichen und VVeſtphaliſchen Stulgerichten und Rechten, mennig biderman umb ſein ehre, leib, leben und guth bracht worden iſt, und dadurch die Hohengerichte der Bann über das blut zu richten, der doch bey den hœchſten Regalien eins iſt, verachtet und wieder das geboth Gottes gehandelt wird, iſt für guth angeſehen, deme Ordnung zu geben und machen; und beſonder daſſ ohne erkantnuſſ der Rechten niemand von wegen derſelben Gerichten ſeiner ehr, leibs, lebens oder guts angefaſt oder enteuſſert werden ſolle. VVo aber iemands mit recht, an enden da ſichs gebührt, ſeiner ehr oder ſonſt leibs, lebens oder guts fellig oder vertheilt würde, alsdann und ſonſt nicht mægen die wiſſende oder ander von wegen ſolcher Heimlicher Freyer Gericht handlen. Vnd ſo von iemand, wer der oder die weren, was würdens, ſtands und weſens die ſein, wider diſe Ordnung, ſo obſtehet, fürgenommen oder gehandelt würde, ſollen der oder die ehrloſſ ſein, ir leib und leben verwirckht haben, und mit der that in des H. Reichs Acht gefallen ſein und ſoll und mag wider ſie, ihr leib und guth ohn fer declaration ſtrenglich von menniglichen gehandelt werden.*

 †††††† Ex-

Digitized by Google

†††††† Extat hæc Capitulatio apud GOLDASTVM *c. l.* WERLICHIVS equidem Chron. Auguſt. p. II. c. I. f. 16. adſerit: *das dieſe Gericht durch Kaiſer Maximilian mit einem offenlichen decret im Iahr Chriſti* 1512. *auf dem Reichstag zu Cœlln gantzlich abgeſchafft worden.* IO. HENR. BOECLERVS Diſſertatione de Witikindo M. circa finem ait: *Iudicia VVeſtphalica, vt prætendebantur, pro abolitis fuiſſe, ſi rem ipſam volimus dicere: neque potuiſſe cum Camera anno* 1495. *inſtituta ſtare: Omnia enim, molimina VVeſtphalicorum pœnam merebantur, Conſtitutionibus & Priuilegiis ſancitam & repetitam Ordin. Camer.* 1555. *part.* 2. *tit.* 20. §. 8. *Quid enim ſupereſt illis, ſi leges Comitiales exercerentur.* Verum, reſtricta licet admodum horum Iudiciorum auctoritas fuerit, atque abuſus eorundem tunc fuerint ſublati, prout etiam docuit ERICVS MAVRITIVS *diſſert. de Iudicio Rotwilenſi cap. I. §. VII.* manſere tamen iisdem ſua iura antiqua & priuilegia.

## §. XXI.

*Iudicicia Weſtphalica qua ratione fuerint ſublata*

Neque tamen tunc plane ſublatum fuit hoc Iudicium, prout Electores & Status intendebant, cum Imp. Iudiciis hiſce ſua Priuilegia, ſublatis tamen abuſibus, integra voluerit conſeruari, * Carolus V. Imp. non ſolum in Receſſu Imperii Wormatienſi de a. 1521. horum Iudiciorum abuſus tolli, atque ſecundum Ordinationem Criminalem ſingula dirigi voluit, ** ſed etiam per Hermannum Colonienſem nouam Eiusdem Iudicii a. 1522. ſuſcepit Reformationem. *** Et licet idem Imp. per Ordinationem Criminalem modum, qua ratione circa Crimina procedi debeat, præſcripſerit, **** manſit tamen adhuc quibusdam in locis Iudiciis Weſtphalicis ſuus vſus, cum eorundem adhuc in Ordinatione Camerali Auguſtana de a. 1555. fiat mentio, ita tamen, vt, non niſi ſecundum Receſſus Imperii exerceantur. ***** Decreſcente autem indies Iudicum auctoritate, vel ſenſim deſierunt, vel, creſcente Statuum poteſtate Territoriali, ab iisdem tanquam Iudicia Criminalia, quæ hodie in ſingulis Territoriis obtinent, exercentur, ****** licet quibusdam in locis adhuc nomen obtineat *der Freyſtüle.* *******

* In Capitulatione Philippi Colonienſis §. II. *Derhalben in Rade der Churfürſten und Stende des Reichs auf dem nechſtvergangenen Reichstag zu Trier eine meinung und rathſchlag vorhanden gewest, welcher ſo er ſeinen vortgang gewonnen, weren die Heimliche Gericht gantz niedergelegt, doch allein durch unſern gnedigſten Herrn den VVeſtphaliſchen Landen zu ehrn, die bey ihren alten begnadigungen und gerechtichkeiten zu behalten, verhindert worden. Denn unſer Gnedigſter Herr beſchwerlich achtet, daß durch unordnung und eigen nutz etlicher Perſonen, die gantze Landſchafft zu VVeſtphalen, ihrer gerechtigkeit und hoher Freyheiten, dergleichen kein Land haben, verleußlich ſolt werden. Darum die Churfurſten, Furſten und andere Stend des Reichs darzu bewegt, daß ſolcher rathſchlag und vornemen eingeſtelt wird, der zuverſicht, ſein Gnad würde bey Stulherren Graffen und Schœpfen vor dem zukünfftigen Reichstag, ſo nach der Heiligen Trei Kœnigtag zu VVormbs gehalten werden ſoll, verſchaffen,*

*daß*

*daß der Reformation und dem rechten gelebt, an alle unſchickbarlickeit und ungebürliche hendel gemieten werden Wie ſein Gnad ſolches alſo zu fügen angenommen hatt.* Vid. etiam DATT *lib. IV. c. IV. n. 73. ſqq.* Ex hoc facile patet, quid ſentiendum ſit de IO. ADLZREITERO qui *Ann. Boiic. p. II. lib. VII. n. LXI.* ait: *Id tribunal a Ruperto Caſare, emendata iudiciorum ratione, anno milleſimo quadringenteſimo quarto temperatum, deſcriptumque per capita, ac demum a Maximiliano Imperatore anno milleſimo quingenteſimo ſecundo omnino ſublatum; eum annos triginta ſupra ſeptingentos tenuiſſet cum multis Germaniæ incommodis, vti tabulæ, lingua patria Monachii, in bibliotheca Electorali exarata, meminerunt.*

** Sic enim in dicto Receſſu §. XVII. *Und nachdem bisher groſſe Unordnung an den Freyen Stühlen, auch an den peinlichen Gerichten, geübt und gebraucht, dardurch die Unterthanen des Reichs in viel VVeg beſchwert und belaſtiget, auch etwan viel unſchuldiglich gepeinigt, und vom Leben zum Todt gericht werden. Solchem hinfuro zu fürkommen, ſollen und wollen wir an unſerm Stul zu Rothweil, auch ſonſt bey andern Oberkeiten oder Freyen Stuhl, verfügen, daß deßhalben gebührlich Einſehen beſchehe, damit Ordnung gehalten, und die Gericht derſelbigen Freyen Stül, wider alt Herkommen nicht mißbraucht werden. Darzu ſo befehlen wir hiemit unſerm Stadt-Haltер und Rathen, daß ſie die peinliche Gerichts-Ordnung wie die himit Rath der Standen in ein Form und Begriff geſtellt, fur die Hand nehmen, weiter nach Nothdurfft ermeſſen und erwegen, und furter an unſer ſtatt dem Rechten und Billigkeit gemaß im H. Reich aufrichten, und ſich darzu halten allenthalben im Reich verſchaffen und verfugen.*

*** Extat apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen* p. I. p. 252. *Reformation der Gericht in VVeſtphalen, aus Befelch Keyſer Karols des Funfften furgenommen und ausgangen durch Herman Ertzbiſchoff zu Cœln und Churfurſten.*

**** Hæc equidem docet WINCKELMANNVS *Not. Saxo-VVeſtphaliæ cap. VI. n.* 105. dicens: *Donec tandem, omnem medicinam ſuperante malo inueterato, Carolus V. Imperiali authoritate, hæc omnia plane tolleret, ac conſenſu Electorum & omnium Imperii Statuum A. & c.* 1530. 1532. *propriam ſanciret criminalem conſtitutionem eine Peinliche Halßgerichts Ordnung, teſte Sailero in Sentent. Cam.* 27. *Mart. Anno* 1538. *fol.* 252. *aſſerente. Proceſſus VVeſtphalicos, vt Vetitos, abolitos eſſe: & ante prædictam conſtitutionem Carolinam in Camera eiusmodi Proceſſus abrogatos, vt probat & præiudicia allegat idem Sailer in ſentent. Camer.* 9. *Febr. A.* 1512. *addens ex ſent.* 18. *Dec. A.* 1495. *quod ſententiæ Iudicii VVeſtphalici nullam executionem mereantur, & per ſententiam* 12. *Dec.* 1515. *de proceſſibus VVeſtphalicis abolendis &c. pronunciatum ſit.* Idem dicit MEINDERS *de Iudiciis Centenariis* c. IV. §. LX. *Ordinatio Criminalis Caroli V. & legitimus Iudiciorum Criminalium ordo ac Proceſſus publicari cœpit, ſenſim ſine ſenſu ceſſarunt per ſe iudicia illa occulta VVeſtfalica; Quamuis alicubi locorum diutius durarint*, de quo infra ſuo loco. Idem dicit *§. XXXV. c. VIII. §. XI.*

***** P. II. Tit. XX. §. VIII. *Item, als der heimlichen Gericht und Freyſchœpffen halben zu VVeſtphalen, in etlichen Reichs Abſchieden ſondere Conſtitutiones, wie es derhalben gehalten werden ſoll, auffgericht, auch mit zehen Marck Golds und andern Pœnen verpœnt ſind, ſoll der Kayſerliche Fiſcal iederzeit, ſo wieder dieſelben wiſſentlich gehandelt, die verwirckte Pœnen, ſo zum halben Theil dem Kaiſerl. Fiſco zugehörig, einzuziehen ſchuldig ſeyn.*

 ****** Patet

****** Patet hoc ſatis clare exemplo Ciuitatis Herfordenſis, in quo Iudicium hoc occultum a Friderico Wilhelmo Electore a. 1650. transmutatum fuit in Criminale Brandenburgicum, de quo in Deductione Brandenburgica contra dictam Ciuitatem n. 12. *Demnach aber das Schœpſen Collegium, von den Schœpffen Stühlen, und heimlichen Gerichtern in VVeſtphalen, Welche publica imperii lege abrogiret, und überall in Abgang kommen, herrühret; So ſeynd Se Churfürſtl. Durchl. gnädiglich Wol zu frieden, damit ihre Erb-Stadt Herfordt deſto mehr dadurch beneficiiret werde, daß dasſelbe abgeſchaffet, und die Schœpffen, als welche bishero einen heimlichen verdächtigen Eyd geleiſtet, und ihres Amts zum Beſchwer der armen Bürgerſchafft mißbrauchet haben, ſolchen ihres Amts erlaſſen; Vnd an deren Statt das Criminal-Gericht hinfuhro Nahmens Sr. Churfürſtl. Durchl. von Burgermeiſtern und Rath der Stadt Herfordt, ſo iahrlich erwehlt werden, und den Nahmen der Schœpffen führen; Vnd deshalb bey der Confirmation zugleich mit auf die Iuſtiz ſchweren ſollen, mit gehaget, und die Nutzbarkeit, Renten, und Urtheil, welche vorgedachtes Collegium Scabinale genoſſen, der Stadt zum beſten berechnet, und einbracht werden.* Plenius hæc ſingula declarantur in Dni THOMASII *Diſſertatione de vera Origine, Natura, Progreſſu & Interitu Iudiciorum VVeſtphalicorum, Halæ* 1711. 4. qua non ſolum Doctorum ſententiæ de iisdem recenſentur, ſed etiam quid de ipſorum origine atque interitus cauſis ſentiendum demonſtratur.

******* Teſtatur de eo B. HERTIVS de Conſult. Legibus, & Iudiciis in Spec. Germ. Rebusp. §. XX. *Vtcunque ſit, huiusmodi liberas ſedes in quibusdam VVeſtphaliæ locis nondum omnino deſiiſſe, acta recentiorum temporum teſtantur. Etenim ante paucos adhuc annos Archiepiſcopus Colonienſis Comiti VValdecenſi in Dynaſtia Dudinghauſana den Fryeſtuhl non negauit; verum eidem ſuperioritatem territorialem vindicanti contradixit, quia Freygrauiatus ius diuerſum ſit a ſuperioritate. Donec A. MDCLXII. ita conuenit: Daß Wann Ihro Churfürſtl. Durchl. die Freyſtuhls Gerechtigkeit, civil und criminal Iurisdiction, auch Was ſonſt in das Ius territoriale in Geiſt- und VVeltlichen einſchlagt, in den Dœrffern Oberſchlaidern, Dudingshaußen &c. ledig cedirt Worden, Sie alsdann dem Graffiichen Hauß VValdeck hinWieder beyde Dœrffer Eppa und Hillershauſen cum omnibus iuribus abtretten Wollen. Vt memorat D. Victor in Relat. VValdecenſ. de Exemt. Imper. Relat. 8. in calce. Vbi addit. Cui non notum, iura ipſa Freygrauiatus in vno iudicio multo ampliora vſurpari, quam in aliis, ve vix ab ipſis ordinariæ iurisdictionis actibus ſeparari poſſent. Rurſus cum inter eosdem de Dynaſtia Aſtingshauſana controuerſia eſſet. Anno MDCIX. conuentio in hanc formam fuit inita: Daß der Graffſchaft VValdeck das Freye Stuhlgericht mit demienigen, Was vermœg der Reichs-Conſtitution, auch Reformation darzu gehœrig &c. verbleiben ſolle. v. D. Victor Relat. 16.*

## §. XXII.

*Kœnigsbann Blutbann.*

Dum autem in conceſſione ſedium liberarum ſæpius occurrat, quod ſub Banno Regio iudicare debeant, *unter Kœnigs Bann rechten*, * de hoc etiam dicendum. Hoc nihil aliud deſignabatur, quam Ius Gladii & merum Imperium, vt alias adpellari ſolet. ** Quare diſtinguebatur inter *Kœnigs-Bann, den Blut-Bann, auf Hals*

*Hals und Hand*, ſiue *auf Hals und Haupt*, ſiue pœnas capitales, inde dicta *die Halsgerichte*, decernendi, quod bannum ſaltim competebat Regi vel iis, quibus a Rege fuerat conceſſum. *** Ita tamen, vt Principibus ſecularibus de iis, qui ab Imp. de Iudiciis fuerent inveſtiti, Ius Criminale competeret, Eccleſiaſtici hoc, non niſi ex iure ab Imp. conceſſo exercerent. **** Aliud erat *der gemeins Bann*, quod competebat Centgrauiis, qui non niſi de *corio & capillo* iudicabant *zu Haut und Haar*, ***** ſub quo fuſtigatio intelligebatur quia cum eadem detonſio capilli erat coniuncta. ****** Tertia ſpecies erant *das Bauren bau und unterſtding*, ſiue ſimplex iuriſdictio. ******* Quare etiam Comites dum inueſtirentur olim *mit Zwang und Bann*, ſimplicem adipiſcebantur iuriſdictionem & Bannum commune, ******** niſi ſpeciatim inueſtiti fuerint *mit dem Kænigs Bann*. Pœna dicebatur *die Wette*, & ſolius Regis erat *die hæchſte Wette*, pœna Capitalis, mulcta, *die Brüchte*. † Sequiori tempore multis etiam nobilibus atque Ciuitatibus Iuriſdictio Criminalis conceſſa fuit. ††

*auf Hals und Hand.*

*zu Haut und Haar.*

* Sæpius in Iure Germanico occurrit *der Kænigsbann*, prout ex Remiſſorio *über das Sachſiſche Recht* patet, ibi etiam explicatur *Kæniges Bann iſt nichts anders, denn ſein gezwang und gewalt, zu richten über halß und hand.* Ratio redditur im SCHWABENSPIEGEL cap. XVIII. *Den Künig kyeſet man zu Richter über ygen und über Lehen, und über yeglichs Menſchen leib, und über alles das fur ihn kumpt zeclagen Der Keyſer mag nicht in allen Landen ſeyn, und mag alles ungericht nicht verrichten, Davon leihet er den Fürſten, den Graven und andern Herrn weltlich Gericht.* Cap. LXXXV. *Da by des Kunigsbann mag mann wol richten. VVer den Bann eyniſt empfahet, der bedarff in annderwert nicht empfahen. Ob der Kœnig ſtürbet, iſt er dennocht an dem gericht, der den bann von den Künig entpfangen hat, ſo der Kunig tod iſt, ſo hat er den bann dennocht mit recht. VVirt aber jm das gericht genomen, doch die weile der Kunig lebet, und ſol er anderwert Richter werden nach des Kunigs tod, ſo hat er in alle die weil und er Richter iſt.* Sic in ſententia *Hinrich von VVerdinckhuſen eines gewert Richter und Friegreff des heilgen Ræmiſchen Richs, und der Kaiſerlichen Friengrafſchafft zu Velgiſten* apud DATTIVM *lib. IV. c. V. n.* 42. *daß ich uf hute datum des Briefs den Frienſtull zu Velgeſten gelegen vor Sweirte, myt ordell und rechte becleidt und beſetten hatte, geſpannender Banck zu richten uber lib und Ere under Koninxbanne nazute Keyſer Karls und der heimlichen beſlotten achte.* SÆCHSISCH LANDRECHT lib. III. art. LXXVIII. *Der Kœnig und ein iglicher Richter, der es von dem Kænige hab, mag wol richten uber halß und uber hand, uber gut und Erbe.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM c. XLII. *Alle gerichte die uber blut runſſen und uber tottslege gont die ſol man alle von eime Ræmiſchen Kæniz entphohen* & ibi SCHILTERVS.

** L. 3. π. de Iuriſdictione. *Merum eſt imperium, habere gladii poteſtatem ad animaduertendam facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur.* Latius hoc perſequitur Lugdunenſium ICtus ANTONIVS MATTHÆVS, qui ſingulari Tractatu

de

*de iure Gladii. Lugduni Batauorum* 1689. 4. emulgato, docuit, quid ad Ius Gladii ſpectet, & quinam in ditione Vltraiectina illud exerceant.

*** LANDRECHT lib. I. art. LIX. *Bey Kœniges bann mag kein Man dingen, er hab denn den bann von dem Kœnig entpfangen. Vnd wer den bann eineſt empfeht, bedarff ihn anderweit nicht entphahen, ob der Kœnig ſchon ſtirbt. Inwendig eine Vogtey oder Graffſchafft mag kein Kœniges bann mehr ſein, dann einer. VVer bey Kœniges bann dinget, der den bann nicht entpfangen hat, der ſoll dem Kœnige wetten ſeine Zunge.* lib. III. art. LXIV. *Des Kœnigs bann mag niemand leihen, denn der Kœnig ſelber. Der Kœnig mag auch den ban mit Recht nicht wegern zuleihen dem, ſo er das Gericht, darzu der bann gehœrt, zuvor befohlen hat.* Et paullo poſt: *Pfaltzgraffen und Landtgraffen dingen undter Kœnigs bann.* Quare etiam Iudicia Vehmica poteſtatem habebant iudicandi, *unter Kœnigs bann*, de quo DATTIVS *lib. IV. c. II. n. 129. ſqq.*

**** Patet hoc ex SCHWABENSPIEGEL c. CX. *VVellich Pfaffen Fürſten ſo getan gricht haben die uber blutreunſe gand, der gericht mag er wol lihen ſynen Richtern. Alſo daß er die Richter ſol ſenden mit ſeinen brieffen zu dem Künig, daß er jn den bann leihe und thut er des nicht, er und alle ſeine Richter werdent an allen den ſchuldig vor Gott uber die ſy richtent, wie ſy der leut blut uß gieſſent. Die leyen Fürſten und Herren bedürffent das nicht, daß jr Richter den bann empfahen von dem Kunig, das iſt davon, daß der ley ſelb urt:yl gibt über den todſchlag, das thut der Pfaffenfürſt nicht. wann damit verleurt er ſyn ampt, wann er das gevvalts nicht hat. davon mag er niemand lyhen das gericht.* Et cap. LXXXV. *Hat ein Pfaffenfurſt gericht von dem Kœnig, der mag niemand davon keinen bann gelyhen, das es den leuten an jren Lyb oder an jr blut vergieſſen gang. Vnd empfilhet er einem Richter alſo ſein gericht, das er uber der blutreunſe richtet, er wirt ſchuldig an allen denen die jr blut vergieſſent. Vnd wil er recht thun, ſo ſol er den Richter zu dem Kunig ſenden dem er ſein gericht ſendet und leihet, und mag der dar nit komen, ſo ſol der Pfaffenfürſt ſeinen botten zu dem Künig ſenden, daß er ſinen Richter den bann an einem brieff ſenden, und iſt auch recht. Der ding bedarff ein ley nit der gericht entfaget von dem Kunig, der leihet ſeinen bann vvol dem Richter, unnd der Richter mag jn für baß nit geleihen. Vnd hat der Lyenfurſt ſunderlich gericht da man uber menſchen blut richten ſol, da ſol er Ir iegklichen ſein bann ſunderlichen leihen.* Quare Epiſcopis ſpeciatim conceſſum fuit, *unter Kœnigs Bann zu richten*, prout §. *XVIII.* demonſtrauimus.

***** SCHWABENSPIEGEL c. LXXXV. *Wer des bannes nicht en hat von dem Kunig, der mag nicht gerichten vvann zu hut und zehar.* Et cap. CXV. *den Dieb ſol man henken. geſchicht aber ein Diebheit die minder iſt, dann funff Schilling, die gehœret ze Haut und zu Haar, die mag ein Burgermeiſter vvol richten, und alles das mag er richten da man den Lyb nit mit verleuret und nit Blut vergeuſſet. VVann Haut und Haar verurtheylt vvird, der mag die ledigen mit funff Schillingen.* SACHSEN-SPIEGEL lib. II. art. XIII. *Geſchicht aber in einem Dorff ein Diebheit, die minder denn drey Schilling vvert iſt, die mag der Bauermeiſtes vvol richten deſſelbigen tages zu Haut und Haar.* Dicebatur hoc corium & capillos perdere, de quo CHRON. LAVRISHAM. p. 126. *auctor facti* CVTE ET CAPILLIS *priuetur & inſuper candenti ferro in vtraque maxilla comburatur.* Et in Priuilegio Henrici III. Imp. ibidem: *illi, qui huius audaciæ & innaſionis dux & princeps fuerit, tolluntur* CAPILLI ET CORIVM, *& inſuper in vtraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene caraxetur & comburatur, reliqui*

*eius*

Digitized by Google

*eius ſequaces* CVTE ET CAPILLIS *priuentur. Si autem ibi occiditur, omnes qui huius homicidii vel inuaſionis participes ſunt*, CVTE ET CAPILLIS *perditis ſupradicta combuſtione ſignentur, ac VVerigeldum occiſi domino ſuo auctor homicidii perſoluat.* In Charta Henrici II. Imp. qua componit ſeditionem inter Fuldenſem familiam atque Hirsfeldenſem, apud CHRISTOPH. BROWERVM lib. III. Antiquit. Fuld. c. XV. *Qui huius facti Dux & Princeps fuerit, tollatur* CORIVM ET CAPILLI, *& vtraque maxilla ferro candente comburatur. Reliqui eius ſequaces* CVTE ET CAPILLIS *priuentur.*

****** Sub hac Formula autem fuſtigationem, *den Staupenſchlag* intelligi, patet ex SCHWABENSPIEGEL c. CXV. §. IV. *Der in der Mülen icht ſtilet das funff Schilling werth iſt, den ſol man radbrechen. ſtilet er das dryer Pfenning werth iſt, man ſol ihn zu Haut und ze Haar ſchlahen by dem hœchſten, das ſind viertzig Streich.* ex Gloſſa LANDRECHT lib. II. art. XIII. f. 207. *Iſt eine Dieberey, welche bey tag geſchehen geringer denn drey Schilling werdt, ſo gehet ſie zu* HAVT VND HAR, *daß iſt, man ſchlecht einen darumb zur ſtaupen, und windet ihm die Har mit einem Kluppen oder Knebel aus dem Haupt. Hiebey ſagen etliche, daß die Zeit, alß das Recht ſey gegeben worden, haben die Sachsſen lange Har getragen, und do hab man ein ſolchen Dieb pflegen zu beſcheren, alſo daß man ihn kennen, und ſich vor ihm hüten mœchte: VVeil ſie aber itziger Zeit nimmer ſolche lange Har tragen, ſo ſoll man ihn davor die ohren abſchneiden, das man ſie vor andern kennen mœge.* Et GLOSSA WEICHBILDS art. XXXVIII. *und iſt die Dieberey minder denn drey Schilling werth, man richt über ihn zu Haut und zu Haar. Vnd diß iſt ſoviel, daß man den zu der ſtaupen ſchlegt, und ihm ein ohr abſchneidet.* Abſurda equidem hæc ratio videtur Dno THOMASIO *in Diſſertatione de Occaſ. Conſtit. Carolinæ §. I. not. e. p.* 15. dum ait: *potius ideo crinium ſit mentio, quod Germani & Saxones illorum temporum tanquam homines robuſti valde ac laborioſi etiam in dorſo hirſuti eſſent, unde ni fallor alibi in formulis ſententiarum, ſo ſoll man ihm Haut und Haar abſchlagen.* Idem repetit *Diſſ. de vera orig. nat. & interit. Indic. VVeſtphal. §. XXV.* not. c. Verum decaluationem vna cum flagellatione inter veterum pœnas fuiſſe vſitatam, ex antiquis Legibus ſatis patet. Sic in LEGIBVS WISI-GOTHORVM lib. II. Tit. I. l. VII. *decaluatus tamen C. flagella ſuſcipiat.* Tit. II. l. VII. *Seruus autem qui talia commiſiſſe detegitur C. ictus accipiat flagellorum, atque turpiter decaluatus in integrum mox reformet rem.* Lib. III. Tit. III. l. VIII. *iudiciis iidem ſententia comprehenſi, ac decaluationis fœditate multati, trecentenis inſuper ſinguli flagellorum ictibus verberentur* & l. IX. *lib. VI. Tit. V. l. XII.* LEG. LONGOBARD. lib. I. Tit. XVII. l. V. *Inſuper & publicus qui eſt in loco, vbi factum fuerit, comprehendat ipſas mulieres, & faciat eas decaluare & fuſtare per vicos vicinantes ipſius loci, vt cetera mulieres talem malitiam facere non præſumant.* Additio IV. Capit. cap. II. *& tentena publice decaluati flagella ſuſcipiant, & exilio religati, ſub publica pœnitentia maneant.* Vid. etiam MEINDERS *de Iudiciis Centenariis cap. VII. §. XII.* qui tamen autumat, hanc Decaluationem etiam dictam *fuiſſe Harniſcaram.* Verum *Harniſcara* ſiue *Armiſcara* pœna erat, quæ in armorum potius geſtatione conſiſtebat. *Scar* enim congeriem notabat, vt quaſi armorum eſſet congeries, prout hodie *das Picken tragen* vel *der Spaniſche Mantel.* Vid. du FRESNE *voce Harniſcara.* Vid. etiam LINDAVISCHE DEDVCTION *p.* 827. *ſqq.*

******* De hoc LINDAVISCHE DEDVCTION *p.* 836.



******** RE-

******** REFORMATIO SIGISMVNDI *cap. XX.* apud GOLDASTVM Conſtit. Tomo II. p. 199. *Es iſt zu wiſſen, daß hohen Fürſten, die groſſe Land haben, auch faſt Keyſerliche Recht zu ihren Theil halten. aber Grafen, Freyen, Ritter und Knecht, die auch Zwing und Penn haben.* Vid. LINDAVISCHE DEDVCTION *c. l.* SYNT. I. P. *Diſſ. XXVI. §. XVI.*

† REFORMATIO COLONIENSIS c. VIII. *und wer herwider und entgegen thut, der iſt dem freyen gerichte in ein VVette und bruchte verfallen, wie ſich das mit recht gebürt, nach ſatzung der heimlichen Acht.* Et cap. IX. *und ob eyniger Freygraff darwider thate, ſoll er den gericht wettig und bruchtig ſein.* Explicat hanc vocem. GLOSSA LANDRECHTS lib. III. art. LXIII. *VViſſe aber, das Gewette iſt dieſes, welches ein Man wegen ſeiner Vorbrechung, ſo er an dem Gericht begangen, geben muß, und das wærtlein VVette, heiſt ſo viel alß VVehe thun. Dann damit thut man den unbendigen und ungezogenen leuten wehe, auff daß ſie durch furcht der ſtraff ſich vor unzucht huten, und dem Richter gehorſam ſein.* LANDRECHT lib. III. art. LIII. *Ieglicher Richter hat Gewets in ſeinem Gerichte und keine buſſe. Dann der Richter mag beide Kleger und Richter nicht geſein. Man gibet auch niemand buß dann dem kleger. Darumb ſagt man, daß die Furſten ohn buß ſein, das iſt doch nicht.* Quod ſi pœna capitalis decerneretur, ſententiæ forma hæc erat: *das ſie dem heiligen Riche und Frygen heimlichen Gerichte darumb in die hæchſte VVette des Kæniges verfallen, und dem Kænig und dem hailigen Rich und der haimlichen Achte truwloß und meinaidig worden.* Sic capite plectendus, apud CHRISTIAN SCHLÖPKEN *Chron. Bardewicenſ. p. I. c. VII. p.* 91. queritur: *wenn mir das Glücke fuget hatte Des Streites einen guten Ende, Dürfft ich nicht leiſten dieſe VVette.* Inde delicta Capitalia *Baumwürgige Sachen* dicebantur, DAIT *lib. IV. c. II. n.* 137. Vid. BESOLDVS *voce VVette.*

†† Talis eſt conceſſio Ruperti Imp. Conrado de Rogenberg facta apud SCHILTERVM *Comment. ad Ius Feudale ad cap. XLII. §. XXIX. haben In erleubet und gegunnet, erleuben und gunnen In in Crafft diß Brieffs und Rom. Kunigl. mechte das ſie in irem Dorff zu Swegen und in ſinem begriffe, Schulteiſſen und Scheffen, und nemlich ein Halsgericht, Stoke und Galgen daſelbs furbaſſer mere ewiclich haben und auch mit demſelben gericht richten und gefaren ſollen und mogen, als das in andern gerichten daby gewonheit iſt.* Plura Exempla idem adducit, & exquire apud DATTIVM *lib. I. c. I. n.* 101.

## §. XXIII.

*Sechſiſches Bann- und Achts- Gericht.*

Apud Saxones vſitatum erat Iudicium Banni, *das Bann und Achtgericht.* Originem hoc habere videtur ex Saxonum Legibus antiquis, quibus homicidæ faidam portare cogebantur. * Hoc in homicidio, adulterio & delictis publicis contra reum fuga elapſum, in flagranti crimine, *auf handhafter that,* ** antequam pernoctaretur, fuit inſtitutum, ita, vt poſtquam præco clamorem violentiæ, *das Zetergeſchrey* *** concitaſſet, reus fuerit citatus, & non comparens banno notatus. Quod ſi vero reus, antequam crimen pernoctaretur, captus fuerat, ceſſabat hoc Iudicium. **** Hoc Iudicium hodie adhuc, non vero iisdem ſolennitatibus in Saxonia, celebratur, ***** Diſtinguebantur autem *Acht* & *Oberacht* bannum inferius

rius & ſuperius & ſecundum. Illud ſaluo adhuc iure, honore & bonis rei decernebatur. Quod ſi vero reus anno præterlapſo in die *Oberacht verfallen*, Bannum iteratum, honorem, bona & ſingula emolumenta perdebat. Tunc enim oriebatur *des Kænigs-Bann* ſiue *die Oberacht*, dum quis etiam ab Imp. proſcriberetur. † Hoc Iudicium vocatur etiam *Nothpeinlich Halsgericht*. ††

* IN LEGE SAXONVM antiqua apud LEIBNITIVM Tomo I. p. 78. Tit. II. §. V. *Litus ſi per iuſſum vel conſilium domini ſui hominem occiderit, vt puta nobilem, dominus compoſitionem perſoluat, vel faydam portet.* vbi LEIBNITIVS adnotauit: *id eſt, proſcriptionem, ſeu, vt poſteriores loquti ſunt, banni pœnam, faida eſt hoſtilitas (hodieque fehde) faidam portat, ſeu faidoſus eſt, qui hoſtis iudicatur. Nempe qui ſcelus commiſerat, aut pœnam ſubibat, aut ſi vel non poſſet ſatisfacere, vel nollet exterris fiebat.*

** LAND-RECHT lib. II. art. XXXV. *Die handhaffte that iſt das, ſo man einen Man begreifft inn der that, oder in der flucht der that, oder daß er Dieberey oder Rauben ſeinen gewehren het, da er ſelbs den ſchlüſſel zutrüge an ſeiner ſeiten.* Et SCHWABENSPIEGEL c. CLXIX. *Die Hantgethât das iſt das, wo man einen Mann mit der That begreiffet, oder an der Flucht der Getat, oder Diepheit in ſyner Gewalt begreiffet, da ihn ſelber die Schuld zu treit, das iſt, daß er ſelb vorſtolen hat.*

*** LANDRECHT lib. II. art. LXIV. *VVann Frawen oder Megde notzæge klagen vor Gerichte, ſie ſollen das klagen mit Gerüffte durch der handhafften that und durch der noth willen die ſie do beweiſen ſollen. VVen man auch umb Raub oder Dieberey gefangen für Gericht füret, über den ſoll man auch klagen mit Gerufft, durch der handthafften that willen, die man mit den Leuten volbringen ſoll, ob ſie ſonſt nicht ſcheinbar iſt. Die auch einen todten vor Gericht bringen und klagen do ein ungericht das an ihm gethan iſt, die ſollen mit Gerüffte klagen, durch der handthafften that willen, die do offenbar iſt. Der auch beraubt iſt, und weiß wol wo ſein Raub hinkommen iſt, wil er daß ihm der Richter nachvolge, er muß ihn mit Gerüffte darzu heiſchen, unnd muß klagen mit Gerüfft durch der handthafften that willen, die er do beweiſen ſoll. VVo kein handhaffte that iſt, do muß man ohne Gerüffte klagen, ob man es ohn ſchaden bleiben wil.* Idem dicitur WEICHBILD art. XXXVIII. Et lib. I. art. LXII. *Schreiet er aber das gerüfft umb ungericht, das an ihm begunſt were, das muſt er vol fordern mit rechter Klag: Dann das gerüffte iſt der Klagen anfang.* Modum deſcribit SCHOTTELIVS cap. III. p. 65. *Solches Bannrecht, iudicium Bannitorium, beſtehet bey Hegung des ordentlichen hochnothpeinlichen Halßgerichts darin, daß der Anklager hervor tritt, und bittet ihm den Frohnboten zu leihen, daß der Frohnbote ſeine, des Frohnboten geſchliffene VVehre ausziehe, und ihme, dem Klæger mit gewapneter Hand vortrage, und wann ſolches der Richter vergœnnet, alsdann gebet das Gerüffte, das iſt, das Zettergeſchrey dreymahl alſo: Zetter über N. alß Thæter daß er N. wider Gott und Recht vom Leben zum Tode gebracht, oder ſonſt dieſe oder iene Vnthat begangen. Dieſes Bann Recht nennet man ſonſt auch Achtgericht, Beſchryen des Vbelthæters, Gerüfft, Zettergeſchrey, Clamor ille violentiæ. Der Frohnbote, ſo das Zetterruffen verrichtet, wird genannt der Blutſchreyer, weil auf ſolches, nach dem Bann-Rechte oder Acht-Gerichte erſchollenes Mord, und Zettergeſchrey, das Blut oder Leibes Straffe des Thæters ſofort zu erfolgen pfleget.*

Plura ex MSto antiquo adducit HERMANN ADOLPH MEINDERS *de Iudiciis Centenariis p.*281. Vtebantur quibusdam locis voce: *Iodute*, de quo LEIBNITIVS Gloſſario Chaucico: *Iodute. Prouerbium: he ſchryet Iodute. Das VVort Iodute wird bey beſchreyung der gewaltſamer und mœrderiſcher weiſe entleibten todten Cœrper im Hertzogthum Bremen und auch Verden gebrauchet. Eſt ad opem & auxilium proclamre: ainta, aita, a l' aide.* Hanc vocem apud Saxones olim fuiſſe vſitatam, patet ex eo, quod etiam eadem in prœlio cum Henrico V. prope Welphesholtz fuerint vſi, prout SYNT. H. G. *diſſ. II. §. XVIII.* demonſtrauimus. Eam ALBERTVS KRANTZIVS *Saxoniæ lib. V. c. XXXVI.* explicat ſcribens: *eam vero qua hodie extat conclamationem ad arma & auxilium non ab idolo ductam aut vano deo, ſed eſſe vocem Italicam aut Gallicam, Io adiute mi, doctiores arbitrantur.* Vid. PETRI MASCOVII *Diſcurſus Iuridicus de Clamore violentiæ vom Zettergeſchrey Gryphiswaldiæ* 1674. 4.

**** CARPZOV *Praxi rer. Crimin. p. III. qu. CXXXVI.* BESOLDVS. WEHNER *voce Achtgericht*, MATTH. COLER *de proceſſu Executiuo p. II. cap. III.* SCHOTTELIVS *cap. III. §. V. ſqq.* IACOB DÖPLER *Schauplatz des Leibes-und Lebens-Straffen cap. I. §. CXLIX. ſqq.*

***** De hoc plenius BENEDICTVS CARPZOVIVS *im Sachſiſchen Achts-Proceß Leipzig* 1693. 4. & IAC. FRIDRICH LVDOVICI *Einleitung zum Peinlichen Proceß cap. II. §. XXV. ſqq.*

† WEICHBILD art. V. *Die Acht aber nimpt dem Man den Leib, ob er darin begrieffen wird, mit welcher ſchuld er auch darein kommen ſey. VVelch Mann aber in des Kœniges Acht bleibet jar und tag, der hat verlohren ſeine Ehre, ſein Leben, ſein Recht, und ſein Freiheit, und ſein Leib, ob im gefolget wird mit rechten Vrtheilen, und er darinn begriffen wird. Denn mit welcher handſchuld der Man geechtet wird, wird er in der Acht begrieffen, es gehet ihm an ſein Leben.* Vbi Gloſſa: *Ihr ſolt wiſſen, Acht iſt ein befeſtunge, unnd welcher Mann alſo in Acht kœmpt, in dem erſten iar iſt er anrüchtig, in dem andern Iar iſt er ehrloß, das iſt aber zu vernemen, ob er in die Kœniglichen Acht mit Recht bracht wird, und diß iſt darumb, ob er in allen enden geechtet iſt, vt Landr. lib. I. art.* 38. *Vnd diß muß alſo zukommen, daß man einen mit der Niederacht verfolge, biß an des Kœnigs Acht, von Richter zu Richter, und zuletzt, daß er kœmpt in des Kœnigs Bann. vt Landr. lib. I. art. vlt.* Sic autem LANDRECHT *lib. I. art. XXXVIII. Die Iahr und tag in des Reichs Acht ſein, die urteilt man alle Rechtloß, und urteilt ihn eigen und Leben.* Et lib. I. art. LXXI. *VVen der gekorne Goggraff oder der belebente Richter echtiget, zeucht er ſeine acht vor den Graffen, er gewinnet des Graffen acht über ienen, den er geechtet hat, allzuhandt; Alſo gewinnet auch der Graff mit ſeiner Acht des Kœnigs Oberacht.* LANDRECHT lib. III. art. LXIII. *Bann ſchadet der ſeel und nimpt doch niemandt den leib, noch krenket niemandt an Landrecht noch an Lebenrecht, da folge dann des Kœniges acht nach. Die uberacht nimmet dem Man den leib ob er begriffen wirdt darinne, und nicht ſein Recht, ſich auszuziehen, wie lang er auch darin iſt.* IO. GRYPHIANDER *de VVeichbildis Saxonicis cap. LVIII. num.* 17. *ſqq.* CARPZOV *im Sachſiſchen Acht-Proceß Tit. XV. art. I. §. VI.* LVDOVICI *cap. XI. §. XLV. B. Parentis Diſſertatio de Banno ſeculari & eccleſiaſtico, Ienæ* 1658. 4.

†† Vid. DÖPLER *cap. I. §. CCCCIV. ſqq.* qui integrum Proceſſum deſcribit.

§. XXIV.

## §. XXIV.

*Frais-und Cent-Recht.*

Apud Francos obtinebat & olim & nunc *das Frais und Cent-Recht.* Originem equidem a prima Germanorum ætate petendam eſſe putamus, apud quos Minores Iudices iamdum erant Romanis, dicti Centeni, qui ſub Principibus Iura reddebant. * Ab his *Centena* fuerunt dictæ, ſiue certi diſtrictus Iurisdictionis, in quibus Centeni, ſub Comitis tamen poteſtate, Iura reddebant. ** Et dum Comites his potiſſimum Iurisdictionem Criminalem relinquerent, *** exinde ortum nomen *die Cent, das Cent-Recht,* pro Iurisdictione Criminali. **** Licet diuiſio Pagorum atque Comitatuum in Centenas, demum ſub Francis, & quidem ſub Chlothario orta eſſe videatur, ita, vt ſinguli Comitatus in certas Centenas fuerint diſtincti, ***** quæ centum vel plures ſub ſe comprehenderent homines, ****** quibus præfecti erant Centenarii. Obtinent autem hæc Iudicia Centenæ apud Francos potiſſimum, in Palatinatu, & locis vicinis atque diſtinguuntur a *Vogteya, von der Vogteylichen Gerichtbahrkeit,* tali modo, vt ſub iſta Iurisdictio alta, ſub hæc vero Iurisdictio baſſa intelligatur. ******* Bauaris potiſſimum vocatur *die Fraisliche Obrigkeit.* † Hoc nomen ab antiqua voce *Fredum*, quod idem erat ac Bannum, ſiue compoſitio fiſco debita pro turbata pace publica, †† ortum eſſe videtur, dum illi, qui merum Imperium, ſiue *den Kœnigs-Bann* ab Impp. obtinerent, ius Fredi obtinuiſſe dicerentur, *die Frediſch Gerechtigkeit*, ex quo *die Frays* contracte. Quæ vero cauſſæ ad Centenam *zur Cent* ſpectent, quæ *ad Vogteyam*, ex cuiuslibet loci conſuetudine erit æſtimandum, cum variet pro locorum diuerſitate. †††

* TACITVS de Mor. Germ. c. XII. *Diſtinctio Pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt. Ignauos & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecto inſuper crate, mergunt. Diuerſitas ſupplicii illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed & leuioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuicti multantur. Pars multæ Regi vel ciuitati, pars ipſi qui vindicatur vel propinquis eius exſoluitur. Eliguntur in iisdem conciliis & Principes qui iura per pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt.*

** LEGES ALEMANN. Tit. XXXVI. *Conuentus ſecundum conſuetudinem aliquam fiat in omni Centena coram Comite aut ſuo Miſſo, & coram Centenario.* Vocabatur alias Hundreda. Vid. du FRESNE, FRID. LINDENBROGIVS, HENR. SPELMANNVS GLOSSARIO *voce Centena, Hundreda.*

*** Primum quidem Centeni in rebus leuioribus & ciuilibus ſaltim iudicabant. Sic enim in CAPIT. Tertio a. 812. c. IV. *Vt nullus homo in placito Centenarii*

narii neque ad mortem neque ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur. Sed iſta aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum iudicentur. Senſim tamen iſtos etiam in maioribus iudicandi poteſtatem fuiſſe adeptos, docet nos CAPIT. LOTHARII Tit. III. c. III. *Volumus ut Comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de Vicariis & Centenariis, qui magis propter cupiditatem quam propter iuſtitiam faciendam ſæpiſſime placita tenent, & exinde populum nimis affligunt, & ita teneatur ſicut in Capitulare Domni Karoli continetur, id eſt, ut nullus ad placitum banniatur niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent.* Hinc LINDAVISCHE DEDVCTION p. 550. *Ob dann nun wol der Centgraf ſelbiger Zeit, allein die geringere Sachen zu entſcheiden und die græſſere Handel (als was den Haß, die Freyheit eines Menſchen, auch Erb und Eigen betroffen) dem Gawgrafen oder Landrichter zu überlaſſen gehabt; So hat ſich doch mit der Zeit ſolches Ampt gleichſam umbgekehrt, alſo daß heut zu Tag, die Cent oder zentbarlich Oberkeit, nicht mehr Civil ſondern die Peinlich Gerichtbarkeit heiſt, und der Centgraf ein peinlicher oder fiſcaliſcher Richter iſt.*

**** Dubitatur equidem, vnde vox *Cent* originem traxerit. HENRICVS LINCKIVS in Diſſertatione ſua *de Centena, vulgo vom Cent-Recht cap. I. §. II.* pro voce primitiua Germanica habet. Alii hanc vocem a *Zehend* ducunt. Sic enim LINDAVISCHE DEDVCTION p. 550. *VVienol andere noch weiter ſich umbſehen, und nicht nur das Ampt der Cent und der Centgrafen, von den Teutſchen urſprünglich her deriviren, ſondern auch das VVort Cent ſelbs, für Teutſch, und dahin halten, daß es, per vſitatam Germanis, præſertim Myſis contractionem, ſoviel als Zehend bedeute; mit der Bauerſachnug, das VVort Zehend, oder im Zehenden gelegen, werde nicht allein pro decimis oder für Zehendbar; ſondern wol auch pro territorio vel diſtrictu minore pagi aut oppidi gebraucht und verſtanden (Beſold. Theſ. pract. verb. Zehend. & verb. Centbarliche Oberkeit.) Etenim nos hodie, eines Dorffs oder Stadt Zehenden, vocamus den Bezirck, ſo weit die Bawgüter eines Dorffs oder Stadt gehen, und der Zehend daſelbſthin gereichet wird.* Fundamentum ſumit CHR. BESOLDVS *ex Priuilegio Adolphi Imp. de a.* 1294. *Monaſterio Steinheimenſi conceſſo, inter* DOCVM. WVRTENB. *p. II. p.* 387. in quo: *& quod nulli vtantur aliis molendinis, ſiue Torcularibus extra ipſas decimas ſitis abſque ipſarum ſororum licentia ſpirituali. Demum volumus & firmiter inhibemus, ne aliquis caſtrum vel munitionem aliquam in terminis decimarum ipſius Monaſterii edificet vel inſtauret.* Ex hoc ipſo vero diplomate nihil concludi poſſe, in LINDAVISCHER DEDVCTION *c. l.* iamdum demonſtrauit HEIDERVS, ſic ſcribens: *Sed, ſi verum amamus, diploma iſtud his verbis, vniuerſitatem tantum agrorum intra fines pagorum denotat; inſimul vero iuriſdictionem vel ciuilem vel criminalem illis finibus competentem præciſe non inuoluit; iure ſiquidem terrendi præſuppoſito, interdictione iſta nihil opus fuiſſet.* Hinc certius *Centena* a *Centum* ducuntur, prout PHIL. CLVVERVS *Germania antiqua lib. I. c. XIII.* BERNEGGERVS *in dictum Taciti locum* & potiſſimum MEINDERS *de Iudiciis Centenariis cap. II.* plenius demonſtrauit. Vocem autem hanc potius latinam, quam Germanicam eſſe, ex eo concludo, quod TACITVS res Germanicas latinis vocibus exprimat, vt Centenos eadem voce dictos facile pateat, idque tanto magis, dum etiam *Hundreda* vox apud Germanos fuerit vſitata idemque notet ac Centenam MEINDERS *cap. III. §. XIII.* SCHOTTELIVS *c. VII. §. I.* qui etiam varias denominationes huius vocis *Zent* adducit. Germani autem qui ſequiori ætate plures voces latinas

nas in ſuum idioma transferentes, hac etiam voce recepta, vſi fuiſſe videntur.

***** Patet hoc ex Decretione Chlotharii II. Regis de a. 595. c. I. *Decretum eſt, vt quia in vigilias conſtitutas nocturnos fures non caperent, eo quod per diuerſas intercedente conludio ſcelera prætermiſſa cuſtodias exercerent, centenas fieri. In qua centena aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat, & latro inſequatur. Vel ſi in alterius centena appareat, & adhuc admoniti ſi neglexerint, quinos ſol. condemnentur. Capitale tamen qui perdiderit, a centena illa accipiat abſque dubio, hoc eſt, de ſecunda vel tertia cuſtodia.* Hinc Ludouicus Imp. in Capit. Wormatienſi de a. 829. apud BALVZIVM Tomo I. p. 672. c. VII. *Volumus atque iubemus, vt Miſſi noſtri diligenter inquirant quanti liberi homines in ſingulis comitatibus maneant. Hinc vero ea diligentia & hac ratio examinetur per ſingulas centenas, vt veraciter ſciant illos atque deſcribant, qui in exercitatem ire poſſunt expeditionem.* Capit. lib. III. c. X. *Et de ipſo pago aut de vitinis Centenis eligantur, niſi forte longius extra comitatum cauſa ſit inquirenda.* Capit. IV. c. XXIII. *Si tamen contentio quæ inter eos exorta eſt in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adiacentis comitatus ad cauſam ſuam teſtes habere.* Ex hiſce ſatis putet Francorum Comitatus in Centenas fuiſſe diſtinctos.

****** Patet hoc ex Capitulari Caroli M. de Partibus Saxoniæ cap. XV. *de minoribus capitulis conſenſerunt omnes, ad vnamquamque Eccleſiam curtem & duos manſos terræ pagenſes ad Eccleſiam recurrentes condonent, & inter centum viginti homines nobiles & ingenuos, ſimiliter & litos, ſeruum & ancillam eidem Eccleſiæ tribuant.*

******* SCHOTTELIVS cap. VII. §. VI. *Vox ergo Centena vel Centa (die Zent) Germanica quidem, vt dictum, ſed non æque apud Saxones, quam in Franconia, Palatinatu, vicinisque locis nota, ſignificat noxarum capitalium animaduerſionem & coërcitionem die Zentbarliche oder Malſitziſche Obrigkeit, die hohe Frais-, Zentbarkeit, Zentgericht, Zentgerechtigkeit, Zentrecht, Zent-Gerichts-Obrigkeit, Zent Gerichtszwang* vid. KNICHEN *de Iure Superioritatis cap. 4. num. 69.*

† ANT. WILHELM. ERTEL in Praxi aurea lib. II. c. I. Obſ. V. p. 377. *Es iſt aber das Maleſitz-Recht, der hohe Kœnigs-Bann, Blut-Bann, hohe Fraiſſliche Obrigkeit, Halſſgericht, Zentgericht, Vogtey über peinliches Recht, Hochgericht, Obergericht nichts anders, alſſ eine Beſtraffung der Capital Verbrechen, insgemein heiſt es das Maleſitz-Recht geht an Haut und Haar, deme ein Pannrichter oder Centgraf vorſtehet, und die Zenthbare oder fraiſſliche Fall abſtraffet.*

†† PAPIAS in Gloſſario: *Freda, id eſt, Bannum.* Gloſſarium veterum Legum Longobardicarum: *Freda, bannum. Fredum, regalis compoſitio pacis*, apud LINDENBROGIVM GREGORIVS TVRONENSIS *de Virtutibus B. Martini lib. IV. c. XXVI. affirmauit Rex quosdam ex his qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, compoſitionemque fiſco debitam, quam illi Fredum vocant, a ſe indultam.* Occurrit hæc vox ſæpius in Legibus Boiorum, Francorum, Longobardorum, vid. LINDENBROGIVS, DU FRESNE *Gloſſariis.*

††† ERTELIVS iſte in *Praxi Aurea* quæ *Auguſtæ Vindelicorum a. 1715.* ex iterata editione eademque locupletiori, prodiit, cauſſas probe diſtinxit. Variare tamen easdem, ſecundum diuerſas loci conſuetudines, Idem *p. I. pag. 377.* CARPZOVIVS *Praxi Criminali p. III. qu. CIX. n. 21.* SCHOTTELIVS *c. VII.* aliique docuerunt.

coeruut. Apud Francos potiſſimum quatuor iſti Caſus ad Iudicium Centenæ ſpectant: *Mord, Raub, Brand, und Diebſtabl* vid. ANDREÆ KNICHENII *Tractatus de ſublimi Territorii Iure c. IV. n.* 331. BESOLDVS *Theſauro Practico, voce Centbarliche Obrigkeit.* Horum Iudiciorum antiquitates, & ſtatum, potiſſimum antiquum, ex Hiſtoriis declarauit HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS *de Iudiciis Centenariis, & Centumuiralibus, Lemgouiæ* 1715. 4.

## §. XXV.

*das Fürſten-Recht.* Moribus Legibusque Germaniæ antiquis obtinebat in cauſis Principum *das Fürſtenrecht.* Quod ſi enim cauſſa Principum circa ipſorum delicta & honorem eſſent diſceptandæ, Imperator, non niſi adhibitis in Iudicium Principibus, poterat iudicare. * Neque tamen in vniuerſalibus ſaltim Comitiis facta fuit Condemnatio, in quibus potiores ſemper Principum partes, ſed etiam in particularibus Principum. ** Moris autem potiſſimum erat, vt condemnarentur illorum Principum ſententia, ex quorum ſanguine erant oriundi. Hinc ſub Henrico IV. Imp. Otto, Dux Baioariorum ex Principum Saxoniæ ſententia, reus Maieſtatis fuit iudicatus. *** Quare etiam Henricus Leo iniuſte de ſe iudicatum eſſe adfirmabat, dicens, ſe de Sueuia eſſe oriundum, & nullum proſcriptione poſſe condemnari, non conuentum in terra natiuitatis ſuæ. **** Concedebantur tamen ternæ induciæ legitimæ, quod ſi poſt ternas inducias non compareret, Princeps reus condemnabatur, proſcribebatur, dignitatibus atque terris priuabatur. *****

* Plurimum adhuc diſputatur, an Ius hoc Principum locum habeat, an ſecus, Negatiua equidem locum habere videtur in Rudolphi Habsburgici Receſſu Imperii Herbipolitano de a. 1287. apud LEHMANNVM lib. V. c. CVIII. p. 630. *der Hoverichter ſol allen Lüten richten die ihm klagent, und von allen Lüten ane Fürſten, und ane andere hohe Lüte, ſwa es inget an ir Lip oder an ir Recht, oder an ir Erbe, oder an ir Leben, das wollen wir ſelbe richten.* Idem repetitur in Conſtitutione Alberti I. Imp. Art. XIII. apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. p.* 27. Verum, Exempla ſatis teſtantur, obtinuiſſe hoc Principum Ius olim, prout etiam IO. GRÖNINGIVS ſingulari Tractatu *de Iure Principum, Hamburgi* 1701. 8. & CASSANDER THVCELIVS *Electis Iuris Publici Curioſis Capite primo* pluribus demonſtrarunt.

** Exempla hic non repetimus, quæ in Syntagmate Iuris Publici *Diſſertatione XXIV. §. VI. & VII.* exhibuimus. Alia ſuperſunt: LVITPRANDVS *lib. II. cap. III.* de Adalberto Bremenſi: *omnium decreto, ſecundum priſcorum inſtituta Regum, Maieſtatis reus adiudicatus, capite truncatur.* RHEGINO *ad a.* 905. Idem ad a. 902. *deinde omnibus primoribus, qui tunc ibi aderant, adiudicantibus, eundem VValgarium decollare iuſſit, eo quod in conuentu publico contra regem & dominum ſuum gladium euaginaſſet.* Auctor Vitæ Henrici IV. ſub initium: *quos aſſuetos ſceleri, per edictum coërcere non potuit, per cenſuram legis & Ius Curiæ, mitius tamen, quam culpa exigeret, correxit.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 1071. de Henrico IV.

*poſt-*

*poſtquam Otto Bauariæ Ducatu eſſet deiectus nouerat rex haud ſatis placiturum Principibus Baioariæ, quod hoc tum contra morem & ius, tum ipſis inconſultis factum fuiſſet.* Sic Saxones apud LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM p. 217. ab Henrico IV. poſtulabant: *Vt Duces eorum ſecundum Leges Palatinas, iuſta examinatione habita, vel puniat conuictos, vel abſoluat innocentes.* Et paullo poſt: *Vt quauis conditione, quam modo cæteri Principes regni æquam iudicaſſent, crimen refellerent & innocentiam ſuam aſſererent.* BRVNO Hiſt. B. Saxonici p. 190. *miſerat Henricus legatos ad Saxones, vt illi quosdam Principes traderent, qui reſponderent: vt ipſi ei hac conditione præſentarentur, quatenus ſub vtrorumque Principum iudicio ſtarent, vt eos illorum ſententia vel conuictos damnaret, vel innoxios Regis gratia cum tota Saxonum gente conciliaret.* Liber de fundatione Monaſterii Gotzecenſis apud MADERVM p. 235. Chronico Montis Sereni ſubiectus: *Generalis Curia Quedlinburg in Pentecoſte celebratur. Hic Hermannus de VVinziburg, Prouincialis, honoribus, dignitatibus, Principum iudicio abdicatur.* Ad idem Principum Iudicium in cauſſa inter Henricum & Albertum, Bauariæ Duces, prouocat Fridericus III. Imp. apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen p. II. pag.* 154. 155.

*** RHEGINO *ad a.* 1070.

**** ARNOLDVS LVBECENSIS *Chron. Slav. lib. II. c. XXIV.*

***** Ternas Inducias fuiſſe legitimas, patet ex cauſſa Mediolanenſi, apud RADEVICVM lib. I. c. XXVII. *legitimas vero Inducias dicunt iudicis edictum vnum, mox alterum & tertium.* Et lib. II. c. XXX. *iam dies aderat, quæ Mediolanenſibus tertio vel quarto præfixa fuerat.* Sic etiam Philippo Archiepiſcopo Colonienſi tertia dies a Friderico Barbaroſſa fuit dicta, ſecundum GODEFRIDVM Monachum ad a. 1158. *Imperator purificationem S. Mariæ apud Nurnberg agit, vbi Archiepiſcopo Colonienſi poſt plurimos dies ex ſententia præfixos, quos ille ſuperſedit, tandem peremtorium diem iudicialiter poſuerat. Quo cum idem præſul occurriſſet, inde vsque Lætare Ieruſalem ad Curiam Moguntiæ cauſa induciata eſt.* Patet hoc etiam exemplo Henrici Superbi, qui poſt Terna Comitia demum terris atque honoribus a Conrado III. Imp. fuit priuatus, de quo Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVII. §. II.* Idem factum cum Henrico Leone a Friderico Barbaroſſa *§. XLVIII.*

## §. XXVI.

*Leges Ciuiles & Mores Italiæ apud Germanos introducuntur.*

Deſierunt autem ſenſim antiqui Germanorum mores, poſtquam introducto Iure Ciuili, in Germaniæ Fora atque Academias etiam Leges Ciuiles & multi Italorum mores ſimul introducerentur, quod per Germanos in Italiæ Academiis Iura Ciuilia edoctos, patriorum vero inſtitutorum plane imperitos, fuit factum. * Inter hæc duriſſimum illud, veritatem per Torturam eliciendi medium quoque reperitur, ** & diuerſi Italorum termini in Iure Criminali adhuc dum vſitati. Qui factum vt Scriptores Itali in Iure Criminali potiſſimum ſint recepti. ***

* Patet hoc ex iis, quæ ſupra Capite Sexto *§. XXXIX.* attulimus.

** Apud Romanos iam olim vſitatæ erant Quæſtiones, & potiſſimum duriſſimum in Equuleo examen, cui Serui potisſimum imponebantur, de quo ſingularis libel-

libellus extat HIERONYMI MAGII, *Amſtelodami* 1664. 12. Diuerſas Torturæ, prout hodie obtinet, atque ab Italis potiſſimum ad Germanos peruenit ſpecies, recenſuit IACOBVS DÖPLERVS *im Schauplatz vom Leibes-und Lebens-Straffen c. II. p. 279. ſqq.* Quantum ad duritiem Torturæ, præ cæteris PETRVS BAELIVS Dictionario Hiſtorico p. 1399. commendat: TRIBVNAL REFORMATVM, *in quo ſanioris & tutioris iuſtitiæ via iudici Chriſtiano in proceſſu criminali commonſtratur, reiecta & fugata tortura, cuius iniquitatem, multiplicem fallaciam, atque illicitum inter Chriſtianos vſum libera & neceſſaria diſſertatione aperuit* IO. GREVIVS, *Cliuenſis, quam captiuus ſcripſit in ergaſtulo Amſtelodamenſi, Hamburgi* 1624. Torturam in rebus publicis Chriſtianis tolerandam non eſſe, ex rationibus potiſſimum Theologicis atque moralibus demonſtrauit IO. SCHALLERVS *in Diſſertatione Argentorati* 1658. habita, *Ienæ* vero recuſa 1688. 4. IVSTVS OLDEKOP *Cautelis* ſuis *Criminalibus*; *Hildeſiæ* 1639. 8. editis, addidit Appendicem iniuſte tortorum. Prodiit etiam a. 1699. *Effigies Torturæ* & MARTINI BERNHARDI Diſſertatio Inauguralis ſub præſidio Thomaſiano a. 1705. ventilata *de Tortura ex foris Chriſtianorum proſcribenda*, vbi ſtatim §. I. adſerit, *Torturam iniuſtam, iniquam, fallacem, inſignium malorum promotricem ac denique omni diuini teſtimonii ſpecie plane deſtitutam eſſe, & proinde ex Foris Chriſtianorum reiiciendam.* Idem iam ante adſeruerat ANTONIVS MATTHÆI *de Criminibus lib. XLVIII. Tit. XVI. cap. V.* Contra hos tamen Torturam defendit Dnus IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI *in der Einleitung zum Peinlichen Proceß cap. IX.* & Dnus CHRISTIANVS WILDVOGELIVS *de Arbitrio Iudicis circa Torturam, Ienæ* 1710. 4.

*** Faciunt huc PROSPERI FARINACII, IO. BAPTISTÆ VVLPINII, SEBASTIANI GVAZZINI aliorumque Opera Criminalia, de quibus dictum fuit in Bibliotheca Iuris *capite XI.*

## §. XXVII.

*Ordinatio Criminalis Bambergenſis & Brandenburgica.*

Introducto igitur Iure Ciuili, variæ etiam in Iudiciis Criminalibus ſubortæ fuerunt confuſiones. Dum non deeſſent Scabini Iudicesque, qui antiquos mores aboleri nollent, plerumque etiam viri eſſent iurium non periti, dum alii, qui non niſi Iura Cæſarea apud Italos ſic edocti, callerent, illa ſubinde introducerent. Ad hancce tollendam confuſionem, non defuerunt quidam Status, qui ſingulares publicarent Ordinationes Criminales. Inter hos prima memoratur Georgii Epiſcopi Bambergenſis Ordinatio Criminalis, vulgo *Bambergiſche Hals-Gerichts-Ordnung*, * quæ a. 1508. ** primum fuit publicata. Licet etiam paullo poſt eadem tempora Ordinatio Criminalis Brandenburgica a. 1516. prodierit, quæ ex iſta Bambergenſi fuit deſumta. ***

* Patet hoc ex Procemio dictæ Ordinationis, quod tale eſt: *VVir Georg, von Gottes genaden Biſchove zu Bamberg, thun kundt allermeniglichen, Als uns manigfeltigen fürkomen, und angelangt iſt (das wir auch in Erfarung befunden haben,) wie bißher an den Halßgerichten unſer und unſers Stiffts, und in ſachen denſelbigen anhengig, durch überſehen und unwiſſenheit, vil und mancherley übung myßbrauch und geübon-*

*gewonheit jngewachſſen die dem Rechten nit gemeß (ſunder verworffen ſeyndt) und zu verhinderung des rechtens auch unbillichen beſchwernüß der unſern und ander die an oberürten gerichten zu rechten und zu handeln haben, dienen. Nachdem wir aber aus unſer Fürſtenlicher Oberkeit das recht und gemeynen nutz zu fürdern, auch ſunderlich unſer gericht in redlich gut weſen und ordnung zu bringen, ſchuldig und geneigt ſeint, haben wir zu lob aus zeytiger guter vorbetrachtung und Rate der Rechtverſtendigen, zufurkommen mancherley zukunfftiger unbillicher beſchwernuß der Leute, an leyb, leben, ere und gut, und damit die obberurten unſer gericht in redlichen aufrichtigen weſen und beſtandt bleiben, Auch die myßtat deſter formlicher, und baß gerechtvertigt und geſtrafft werden mœgen, dieſe nachvolgende unſer Reformacion, ſatzung und ordnung uberal unſer und unſers Stiffts Halßgericht furgenomen, geſatzt und gemacht, ſetzen orden und machen die alſo aus der gewalt von Rœmiſcher Kœniglicher majeſtat entpfangen, wie hernach folgt. Item, Nachdem auß langer gemeyner Übung dieſer Land die Halßgericht nit anders dann mit gemeynen perſonen, die der Recht nicht gelernet oder geübt haben (als zu diſen groſſen ſachen die notturff erfordert) beſetzt werden mœgen, darumb haben wir in nachgeſchribenir unſer ordnung nit allein auffſehung, wie wir denſelben leuten ein form und weyß zu handeln und zu richten anzeygten, die den keyſerlichen Rechten und guter gewonheit nach, beſtendig ſein mœchte, ſunder haben des mere bedencken müſſen, wie wir derſelben leut unbegriffkeit zu Hilff kommen, das melden wir darum daß die leſer urſach zu wiſſen haben, warumb wir in dieſer nachfolgenten unſer ordnung die form und weiſe der gerechtlichen Handlung mit aldvegen dermaſſen (Als ſo es vor den Rechtgelerten were) gehalten, Auch ſo vil aufs Ratſuchen, und andere Handlung bey unſern Rete geſtelt haben, und deſter baß merken kœnnen, das ſœliche zu notturfft ſœlcher ſachen geſcheen iſt.*

** Communiter prouocatur ſaltim ad editionem de a. 1510. quam adlegat THOMASIVS *Diſſertatione de Occaſione, conceſſione ac intentione Conſtitutionis Criminalis Carolinæ* §. XXXV. ſub hoc Titulo: *Bambergiſche Halsgerichts und rechtlich Ordnung in peinlichen Sachen zu volfaren, allen Stadten, Communen, Regimentern, Amtleuten, Vœgten, Vorveſern, Schultheiſſen, Schœffen und Richtern dienlich, fürderlich und behüfflich, darnach zu handeln und recht zu ſprechen, gantz gleichfœrmig gemeinen geſchriebenen Rechten &c. Darauß auch diß Buchlein gezogen und fleiſſig gemeinen Nutz zu gut geſamlet und geordnet iſt. In fine additur: Gedruckt zu VVentz (lege Mentz) durch Iohannen Schœffer auf Laurentii im Iahr* 1510. & qui eadem vſus fuit LVDOVICI *in Notis* p. 7. Verum, prima eademque genuina editio prodiit anno 1508. Prima pagina ſaltim hunc titulum continet *Bambergiſche Hals-Gerichts-Ordnung*, cum variis figuris, machinas & inſtrumenta Iudicii Criminalis præſentantibus. Verſa pagina Imp. exhibet throno inſidentem, cum adſidentibus ab vtroque latere Electoribus. Sequitur Index ſingulorum Articulorum & Decretorum in hac Conſtitucione. Inde Chriſtus in nubibus ad Iudicium veniens occurrit, cum hac inſcriptione: *Gedenck allezeyt der letzten ding, ſo wirdt dir recht thun gar gering.* Sequitur Procemium, quod ante adduximus, cui hæc verba litteris maiuſculis ſunt ſubnexa: *VVir haben auch in dieſer unſer Ordnung umb eygentlicher Merckung und Beheltniß willen des gemeynen Manns, figur und reymen (nach gelegenheit der Geſetz, ſo darnach folgen) orden und drucken laſſen.* Paſſim igitur inſertæ figuræ, rem ipſam de qua agitur, repræſentantes, cum verſiculis ſupra ſcriptis. In fine additur: *Vnd damit*

*in unſern Halßgerichten dieſer unſer Ordnung wiſſen gehapt, auch (ſo dieſelbig volgeter maſſen ausgangen iſt) furter darnach gehandelt und gericht werde, So haben wir die, im druck zu manigfeltigen, und furter in unſere Ampt und Halßgericht zu ſchicken verfugt, yedoch behalten wir uns und unſern nachkommen bevor, ſolch Ordnung zu ercleren, mern und mundern &c. Getruck zu Mentz durch Iohann Schœffer uff Bartholomee Im jar do man zalt nach Chriſti geburt fuffzehen hundert und acht Iarr.*

*** Quid de eadem ſentiendum, optime indicauit Dnus LVDOVICI *Notis ad Conſtit. Caroli V. p.* 8. ſcribens: *VVehnerus in obſeruat. pract. voce Beſiehen etiam Brandenburgenſis Conſtitutionis criminalis mentionem iniicit, quam Dn. Thomaſius, vt adſerit d diſſert. §. 35. in not. lit. X. non quidem vidit, interim tamen eandem vel aeque antiquam, ac Bambergenſem, vel tamen illam ante conſtitutionem Carolinam ex dicta Bambergenſi deſumtam eſſe coniicit. Nobis quoque vetuſtum aliquod exemplar inſpicere non licuit, interim tamen ex Brandenburgenſi conſtitutione criminali, qua iuſſu ſereniſſimi Marchionis Chriſtiani Erneſti Baruthi A.* 1709. *denuo recuſa, & in ſpecie ex præfatione prioris editionis huic nouæ editioni ſubiuncta, ſequentia obſeruauimus. Scilicet Brandenburgenſis hæc conſtitutio ſex annis poſt Bambergenſem & ſic A.* 1516. *a ſereniſſimis Marchionibus fratribus, Georgio & Caſimiro, promulgata fuit: poſtea a.* 1582. *prodiit iuſſu atque autoritate marchionis Georgii Friderici, & denique, vt diximus a.* 1709. *Etiam ex ipſa hac nouiſſima editione eiusque articulis fere omnibus adparet, conſtitutionem Brandenburgenſem integram ex Bambergenſi deſumtam fuiſſe, imo, prout VVehnerus loc. dict. eam citat, plane quoad numeros articulorum cum Bambergenſi conuenit, quod ſine dubio de prima editione intelligendum; aſt in ſubſequentibus editionibus nonnulla mutata reperiuntur & Brandenburgenſis nouiſſima* 287. *Bambergenſis vero* 278. *Articulos complectitur, verba tamen initialia & finalia adhuc in vtraque conſtitutione conueniunt. In Brandenburgenſi nouiſſima vbique remiſſiones ad conſtitutionem Carolinam reperiuntur.*

## §. XXVIII.

*Conſtitutio Criminalis Carolina.*

Dum autem in Iudiciis Germanorum Criminalibus, potiſſimum abuſus varii occurrerent, Iudices imperiti fuiſſent conſtituti, atque plures innoxie condemnati, ſæpiusque hac de re per omnem Germaniam fuiſſet conqueſtum, atque varii Impp. iisdem medelam adferre cuperent, Carolus V. demum in Comitiis Wormatienſibus a. 1521. certam Ordinationem Criminalem cum Statuum conſenſu componi fecit, quæ ex dicta Bambergenſi Conſtitutione potiſſimum fuit deprompta, * eandemque Regimento Imperii examinandam atque in ordinem redigendam commendavit. ** Dum vero Status, ob diuerſos ritus atque mores in Iudiciis Criminalibus huc vsque vſitatos, adhuc tergiuerſarentur, denuo in Comitiis Spirenſibus anni 1529. a Statibus poſtulauit Carolus V. vt per certos Deputatos ex quolibet Circulo Ordinationem dictam a Regimine Cæſareo in quibusdam emendatam adprobarent.

barent. *** Hoc nondum ita procedente, in Comitiis Auguſtanis a. 1530. iterum iuſſit, vt ſinguli Status in proximis Comitiis ſententiam ſuam de hac Ordinatione exponerent. **** Hoc facto, demum in Comitiis Ratisbonenſibus a. 1532. hæc Ordinatio Criminalis fuit publicata, ſaluis tamen cuiuslibet Prouinciæ Moribus. ***** Dicitur *Caroli V. Conſtitutio Criminalis ſ. Carl des V. und des H. Rœmiſchen Reichs Peinliche Hals-Gerichts Ordnung*, quæ, vt medelam adferret Grauaminibus antedictis, ****** fuit conſtituta, atque potiſſimum deſumta eſt ex dicta Ordinatione Bambergenſi, licet in quibusdam fuerit extenſa. Hæc igitur Conſtitutio tanquam Lex Imperii normam præbet Iudiciis Criminalibus Germaniæ, vt hodie exiguus vſus Iuris Ciuilis ſit in Criminalibus. †

* Patet hoc ex Collatione, quam in recentiori editione Conſtitutionis Carolinæ cum Bambergenſi inſtituit Dominus LVDOVICI.

** §. XVII. *Darzu ſo befelen wir hiemit unſeren Stadthalter und Rathen, daß Sie die Peinliche Gerichts-Ordnung, wie die bis mit Rath der Standen in ein Form und begriff geſtellt fur die Hand nehmen, weiter nach Nothdurfft ermeſſen und erwegen, und furter an unſer ſtatt dem Rechten und Billigkeit gemaß, im H. Reich auffrichten, und ſich der zuhalten allenthalben im Reich verſchaffen und verfugen.*

*** Patet hoc ex §. XXXII. Receſſus Imperii Spirenſis *Item, als die Kayſerliche Regierung vermæg eines Articuls im Abſchied des gehaltenen Reichs-Tags zu Worms, die peinliche Halß-Gerichts-Ordnung wie der Zeit eine Form geſtellt &c. beſichtiget, und uns ietzo allhie überliefert: Haben wir ermeſſen und bedacht, daß dieſe Sach und Ordnung, des Menſchen Ehr, Leib, Leben und Gut belanget, und groſſes, tapffer, und Wichtiges Rathſchlags Wohl vonnæthen, und inſonderheit, dieweil der Articul etwan vil, item die Gebrauch und Herkammen an vielen Orten ungleich, darzu daß es eine ewige beſtændige Conſtitution und Satzung ſeyn ſoll, und darum nicht zu eylen, ſonder mit guter Vorbetrachtung, genugſamer Erfahrnug und zeitigen Rath fürzunehmen ſeynd. Demnach haben Wir auch Churfürſten, Fürſten, und Stande, für nothdürfftig angeſehen, daß ein ieglicher Stand deſſelben Brieffs Abſchrifft nehme, die der Nothdurfft beſichtiget und ermeſſen, und daß ein ieglicher der ſechs Kreyß, auf unſer Frauen Tag Purificationis, ſchierſt kommend, zwo geſchickte, gelehrte, verſtændige und erfahrne Perſonen, mit ihrem Rathſchlag und Gutbedüncken, anhero gen Speyer zu der Kayſerl. Regierung ſchicken und verordnen ſoll, ſich ſamtlich mit der Regierung ſolcher Halß-Gerichts-Ordnung, nach Geligenheit unterſtehen und vergleichen, und fürter zu publiciren.*

**** Sic enim in dicto Receſſu §. XCVII. *Wiewohl der Halß-und Peinlichen Gerichts-Ordnung halben, auf jüngſt gehaltenen Reichs-Tag zu Speyer einmüthigl. beſchloſſen, und im Abſchied verſehen, daß aus hochwichtigen und tapffern Urſachen damahls angezeigt, ein ieder Stand des Begriffs oder Nottel des Halß-Gerichts-Ordnung, ſo durch unſer Stadthalter und verordnet Regiment im H. Reich geſtellt, Abſchrifft nehmen, die der Nothdurfft ermeſſen, und demnach ein jeder der Sechs Kreyß, auf unſer*

 *Frau-*

*Frauen Tag Purificationis nachſt verrückt, zwo geſchickte, gelehrte, verſtandige Perſonen mit ihrem Rathſchlag und Gutdüncken gen Speyer zu unſer Regierung ſchicken und verorduen ſollen, ſich mit jetzt berührter unſer Regierung ſolcher Halß-Gerichts-Ordnung, nach Gelegenheit unterſtehen zuvergleichen, und furter zu publiciren. Dieweil aber auf beſtimmte Zeit niemands von den Kreyſen erſchienen, und ſolchen Receß keine Folge beſchehn, iſt dieſelbe geſtellte Nottel abermahls für die Hand genommen, und mit zeitigen Rathſchlag in noch beſſere Ordnung geſtellt. Dieweil aber die Brauch der Landſchafft ungleich, und diß ein VVerck und Sach iſt, ſo des Menſchen Seel, Ehr, Leib, Leben und Gut antrifft, und darum gutes Rathſchlags und Erfahrung wohl vonnœthen, haben wir uns mit Churfürſten, Fürſten und Standen, und ſie herwiederum mit uns ſich vereinigt und verglichen, daß ein jeder Stand von ietziger corrigirten Ordnung Abſchrifft nehmen, und ſich darauff endlich entſchlieſſen, was darinn, nach Art, Herkommen und Gebrauch zu thun oder fürzunehmen ſey; Alſo daß ein jeder Stand auf nachſtkünfftigen Reichstag ſein endl. Gemüth und Meinung in ſolchen eræffnen, damit man ſich deßhalben eines einhelligen Beſchluß, wie es damit gehalten Werden ſoll, vereinigen und vergleichen mœge.*

***** Patet hoc ex Receſſu Imperii Ratisbonenſi de a. 1532. tit. IV. qui Rubricam habet: PEINLICH HALSGERICHT BETREFFEND. *Nach dem auch die Halß- oder Peinliche Gerichts Ordnung auf jüngſt gehaltenen Reichs-Tag zu Augſpurg für die Hand genommen, mit zeitigem Rathſchlag in noch beſſere Ordnung geſtellt. Aber dieWeil die Gebrauch der Landſchaffs ungleich, auch diß ein VVerck und Sach iſt, ſo des Menſchen Seel, Ehr, Leib, Leben und Guth betrifft, darum gutes Rathſchlags und Erfahrung Wohl vonnœthen. Deßhalben aus treffentlichen Urſachen Wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stand, uns auf obgemeldten Reichs-Tag vereinigt und verglichen, daß ein jeder Stand von der corrigirten Ordnung Abſchriffe nehmen, ſich darauf endlich entſchlieſſen, Was darinn nach Art, Herkommen und Gebrauch zu thun oder furzunehmen ſey: Alſo, daß ein jeder Stand auf dieſem Reichs-Tag ſein Gemüth und Meinung in ſolchem eræffnen, damit man ſich deßhalben eines einhelligen Beſchluß, Wie es damit gehalten Werden ſoll, vereinigen und vergleichen mœge. Demnach haben Wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stande, nach ferner Berathſchlagung der Sachen, Gott dem Allmachtigen zu Ehr und Lob, auch zu fœrderung gemeines Nutzens, für gut und nutz angeſehen, daß gedachte Halß-Gerichts-Ordnung in Druck gegeben, und in das Reich publicirt und verkündt Werde, damit alle und jede unſer und des H. Reichs Unterthanen ſich hinfürter in Peinlichen Sachen, in Bedencken der Grœß und Gefæhrlichkeit derſelben jetzt angezeigter Ordnung, den gemeinen Rathen, Billigkeit, und lœblichen hergebrachten Gebrauchen gemaß halten mœgen, Wie ein jeglicher ohn ZWeiffel für ſich ſelbſten zu thun geneigt, und deßhalben von dem Allmachtigen Belohnung zu empfahen verhofft. Doch Wollen Wir durch obgemeldte Ordnung Churfürſten, Fürſten und Standen an ihren alten Wohl hergebrachten rechtmaßigen und billigen Gebrauchen nichts benommen haben.*

****** Patet hoc ex Prooemio dictæ Conſtitutionis, in quo: *Nachdem durch unſere und des H. Reichs Churfürſten, Fürſten und andere Stande ſtattlich an uns gelanget, Wie im Rœm. Reich, Teutſcher Nation, alten Gebrauch und Herkommen nach, die meiſten Peinlichen Gericht mit Perſonen, die Unſerer Kayſerl. Recht nicht gelehrt, erfahren, oder Ubung haben, beſetzt haben, und daß aus denſelben an vielen*

*Orten*

*Orten offtmals Wider Recht und gute Vernunfft gehandelt, und entweder die Unſchuldige gepeiniget und getœdt, oder aber die Schuldige durch unordentliche, gefæhrliche und verlængerliche Handlung den peinlichen Klagern, und gemeinem Nutz zum groſſen Nachtheil gefriſtet, Weggeſchobenund erledigt Werden, und daß nach Gelegenheit teutſcher Land, in dieſen allen, alten langwirigen Gebrauch und Herkommen nach, die Peinliche Gericht an manchen Ort mit Recht-Verſtændigen, erfahrnen und geübten Perſonen nicht beſetzt Werden mœgen. Demnach haben Wir ſamt Churfurſten, Furſten und Stænden, aus gnædigen geneigten VVillen, etlichen gelehrten, trefflichen, erfahrnen Perſonen befohlen, ein Begriff, Wie und Welcher Geſtalt in peinlichen Sachen und Rechtfertigungen dem Rechten und Billigkeit am gemæſſeſten gehandelt Werden mag, zu machen, in ein Form zuſammen zu ziehen, Welches VVir alſo in Druck zu bringen verſchafft haben, daß alle und jede unſere und des Reichs Unterthanen ſich hinfurter in Bedenckung der Groß und Fæhrligkeit denſelben jetzt angezeigten Begriff, dem gemeinen Rechten, Billigkeit und lœblichen hergebrachten Gebræuchen, gemæß halten mœgen, Wie ein ieglicher ohne Zweiffel fur ſich ſelbſt zu thun geneigt, und deßhalben von dem Allmæchtigen Belohnung zu emphahen verhoffet. Doch Wollen Wir durch dieſe gnædige Erinnerung Churfürſten, Fürſten und Stænden an ihren alten Wohl-hergebrachten rechtmæſſigen und billigen Gebræuchen nichts benommen haben.* Hæc plenius examinantur in CHRISTIANI THOMASII Diſſertatione Inaugurali Iuridica *de Occaſione, Conceptione ac Intentione Conſtitutionis Criminalis Carolinæ*, Reſpondente IOANNE REINHOLDO GRVBE, *Halæ* 1711. 4.

† Demonſtrauit hoc potiſſimum Dnus IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI in præfatione ſua Conſtitutioni Carolinæ a ſe illuſtratæ præmiſſa.

## §. XXIX.

*Commentatores in Conſtitutionem Criminalem.*

Hæc igitur Conſtitutio, cum tanquam Lex Imperii per vniverſam Germaniam introduceretur, diuerſorum ICtorum Commentariis fuit illuſtrata. Faciunt huc CASPAR MANZIVS, MATTHÆVS STEPHANI, DANIEL CLASENIVS, IO. ANDREAS MINNERVS, * & nouiter IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI. ** Alii vel Praxin Criminalem diuerſarum Prouinciarum docuerunt, quod in terris Saxonicis præſtitit BENEDICTVS CARPZOVIVS. Alii vel Proceſſum, vel Pœnas ſpeciales, vel etiam reorum Defenſionem *** ſingularibus ſcriptis declarare fuerunt adgreſſi.

* De his Bibliotheca Iuris Selecta *cap. XI. §. I.*

** Prodiit primum *Halæ* 1707. 4. præmiſſa præfatione de exiguo vſu iuris Romani in materiis criminalibus. Subiectum eſt IO. HENICHII *Conſilium de diſpenſatione circa Pœnam Homicidii.* Noua editio proſtat *Halæ* 1716. 4. cui acceſſit Mater Carolinæ, Ordinatio Criminalis Bambergenſis, cum remiſſionibus ad ſororem Carolinæ, Ordinationem Brandenburgenſem. Scilicet Carolina cum Bambergenſi quæ ad latus impreſſa eſt confertur, vbi neceſſe fuerit, ad Brandenburgenſem remittitur, notæ vbique ſubiiciuntur, quæ Proceſſum Criminalem hodiernum admodum illuſtrant.

*** Inter

*** Inter hos TOBIÆ GRANZII *Defenſio Inquiſitorum*, Lipſiæ primum 1702. 4. euulgata primum locum occupat: nunc auctior longe expectatur.

## §. XXX.

*Proceſſus contra Sagas.*

Nec defuerunt recentiori ætate, qui melius ac olim ſaperent, atque Proceſſum contra Sagas in plerisque emendarent. Hiſtoriam equidem huius Proceſſus ſigillatim expoſuit CHRISTIANVS THOMASIVS, * atque Scriptores ſingulos, qui huc faciunt, probe diiudicauit. In ipſo Proceſſu commendanda eſt *Cautio Criminalis, ſeu de Proceſſu contra Sagas Liber, Magiſtratibus Germaniæ hoc tempore ſumme neceſſarius, præprimis Conſiliariis & Confesſariis Principum, Inquiſitoribus, Iudicibus, Aduocatis, Confeſſoribus reorum, Concionatoribus, aliisque lectu vtiliſſimus*, qui primum *1632.* 8. poſt, *Solisbaci 1695. 4.* prodiit. Auctorem libri FRIDERICVM SPEE ex indicio Leibnitii prodit Placcius, & poſt eum, Thomaſius, ** S. I. Presbyterum, qui multa induſtria in Sagarum rationes inquirens, multos magiæ immerito accuſatos damnatosque contendit. Inde LI. dubia contra inordinatum in ſagas Proceſſum mouet. Nouiter circa eundem Proceſſum occupatus fuit HERMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, ICtus Gueſtphalus. ***

* Extat Eiusdem *Diſſertatio Iuris Canonici de Origine, ac progreſſu Proceſſus Inquiſitorii contra Sagas, Halæ* 1712. 4.

** IOACH. FRIDERICVS FELLERVS Monum. ineditis Trim. IV. p. 254. adducit epiſtolam Leibnitii, in qua: *Ie ſay de la bouche de ce même Electeur,* (Iean Pilippes de Mayence) *que ce Pere en eſt l' auteur.* De hoc ſic iudicat dicta diſſertatione Thomaſius §. LXXXVI. *Propius tamen, ad ſcopum noſtrum acceſſit Autor Cautionis Criminalis de Proceſſibus contra Sagas; quem etſi nomen ſuum non appoſuerit, fuiſſe tamen Patrem Fridericum Spee Ieſuitam, indicauit Illuſtris Leibnitius. Hic enim ſummam iniquitatem proceſſus inquiſitorii contra ſagas ita ad oculum demonſtrauit, vt merito ruborem excutere debeat defenſoribus huius Proceſſus inter Euangelicos.*

*** Titulus eſt: *Vnvorgreiffliche Gedancken und Monita, Wie ohne blinden Eyffer und Vbereilung mit denen Hexen-Proceſſen und der Inquiſition Wegen der Zauberey, an Seiten des Richters ſowol, als des Kœniglichen Fiſcalis und Defenſoris in denen Kœniglichen Preuſſiſchen und Churfurſtlichen Brandenburgiſchen Landen ohnmaßgeblich zu verfahren; auf Kœnigl. Special-Befehl, laut Edicti von 13. Decembris 1714. zuſammen getragen und aufgeſetzet, von dem Kœniglichen Preuſſiſchen Rath und Gografen des Amts Ravensberg* HERMANN ADOLPH MEINDERS, *Lemgo* 1716. 4.

CAPVT

# CAPUT DECIMUM
## ATQUE ULTIMUM
## HISTORIA IURIS PUBLICI.

§. I.

IUris publici prudentia non a Romanis, * nec aliunde eſt petenda, ſed ab ipſis Germanis. Separatum autem erat Ius Publicum Veteris Germaniæ, ** quæ tot habebat ſpeciales Reſpublicas, nullo iure inuicem nexas, quot populos. *** Romani equidem Germanos ſæpius tentarunt, horum etiam quosdam populos in ſuam poteſtatem redegerunt, quod tamen de minima ſaltim parte erit dicendum, cum non defuerint Germanis Vindices Libertatis contra Romanos: quod Francis potiſſimum, coalita horum ex Germaniæ populis Republica, debetur. **** Poſtquam vero a Francis ſubiecti ſenſim fuerunt ſingulares iſti Germaniæ populi, hi etiam eo modo, quo a Francis deuicti, horum Iuris fuerunt facti, idque a Clodouæi temporibus pedetentim: ***** ſolis Saxonibus exceptis, qui libertatem ſuam contra Francos adhuc vindicabant, vt omnis Germania in Francos diuideretur & Saxones, indeque vel Iuris Francici fieret, vel Saxonici. ****** Hæc diſtinctio, Saxonibus licet a Carolo M. deuictis, in hodiernum diem vsque durat, eiusdemque vſus ex duplici Vicariatu Iuris Franconici atque Saxonici adhuc patet, exinde orta, quod Saxonibus Iuris ſui libertas a Carolo M. fuerit relicta. †

*Germania olim proprii Iuris, poſt Francici facta.*

* CASPAR MANTZIUS equidem in *Fundamentis Urbis & Orbis*, quibus Iuris publici doctrinam exponere conatus fuit, longe a Romanis eiusdem repetit originem: ſed hallucinatur. Nec minus a recta via aberrant, qui in explicandis Iuris Publici capitibus ſacratiſſimum Imperatorem ſequuntur, vel etiam tres poſteriores Codicis libros ad Germaniæ ſtatum cogunt. Hanc viam ſecutus IO. FRIDERICUS RHETIUS *in Iuris Publici Inſtitutionibus*, HERMANNUS HERMES *in Faſciculo Iuris Publici*, vt anteriores taceam, quibus Iuſtinianus fere inſtar Oraculi.

** Statum, Terras & Regimen Populorum Veteris Germaniæ, præter TACITUM *de Moribus Germanorum*, deſcripſerunt PHILIPPUS CLUVERUS *in Germania antiqua*, CHRISTOPHORUS CELLARIUS *in Notitia Orbis antiqui*, IO. WERLHOFIUS *in Specimine primo Notitiæ Imperii enucleata*, IO. NICOLAUS HERTIUS *in Notitia Veteris Germaniæ*



*Popu-*

*Populorum*, quibus nouiter acceſſit IACOBI CAROLI SPENERI *Notitia Germaniæ antiqua* ab ortu Reipublicæ ad regnorum Germanicorum in Romanis Prouinciis ſtabilimenta, Germaniæ & Germanicarum Ciuitatum ſtatum & conditionem plene declarans, quæ multa induſtria eſt conſcripta. Acceſſit etiam Conſpectus Germaniæ Mediæ, qualis ſeculo VI. & poſt paullo ſequentibus ſeculis fuit. Addi merentur HADRIANI VALESII *Notitia Galliarum* & MENSONIS ALTINGII *Notitia Germaniæ Inferioris antiqua* multa cura conſcriptæ, quibus populi, litterarum ordine exponuntur. Optandum, vt eadem ratione eademque induſtria Superioris quoque Germaniæ populos deſcriptos haberemus, quod tamen ex antedictis Scriptoribus nunc facilius foret.

*** Expoſuimus illud Synt. H. Germ. *diſſ. III. §. II.*

**** Patet hoc ex Hiſtoria Germaniæ liberæ, vel a Romanis tentatæ, quam expoſuimus Diſſertatione quarta Syntagmatis noſtri Hiſtoriæ Germanicæ. Facit etiam huc ANDREÆ IVLII DORNMEYERI Diſſertatio *de Germania nunquam a Romanis ſubacta*.

***** Has Francorum victorias delineauimus in ſexta diſſertatione Syntagmatis noſtri *§. V. & ſqq.*

****** De hoc ſupra diximus Capite Sexto.

† Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VII. §. XXII.*

§. II.

*Primum initium Iuris Publici Romano-Germanici vnde petendum.*

Noua igitur ſub Carolo M. Germaniæ Periodus, nouam Iuris Publici dedit faciem. Neque tamen Publici Iuris, quo hodie vtimur, origo exinde erit petenda, * cum Germania nondum ſui Iuris, Francorum potius Iuri Publico ſubdere colla cogeretur. Nec etiam ab Arnulpho Imp. origo hæc ducenda, qui primus a Germanis in Regem fuit electus. ** Nec a Conrado I. quod Germani Francis, qui in eosdem habuerant Ius hæreditarium, ſe ſubducerent, Ius eligendi Regem ex Ducibus Germaniæ ſibi plene vindicarent, Duces Germaniæ ab eo tempore propriam atque hæreditariam ſenſim adipiſcerentur poteſtatem, *** cum noſtrum Ius Publicum concernat Imperium Romanum, prout illud Germaniæ eſt nexum, quod nec dum ſub Arnolpho factum, qui Imperator quidem fuit, ita tamen, vt nullum inde Ius in ſucceſſores redundaret, **** Conradus autem Rex ſaltim Germaniæ eſſet, ***** nec iſto tempore Germanis vllum Ius in Imperium Romanum. Differre potius inter ſe putamus originem Iuris Publici Regni Germanici atque Imperii Romano-Germanici. Illa a Ludouici Germanici temporibus omnino eſt quærenda, qui per Pactum Virdunenſe a. 843. Germaniæ regnum ab omni Francorum regni nexu ſeparatum, pleno Iure obtinuit, ****** vt Regnum illud, ob ſeparatas quod nactum fuerat rationes, ſeparato etiam vteretur Iure publico

atque

atque proprio. Dum autem tunc Imperatoris dignitas Germaniæ Regno nondum eſſet nexa, ex iſta demum coniunctione Iuris Publici origo, quod concernit Imperium Romano-Germanicum erit petenda. Hoc demum ſub Ottone M. fuit factum, qui a. 962. primum a Ioanne XII. Papa, adclamante Clero Populoque Romano Imperator & Auguſtus fuit ordinatus. † Dum autem Imperatoria Dignitas Germanis nondum perpetua eſſet, hoc demum a. 964. factum, poſtquam in Synodo Romana in Templo Lateranenſi Natali Domini celebrata, †† Leo VIII. Papa conſenſu Romanorum, Ottoni eiusdemque Succeſſoribus facultatem conceſſit ſummæ ſedis Pontificem ordinandi, atque vt ſint Reges ac Patricii Romanorum. ††† Hoc ipſo Ius in Vrbem, Papam & Populum Romanum fuit conceſſum, ita, vt nexu nunquam violando, pacto in perpetuum valituro, Imperium Romanum cum Regno Germanico iungeretur. Ab hoc Pacto igitur initia & fundamenta Iuris Publici Imperii Romano-Germanici ſunt petenda. Quare etiam Otto M. primus dicitur Teutonicus Imperator. ††††

* Ab hoc repetit SCHILTERVS *diſſ. de Natura & Origine Iuris Publici §. VI. & VII.* Quod ſi tamen quis ſtatum Iuris Publici, qui fuit in Imperio Carolingico conſiderare velit, adeat AGOBARDI Archiepiſcopi Lugdunenſis *flebilem Epiſtolam de diuiſione Imperii Francorum inter Filios Ludouici Imp. Librum Apologeticum pro filiis Ludouici Imp. aduerſus patrem. Librum de comparatione vtriusque Regiminis de privilegio, de iure ſacerdotii. Epiſtolam ad Proceres Palatii*, quæ ſingula ipſius Opera a STEPHANO BALVZIO collecta extant *Pariſiis* 1666. 8. Inter HINCMARI, Archiepiſcopi Rhemenſis Opuſcula, a Iacobo Sirmondo *Lutetiæ Pariſiorum* 1645. *f.* 2. *Vol.* edita, extant: *Ad Carolum Caluum Regem de regis perſona & regio miniſterio. Ad Ludouicum, Germaniæ Regem, admonitio cum ad occupandum Caroli fratris ſui regnum veniſſet anno* 858. *Ad Epiſcopos & Proceres Prouinciæ Remenſis, cum Ludouicus iterum Caroli fratris regnum, illo abſente impeteret anno* 875. *Ad Ludouicum Balbum regem, noui regis inſtitutio ad rectam regni adminiſtrationem. Ad Carolum III. Imperatorem, vt Ludouici Balbi ſobrini ſui filiis Regibus idoneos educatores & conſiliarios conſtituat.* Potiſſimum vero ad Ius Publicum Regni Francorum noſcendum facit *Epiſtola ad Proceres Regni de inſtitutione Carolomanni regis, & de ordine palatii ex Adalardo: Ad epiſcopos regni, Admonitio altera pro Carolomanno Rege apud Sparnacum facta.*

** ANNALES FVLDENSES ad a. 887. *Igitur veniente Carolo Imperatore Franconofurt, iſti inuitauerunt Arnolfum filium Carlmanni regis, ipſumque ad ſeniorem elegerunt, ſine mora ſtatuerunt ad regem extolli.* RHEGINO ad a. 887. *His ita geſtis, Imperator corpore & animo cœpit ægrotare. Menſe itaque Nouemb. circa tranſitum ſancti Martini Triburias venit, ibique conuentum generalem conuocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnolphum filium Carolomanni vltro in regnum attrahunt, & ſubito facta conſpiratione ab impera-*

*tore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt: ita vt in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet.* OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. Chron. c. IX. X.* Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. X. § XXIX.*

*** Eo collimant NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING diſſertatione *de Statu Reip. Germanicæ ſub Conrado I. Halæ* 1706. 4. IO. PETRVS LVDEWIG *in Germania Principe Poſt-Carolingica ſub Conrado I. Halæ* 1710. 4.

**** Facit in rem HVGO FLAVINIACENSIS *Chronico* apud LABBEVM *Bibliotheca MStorum Tomo I. pag.* 123. *Anno DCCCXCIII. Ind. XI. Ottone regnante in Francia, Arnulfo in Italia ex Saxonia, Carolus iam iuuenis Francorum repetit ſceptra, & memoratus Arnolphus Imperii inuaſit Monarchiam, Romam cum aſſenſu Formoſi Papa capiens, a quo in Imperatorem promotus eſt. Tum primum a Francorum Regibus ad extraneos translatum eſt Imperium, Principibus Romanis parui pendentibus Carlum ob tardum mentis ingenium.* Omnes reliqui Scriptores conſentiunt, Arnulphum quidem a Romanis factum fuiſſe Imp. nulla tamen Succeſſorum facta mentione, de quo S. H. G. *diſſ. X. § XXXIII.*

***** Teſtatur de eo SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 912. *Ludouicus non meruit imperialem benedictionem, cui ſuccedens Conradus regnauit annis 7. qui & ipſe caruit benedictione imperiali.* GVIDO apud ALBERICVM ad a. 919. *Arnulfo in Regnum Germaniæ ſucceſſit filius eius Ludouicus, iſti Conradus, Conrado, Saxoniæ Dux Henricus, ad regnum quidem eorum quisque, ſed nullus ad Imperium prævaluit obtinendum.* Vid. plenius S. H. G. *diſſ. XI. § III.*

****** De hoc Pacto Virdunenſi ANNALES FRANCORVM FVLDENSES, BERTINIANI, METENSES, RHEGINO *ad a.* 843. Et ex recentioribus H. CONRINGIVS *de Germanorum Imperio Romano cap. IX. § IX. & X.* C. S. SCHVRTZFLEISCH *de diuiſione Imperii Carolingici § XXXV.* Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. VIII. § XX. XXI.*

† DITMARVS lib. II. p. 352. *inſuper benedictionem a domino Apoſtolico Iohanne, cuius rogatione huc venit, cum ſua coniuge, anno regni eius XXIX. promeruit Imperialem, ac Patronus Romanæ factus Eccleſiæ.* LVITPRANDVS lib. VI. c. VI. *deinde Romam ſimilia facturus adiit: vbi miro ornatu miroque apparatu ſusceptus ab eodem Summo Pontifice & vniuerſali Papa Ioanne vnctionem ſuſcepit Imperii.* Vid. plenius S. H. G. *diſſ. VII. § XXII.*

†† LVITPRANDVS lib. VI. c. XI. de hac Synodo: *Reſidentibus itaque, Domno Leone Summo & Vniuerſali Papa in Eccleſia Lateranenſi, nec non & Imperatore ſanctiſſimo Ottone, & Epiſcopis Romanis, Italicis, a Lotharingia & Saxonia, Archiepiſcopis, Presbyteris, Diaconis, omnique Romanorum plebe.* Sic etiam ipſæ Pacti tabulæ apud THEODERICVM a NIEM de Priuilegiis & Iuribus Imperii p. 249. *quatenus gratulanter peragentes ſanctam ſynodum veſtro conſilio congregatam in patriarchio Lateranenſi, in eccleſia ſancti Saluatoris conſtitutam a pluribus viris catholicis, epiſcopis & abbatibus, inſuper iudicibus & legis doctoribus.* Et c. 23. Diſt. 63. *in Synodo congregata Romæ, in Eccleſia S. Saluatoris.*

††† Hoc Pactum THEODORICVS a NIEM ex antiquo Codice Florentino Tractatui ſuo de Iuribus & Priuilegiis Imperii *p.* 248. integrum inſeruit, atque Notis illuſtrauit. Ex quo habet GOLDASTVS *Conſtitutionibus Imperialibus Tomo I. pag.* 34. & SCHILTERVS *Inſtitutionum Iuris Publici Tomo II. lib. II. Tit. X.* In Compendio illud exhibet CHRONICON REICHERSBERGENSE *ad a.* 957. & IVO

CAR-

Digitized by Google

CARNOTENSIS *in Pannomia lib. VIII. c. CXXXVI.* ex quo GRATIANVS ſumſit *cap. 23. diſt. 63.* Potiora, quæ huc faciunt, eiusdem Pacti verba, hæc ſunt: *conſtituimus confirmamus & roboramus per manum Apoſtolicam dignitatem concedimus atque largimur domino Othoni primo Auguſto, Teutonico, regi prouidentiſſimo ſpirituali in Chriſto filio noſtro, eiusque ſucceſſoribus huius regni Italiæ* IN PERPETVVM, *tam ſibi facultatem eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ ſedis Apoſtolicæ pontificem ordinandi. Et per hoc archiepiſcopos & epiſcopos, vt ipſi tantum ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vbicunque pertinuerint, exceptis iis quos Imperator pontifici & archiepiſcopis conceſſit. Ita demum aſſerimus, quod nemo deinceps, cuiuscunque gradus vel conditionis aut dignitatis ſeu religionis, eligendi regem ſeu principem, ſiue pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ aut quemcunque epiſcopum, vel ordinandi facultatem habeat: ſed ſoli Regi Romani Imperii, hanc reuerendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia diſponet ac reget, vtpote rex & patricius Romanus. Quod ſi a cuncto clero & vniuerſo populo quis eligatur epiſcopus, niſi a dicto rege laudetur & inueſtiatur, non conſecretur: ſi quis contra hanc authoritatem Apoſtolicam & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, ſiue contra hoc noſtrum conſilium agens, ſciat ſe in iram ſancti Petri principis Apoſtorum & filii noſtri domini Othonis, eiusque ſucceſſorum & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & anathematis vinculum incurſurum. Ac per hoc excommunicationi Vniuerſalis Eccleſiæ, omnisque populi Chriſtiani eum ſubiacere decreuimus. Inſuper niſi a malo reſipuerit, irreuocabili exilio puniatur, vel vltimis ſuppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu, cuſtos & obſeruator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam cum omnibus ſanctis ſine fine mereatur habere in ſecula ſeculorum. Amen.* Videmus igitur hoc eſſe Pactum in perpetuum valiturum, cum graui comminatione contra infractores.

†††† Clare de hoc teſtatur OTTO FRISINGENSIS dum *lib. VI. c. XVII.* ait: *Otto, qui Imperium a Longobardis vſurpatum deduxit ad Teutonicos Orientales Francos, forſan dictus eſt primus Rex Teutonicorum; non quod primus apud Teutonicos regnauerit, ſed quod primus poſt eos, qui a Carolo Carolingi, a Merouco Merouingi dicti ſunt, ex alio, id eſt Saxonum ſanguine natus, imperium ad Teutonicos Francos reuocauerit.* Idem repetit c. XXIV. *Otto magnus, poſt multos Triumphos, primus ex Teutonicis poſt Carolos, capto Berengario, Romanis imperauit.* Quare etiam RADEVICVS huius Continuator *lib. I. cap. VI.* Ottonem primum ex Teutonicis Imperatorem vocat. Plenius S. H. G. *diſſ. VII. §. XXIV.* Facit ad iſta tempora EVTROPII Presbyteri Longobardi Tractatus *de Poteſtate Regia & Pontificia Iuribus ac priuilegiis Imperatorum in Imperio Romano* in GOLDASTI *Monarchia, Tomo primo.*

## §. III.

*Progreſſus & Mutatio Iuris Publici.*

Ius Publicum iſta ætate non Legibus conſtabat & Iure ſcripto, ſed moribus & conſuetudine, atque ab Impp. potiſſimum dependebat arbitrio, quorum poteſtas fere Monarchica. Decreſcente vero ſenſim Impp. auctoritate, idque vel per eorundem ſocordiam, vel Principum ambitionem & Epiſcoporum Paparumque artes, tantum acceſſit Statuum poteſtati, quantum deceſſerat Impp. auctoritati, ita, vt pro diuerſa temporum ratione in varias

ſpecies transformaretur Status Germaniæ, & per Comitiorum decreta pleraque definirentur; quæ tamen ſaltim erant temporaria. Patet hoc ex progreſſu Hiſtoriæ Germanicæ, quam quantum ad progreſſum Iuris Publici, hic per tranſennam ſaltim indicare licebit, quod in ſequentibus vberius explicare ſuſcipiemus. Otto M. equidem Imp. Principum qui caput efferre conabantur, potentiam, nimium infregit, ita, vt contra eosdem quoque auctoritatem ſuam conſeruaret Otto II. Sub Ottone III. potentiam ſuam iterum firmare cœperunt Principes, potiſſimum, dum adhuc minorennis eſſet, ægre tamen conſeruata fuit Imp. auctoritas, quam paulisper firmauit Henricus II. Conradus II. iterum Principum turbas fuit expertus, nihil tamen derogauit Imp. Iuribus, quæ etiam in ipſum Papam iteratis vicibus exercuit Henricus III. Ingens vero malum poſt huius mortem, ſub minore ætate Henrici IV. fuit ſubortum, dum Epiſcopi, poteſtate ſua per tot donationes terrarum atque iura ſecularia ipſis ſenſim conceſſa, abuſi, omnia turbare conabantur. Hoc vt eo felicius procederet, Imp. per prauam educationem ad quoduis deliciarum & flagitiorum genus reddebant propenſiorem, ideoque Saxonibus & plerisque Germaniæ populis inviſum. Et licet prouectioris ætatis factus reſipiſceret omnino Imperator, tam altas tamen radices egerat hoc educationis malum, vt accedentibus etiam prauis conſiliariis, vix ſibi ſatis conſuleret ſaperetque. Inter has turbas caput efferre cœpit Gregorius VII. Papa, Dictatoris quaſi poteſtate Leges præſcribens, Epiſcopos ab Imp. iure abſtrahens, atque in ipſos Monarchas poteſtatem ſuam exercens, magno ſane Imperatoriæ Maieſtatis decremento. Nec medelam adferre potuit Henricus V. filius, quin potius & Papæ & Principibus Germaniæ cedere neceſſum haberet. Lothario illi Saxoni non deerat virtus, ſed Bernhardi Claræuallenſis Abbatis, aliorumque ex Clero, qui adſidui ipſi in aula Comites, prauis perſuaſionibus motus, deſtitit, Iuraque ſua in Papam, quæ poterat atque debebat, minus exercebat. Ex Sueuicis Impp. Conrado III. animus deerat vindicandi Imp. Iura, quæ tamen in potentiores Principes, ipſum Henricum Superbum, qui a mari Balthico ad Adriaticum imperabat, ſatis exercuit. Monſtrauit iterum Maieſtatem Imperii Fridericus Barbaroſſa in Principes, Papam, ipſos etiam, Reges qui tamen ob diuerſorum Principum ambitionem, potentiamque maxime, dum Itali ab ipſo deficerent, tandem ſuccumbere neceſſum habuit. Hæc etiam Imperii Maieſtas ipſo extincto, magis

Digitized by Google

magis magisque concidit. Vix enim in officio continere valuit Henricum Leonem Henricus VI. Imp. Hæc etiam Imperatoris Maieſtas per diſſidia Philippi atque Ottonis IV. Impp. indies fuit diminuta, ita, vt Papæ diuerſis Germaniæ negotiis, maxime Electionis ſeſe ingererent. Hanc reſtituere quantumuis iterum conatus fuerit Fridericus II. Imp. cui nec vires deerant nec animus, ob odium tamen plus quam Vatinianum diverſorum Principum, Paparum etiam atque Italorum aduerſus regnantem domum Sueuicam conceptum, præualere haut potuit, quin potius diris deuotus ſuccubuerit. Ipſo extincto, Conradus IV. turbatum Reip. Statum in ordinem redigere haut valuit, eodemque defuncto, exortum fuit fatale illud Germaniæ Interregnum, quo Principes per nouendecim annos Imp. deſtituti, ſine Lege, ſine Comitiis, ſine Iudiciorum ordine viuentes, Dominii Iura, quæ toties adfectauerant, plenius adquiſiuerunt. Rudolpho Habsburgico equidem animus non deerat vindicandi Iura Imperatoris Maieſtatica, malo tamen iamdum inueterato nulla medicina, quin potius ſub Adolpho Naſſouio, Alberto Auſtriaco, Henrico Lutzenburgico creſceret magis Electorum Principumque potentia. Ludovicus Bauarus in Papam primum Iura exercere tentabat, vt firmata hoc ipſo potentia ſua, tanto certius auctoritatem Imperatoriam in Germania exerceret, ſed tantis turbis fuit exagitatus, vt tandem ſuccumberet. Carolus IV. ſuæ potius familiæ quam Imperio proſpiciens, id tantum agebat, vt quæ Iura Imperatoris adhuc eſſent reliqua atque Electorum per Auream Bullam definiret: a quo tempore Iuris Publici Imperii doctrina Legibus fuit firmata, vsque dum aliæ accederent, quibus creſcente Principum potentia, horum Iura magis adhuc ſtabilirentur. *

* Singula hæc auctoritatibus firmare, nil aliud eſſet, quam Hiſtoriæ Germanicæ fontes exhaurire. Cui volupe eſt, adeat Scriptores Hiſtoriæ Germanicæ, noſtrum etiam Syntagma, in quo ſingula hæc explanata videbit.

§. IV.

*Mutatio Iuris P. ſub Ottone M.* Licet igitur prima ſtatim Periodus Iuris publici cum Ottone M. inciperet, idem tamen occaſionem quoque dedit decreſcentis Maieſtatis Imperatoriæ. Factum hoc, quod Epiſcopis nimia concederet, tot fundando Epiſcopatus, iisdemque integros Comitatus atque Dynaſtias adſignando. * Acceſſit, quod Brunoni fratri ſuo, Archiepiſcopo Colonienſi, Ducatum Lotharingiæ atque hoc

ipſo

ipſo Ducalem traderet poteſtatem, ** quod a moribus illorum temporum erat alienum. *** Id quod reliquos permouit, conceſſo prius ipſis ab Imp. Ducali Comitumque Iure, vt eandem poteſtatem ſibi adrogarent. **** Nec minus Seculares Duces, Imperii Officiales, Ducatus, Comitatus & caſtra, quæ nomine Imperatoris adminiſtrauerant, prout iamdum ſub Conrado I. cœperant, magis, magisque propria ſibi reddiderunt atque hæreditaria. *****

* Epiſcopi primum, poſtquam Conſtantinus M. lege cauiſſet, vt Eccleſiæ etiam Bona poſſidere poſſent, ſingula prata, agros, prædia, poſſidebant, ex quibus ſenſim Territorium accreuit, quale iam ſub Lothario I. iisdem tribuitur. Adducit enim SCHILTERVS *Comment. ad Ius Feud. Alemann. cap. I. §. VII.* Diploma Lotharii, quod Monaſterio S. Stephani conceſſit, in quo hæc verba: *ita duntaxat, vt ſalua per omnia reuerentia SS. Antiſtitis* (Argentoratenſis) *in cuius conſiſtit Territorio, nullus iudex publicus in loca vel agros niſi defenſor, quem ipſius loci congregatio & Abbatiſſa voluntarie a Palatio impetrauerit, audeat ingredi ad cauſas audiendas.* Verum, Otto dum Archiepiſcopatum Magdeburgenſem & Merſeburgenſem fundaret, integros Comitatus atque Dynaſtias iisdem conceſſit, atquehac nimia profuſione multa dedit potentiæ incrementa, prout in Synt. H. G. *diſſ. VII. §. XXIX.* demonſtrauimus.

** CONT. RHEGINONIS ad a. 953. *eodem anno VVigfridus Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopus obiit, cui Bruno frater regis ſuccedens totius Lotharienſis regni ducatum & regnum cum epiſcopatu ſuſcepit.* Nouum autem hoc fuiſſe atque inſolitum, aperte teſtatur MAGNVM CHRONICON BELGICVM *p.* 80. dicens: *Bruno Ducatum Lotharingiæ acquiſiuit & Colonienſi Eccleſiæ applicauit, cum ante hæc ſua tempora Archiepiſcopi Colonienſes non iudicio gladii temporalis, ſed tantummodo iurisdictione vſi fuiſſent baculi paſtoralis.* Excuſare eum conatur WITTICHINDVS lib. I. Ann. p. 638. dicens: *genuit* (Henricus Auceps) *tertium Brunonem, quem Pontificis ſummi ac Ducis magni vidimus officia gerentem. Ac ne quis eum culpabilem ſuper hoc dixerit, cum Samuelem ſanctum, & alios plures ſacerdotes pariter legamus & iudices.*

*** AVCTOR equidem VITÆ BRVNONIS apud LEIBNITIVM *Tomo I. pag.* 281. *n. XX.* ait: *nec vero noua fuit huiusmodi gubernatio aut ſancta Dei Eccleſiæ Rectoribus antea inuſitata, cuius exempla ſi quis requiſierit, in promptu ſunt.* Idem euincere conatur SCHATENIVS *Ann. Paderborn. ad a.* 953. Verum, licet iam ante Comitiorum iura ab Epiſcopis fuiſſent exercitata, nulla vero ipſis erant Iura Territorii, nulla poteſtas atque Iurisdictio ſecularis, quæ per Comites antea in Terris Epiſcoporum, Imperatoris nomine exercebatur.

**** Dum enim vnus ex Epiſcopis ſecularem nactus fuiſſet poteſtatem, reliqui minoris conditionis eſſe nolebant, eandemque adfectabant, prout exemplis iamdum demonſtrauimus in Synt. Iuris Publici *diſſ. XVIII. §. XI.*

***** Ibidem *diſſ. XIX. §. VIII.*

## §. V.

*Quis Status Iuris Publici ſub reliquis Saxonicis Impp.*

Hæc Principum Eccleſiaſticorum atque Secularium poteſtas ſub reliquis Impp. Saxonicis Ottone II. & III. atque Henrico II. incrementa accepit latentia, licet tanta non eſſet horum Impp. aucto-

auctoritas, vt Principes ſatis potuiſſent coërcere in quo ſaltim Ottonem M. ex parte ſecutus fuiſſe videtur Henricus II. Imp. Neque etiam Legibus definita adhuc erat Iuris Publici Notitia. Et licet Leges atque Receſſus Comitiorum non deeſſent, iſti tamen temporarii ſaltim erant & cum morte Imp. finiebantur. * Sub Ottone etiam III. a Sylueſtro II. Papa Pactum cum Ottone M. initum, vt quem Germani Regem eligerent, a Romanis reciperetur Imperator, confirmatum fuiſſe dicitur, licet ſilentium coæuorum hanc ipſam rem reddat dubiam. ** Quæ de Electorum origine cum Gregorii V. Papæ conſenſu conſtituta eſſe dicuntur, ſubleſtæ plane ſunt fidei, atque hiſtoricorum monumentis deſtituta. ***

* Plures equidem eiusmodi Receſſus atque Conſtitutiones a MELCHIORE GOLDASTO videmus collectos, nullum autem in iisdem extat momentum eas Legum perpetuarum inſtar eſſe habitas, ſed pro circumſtantiarum ratione, prout hodie in Comitiis Prouincialibus videmus, ſtatutas.

** Prout iamdum Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XIII.* *§. XII.* demonſtrauimus.

*** *c. l.*

## §. VI.

*Status Iuris Publici ſub Conrado II. & Henrico III.*

Primus ex Francicis Imperatoribus Conradus Salicus, modum expeditioni Romanæ ſingulari Conſtitutione dediſſe iudicatur, ſed coniecturis potius doctorum, quam firma argumentorum ratione. *. Henricus III. Imp. Iura in Papam ſatis exercuit, remotis qui in ſchiſmate fuerant electi, Pſeudopapis, atque ſubſtituto Clemente II.** Idem ius poſtea, efflagitantibus Romanis ſeruauit, dum Damaſum II. Leonem IX. & Victorem II. Papas conſtitueret. ***

* C. S. SCHVRTZFLEISCHIVS id egit ſpeciali Diſſertatione, argumento potiſſimum ſumto a ſtylo cum iſta ætate conueniente, & IO. SCHILTERVS *Comm. ad Ius Feud. Alemann. cap. VIII. §. XI.*

** De hoc plenius Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XIV. §. XVIII.* Facit huc potiſſimum SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad a.* 1046. ſcribens: *Romæ vno contra duos, & duobus contra vnum de papatu contendentibus rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonica & imperiali cenſura depoſitis, Suidigerus Babenbergenſis epiſcopus, qui & Clemens Romanæ eccleſiæ* 153. *præſidet, & ab eo rex Henricus in imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, ſe ſine eius conſenſu nunquam Papam electuros.*

*** Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XIV. §. XIX.* Facit huc PETRI DAMIANI Oſtienſis Epiſcopi Libellus *de correctione Epiſcopi & Papæ* in Tomo III. Monarchiæ Goldaſti.

## §. VII.

*Sub Henrico IV. altera Periodus Iuris Publici*

Fatale Germaniæ & nunquam ſatis deplorandum fuit Regimen Henrici IV. Imp. * Poſtquam enim Epiſcopi nunc per ſeculum opibus atque potentia magis fuiſſent firmati, ab omni Im-



Digitized by Google

peratoris iuriſdictione eximere ſe plane, atque poteſtate ſua abuſi, ſummam rerum ad ſe trahere conabantur. Anſam hoc dedit Gregorio VII. Papæ homini aſtuto atque dominandi cupido, vt caput in Imp. directum alias dominum, efferret, eundem exemplo antea inſolito, non banno ſolum notaret, (id quod alias non adeo inſuetum) ſed regno etiam priuaret, ſubditos a iuramento abſolueret, immo Imp. diris plane deuoueret, ** arrogata ſibi poteſtate Impp. imponendi deponendique. *** Vires hoc fulmen, alias brutum, adipiſcebatur, dum Imp. Saxonibus, aliisque Germaniæ populis admodum eſſet exoſus, Epiſcopi Principesque poteſtatem ſuam inter turbas haſce augere cuperent: alii cœco obſequio erga Clerum atque Epiſcopum Romanum ſeſe abripi paterentur, quibus ipſius effata erant pro oraculo. **** Imp. igitur quantumuis ſtrenue reſiſteret, atque aperto Marte plerumque ſuperior diſcederet, Epiſcoporum tamen, diuerſorumque Principum, immo ipſius Henrici V. filii artibus demum ſuccumbere fuit coactus. ***** Hæc ipſa decrementa alteram conſtituunt Iuris publici Periodum. Hæc etiam controuerſia calamos exercuit diuerſorum Scriptorum, atque anſam dedit inquirendi in Iura Imperii in Papam & circa Inueſtituram Epiſcopalem, dum WALTRAMVS NVMBVRGENSIS Epiſcopus, CONRADVS Traiectenſis, IVO CARNOTENSIS, OBERTVS LEODIENSIS, EBERHARDVS SALISBVRGENSIS, aliique cauſſam Imp. & Iura Imperii defenderent contra Papam. Ex Hildebrandinis vero STEPHANVS HERRANDVS, GOFFRIDVS VINDOCINENSIS & GERHOHVS REICHERSBERGENSIS. ******

* Facit huc potisſimum GEORGII SCHVBARTI *Henricus IV. exemplum turbatæ Reipublicæ*, diſſertatione publica, *Ienæ* 1680. demonſtratus.

** Satis enim notum eſt Theodoſii M. exemplum, quem Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcopus, ab Eccleſia prohibuit. Sic Nicolaus Papa per legatos Lothario Iuniori, Auſtraſiæ Regi excommunicationis pœnam propoſuit, niſi Thietbergam retineret, & Waldrada abſtineret, Synt. H. G. *diſſ. VIII. §. XXXI.*

*** Hoc tanquam nouum omnino deteſtatur OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VI. c. XXXI.* dicens: *lego & relego Romanorum regum & Imperatorum geſta, & nunquam inuenio, quemquam eorum ante hunc a Romano pontifice excommunicatum vel regno priuatum: niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tempus a Romano Epiſcopo, inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius a beato Ambroſio propter cruentam cædem a liminibus eccleſiæ ſequeſtratus ſit.* AVCTOR VITÆ S. GEBHARDI *Salisburgenſis*, apud CANISIVM Tomo VI. Lectionum Antiquarum p. 1234. *hoc nouum ſiue rarum in Regem anathema, vtrum ex venditione Epiſcoporum & Abbatiarum, an ex alia infamia cauſas ſumpſerit, penes earum conſcios ſit & indices, nobis ſenten-*

*ſententia paſtoris tenenda eſt, ſiue iuſta, ſiue iniuſta.* Ipſe quidem Papa in Epiſtola ad Hermannum, Metenſem Epiſcopum ſcripta, hanc excommunicationem defendit, tanquam legitimam, apud BRVNONEM *de B. Saxonico p.* 204. Verum, ad ſingula argumenta reſpondet Numburgenſis Epiſcopus WALTRAMVS, in ſuo *de Vnitate Eccleſiæ conſeruanda Tractatu, integro libro primo.* Vid. plenius Syntagma Hiſt. Germ. *diſſ. XV. §. XXVI.*

**** Prouocatur hanc in rem ad Totatum ſiue Dictatum Hildebrandi, de quo ſingulari Diſſertatione egit ADAMVS RECHENBERGIVS. Hunc tamen pro aduentitio atque apocrypho habet IO. LAVNOYVS *Epiſtolarum libro ſexto pag.* 289. Et licet de forma huius Dictatus, quatenus exhibetur, dubium adhuc ſuperſit, ipſam tamen materiam Hildebrandi eſſe, Scriptores ſatis comprobant.

***** Plenius hæc exponuntur in Hiſtoria noſtra Henrici IV. Imp. Diſſertatione decima quinta.

****** Hos congesſit MELCHIOR GOLDASTVS *in Apologia pro Henrico IV. Hanouiæ* 1611. 4. in qua reperiuntur: *Epiſcoporum & Clericorum Imperialium pro Imperatore contra Papæ excommunicationem.* CONRADI, *Epiſcopi Traiectenſis Oratio pro Imperatore contra Papam, dicta in Comitiis.* WALTRAMI *Epiſcopi Numburgenſis Epiſtola ad Landgrauium Thuringiæ, pro Imperatoris fidelitate contra Papam. Eiusdem Apologiarum pro Imperatore libri III.* IVONIS *Epiſcopi Carnotenſis Epiſtola de Inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum. Eccleſiæ Leodienſis Epiſtola a Sigeberto Abbate Gemblacenſi ſcripta contra epiſtolam Paſchalis Papæ.* OBERTI *Epiſcopi Leodienſis Epiſtola parentatoria de Vita & obitu Henrici IV. Imperatoris.* WALTRAMI *Tractatus de Inueſtitura Epiſcoporum & Abbatum. Decani & Conuentualium Abbatiæ Laurishamenſis Libellus ſupplex ad Henricum V. Imp. contra Hildebrandinos Monachos de Hirſaugia:* EBERHARDI, *Archiepiſcopi Salisburgenſis Oratio de Hildebrandi Antichriſtiano Imperio, recitata in Comitiis.* WALTRAMI *Apologiam etiam, ſiue de Vnitate Eccleſiæ conſeruanda libros Tres* collectioni ſuæ de Iuribus & auctoritate Imperii inſeruit SIMON SCHARDIVS atque Tomo primo Scriptorum Rerum Germanicarum MARQVARDVS FREHERVS. Subiecit GOLDASTVS quosdam Tractatus Hildebrandinos, atque inter hos STEPHANI HERRANDI, *Epiſcopi Halberſtadtenſis Epiſtolam ad VValtramum Numburgenſem, Goffridi Abbatis Vindocinenſis S. Priſcæ, Cardinalis Romani Tractatum de Ordinatione Epiſcoporum, & de inueſtitura Laicorum.* Addimus HVGONIS FLORIACENSIS *Tractatum de Regia poteſtate & Sacerdotali Dignitate*, apud BALVZIVM *Libro IV. Miſcellaneorum p.* 9. Dum autem SEBASTIANVS TENGNAGELIVS ipſi opponeret *Vetera monumenta contra ſchiſmaticos iam olim pro Gregorio VII. conſcripta*, IACOBVS GRETSERVS, GERHOHI *Reichersbergenſis in Bauaria Præpoſiti Syntagma de Statu Eccleſiæ ſub Henricis IV. & V. Impp. & Gregorio VII. nonnullisque conſequentibus Pontificibus, Ingolſtadii* 1611. euulgaret, anſam hoc dedit GOLDASTO publicandi *Replicationem pro Sac. Cæſarea & Regia Francorum Maieſtate, Illuſtriſſimisque Imperii Ordinibus, Hanouiæ* 1611. 4. Inde variis ſcriptis inter Gretſerum atque Goldaſtum magna contentione fuit decertatum.

## §. VIII.

Inter has turbas inualuit magis *Ius Manuarium, das Fauſt-und Kolben-Recht*, & non tam Legibus, quam armis decertabatur, cui fruſtra obuiam ire conabatur Henricus IV. * Patet hoc vel ex *Ius Manuarium ſub Henrico IV. obtinet.*

 eo,

Digitized by Google

eo, quod, dum Rex Natalem Domini a. 1062. Goslariæ celebraret, inter Camerarios Henrici, Hildesheimenſis Epiſcopi, & Camerarios Wideradi, Fuldenſis Abbatis de præcedentia grauis concertatio fuit ſuborta, quæ primo iurgiis, deinde pugnis fuit geſta, facileque ad gladios prorupiſſent, niſi Ottonis, Ducis Baioariorum qui cauſſam Abbatis tuebatur, auctoritas interceſſiſſet. Dum autem inſequenti anno 1063. Rex Pentecoſten Goslariæ celebraret, atque ad veſpertinam Synaxin Rex atque Epiſcopi conueniſſent, rurſus de poſitione ſellarum epiſcopalium tumultus fuit exortus, in quo, fruſtra licet prohibente Rege, multi fuerunt vulnerati, multi occiſi. ** Immo vniuerſum Regimen Henrici IV. Imp. plenum fuit turbarum ciuilium.

* AVCTOR VITÆ Henrici IV. Imp. ſub initium : *ſed cum in eam ætatis & ingenii metam euaſiſſet, vt quid honeſtum, quid turpe, quid vtile, quid non, diſcernere poſſet, retractans quæ ſuggeſtione Principum inductus geſſiſſet, multa quæ geſſerat, damnauit: Et ipſe iudex ſui factus, ex iisdem mutandum mutauit. Probibebat quoque bella, violentiam & rapinas. Nitebatur pulſam pacem & iuſtitiam reuocare, neglectas leges reſtituere, & ſceleris licentiam reſecare. Quos aſſuetos ſceleri, per edictum coërcere non potuit, per cenſuram legis & ius curiæ, mitius tamen, quam culpæ exigeret, correxit.* De hoc Iure Manuario plenius DATT *de pace publica lib. I. c. IV.*

** Hæc late narrat LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1062. 1063. Rationem reddit AVCTOR VITÆ HENRICI apud VRSTISIVM Tomo I. p. 381. *Sed, quoniam ætas immatura parum timori eſt, & dum metus languet, audacia creſcit, pueriles anni Regis multis ſuggerebant animum ſceleris. Igitur quisque nitebatur maiori ſe æqualis, aut etiam maior fieri : multorumque potentia ſcelere creuit.*

## §. IX.

*Status Iuris Publici ſub Henrico V. & Lothario. Controuerſia de Inueſtitura Epiſcopali.*

Vix patri Imperium Henricus V. Imp. eripuerat, cum de Inueſtitura Epiſcoporum inter ipſum atque Paſchalem II. Papam turbæ orirentur, adlegante Papa, haut conuenire, vt Epiſcopi a manu laica inueſtirentur. * Et licet Imperii Iura pro viribus defenderet Henricus, Papam etiam eo adigeret, vt Epiſcoporum inueſtituram ſub ſacræ Euchariſtiæ iure ipſi renuntiaret, ** tantis tamen turbis a Saxonibus, horumque Duce Lothario, aliisque Germaniæ Principibus, exagitabatur, vt, dum a Papa etiam banno fuiſſet notatus, deponi ſe ab Imperio metuens, tandem inito cum Calixto II. a. 1122. Pacto, ipſi Inueſtituram Epiſcoporum de Iure Epiſcopali cederet, reſeruata ſibi Inueſtitura per ſceptrum de eorum terris atque Regalibus. *** Id quod etiam Lotharius Saxo plena manu confirmauit, licet ipſi occaſio haut deeſſet, vetera Iura vindicandi, dum Innocentius II. Papa in Comitiis Leodienſibus

bus a. 1131. ipſius auxilium imploraret, a quo Imp. primum Epiſcoporum repetebat inueſtituram, cui tamen S. Bernhardus Claræuallenſis Abbas reſiſtebat, Regem mira auctoritate compeſcens, ne quid extorſiſſe videatur. ****

* Contra Conſtitutionem Epiſcoporum ab Imp. factam equidem iam ſeculo IX. muſſitare auſi ſunt Galliæ Epiſcopi, prout ex HVGONIS FLAVINIACENSIS Chronico Virdunenſi patet, apud LABBEVM *noua Bibliotheca MStorum Tomo I. pag.* 121. Aſt, in controuerſiam hæc cauſſa deducta haud fuit ante Henrici IV. tempora. Fuerunt tamen ſub Henrico V. æque Scriptores, qui iura Imperatoris defenderent. Facit enim huc WALTRAMI Numburgenſis Tractatus *de Inueſtitura Epiſcoporum per Imperatores facienda*, & *Epiſtola Leodienſium aduerſus Paſchalem II. Papam* apud SCHARDIVM & GOLDASTVM.

** De quo plenius Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVI. §. IV.*

*** OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. XVI. *Igitur Romano Imperio multis modis in ſe attrito, Imperator propter anathemata deficere a ſe regnum videns, patrisque metuens exemplum, congregato iuxta Vormaciam maximo Principum conuentu, inueſtituram Epiſcoporum legato Apoſtolicæ ſedis Lamperdo, qui poſtmodum ſummus Pontifex factus, Honorius eſt dictus, reſignauit, per eumque ab anathematis vinculo abſolutus eſt. Priuilegium ergo de hoc Eccleſiæ ſcribitur, ac ipſi rurſum vt electi tam ciſalpini, quam transalpini non prius ordinentur Epiſcopi, quam regalia de manu eius, per ſceptrum ſuſcipiant, ſcripto confirmauit. Hoc pro bono pacis ſibi ſoli, & non ſucceſſoribus datum dicunt Romani. Exhinc Eccleſia libertati ad plenum reſtituta, paceque ad integrum reformata, in magnum montem creuiſſe, ſub Calixto II. inuenta.* Plenius in Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVI. §. X.*

**** OTTO FRISINGENSIS lib. XII. c. XVIII. *non multo poſt Honorio mortuo, grauiſſimum Schiſma in Eccleſia Dei oritur, Innocentio canonice electo, ſed Petro Petri Leonis filio, violentia amicorum ſuorum, qui fortiſſimi in Vrbe erant, fauente ſibi Rogerio Siculo, intruſo. Cui dum Innocentius reſiſtere non valeret, vrbe cedit, tranſcenſisque Alpibus Gallias ingreditur: vbi in regno Gallici regis in ciuitate, apud Clarum montem Concilium celebrans, nuncios Lotharii, Conradum Iuuauienſem, Eribertum Monaſterienſem Epiſcopos, obuios habuit. Indeque profectus apud Leodium Belgicæ Vrbem, ſynodum Epiſcoporum conuocans, Regem Lotharium ad defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ inuitauit. Qui nil cunctatus, expoſito tamen prius modeſte, in quantum regnum amore Eccleſiarum attenuatum, inueſtituram eorum quanto ſibi diſpendio remiſerit, auxilium Romanæ Eccleſiæ promittit.* Quantum vero S. Bernhardus nocuerit Imperio, docet BERNHARDVS BONÆVALLENSIS in vita S. Bernhardi lib. II. c. I. *Leodium Dominus Papa Romanorum Regi occurrit, & honorifice quidem ſuſceptus eſt, ſed velociter obnubilata eſt illa Serenitas, ſi quidem importune idem Rex inſtitit, tempus ſe habere reputans opportunum Epiſcoporum ſibi reſtitui inueſtituras, quas ab Eius Prædeceſſore, Imperatore Henrico, per maximos quidem labores, & pericula multa, Romana Eccleſia vendicarat. Ad quod verbum expauere & expalluere Romani, grauius ſe apud Leodium arbitrati periculum offendiſſe, quam declinauerant Romæ. Nec conſilium ſuppetebat, donec murum ſe oppoſuit Abbas Sanctus. Audacter enim reſiſtens Regi, verbum*

*malignum, mira libertate redarguit, mira auctoritate compeſcuit.* Eadem dicit CONRADVS VRSPERGENSIS *p.*291. Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVI. §. XXIV.*

## §. X.

*Conradus III. qua ratione Imperii Iura exercuerit.*

Nec deſiit iſta inter Impp. atque Papas controuerſia ſub Sueuicis Imperatoribus. Primus ex iisdem Conradus III. iura in Germaniæ Principes, proſcripto Henrico Superbo, Bauariæ, Saxoniæque Duce potentiſſimo ſatis exercuit. * Dum autem Papæ creſcenti Imp. potentiæ aduerſarentur, exorta fuerunt Güelphorum Gibellinorumque factiones, quorum illi Papæ, hi Imp. fauerent. ** Nec deerant ipſi Romani, qui Priuilegia vrbis atque Iura Imperii in priſtinum reuocare conabantur, Imp. ad hoc inuitantes. *** Hic occaſione ipſi data, non, prout debuit, vſus, **** anſam dedit, vt Romani ipſi Patricium conſtituerent, cui omnia ſubiecerunt, ***** qui tamen Eugenio Papæ cedere neceſſum habuit. ******

* OTTO FRISINGENSIS lib. VII. c. XXIII. *Itaque Conradus Rex in Pentecoſte curiam in præfata ciuitate, vt condictum erat, cum maximo regni faſtigio & maximo conuentu Principum habuit: vbi omnes, Saxones ſimul cum viduata imperatrice Richinza venientes, vltro ſe ſuæ ditioni ſubdidere. Solus ex Principibus Dux Henricus regalia ſeruans, aberat, ad quæ reddenda in feſtiuitate Apoſtolorum Petri & Pauli dies ei præfigitur Ratisbonæ. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promiſſis reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus, infecto pacis negocio, ſine gratia eius receſſit. Cumque multis modis homo præpotens & animoſus, ſed nutu Dei humiliatus, miſericordiam peteret, nec impetraret: tandem iudicio quorundam Principum apud Herbipolim proſcribitur, ac proxima natiuitate Domini in palatio Goslarienſi ducatus ei abiudicatur. Et mirum dictu, Princeps ante potentiſſimus & cuius auctoritas (vt ipſe gloriabatur) a mari vsque ad mare, id eſt, a Dania vsque in Siciliam extendebatur, in tantam in breui humilitatem venit, vt pene omnibus fidelibus & amicis ſuis in Baioaria a ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tantum comitatus ſociis in Saxoniam veniret.* Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVII. §. II.*

** OTTO FRISINGENSIS de geſtis Friderici Barbaroſſæ lib. II. cap. II. *duæ in Romana vrbe, apud Galliæ, Germaniæue fines famoſæ familiæ hactenus fuere: vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Aldorfio: altera Imperatores, altera Magnos duces producere ſolita.* ALBERTINVS MVSSATVS Ludouico Bauaro p. 75. *in duas partes ſecta Chriſtianitas erat noſtra, & paucos inueniſſe contingens fuerit per hanc præcipue noſtram Italiam, quos vna ex duabus optio non inquinauerit, aut illa, quam aiunt, Gibelenga, vel Gelfa. Hæc enim a tempore Friderici II. vocabula duo inſeparabilia germina, ſeu potius peſtifera ſchiſmata pullularunt, atque inualuerunt, qui ſemper tenuere Italiam inquietam.* Vid. plenius Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XVII. §. IV.*

*** Extat Epiſtola Romanorum ad Regem, apud OTTONEM FRISINGENSEM *de geſtis Friderici I. lib. I. cap. XXVIII.* in qua: *Et quidem Regnum & Imperium Romanorum, veſtro a Deo regimini conceſſum, exaltare atque amplificare cupientes, in*

*cum*

*eum ſtatum quo fuit tempore Conſtantini & Iuſtiniani, qui totum orbem vigore ſenatus, & populi Romani ſuis tenuêre manibus, reducere, ſenatu pro his omnibus Dei gratia reſtituto, & eis qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Rom. Imperio ſubripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea quæ Cæſari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque vnanimiter ſatagimus, atque ſtudemus.*

**** OTTO FRISINGENSIS c. I. *At Chriſtianiſſimus Princeps huiusmodi verbis ſine næniis præbere aures abnuit: quinimo venientes ad ſe ex parte Rom. Eccleſiæ viros magnos & claros, quorum vnus Guido Piſanus, eiusdem Curiæ Cardinalis & Cancellarius erat, renouationemque antiquorum priuilegiorum ſuorum poſtulantes honorifice ſuſcepit, & honeſte dimiſit.*

***** OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. VII. c. XXXI.* Epiſtolam Lucii Papæ ad Conradum Imp. refert, in qua: *Populus enim Romanus nullas inſaniæ ſuæ metas ponere volens, Senatoribus quos ante inſtituerunt, Patricium adiiciunt, atque ad hanc dignitatem Iordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi ſubiiciuntur. Deinde Pontificem ſuum adeunt, ac omnia regalia eius tam in Vrbe, quam extra poſita, ad ius Patricii ſui repoſcunt: cumque more antiquorum Sacerdotum, de decimis tantum, & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes, de die in diem animam iuſti affligere non timuerunt.*

****** De hoc OTTO FRISINGENSIS *lib. VII. c. XXXI. XXXIV.* S. H. Germ. *diſſ. XVII. §. XI.*

## §. XI.

Magnus inter Impp. erat Fridericus Barbaroſſa qui Maieſtatem Imperii in priſtinum reſtituere magnis auſibus fuit conatus. Siue enim Conſtitutionem Epiſcoporum ab ipſo adhuc exercitam dum Wichmannum a. 1152. Magdeburgenſibus, Papa licet contranitente, * Fridericum a. 1156. Colonienſibus ** Conradum & Chriſtianum a. 1163. Moguntinis *** Archiepiſcopum daret, conſideres: ſiue quod ignominioſum illud ſupplicium canis portationis reduxerit, **** ſiue reuerentiam, quam Græci Impp. aliique Europæ Reges ipſi exhibuerint: ***** ſiue Maieſtatem Imperii, quam in Polonos, Vngaros, Danos atque Bohemos exercuit: ****** ſiue quod Itali ipſi Regalia dimittere fuerint coacti: † ſiue, quod in Comitiis Herbipolitanis a. 1165. Paſchalem III. Papam confirmauerit: †† ſiue quod Henricum Leonem ad trina Comitia vocatum, tandem Ducatibus priuauerit: ††† ſiue quod Duces Slauorum vna cum Pomerania, antea liberos, ſub Imperii iura redegerit, †††† ſane vbique magnus erit. Immo, nec animus deerat, reſtituendi in priſtinum Maieſtatem Imperii, conſeruandique, ni ab Italis varie exagitatus, a Germaniæ vero Principibus, qui potentiæ ipſius incrementa metuebant, deſtitutus, tandem maximo iuris Imperii detri-

*Status Iuris Publici ſub Friderico Barbaroſſa.*

detrimento, Alexandro III. Papæ ſeſe ſubmittere fuerit coactus. Hoc ipſo tantum compreſſa fuit a Papa Imp. auctoritas, vt anſam daret fabulæ, quod pede collum Friderici calcaſſet Alexander. †††††

* OTTO FRISINGENSIS de geſtis Friderici lib. II. c. VI. *Circa idem tempus Magdeburgenſis Eccleſia, quæ Saxoniæ metropolis eſſe dignoſcitur, paſtore ſuo viduata, ad electionem faciendam reſedit. Dumque alii eiusdem Eccleſiæ præpoſitum Gerardum, alii Decanum eligerent: diuiſis hinc inde perſonis, Regem adhuc in Saxonia morantem, adire diſponunt. Quos dum multis modis ad vnitatem, & vinculum pacis Princeps reducere ſatageret, ac proficere non valeret, alteri parti, id eſt, Decano cum ſuis perſuaſit, vt Guicmannum Cicenſem Epiſcopum, virum adhuc iuuenem, ſed nobilem eligerent: eique accerſito, regalia eiusdem Eccleſiæ conceſſit: Tradit enim Curia, & ab Eccleſia, eo tempore quo ſub Henrico quinto de inueſtitura Epiſcoporum deciſa fuit inter regnum & ſacerdotium controuerſia, ſibi conceſſum autumat, quod obeuntibus Epiſcopis, ſi forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrii eſſe, Epiſcoporum quem voluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere: nec electum aliquem ante conſecrandum, quam ab ipſius manu regalia per ſceptrum ſuſcipiat.* Quam grauiter autem hoc tulerit Eugenius Papa, teſtatur ipſius epiſtola apud OTTONEM FRISINGENSEM *lib. II. cap. VIII.* Aſt, ipſo defuncto, & ſurrogato ipſi Anaſtaſio ait OTTO FRISINGENSIS lib. II. c. X. *Verum Princeps miſſis ad Anaſtaſium cum Guicmanno nunciis, non ſolum facti ſui ratihabitionem, ſed etiam pallium obtinere eum fecit: non ſine quorundam ſcandalo, qui ne vnquam id fieret, immobiliter fixum Romanos tenere a proprio ipſorum ore audierant. Exhinc non ſolum in ſecularibus, ſed & in Eccleſiaſticis negotiis diſponendis, auctoritas Principis plurimum creuit.*

** OTTO FRISINGENSIS libro ſecundo exeunte. *Enimuero antequam hæc Curia* (Ratisbonenſis) *terminaretur, præſentatis ſibi iterum de Colonienſi Eccleſia vtrisque partibus alteram electionem, eam videlicet quæ a Canonicis maioris Eccleſiæ facta fuit, validiorem indicans, Fridericum Adolfi Comitis filium, de regalibus inueſtit, ſicque eum a Romano Pontifice conſecrandum ad Vrbem miſit,*

*** GODEFRIDVS Monachus ad a. 1163. *Imperator curiam celebrem apud Moguntiam habuit, & quosdam conuictos de interfectione Archiepiſcopi Arnoldi, digna vltione multauit, & ad reprimendam ciuium inſolentiam murum deſtrui ciuitatis mandauit. Quendam etiam cognatum ſuum nomine Conradum Epiſcopum eis ſuo arbitrio præfecit, qui nec multo poſt contra Imperatorem ſentiens, ſponte Epiſcopatum tanquam pro iuſtitia deſeruit, & ad partem Alexandri Papæ, eo quod ſibi probabilior videretur, tranſiuit. Vnde Imperator Chriſtianum, Cancellarium ſuum in eius loco ſubrogauit.*

**** Vide capite ſuperiori §. IV.

***** Patet hoc ex Comitiis Herbipolitanis a. 1157. apud RADEVICVM lib. I. c. VI. *Non multo poſt apud Herbipolim ciuitatem, Conſtantinopolitani Imperatoris legati coram Principe cum muneribus ſuam peragunt legationem.* Cap. VII. *Ibidem tunc affuere etiam Henrici Regis Angliæ miſſi, varia & precioſa donaria, multo lepore verborum adornata præſentantes.* Ibidem adducuntur litteræ Henrici, Anglorum Regis ad Fridericum Imp. in quibus: *Regnum noſtrum, & quicque vbique noſtræ ſubiicitur ditioni, vobis exponimus, & veſtræ committimus poteſtati, vt ad veſtrum nutum omnia diſponantur, & in omnibus veſtri fiat voluntas Imperii.* Cap. VIII.

*Aderant*

*Aderant præterea diuerſarum nationum, vtpote de Dacia, Pannonia, Italia, ſeu de Burgundia, diuerſæ legationes, quarum portatores ſe mutuo videntes, atque certatim munera & ſupplicationes afferentes, ſinguli ſingulis ſtuporem pariter & admirationem addidere.*

****** De hoc RADEVICVS *lib. I. c. XII. XIII.* S. H. G. *diſſ. XVII. §. XXIX.*

† RADEVICVS lib. II. c. V. *Deinde ſuper iuſticia regni, & de regalibus, quæ longo iam tempore ſeu temeritate peruadentium, ſeu neglectu Regum Imperio deperierant, ſtudioſe diſſerens, cum nullam poſſent inuenire defenſionem excuſationis, tam Epiſcopi, quam primates & ciuitates, vno ore, vno aſſenſu, in manum Principis regalia reddidere, Primique reſignantium Mediolanenſes extitere. Requiſitique de hoc ipſo iure quid eſſet, adiudicauerunt Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, Monetas, Telonia, Fodrum, Vectigalia, Portus, Pedatica, Molendina, Piſcarias, Portus, omnemque vtilitatem ex decurſu fluminum prouenientem: nec de terra tantum, verum etiam de ſuis propriis capitibus cenſus annui redditionem. Hisque omnibus in fiſcum adnumeratis, tanta circa priſtinos poſſeſſores vſus eſt libertate, vt quicunque donatione Regum aliquid horum ſe poſſidere inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio, & regni nomine id ipſum perpetuo poſſideret. Ex his tamen qui nullo iure, ſed ſola præſumptione de regalibus ſe intromiſerant, XXX. millia talentorum, plus, minusue reditibus publicis per ſingulos annos acceſſere.*

†† GODEFRIDVS Monachus *ad a.* 1165. S. H. G. *diſſ. XVII. §. XLII.*

††† De hoc negotio plenius dictum fuit in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ *diſſ. XVII. §. XLVIII.*

†††† SAXO GRAMMATICVS *lib. XVII. p.* 375. S. H. G. *diſſ. XVII. §. XLIX.*

††††† De hoc plenius S. H. Germ. *diſſ. XVII. §. XLVII.* Initium fabulæ ex male intellecto Chronico Montis Sereni ducitur p. 47. *Alexander Papa in vigilia B. Iacobi præſentibus Cardinalibus & infinita multitudine Epiſcoporum & Abbatum & Principum ſecularium & populorum Venetiis ante monaſterium S. Marci Imperatorem in ſeculo reconciliationis ſuſcepit mortuo iam Paſchali antipapa, & Iohanne, qui ei ſucceſſit, depoſito. Et hæc dies reconciliationis ab ipſo & Imperatore & clero & populo ſolemniſſime peracta eſt. Huius autem concordiæ reformandæ præcipuus cooperator fuit VVichmannus Archiepiſcopus, cuius induſtria Imperatoris animoſitas ad tantam manſuetudinem deducta eſt, vt in condemnationem erroris ſui coram ſummi Pontificis pedibus proſterneretur. Fertur autem, quod cum ſubleuandi eum Papa morem faceret, Fridericus Orientalis Marchio qui cum Imperatore aderat, quaſi cum querela & redargutione exclamauit, cur imperialem auctoritatem tanta iniuria ſubieciſſet? Papa vero idioma Teutonicum non intelligens, inquiſiuit, quid diceret Alemannus? quod cum didiciſſet, feſtinus accedens, Imperatorem ſubleuauit & ad oſculum ſuum erexit.*

## §. XII.

Henricus VI. Imp. iura adhuc circa Epiſcoporum conſtitutionem exercuit, * nouam etiam Germaniæ faciem induere conatus fuit, dum Imperium reddere vellet hæreditarium, ſed conatu fruſtraneo. ** Papæ vero potentiam plurimum promouit diſſidium illud inter Philippum Sueuum atque Ottonem IV. de electione, dum Principes paterentur, vt Papæ ſe huic negotio

*Status I. P. ſub Henrico VI. Philippo, Ottone IV. Friderico II.*

immiſcerent. *** Potentia non deerat Friderico II. Imp. immo nec animus, reſtituendi Iura Imperii **** ni Papæ Principesque Germaniæ, penes quos Sueuicæ domus potentia erat exoſa, hanc in medio victoriarum curſu, dum Regnum Hieroſolymitanum recuperaſſet, infringere fuiſſent conati. Sedatis licet Italiæ turbis, Imp. tamen derelictus a Germaniæ Principibus, atque a diuerſis Papis, potiſſimum ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi a. 1245. diris deuotus, miſeram vitam in caſtro Apuliæ Florentino a. 1250. finiuit. *****

* GODEFRIDVS Monachus ad a. 1192. *In octaua Epiphaniæ curiam VVormaciæ habuit, Vbi electo Colonienſi iura Epiſcopatus ſui, duosque Ducatus conceſſit. VVirziburgenſibus Epiſcopum præfecit. Alberto Leodienſe electo ibidem ex ſententia Epiſcoporum, & Principum amoto eo quod non canonice intraſſet, Lotharium Brunnenſem præpoſitum ſubſtituit, quem ad audientiam Apoſtolici Albertus ſtatim Vocauit.*

** Hæc S. H. G. *diſſ. XVIII. §. X.* plenius perſecuti fuimus

*** S. H. G. *diſſ. XIX. §. III. ſqq.*

**** PETRVS de VINEIS *lib. III. c. XLIV.* totus eſt in elogiis Imp. atque ſic loquitur: *Hunc ſiquidem terra Pontus, adorant, & æthera ſatis applaudunt, Vtpote qua mundo Verus Imperator a diuino prouiſus culmine, pacis amicus, charitatis patronus, iuris conditor, iuſticiæ conſeruator, patiencia filius mundum perpetua relatione gubernat.* AVENTINVS lib. VII. c. IV. n. 13. *Imperatorem Fridericum ſecundum Cæſarem Auguſtum, haud dubie ſecundum Carolum Magnum, potentiſſimum Vtiliſſimumque Reipubl. Chriſtianæ, atque ſine controuerſia ſapientiſſimum principem fuiſſe, Nicolaus Cuſa, epiſcopus Brixienſis flamen Romanus, Vir Vndecunque doctiſſimus, teſtis eſt, atque Egidius Romanus.* Totus etiam eſt in eius elogiis NICOLAVS CISNERVS.

***** Hæc plenius perſecuti ſumus S. H. G. *diſſ. XX. §. XVI. ſqq.*

## §. XIII.

*Periodus tertia tempore Interregni magni*

Fatale potiſſimum Germanis atque Maieſtati Imperatoriæ fuit Interregnum Magnum, quod poſt mortem Conradi IV. a. 1254. fuit ortum, * a quo tertia Periodus. Plura enim ſibi ſumebant Status, Imperatore legitimo deſtituti, vindicabant ſibi Iura belli Pacisque, poteſtatem legum ferendarum & Superioritatem, quæ dicitur Territorialem. Officiales qui olim fuerant Imperii, poteſtatem eligendi Imperatorem, antea omnibus Principibus communem, ſibi ſolis tribuebant. Incrementa capiebant Ciuitates Imperiales & Nobilitas Immediata. Id quod, dum Germania ſine capite eſſet, plures Ducum familiæ eſſent extinctæ, omnino facillimum. ** Et dum Comitia atque Iudicia Imperii ceſſarent, exortæ fuerunt Auſtregæ conuentionales & gentilitiæ, *die gewilkührten und Stamm-Austräge.* ***

* Licet

* Licet enim vel a Friderici II. depoſitione, atque a. 1245. vel ab huius morte a. 1250. vel a Richardi, Anglorum Principis in Angliam reditu, magni Interregni initium reputent, cum tamen nec Papa, nec Concilium Imp. deponendi habuerint facultatem, atque extincto Friderico II. Conradus IV.团ſupereſſet, electus Rex Romanorum legitimus, ideoque deſtinatus ſucceſſor, cui ideo poſt Friderici mortem ius erat legitimum ſuccedendi, poſt ipſius mortem demum Interregnum incoandum eſſe adſeruimus in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ *diſſ. XXII. §. I.* Durauit illud igitur ab anno 1254. quo defunctus fuerat Conradus, vsque ad electionem Rudolphi Habsburgici factam a. 1273.

** Explicata hæc fuerunt vberius in diſſertatione *XXII. §. XII. ſqq.* Syntagmatis Hiſtoriæ Germanicæ.

*** Synt. Iuris Publici *diſſ. XXIV. §. XXXVI.*

## §. XIV.

*Status Iuris Publici ſub Rudolpho Habsburgico.*

Durauit hoc Interregnum, vsque dum communi Electorum conſenſu, in Imp. electus fuiſſet Rudolphus Habsburgicus. Huic ſub initium ſtatim Regiminis animus erat, priſtina Iura Imperii, quæ potentia Statuum nimium decreuerant, ſibi vindicandi. * ſed cum prudens Princeps perſpiceret, malo tantum inueterato medelam adferri non poſſe, ſibique potius in tanta Principum potentia periculum immineret, deſtitit a propoſito, nec Iura Italiæ reſtituere auſus, hæc potius dereliquit; Ciuitatibusque Italiæ libertatem vendidit, immunitatemque a præſtationibus Imperii. ** Iura tamen Imp. in Ottocarum Bohemiæ Regem exercuit, *** pacem publicam in Comitiis Herbipolitanis a. 1287. Receſſu Teutonico firmauit, quæ in Comitiis Egranis a. 1289. & Spirenſibus a. 1291. fuit confirmata. ****

* Patet hoc ex eo, quod tanto rigore ab Electoribus, Principibusque fidelitatis iuramentum exegerit, de quo H. STERO Annalibus ad a. 1273. *qui Rudolphus ſtatim exegit a Principibus clericis & laicis fidei iuramentum. Quod cum recuſarent propter ſceptri abſentiam, ipſe electus ſignum crucis accipiens talia dixiſſe fertur: Ecce ſignum in quo nos & totus mundus eſt redemptus & hoc ſigno vtamur loco ſceptri. Et deoſculata cruce omnes Principes tam ſpirituales quam ſeculares, ipſam crucem loco ſceptri oſculantes, recipientes feuda, ſibi fidelitatis iuramentum præſtiterunt.* EBERHARDVS *ad a.* 1273. ROO *p.* 15. FVGGER *p.* 81.

** De hoc S. H. G. *diſſ. XXIII. §. XXIX.*

*** De hoc S. H. G. *diſſ. XXIII. §. XIV. ſqq.*

**** Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XXIII. §. XXVII.*

## §. XV.

*Status Iuris Publici ſub Adolpho Naſſouio, Alberto Auſtriaco, Henrico VII*

Quod Rudolphus Habsburgicus non perfecit, nec, qui ipſum ſubſecuti fuerunt Imperatores, efficere valuerunt. Neque enim dignitatem Imperatoris defendere poterat Adolphus Naſſouius, quin potius ipſo reprobato, eligeretur Albertus Auſtriacus, * qui

dum Telonea ad Rhenum, ad Imperii domanium olim ſpectantia, nunc vero a quibusdam Principibus poſſiderentur, vindicare auſus, horum inuidiam expertus, quos tamen bello adgreſſus, eo adegit, vt pacem atque veniam ſupplices peterent. ** Maiori conatu Iura Imperii contra Italos iterum vindicare auſus fuit Henricus VII. Lützenburgicus, iure ſuo in Robertum Siculum vſus, quem maieſtate Imperatoria proſcripſit, eundem armis debellare tentans. *** Aſt, ſcelerata manu, a Bernhardo de Montepeluciano, Dominicano, qui a Florentinis dicitur fuiſſe ſubornatus, hoſtia venenata fuit interemtus. ****

* CHRON. COLMAR. p. altera p. 56. *quidam ex Principibus Electorum Regis, ſcil. Archiepiſcopus Moguntinus, Dux Saxoniæ, & Dux de Brandeburc, videntes, quod Adolphus, Rex Romanorum, nollet Regnum ſecundum eorum regere voluntatem, taliter ſibi mutuo loquebantur &c.* Clarius adhuc M. CHRON. BELGICVM p. 271. *cum vero negligentius ſe ad principes, qui eum in culmen tanti honoris euexerant, gereret, conſilia eorum poſtponens, & militaris ordinis homines eis præponens, in odium eorum incurrit. Vnde Gerardus Moguntinus, & cæteri nobiles ſuperiorum partium, indignatione commoti, illuſtrem Ducem Auſtriæ nomine Albertum, filium quondam Regis Rudolphi euocauerunt, vt regnum obtineret.* Plenius de hac depoſitione, eiusdemque cauſſis S. Hiſt. Germ. *diſſ. XXIV. §. VII. VIII.*

** S. H. G. *diſſ. XXIV. §. XVIII.*

*** ALBERTINVS MVSSATVS Hiſt. Henrici VII. libr. XIII. rubr. IV. *interea Cæſar Piſis Curia in auditoriis diſpoſita, contumeliarum impatiens quas Robertus Apuliæ Rex ſibi, ac ſuis terra marique, vt iam in patulum aduerſarius intulerat, diſcuſſisque ſolemni Concilio contra illum articulis ad tribunal conſiſtens tulit in hac forma, ſententiam.* Sequitur inde ipſa proſcriptionis ſententia. H. STERO ad a. 1313. *& tandem Regem Siciliæ ſibi rebellem crimen læſæ maieſtatis declarauit incurriſſe, & ipſum Regem ad pœnam capitis condemnauit.* Plenius S. H. G. *diſſ. XXV. §. XIII.*

**** De hac morte vberius S. H. G. *diſſ. XXV. §. XV.*

## § XVI.

*Status I. P. ſub Ludouico Bauaro.* Ab Henrici VII. morte turbatus Italiæ Status, dum Itali ſe Germanico Imperio ſubducere penitus conarentur. Gibellini lugerent, Guelphi de morte Imp. admodum lætarentur. * Accedebat diſſidium electionis inter Fridericum Auſtriacum atque Ludouicum Bauarum, cui ſe facile immiſcebat Ioannes XXII. Papa, ** qui etiam Ludouicum Imp. cuius potentiam, quam in Italia tunc exercere conabatur, metuebat, quem Auenionem citat, non comparentem, banno notat, *** & cum Principibus quibusdam conſpirat, de Carolo Pulcro, Gallorum Rege in Imp. promouendo. **** Verum, Imp. cum Electorum Principumque quorundam conſenſu, primum Renſæ, ***** dein Francofurti, ****** 1338. decernit, hunc

Digitized by Google

hunc verum eſſe Imperatorem, qui a Septemuiris electus, licet a Papa nec coronatus, nec adprobatus. Tunc in Iura Imperii inquiri cœptum eſt, de poteſtate regia ſcilicet & papali. Præcipue GVILIELMVS OCCAM, DANTES ALIGHERIVS, MARSILIVS PATAVINVS, RADVLPHVS de COLVMNA, atque LVPOLDVS de BABENBERG iura Imperii contra Papam ſtrenue ſatis defenderunt. † His non obſtantibus, Papa magnis turbis agitabat Ludouicum, vt, dum quidam Electores ipſi minus fauerent, depoſito eodem, Carolus IV. eligeretur, quo ipſo in tantum turbatus Ludouicus, vt a. 1344. per Humbertum Delphinum Papæ obedientiam promitteret, ac perſonam, ſtatum & bona, immo ipſum Imperium arbitrio Papæ relinqueret: †† quo conſilio tamen odium Statuum incurrit, qui hoſce articulos in Comitiis Francofurtenſibus eiuſdem anni reprobarent, eo quod vergerent in Imperii deſtructionem. †††

* ALBERTINVS MVSSATVS de geſtis Italicorum poſt mortem Henrici VII. lib. I. ineunte, Statum hunc ſatis graphice depingit, ſcribens: *Poſt Henrici VII. Cæſaris internecionem, qui illum ſecuti fuerant Gibolengi, Albique, Aretium; Aretini, Turdentum Turdensini, Spoletum Spoletini, Caſulas Caſulani; Piſas Piſani; Gallias Gallici, per Italiam Italici terrore ſupremo, formidineque offenſorum Populorum ad ſuas, amicasque ſinguli terras confugerent. Fuſi, diſperſique multi Municipum, qui ad Cæſarem primis tumultibus defecerant, Caſtella, Municipiaque ſupplices primis Communitatibus reddidere. Fauentes Imperio Ciuitates, Præfectos, Vicariosque communis terror inuaſit ſimul, & moeror, amiſſi tanti faſtigii, tantæue ſublimitatis Capitis. At aduerſorum affectuum Populos Primoresque, quos bello defeſſos agitatio Imperialis oppreſſerat, incomparabilis extulit exultatio. Et o diſcors rebus communibus ſic abuſa humana ſocietas? Huius quippe Regis interitus hos ad lucem e tenebris; illos ab luce conicit in tenebras. Hi veſtes lacrimis reſperſere; lugubres affectus illi dulcibus extulere latitiis, Zelatores Imperii Ciuitates functum triſtibus proſecutæ lamentis, luculentos nutibus, ac geſtibus oſtendere ſucceſſus, parum ſcientes rebus humanis in tanta alluſione fortuna: at per ceteras, qualis ante non fuerat, oſtenſa felicitas. Expiatam mundo cladem ſupplices Matres vocitantes ſacra piis muneribus inſtaurabant altaria: Clerus ſublatis Crucibus longo cætu cum Laicorum Ordinibus Vrbes ambibat præcedentibus mitratis Antiſtitibus, Summo vti placato Deo laudes Pſalmorum concentu conclamans datori pacis poſt tanta calamitatis anguſtias: Ardentes noctu faces Vrbes luſtrabant ſolaribus æquata fulgoribus: Nouis amicti veſtibus Populi equorum, haſtarumque variis inſtitere proludiis: Per Vicos, & fora fœminarum cœtus laxis exultauere virorum licentiis: Clauſo iuſtitio forenſes ſiluere cauſæ, & ſingulis tacuere iudicia apertis ex indulgentia lata carceribus: Acta ſublimes Bartholomæo laudes Apoſtolo, exenniaque decreta in eius annua feſtiuitate perpetua, qui in lapſos populos Imperii cruciatibus iam bis Apoſtolica pietate proſpexerit, fuſo Corradino de Stoph, & hoc Henrico vita ſublato. Sic veluti mutatis Mundi vicibus mutati ſingulorum affectus, & diuerſæ Mundi facies Gentes alterauit Italicas.*

** GERH. a ROO Ann. Auſtr. lib. III. pag. 86. *accedebat ad hæc pontificis grauis ira contra quem vt ſe communiret, principibus aſſidue pro Friderico ſollicitantibus, aliquid dandum erat. Præterea nonnulla in Alſatia & vicinis locis ciuitates, partim cenſura Eccleſiaſtica, partim Auſtriacorum opera inducta, ab eo defecerant.*

*** NAVCLERVS vol. II. Gen. XLV. p. 996. *Vnde anno* 1323. *Ioh. Papa in publico conſiſtorio Auinione protulit ſententiam execrationis in Ludouicum Bauarum, pro eo, quod miſerat iam copias ſuas in adiutorium Galeatii & fratrum eius qui tyrannice dominabantur Mediolani, opponendo eidem Ludouico; quod non erat ei licitum vti officio Imperatoris, quousque erat confirmatus ab Eccleſia: deditque ei terminum trium menſium, infra quem renuntiare deberet electioni de ſe factæ, & quod veniret perſonaliter, ſi vellet ſe excuſare de eo, quod fauorem præſtiterit hæreticis, ſchiſmaticis & rebellibus Eccleſiæ. Inſuper priuauit omnes clericos, qui ei præſtarent conſilium, auxilium & fauorem.* Ipſum Edictum Papale exhibet HERWARTVS ab HOHENBVRG *in Ludouico Bauaro defenſo pag.* 195. Plenius de hac cauſſa egimus in Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XXVI. §. XVI.*

**** VILLANVS lib. IX. cap. CCLXVIII. *eodem anno, cum Galliæ Rex Carolus ſpe defraudatus eſſet, cum pontifice aliisque Germaniæ proceribus tractare non deſiit, vt propter duorum in Regem Germaniæ electorum inter ſe diſſenſiones, ipſe in Regem Romanorum eligeretur. Hac eadem ſpe conuentum indixit Bari extra Albam in Burgundia in imperii confinibus, quo Rex Boëmus affinis ſuus, maiorque Electorum imperii pars, multique proceres præſulesque Germaniæ conuenire debebant; & cum ipſe dicto die parlamenti ſeu colloquii cum multis Baronibus illuc veniſſet, neminemque prædictorum procerum præſulumque, præter Leopoldum Auſtriæ ducem ibi reperiſſet: magna id ſibi ducens ignominiæ, ſummo dedecore ab incepto ſuo abiens, cum ſe a Baronibus Alemanniæ deluſum videret, in Galliam reuerſus eſt.* Vid. S. H. G. *diſſ. XXVI. §. XVII.*

***** Extat hoc decretum Renſenſe apud GOLDASTVM *Tomo III. p.* 409. in quo hæc verba: *a Curiatis igitur Heptarchis, rebus impoſitus, continuo more maiorum, atque iure gentium, Rex eſt & vocatur. Ipſum contra Maieſtatem Reip. decus Imperii, Legatos ad Sacerdotem Roman. vt author fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere, eidem iureiurando fidem aſtringere, atque petere ab eo Vſum Regii diadematis religio eſt: nullum harum rerum ius omnino eſt Paſtori, qui ſeruus ouium eſt & in conſecrando Domino gregi ſeruit. Quippe iure ſuffragiorum, beneficio Electorum, atque populi quisque imperat.* Tandem hoc decretum verbis hiſce finitur: *Vt autem poſthac huiuscemodi malis euitatis, auguſta pace, feſta quiete, populus Chriſtianus fruatur, ex Conſilii decreto, hocque plebiſcito decernimus, quæ ſupra ritu ſolenni, religione adacti, cenſuimus, perpetuo ſancimus edicto, nimirum ex ſolo electionis beneficio, omnem poteſtatem Imperiumque proficiſci, nec vllo pacto Pontificis Romani in hac re, ſanctimonia, flaminio, authoritate, conſenſu, opus eſſe. Quicunque aliter docuerit, ſenſerit, factitarit, crimine læſæ Maieſtatis reus, hoſtis Reipublicæ atque proſcriptus eſto, capite pœnas ſoluito, bona eius publica ſunto, prædia infiſcentur.*

****** ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 129. *Ann. Domin. MCCCXXXVIII. regni ſui XXIV. Imperii vero XI. die octaua menſis Aug. in Franckfurt vocata Curia, decretum quoddam, de conſilio fratrum minorum, confectum, ſub ſigillo ſuo magno, edidit: in quo inter alia declarauit proceſſus quondam Domini Ioannis Papæ nullos: & quod Papa non poſſit contra Imperatorem talia attentare, cum iurisdictiones ſint*

diſtinctæ

*diſtincta, ianuis ſua Curiæ ſuffigebat cum iurium approbatione, vbi & præcepit per Principes inuadere prædicatores.* Extat illud Decretum apud HENRICVM REBDORFFIVM *ad a.* 1339. Male igitur IO. ADLZREITERVS *Ann. Boic. p. II. lib. III. n.* 38. confundit decretum Renſenſe atque Francofurtenſe, quæ licet de vna eademque re agant, tempore tamen ſunt diſtincta.

† NAVCLERVS vol. II. Gen. XLV. p. 997. *poſtea vero Ludouico non comparente, papa execrauit eum, ac de hæreſi condemnauit, contra adhærentes duriſſimos proceſſus fulminans, a quibus omnibus Ludouicus appellauit. Iſti proceſſus, vt ſcribit frater Hermannus, qui tunc temporis vixit, a quibusdam ſtrictiſſime obſeruabantur, a multis vero inualidi reputabantur: quia dicuntur examinati a doctoribus vtriusque iuris, qui iudicabant eos penitus non valere. Immo Ioannem papam magni & multi theologi ſcientia & vita probati dogmatizabant eſſe hæreticum, propter certos, quos tamen die obitus ſui dicitur tepide reuocaſſe, & ſucceſſor ſuus Benedictus eos errores fertur publice damnaſſe. At propter proceſſus in Ludouicum, graue ſchiſma ortum, quod durauit plusquam* 30. *annis.* AVENTINVS lib. VII. c. XVI. n. 9. ait: *Ludouicum omnes diuini humanique iuris conſultiſſimos in Italia, Germaniis, Galliis, præcipue Bononiæ atque Lutetiæ conſuluiſſe; qui omnes pro Imp. ſcripſerint, præ cæteris Marſilius Patauinus, Ioannes Gadunenſis, Luitpoldus de Bebenburg, Andreas Laudenſis, Vlricus Hangenor, Dantes Aligherius & Guilielmus Ockam, quem ad Ludouicum dixiſſe ferunt: tu nos pugnis, enſe, ferro, armis a ſeruitute aſſere: nos te lingua, calamo, literis, ſtylo, libris, verbis, vindicabimus.* NICOLAVS BVRGVNDVS *in Hiſtoria Ludouici Bauari lib. II. p.* 82. Plures adhue ea de controuerſia habemus Tractatus. In SIMONIS SCHARDII *Syntagmate Tractatuum de Imperiali Iuriſdictione* extant: *Diſputatio inter Clericum & Militem, ſuper poteſtate Prælatis Eccleſiæ atque Principibus terrarum commiſſa, quæ* GVILIELMO OCKAMO *tribuitur.* DANTIS ALIGHERII *Monarchia. Chronica Mag.* IORDANIS. Fr. 10. de PARISIIS *Tractatus de poteſtate regia & papali.* MARSILII PATAVINI *Tractatus de translatione Imperii,* RADVLPHI de COLVMNA *Tractatus de Translatione Imperii.* LVPOLDI de BABENBERG *Tractatus de iuribus Regni & Imperii Romani. Ei. libellus de zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum.* Hos etiam Tractatus Monarchiæ S. Romani Imperii inſeruit MELCHIOR GOLDASTVS, & præter eosdem in Tomo primo reperitur HENRICI CHACHEMII, Monachi Franciſcani & Cancellarii Ludouici *Informatio de nullitate proceſſuum Papæ Iohannis XXII. contra Ludouicum Imp.* GVIL. OCKAMI *Tractatus de iuriſdictione Imp. in cauſis matrimonialibus.* In Tomo ſecundo reperitur AEGIDII ROMANI *quæſtio in vtramque partem, pro & contra pontificiam poteſtatem.* MARSILII PATAVINI *defenſor Pacis,* GVIL. OCKAMI *octo quæſtionum deciſiones ſuper poteſtate ſummi Pontificis.* Eiusdem *dialogus de poteſtate Imperiali & Papali, Ei. Compendium errorum Ioannis Papæ XXII. de vtili dominio rerum eccleſiaſticarum.* MICH. CÆSENATIS *Tractatus tres contra errores Ioannis Papæ ſuper vtili dominio Eccleſiaſticorum.* PETRI CVGNERII *actio coram Rege habita de Iuriſdictione eccleſiaſtica & politica.* MARSILII PATAVINI *de poteſtate Imp. in cauſis matrimonialibus.*

†† Extat Ludouici hæc ſubmiſſio per legatos facta, apud BALVZIVM *Tomo II. Miſcell. p.* 272. in qua hæc verba: *plena deliberatione iterum habita inter eos abſolute & liberaliter ipſum Dominum Ludouicum, ſcilicet perſonam, ſtatum, res, & bona ipſius, poſuerunt in manibus præfati Domini noſtri Papæ, ipſumque & alia ſupra-*

*ſupradicta & eius ordinationi & diſpoſitioni pro omnibus ſupradictis exceſſibus & emenda & ſatisfactione fiendis pro eis & omnibus in littera procuratoris infra ſcriptis contentis totaliter ſubmiſerunt.* ALBERTVS ARGENTORATENSIS *pag.* 133. NIC. BVRGVNDVS *pag.* 168.

††† ALBERTVS ARGENTORATENSIS p. 134. *Quibus articulis principi præſentatis, ipſe eorum copiam vniuerſis Principibus, præſertim Electoribus & magnis ciuitatibus deſtinauit, omnes principes & ciuitates & oppida totius Alemanniæ ad Parlamentum publicum ſuper eiusmodi facto in Franckfurt conuocando. Electores autem Principes, & inferiorum partium magnates, octo diebus ante huiusmodi terminum Coloniæ conuenerunt, huiusmodi articulis ſe opponere concorditer decernentes.* Hinc integrum proceſſum Comitiorum Francofurtenſium deſcribit. Vid. Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XXVI. §. XXVII.*

## §. XVII.

*Sub Carolo IV. certior Iuris Publici Periodus, eademque Quarta oritur.*

Certior nunc in doctrina Iuris Publici, eademque Quarta Periodus oritur ſub Carolo IV. Imperatore. Hic enim per Auream Bullam, primam illam, quæ hodie adhuc obtinet, * Legem Imperii fundamentalem, a ſigillo aureo adpenſo ſic dictam, cuius partem priorem in Comitiis Noribergenſibus anni 1356. alteram vero a Titulo XXIV. ad finem vsque in Comitis Metenſibus eiusdem anni, vtrisque admodum ſolennibus, publicauit. ** Videns enim Imperator, iura Imperatoris atque Imperii in deterius ſemper ruere, disſidia circa electionem, mutato electionis ordine, ſenſim introducto, nulla adhuc lege firmato, hactenus fuiſſe orta, controuerſias eſſe inter Electores de præcedentia, his ſingulis modum præſcribere volens, Imp. Iura adhuc reliqua firmauit, atque electum ab Electoribus eſſe legitimum, certum modum atque rationem electionis coronationisque inpoſterum ſeruandum, iura ordinemque Electorum & quæ ſunt eiusmodi, definiuit, vt ſingula nunc ex lege agerentur. *** Hinc præcipuum idemque authenticum exemplar Francofurti, quem locum electionis deſtinauerat, adſeruari voluit, vt ad illud, exiſtente dubio, facile poſſit recurri. ****

* Leges enim anteriores vel temporariæ erant, vel ſi perpetuæ, prout de Conſtitutione Friderici II. ante diximus, iſtæ turbato Imperii per Interregnum ſtatu, plane fuerant abolitæ, vt Carolus IV. primam hanc Legem perpetuo valituram, hodie adhuc obtinentem publicaret. Sic enim iſte in A. B. Tit. I. pr. *decernimus, & præſenti Edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus*, & Tit. VIII. §. 2. Tit. IX. pr. Tit. VII. fin. *Volumus, immo ipſa decernimus, nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore, & forma indubiam tenere roboris firmitatem.*

** Circa hiſtoriam A. B. huc prolixi eſſe nolumus, quam in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ *diſſ. XXVII. §. XX.* explicatam videmus, atque in Syntagmate Iuris Publici, diſſertione ſexta.

*** Patet

*** Patet hoc partim ex Procemio A. B. in quo: *infra ſcriptas Leges, ad Vnitatem inter Electores fouendam, electionem Vnanimem inducendam, ac deteſtandæ diuiſioni prædictæ, Variisque periculis ex ea ſequentibus aditum præcludendum in ſolenni Curia Nurenbergenſi ſtatuimus.*

**** Hoc vberius declarauimus Syntagmate Iuris Publici, Diſſertatione ſexta §. X.

## §. XVIII.

*Status Iuris Publici ſub VVenceslao, Ruperto & Sigismundo.*

Wenceslai ſocordia vix vtilitatis quidpiam attulit Imperio, quin potius arcanis conſiliis ſuis Principum potentiam infringere fuerit auſus. * Turbatum etiam erat Ruperti Imperium, cui quidem Electores conditiones, quas in Regimine ſuo ſeruaret, præſcribebant, quæ tamen particulares ſaltim erant & pauciores, vt exinde Capitulationum hodiernarum originem, quæ regimini normam præbent, minime ducamus. ** Non defuiſſet Sigismundo Imp. occaſio priſtina iura Imperii in Papam repetendi, turbato tunc per magnum illud Schiſma Papale Eccleſiæ Romanæ ſtatu. Verum, ſatisfeciſſe officio ſuo arbitrabatur, dum auctoritate ſua Conſtantienſe Concilium conuocaret, ipſeque ad illud Epiſcopos cogeret, eidemque præſideret, nihil ſibi alias Iuris in Papam ſumens: potius concedens, vt Io. Huſſus contra datam ab ipſo fidem, fieret captiuus, atque ad mortem condemnaretur: alias potius de Schiſmate tollendo, quam iure ſuo firmando ſollicitus. *** Et dum Imperii Status contra diuerſa Paparum Attentata Grauamina ſua exhiberent, quo faciunt Auiſamenta Conſtantienſia Sigismundo Imp. a. 1416. in Concilio, **** Auiſamenta Moguntina a. 1417. in publico Conuentu eidem exhibita, ***** Imp. equidem per Conſiliarium ſuum Fridericum a Landskron contra hæc Grauamina Reformationem a. 1440. componi fecit, quam ſecuta fuit Reformatio Politica, quæ tamen in effectum haut fuerunt deductæ. ****** Vnicum hoc ipſi debemus, quod a. 1424. Imperii Inſignia ex caſtro Bohemiæ Carlſtein, quo Wenceslaus Imp. eadem tranſtulerat, ob metum Huſſitarum in Viceгradenſem arcem, dictam Plintenberg, poſtea, conſentiente Martino V. atque Bullam deſuper edente, Noribergam transferri iuſſerit, quæ magna cum veneratione ibidem fuerunt excepta atque adhuc adſeruantur. †

* Patet hoc ex Fœdere illo Rheni atque Sueuiæ Ciuitatum quod a. 1381. ipſius auctoritate contra Sueuiæ atque Bauariæ Duces potiſſimum fuit erectum, de quo TRITHEMIVS Chron. Hirſaugienſi ad a. 1380. *ſunt, qui ſcribunt, VVenceslaum*

*Regem occultum huius Ligæ fuiſſe auctorem, vtpote qui poteſtatem Theutonicorum Principum ſemper habuerit ſuſpectam, quam tali modo ſperauerit infirmandam.* Plenius Wenceslai conſilia arteſque deſcripſimus in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ Diſſertatione *XXXVIII. §. VI.*

** Extant hæc pacta & promiſſa Ruperti in APPARATV IVRIS PVBLICI *p.* 71. ſub hac rubrica: *Capitulatio Ruperti Reg. Rom. als myn herre der Künig den Korfürſten verſprochen hat zu halten etliche punckt und artickel hie nach geſchrieben.* Promittit autem Rupertus iisdem, ſe Electorum priuilegia eſſe confirmaturum, Statui Eccleſiaſtico proſpecturum, Mediolanenſem Ducatum Imperio vindicaturum, id quod etiam de Brabantiæ Ducatu, ſi Iohannes Dux fuerit extinctus, promittit, noua Telonia a Wenceslao conſtituta, abrogaturum, Imperium eſſe defenſurum. S. H. G. diſſ. *XXVIII §. XIX.*

*** Hæc ſingula patent ex S. H. G. *diſſ. XXIX. §. X. ſqq.*

**** Extant iſta apud GOLDASTVM *Statutis & Reſcriptis Imperialibus Tomo I pag.* 149. HARDTIVM in Prolegomenis Actorum Concilii Conſtantienſis *Tomo I. cap. XV.*

***** Apud GOLDASTVM *p.* 155.

****** Extat vtraque apud GOLDASTVM *pag.* 170. & *Reichs-Satzungen p. II. pag.* 110.

† CHRON. ELWANG. ad a. 1424. *dominus Rex Hungariæ & Bohemiæ ſanctas reliquias, quas de Boemia in Hungariam tranſtulit, ad Noribergam ciuitatem tranſmiſit. Quæ ibidem plebi in Non. Maii ſunt oſtenſa cum magna ſolennitate.* Plenius hæc exponit CHRISTIANVS ERDTMANNVS *in Noriberga in flore auitæ Romano-Catholicæ Religionis anno* 1629.4. & LVDEWIG *in Noriberga Inſignium Imperialium Tutelari.* S. H. G. diſſ. *XXIX. §. XXX.*

## §. XIX.

*Tentata Reformatio ſub Alberto II. Imp.*

Alberto II. qui Sigismundo ſucceſſit, animus non deerat ordinandi Statum Imperii, indeque celebratis a. 1438. in die S. Galli Noribergæ Comitiis, quæ numeroſo Principum confluxu fuerunt celebrata, quibus facta Conſtitutione ſaluberrima, diffidationes omnes in Imperio aboleuit, Auſtregas, dirimendis Statuum controuerſiis ordinauit, vniuerſam Germaniam, Bohemia excepta & Auſtria, in Circulos Quatuor diuiſit, peculiares etiam in quocunque Circulo publicæ pacis rerumque Imperii Iudicialium Executores eſſe voluit. * Mors tamen Imperatoris inſequenti anno inſecuta omnia interrupit.

* Hanc Conſtitutionem ex Archiuo Argentoratenſi primus exhibet IO. SCHILTERVS *Inſtit. Iur. Publ. Tomo II. Tit. XIX. p.* 239. & ex eo DATT *lib. I. c. XXVI. n.* 13. MVLLERVS *Reichs-Tags-Theatro unter K. Fridrich den III. p. I. c. VII. §.* 9. S. H. G. *diſſ. XXIX. §. XXXVII.*

§. XX.

## §. XX.

*Status Iuris Publici ſub Friderico III. Imp.*

Fridericus III. Imp. qui huic ſucceſſit, poſtulantibus ſic Electoribus, Principibusque, in Comitiis Francofurtenſibus an. 1442. Reformationem dudum deſideratam compoſuit, pacem etiam publicam conſtituit. * Verum, dum commodo ſuo potius proſpiceret, quam Imperio, tantæ auctoritatis non erat, vt medelam adferret malis inueteratis. Immo, ſuperſtitioſus Imperator contranitentibus licet Germaniæ Principum pleriſque, qui potius ad Gallorum exemplum Papale iugum excutiendum eſſe arbitrabantur, ** Nicolao V. Papæ per legatos obedientiam præſtitit, atque indicto Aſchaffenburgi Conuentu in eodem cum Nicolao V. Papa XVII. Februarii 1448. Concordata Nationis Germanicæ concludit, *** de beneficiis Eccleſiaſticis, dum omnium Eccleſiarum, quas in Curia Romana vacare contingat, collationes, ſedi Romanæ reſeruantur, in cæteris Canonica Collatio permittitur, ita, vt confirmatio petatur a Papa, Alternatio ſecundum Menſes ſtatuatur, & pro Annatis certa Taxa ordinetur. **** Hæc, licet non ab omnibus fuerint adprobata, vſus tamen probauit, ne latius Iura ſua Papæ extenderent, ita, vt Imperatores per Capitulationem ad eadem ſe obſtringere teneantur, licet nec ab ipſo Pontifice adeo religioſe fuerint ſeruata, nec a Proteſtantibus vnquam recepta. ***** Si quid ipſi debetur, vnicum hoc eſt, quod per Pacem publicam in Comitiis Francofurti 1486. concluſam, anſam dederit paci perpetuæ a Maximiliano I. poſtmodum firmatæ. ******

* Extat iſta apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcriptis Imperialibus pag.* 203. MVLLERVM *p. I. c. VII. & XII.* & inter KVLPISII *Documenta p.* 129. in Corpore Receſſuum Imperii *p.* 37. DATT *lib. I. c. XXVIII.* S. H. G. *diſſ. XXX. §. VII.*

** Quibus artibus vſus fuerit Aeneas Syluius, vt Electores in fidem Papæ reduceret, latius declarat GOBELLINVS *Comment. ſui temporis lib. I. p.* 12. Vide quæ ex eodem adduximus in S. H. G. *diſſ. XXX. §. XVI.*

*** Licet Nicolaum V. Papam, Aeneæ Syluii artibus inducti, omnes adprobauerint, prout demonſtrauimus in S. H. G. *diſſ. XXX. §. XVII.* non omnes tamen hæc Concordata, quæ Papæ nimium fauere viderentur, adprobarunt. Patet hoc, ex initio Concordatorum: *Nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex illuſtris, &* NONNVLLI *alii dilecti filii, eccleſiaſtici, & ſeculares principes inclytæ nationis Germanicæ ex vna.*

**** Impreſſa hæc Concordata fuerunt Coloniæ apud Io. Gymnicum a. 1597. Extant etiam apud GOLDASTVM *Tomo I. p.* 408. *Statutis atque Reſcriptis Imperialibus p.* 207. & *Reichs-Satzungen Tomo II. p.* 153. LEIBNITIVM *Tomo I. Codicis Iuris Gentium p.* 396. MVLLERVM *Reichs-Tags-Theatro p. I. c. XXVII. §. VII.* Acceſſerunt

IO. SCHILTERI Inſtitutionibus Iuris Canonici. Hiſtoriam Concordatorum expoſuit CASPAR HEDIO *in Chronico lib. II. c. XXI.* GOLDASTVS *in Rationali f.* 116. MVLLERVS *c. l.* & prolixius ADAMVS CORTREIVS *in Obſeruatis Hiſtorico-Politicis in Concordata Nationis Germanica.* Vid. S. H. G. *diſſ. XXX. §. XVII.*

***** Adprobantur hæc Concordata per Capitulationem Caroli V. *art. XVI.* Ioſephi *art. XVIII.* Caroli VI. *art. XIV.* ſalua tamen in omnibus pace Religionis & Weſtphalica. In Tractatibus equidem Pacis Weſtphalicæ Status Proteſtantes eadem aboleri plane volebant, hoc etiam obtinuerunt, vt in ipſorum terris ceſſarent *art. V. §. XIX.* Vid. Synt. Iuris Publici *diſſ. X. §. XXVII.*

****** GERH. a ROO Annalibus Auſtriacis p. 502. *Inde die XVII. Martii Fridericus pacem & concordiam per omnes Imperii ditiones, inter principes, reliquosque ordines, ad decennium ſeruandam, inſtituit, vt prohibito armorum vſu, res omnes, æqua iuris diſceptationi committerentur, qui contra faxit, is hoſtis reipublicæ proſcriberetur, in cuius vitam, bonaque & fortunas omnes, cuique graſſari integrum eſſet.* Extat dicta pax apud LEHMANNVM *lib. VII. c. CXVII.* KVLPISIVM *p.* 150. MVLLERVM *p. VI. c. IV.* Vid. S. H. G. *diſſ. XXX. §. LV.* Facit ad hæc tempora PETRVS de ANDLO *de Imperio Romano-Germanico* libris duobus, qui cum notis MARQVARDI FREHERI, *Argentorati* 1612. 4. & *in Repræſentatione Reipubl. Germanicæ* extant, *Noribergæ* 1657. 4.

## §. XXI.

*Sub Maximiliano I. Quinta Periodus Iuris Publici.*

A temporibus vero Maximiliani I. Imperium Romano-Germanicum in præſentem Statum formamque fuit reductum. Ipſi enim debemus Conſtitutionem de Pace Ciuili. Poſtquam enim ſub initium ſtatim Regiminis pacem Francofurtenſem a Friderico III. Imp. a. 1486. ad decennium concluſam ad triennium prorogaſſet, * nondum elapſo iſto in Comitiis Wormatienſibus anni 1495. de publica Pace per Imperium ſeruanda, ſtatutum eſt, quæ dicitur *der Kœnigliche Landfriede zu Worms,* ** eademque Statuum conſenſu fuit adprobata. *** Per eandem in perpetuum abolitas diffidationes Germaniæ tantum fatales, **** in qua anteriores Imperatores a tot ſeculis fruſtra laborauerant. ***** Hanc Conſtitutionem, Pacis Ciuilis ſequebatur Inſtitutio atque Ordinatio Iudicii Cameralis, eodem anno ad tuendam pacem publicam facta, vt abolitis nunc diffidationibus, Imperii Status coram eodem controuerſias inter ſe diſceptarent. ****** Ipſi a. 1500. debetur Ordinatio Regimenti Imperii, quod tamen ſub Carolo V, iterum deſiit. † Nec minorem ad reprimendos Germaniæ motus vtilitatem Maximilianus attulit, vniuerſum Germaniæ Territorium in certos Circulos diuidendo, vt in ſingulis ſecundum ordinem ab ipſo præſcriptum, motibus eo certius obuiam iretur. Prima Diuiſio a. 1500. in ſex Circulos ſaltim fuit facta,

Fran-

Digitized by Google

Franconicum, Bauaricum, Sueuicum, Rhenanum, Saxonicum & Weſtphalicum. †† Præluſiſſe in hoc Maximiliano videtur priſtina illa Germaniæ diuiſio in quinque Populos, Francos, Boios, Alemannos, Lotharingos, Saxones, qui totidem formabant Circulos, quibus ſextum addidit, Weſtphalicum, dum Weſtphalia ſub Saxonibus olim comprehenſa, proſcripto a Friderico Barbaroſſa Henrico Leone Saxoniæ Duce ſeparatas plane acceperit rationes. ††† Cum vero non omnes Germaniæ Prouinciæ iisdem comprehenderentur, inſecuta fuit a. 1512. altera Diuiſio, dum prioribus iſtis alios quatuor adiiceret, Auſtriacum, Burgundicum, Rhenanum Inferiorem, Saxonicum Superiorem, vt exinde decem orirentur Circuli. †††† Cuilibet Circulo certos attribuit fines, certos Imperii Status. Acceſſit in Comitiis Colonienſibus a. 1512. Eiusdem Ordinatio de Notariis. ††††† Idem ſapientiſſimus Imp. primus ex Germaniæ Principibus hoſce in illuſtrium familiarum Origines, inquirere, Annales, Actaque publica colligere docuit. †††††† Exinde Quinta Iuris Publici Periodus eſt numeranda.

* Maximilianus enim Reſcripto ſpeciali die X. Maii, Campidoni emiſſo, Pacem Francofurtenſem, ſi decennium XVII. Martii elaberetur, in triennium prorogauit, de quo DATTIVS *lib. II. c. XIII. n.* 13.

** Hiſtoriam huius Conſtitutionis plenius explicat DATT *lib. V. cap. I.* qui etiam *cap. VII.* inſeruit *Handlung und Abſchied des Kœniglichen Tags zu VVorms anno XCV. gehalten.* Extat iſta etiam in Corpore Receſſuum Imperii. Commentati in eandem fuerunt ANDREAS GAILIVS, IOI. DECKHERRVS, & ADAMVS CORTREIVS.

*** Qua ratione Status plerique Comitiis præſentes, ſe ad hanc Pacem ſingulari ſcripto obligauerint, narrat DATT *lib. V. c. II.* qui etiam hanc formulam exhibet, hoc titulo: *die Verpflichtung zu Handhabung des Friedens und Rechtens,* quæ a plerisque fuit ſubſcripta, atque ipſorum ſigillis VII. Auguſti 1496. corroborata. Abſentes etiam, per litteras peculiares, quas vocabant *Beybrieffe*, fidem Cæſari dederunt, de quo DATT *lib. V. c. II. n.* 16. S. H. G. *diſſ. XXXI. §. VI.*

**** CHRIST. BROWERVS Ann. Treuir. ad. 1495. *nullum præſentius longo temporum interuallo remedium Germania ſentit cum haud parum inde totius Germanici regni res tranquilliores eſſe cœperint, ſubſeſſorum latrociniis principum diligentia retuſis & potentiorum proteruia, Legum ſeueritate coërcita & refrenata.* NAVCLERVS *Vol. II. Gen. L. p.* 1111. GERH. a ROO *lib. XI. p.* 530.

***** Hoc plenius demonſtrauit in Volumine nouo *de Pace Publica* IO. PHILIPPVS DATTIVS. In Compendio hæc tradidimus in Syntagmate Iuris Publici *diſſ. VI. §. XXXVII. ſqq.*

****** Sub Friderico III. equidem Imp. ſæpius iamdum actum fuit de nouo conſtituendo Imperiali Iudicio ad tuendam pacem publicam. Factum hoc in Comitiis Noribergenſibus a. 1467. de quo S. H. G. *diſſ. XXX. §. XL.* Comitiis Colonienſibus & Noribergenſibus 1487. de quibus *§. LVI.* Francofurtenſibus a. 1489.

de quibus §. *LIX.* Tandem vero conſenſu Comitiali die VII. Auguſti 1495. hoc Cameræ Iudicium Wormatiæ fuit inſtitutum, hoc adiecto, *daß das Cammergericht zu Francfurt prima Octobris angeen ſolle*, prout Acta Wormatienſia teſtantur §. *LXXVII. n.* 2. Conſultationes de hoc negotio Acta Wormatienſia plenius exponunt, & DATT *lib. IV. c. I. n* 66. *ſqq.* S. H. G. *c. I.*

† De hoc vberius S. H. G. *diſſ. XXXI.* §. *XIV.* S. I. P. *diſſ. XXII.* §. *XXXVI.*

†† Patet hoc ex Ordinatione Regimenti, facta Auguſtæ 1500. apud MVLLERVM *im Reichs-Tags-Staat lib. I. c. V. p.* 31. vbi ſex iſti Circuli plene definiuntur & in Cammer-Gerichts-Ordnung zu Coſtnitz 1507. *art. XX.*

††† Egimus de his quinque populis in Synt. Iuris Publici *diſſ. III.* §. *II.* & *diſſ. V.* §. *VIII.*

†††† Receſſus Imperii Colonienſis de a. 1512. §. XI. XII. *Darauf haben wir ſambt denen Standen Zehen Circkel geordnet, wie hernach folget: Nemlich ſollen wir mit unſern Erblanden zu Oeſterrich und Tirol &c. einen, und Burgund mit ſeinen Landen, auch einen Circkel haben. Item, ſollen die Vier Churfürſten am Rhein einen, und die Churfürſten Von Sachſen und Brandenburg, mit ſamt Hertzog Georgen Von Sachſen, und den Biſchœffen, ſo in den Landen und Gezircken daſelbſt geſeſſen, auch einen Circkel haben. Vnd ſollen die ſechs Circkel hieVor auf den Reichstag zu Augſpurg Verordnet bleiben, und ſolche ſonſt einem ieden Stand, an ſeinen Obrigkeiten, Herrlichkeiten, und Rechten unſchadlich ſeyn.* Conuenit SLEIDANVS *lib. X. p.* 272. dum ait: *Germania eſt enim omnis in ſex deſcripta prouincias, in Franconiam, Bauariam, SueViam, Saxoniam, Rheni tractum & Burgundiam. His finibus omnes Vtique principes ac ciuitates, in Imperii Comitiis, antiquo more conſentur: hodie Vero Saxonia diuiditur in ſuperiorem ac inferiorem, deinde adiicitur inferior Germania & VVeſtphalia, & Auſtria, itaque decem regionibus Imperium nunc circumſcribitur.* Synt. Hiſt. Germ. *diſſ. XXXI.* §. *XIII.*

††††† Extat iſta in Corpore Receſſuum *p.* 130. & apud GOLDASTVM *Stat. & Reſcript. Imper. Tomo. I. p.* 222. & *Tomo I. Conſtit. p.* 430.

†††††† GERH. a ROO Ann. Auſtr. lib. VIII. pag. 289. *Primus igitur ex Germania Principibus illuſtriorum familiarum genealogias in lucem proferri curauit, qua in re ſtudium ipſius cæteri dehinc æmulati effecêre, Vti patria eorum Germania armis olim ac Imperii gloria inſignis, linguarum quoque ac artium ſtudia amplecti, & fœlici ingeniorum prouentu florere cœperit.* IO. CVSPINIANVS Vita Maximiliani p. 489. *Primus enim inter omnes Principes noſtra ætate, ſingulorum genealogias indagauit, miſſis per Italiam, Franciam, & Germaniam nunciis, qui omnia Cœnobia, omnes bibliothecas, omnia archiua Principum diſquirerent, euoluerent, ac perſcrutarentur. Atque ob id Annales ſingularum prouinciarum, qui ſitu deliteſcebant ac ſqualore, tineis abſumebantur, eius opera reuixerunt & in lucem commigrarunt. Quotus quisque enim Principum noſtri ſeculi atauum ſuum norat?*

## §. XXII.

*Sexta Iuris Publici Periodus ſub Carolo V.*

Sextam Periodum temporibus debemus Caroli V. Huic enim Imperium ſub certis ſaltim conditionibus, quas Capitulatio comprehendebat, deferebatur. Per hanc igitur, quæ tunc primum cœpit, * ad noſtra vsque tempora continuatam, poteſtas Impera-

rato-

ratorum, quæ olim libera admodum erat, fuit reſtricta. ** Ab initio ſtatim Regiminis publicabatur in Comitiis Wormatienſibus anno 1521. matricula Statuum, quæ tamen tempore pacis Weſtphalicæ in meliorem ordinem fuit redacta. *** Accedebat bellum Smalcaldicum, **** Transactio Paſſauienſis, ***** & Pax Religionis anno 1555. in Comitiis Auguſtanis concluſa, quæ iura belli paciſque Statuum magis firmabant, Religionis iura in perpetuum ſanciebant, & Proteſtantes a iugo Papali liberabant. ****** Eodem Receſſu Ordinatio Executionis fuit decreta, contra eos, qui pacem vel Religionis vel publicam turbare fuerint auſi. †

* Sunt equidem, qui anteriores Capitulationes faciant. Aſt, licet haut negemus, priores Imperatores, generalem feciſſe promiſſionem de colendo Deo, promouenda Iuſtitia, firmandis defendendisque Iuribus Regni, qualem hodie vel in Regnis Monarchicis ſinguli præſtant, vulgo *den Krænungs-Eyd*, neque tamen exinde argumentum ad Capitulationem. Rupertum equidem Imp. ad certos articulos obligarunt Electores, qui tamen in eo potiſſimum conſiſtunt, vt pleraque Wenceslai Acta reuocaret, ideo, nec cum noſtri temporis Capitulatione, quæ communionem poteſtatis inter Imperatorem & Status comprehendit, conuenit. Vid. vberius Synt. Iuris Publici *diſſ. VI. §. XV. ſqq.*

** PONTVS HEVTERVS Rer. Auſtr. lib. VIII. c. II. *Leges ei praſcribendas, quibus pericula & incommoda ab Archipraſulibus in medium allata vitentur, Germania libertati conſulatur:* SLEIDANVS *lib. I. p. 28.* Extat Caroli V. Capitulatio apud GOLDASTVM *Tomo II. Reichs-Satzungen p. 181. Stat. & Reſcriptis Imp. p. 1.* & inter alias Capitulationes a IO. LIMNÆO coniunctim editas. Hiſtoriam electionis atque coronationis Carolinæ deſcriptam videmus in Syntagmate Hiſtoriæ Germanicæ *diſſ. XXXII. §. IV.*

*** Vid. plenius ERICVS MAVRITIVS *de Matricula §. V.* ADAMVS CORTREIVS *de Matricula c. V.* S. Iuris Publici *diſſ. XXV. §. XIII. ſqq.*

**** Iura belli, pacis, fœderumque Principes Statusque Imperii iam antea a temporibus Interregni potiſſimum ſibi ſumſerant, ægre hoc ferentibus adhuc Imperatoribus, qui nec fœdera admitti volebant, ſine conſenſu Imperii. Sic Carolus IV. in A. B. illas tantum conceſſit confœderationes, quæ ad tuendam pacem publicam vergerent. Sigismundus in Bulla aurea de a. 1431. apud DATTIVM p. 97. n. 16. *das hinfüro Niemand wer der ſey, einig Bündnuß oder Einung machen, oder angehen ſoll ohne des Reichs wiſſen, Gunſt, Urlob und Willen.* Idem confirmatur in Conſtitutione Alberti II. apud LEHMANNVM *lib. VII. c. XCIII.* in Reformatione Friderici III. de a. 1442. *art. XII.* Maximilianus I. cauſſam hanc Fœderum ad Comitia annua voluit referri, atque conſenſum Imperii adhiberi, Handlung des Landfriedens zu Worms de a. 1495. §. V. In bello Smalcaldico vero ſingula hæc Iura Imperii Status plena manu exercuerunt, ab iſto tempore facti armipotentes. Synt. Iuris Publici *diſſ. XXVI. §. XXXII.*

***** Transactionis hiſtoriam exponit IO. STRAVCHIVS *Diſſertatione Iuris Publici XIV.* & ADAMVS CONTZENIVS *in Obſeruatis Hiſtorico-Politicis ad eandem.* S. H. G. *diſſ. XXXII. §. XCII.*

****** SLEI-

****** SLEIDANVS lib. XXVI. p. 896. *Itaque ſeptimo Calend. Octobris decretum factum recitatur palam, vt fieri ſolet, in hanc ſententiam : Propter Auguſtanæ confeſſionis doctrinam, religionem atque fidem, Cæſar, Ferdinandus rex, cæterique principes ac ordines, neminem totius Imperii quocunque modo violent, nec ad deſerendam religionem ſuam, ceremonias atque leges, quas in ſua ditione vel iam inſtituerunt, vel poſthac inſtituent confeſſionis Auguſtanæ ſocii, mandatis aut alia quauis ratione cogant, neue contemnant etiam; ſed hanc religionem illis liberam permittant, ſimulque bona, facultates, vectigalia, poſſeſſiones atque iura ſic vt pacate poſſint eis vti frui: diſſidium quoque religionis non aliis quam piis, amicis & tranquillis rationibus componatur. Eodem modo qui ſunt confeſſionis Auguſtanæ, ſeſe gerent erga Cæſarem, Ferdinandum regem, cæterosque Principes ac Ordines antiquæ religioni coniunctos, tam ſacros quam ciuiles, erga cæteros omnes eccleſiaſtici ſtatus, eorumque collegia, quocunque tandem illi migrarint habitandi cauſa, modo vt recte procurentur miniſteria, ſicut infra dicetur. His omnibus & religionem ſuam & ceremonias, & leges, & poſſeſſiones & vectigalia, cæteraque iura libere permittant, nec vlla ratione impediant, quo minus illis pacate vtantur fruantur & quicquid erit offenſionis atque litis, more ac legibus Imperii definiatur vtrobique. Qui non ſunt alterius religionis, hac in pace non comprehendantur.* Hiſtoriam pacis religioſæ plenius expoſuit IO. SCHILTERVS. S. H. G. *diſſ. XXXII. §. XCIX.* Acta pacis religioſæ congeſſit MELCHIOR GOLDASTVS *Reichs-Satzungen p.* 283. & CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, ſed admodum manca.

† Extat integra Conſtitutio in Corpore Receſſuum *p.* 543. In eandem Executionis Ordinationem commentatus fuit ADAMVS CORTREIVS.

## §. XXIII.

*Commentatores ad A. B. Scriptores de Controuerſiis illuſtrium Collectores Actorum Publicorum.*

Adfulgente luce Euangelica, renatæ cum eadem fuerunt literæ elegantiores, atque tunc Hiſtoricorum monumenta, præeunte potiſſimum Philippo Melanchtone, * vberius fuerunt excuſſa. IO. AVENTINVS ** potiſſimum & IO. SLEIDANVS inter primos erant, qui Hiſtoriam ſcribendo Iuris Publici Doctrinæ dederant incrementa. *** Hunc ſecuti fuerunt, qui variorum Scriptorum ad rem Germanicam facientium nobis dederunt Collectiones. Primus, ni fallor, erat SIMON SCHARDIVS, cuius eſt *Syntagma Tractatuum de Imperiali Iuriſdictione, authoritate & praeminentia, ac poteſtate Eccleſiaſtica, deque Iuribus Regni & Imperii, Baſileæ 1566. f.* recuſum *Argentorati 1562. f. 1609. f.* Idem vir induſtrius, probe perſpiciens, quantum Hiſtoricorum monumenta ad doctrinam Iuris publici darent momenti, etiam *Collectionem Scriptorum Rerum Germanicarum* nobis dedit *Baſileæ 1574. 4. f. vol.* recuſam *Gieſſæ 1673. f.* Hunc tamen cum ea ſaltim congeſſerit ſcripta, quæ vel ad primas Germaniæ antiquitates, vel ad Regimen ſaltim Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani II. facerent, ſecuti fuerunt alii, qui quidquid repererunt Hiſtoricorum, colligerent. Secutus igitur Schardium fuit PETRVS PITHOEVS, ****

qui

qui *inſigniores aliquot Rerum Germanicarum Scriptores Francofurti 1569. f.* euulgauit.**** Secuti fuerunt IOANNES PISTORIVS, CHRISTIANVS VRSTISIVS, atque ſuperiori Seculo HENRICVS CANISIVS MARQVARDVS FREHERVS, MELCHIOR GOLDASTVS, IVSTVS REVBERVS, ERPOLDVS LINDENBROGIVS, HENRICVS MEIBOMIVS, GODOFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, IO. SCHILTERVS. IO. MICHAEL HAYNECCIVS. ***** Vt taceamus Rerum Francicarum Collectores, PETRVM PITHOEVM, MARQVARDVM FREHERVM, ANDREAM & FRANCISCVM du CHESNE, LVCAM DACHERIVM & ſimiles, qui hodie in illuſtrium Controuerſiis vtramque paginam faciunt.

* Teſtem habemus ipſum MELANCHTHONEM in Oratione ſua de argumento Hiſtoriarum, quæ eiusdem Chronico Carionis eſt præmiſſa p. 41. *Iuriſconſultus vero, niſi initia, fontes, cauſſas, occaſiones, autores legum, niſi formam & conſuetudinem iudiciorum & Rerumpublicarum, niſi ordinem & diſcrimina Magiſtratuum, ex Hiſtoriis didicerit, niſi infinitam caſuum varietatem, legibus ex veteribus hiſtoriis adiunxerit, niſi hiſtoriam pro Magiſtra habuerit prudentiæ politicæ, quæ formet, ac cen norma dirigat iudicia, ſæpe hallucinabitur & impinget, & coniecturis potius quam rationibus ducetur.* Ipſe etiam emendando ſupplendoque Chronico Carionis haut incongrue præiuit.

** Io. AVENTINVS, vero nomine Thurnmeyer, ab oppido natali Auensberg ſic dictus, accepto a Bauariæ Ducibus Diplomate, omnia Tabularia excuſſit, indeque Annalibus Bauariæ varia inſeruit negotia publica. Licet in priorum temporum hiſtoria adhuc ſit nugiuendulus.

*** In Commentariis ſuis de ſtatu Religionis & Reip. ſub Carolo V. quæ ſæpius edita, de qua plenius B. SAGITTARIVS *Introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam cap. VII. §. XII.*

**** Huius equidem Collectio rarior eſt, vix aliis memorata. FRIDERICVS IACOBVS LEICKHERVS inter vitas ICtorum huius quoque vitam ſcriptaque recenſens p. 388 adducit ſaltim præfationem in Ottonem Epiſcopum Friſingenſem, ad Iacobum Cuiacium 1569. Verum, poſſideo Scriptores Rerum Germanicarum, cum ipſius Præfatione, *Francofurti ad Moenum, apud Georgium Coruinum, Sigismundum Feyrabend & Hæredes VVigandi Galli* 1563. *f.* Reperitur in hac Collectione Io. Turpini Hiſtoria de Vita Karoli M. & Rolandi, Reginonis Prumienſis Annales, Sigeberti Gemblacenſis Chronicon, Lamberti Schafnaburgenſis Hiſtoria Germanorum. Altera Collectio, quæ prodiit Baſileæ apud *Petrum Pernam* 1569. *f.* continet Ottonis Friſingenſis Chronicon, & de geſtis Friderici Aenobarbi Libros duos, cum Radeuici Continuatione, Epiſtolam de expeditione Friderici Aſiatica, Conradi Chronicon Vetus Rerum Maguntiacarum, Güntheri Ligurinum, Alberti Argentoratenſis Chronicon.

***** Vberius de ſingulis egimus in Bibliotheca Hiſtorica *cap. VII.*

## §. XXIV.

*Commentatores ad A. B. Scriptores de Controuerſiis illuſtrium, Collectores Actorum Publicorum.*

Creſcente Statuum potentia, plures exortæ fuerunt Controverſiæ illuſtres, formatæ Prætenſiones, quæſita potentiæ incrementa. Hinc varii exorti fuerunt, qui Iuris Publici capita examinarent, atque in Leges iſtas Imperii, Auream Bullam potiſſimum commentarentur, qui tamen Ius Ciuile adhuc redolent atque Canonicum. * Nec defuerunt, qui ſingulares Principum controverſias examinarent, quales ſunt de Vicariatu & Tutela Palatina.** Inde creſcentibus ſub Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. Rudolpho II. Comitiis, exorti fuerunt Collectores Actorum Publicorum, quorum primos inter eſt PETRVS DRACHE Scultetus Spirenſis, *** qui iuſſu Regimenti Imperii Leges Imperii collegit, quem deinde plures alii fuerunt ſecuti **** inter eosdemque NOE MEVRERVS ***** atque IVSTINVS GOBLERVS. ******

* Talis eſt GERLACI BVXTORFI *Commentatio in priora capita Aurea Bulla*, & eiusmodi ſcripta, quæ collecta videmus in *S. Imperii Romani Iure Publico*, *Francofurti* 1620. 4.

** Controuerſia potiſſimum acta fuit inter MARQVARDVM FREHERVM & CHRISTOPHORVM GEWOLDVM. Plura eiusmodi ſcripta videmus collecta, in Repræſentatione Reipublicæ Germanicæ, *Noriberga* 1657. 4. De his etiam dictum in Bibliotheca Iuris *Cap. XIV. §. XX. ſqq.*

*** Titulus eſt: *Alle und jede des Reichs-Ordnungen ſamt der gülden Bull und Abſchieden &c. aus Befehl Kayſerl. Majeſtat Stadthalter und Regiments im H. Reich zuſammen geleſen durch Peter Drachen, Schultheiſſen zu Speier, Speier* 1527. 8. Ad antiquiorem Collectionem tamen prouocat IO. SCHILTERVS Differt. de Natura & Origine Iuris Publici §. XIV. ſcribens: *Superiori ſeculo anno nempe* 1500. *prodiit priuata adhuc autoritate corpus quoddam legum publicarum tum promulgatarum, ſub titulo; Des Heiligen Ræmiſchen Reichs Vnderhaltung. In quo extant Reformatio Friderici III. Imp. Ordinatio Cameræ, Conſtitutio VVormatienſis de P. P. Handhabung eiusdem. Conſtitutio von dem Reichs-Pfennig. Conſtitutio über die Gotteslaſtere. Handlung des Reichs-Tags zu Augſpurg an.* 1500. *Reichs-Regiments-Ordnung und Abſchied zu Augſpurg.*

**** Bibliotheca Iuris *cap. XIV, §. III.* Plenius ERICVS MAVRITIVS Diſſertatione *de Receſſibus Imperii*, *Tubinga* 1664. 4.

***** Edidit ille: *Hand-Büchlein aller Reichs Abſchiede vom erſten Ræmiſchen Kayſer biß auf Rudolphum II. Mayntz* 1580. 8.

****** Hic enim edidit: *Imperialis Iudicii Cameralis Conſtitutionem, Pacem Publicam, Tranſactionem Paſſauienſem, Auream Bullam, vna cum ſummariis Titulorum & Paragraphorum cum Indice & quibusdam Interpretationibus*, *Francofurti* 1564. *f.*

§. XXV.

### §. XXV.

*Melch. Goldaſti Collectio Actorum Publicorum.*

Magna vero lux adfulſit doctrinæ Iuris Publici, poſtquam ab initio ſeculi XVII. Conſtitutiones, Actaque Publica plena manu colligi cœperunt. Præiuit hac in re MELCHIOR GOLDASTVS ab Haimensfeld, qui multa induſtria eiusmodi Acta Publica quotquot equidem a primo Germanorum ſtatu, ad noſtra vsque tempora reperiri potuerat, congeſſit. Et licet de fide ſingulorum, quæ collegit, Actorum, non vbique ſatis conſtet, Rationem tamen quorundam reddit, in *Rationali*, Statutis atque Reſcriptis Imperialibus adiecto, reliqua ex ipſis Hiſtoriarum monumentis, ſi cum iis conferantur, fiunt firmiora. Vernaculo ſermone factis Collectionibus Goldaſtus inſeruit varias Conſuetudines, Conſilia atque Deliberationes. *

* De Scriptis iſtis Goldaſtinis vberius egimus in Bibliotheca Iuris *cap. XI. §. IV.*

### §. XXVI.

*Reliqui Collectores Actorum Publicorum.*

Goldaſtum ſecutus fuit FRIDERICVS HORTLEDERVS, qui maiori adhuc fide, atque ſumma induſtria congeſſit Acta publica negotium Religionis atque bellum Smalcaldicum concernentia, præmiſſis obſeruationibus neceſſariis. * Hunc circa Acta Pacis Religioſæ ſecutus fuit CHRISTOPHORVS LEHMANNVS ** & potiſſimum MICHAEL CASPAR LONDORPIVS, qui Acta Imperii Publica a Rudolphi II. temporibus & initio ſeculi ſuperioris cœpit colligere, quem poſtea varii MARTINVS MEYRERVS inprimis ſuppleuit, nouiter demum CHRISTOPHORVS LEONHARDVS LEVCHTIVS, atque nunc IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS ad Tomum decimum quintum vsque continuarunt. *** Idem doctiſſimus Vir nuper Theatrum Comitiorum a Friderico III. Imp. aperuit, nunc in temporibus Maximiliani I. occupatus, porrecturus vsque ad tempora Rudolphi II. vt abſoluto hoc opere vtiliſſimo, continuam Actorum publicorum ſeriem a medio ſeculi XV. ad noſtra vsque tempora ſimus habituri.

* De Opere Hortlederiano plenius in Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. VII.*

** Prodierunt *Francofurti* 1631. 4. 1640. & 1707. *f.*

*** De Opere Londorpiano & Continuatoribus Bibliotheca Iuris *c. l.*

### §. XXVII.

*Scriptores Hiſtoriæ Pragmaticæ.*

Ipſa quoque Germaniæ Hiſtoria ſuperiori ſeculo pragmatico more tradi cœpta. * Præiuit hac in parte in *Spirenſi Chronico*

CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, quod in Receſſu plura habet, quam in fronte promittit. In hoc enim varia Iuris Publici fundamenta videmus pertractata. * Accedebant illi, qui ſpeciales Iuris Publici materias ſingulari ſchediaſmate explicatas, in vnum congererent. ** Inter hos, in noſtra Academia DOMINICVS ARVMÆVS *** edendo *Diſcurſus Iuris Publici* in formam Syſtematis ſuas, aliorumque Diſputationes de diuerſis Iuris Publici materiis congeſſit.

* De hoc Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XLV.*

** De eiusmodi Collectionibus Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XLIV.*

*** De his Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XLIV.*

## §. XXVIII.

*Scriptores perſonati circa Iura Imperii.*

Durante fatali illo Germaniæ bello, exorti fuerunt Scriptores plerumque perſonati, qui vel in Imp. vel Statuum diuerſa Iura inquirerent, inter quos primas fert perſonatus ille HIPPOLYTVS A LAPIDE, * in ſuo *de Ratione Status* Tractatu, qui tamen reſtringere nimium auſus fuit poteſtatem Imperatoris. Nec deerant ſanguinolenta Pontificiorum ſcripta contra Proteſtantium Iura, inter quos nefarius iſte Apoſtata, CASPAR SCIOPPIVS facile primas fert. ** Durantibus etiam Weſtphalicæ Pacis Tractatibus, partim Proteſtantes, *** partim Palatini Iura *** ſua defendere fuerunt conati.

* Siue potius BOGISLAVS PHILIPPVS CHEMNITIVS, Suecici Regni in Pomerania Cancellarius, qui ſub hoc nomine latet, prout propediem ſingulari obſeruatione demonſtrabo.

** De eiusmodi Scriptis egimus in Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XXXVIII.*

*** Varia eiusmodi Scripta circa Tractatus Pacis Weſtphalicæ Pontificiorum & Proteſtantium contraria, expoſuimus in Bibliotheca Iuris *c. XIV. §. XXVI.*

**** De his Scriptis Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XX.*

## §. XXIX.

*Commentatores in Pacem Weſtphalicam.*

Vltimam demum Periodum facit Pax Weſtphalica, quæ Statuum Iura, Maieſtati proxima, ſenſim & latenter ab ipſis adquiſita, lege nunquam violanda confirmauit, Religionis iura ſtabiliuit, receptis etiam Reformatis, octauum Electoratum introduxit, plures Controuerſias Statuum definiuit. * Ad hanc igitur, cum potiſſimam normam præbeat doctrinæ Iuris Publici in controuerſiis illuſtrium, dum ſæpius prouocetur, plures in eandem commentari fuerunt adgreſſi. **

* Hac

* Hæc vberius explicauimus in S. H. G. *diſſ. XXXVI. §. XXXIX.*

** Hos recenſuimus in Bibliotheca Iuris *cap. XIV. §. XXVII. XXVIII.* Ad Hiſtoriam potiſſimum faciunt SAMVEL PVFENDORFIVS *in Commentariis Rerum Suecicarum*, TOBIAS PFANNERVS, ADAMVS ADAMI, atque in Diario ſuo ISAACVS VOLMARVS Liber Baro de RIEDEN. Ad illuſtrationem ipſius Inſtrumenti PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGER, & potiſſimum in Meditationibus ſuis HENRICVS de HENNIGES, qui Statum praxinque Comitiorum hodiernorum inſimul exhibuit.

## §. XXX.

*Conuentus Imperii poſt Pacem VVeſtphalicam.*

Cum autem multa adhuc ſupereſſent, quæ definiri in iſtis Pacis Tractatibus non poſſent, iſta in proxima Comi[illegible], intra ſemeſtre ſpatium habenda, reiiciebantur. Hæc non niſi a. 1652. incoata, anno 1654. fuerunt finita. * In his formatus fuit Receſſus Imperii Nouiſſimus de anno 1654. per quem diuerſa Iura Statuum, atque Imperii fuerunt definita. Licet etiam multa adhuc ſuperſint, in Pacis Tractatibus agitata, ** fere nunquam definienda. Inſtituebantur equidem inſequenti anno 1655. Comitia Deputatorum Francofurti, quibus ea eſſent decernenda, quæ ex Pace Weſtphalica adhuc eſſent reliqua. Et licet iſte Conuentus poſt mortem etiam Ferdinandi III. Imp. continuaretur, poſtea tamen, dum Leopoldus Imp. a. 1662. Comitia quæ adhuc durant, indixiſſet, ſine fructu fuit diſſolutus. ***

* De his Comitiis ſingulari Tractatu egit TOBIAS PFANNERVS. Vid. etiam S. H. G. *diſſ. XXXVI. §. XLIII.*

** I. P. Weſtphalicæ Art. VIII. §. III. *Habeantur autem Comitia Imperii intra ſex menſes a dato ratificata Pacis, poſtea vero, quoties id publica vtilitas aut neceſſitas poſtulauerit. In proximis vero Comitiis emendentur inprimis anteriorum conuentuum defectus; ac tum quoque de electione Romanorum Regum, certa conſtantique Cæſarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando vno vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in Conſtitutionibus Imperii deſcriptus eſt, tenendo, redintegrandis Circulis, renouanda matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remiſſione Imperii collectarum, reformatione Politiæ & Iuſtitiæ, Taxa ſportularum in Iudicio Camerali, Ordinariis Deputatis ad modum & vtilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & ſimilibus negotiis, quæ hic expediri nequiuerant, ex communi Statuum conſenſu agatur & ſtatuatur.* Hæc vero ſingula nondum fuerunt definita, niſi quod Modus declarandi Statum Imperii in Bannum per Capitulationem nuperam fuerit confirmatus.

*** Vid. S. H. G. *diſſ. XXXVI. §. XLV.*

## §. XXXI.

*Comitia hodierna a. 1663. capta.*

Ineunte anno 1663. initium Comitiorum, quæ adhuc durant, vulgo dicta, *der fürwæhrende Reichs-Tag*. Occaſionem potiſſimum dabat bellum Turcicum, ad quod auxilia petebat Imp. atque negotia, quæ cum Gallis, Suecisque adhuc erant reliqua. Verum, cum cauſſæ publicæ, bella, & controuerſiæ illuſtrium indies creſcerent, adhuc hodie iſta continuantur. * Licet ob negotium noni Electoratus, ** inuaſionem vrbis Ratisbonæ Bauaricam, *** mortem Ioſephi Imperatoris, **** ſubinde fuerint turbata. Hæc ipſa autem Comitia anſam dederunt, vt maiori cum cura Acta Publica Imperii atque Circulorum colligerentur, vt ideo felicius ſeculum noſtrum reputemus, dum potiora Acta publica, Statum Imperii atque controuerſias illuſtrium concernentia, indies videamus euulgari. *****

* Diarium horum Comitiorum anni 1663. & 1664. reperitur in MVLLERI *Staats-Cabinet p. IV. & V.* S. H. G. *diſſ. XXXVII. §. XI.*

** Vid. S. H. G. *diſſ. XXXVII. §. XCIV.*

*** S. H. G. *diſſ. XXXVII. §. XCIV.*

**** S. H. G. *diſſ. XXXVIII. §. XLI.*

***** Faciunt huc præter Londorpium, eiusdemque Continuatores, ANTONII FABRI *Staats-Cantzeley*, CASSANDRI THVCELII *Acta Publica, Electa Iuris Publici* atque alia, de quibus Bibl. Iuris *cap. XIV. §. VIII.*

## §. XXXII.

*Pax Nouiomagenſis a. 1679.*

Durantibus hiſce Comitiis, Pax Nouiomagi fuit tractata, ibidemque de Iuribus Statuum circa Legationem diſceptatum. * Hæc *Pax Nouiomagenſis* Anno 1679. concluſa, Germaniæ fere fatalis fuit, cum, Pace quæ nimium præcipitata fuerat, ** nondum ſatis firmata, Galli varias Germaniæ terras, tanquam Alſatiæ, Lotharingiæ, Burgundiæque Feuda, inſtitutis Iudiciis Recuperatoriis ad ſe trahere conabantur, atque Argentoratum a. 1681. occupabant, *** quod ipſis per Armiſtitium Vicennale Ratisbonæ a. 1684. concluſum, relictum, **** atque per Pacem Ryswicenſem a. 1697. pleno iure fuit conceſſum. ***** Nec minores turbas dedit Clauſula quarti articuli dictæ Pacis, quam, tanquam Paci Religionis & Weſtpalicæ contrariam, ſæpius aboleri voluerunt Status Proteſtantes, neque tamen adhuc obtinuerunt. ******

*Pax Ryswicenſis. a. 1697.*

* Quæſtio erat: An Principibus Ius mittendi Legatos primi Ordinis competeret, quod & Cæſar & Galli atque Electores iis denegabant. Principum iura defendit CÆSARINVS FVRSTENERIVS, ſiue potius, GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS *de Iure*

*Supre-*

*Suprematus ac Legationis Principum Germaniæ;* Et THVCELII *Electa Iuris Publici* §. *VII.* Vid. Synt. Iuris Publici *diſſ. XXVI.* §. *XXXIII.*

** S. H. G. *diſſ. XXXVII.* §. *XLIV.*

*** S. H. G. *diſſ. XXXVII.* §. *XLIX.*

**** S. H. G. *diſſ. XXXVII.* §. *LVI.*

***** S. H. G. *diſſ. XXXVII.* §. *LXXXIV.*

****** Controuerſias circa hanc Clauſulam expoſuimus in S. Hiſt. Germ. *diſſ. XXXVII.* §. *LXXXV. LXXXVII. diſſ. XXXVIII.* §. *XLVII.*

§. XXXIII.

*Pax Raſtadtienſis & Badenſis.*

Regnante Auguſtiſſimo Imp. Carolo VI. Pax Raſtadtienſis, & quæ eam inſecuta fuit Badenſis, tranquillitatem reddiderunt publicam. Neque tamen noſtram ætatem a diuerſis mutationibus nouimus eſſe immunem. Creſcens enim Imp. atque Statuum Imperii potentia, gliſcentes inter eosdem æmulationes, mutationes circa religionem factæ, totidem nobis præbent argumenta in Statum, Iuraque Imperii plenius inquirendi.

§. XXXIV.

*Doctores Hiſtoriæ Pragmaticæ ſubſidia præbent Iuri Publico.*

Hæc igitur negotia publica, quæ in dies creſcunt, Controverſiæ & Prætenſiones illuſtrium, Publicatio Actorum Publicorum, anſam dederunt exercendi calamos eruditorum, atque in Iura Imperii plenius inquirendi. HERMANNVS CONRINGIVS potiſſimum in eo commendationem meretur, quod, dum pragmatico more Germaniæ Hiſtoriam exponeret, hoc ipſo ſolida daret doctrinæ Iuris Publici fundamenta. Secuti ipſum fuerunt IO. HENRICVS BOECLERVS atque CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS. Inde HENRICVS COCCEIVS Chriſtophori Lehmanni Chronicon potiſſimum ſecutus, facem attulit Iuris Publici doctrinæ, qua ratione ex hiſtoriarum monumentis debeat illuſtrari. Horum veſtigia ſtrenue legerunt noſtræ ætatis Doctores Pragmatici, IO. NICOLAVS HERTIVS inprimis, CHRISTIANVS THOMASIVS, IO. PETRVS LVDEWIG, IO. WERLHOFIVS, CASPAR HENRICVS HORNIVS, MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS, NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, aliique, qui hiſtoriam cum Iure publico combinare, felici auſu fuerunt adgreſſi.

§. XXXV.

*Deductiones, Diplomata, Fœdera & Pacis Receſſus.*

Nec minora ſubſidia Doctrinæ Iuris Publici noſtra ætate acceſſerunt per Deductiones in Cauſis controuerſiarum illuſtrium ſubinde euulgatas. * Hæ enim ob tot Antiquitates Germanicas illuſtratas, quod in Lindauienſi potiſſimum Deductione ** videmus, ac Diplomata quæ acceſſerunt, vſum præbent egregium. Adimus,

dimus ipſos Diplomatum Collectores, IO. MABILLONIVM inprimis, OLIVARIVM VREDVM, SAMVELEM GVICHENONIVM, FRANCISCVM de ROSIERES, ERPOLDVM LINDENBROGIVM, WIGVLEVM HVNDIVM. Eiusdemque continuatorem CHRISTOPHORVM GEWOLDVM, IO. de BECKA, ANTONIVM MATTHÆI, CHRISTOPHORVM BESOLDVM *in Documentis Würtenbergicis*, NICOLAVM SCHATENIVM, GODEFRIDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM, CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM, IO. GEORGIVM LEVCKFELDIVM, aliosque. *** Accedunt Foedera, Receſſus, Pactaque Familiarum illuſtrium, quorum collectionem FRIDERICO LEONHARDO atque IACOBO BERNHARDO, **** & nouiter IO. CHRISTIANO LVNIGIO debemus. *****

* Probanda eſt induſtria IO. CHRISTIANI LVNIGII, qui nobis dedit *Bibliothecam Curioſam Deductionum*, *Lipſiæ* 1717. 8. qua ordine Alphabethico ſecundum Status & Membra Imperii directo, Deductionum titulos recenſuit. Optandum eſſet, vt breuis recenſio materiarum præcipuarum, quæ in ſingulis Deductionibus fuerunt pertractatæ, adiecta fuiſſet, hoc ipſo enim multa lux acceſſiſſet doctrinæ Iuris publici. Cum ſæpius in eiusmodi Deductionibus ſpeciales materiæ pertractentur, illæ ex Antiquitatibus atque Diplomatibus illuſtrentur, quas fruſtra alias quæſiueris. Eidem debemus *Grundfeſte Europaiſcher Potenzen Gerechtſame*, *Leipzig* 1716. *f.* 2. Tomis, quo opere plures eiusmodi Deductiones congeſtas videmus.

** Titulus eſt: *Gründliche Ausführung der Reichs-Stadt Lindau, die ohnverſehens abgelaßte und der Ertzhertzogin Claudia Fürſtl. Durchleucht. pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend*, *Nürnberg* 1643. *f.* quo opere ſane copioſam Antiquitatum Germanicarum ſegetem collectam videmus.

*** Horum ſcripta ſingula recenſere nimis longum foret, nec præſentis eſt inſtituti.

**** Facit huc *Recueil des Traitez de Paix, de Tréve, de Neutralité, de Suſpenſion d' Armes, de Confédération, d' Alliance, de Commerce, de Garantie, & d' autres Actes Publics*, *à Amſterdam* 1700. *f.* Hoc opus licet multa cura fuerit collectum, neque tamen ex genuinis rerum geſtarum documentis hæc illuſtrium pacta, ſæpe etiam in aliam, quam confecta fuerant, linguam tranſlata hic exhibentur, varia quoque pacta plane omiſſa. De eodem igitur ſupplendo atque in meliorem ordinem redigendo meditamur; prout ſingulari epiſtola aperuimus.

***** Varia quæ ipſi debemus ſcripta, recenſuimus in Bibliotheca Iuris *capite XIV. §. V.* Plura publicum Nobiliſſimo Viro debet, atque de eodem ſe adhuc promittit, dum ex his ſcriptis Iuri Publico particulari Familiarum illuſtrium facem accendi prælucidam, omnino ſit certum. Dolendum ſaltim, in Archiuo Eiusdem Imperii nomina Familiarum nobilium atque locorum propria, quæ ſæpius occurrunt, librariorum vitio hinc inde male fuiſſe expreſſa, quandoque etiam Collectionis ordinem fuiſſe interturbatum. Immo optandum, parti ſpeciali ſingulares Indices fuiſſe ſubiectos, qui opus hocce redderent vtiliſſimum.

§. XXXVI.

Digitized by Google

## §. XXXVI.

*Fundamentum Iuris Publici.*

Exinde facile patet, feliciora eſſe ſecula noſtra, quæ in doctrina iſta pragmatica maioribus ſubſidiis ſunt inſtructa, quam olim, vt minime neceſſum habeamus, doctrinam Iuris Publici ex Bartolo, & Baldo * petere, prout antea factum, ſed ex ipſis fontibus, Legibus inquam atque Obſeruantia Imperii. Iſtæ in Corpore Receſſuum continentur, quod tamen mancum omnino eſt, cum ab Aurea Bulla vsque ad Friderici III. Reformationem Francofurtenſem a. 1442. nullum Receſſum exhibeat, vt ex Goldaſti Collectionibus, Mülleri Theatro Comitiorum, ** & Schilteri Inſtitutionibus Iuris Publici *** ſit ſupplendum, qui varios Receſſus antea incognitos ex Archiuis ſuppeditarunt. Obſeruantia vero Imperii *das Reichs-Herkommen* **** ex Hiſtoriarum monumentis atque Actis Publicis erit petenda, quibus fundamentis demonſtrari poteſt longo rerum vſu ita fuiſſe obſeruatum. *****

* Sic enim auctor der Donawertiſchen Information p. I. p. III. *daß ipſa Republica Germanica forma nicht aus den lateiniſchen Rechten, oder Bartolo und Baldo, ſondern vielmehr aus des Reichs læblichen Herkommen und daher rührenden alten Verfaſſungen aus der güldenen Bulle, Kayſerlichen und Kæniglichen Capitulationen des Reichs-Abſchieden und Conſtitutionen zu nehmen.*

** Edidit Vir doctiſſimus *Theatrum Comitiorum ſub Friderico V.* in quo ex Archiuo Vinarienſi varios inſeruit Receſſus, antea incognitos.

*** Hic enim Tomo ſecundo Inſtitutionum Iuris Publici varios Comitiorum Receſſus ex Archiuo Argentoratenſi inſeruit.

**** Ad hanc ſæpius prouocatur in Receſſu Imperii de a. 1542. §. 127. de a. 1654. §. 105. 137. Capit. Leopoldi *art. XXVII.* Patet hoc etiam ex decreto Sigismundi Imp. in cauſſa inter Ludouicum & Henricum, Bauariæ Duces a. 1417. publicato, apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen parte altera* p. 99. *Hierauff war nach unſerer Frag von den Fürſten allen einhelliglich zum Rechten geſprochen, Nachdem und wir hier in Teutſchen Landen zum Rechten ſeſſen, alß ein Ræmiſcher Kænig, und Hertzog Ludwig und Hertzog Heinrich vorgenannt beyde Teutſche Fürſten waren und zum Reich gehærenden und die Sach Teutſch, und umb des Reichs-Leben were, die in Teutſchen Landen gelegen weren, und wir In beyderſeits ein Teutſch Recht mit Teutſchen Fürſten beſetzt hetten, und beyde Theil mit Teutſchen Fürſprechen fürgeſtanden, und ihr Sach nach Teutſchen Rechtens Gewonheit fürgelegt hetten, ſo ſprechen ſie zum Rechten, was ieglicher Theil fürlegen wolte, es were Brieffe, VVorte oder andere redliche Kundſchafften, daß er daß in Teutſchen, und nach Teutſchen Rechtens Gewonheit durch ſeinen Fürſprechen thun und fürlegen ſolte, Vnd wann auch auf alle und iede vorgeſchriebene Vrtheil abermahlen ertheilet und mit einhelligen Rechten erkant iſt, daß man ſolcher Vrtheile iegliche der vorgenanten Theil, welche des begert, Vrthelbrieff geben ſoll, und wann der vorgenannt Heinrich des alſo begirt hat.*

***** Sigillatim de eodem egit IO. GEORGIVS KVLPISIVS, licet inter exempla Obſeruantiæ plura referat, quæ ex iſta equidem fuerunt orta, nunc ex Lege Pacis Weſtphalicæ fuerunt definita. Vid. SCHILTER *de Natura Iuris Publici §. IV. V.* GEORG HENRICVS BRVCKNER *Curioſis Iuris Publici Tit. VIII.*

## §. XXXVII.

*Fundamenta I.P. particularis.*

Particulare autem Ius Publicum, quod ſingulos Status concernit, Pactis Gentilitiis, Teſtamentis, Fœderibus, Legibus & Conſuetudinibus prouincialibus atque Litteris Reuerſalibus Statibus Prouincialibus conceſſis, nititur. * Ciuitatum Imperialium Ius Publicum partim Legibus Imperii, partim priuilegiis Impp. partim etiam moribus conſtat atque Obſeruantia. **

* Facit huc potiſſimum IO. CHRISTIANI LVNIGII *Reichs-Archiu.*

** Facit huc Idem LVNIGIVS qui Partis ſpecialis Continuationem quartam Ciuitatibus Imperialibus duobus voluminibus deſtinauit, & IO. PHILIPPVS KNIPSCHILDVS *de Iure & Priuilegiis Ciuitatum Imperialium, Vlmæ* 1687. *f.*

## §. XXXVIII.

*Ius Ciuile an vſum habeat in controuerſiis illuſtrium decidendis.*

Exinde facile concludimus, quid ſentiendum ſit de illorum opinione, qui illuſtrium Controuerſias ex Iure Ciuili decidendas eſſe arbitrantur. Diſputatum de eo inm olim fuit inter IO. OTTONEM, TABOREM & HERMANNVM CONRINGIVM hoc Iuſtinianei iuris vſum in Iure publico plane denegante, quod iſte nimio zelo propugnare auſus fuerat. * Non deſunt tamen qui & hodie Taborem ſequuntur. ** Nobis omnino, cauſas illuſtrium publicas potius ex Gentium Iure & Legibus Imperii definiri debere, videtur. Quod ſi tamen Quæſtio ſit mere Ciuilis, vtpote ſi agatur de validitate contractus, iure ſucceſſionis, iurisdictione, pignorationibus, turbationibus, debitis & ſimilibus, deficientibus Legibus & pactis ius Ciuile omnino locum habet & Prouinciale. *** In reliquis vix ac ne vix quidem illuſtrationis cauſſa adlegari meretur. **** Prouinciali tamen Iuri ſæpius ipſi Principes vel ex Pacto vel ex conſuetudine ſe ſubiecerunt. ***** Nec Feudales Leges aliter quam in ſubſidium inter illuſtres perſonas fuerunt receptæ, ni Iuribus Imperii Legibusque aliud quid ſtatutum. †

* Expoſuerat HERM. CONRINGIVS in præfatione prioris editionis Taciti libelli de moribus Germanorum 1635. factæ, eademque elegantiſſima, qui factum, quod Ius illud Iuſtinianeum apud Italos non ſolum, ſed Germanos etiam fuerit receptum, & quod Romanæ Leges in publicis negotiis nec quempiam obligent ex iuſtitiæ quadam neceſſitate, in Ius Publicum antiquum hodiernum Romanum Imperium

num.

nunquam conſenſiſſe, nec teneri nos legibus illis, eo nomine, quod a Romanis fuerint latæ: potius igitur ad notitiam rerum Imperii requiri hiſtoriam, morum, religionis, ſiue Iuris naturalis ſcientiam, Actorum, Legumque Imperii ex monumentis petitam cognitionem. Conringii Theſes adgreſſus fuit IO. OTTO TABOR in ſuo *de Metatis & Epidemeticis Tractatu c. I. n. 4.* Contra hunc tamen ſe defendit Conringius, in Præfatione Apologetica, præmiſſa ipſius Diſſertationi de Iuris Publici Iuſtinianei in Germania auctoritate, ex Prolegomenis ad Germaniam Taciti excerpta, quæ iteratæ ipſius editioni de Origine Iuris acceſſit *p. 273.*

** LVDOLPHVS HVGO de Statu Regionum Germaniæ capite ſexto, vſum & auctoritatem Iuris Ciuilis priuati in Iure Territorii demonſtrare conatur. Huius veſtigia legit GEORGIVS ENGELBRECHT in diſputatione Iuridica *de vſu Iuris Romani in Iure Publico Romano-Germanico, huiuſque variis controuerſiis decidendis, Helmſtadii* 1692. 4. idque variis exemplis ſecundum Ius Perſonarum, Rerum & Actionum probare contendit. Ipſe tamen in præfatione ſibi ipſi contrarius eſſe videtur, dum ait: *Quod ſi ergo controuerſia iuris publici neque ex Aurea Bulla, neque ex capitulationibus, neque ex conſtitutione de pace tum religioſa tum profana & ſubſecuta transactione Paſſauienſi, neque ex Receſſibus Imperii, vel Inſtrumento Pacis Osnabrugenſi ac ſimilibus ſanctionibus pragmaticis; ita vt etiam multum auctoritatis ac ponderis tribuamus hiſtoriæ Germanicæ, præcipue ſi ex diplomatibus genuinis ex Statuum Imperii aliiſque archiuis ac Regiſtraturis indubitatis corroborari poſſit, decidi nequeat, recta rationi omnino conſentaneum videtur, vt ad eiusmodi ius tanquam vltimam anchoram confugiamus, quod inter Europaeas gentes in ipſis gentium controuerſiis decidendis adhiberi poteſt ac debet, & hoc ipſum eſt ius Iuſtinianeum.* Sane, ſi hæc ipſa demamus, pacta etiam illuſtrium atque Obſeruantiam, parciſſimus Iuri Ciuili vſus ſupermanebit.

*** Belle in rem FERDINANDVS VASQVIVS de controuerſiis illuſtrium lib. II. cap. LI. num. 28. 30. *Principem quemque & populum liberum Ciuili Iure non magis teneri, quam ſi ſcriptum & inuentum nunquam fuiſſet, ſolo autem Iure Naturali & Gentium mutuo conſtringi.* HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS in Diſſertationibus de defectibus Iuris Communis in Rep. Germanica problemate V. omnem plane vſum iuris ciuilis in doctrina Iuris Publici denegat. Facit etiam huc FRIDERICVS GREGORIVS LAVTENSACK in diſſertatione Iuridica *de Inepta ratione decidendi Controverſias Iuris Publici ex Legibus Romanis & Iure Canonico, Erfurti* 1710. Potiſſimum vero legi hic meretur elegans Diſſertatio MICHAELIS HENRICI GRIBNERI *de Praeiudicio Principum Imperii ex abuſu Iuris Iuſtinianei, Vitteberga* 1715. 4. qui potiſſimum demonſtrauit, quantum inde detrimenti oriatur, ſi ad illuſtrium controverſias definiendas vel de forma Statuque Imperii diiudicando ad Ius Ciuile prouocetur. Addi poſſunt GEORGII HENRICI BRVCKNERI *Curioſa Iuris Publici Tit. VI. VII.* qui Conringio adſentitur contra Taborem.

**** Eo tendit etiam IO. WERLHOFIVS Diſſertatione *de vſu Iuris Romani aliorumque priuatorum Iurium in decidendis controuerſiis liberarum Gentium* & B. STRYKIVS *diſſert. præliminari Vſui Iuris moderno præfixa §. XXXIX. XL.*

***** Auctor Tractatus *des Droits de la Reyne Tres Chrestienne ſur divers Estats de la Monarchie d' Eſpagne pag.* 160. ad longum probare contendit, Conſue-

tudines cuiuslibet Prouinciæ etiam in controuerſiis illuſtrium decidendis locum habere. Confirmare hoc videtur SÆCHSISCH LANDRECHT lib. III. art. XXXIII. *Ein jeglich Mann hatt ſein Recht vor dem Kœnige. Jeglich Man muß auch antworten vor dem Kœnig in allem Stedten, nach ſeinem Rechten, und nicht nach des klegers Recht. Auch muß er antworten umb alle Klagen, da man ihn umb beſchuldiget, ohne ob man ihn zu Kampff anſpricht, dann des mag er wohl wegern zu antworten, ohn in dem Lande, do er innen geboren iſt. Spricht man auch ſein eigen an, da darff er nicht verantworten, denn in dem Landt da es innen gelegen iſt. Der Kœnig ſoll auch richten umb eigen nach des Landes Recht, da es innen leyt, und nicht nach des Mannes Recht.* vbi Gloſſa addit: *wiſſe, daß der Rœmiſche Kœnig, das iſt der Keyſer, den Sachſen dieſes Recht geben hat, das ein jeglicher im Lande zu Sachſen ſich des Landts und nicht ſeinen angebornen Rechten nach halten muß, er ſey auch von wannen er woll, als hievor in dem erſten Buch art. 25. ſtehet. Dann dieſes Rechtens privilegium iſt dem Lande zu Sachſſen und nicht denen Leuten oder Perſonen, welche do zur Zeit dorin gelebet haben, gegeben worden.* Hinc inter Saxoniæ Principes Ius Saxonicum adhuc obtinere, iam ante demonſtrauimus *capite VIII. §. XXX.* Eadem confirmat IO. SCHILTERVS *de natura & indole Iuris Publici §. XX.*

† De hoc iamdum egimus *c. XXVIII. §. XVIII. XXXIX.* Hanc materiam nouiter videmus pertractatam in HENRICI de BVNAV, Equitis Miſnenſis, ni fallor, Examine Diſſertationum ex Iure Publico & Feudali, quod nouiter demum contra Pucholtzium Pragenſem ICtum euulgauit, in cuius capite primo ſpeciatim egit de abuſu Iuris Feudalis Longobardici in controuerſiis Iuris Publici Germaniæ.

# INDEX AVCTORVM

## QVORVM SCRIPTA IN HAC HISTORIA IVRIS VEL RECENSENTVR VEL DIIVDICANTVR.

Numerus Romanus Caput, alter Longobardicus Paragraphum, tertius Paginam, quartus adiecta lit. n. Notas deſignat, P. quandoque adpoſitum Prolegomena denotat.


*A.*

Ackerus *Io. Henricus* P. 62
Acta Apoſtolorum II. 4, 234
Adami *Adamus*, X. 29, 858
Adami *Leonhardus*, II. 12, 260
Adami *Melchior*, P. 67
Ægidius *Romanus*, X. 16, 839
Ærodius *Petrus*, P. 6
de Afflictis *Matthaeus*, VIII. 31, 734
Agobardus *Archi-Ep. Lugd.* X. 2, 819
Agylæus *Henricus*, III. 12, 326
Alciatus, *Andreas*, I. 19, 62. n. 2
Aleander *Hieronymus*, P. 25
Alemannus *Nicolaus*, P. 31
Alesmius *Iohannes*, P. 62
Alexander *Natalis*, VII. 14, 609. n. 2.
Alidoſius *Io. Nicolaus Paſchalis*, P. 61
Aligherius *Dantes*, X. 16, 839.
Alteſerra *Antonius Dadinus*, V. 20, 409. VII. 8, 595. n. 2. VII. 23, 640. n. 1. VIII. 4, 688
Altingius *Menſo*, X. 1, 818.
Aluarottus *Iacobus*, VIII. 31, 734
Amerbachius *Vitus*, VI. 11, 435. 439. n. 11.
Arends *Balthaſar*, P. 62
Arnoldus *Chriſtophorus*, P. 39
Arumæus *Dominicus*, X. 27, 858
Auguſtinus *Antonius*, P. 12. P. 18. 23. n. 26. P. 64. I. 14, 41. 15, 54. n. 5. III. 11, 326. VII. 14, 611. VII. 20, 633. n. 4. 22, 637, 639. n. 5, 6
Autumnus *Bernhardus*, III. 5, 307. VI. 41, 549

*B.*

de Babenberg *Lupoldus*, X. 16, 839
Balbus *Franciſcus*, P. 62
Balduinus *Franciſcus*, P. 12, 15, 19. P. 26. P. 30. P. 39. II, 11, 252
Baldus, P. 57
Balſamo *Theodorus*, VII. 3, 569, 578. n. 7
Baluzius *Stephanus*, P. 63. 64. VI. 3, 413. VI. 11, 435. 13, 443. VII. 20, 633. n. 4. 23, 640. X. 2, 819. n. 1.
Banck *Laurentius*, IX. 7, 749.
Bangertus *Henricus*, IX. 7, 750.
Baſſus *Dominicus*, III. 8, 315.
Baudocianus *Petrus*, V. 13, 395. n. 5.

Beck *Caſpar Achatius*, VIII. 3, 687. 8, 694. n. 1
de Becka *Iohannes*, X. 35, 856
Becmannus *Io. Chriſtophorus*, IX. 5, 741. n. 4. IX. 14, 769
Benedictus *Guilielmus*, P. 40
Berger *Io. Henricus*, V. 19, 407. VII. 30, 653. n. 8
Bernhard *Iacob*, X. 35, 856
Bernhardus *Martinus*, IX. 26, 810
Bertrandus *Franciſcus*, P. 62
Bertrandus *Ioannes*, P. 27
Beſoldus *Chriſtophorus*, X. 35, 856
Beveregius *Guilielmus*, VII. 2, 567. VII. 12, 605
a Beuſt *Ioachimus*, P. 62
Beyerus *Adrianus*, V. 19, 408
Beyerus *Georgius*, P. 19, 51. V. 19, 407
Biccius *Gregorius*, V. 19, 407. 408. n. 1
Bignonius *Hieronymus*, VI. 3, 413
Bilderbeck *Chriſtophorus Laurentius*, P. 68
Blomius *Reinholdus*, P. 51
a S. Blaſio *Io. Baptiſta*, P. 57
Blondellus *David*. VII. 15, 612. n. 2. P. 68
Bœclerus *Io. Henricus*, X. 34, 855
de Bœckelen *Chriſtianus Otto*, P. 29. I. 26, 104. II. 2, 218. II. 3, 226
Bœhmerus *Iuſtus Henningius*, VII, 40. 672. 41, 673. VIII. 1, 675. n. 1
Boltzius *Theodorus*, VII. 39, 669. n. 2
Bonauidius, P. 57
Bonefidius *Enimundus*, IV. 1, 334
Boſcagerius *Ioannes*, P. 50
Boſquetus *Franciſcus*, VII. 23, 640. n. 1.
Bovius *Ioannes*, VII. 3, 578. n. 8
Bouchardus *Almaricus*, P. 25
de Bracton *Henricus*, P. 52
Brant *Sebaſtianus*, VII. 16, 621
Brenkmannus *Henricus*, P. 24. P. 26. I. 19, 64.
Briſſonius *Barnabas*, P. 5, 19. II. 2, 217
Broeus *Franciſcus*, P. 42
Broidæus *Philippus*, P. 5. I. 44, 162
Broſſeus *Petrus*, V. 13, 395. n. 5
Brückner *Georg. Henricus*, X. 38, 859
Brückner *Guilielmus Hieronymus*, III. 1, 274
Brummerus *Fridericus*, P. 19
Brunnemannus *Io.* V. 20, 409. VII. 41, 673. n. 1
Bucholzerus *Abrahamus*, I. 19, 64
Buddeus *Io. Franciſcus*, I. 24, 92
Bugnyonius *Philibertus*, VI. 41, 549.
Bulengerus *Iulius Cæſar*, I. 19, 63. II. 4, 234. 5, 236. n. 6
de Bünau *Henricus*, X. 38, 860
Burchardus *Philippus*, P. 40. VI. 43. 558. n. 4
Bureus *Andreas*, VI. 4, 420. n. 1
Burgermeiſter *Io. Stephan.* VI. 25, 491. n. 4
Buſæus *Ioannes*, VI. 11, 439. n. 11
Buſſeius, P. 57
Buxtorfius *Gerlacus*, X. 24, 850. n. 1

C.

Cabaſſutius *Ioannes*, VII. 2, 564
Caccialupus *Io. Baptiſta*, P. 58
Cæcus *Ventura*, P. 11
Cæſenas *Michael*, X. 16, 839
Cævallos *Hieronymus*, V. 20, 410
Cajus, P. 25
Calixtus *Georgius*, P. 44
Cambenus *Thomas*, VII. 2, 567

Came-

Camerarius *Philippus* IX. 7, 750
Caniſius Henricus, X. 23, 849
Carpzovius *Benedictus*, IX. 23, 804. IX. 29, 815
à Caſtrovillare *P. Antonius Conſtantinus*, VII. 2, 565.
Cellarius *Chriſtophorus*, X. 1, 817. n. 2
Cellarius *Chriſtophorus junior*, P. 5. I. 44. 163
Centuriatores Magdeburgenſes, VII. 15, 612. n. 2
Chachemius Henricus, X. 16, 839
Charondas *Ludovicus*, P. 18
Chemnitius *Bogislaus Philippus*, X. 27, 852
Cherubinus *Laertius*, VII. 32, 656. n. 5
Cherubinus *Angelus Maria*, VII. 32, 656. n. 5
du Chesne *Andreas & Franciscus*, X. 23, 849
Chifletius *Ioannes*, P. 33. VII. 8, 595. n. 2
Chimentellus *Valerius*, I. 19, 66
Cholinus *Maternus*, VII. 23, 640. n. 1
Choppinus *Renatus*, VII. 41, 673. n. 1
Cicero *M. T.* P. 6. I. 44, 162
Claſenius *Daniel*, IX. 29, 815
Clutenius *Ioachimus*, P. 30
Cluverus *Philippus* X. 1, 817. n. 2
Coccejus *Gerhardus*, P. 11
Coccejus Henricus, X. 34, 855
Cocus *Robertus*, VII. 2, 564
Coëffetau *Nicolaus*, VII. 41, 671. n. 1
Colerus *Matthias*, P. 27. 49
de Columna *Radulphus*, X. 16, 839
Connanus *Franciſcus*, V. 18, 406
Conradus *Caſpar*, P. 27
Conradus *Epiſcopus Trajectenſis*, X. 7, 826. 827. n. 6
Conringius *Hermannus*, P. 27, 48. 49. X. 34, 855. X. 37, 858
Contarenus *Vincentius*, I. 32, 122
Contelorius *Felix*, II. 5, 238
Contius *Antonius*, P. 19. P. 41. III. 12, 326. VII. 18, 629
Corpus Iuris Gloſſatum, V. 13, 395. n. 5
Corteſius *Io. Ludouicus*, P. 50
Cortreius *Adamus*, X. 22, 848
Cotta *Catellianus*, P. 27
Cottelerius *Io. Baptiſta*, VII. 3, 569. 578. n. 7
Cowellus *Ioannes*, P. 54
Cragius *Nicolaus*, P. 46
Cragius *Thomas*, P. 66
Cregelius *Erneſtus*, P. 62
Criſpinus *Ioannes*, P. 15. I. 9, 30. n. 2
Cruſius *Iacobus Andreas*, IX. 4, 738
Cucchus *M. Antonius*, VII. 31, 653
Cugnerius *Petrus*, X. 16, 839
Cuiacius *Iacobus*, P. 11. P. 26. VIII. 17, 711. VIII. 31, 734

*D.*

Dacherius *Lucas*, X. 23, 849
Dallæus *Ioannes*, VII. 2, 563. 566. n. 5. VII. 2, 564
Damiani *Petrus Oſtienſis Epiſcopus*, X. 6, 825. n. 1
Datt *Io. Philippus*, P. 67
Daoys *Stephanus*, V. 13, 395. n. 5
Deckherrus *Io.* P. 68
Difenbach *Georgius Guſtauus*, IX. 16, 775. n. 1
Diodorus *Siculus*, P. 45
Dionyſius *Halicarnaſſenſis*, I. 2, 6. n. 5
Diplovatarius *Thomas*, P. 57
de Dominis *Marcus Antonius*, VII. 41, 672. n. 1

Donel-

Donellus *Hugo*, V. 18, 407
Dornmeyer *Andreas Iulius*, X. 1, 818
Doſchius *Petrus*, P. 62
Douiatius *Ioannes*, P. 42. IV. 1, 331. n. 4. 64. P. 50. VII. 30, 652, 653. n. 8
Duck *Arthurus*, P. 40. P. 54. 65. 66. V. 13, 389. ſeqq.
Duckerus *Carolus Andreas*, III. 5, 307
Durandus *Guilielmus*, V. 18, 406.

*E.*

Ebelinus *Chriſtianus*, IX. 7, 749. 14, 769.
Eberhardus *Salisburgenſis Epiſcopus*, X. 7, 826. 827. n. 6
Eberlinus *Georgius*, P. 11. P. 24
Eccardus *Iuſtus*, II. 1, 215
van Eck *Cornelius*, P. 29
Ehemius *Chriſtophorus*, P. 29
Ehingerus *Elias*, VII, 3, 574
Eichelius *Ioannes*, P. 32. P. 44. III. 1, 265, n. 2
Emmius *Vbbo*, P. 45
Engel *Ludouicus*, P. 64.
Engelbrecht *Georgius*, X. 38, 859. n. 3
Erdtmannus *Chriſtophorus*, X. 18. 842. n. 1
von Eſpen *Zegerus Bernhardus*, P. 64
Eutropius *Presbyter Longobardus*, X. 2, 841. n. 4
ab Eyben *Huldericus*, P. 65. VII. 38, 667

*F.*

Faber *Antonius*, V. 20, 408. X. 31, 854
Fabricius *Eucrhardus*, V. 20, 410. VI. 42, 557
Fabricius *Io. Albertus*, P. 47
Fabrottus *Carolus Annibal*, IV. 1, 331. 333. 2, 355.
Farinacius *Proſper*, IX. 16, 810
Felzius *Io. Henricus*, VI. 23, 471. n. 5. 482
Fichardus *Ioannes*, P. 23. P. 57. 59
Fileſacus *Ioannes*, VII. 14, 609. n. 2
Floccus *Antonius Dominicus*, I. 19, 62. n. 2
Flörckius (*Henricus Erneſtus*, V. 19, 408
Florens *Franciſcus*, P. 63. 64. VII. 8, 595
Floydus *Ioannes*, VII, 41, 672. n. 1
Forſterus *Valentinus Guilielmus*, P. 14. P. 27. P. 42. 46. P. 57. 59.
Forteſque *Ioannes*, P. 53
de Franckenau *Gerhardus Erneſtus*, P. 50. V. 1, 352. 353
Franckius *Io. Chriſtophorus*, P. 28
Frantzius *Thomas*, VIII. 4, 689
Frantzkius *Georgius*, P. 11
Freherus *Marquardus*, P. 42. 47. IV. 4, 341. 347. n. 1. IX. 16, 775. n. 1. X. 7, 827. n. 6. X. 23, 849. 24, 850
Frentzelius *Simon Fridericus*, IX. 14, 769
Freymonius *Io. Wolffgangus*, P. 21. P. 41
Fronius *Matthias*, VI. 23, 472. n. 3

*G.*

Galthius P. 56
Garro *Antonius*, P. 11. P. 39.
Galnerus *Bernhardinus*, P. 58.
Gaudentius *Paganinus*, III, 1, 265. n. 3. 272
Gentilis *Albericus*, P. 19. P. 40. P. 66
Gentilis *Scipio*, P. 19
de S. Georgio *Io. Antonius*, VIII. 31, 734

Gerhardus *Ephraim*, P. 19. IX. 5, 743. n. 5. IX. 7, 750
Gerhohus *Reichersbergenſis Præpoſitus*, X. 7, 816, 827. n. 6.
Gericke *Io. Wernerus*, P. 48. IX. 14, 769.
Gericke *Io. Wilhelm*, P. 67
Gewoldus *Chriſtophorus*. X. 24, 850. X. 35, 856.
Gibellinus *Theodoſius*, VII. 41, 672. n. 1
Giphanius *Hubertus*, P. 39. 41
Giſobertus *Henricus*, P. 49. VI. 43, 553. n. 3
Goblerus *Iuſtinus*, X. 24, 850
Gœbelius *Io. Wilhelmus*, VI. 43, 560
Gœbelius *Matthæus*, VII. 41, 673. n. 1
Goffridus *Vindocinenſis*, X. 7, 826
Goldaſtus *Melchior*, VI. 15, 447. VIII. 16, 717. VII. 32, 659. n. 2. X. 2, 821. n. 4. 5, 825. 7, 827. n. 6. X. 16, 839, X. 23, 849. X. 25, 851
Golzius *Hubertus*, I. 19, 64
Gomeſius *Ludouicus*, P. 23. VII. 28, 650. n. 3
Gontzaletz *Telletz Emanuel*, P. 64
Gothofredus *Dionyſius*, P. 15. III. 10, 325. VII. 3, 569. 578. n. 7
Gothofredus *Iacobus*, P. 15, 19. P. 26. P. 30. P. 42. 47. II. 5, 243. II. 11, 259. n. 6
Götzius *Godfridus Chriſtianus*, VI. 27, 505. n. 2
Græuius *Io. Georgius*, I. 19, 62. n. 2
Grantzius *Tobias*, IX. 29, 816
Graue *Gerhardus*, IX. 9, 760
Grauina *Io. Vincentius*, P. 16. P. 43. 47. 58. I. 14, 41. 15, 54, n. 5
Gregorius *Petrus Tholoſanus*, V. 18, 407
Gretſerus *Iacobus*, X. 7, 827. n. 6. IX. 7, 750
Greuius *Ioannes*, IX. 26, 810
Gribner *Michael Henricus*, VI. 23, 475. n. 9. VI. 39, 544. X. 34, 855. X. 38, 859
a Groenewegen *Simon*, III. 5, 307. VI. 41, 549
Groeningius *Ioannes*, IX. 28, 808. n. 1
Gronouius *Io. Frid.* II. 1, 216
Grotius *Guilielmus*, P. 28
Grube *Io. Reinoldus*, VI. 24, 482. n. 4
Gruchius *Nicolaus*, I. 4, 11. n. 1. 13. n. 6. I. 20, 68. n. 5. 41, 143
Gruterus *Ianus*, I. 19, 64
Gryphiander *Ioannes*, P. 27, 49. VI. 23, 471. n. 4. VI. 24. 478
Guazzini *Sebaſtianus*, IX. 26, 810
Guichenonius *Samuel*, X. 35, 856
Guinetus *Franciſcus*, P. 39
Gundlingius *Nic. Hieronymus*, III. 1, 271. VIII. 3, 684. X. 2, 820. n. 3. X. 34, 855
Gunning *Petrus*, VII. 2, 567. n. 6
Gutherius *Iacobus*, I. 2, 5. n. 3. I. 19, 63. I. 26, 104. II. 2, 217. II. 4 234. 5, 236. n. 6

*H.*

Hagemeier *Ioachimus*, P. 40, 45. 65. 66. III. 13, 329
Hahnius *Henricus*, V. 19, 407. VII. 38, 667
Haloander *Gregorius*, III. 12, 326
Hambergerus *Laurentius Andreas*, II. 5, 243
Haſæus *Iacobus*, III. 7, 312

Hayneccius *Io. Michael*, X. 23, 849
Heiderus *Daniel*, X. 35, 856, n. 2
Heigius *Petrus*, P. 27, 49
Henelius *Nicolaus*, P. 27
Henichius *Ioannes*, *IX.* 29, 815. n. 2
de Henniges *Henricus*, *X.* 19, 853
Heraldus *Deſiderius*, P. 46
Hermes *Hermannus*, *X.* 1, 817. n. 1
Heroldus *Baſilius Ioannes*, *VI.* 2, 412
Hertius *Io. Nicolaus*, P. 45. *VIII.* 6, 690. n. 5. *VIII.* 11, 709. n. 6. *X.* 1, 817. n. 2. *X.* 34, 855
Heruagius *Ioannes*, *III.* 12, 326
Heruetus *Gentianus*, *IV.* 2, 335
Heydelmannus *Io. Caſpar*, *VI.* 39, 544
Hildebrandus *Ioachimus*, *VII.* 16, 615. n. 1.
Hilliger *Oswaldus*, *V.* 18, 407
Hincmarus *Archi-Epiſcopus Rhemenſis*, *X.* 2, 819
Hofmannus *Chriſtianus Godofredus*, P. 48. P. 27, 49. *VI.* 43, 558
ab Hohenburg *Herwartus*, *X.* 16. 838. n. 4.
Honterus *Ioannes*, *VI.* 23, 472. n. 3 P. 66. 67
Hornius *Caſpar Henricus*, *VI.* 42, 557. *VIII.* 31, 734. *X.* 34, 855
Hortlederus *Fridericus*, *X.* 16, 851
Hottomannus *Franciſcus*, P. 15. P. 18 19. P. 27. P. 51. *I.* 9, 30. n. 2. *I.* 19, 62. n. 2. *I.* 15. 54. n. 5.
Howel *Iacobus*, P. 53
Huberus *Vlricus*, P. 5. *II.* 1, 215. 2, 218. *III.* 5, 307. *V.* 19, 407
Hugo *Floriacenſis*, *X.* 7, 827. n. 6.
Hugo *Ludolphus*, *VI.* 26, 492. n. 2. *X.* 38, 859. n. 2
Huitfeld *Haraldus*, P. 57. *VI.* 23, 473. n. 4
Hundeshagen *Io. Chriſtoph*, *IX.* 14, 769
Hundius *Wiguleius*, *X.* 35, 856
Hunnius *Helfricus Vlricus*, P. 40
Hutterus *Albertus*, *VI.* 23, 472. n. 3
Hypereta *Baſilius*, *VII.* 41, 672

*I.*

Idacius *Lemonicenſis*, *I.* 19, 64
Iony *Ioannes*, *V.* 13, 391
Iordan, *X.* 16, 839
de Iſernia *Andreas*, *VIII.* 31, 734
Iunius *Franciſcus IX.* 5, 745. n. 6
Iuo *Carnotenſis*, *X.* 7, 827. n. 6
Iuſtellus *Chriſtophorus*, *IV.* 5, 349. n. 3. *VII.* 4, 585. n. 3, 586. n. 5. 8, 595, 596. *VII.* 5, 587. n. 1. 596.
Iuſtellus *Henricus*, *IV.* 5, 349. n. 3. *VII.* 4, 585. n. 3. 586. n. 5. 8, 595. 596. *VII.* 11, 604

*K.*

Keſtner *Henricus Erneſtus*, P. 40, *VI.* 42, 557. *VI.* 43, 558. n. 4.
Keyſer *Daniel*, P. 45. P. 65. 66.
Khrayſerus *Sebaſtianus*, *VI.* 41, 553
Kirchmaierus *Georgius Caſpar*, *III.* 5, 307. *IX.* 14, 769.
Klepperbein *Bernhardus*, *V.* 19, 408
Knichen *Andreas*, *VI.* 23. 476
Knipſchild *Io. Philippus*, *X.* 37, 858
Knittel *Chriſtianus*, *IX.* 14, 769.
Knorrius *Io. Fridericus*, *VII.* 14, 609. n. 2
Koch *Ioachimus*, *VI.* 23, 472. n. 3
Kollius *Ioannes*, *VI.* 27, 504. n. 6
Krabbe *Ericus*, P. 57.
Kulpiſius *Ioannes Georgius*, *VI.* 39, 542. 544. *X.* 36, 858.

Kuri-

Kuricke *Reinoldus, VI.* 27, 503. n. 3

L.

Labbæus *Carolus, IV.* 4, 343. 347. n. 4.
Labbeus *Philippus, I.* 19, 62, n. 2. 64. *II.* 5, 236. n. 6.
Labittus *Iacobus,* P. 22. 23
Lætus *Pomponius, I.* 19, 62. n. 2.
Lambardus *Guilielmus,* P. 25
Lambecius *Petrus,* P. 47
Langius, *Andreas, VI.* 38, 528
Lanſius *Thomas,* P. 62
a Lantuſca *Angelus, VII.* 32, 656. n. 5
a Lapide *Hippolytus, X.* 27, 852.
Launoyus *Franciscus,* P. 51. *V.* 13, 387. n. 2
Launoius *Ioannes, X.* 7, 817. n. 4
Lautenſack *Fridericus Gregorius, VI* 41, 551. *X.* 38, 859
Lauterbachius *Ioannes,* P. 11
Lehmannus *Chriſtophorus, X.* 22, 848 *X.* 26, 851. *X.* 27, 852
Leibnitius *Godofredus Guilielmus, X.* 23, 849. *X.* 35, 856
Leickherus *Fridericus Iacobus,* P. 62
Leonhardus *Fridericus, X.* 35, 856
Leuber *Beniaminus, VI.* 23, 471. n. 4. *VI.* 38, 528
Leuchtius *Chriſtophorus Leonhard, X.* 26, 851
Leuckfeldius *Io. Georgius, X.* 35, 836
Leunclauius *Ioannes, IV.* 4. 341. 347. n. 5. 7
Leurenius, *VII.* 39, 669
a Leuwen *Simon,* P. 11, 16. P. 42. *II.* 8, 246. *VI.* 41, 549
Leyſer *Auguſtinus,* P. 29. *VI.* 22, 461
Libergius *Martinus,* P. 41
de Lignano *Ioannes, IX.* 7, 748
Linck *Henricus, VI.* 39, 544
Lindemannus *Thomas,* P. 42
Lindenbrogius *Erpoldus, X.* 23, 849. *X.* 35, 856
Lindenbrogius *Fridericus, V.* 1, 353. *V.* 5, 360. *VI.* 2, 412. *VI.* 3, 413. *VI.* 11, 435
Linglois *Petrus Franciſcus, III.* 8, 315
Lipſius *Iuſtus,* P. 12, 15. *I.* 19, 62. n. 2
Loccenius *Ioannes, VI.* 4, 420. n. 1. *VI.* 38, 528
Londorpius *Michael Caſpar, X.* 26, 851
Lorichius *Ioannes,* P. 27
Loyaſa *Garſias, VI.* 10, 600
Ludewig *Io. Petrus, V* 22, 410. *VI.* 22, 461. *VI.* 34, 517. *VII.* 28, 650. n. 4. *VIII.* 31, 734. *X.* 2, 820. 18, 842. n. 1. *X.* 34. 855
Ludouici *Iacob. Fridericus, V.* 19, 407. *VIII.* 31, 734. *IX.* 23, 804. *IX.* 26. 810. *IX.* 29, 815
Lundius *Carolus,* P. 56. *VI.* 4, 420. n. 1
Lunigius *Io. Chriſtianus,* P. 68. *VI.* 41, 552. n. 2. *X.* 35, 856. *X.* 37. 858
Lyncker *Nicolaus Chriſtophorus, VI.* 18, 452. n. 5. *VII.* 40, 671. n. 5
Lyndwond *Guilielmus,* P. 53

M.

Mabillonius *Ioannes,* X. 35, 856
Maderus *Ioachimus Ioannes,* IX. 7, 750

Maſtertius *Iacobus*, III. 5, 307
Maglus *Hieronymus*, IX. 26, 810. n. 2
Maltretus *Claudius*, P. 31
Mantua, P. 57. 59. I. 14, 41. n. 5
Manutius *Paullus*, P. 18. I. 31, 116. I. 41, 143. I. 45. n. 1
Manzius *Caſpar*, I. 19, 62. n. 2. IX. 29, 815. X. 1, 817. n. 1
Marbachius *Ulricus*, VI. 43, 560
de Marca *Petrus*, P. 63
Marcilius *Theodorus*, P. 15
Mareſius *Samuel*, VII, 31, 653. n. 1
Marlianus *Io. Baptiſta*, I. 19, 63. n. 3
Marquardus *Ioannes*, VI. 38, 528
Marſilius *Patavinus*, X. 16, 839
Martini *Wernerus Theodorus*, P. 12
Marvillius *Antonius*, II. 12, 260
Maſeovius *Petrus*, X. 23, 804
Maſſonius *Papirius*, P. 62
von Maſtricht *Gerhard*, P. 64. VII. 20, 633. n. 4
Matthæi *Antonius*, VIII. 10, 699. IX. 3, 736. n. 1. X. 35, 856.
Mauritius *Ericus*, P. 45. 65. 66. 67. VI. 27, 507 n. 2. 508. VIII. 23, 725. 727. n. 1. X. 24, 850
Mayer *Io. Ebrenfried*, VI. 26, 492. n. 2
Meibomius *Henricus*, X. 23, 849
Meibomius *Io. Henricus*, IX. 4, 738
Meichſner *Sebaſtianus*, VI. 25, 490. n. 4
Meierus *Gebhardus Theodorus*, VII. 4, 585. n. 3
Meinders *Hermannus Adolphus*, VI. 7, 428. IX. 7, 749. n. 1. 24, 808. IX. 30, 816
Menagius *Ægidius*, P. 28
Menckenius *Io. Burchardus*, IX. 16, 775. n. 1
Menckenius *Lüderus*, P. 66. V. 19, 408.
Menius *Georgius*, VI. 22, 464
Mercerus *Ioannes*, P. 20. 62
Merillius *Edmundus*, III. 8, 315
Merula *Paullus*, P. 16. P. 19. I. 14, 41. n. 5. I. 41, 143
Meſſenius *Ioannes*, VI. 4, 420. n. 1
Mevius *David*, VI. 27. b. 499. 503. n. 1. 504. n. 6
Meurerus *Noe*, X. 24, 850
Meurſius *Ioannes*, P. 46. 47
Meyerus *Iuſtus*, V. 19, 407
Meyrerus *Martinus*, X. 26, 851
Milagius *Auguſtinus*, P. 46
Minnerus *Io. Andreas*, IX. 29, 815
Miræus *Aubertus*, VII. 41, 671. n. 1
Miræus *Ludouicus*, IV. 1, 333. n. 4
Modius *Franciſcus*, P. 19
del Molino *Michael*, P. 50
Mollenbeccius *Io. Henricus*, V. 19, 408.
Mollerus *Ioannes*, P. 27, 49. 57
Molynæus *Ioannes*, VII. 16, 621. n. 7
Monachus *Ceſtrienſis*, P. 52
Morinus *Ioannes*, VII. 14, 608. 609. n. 2
Mornacius *Antonius*, V. 20, 408
von der Muelen *Gerbardus*, P. 12
Müllerus *Io. Iacobus*, I. 24, 92
Müller *Io. Ioachim*, VI. 36, 523. n. 1. X. 26, 851. X. 36, 857
Müllerus *Petrus*, III. 5, 299. V. 19, 408
Muretus *M. Anton.* P. 11

*N.*

Neſſelius *Daniel*, P. 47
Neuizanus *Ioannes*, P. 23

Noodt

Noodt *Gerardus*, V.20, 409
Notitia Dignitatum Orientis & Occidentis, I.19,62. n.2

O.

Obertus *Epiſcopus Leodienſis*, X. 7, 827. n. 6
Obrechtus *Georgius*, P.5. I.44,163
Ockam *Guilielmus*, X.16,839
Ockel *Andreas*, P.29. II.3,226
Ohemius *Chriſtophorus*, I.19, 62. n.2
Oiſelius *Iacobus*, P. 25
Oldekop *Iuſtus*, IX. 26, 810
Oldenburger *Philippus Andreas*, P.6. X.29,853
Oldendorpius *Ioannes*, P.14. P.24
Omeiſius *Magnus Daniel*, P.62
Otto *Everhardus*, II.3,226. 7,243.

P.

Pachelbl à Gehag *Gabriel*, VI. 32,510
Pagenſtecher *Alexander Arnoldus*, III. 13, 329. V.19, 408
Pagi *Antonius*, II. 5, 236. n.7. P. 59
Pancirollus *Guido*, I.19,62. n. 2. I. 34, 129. II. 4,234. 5,236. n. 6
Panſa *Caſpar*, P.62
Panvinius *Onuphrius*, I.4,11. n.1. I.19, 63. n. 3. 64. 32, 117
Parckerus *Samuel*, VII.41,673. n.1
de Pariſiis *Ioannes*, X. 16, 839
Paulus *Iulius*, P.26
Pearſonus *Ioannes*, VII. 2, 567. n. 6
le Peletier *Claudius*, VII. 6, 590. n. 1
Periander *Antonius*, P. 63
Perionius *Ioachimus*, I.19,62. n.2
Perrinus *Ægidius*, P. 39. V. 13, 395. n. 5
Perſius *Antonius*, V. 13,395. n.5.
Petitus *Iacobus*, VII. 14,610. n.5.
Petitus *Samuel*, P.46
Neri à Petra Sancta *Io. Baptiſta*, VII. 30,653. n.8
Pfanner *Tobias*, X. 29,853
Philipps *Io. Thomaſius*, VII.41, 673. n.1
Pighius *Stephanus Vinandus*, I. 19, 63. n.3. 64
Pirrhing *Enricus*, P.64
Piſtorius *Ioannes*, X.23, 849
Pithoeus *Franciſcus*, P. 14, 15. III. 11, 326. VI. 13, 443. VII. 6, 590. n. 1. VII, 32, 656. n. 4.
Pithoeus *Petrus*, P.20. V. 1,353. VI. 3,413. VI. 11, 435. 13, 443. VII. 6, 590. 8, 595. VII. 32, 656. n. 4. X. 23, 848. 849
Pittenius *Floren. Petrus*, II. 5, 243
Placcius *Vincentius*, P.68
Plettenbergius *Hunoldus*, P.65
Plutarchus, P. 45, 46.
Pluton *Ferdinandus*, P.53
Polletus *Franciſcus*, P.5. I.44,162
Pomereſch *Io.* P. 62
Pomponius, P.7, 9
Poſſardus *Guilielmus*, I. 19, 62. n. 2
Poſt *Hermannus*, III. 1, 265. n. 3
Porgieſerus *Ioachimus*, VI. 34, 520
Prævotius *Claudius*, I. 19, 62. n. 2
Prateius *Pardulphus*, P.15. P. 46. I.11. 34. n. 4. III. 5, 298. III. 10, 325
Praun *Michael*, VIII. 10, 699
von Prietzen *Ioachimus Gregorius*, VI. 24, 485. n.7
Procopius, P.31
Pufendorfius *Samuel*, VII. 41, 672. X. 29, 853
Puteanus *Erycius*, I.42, 151. n.3



Digitized by Google

Pyrrhus *Ioannes*, I.19,62.n.2. VI. 3,419.n.4.

Q.

Quintilianus *M. Fabius*, P.6. I.44, 162

R.

Rachelius *Samuel*, P. 67. IX. 7, 749
Ræuardus *Iacobus*, P.5. P.15, 19. I.44, 163. II.3, 226
Rahla *Henricus*, P.42
Ranchinus *Guilielmus*, II.5,242.n.7
Rauchbar *Andreas*, P.62
Rauſcherus *Io: Martinus*, P.62
Rebhan *Iohannes*, V.19, 408.n.1
Regius *Ludouicus*, P.62
Regnerus *Cyprianus*, III.5,307. VI. 41, 549. VIII.31,734
Reincking *Theodericus*, VII.41,673. n.1
Relandus *Hadrianus*, I.19,64
Relandus *Petrus*, I.19,64. II.5,236. n.7. III.8, 320
Reſenius *Petrus Ioannes*, P.56.57
Reuberus *Iuſtus*, X.23, 849
Reusnerus *Georgius*, VI.23,472.n.3
Reyher *Samuel*, P.45.57
Rhenanus *Beatus*, VI.11,439.n.11
Rhetius *Io. Fridericus*, VII.38, 667. VIII.31,734. X.1, 817.n.1
Riccius *Adamus*, P.40.66
Richter *Chriſtophorus Philippus*, VI. 17,450.n.4
Richter *Georgius*, III.1,272.
de Rieden *L.B.* X.19,853
Rigaltius *Nicolaus*, VIII.24,729
Rinck *Eucharius Gottlieb*, P.68
Ritterſhuſius *Conradus*, P.15, II.8, 245.n.2. III.10,325. III.13, 329. VII.38,667
Rivallius *Aymarus*, P.14. P.27. P.41
Rivius *Thomas*, P.32
Robortellus *Franciſcus*, I.19,63.n.3
à Roma *Io. Paullus*, VII.32,656,n.5
de Roſieres *Franciſcus*, X.35,856
Roſinus *Ioannes*, P.15. P.17
Rothius *Eberhardus Rudolphus*, IX. 7,750
Rupertus *Chriſtoph. Adamus*, P.11
Ruſſardus *Ludouicus*, III.12,326
Rutilius *Bernardinus*, P.27
à Rynthelen *Cornelius*, P.41

S.

Salmaſius *Claudius*, P.46
Scaliger *Ioſephus*, P.20
Scardeonius *Bernhardinus*, P.61
Schaller *Ioannes*, IX, 26, 810
Schardius *Simon*, IV.4,347.n.6. VII. 32, 659. n.2. X.7, 827. n.6. 16,839. X.23,849.
Schatenius *Nicolaus*, X.35,856
Schellius *Io. Chriſtianus*, P.68
Schenck de Tautenburg *Fridericus*, VIII.31,734
Schickfus *Iacobus*, VIII.30,733.n.5
Schifordegher *Caſpar*, VI.23,471.n.5
Schilter *Ioannes*, P.26. P.27.49.66. 68. V.20,409. VI.36,523. VI. 41, 549. VII.38,667. VIII.11, 715.16,717. VIII.17,719.23, 725.24.729. VIII.31,734. X. 22,848. X.23,849. X.36,857
Schloepke *Chriſtian*, VI.24,478
Schmeizel *Martinus*, VI.23,472.n.3
Schidius *Gotfriedus*, P.45
Schminckius *Io. Hermannus*, II.5,243

Schnei-

Schneidewinus *Ioannes*, VI.41,552,n,2
Schneyder *Andr. Chriſtoph.* VI.31,510
à Schoenberg *Martinus Magerus*, VI. 36,523
Schoockius *Martinus*, II.1,214
Schottelius *Iuſtus Georgius*, P.48.67. VI.34,513.n.1
Schottus *Andreas*, P.62.64.I.19,64
Schragius *Fridericus*, IX.7,750
Schreiter *Chriſtophorus*, P.27,49. VI.23,476
Schubartus *Georgius*, P.43. V.20, 409.X.7,826
Schultingius *Antonius*, P.20. P.25, 31. II.8,246
Schurzfleiſchius *Conrad Samuel*, VI. 16,449.n.2.VIII.11,715. X.6,825.n.1.X.34,855
Schützius, *Io. Iacob* V.19, 407
Scioppius *Caſpar*, X.27,852
Scribonius *Guil. Adolphus*, IX.9,760
Scrimgerus *Henricus*, III.12,326
Scriverius *Petrus*, I.19,62.n.2
à Seckendorf *Vitus Ludouicus*, VII. 41,673.n.1
Seldenus *Ioannes*, P.43
Seneca *M. Annaeus*, P.6.I.44,162
Sibbern *Nicolaus Petrus*, P.27.57
Sibrandus *Io.* P.27.VI.27,504.n.6
Siccama *Sibrandus Tetardus*, I.3,39. n.2.I.46.n.3.I.44,163.49 196. VI.4,423.n.4.
Sichardus *Ioannes*, P.25.VI.2,412
Sigonius *Carolus*, P.2.I.4,13.n.1.I.19, 63.n.3. I.31,116. I.44,163
Simon *Dionyſius*, P.58
Sincerus *Claudius*, VI.39,544
Sirletus *Guilielmus*, VII,23,640,n,1
Sirmondus *Iacobus*, I.19,64.VI.11,435
Sithmannus *Ioannes*, P.47
Sixtinus *Regnerus*, P.63
Skunk *Thomas*, P.47
Skytte *Ioannes*, P,56
Slevogtius *Io. Philippus*, II.8,246. III.5,292
a Slicher *Ianus, W.* IX.7,750
Spangenberg *Cyriacus*, VIII.10,699
Speckhahn *Eberhardus*, V.21,410
Spee *Fridericus*, IX.30,816
Spelmannus *Ioannes*, P.54
Spenerus *Iacobus Carolus*, X.1,817
Sperlingius *Otto*, P.57
Spormacher, VI,43,560
Stephanus Herrandus Epiſcopus Halberſtadtenſis, X.7,826.827.n.6
Stephani *Matthaeus*, IX.29,815
Stiernhöóck *Io. O.* P.56.VI.4,420.n.1
de Strada *Iacobus*. I.19,64
Strauchius *Ioannes*, P.24.65.I.16, 55.n.1.II.2,218. II.7,241. 8,246.10,250.III.5,305.n.5 III.7,312.8,315.319.13,329. VII.38,667.VIII.7,693.n.5
Struvius *Georgius Adamus*, P.66.67. V.19,407. VIII.6,690.n.5. VIII.31,734.IX.9,760
Struve *Burcard Gotthelf*, P.63.68
Struve *Fridericus Gottlieb*, V.19.407
Strykius *Samuel*, V.19,407. VI. 41,549. VI.23,471.n.5
Strykius *Io. Samuel*, V.19,408
Suareſius *Ioſephus Maria*, P.41,47. IV.2,335
Sylburgius *Fridericus*, P.12.I.19, 63.n.3
Sylvius *Antonius Clarus*, P.15

T. Ta-

Digitized by Google

*T.*

Tabor *Io. Otto*, V. 13, 391. n. 7. X. 38, 858

Tengnagelius, *Sebaſtianus*, X. 7, 827. n. 6

Thomaſinus *Philippus Iacobus*, P. 61.

Thomaſius *Chriſtianus*, P. 20. P. 30. P. 33. P. 40. P. 48. P. 51. P. 65. P. 66. P. 67. V. 19, 408. 409. VI. 26, 492. n. 2. VI. 41, 549. 550. 554. 559. VII. 30, 652. 653. n. 8. VII. 40, 672. 41, 673. VIII. 6, 690. VII. 15, 716. IX. 3, 736. IX. 21, 798. n. 6. IX. 28, 815. IX. 30, 816. X. 34, 855

Thomaſſinus *Ludouicus*, VII. 14, 609. n. 1

Thomingus *Iacobus*, VI. 41, 552. n. 2

Thorntonius, P. 52.

Thucelius *Caſſander*, IX. 28, 808. n. 1. X. 31, 854

Thuldenus *Diodorus*, VI. 43, 560

Tilius *Ioannes*, VI. 3, 413. VI. 13, 443

Tolnerus *Carolus Ludouicus*, X. 35, 856

Triuorius *Gabriel*, P. 32. III. 1, 265. n. 2

Turnebus *Adrianus*, P. 15

Turrianus *Franciſcus*, VII. 2, 563. 564. n. 3. VII. 3, 569. 578. n. 7. VII. 15, 612. n. 2

Tyrrell *Iacobus*, P. 53

*V.*

Vadianus *Ioachimus*, VII. 11, 439. n. 11

de Valaſco *Petrus*, P. 29

Valeſius *Hadrianus*, X. 1, 818

Velleius *Seuerinus*, P. 56

ab Vffenbach *Io. Chriſtoph*, VI. 27, 507. n. 2

de Villadiego *Alphonſus*, V. 1, 353

Voëllus *Guilielmus*, IV. 5, 349. n. 3. VII. 11, 604

Voetius *Ioannes*, P. 40, V. 20, 409

Volaterranus *Raphael*, I. 19, 62. n. 2

Volmarus *Iſaacus*, X. 29, 853

a Vosmediano *Melchior*, VII. 16, 621. n. 7

Vredus *Oliuarius*, X. 35, 856

Vrſinus *Fuluius*, P. 12. I. 14, 41

Vrſtiſius *Chriſtianus*, X. 23, 849

Vſſerius *Iacobus*, VII. 2, 564

Vulpinius *Io. Baptiſta*, IX. 26, 810

Vulſon *Marcus*, IX. 7, 750

*VV.*

Waltramus *Epiſcopus Numburgenſis*, X. 7. 826. 827. n. 3. & 6. 9, 829. n. 1

Warlef *Gottfried*, VI. 43, 560

Wegnerus *Chriſtophorus*, VII, 38, 667

Wehner *Paulus Maximilianus*, VI. 29, 508

von und zu Weingarten *Io. Iacobus*, VI. 42, 533

Wendelinus *Godefridus*, VI. 3, 413

Werlhofius *Ioannes*, P. 67. X. 1, 817. n. 2. X. 34, 855. X. 38, 859. n. 4

Weſenbecius *Matthaeus*, P. 61. VI. 41, 552. n. 2

Whelocus *Abrahamus*, P. 53

Wilduogel *Chriſtianus*, VI. 23, 470. n. 1. IX. 26, 810

Winckelmann *Io. Iuſtus*, IX. 16, 775. n. 1

Wiſſenbachius *Io. Iacobus*, III. 5, 304. III. 13, 329

Witſius *Hermannus*, VI. 38, 528

Witte *Henningius*, P. 61

Wormius *Olaus*, IX. 7, 750

*Z.*

Zaſius *Vdalricus*, P. 18, VIII. 31, 734

Zeumer *Io. Caſpar*, P. 61

Zieglerus *Caſpar*, P. 65. VII. 30, 652. 653. (n. 8

Zilettus *Baptiſta*, P. 23

Zobelius *Melchior*, VI. 22, 463. n. 4. 464. VI. 24, 479. n. 4. VIII. 16, 717

Zonaras *Ioannes*, VII. 3, 569. 577. n. 6

Zuichemus *Viglius*, IV. 1, 333. n. 4.


IN-

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM.

Numerus primus Romanus Caput, ſecundus Longobardicus Paragraphum, tertius Paginam, litera n. quando adiecta Notas deſignat.


## A.

A antiquo, vox in Comitiis Centuriatis apud Romanos quid ſignificarit? I. 42, 148

A. nota Abſolutionis in Tabulis Iudicum Romanorum I. 47, 177. 178. n. 4

*Abbates* horum conſilio Leges apud Francos latæ VI, 10. 430. 433. n. 1

- - *Germaniæ*; Feuda conferunt Perſonis illuſtribus *Hereſchilt* nuncupata VIII. 10, 699. 701. n. 4

*Abbatiæ* Germaniæ olim Impp. Seruitia præſtabant VIII. 10, 701. n. 4

*Abbatia S. Maximini Treuirenſis*, Miniſteriales multos habet, horum conditio & ſeruitia peculiaria VIII. 11, 707

*Abbreviaturæ* a Iuſtiniano Imp. in ſcribendis Legibus prohibitæ V. 9, 374. n. 5

- - docent, Codicem II. Florentinum non eſſe Iuſtiniani Autographum ibid.

*Abdicatio* Auguſti Imp. per Acciſmum Politicum tentata II. 1, 211

*abſtimen*, vox Germanica, quid denotet? IX. 16, 774. 775. n. 5

*Abſolutionis* nota in Tabulis Iudicum Romanorum quæ? I. 47, 177

in *Academias Germaniæ* Ius Iuſtinianeum Lotharius Imp. non introduxit V. 10, 376. ſeq.

- - per Irnerii auditores introductum V. 11, 382

- - Itali Doctores, eorumque auditores recepti quid effecerint? V. 13, 392

*Academiæ* receptionem Iuris Iuſtinianei in Germania promouent VI. 39, 542

in *Academias* Germaniæ quando & quo modo Ius Feudale Longobardicum illatum? VIII. 21, 722. 28, 730

- - Librum VI. Decretalium introducit Bonifacius VIII. VII, 26, 645. 646. n. 4

- - Clementinas mittit Ioannes XXII. Pontifex Romanus VII. 27, 647. 648

*Academiæ Anglicanæ* Iure Iuſtinianeo tanquam ſubſidiario vtuntur V. 13, 387

*Academiæ Bononienſis* flos & Doctores Iuris V. 11, 384

- - Iurisdictio Criminalis & Ciuilis quomodo comparata 385

- - egregia ibi Nationis Germanicæ Priuilegia VI. 39. 532. n. 6

in *Academia Erfurtenſi* quo tempore Profeſſores Iuris ordinati? VI. 30, 533. 534. n. 3

in *Academias Galliæ* quando Ius Iuſtinianeum introductum? V. 13, 386. 390


Sssss - - in

- - in iisdem eiusdem Receptio a Pontifice interdicta 388. n.3
in *Academia Heidelbergenſi* quo tempore Profeſſores Iuris ordinati? VI. 30, 533. 534. n.3
*Academiæ Hiſpaniæ* Iure Iuſtinianeo vtuntur V. 13, 387
*Academia Ingolſtadienſis* quo tempore Profeſſores Iuris acceperit? VI. 30, 533, 534. n.3
ex *Academiis Italicis* reſtaurato Iure Iuſtinianeo, eius periti in Aulas, Fora & Academias adſciti, cur? V. 11, 381
in *Academias Italiæ* & Bononienſem cumprimis cur miſſi frequentius Germani? VI. 39, 529. 532. n.5
*Academia Luſitaniæ*, *Conimbricenſis* Iuris Iuſtinianei ſtudioſa V 13, 387
- - *Oxonienſis*, eiusdem Iuris ſtudioſa V. 13, 387
- - *Pariſienſis* a Germanis Sæc. XIII frequentata VI. 18, 452. n.6
- - in eandem Germani dein frequenter commigrant VI. 39, 529, 533. n.7
- - ſtudia Iuris Ciuilis & Canonici ibi media ætate florebant ibid.
*Academiæ Romani Imperii* tempore Iuſtiniani Imp. *Tres* III. 7, 310. 311. n.2
- - in eas Ius Iuſtinianeum introducitur ibid.
*Academia Ticinenſis* a Carolo IV. Profeſſores Iuris accipit VI. 30, 533
- - *Viennenſis* quando Profeſſores Iuris acceperit? ibid.
*Acciſimus Politicus* Auguſti Imp. II. 1, 211
*Accurſius* (*Franciſcus*) eius vitæ memorabilia & laudes, nævi & contrarietates V. 13, 391. ſeq.
- - eius nugæ I. 8. 22
- - ad docendum Ius Iuſtinianeum in Angliam euocatus V. 13, 387
- - de eius contrarietatibus liber Cyni, V. 13, 394. n.4
*Accuſator* Romæ in Iudiciis Publicis quis, eiusque officia I. 44, 162. 165. n.7
- - quo modo ex pluribus per Diuinationem electus I. 44, 162, 166. n. 9
- - in Iudiciis publicis Iudices quosdam reiicere poterat I. 46, 173
- - quosdam ipſe edebat, ibid.
- - de Calumnia iurare debebat ib.
- - quibus modis Accuſationem probauerit? 173
- - quibus argumentis vti debuerit, ex doctrina Ciceronis 175. n.5
*Accuſatio* Rei Criminis quo pacto in Iudiciis Pop. Rom. Publicis facta I. 48, 181
- - tertia, quarta, quo modo factæ 183
der *Acht*, Banni inferioris effectus qualis? IX. 23, 802
*Acht- und Bann- Gericht* das Sæchſiſche eius Origines & ratio IX. 23, 802
- - contra reos fuga elapſos in flagranti crimine inſtitutum IX. 23, 802
*Acht- und Ober- Acht* quo modo ab inuicem diſtincta IX. 23, 802. 803

*Acta*

*Acta Publica* in Germania a quo tempore colligi coepta? X. 31, 854
- - horum primi Collectores X. 24, 850
- - a Goldaſto collecta qualia? X. 25, 851
- - ab Hordedero, Lehmanno, Londorpio, Leuchtio, Müllero collecta ibid.
- - horum publicatio, doctrinam Iuris Publici amplificat X. 34, 855
- - in iisdem & Iudicialibus olim Latinum Idioma adhibitum VI. 19, 453
*Actionem edere* debebat Romæ in Iudiciis Priuatis Actor I. 50, 197. 198. n. 6
*Actionum Formulæ* Romæ a Prætore datæ I. 23, 85
*Actionem Perduellionis* intendere quid? I. 48, 183
*Actiones Præſcriptis verbis* quo pacto ortæ? I. 50, 197
- - *Prætoriæ* quædam factæ perpetuæ I. 17, 59. 60. n. 5
*Actio Prima & Secunda* quales apud Romanos? I. 46, 176. n. 7
- - *Rei perſecutoria* a Prætoribus poſt annum etiam data I. 17, 59. 60. n. 4
*Actiones Subſidiariæ* & Vtiles a Prætore quando datæ I. 50, 197
*Actor* in Iudiciis Privatis quo modo ſe olim Romæ geſſerit? I. 50, 197. 51, 201
- - falſo litem intendens de Calumnia damnatus ibid.
*Actus legitimi* qui? P. 10, 16. I. 12, 37 n.
*Addico* verbum Prætoris iudiciale I. 51, 201
*Adel der Hobe*, quid ſit? VIII. 12, 711
*Adelſchalcke* quinam fuerint? VIII. 11, 706
*Adgnati* apud Romanos quinam dicti? I. 32, 118
*Adlocutiones* Impp. Romanorum, varii generis illuſtratæ II. 2, 217
*Adnotatio ſacra* Impp. quid fuerit? II. 2, 216. 218. n. 4
*Adolphus Naſſouius* Imperator, Status Iuris Publici Germanici ſub eodem X. 15, 835
*Adoptionis* Ius particulare Ciuium Romanorum I. 32, 116
- - ritus & differentia ab Arrogatione 121. n. 1
- - Comitiis Curiatis Romæ facta I. 41, 143
*Adthramire* vox in Lege Salica VI. 3, 414
ex *Adtracta* Bona medio æuo qualia? VIII. 1, 677. n. 6
*Adulterarum* Poena a Iuſtiniano ad nutum Theodoræ mitigata, III. 1, 273
*Adulterium* cum miniſtra cauponæ perperam LL. D. permiſſum III. 5. 300
- - eius Poena apud Saxones VI. 7, 426. n. 3
*Aduocatus* in Publicis Iudiciis Romæ a Patrono diſtinctus I. 44, 162
- - Fiſci, ſub Impp. Romanis quales? II. 5, 235
*Aduocati* eorum mores & artes temporibus Theodoſii Iunioris II. 12, 256

 - - frau-

- - fraudes & æmulationes coercere adgreditur Ludouicus XI. Galliæ Rex. VI. 43, 557. 558. n. 1
- - querelæ emendationem Iuriſprudentiæ Germanicæ impediunt VI. 43, 557
- - Iure Iuſtinianeo abutentium nequitiæ apud Heluetos exulant VI. 30, 541. n. 9
*Aedes publicæ* Romæ Cenſoribus commiſſæ I. 22, 77
- - ſacræ ib. ab Ædilibus procuratæ I. 28, 109
*Aediles* Romani quotuplices I. 28, 109
- - *Cereales* qui? 110
- - *Coloniarum* qui? I. 35, 130
- - *Curules* qui? I. 28, 110
- - horum legitima ætas I. 20, 67. 68. n. 5
- - quo numero inter Magiſtratus Romanos I. 69. n. 2
- - *Municipiorum* I. 34, 128
- - *Plebis*, quando orti, & horum officia I. 28, 109
- - Senatus conſulta adſeruaut I. 15, 44. 53. n. 3
*Aedilitii Viri* Romæ quinam? I. 20, 67
*Aelfredi* Anglorum Regis Leges P. 30, 52
*Sex. Aelius* Aelianí Iuris auctor I. 13, 37
- - eius laudes ex Cicerone 40. n.
*Aemulatio* inter Bartolum & Baldum ICtos V. 14, 398. 399
de *Aequitate* & Iure certantibus Romæ Iudicium Centum Virale dabatur. I. 49, 193
*Aequius melius*, Formula in bonæ fidei iudiciis Romæ vſitata I, 49, 194
*Aerarii* qui dicebantur facti apud Romanos I. 22, 77. 80. n. 2
*Aerarium* Romanum in Templo Saturni I. 26, 101. n.
- - eius cura, Prætoribus quando commiſſa I. 23, 89. n.
- - ad Præfectos Vrbis Romæ pertinuit I. 26, 100
- - Quæſtoribus commiſſa I. 26, 99. 102. n.
- - iis rurſus adempta ibid.
- - eius Præfecti indicati I. 26, 103.
- - ad illud rationes referre tenebantur Proconſules, e Prouincia redeuntes I. 40, 139
- - in eodem SCta adſeruata I. 15, 44. 53
- - vt & Signa Militaria I. 26, 102. n. 8
*Aerarii Tribuni* Romæ quinam fuerint? I. 5, 40, 168
de *Aere alieno* Romæ perſoluendo Tribunorum Plebis Lex I. 27, 107. n. 1. I. 30, 114
*Aetas legitima* in petendis Romæ Magiſtratibus obſeruata I. 20, 66. 67. num. 3
- - militaris aliquando Romæ haut obſeruata I. 30, 115. n. 4
- - quænam in cenſu Romano fuerit obſeruata I. 22, 77
*Aeternitas* a Iuſtiniano Imp. ſibi tributa III. 1. 266. n. 3
*Africa* Præfectus Prætorio a quo conſtitutus II. 4, 232.
*Africana Ecclesia* Codex Canonum VII. 5 587
*Ager* Romanis in Colonias deductis diſtri-

Digitized by Google

diſtributus I, 35, 129, 130. n. 2. 131. n. 5, 8
*Agri Limitanei* & Limitrophi an cum Feudis iidem? VIII, 3, 683
*Agilolfingicæ gentis* Duces Bauariæ magnæ auctoritatis VI, 6, 424
*Agilulfus* vir illuſtris Francus. VI, 5, 423
*Αγορανόμοι* Græcorum quales? I, 28, 110. n. 2
*Agraria* Lex Tribunorum Plebis I, 27, 107. n. 1
de *Agricolis* Leges Conſtantini M. II, 11, 252
*Agricultura* neglecta qua ratione Romæ punita I. 22, 81. n.
- - a Romanis ſtudioſe obſeruata I, 35, 131. n. 8
*Aiſtulphus* Longobardorum Rex horum LL. auget V, 5, 360
- - finem facit Exarchatui Græcorum in Italia V. 6, 365
*Alanus* vnus ex Compilatoribus ſecundæ Collectionis Decretalium, VII. 22. 637
- - Gloſſator Decretalium *VII*. 25. 644
*Alanus de Inſulis* eius Pœnitentiale ineditum *VII*. 14. 608
*Alaricus* Gothorum Rex eius iuſſu fit Breuiarium Codicis Theodoſiani II, 12, 254. *V*. 2, 354
- - a Francis vincitur & occiditur *V*. 2, 357. n. 3
de *Albenga*, *Iacobus*, Gloſſator Decretalium *VII*. 25, 645
*Albericus a Porta Rauennate*, ICtus Italus *V*, 11, 382
*Albertus I. Auſtriacus* Imperator ſtatus Germaniæ ſub eodem *X*, 15, 835
*Albertus II. Imp.* qui ſtatus Germaniæ ſub eodem *X*, 19. 842
*L. Albinius* primus Tribunus Plebis apud Romanos *I*. 6, 18. n.
in *Albo* lecti a Prætoribus annui Iudices, propoſiti *I*. 45, 167
- - Formulæ Actionum præſcriptæ *I*. 50. 197
*Alboinus* Longobardorum Rex Italiam occupat *V*. 5, 360
*Alburnius Valens* ICtus Romanus *II*. 3, 229. n. 3.
*Alciatus Andreas* ſolidæ Iuriſprudentiæ cultor, eius laudes & vitæ memorabilia *V*. 15, 400
*Aleatores* violenti, quomodo Romæ puniti *I*. 48, 188. n
*Alemanni* a Francis victi, Leges accipiunt *VI*. 6, 424
- - iſtæ, quando ortæ? & qua lingua ſcriptæ *VI*. 2, 412
- - eædem ſecundum Legem Chriſti emendatæ *VI*. 5, 423
- - Feuda habent *VIII*. 6, 689
*Alexander Seuerus* Imperator an primus Feudorum auctor *VIII*. 3, 683. n. 3
*Alexander* Rex Poloniæ, Ius Weichbildicum Magdeburgenſe confirmat *VI*. 24, 484
*Alfenus Varus* ICtus, quis fuerit, quot Libros Digeſtorum conſcripſerit? *II*, 9, 247
*Alidoſi* Liber de ICtis Bononienſibus, laudatus *V*. 10, 381. n. 7
*Alienatio* Bonorum Eccleſiaſticorum

Sſſſſ 3 a Con-

a Conrado II. prohibita *VI.* 16, 448
*Aio die* formula, in auſpiciis & comitiis apud Romanos quid ſignificarit? *I.* 41, 146
*Alode* Parentum ſpecies Bonorum in Germania medio æuo *VIII.* 1, 677. n. 6
- - patrimonium antiquum vnde eius denominatio deſcendat *VIII.* 2, 682. n. 7
*Allodia*, medio æuo qualiter diuiſa *VIII.* 1, 677. n. 6
- - libera, a liberis Dominis poſſeſſa VIII. 10, 699
- - a Dynaſtis poſſeſſa, ex parte in Feudum oblata *VIII.* 11, 703. n. 3
*Allodiis* accenſentur integri Comitatus 704
- - ea poſſidebant in Germania *die Mittelfreyen VIII.* 11, 702. 704. n. 4
- - ea poſſidentes Nobiles, cuius olim in Germania conditionis *VIII.* 8, 693
*Alphabetum Legale* ſiue ἀσπλαμῶν Synopſis minor quale? IV. 4, 341. 346. n. 3
*Alphonſus X.* Rex Caſtiliæ, compilator Partitarum apud Hiſpanos V. 2, 354
in *Allatia* X. Ciuitates Imperiales Iudicium Hagenouienſe ſe extendebat VI. 33, 511
ſuper *Altare* poſitis manibus Ius iurandum olim præſtitum IX. 10, 760. 761. n. 4
*Altdorf*, pagus Imperii ibi habetur *das Keyſerliche Land-Gericht in Schwaben* VI. 31, 509
*Aluarottus, Iacobus*, Capitula Extraordinaria Libris Feudorum adiecta producit VIII. 20, 722
*Amalfi* Codex Pandectarum tempore Lotharii Imp. repertus V. 8, 370
*Ambachts-Lehn*, Feudum quale? VIII. 7, 690
*Ambitio* Irnerium ad percolendum Ius Iuſtinianeum concitauit V. 10, 376, 380
*Ambitus* Magiſtratuum Romæ per Legem Calpurniam prohibitus I. 20, 67. 70. n. 7
- - Crimen, quo modo Romæ Iudicium de eodem habitum I. 44, 162. 165
*Amicabilis Compoſitio* ante Actiones Romæ tentata I. 50, 197
*Amici* Reum Romæ ad Iudicium comitabantur I. 48, 183
*Ampliatio* in Iudiciis Publicis Romanorum quid? I. 47, 177. 178. n. 4. 179
*Amplius pronunciare* locutio illuſtrata I. 47, 177. n. 4
*Anagrip* vox in LL. Longobardorum V. 6, 366
*Anatolius* Berytienſium ICtus, vnus ex Compilatoribus Pandectarum III. 3, 283. n. 2
*Anconitanam* Terras Pontifici promittit Fridericus II. Imp. VI. 18, 451. n. 2
*Ancus Martius*, Numæ Pompilii inſtituta reuocat in vſum I. 3, 6
*Andrea, Ioannes*, celebris Doctor Iuris Canonici, eius Gloſſæ in Librum VI. Decretalium VII. 26, 645

*Anecdota*, qualia ſcripta a veteribus ſic dicta P. 19, 34
- - Procopii qualia ſint? ibid.
*Angariæ*, Iuris quædam veſtigia apud Romanos I. 40, 141. n. 1
*Angelus Peruſinus*, Iuris Iuſtinianei interpres V. 14, 400. n. 4
*Anger-Recht* apud Germanos quale? VI. 35, 521. n. 3
*Angli* horum LL. in Germania vſitatæ, poſtea in Britanniam introductæ VI, 4, 420
- - LL. & Scriptores de iiſdem P. 30, 52
in *Angliam* quando Ius Iuſtinianeum illatum. V. 13, 387
- - eius doctrina cur a Stephano Rege prohibita ibid.
- - Feuda ex Germania translata VIII. 5, 683
*Anhaltinis* Principatus Iure Saxonico vtitur. VI. 29, 470. n. 2
*Anianus* quis fuerit, & eius Epitome Inſtitutionum Caii II. 8, 243
- - Codicem Theodoſianum in Breviarium redigit II. 12, 254. V. 2, 254
*Animaduerſio* apud Romanos quid ſignificarit? I. 47. 177
*Annales Leges* Romanorum de ætate legitima petendorum Magiſtratuum I. 20, 67
- - harum cauſſa efficiens 68. n. 5
*Annales Libri* diſtincti a Faſtis I. 19, 62. n. 3
- - in his Magiſtratuum Romanor. nomina deſignata I. 19, 62
- - Germaniæ a temporibus Maximiliani I. collecti & conſeruati X. 21, 845
*Annatarum* Ius, Ioannes XXII. renouat VII. 28, 650. n. 4
*Annonæ* Curatores Romæ Ædiles I. 28, 111. n. 4
*Annonæ Præfectus* quale officium eius Romæ fuerit? I. 30, 114
*Annua* Prætorum Edicta Perpetua dicuntur I. 17, 59
*Anni* initium apud Romanos varium I. 21, 71
ad *Annum* olim Feuda ſaltem concedebantur VIII. 9, 697. 698. n. 1
*Anquirere* quid notet? I. 48, 183. IX, 2, 735
*Anſegiſus* quis fuerit? VI. 11, 436. n. 6
- - eius Epitaphium 437
- - collector Capitularium Caroli M. & Ludouici Pii 435
*Anſelmus Lucenſis*, an auctor Sententiarum Canonicarum VII. 16, 615. 617. n. 2
*Anteſtari an liceat?* quæ formula I. 50, 197
*Anthemii* Imperatoris Nouellæ quales? II. 13, 260
de *Antichreſi* cauſſæ in Germania ex Iure Canonico deciduntur VII. 38, 666
*Antinomiæ* an in LL. reperiantur? III. 3, 284. n. 3. III. 5, 290. 297
- - harum exempla 298. 302
- - eas qui conciliare tentauerint 297
*Antiochus* vnus Collectorum Codicis Theodoſiani II. 12, 254

*Anti-*

*Antiquitatum* notitia deſtituti primi in Ius Iuſtinianeum Commentatores V. 14. 396. 400. n. 4
ex *Antiquitatibus* & elegantiori Literatura primus Iuriſprudentiam illuſtrat Andreas Alciatus V. 15. 400
*Antiquitates* Germanicæ ex diuerſis Deductionibus cauſſarum illuſtrium illuſtrandæ X. 35. 855
*Antiquitates* Romanæ in expoſitione Iuris Ciuilis ſubinde neglectæ P. 1
- - harum ignoratio Accurſio Gloſſatoribusque Iuris merito obiecta V. 11, 385. 13, 392. 394. n. 4
*M. Antoninus* Imperator fit Præfectus Latinarum Feriarum I. 25. 98. n. 2
*Africanus* ICtus quando floruerit, II. 8. 246
inter *Apocrypha* ſcripta relati a Gelaſio Canones Apoſtolici VII. 2, 567. 3, 574. n. 3
*Apollodorus* vnus Collectorum Codicis Theodoſiani II. 13. 254
*Apoſtoli* an protulerint Canones eorum nomine ſignatos VII. 2, 563. 564
- - dicti primorum Sæculorum Epiſcopi? VII. 2, 567
*Apparens Lex,* in Iudiciis Criminalibus, quid olim fuerit IX. 5, 738
*Appellatio* a Prætoribus & Pro-Conſulibus ad Impp. vſitata II. 3, 222. 231, n. 7
- - vt & ad Senatum & Præfectum vrbis 231
- - a Præfecto Prætorio prohibita II. 4. 231
- - ad Tribunos Plebis in Iudiciis Publicis vſitata I. 47. 177
- - etiam in Iudiciis Priuatis I. 50. 197
- - a Collega ad Collegam Romæ vſitata I. 47. 177
- - ad Concilium a Ioanne Senecæ ob decimas in Germania exactas, facta VII. 2, 636. n. 4
- - extra Dioeceſin in primis Romam, ægre fertur ab Epiſcopis Orientalis Eccleſiæ VII, 4, 587
- - in cauſſis Eccleſiaſticis ad Papam a Friderico II. Imp. permiſſa VI. 18, 451. n. 2
- - in Iudicio Prouinciali Franconiæ Herbipolenſi qua ratione fiat VI. 32, 510
- - præteritis Principibus Lubecam a quibus Ciuitatibus facta VI. 27, 502. n. 1
- - ex Terris, quæ Ius Weichbildicum receperant, Halam & Magdeburgum facta VI. 24, 476
- - ea Polonis interdicta 481. n. 6.
- - & Sileſiis 485. n. 7
*Appius Claudius* Coecus Legum Actiones in certam formam redigit I. 13. 37
- - eundem cum Appio Claudio male confundit Guido Pancirollus 38, n.
*Aqua Calida* & frigidæ Iudicium apud Germanos quando vſitatum IX. 9, 756. ſeqq.

*Aquam*

*Aquam dare*, locutio Iuridica illuſtrata I. 51, 206
*Aqua & igni interdicere* qualis Pœna? I. 48, 191
*Aquisgranum*, eius Ius Municipale a Carolo V. Imp. confirmatum VI. 27, 493. 494. n. 2
*Aquitania* a Saluio Iuliano recta II. 7, 241. n. 3
- - in ea qualis olim vſus Iuris Romani fuerit? V. 13, 387
*Aratrum* in Nummis Coloniam Romanam deſignat I. 35, 129. 131. n. 7
*Arbiter*, a quo in Iudiciis Priuatis Romæ conſtitutus I. 49, 193
*Arbitrium* diſtinctum a Iudicio I. 49, 193. n. 3
*Arbitror*, vox in dicendis teſtimoniis Romæ vſitata I. 46, 176. n. 5
*Arborum* cultura neglecta quo modo Romæ fuerit punita I. 22, 81. n.
*Arca*, loca Romæ ſeparata in quibus Servi ad tormenta ſeruati I. 46, 174
de *Archi Pincernatu* Imperii controverſia inter Regem Bohemiæ & Bauariæ Duces VI. 25, 488
*Archiuum* Conſtantinopolitanum Compilationibus Iuſtinianeis materiam præbet III. 8, 319
in *Archiuo* Eccleſiæ Romanæ Decretales Epiſtolæ Pontificum diligenter adſeruatæ VII. 21, 638. n. 1
*Archiuum* Palatii Imperialis in eo adſeruantur Conſtitutiones ab Impp. confirmatæ VI. 10, 434. n. 3
de *Ardizone Iacobus* Capitula extraordinaria Iuri Feudali addit, & Gloſſam edit VIII. 20, 722. 22, 723
*Aretinus, Franciſcus*, Iuris Iuſtinianei interpres V. 14, 400. n. 4
*Argentarii* Romæ, qua ratione a Quinque Viris Menſariis diſtincti I. 30, 115. n. 2
*Argentoratum* Facultatem Iuris Municipalis condendi a diuerſis Impp. accipit VI. 27, 494. 497. n. 5
*Ariſtinus, Alexius*, an auctor Synopſeos Canonum VII. 11, 601. 602. n. 2
*Armis* controuerſiæ apud Germanos Veteres agitatæ VI. 1, 411
*Arnulphus* Germanorum Rex, an ab eo Iuris Publici Germanici origo repetenda? X, 2, 818
*Arragoniæ* Iuriſprudentia a quonam illuſtrata P. 18, 50
*Arrogatio*, qua ratione quibusue ritibus Romæ facta I. 32, 121. n. 1
*Arſenius* quis? & eius Synopſis Canonum quando facta? VII. 11, 602. 603
*Artes Sellulariæ* Seruis a Romulo relictæ I. 1, 2
*Aſconius Pedianus* emendatus I. 47, 177. n. 1
*Aſiniſta* magnus, magnus Canoniſta vnde Prouerbium? VII. 21, 635. 637. n. 7
de *Aſſe* controuerſia Irnerium ad ſtudium Iuris Iuſtinianei excitauit V. 10, 380
*Athalricus* Gothorum Rex Edictum facit V. 1, 351
*Athaulphus* Gothorum Rex, Edictum facit V. 1, 351

*Athenas* Codicem ſuum transmittit Iuſtinianus III. 2, 281. n. 4
*Atheniensium* Leges quinam ſcriptis illuſtrauerint P. 24, 46
*Attaliota Michael* quis fuerit? eiusSynopſis Βασιλικῶν IV. 4, 340. 343
*Attici* Annalis Liber excitatus I. 19, 63. n. 3
*Attuaricæ* voces in Lege Salica Latinæ Linguæ admixtæ VI. 3, 412
*Aturribus* in Nouem populania Breuiarium Aniani publicatum V. 2, 354. 355. n. 6
*Au*, quid apud Germanos veteres ſignificarit VI. 35, 520
*das Au-Recht* apud Germanos quale? VI. 35, 520. 521. n. 3
*Auariæ* Ius Nauticum quale? VI. 38 527
*Auaritia* Iuſtiniani Imp. indicata III. 1, 275
*Auctorem* fieri locutio illuſtrata I. 42, 150. n. 1
*Aucupia* verborum Iuris cur abrogata II. 11, 252
*Auentinus, Ioannes*, qualis Hiſtoricus X. 23, 849. n. 2
*Augures* Romæ a Contributionibus haut immunes I. 26, 101. n. 7
- horum officia in Comitiis Curiatis Romæ I. 41. 144. n. 8
- politicæ artes I. 24, 91. n. 4. 25, 99. n. 2
- Coloniarum, I. 35, 129
*Auguſta Vindelicorum* facultas colligendi Iuris Municipalis a Rudolpho I. Imp. data VI. 27, 449. 497
*Auguſtinus* de Epiſtolis Paullinis loquens a Gratiano deprauatus & ad Decretales applicatus VII. 35, 657
*Auguſtinus, Antonius*, ICtus elegantiſſimus V. 15, 401
*Auguſtus* Imperator quando hoc nomen acceperit & quid illud denotet II. 1, 210. n.
- an conditor fuerit Monarchiæ Romanæ II. 1, 209
- quomodo ipſi delatum Imperium? 212
- Dictaturam perpetuam ipſi oblatam, repudiat I. 24, 95. n. 5
- Tribunitiam poteſtatem ſuſcipit I. 27, 108. n. 4
- Præfecti vrbis officium maiori auctoritate reſtituit I. 25, 96
- noua officia excogitat, 97. n. 2.
*Auguſtus* Saxoniæ Elector Ius Obſtagii abrogat VI. 36, 523. 525. n. 3
- per ICtos Lipſienſes & Vitembergenſes Ius Saxonicum reformat VI. 42, 552. n. 2
*Auguſti* Kalendis Romæ initium Anni, Conſulatus initi I. 21. 71
*Aulæ* Impp. Romanorum Officia II. 5, 235
in *Aulas* Impp. accerſiti, vtriusque Iuris Doctores, quid effecerint? VI. 38, 533
- Principum etiam Europæ ex Academiis Italicis cur Conſiliarii adſciti? V. 11, 382
*Aurea Bulla*, eius confectio, contenta, auctoritas X. 17, 840
- eius Titulus quis ex Iure Iuſtinianeo deſumptus VI. 39, 529. 532. n. 4

ad

- ad eam Commentatores antiqui Ius Ciuile redolent X, 24, 850
*Aures* vellicandi mos apud Romanos, dum ab actore in Ius vocabantur Rei I. 50, 197
*Auſpicium* perenne in Comitiis Centuriatis quale? I. 41, 145
- ſine eo plebeius Magiſtratus Romæ creatus I. 20, 67. n. 2
- vitiare, obtinere, repetere quid? I. 41, 146 n.
*Auſpicia* priusquam Senatusconſulta apud Romanos fierent, erant præmittenda I. 15, 45. ſeq. n.
- infelicia Senatum Romanum in poſterum differebant I. 15, 45. ſeq. n.
- maiora quinam ex Magiſtratibus Romanis habuerint? I. 19, 62. 65. n.
- Comitiorum Curiatorum Romæ quæ? I. 41, 143
- circa eadem rationes politicæ indicatæ 145
- Modus eorundem qualis 146?
- ſæpius ſummum Iudiciorum Criminalium diem Romæ turbant I. 48, 183. 186. n. 6
*Auſtregarum* Iudicium qua occaſione ortum VI. 37, 526
- Conuentionales & Gentilitiæ temporibus Interregni orti X. 12, 834
- Iudicium *das Mann-Lehn-Recht* Germaniæ repræſentat VIII. 27, 730
- Iudicium ab Alberto II. in Germania ordinatum X. 19, 842
*Auſtria* Iura Prouincialia eorumque editores VI. 42, 553. n. 5.
- Iudicia aliquot Prouincialia in Terris Sueuicis VI. 33, 514
*Authentice* Collationes Nouellarum Iuſtiniani vnde ſic dictæ & qua ratione diuiſæ III. 10, 322, 323. n. 5. 325. n. 7
- a quo Codici inſertæ III. 13, 327.
- harum Næui & auctoritas, in Foro qualis? 328
*Authentica Caſſa de SS. Eccleſiis* quem auctorem habeat. VI. 18, 451. n. 1
*Authentica C. ne Filius pro Patre* quem auctorem habeat VI. 17, 449
*Auxilia* præſtare Romanis debebant Prouinciæ I. 40, 40, 138
*Azo*, ICtus Bononienſis V. 11, 282. 384. n. 1. 385
- præcipuus Iuris Gloſſator V. 13, 392

B.

*das Baar-Recht* in detegendis homicidis a Germanis adhibitum IX. 14, 769
*Balduinus*, Bononienſis ICtus, V. 11, 382
*Balduinus*, *Franciſcus*, eius temeritas circa Romuli Leges, dotes ingenii & opera P. 9, 13. n. 3. 4. ſeq.
- - plagium ipſi obiicitur P. 14
*Baldus*, celebris Iuris interpres, huius vita & ſtudia V. 14, 397. 398 n. 2
- - per Subſtitutionum materiam multa Ducatorum millia lucratur V. 12, 386. n. 2. 399
- ex eius Scriptis Iuris Publici doctrina perperam petitur X. 36, 857

*Athenas* Codicem ſuum transmittit Iuſtinianus III. 2, 281. n. 4
*Atheniensium* Leges quinam ſcriptis illuſtrauerint P. 24. 46
*Attaliota Michael* quis fuerit? eiusSynopſis Βασιλικῶν IV. 4, 340. 343
*Attici* Annalis Liber excitatus I. 19, 63. n. 3
*Attuarice* voces in Lege Salica Latinæ Linguæ admixtæ VI. 3, 412
*Aturribus* in Nouem populania Breviarium Aniani publicatum V. 2, 354. 355. n. 6
*Au*, quid apud Germanos veteres ſignificarit VI. 35, 520
*das Au-Recht* apud Germanos quale? VI. 35, 520. 521. n. 3
*Avariæ* Ius Nauticum quale? VI. 38 527
*Auaritia* Iuſtiniani Imp. indicata III. 1, 275
*Auctorem* fieri locutio illuſtrata I. 42, 150. n. 1
*Aucupia* verborum Iuris cur abrogata II. 11, 252
*Aventinus, Ioannes,* qualis Hiſtoricus X. 23, 849. n. 2
*Augures* Romæ a Contributionibus haut immunes I. 26, 101. n. 7
- horum officia in Comitiis Curiatis Romæ I. 41. 144. n. 8
- politicæ artes I. 24, 91. n. 4. 25, 99. n. 2
- Coloniarum, I. 35, 129
*Auguſtæ Vindelicorum* facultas colligendi Iuris Municipalis a Rudolpho I. Imp. data VI. 27, 449. 497
*Auguſtinus* de Epiſtolis Paullinis loquens a Gratiano deprauatus & ad Decretales applicatus VII. 35, 657
*Auguſtinus, Antonius*, ICtus elegantiſſimus V. 15, 401
*Auguſtus* Imperator quando hoc nomen acceperit & quid illud denotet II. 1, 210. n.
- an conditor fuerit Monarchiæ Romanæ II. 1, 209
- quomodo ipſi delatum Imperium? 212
- Dictaturam perpetuam ipſi oblatam, repudiat I. 24, 95. n. 5
- Tribunitiam poteſtatem ſuſcipit I. 27, 108. n. 4
- Præfecti vrbis officium maiori auctoritate reſtituit I. 25, 96
- noua officia excogitat, 97. n. 2.
*Auguſtus* Saxoniæ Elector Ius Obſtagii abrogat VI. 36, 523. 525. n. 3
- per ICtos Lipſienſes & Vitembergenſes Ius Saxonicum reformat VI, 42, 552. n. 2
*Auguſti* Kalendis Romæ initium Anni, Conſulatus initi I. 21. 71
*Aulæ* Impp. Romanorum Officia II. 5, 235
in *Aulas* Impp. accerſiti, vtriusque Iuris Doctores, quid effecerint? VI, 38, 533
- Principum etiam Europæ ex Academiis Italicis cur Conſiliarii adſciti? V. 11, 382
*Aurea Bulla*, eius confectio, contenta, auctoritas X. 17, 840
- eius Titulus quis ex Iure Iuſtinianeo deſumptus VI. 39, 529. 532. n. 4

ad

- ad eam Commentatores antiqui Ius Ciuile redolent X, 24, 850
*Aures* vellicandi mos apud Romanos, dum ab actore in Ius vocabantur Rei I. 50, 197
*Auſpicium* perenne in Comitiis Centuriatis quale? I. 41, 145
- ſine eo plebeius Magiſtratus Romæ creatus I. 20, 67. n. 2
- vitiare, obtinere, reperere quid? I. 41, 146 n.
*Auſpicia* priusquam Senatusconſulta apud Romanos fierent, erant præmittenda I. 15, 45. ſeq. n.
- infelicia Senatum Romanum in poſterum differebant I. 15, 45. ſeq. n.
- maiora quinam ex Magiſtratibus Romanis habuerint? I. 19, 62. 65. n.
- Comitiorum Curiatorum Romæ quæ? I. 41, 143
- circa eadem rationes politicæ indicatæ 145
- Modus eorundem qualis 146?
- ſæpius ſummum Iudiciorum Criminalium diem Romæ turbant I. 48, 183. 186. n. 6
*Auſtregarum* Iudicium qua occaſione ortum VI. 37, 526
- Conuentionales & Gentilitiæ temporibus Interregni orti X. 13, 834
- Iudicium *das Mann-Lehn-Recht* Germaniæ repræſentat VIII. 27, 730
- Iudicium ab Alberto II. in Germania ordinatum X. 19, 842
*Auſtria* Iura Prouincialia eorumque editores VI. 42, 553. n. 3.
- Iudicia aliquot Prouincialia in Terris Sueuicis VI. 33, 514
*Authentice* Collationes Nouellarum Iuſtiniani vnde ſic dictæ & qua ratione diuiſæ III. 10, 322. 323. n. 5. 325. n. 7
- a quo Codici inſertæ III. 13, 327.
- harum Næui & auctoritas, in Foro qualis? 328
*Authentica Caſſa de SS. Eccleſiis* quem auctorem habeat, VI. 18. 451. n. 1
*Authentica C. ne Filius pro Patre* quem auctorem habeat VI, 17, 449
*Auxilia* præſtare Romanis debebant Prouinciæ I. 40, 40, 138
*Azo*, ICtus Bononienſis V. 11, 282. 384. n. 1. 385
- præcipuus Iuris Gloſſator V. 13, 392

B.

*das Baar-Recht* in detegendis homicidis a Germanis adhibitum IX. 14, 769
*Balduinus*, Bononienſis ICtus, V. 11, 382
*Balduinus*, *Franciſcus*, eius temeritas circa Romuli Leges, dotes ingenii & opera P. 9, 13. n. 3. 4. ſeq.
- - plagium ipſi obiicitur P. 14
*Baldus*, celebris Iuris interpres, huius vita & ſtudia V. 14, 397. 398 n. 2
- - per Subſtitutionum materiam multa Ducatorum millia lucratur V. 12, 386. n. 2. 399
- ex eius Scriptis Iuris Publici doctrina perperam petitur X. 36, 857

*Balhornius, Ioannes*, emendator Iuris Lubecenſis VI. 27, 498. n. 5
*Balſamonis, Antiochi*, Prochiron Legum Iuris Græci, quale? IV. 4, 341. 345. n. 1
*Balſamo, Theodorus*, quis fuerit, eius Commentarius in Photii Nomo-Canonem & Canones Conciliorum IV. 5, 348. 349. n. 3
- - eius alia Opera 350. n. 4
*Bambergiſche Hals-Gerichts Ordnung*, qualis? IX. 27. 810
*Bannum* quo ab Hildebrando Henricus IV. Imp. notatus, an inaudito exemplo factum? X. 7, 826
in *Bannum* Status declarandi modus in Imperio Germanico ſtabilitus X. 30, 853. n. 2
*Bannum Regium* in documentis Germanicis quid denotet? IX. 12, 798
*Bann der gemeine und Kœnigs-Bann*, quo modo diſtincta IX. 21. 799
*mit Bann und Zwang* inueſtiti Comites, qualem Iurisdictionem acceperint? IX. 22, 599
*Bann Gericht*, eius Solennitates IX. 23, 803
*Bann-und Achts-Gericht, das Sachſiſche*, eius Origines & ratio IX. 23, 801
de *Banno Foreſtarum* Conſtitutio Conradi II. Imp. VI. 16, 448
*Bauius*, alter Tribonianus, quando vixerit? IV. 3, 339
*Baraterius, Bartholomæus*, reformationem Iuris Feudalis adgreditur VIII. 14, 728, 729
*Barbaros* Gothi ſe dicunt V. 4, 359. n. 2
*Baro, Eguinarius*, ICtus elegans V. 15, 401
*Barones* Germaniæ vnde orti VIII. 10, 699. VIII. 11, 704. n. 4
*Bartholomaus Brixienſis* amplificator Gloſſarum in Decretum Gratiani VII. 21, 635. 637. n. 5
*Bartolinus, Io. Baptiſta*, Gloſſator Inſtitutionum Iuris Canonici Lancelotti VI. 30, 652
*Bartolus* de Saxo ferrato, eius vitæ & doctrinæ ratio V, 14, 396. ſeqq.
- - in delictis puniendis grauis, eius auctoritas ſumma in Hiſpania 397
- - Conſiliarius intimus Caroli IV. VI. 30, 555. n. 6
- - ex eius Scriptis olim Iuris Publici doctrina perperam petita X. 36, 857
de *Baruto, Andreas*, commentator Iuris Longobardici V. 5, 365. n. 7
*Baſilica Iulia*, Romæ locus Iudiciorum Centumuiralium I. 51, 208
*Baſilides*, vnus ex Collectoribus Codicis Iuſtinianei III. 2, 278
*Baſilikῶν* Libri, fundamentum Iuris Græci, quando & per quos compilati, horum editiones variæ IV. 2, 334. ſeq. 337. n. 6
- - horum vtilitas 335. 338. n. 1
- - Gloſſatores & Paraphraſtæ IV. 3. 339
- - Eclogæ & Synopſes IV. 4. 340
*Baſilius Macedo*, Imperator, Corpus Iuris Græci compilari fecit IV. 2, 334. 335. n. 1
*Bauari* Ducis eligendi poteſtatem ex ſua Lege habent VI. 6. 425. n. 3
- - horum Leges quando ortæ a quibus

Digitized by Google

- bus latæ, emendatæ & confirmatæ VI. 2, 4 1 2. 6, 424
- ſecundum Legem Chriſtianam emendatæ VI. 5, 4 2 3
*Bauaria*, Terra Iuris Franconici VI. 21, 454
- Duci, cur ſub Friderico II. Imp. Electoralis Dignitas adiudicata ſit VI. 25, 488
- Duces ſub Carolingis Decreta & LL. faciunt VI. 6, 424
- in Bauariæ Ducum Ludouici & Henrici Controuerſiis ad Obſeruantiam Imperii prouocatur X 36, 857
- Leges Prouinciales a Ludouico Bauaro Imp. correctæ & auctæ VI. 26, 491, 493. n. 2
- Iura Prouincialia VI. 42, 551. 553. n. 3
- Iudicium Prouinciale in Mauerſtetten & Weiſſenhorn VI. 33, 511
*Baur-Gülten* apud Saxones quid? VII. 39, 668. n. 2
*Bauer-Miethe*, Ius Germaniæ antiquum, quale? VI. 34, 513. n. 2
*Baulebungs-Recht*, quale apud Germanos VI. 34, 513. 516
*Bedæ* Poenitentiale VII. 14, 608
*Beliſarius* inſidiis Theodoræ Auguſtæ exauctoratus III. 1, 262. n. 2
*Bellagines* Oſtro Gothorum Leges, quales? V. 4, 359. n. 1
*Bellum* apud Romanos Comitiis Centuriatis decretum I. 42, 149
- Smalcaldicum magni momenti in Iure Publico Germaniæ X. 22, 847
*Belli* & Pacis Princeps Romæ Dictator I. 24, 89
- Ius, ſub quo titulo exercuerint Impp. Romani II. 7, 216
*Benedictus Leuita* vide *Leuita*.
*Beneficia* olim Feuda dicta? VIII. 1, 675. n. 1. VIII. 4, 689. n. 4
de *Beneficiis* auctor vetus, collector Iuris Feudalis Germanici VIII. 15, 716
circa *Beneficia Eccleſiaſtica* potiſſimus vſus Iuris Canonici in Germania VII. 38, 667, 669
*Berge-Geld*, pro receptis & cuſtoditis Naufragorum Bonis ſolutum VI. 38, 527
*Berguntio* Piſanus ICtus, an auctor Verſionis Latinæ Nouellarum Iuſtiniani III. 10, 322
- ei inepta Diuiſio Authenticarum adſcribitur. ibid.
S. *Bernhardus Claræuallenſis* Abbas Lotharium Imp. Inueſtituram Epiſcopalem repetentem impedit X. 9, 829. n. 4
*Bernhardus Compoſtellanus* Compilator tertiæ Collectionis Epiſtolarum Decretalium Pontificum Romanorum VII. 22, 637. 639. n. 7
- Gloſſator Decretalium VII. 25, 644
*Bernhardus Papienſis*, Collector Iuris Pontificii VII. 16, 615. 622. n. 1
a *Berteſleben, Henricus*, Gloſſator Speculi Saxonici VI. 22, 455, 462. n. 4
*Bertrandus*, Gloſſator Decretalium VII. 25, 644
*Berytus*, eo transmittit Codicem ſuum Iuſtinianus Imp. III. 2, 281. n. 4
- eius Academiæ Origines & Profeſſores III. 7, 311. 312

*das Beſiebnen* in Iudiciis Germanorum quid IX. 14, 770. 773, n. 1

*Beſtes*, Librorum Βασιλικῶν Gloſſator IV. 3, 339

*Beſt-Haupt*, quale Ius apud Germanos VI. 34, 514

*das Binuffte* in Iudiciis Germanorum quid? IX. 14, 770

*Blaſtares*, *Matthaus*, eius Syntagma Alphabeticum Canonum Græcorum VII. 12, 605

*Block*, Rudolphus, Theologus Pariſienſis, Boxtorfio articulos quosdam Iuris Saxonici reprobanti ſe opponit VI. 23, 474. n. 7

*der Blut-Bann*, quid apud Germanos IX. 21, 798

*Boatinus Mantuanus*, Gloſſator Decretalium VII. 25, 645

a *Bocksdorff*, *Damianus*, quis fuerit? Gloſſator Speculi Saxonici VIII. 22, 455. 463

- *Theodoricus*, Epiſcopus Numburgenſis 462. n. 4. 463. n. 6

*Bodmeriæ Ius* quale? VI. 38, 527

*Bodogaſtus*, vnus ex Proceribus Saliorum, lator Legis Salicæ VI. 3, 412, 415. n. 4

*Boerius*, *Nicolaus*, Commentator Iuris Longobardici V. 5, 365, n. 7

*Bohemia*, imperante Friderico I. Imperii Germanici Maieſtatem agnoſcit X. 11. 831

- Rex quando Elector fieri haut poſſit? VI. 25, 488

- in ea qualis vſus Iuris Saxonici VI. 23, 469. 471. n. 6

*Boii* vide *Bauari*.

*Bolcatus*, Gloſſator Decretalium VII. 25, 644

ex *Bologníni* Libris editionem Pandectarum ſuarum adornauit Haloander V. 16, 405. n. 4

*Bona* in cenſu Romæ iurato profeſſa I. 22, 77

- in Germania medio æuo triplicia, ex munere regio, Alode Parentum, & comparatu VIII. 1, 677. n. 6

de *Bonis Eccleſiaſticis* Conſtantinus M. Leges fert II. 11, 250. 251

- de iis non alienandis, Conſtitutio Conradi II. Imp. VI. 16, 448

- eorum cauſſæ ex Iure Canonico deciduntur VII. 38, 666

de *Bonorum Poſſeſſione* materia, qua parte Pandectarum pertractata III. 4, 187

- quando Actori data I. 50, 200. n. 8

- in ea danda quo verbo vſus Prætor Romanus I. 51, 201

- de plano dare prohibita I. 54, 204. n. 6

*Bonaguida*, *Aretinus*, Gloſſator Decretalium VII. 25, 645

*Bonifacius* VIII. Pontifex Romanus, eius auctoritate Liber Sextus Decretalium compilatus, VII. 26, 645

- eius concertationes cum Philippo Valeſio Galliæ Rege ibid.

*Bonifacius*, Romanæ Eccleſiæ Legatus & Archi-Epiſcopus Moguntinus VI. 12, 442. n. 4

*Bononia* in Monaſterio S. Felicis a Gratiano Decretum compoſitum VII. 17, 623, 624. n. 2



Digitized by Google

- ibi celebris Academia VI. 39, 532. n. 6
- Iuridica Schola quando cœperit? V. 10, 381. n. 7
- eius ICti indicantur. V, 11, 383. n. 2. 384 n. 1
*Boruſſia*, in eadem receptum Ius Weichbildicum Magdeburgenſe VI. 24, 476, 482. n. 4
- Iura ibi vſitata ibid.
- in ea qualis Vſus Iuris Saxonici, in primis Weichbildici VI. 23, 469. 472
- in quibusdam Ciuitatibus Ius Lubecenſe receptum VI. 27, 503. n. 1
*Bos* melior, mortuo homine proprio apud Germanos Domino exhibitus VI. 34, 513, n. 3
*Boſianus*, *Ioannes*, ICtus Italus V. 11, 385
*Bottonus*, *Ioannes*, Gloſſas in Decretales amplificauit VII. 25, 645
*Bracarenſis* vide *Martinus*.
*Brandenburgenſis* Marchia in eadem Ius Weichbildicum receptum VI. 24, 482. n. 4
- in eadem qualis olim & hodie Iuris Saxonici auctoritas VI. 23, 469, 470. n. 1
*Brandenburgica Ordinatio Criminalis* quando confecta IX, 27, 810
*Brandenburgenſes Marchiones* in Franconia, Burggrauii ſunt Noribergenſes, eorum poteſtas, circa Iudicium Prouinciale Franconiæ VI. 32, 510
*Bremenſis Archi-Epiſcopatus* Officiales, qualis eorum conditio VIII, 11, 706.
- *Ciuitatis* Ius Municipale quando conditum? VI. 27, 494. 497. n. 1
*Breuiarium Codicis Theodoſiani* ab Aniano confectum V. 2, 254
*Breuiarium Codicis Canonum* Eccleſiæ Romanæ Creſconii quale? VII. 6, 590. 591. n. 3
*Briſſonius*, *Barnabas*, ICtus elegantiſſimus V. 15, 401
*Britannica* Eccleſia quali Canonum Codice ſit vſa VII. 13, 606. 607. n. 2
*die Brüchte*, apud Germanos Mulctam ſignificabant IX. 22, 799
*Brunſuicenſis Ciuitatis* Iura Municipalia, a quo concеſſa & confirmata VI. 27, 494. 497
in *Brunſuicenſi Ducatu* Ius Saxonicum abrogatum VI. 23, 475. n. 8
*Brutus*, *Marcus*, eidem VII. Iuris Ciuilis Libri tribuuntur. I. 11, 32. 34. n.
*Budæus*, *Guilielmus*, unus ex inſtauratoribus elegantioris Iurisprudentiæ V. 15, 400
*Budtheil*, quale Ius olim apud Germanos? VI. 34, 513. 515
*Bulgarus*, ICtus Bononienſis, Gloſſator Iuris Ciuilis V. 8, 10. 381. n. 8. V. 11, 382. 384. V. 13, 392
- idem Digeſtum in tria volumina diuidit V. 12, 385. 386
- an auctor verſionis Latinæ Nouellarum Iuſtiniani III. 10, 322
- Iudex Imperialis in Campis Roncaliis V. 11, 383. n. 3

- Gloſſator Iuris Feudalis VII. 22, 723

*Bullaria Romana* quid contineant? VII. 31, 653
- a quibus edita 656. n. 5

*Burcardus*, Wormatienſis Epiſcopus unde oriundus? VII. 16, 614
- eius magnum Canonum Volumen Ius Pontificium auget 616
- multa e tribus Pœnitentialibus in ſuam Collectionem transfert VII, 14, 608
- multas Impp. Conſtitutiones ſuæ collectioni inſerit VI. 17, 449
- defectus eius Compilationis VII. 16, 615

in *Burggrauiatu Norico* Iudicium Campionum *ein Kampf-Gericht* olim obtinuit IX. 6, 748

*Burggrauii Noribergenſes* vide *Brandenburgici Marchiones*.

*Burg-Lehn*, Feudum Militiæ, in quo conſtiterit VIII. 7, 690. 692. n. 5

*Burgundio*, Iudex ei vocum Græcarum in Pandectis in latinum translatio adſcribitur V. 12, 386

*Burgundiones* ſubditis ſuis libertatem Legibus Romanis viuendi relinquebant V. 3, 358
- horum Leges quando & a quo conditæ VI. 2, 412. VI. 4, 419
- in iis Feudorum fit mentio VIII. 6, 689, 690. n. 3

C.

*C.* litera, nota condemnationis in Tabulis Iudicum Romanorum I. 47, 177. 178. n. 4

*Caduci Ius*, apud Germanos quale VI. 34, 513. n. 8

in *Caritum Tabulas* referri apud Romanos quid? I. 22, 77. 81. n. 2

*Caius* Titus, ICtus quando vixerit, eius Inſtitutiones quid referant a quibus editæ II. 8, 243
- alius eius nominis auctor Sectæ Caſſianæ 244. n. 2
- eius Scripta cur tantum valere iuſſerit Theodoſius Iunior Imperator II. 11, 250
- eius Inſtitutiones II. 8, 243
- ex iis depromptæ potiſſimum Inſtitutiones Iuſtinianeæ III. 6, 308
- de eo iudicium Thomaſii III. 6, 309. n. 3

*Calare*, vox quid ſignificet? I. 41, 144. n. 1

*Calata Comitia* vide *Comitia*.

*Calixtus*, *Georgius*, eius controuerſia cum Nihuſio, de inſtaurato a Lothario Imp. Iure Iuſtinianeo V. 10, 378. n. 3

*Calliſtratus*, ICtus quando floruerit? II. 8, 244
- quot Libros Inſtitutionum ſcripſerit? II. 8, 443

*Calocyrus* Dux, Librorum *Βασιλικῶν* Gloſſator IV. 3, 339

de *Calumnia* iurare in Iudiciis Publicis debebat Accuſator I. 46, 173
- damnati, Romæ Actores quando? I. 51, 201

*Calumniam deierare* quid ſignificet Legibus Romanis? I. 46, 175. n. 4

*Calumniator*, Romæ quis? I. 51, 207. n. 7

de

de *Camera* & *Cauena* Feuda qualia? VIII. 2, 681. n. 6
*Cameræ* Adſeſſores ſecundum Ius Ciuile pronunciantes, Ius Iuſtinianeum inſigniter promouent VI. 40. 547
- ad Ius Commune, Statuta & Mores Germaniæ Iuramento adacti VI. 30, 534. 539. n. 3. VI. 42, 552. 555
- Iudicium, cur? quando? & a quo conſtitutum? X. 21, 844
- olim etiam dictum Iudicium Aulicum VI. 29, 507. n. 1
*Camfwic* Iudicium Duellicum apud Germanos, cur nuncupatum? IX. 5, 738. 745. n. 7
*Campiones*, quinam apud Germanos? IX. 5, 738. 744. n. 4
- horum Iudicium quale apud Germanos IX. 5, 738
*Campionum* Ius, per illud olim in Germania controuerſiæ ciuiles terminatæ VI. 37, 526
*Campus* in monumentis Germanicis Iudicium Duellionum denotat. IX. 5, 738. 745. n. 7. 8.
*Campus Martius*, in eo Conſules Romani creati I. 21, 71
- habita Comitia Centuriata I. 42, 147
- vt & Tributa I. 43, 158
in *Campis Roncaliis* Iudicia per ICtos Italos exercita V. 11, 383. n. 3
- multæ Conſtitutiones Feudales ab Impp. Sueuicis factæ VI. 17, 449. 450. n. 4
- vt & a Friderico Barbaroſſa VIII. 14, 715, 716
*Cancellarii* quinam ſub Impp. Romanis dicti? II. 5, 235. VI. 3, 417. n. 8
*Candela* Iarlandi Chryſopolitani, antiquiſſima Collectio Iuris Pontificii VII. 16, 614
*Candidati*, apud Romanos quinam dicti? I. 20, 67
- quo modo ſe geſſerint in Comitiis Centuriatis I. 42, 149. n. 2
- eorum nominum prima littera tabulis inſcripta, quæ ad ſuffragium euntibus ſubminiſtrabantur I. 42, 148
- Principis qui, I. 26, 104. n. 7
*Canis Portatio* Pœna fractæ pacis apud Francos & Sueuos etiam illuſtribus Perſonis impoſita IX. 4, 736
*Canones Apoſtolici*, quo tempore compoſiti. an genuini & unquam recepti? VII. 2, 563. 567. *n. 6.* 568. 569. ſeq.
- Conciliorum, fontes Iuris Canonici VII. 1, 561
- horum Deſcriptio VII. 2, 563. n. 1
- ex voluntate Iuſtiniani vim Legum acceperunt ibid.
- an Spiritus Sancti gratia confecti VIII. 1, 562
- tales ſibi duæ tresue Diœceſes quandoque conſtituebant VII. 4, 579
- horum variæ Collectiones a Sæculo IV. VII. 4, 576
- quinam in Codice Eccleſiæ Vniverſæ comprehendantur VII. 4, 579, 580



Digitized by Google

- in Codice Eccleſiæ Africanæ VII. 5, 587. ſeq.
- in Codice Eccleſiæ Romanæ VII. 6, 590
- in Codice Dionyſii Exigui VII. 7, 592. ſeqq.
- in Collectione Fulgentii Ferrandi VII. 8, 595
- in Collectione Ioannis Antiocheni Scholaſtici VII. 9, 596. ſeq.
- in Collectione Martini Bracarenſis VII. 10, 600
- in Collectione Creſconii VII. 11, 601
- in Collectione Alexii Ariſtini ib.
- in Collectione Simonis Logothetæ & Arſenii VII, 11, 602
- Collectiones eorundem variæ incertæ VII. 6, 591. n. 4
- Græcæ Eccleſiæ Collectiones IV. 5, 348. ſeqq.
- in Epitomen redacti a Blaſtare & Harmenopulo VII. 12, 605
- in Synodico Beueregii VII. 11, 605
- Eccleſiarum Occidentalium qua ratione collecti VII. 13, 606
- creſcentibus Epiſtolis Decretalibus Pontificum fere neglecti VII. 22, 637. 638. n. 3
- Pœnitentiales a quo editi VII. 14, 608

*Canonica Epiſtola* Alexandrinorum vbi reperiantur VII. 4, 580

*Canonicum Ius* eius variæ Appellationes & diſtinctio a Iure Pontificio Eccleſiaſtico VII. 1, 561. 562

*Canoniſtæ* in Germania Sæculo XIII. quinam? VI. 39, 531. 535

*Canoniſta* magnus; Aliniſta magnus dictus VII. 21, 635. 637. n. 7

*Capagiſti, Gerardus Niger*, Compilator Iuris Feudalis Longobardici VIII. 18, 720

*Capitalis Pœna* ſæpius in Lege Saxonum ſtatuta, crudeliſſimæ nomen ei impoſuit VI. 7, 427. n. 5

*Capitanei* Iure Feud. Longobardico primam Vaſallorum claſſem conſtituunt, quinam ſub iis comprehenſi VIII. 12, 710. 711. n. 4

*Capitis Animaduerſio* Dictatori Romæ in Ciues data I. 24, 89
- Condemnatio Romæ quid ſignificarit? I. 48, 183
- Deminutione maxima & media Ius Ciuitatis Romanæ amittebatur. I. 32, 116

*Capite anquirere*, Formula illuſtrata I. 48, 183

*Capite minutus* an ſit, qui Senatu motus? I. 22, 80. n. 5

*Capito, Atteius*, ICtus, eius ingenium, vita, auctor Scholæ Sabinianæ II. 3, 221. 227

*Capitula* Extraordinaria Libris Duobus Feudorum adiecta a quibus? qualia illa? VIII. 20, 722
- vſu haud adprobata, cur non? ibid.
- Legum Longobardicarum a quo & quando collecta? V. 5, 360

*Capitularia* a Legibus in Regno Francorum quo modo diſtincta? VI. 9, 429. 430
- Regum Francorum, ante Carolum M. VI. 9, 429

- vn-

- vnde nomen habeant? n. 1
- Pipini & Ludouici Pii Imp. indicata VI. 11, 435
- ab Anſegiſo vna cum Caroli M. collecta ibid.
- Regum Francorum poſt Ludouicum Pium VI. 13, 444
- a quo collecta & digeſta VI. 11, 435, 436. ſeqq.
- a Benedicto Leuita copioſo quidem apparatu, ſed confuſe collecta VI. 12, 440
- non vero iuſſu Concilii Meldenſis ibid. n. 1
- in ſeparato Germaniæ Regno obtinent, inque Conciliis ad ea prouocatur VI. 14, 444, 445. n. 1
- quando vſus eorum in Germania defierit. ibid.
- ex Iure Romano ex parte deſumta VI, 11, 435
- eorum Idioma ibid.
- in ea ex Codice Theodoſiano multa translata V. 7, 368. n. 4
- ab ipſis Pontificibus & in Italia obſeruata VI. 11, 438, n. 10
- ex iis plura Capitula Iuris Canonici deſumta VI, 11, 439. n. 10
- iis multa Iuris Longobardici Capita adiecta V. 7, 366
- varias etiam ad Feuda pertinentes Conſtitutiones continent VIII. 13, 713
- eorum variæ Editiones indicatæ VI. 11, 435. 439. n. 11
- Editiones recentiores VI. 13, 443

*Capitulare* Saxonum Caroli M. de a. 797. VI. 7, 425. 428. n. 10

*Capitulationes* Impp. Germanorum an a conditionibus Ruperto Imp. præſcriptis deducendæ? X. 18, 841. 842. n. 2
- harum vera origo X. 22, 846

*Carbonaria Sylua* qualis, ubi ſita? VI. 3, 414. n. 2

*Carcer* a quo & cur Romæ primum conſtitutus I. 48, 187. n. 8
- eius nomina varia 187. ſeqq.
- eius cuſtos quo modo dictus 188.
- eius cuſtodia Triumuiris Capitalibus commiſſa I. 29, 112
- item Præfecto Prætorio II. 4, 234

in *Carcerem* Romae qui dati? I. 48, 185
- duci Ciues poterant Conſules Romani I. 21, 71. 75. n. 4

*Carmen* Comitiorum Centuriatorum Romæ quo modo conceptum I. 42, 147, 153. n. 7
- Solenne Precationis in Electione Conſulis Romani vſitatum I. 21, 72. n. 6

*Carolingici* Imperii Ius Publicum quale? & ex quibus Scriptoribus petendum? X. 2, 819

*Carolomanni* Francorum Principis Capitularia varia. VI. 9, 429

*Carolus M.* Codicem Theodoſianum Aniani confirmat V. 7, 368. n. 4
- non eſt auctor Speculi Saxonici VI. 21, 454. 456. n. 2
- ei omnes LL. Germanicæ communi errore adſcriptæ ibid.

- eidem Ius Saxonum Weichbildi cum perperam tribuitur VI. 24, 476. 478. n. 3
- non eſt Feudorum primus auctor VIII 4, 687. 689. n. 1
- an primus auctor Legum Feudalium? eius Leges Feudales quæ? VIII. 13, 713
- an auctor Iuris Feudalis Aleman-nici? VIII. 17, 719
- ex eius Conſtitutionibus ex parte collectum ibid.
- ei Codicem Canonum Dionyſii Exigui offert Adrianus I. Papa, cur? VII. 7, 592. 594. n. 6
- Leges ſubditorum ſuorum in ſcripturam redigit, emendat, ſupplet, nouas promulgat, quo modo? VI. 3, 416 10, 430
- eius Capitularia longa ſerie enumerata 482. n. 8
- Leges Longobardorum auget V. 5, 360
- Legem Salicam auget VI. 3, 413. 419. n. 4
- an Auctor Legis Friſiorum VI. 4, 410
- eius Præceptum de Saxoniæ Epiſcopatibus VI. 7, 425
- eius Præceptum pro Trutmanno Comite ibid.
- de Partibus Saxoniæ & alia ibid.
- an & quatenus Auctor Iudiciorum Weſtphalicorum habendus? IX. 17, 777. ſeqq.
- eo imperante qualis Germaniæ ſtatus & Iuris Publici X. 2, 818

*Carolus Caluus* Collectionem Capitularium Anſegiſi confirmat. VI. 11, 435
- eius Conſtitutiones Feudales VIII. 13, 713. 714.

*Carolus IV.* Status Germaniæ & Iuris Publici eo imperante X. 17, 840

*Carolus V.* ad Ius Ciuile in ordinem redigendum, eum cohortatur Viglius Zuichemus IV. 1, 333. n. 4
- qualis Germaniæ & Iuris Publici ſtatus eo imperante X. 21, 846
- auctor Conſtitutionis Criminalis IX. 28, 812

*Carthago* prima extra Italiam Colonia Romana I. 32, 132. n. 1

*Caſeus execratus* ſpecies minoris Probationis apud Germanos IX. 13, 768

*Caſimirus II.* Poloniæ Rex Appellationem ad Scabinatus Hallenſem & Magdeburgenſem prohibet, Saxonici tamen Iuris vſum permittit VI. 24, 483. ſeq.

*Caſtaldiæ Feuda*, eorum origo VIII. 2. 681. n. 6

*Caſtellioneus, Laurentius Vincentius*, Gloſſator Decretalium VII. 25, 644

*Caſtra* Romanorum, eorum regimen omne habebant Præfecti Prætorio II. 4, 231
- a Seiano Romæ cur conſtituta? ib.
- iis quando præfuerit Magiſter Equitum I. 24, 96. n. 7

*Caſtrenſe Feudum* militiæ cauſſa conſtitutum VIII. 7, 690. 692. n. 5
- eius exempla duo. ibid.

*Caſtrenſes Leges* latæ a Friderico I. Imp. VI. 17, 449

Ca-

Digitized by Google

*Caſtrenſis, Paulus*, Iuris Iuſtinianei commentator. V. 14, 396
*Caſtrum Pratorium* Romæ a quo & cur dirutum? II. 4, 232
*Caſſiani* Sectam Iure Conſultorum Romanorum conſtituunt, eorum doctrinæ, diſſenſiones II. 3, 221. 229. n. 3. 230
*Caſſiodori* Variæ Lectiones earum vſus in Iurisprudentia Gothica V. 4. 360. n. 3
*Caſſius, C. Longinus*, ICtus Romanus cuius Familiæ II. 3, 221. 229. n. 3
*Cauſſa Coniectio* quid in Iudiciis Romanorum Priuatis I. 51, 201. 205. n. 4
*Cauſſa cadebat* Romæ Actor Actionem non rite inſtituens I. 50, 198
- vt & Litigatores vadimonium deſerentes I. 50, 200
*Cauſſa* quo modo Romæ Iudiciis Priuatis peroratæ I. 51, 201
- Centumuiralibus Iudiciis ventilatæ I. 49, 193
*Cautela*, breue Scriptum Codici Speculi Saxonici Academiæ Ienenſis adiectum VI. 22, 466
*Celſi* Pater & Filius, ICCti Romani cuius Sectæ II. 3, 229. n. 3
*Celſus, Iulius*, ICtus quando floruerit? II. 7, 8, 240. n. 3. 244
- *P. Iuuencius*, ICtus quot Libros Digeſtorum conſcripſerit? II. 9, 247
*Cellenſi* Vrbi quinam Duces Brunſuicenſes Iura Municipalia dederint? VI. 27, 494. 497. n. 2
*Cera* legitima Tabularum in Iudiciis Publicis Romæ vſitatarum, quæ? I. 47, 177. n. 2
*Cereales Ædiles* Romæ qui? I. 28, 110
*Cenſeo* formula dicendæ ſententiæ in condendo Senatusconſulto I. 15, 43, 49. n.
*Cenſores* Romani quando orti, quot & vnde ſumpti? officium & auctoritas, quam diu Magiſtratum geſſerint? I. 22, 77
- in ignominia imponenda debebant eſſe concordes 78. 82. n.
- vnus alterum notabat 81. n.
- iis priſtinam poteſtatem reſtituit Metellus Scipio 78
- ipſi Impp. demum facti ibid.
- in Prouincias miſſi ibid.
- ad Maiores Magiſtratus relati II. 19, 61, 64. n. 4
- illud nomen cur ſumſerint ſibi Auguſtus & reliqui Impp. II. 1, 109.
*Cenſus* Romæ a quo primum inſtitutus & a quibus peractus? I. 22, 78. n. 2
- quando reſtitutus ibid.
- de eo Lex Servii Tullii I. 3, 9. 11
- qua ratione ab Italiæ Populis petitus I. 39, 138
- de Prouinciis etiam Romæ actus 40, 138
- in Coloniis quo modo actus? I. 35. 129
- eius neglecti Poena Seruitus I. 48, 191.
- an indicium adepti Iuris Ciuitatis Romanæ I. 32, 116
*die Cent, das Cent-Gericht*, apud Fran-

 cos

cos vſitatum eius Origines & ratio IX. 24, 805
*Centena, Centeni,* harum vocum origines, ſignificatio IX. 24, 805
*Centenarii* Iudices apud Germanos Veteres VI. 1, 411
intra *Centeſimum Lapidem* Præfecti Vrbi Iuriſdictio continebatur I. 25, 98. n. 2
*CentumVirale Iudicium* quale? I. 44, 163. 49, 193
- quæ cauſſæ in iisdem tractatæ ibid.
in *Centurias* diuiſus Populus Romanus I. 33, 123
- ita diſtinctus in loco Comitiorum Centuriatorum comparebat I. 42, 147
*Centuria* Ciuium Romanorum indicatæ? I. 42, 148 n. 1
*Chadus* vir illuſtris Francus VI. 5, 423
*Charondas*, Thuriorum Legiſlator, eius LL. quis illuſtrauerit? P. 24, 45. 47
*Charondas, Ludouicus*, eius editio Pandectarum qualis? V. 16, 404
*Chartularius* & Exceptor Imperii a Lothario Imp. conſtitutus Petrus Diaconus Caſſinenſis V. 5, 364. n. 5
*Childebertus* Francorum Rex Alemannis Leges dat VI. 6, 424
- eius Capitularia VI. 9, 429
- Legem Salicam auget VI. 3, 413. 419. n. 4
- Leges Paganas ſubditorum ſuorum emendat VI. 5, 423
*Chindeſuindus*, Gothorum Rex, vſum Iuris Romani in Terris Gothicis abolet V. 2, 354.
*Chirurgia* Iuridica, a quibus ICtis inſtituta V. 15, 402
*Chlotarius I.* Francorum Rex, eius Capitularia VI. 9, 429
*Chlotarius II.* Francorum Rex, eius Capitularia VI. 9, 429
- Alemannis Leges dat VI. 6, 424
- Friſiceæ Legis auctor VI. 4, 420
- Salicam Legem auget VI. 3, 413. 419. n. 4
- Leges Paganas ſubditorum ſuorum emendat VI. 5, 423
*Chrenecruda* Lex, vbi extet? VI. 3, 415. n. 4
contra *Chriſtianos* Impp. Reſcripta quisnam ICtus collegerit? II. 10, 248. 249. n. 2
*Chur-Mede*, quale Ius olim apud Germanos fuerit? VI. 34, 513. 516
*Cicero M. T.* Corpus Iuris Syſtematicum molitur II. 6, 238
- eius Orationes Proceſſum Iudiciorum Publicorum Romanorum mirifice illuſtrant I. 44, 162. n. 1
- vt & Partitiones Oratoriæ I. 46, 175. n. 5
*Cindiſwindus* Rex Gothorum, ſub eo Codex LL. Gothicarum collectus V. 1, 351. 352. n. 7
per *Cinnabarim* ſcribere quid apud Græcos IV. 3, 340
*Circa, Bernardus*, quis fuerit, primus Compilationem Decretalium a Canonibus ſeparatam ſuſcepit, quo apparatu VII. 22, 637. 638. n. 4. 639. n. 5
*Circuli* IV. ab Alberto II. in Germania conſtituti X. 19, 842
- amplior eorum conſtitutio a Maximi-

ximiliano I. ordinata X. 21, 844
- redintegratio eorum nondum ſuſcepta X. 39, 853
*Citatio* per Tubicinem Reorum Romæ facta I. 48, 186. n. 6
- *Terna* in Cauſſis Principum Feudalibus & Criminalibus apud Germanos vſitata IX. 25, 808
*Ciues Romani*
- eorum diuerſitas, Iura varia ſtrictim indicata I. 32, 115
- pleni, qui dicti? 32, 116. n. 1
- horum vlterior diſtinctio ratione natiuitatis, ordinis I. 33, 123
- ratione partium ibid. 116
- municipes qui? eorum conditio & Iura 34, 127
- Coloniæ quo Iure vſæ 35, 119
- in Colonias Latinas adſcripti Ius Ciuitatis amittebant ibid.
- fieri poterant, qui Magiſtratum in Coloniis geſſiſſent 37, 135
- verberibus, non virgis cædebantur I. 48, 88. n.
*Ciuitate donari*, formula explicata I. 32, 116. n. 1
vide *Ius Ciuitatis.*
*Ciuitates Germanicæ* tempore Interregni Magni incrementa capiunt X. 13, 834
- Priuilegiis ſe a Iudicio Duellico liberas reddunt: *daß ſie nicht kampfen mægen* IX. 6, 748
- harum Iuriſdictio quo nomine in antiquis monumentis veniat VI. 24, 476. 487. n. 3
- *Maritimæ & Hanſeaticæ* Germaniæ, earum Caput Lubeca VI. 27, 498. 502. n. 5. & n. 1
*Clamor Violentiæ, das Zettergeſchrey* apud Saxones vſitatum: eius origines & ratio IX. 23, 802. 803. n. 1
*Clariſſimi Viri* dicti Præfecti Prætorio Romæ II. 4, 233. n. 4
*Claſſes Ciuium Romanorum* a Tullio deſcriptæ, indicatæ I. 42, 148. n. 1
*Claſſis* ornandæ & reficiendæ cura quibus Romæ commiſſa I. 30, 114
*Claſſicum* ad euocandos Reos Romæ vſitatum I. 48, 186. n. 6
*Claudius*, Vir illuſtris Francus, VI. 5, 423
*Clauſula Articuli IV.* Pacis Ryswicenſis Proteſtantibus grauiſſima X. 32, 854
*Clauus Romæ* peſtilentiæ ſedandæ cauſſa per Dictatorem peculiarem figitur vt & tempore ſeditionum I. 24, 89, 94. n. 4
*Clemens Romanus* an Collector Canonum Apoſtolicorum VII. 2, 563. 564. n. 3
- an Conſtitutionum Apoſtolicarum 3, 569
*Clemens V. P. R.* Decretales ſuas ſub Clementinarum titulo colligit VII. 27, 647
*Clemens VIII. P. R.* ſub eius nomine Liber Septimus Decretalium Gregorii XIII. & Sixti V. iuſſu confectus, impreſſus, ſed non publicatus VII. 34, 657
*Clementinæ* Decretales, harum Oeconomia & Publicatio VII. 27, 647
ad *Clepſydræ* interualla Romæ cauſſæ a Patronis perorandæ I. 51, 201. 206. n. 5

*Cleri* origo, forma, inſtitutio &c. qua parte Decreti Gratiani pertractata VII. 18, 628
- dominandi cupido vera malorum Germaniæ cauſſa VI. 14, 445. n. 2

*Clerici* iis immunitas a Conſtantino M. conceſſa II. 11, 25
- fiunt in Germania Sæculo XIII. filii nobiliorum VI. 18, 451. n. 6
- ſecundum Leges Codicis Theodoſiani viuunt, relictis propriis V. 2, 356. n. 2
- a Iureiurando præſtando immunes V. 7, 368
- omnes a Iureiurando Calumniæ cauſſa faciendo ex Conſtitutione Henrici II. Imp. liberi VI. 15, 447. 448. n. 1
- Iudicio Duellico decertant IX. 6, 746
- quod tamen a Pontificibus prohibitum ibid.
- olim Purgatione per Euchariſtiam in primis vſi IX. 11, 763
- an prorogare poſſint Iurisdictionem ad Iudicem Laicum VII. 40, 672

a *Clientelis* Romanorum, Feudorum origo haut repetenda VIII. 3, 683. n. 1

*Clodouaus* Rex Francorum.
- ab eius temporibus Franci Germaniæ Populorum Victores X 1, 817
- an ſub eo Lex Salica lata VI. 3, 414
- eam auget VI. 3, 413. 419. n. 4
- Status Feudorum eo imperante VIII. 4, 688. n. 2

*Clotharius* vide *Chlotarius.*

ſecundum *Clypeos Militares* Nobilitas Germanica diuiſa VIII. 10, 699
- horum Septem enumerati 699. n. 2
- ſecundum eosdem Vaſalli Epiſcoporum & Abbatum Germaniæ certos armatos Expeditionibus exhibent VIII. 10, 699

*Codex Auguſteus* Iuris Saxonici VI. 42, 551. 552
- *Auſtriacus* VI. 42, 553. n. 4
- *Canonum Eccleſiæ Africanæ*, quales Canones contineat, eius lingua, auctor, confirmatio, vſus & auctoritas, verſiones, editiones VII. 5, 587
- *Canonum Eccleſiarum Occidentalium*
  *Britannica*
  *Gallicana*
  *Hiſpanica* VII. 13, 606. ſeqq.
- *Canonum Eccleſiæ Orientalis* qualis? VII. 4, 580. 586
- ei inſertus Codex Eccleſiæ Africanæ 5, 587. 589. n. 6
- *Canonum Eccleſiæ Romanæ* eius contenta, Breuiarium, Editiones VII. 6, 590. ſeqq.
- eo vſa Eccleſia Britannica VII. 13, 606. 608. n. 1
- *Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ*, an hoc nomen ei competat? auctor, tempus compilationis, numerus Canonum, Confirmatio a Iuſtiniano Imp. & Concilio Chalcedonen-

doneuſi Pontificibusque, auctoritas, Editiones VII. 4, 549. ſeqq.
- in Conciliis in medio conſeſſus vna cum Sacro Codice expoſitus 580.
- *Iuſtinianeus*, huius Compilatores, fontes, materia, publicatio, & confirmatio III. 2, 278. ſeq
- nimium feſtinatus 282. 279
- *Repetitæ Prælectionis* quando & per quos compoſitus, diſpoſitio, contenta, Pandectis derogat III. 8, 314. ſeqq.
- ad huius ordinem Pandectæ compoſitæ III. 3. 284
- huius ſcriptio per Notas prohibita III. 7, 313
- quis eundem in Græcum ſermonem transtulerit? IV. 1, 331. 334. n. 6
- varii eius Interpretes & Gloſſatores Græci indicati IV. 3, 339. 340
- Rauennæ repertus V. 8, 371
- vſus, excluſis Pandectis & Novellis in Italia, temporibus Regum & Impp. Francicorum. V. 7, 366. 369. n. 5
- verſio Gallica & Turcica. V. 13, 389. n. 8. VI. 1, 334. n. 6
- huius Editio ab Haloandro ſuſcepta, qualis? V. 16, 404. n. 3
- vſus maior atque Pandectarum VI. 41, 549.
- ei in Iuris Canonici Corpore reſpondent Decretales. VII. 30, 651
- *Gregorianus*, quem Collectorem habeat, qualesue Impp. Conſtitutiones contineat? II. 10, 248
- eius Editiones variæ 250. n. 7
- abrogatio huius quando facta? III. 2, 278
- *Hermogenianus*, a quo collectus, quas Imperiales Conſtitutiones referat? II. 10, 248
- eius Editiones 250. n. 7
- abrogatio quando facta? III. 2, 278
- *Germanici Iuris*, de tali concinnando Conſilia Maximiliani II. Imp. VI. 43, 557
- *Longobardicarum Legum* a quo modo collectus, V. 5, 360. 364. n. 5
- *Nouellarum Iuſtiniani* quo modo collectus, quid contineat? III. 9, 320
- *Pandectarum Florentinarum*, deſcriptus, olim magna Pompa oſtenſus V. 8, 370. 372
- Iuſtiniani Imp. Autographum non eſt, eius tamen temporibus ſcriptus 9, 373. n. 3
- in variantibus Lectionibus ad eum recurrendum 373
- *Speculi Saxonici* MSCti varii indicati & recenſiti VI. 22, 464. 465. 466. 468
- *Speculi Suevici* MSCti, Vindobonenſis & Strelzeri VI. 25, 491. n. 5
- *Theodoſianus* cur, quando, cuius auſpiciis, quorum labore fuerit collectus? quot Libros & quales Conſtitutiones referat? auctoritas, defectus, Editiones variæ, Breuiarium, obſcuratur per Codicem Iuſtinianeum II. 12, 254
- huius Leges Tribonianus in Iuſtinia.

nianeo ſæpe diſcerpſit, interpolavit III. 8, 414. 318. n. 8
- vſus & auctoritas in Occidente regnantibus Gothis V. 1, 353. n. 8
- vſus in Gallia ſub Regibus & Impp. Francicis V. 7, 366. 368. n. 4
- cur Gothorum Francorumque temporibus eius auctoritas manſerit, ratione ſolida demonſtratur V. 2, 356. n. 2
- eo Eccleſia Gallicana vtitur cur? V. 7, 368. n. 4
- Iacobi Gothofredi merita in eundem P. 18, 30
- *Wiſigothicarum Legum* a quonam collectus? V. 1, 351. 352. n.
- huius contenta, lingua, auctoritas, editiones, ibid. 353
*Codicillorum* vſum promouet Labeo ICtus Rom. II. 3, 218
de *Cœlo ſeruare* locutio illuſtrata I. 41, 146. n. 43, 160. n. 6
*Cœlibatus* a Cenſoribus Romæ prohibitus I. 22, 79. n. 4
- olim punitus, a Conſtantino M. Imp. permiſſus II. 11, 251. 252
*Cœnobium* Virorum & Puellarum ordinat Taſſilo Dux. VI. 6, 425. n. 3
*Coërcitio* Reis Romæ Publicis Iudiciis condemnatis inflicta I. 47, 177
*Cognitio* de plano qualis Romæ? I. 51, 203. n. 6
*Cognitores* in Iudiciis Romanorum Priuatis qui? I. 51, 205. n. 4
- quale eorum officium. ibid.
*Colonia Romana*, harum auctores, ratio ordinandæ & deducendæ I. 35, 129
- diuiſio, in Latinas & Ciuium Romanorum, Iura diuerſa, Sacra, Magiſtratus, Cenſus, Leges, Patroni, numerus 134. n. 4
- extra Italiam quæ prima? 131. n. 1
- vna auſpicato in aliquem locum deducta, noua eo duci haut poterat? I. 35, 132. n. 1
- harum Cenſores I. 22, 84. n. 11
*Coloniam* veterem renouare, quid ſignificet? I. 35, 132. n. 1
*Coloniarum Ius* vide *Ius Coloniarum*.
*Colonia*, Vrbs Imperialis, eius Ius Municipale confirmatum VI. 27, 493. 494. n. 1
*Columbinus Iacobinus* Princeps Gloſſatorum Iuris Feudalis VIII. 12, 723
*Collationes Authenticæ* Nouellarum. vide *Authentica*.
*Collatio Decima*, cur Libri Feudorum vocati VIII. 19, 720. 721
- *Vndecima* quæ ſic dicta? 120, 722
*Collectio Canonum* Io. Antiocheni Scholaſtici, Martini Bracarenſis VII. 9, 596. ſeqq. 10, 600.
- Creſconii 11, 601
- Ariſtini 11, 601
- Capitularium Regum Francorum ab Anſegiſo & Benedicto Leuita inſtitutæ VI. 11, 435. 12, 440
- Decretalium antiquæ harum vſus in ſupplenda Collectione Decretalium Raymundiana VII. 24, 641. 643. n. 4
*Collectores* Legum varii ante Iuſtinianum indicati II. 6, 228
*Collo obtorto* quando Romæ in Ius vocari potuerit Reus I. 50, 197
*Collegia Iuridica* Germaniæ ab inuicem mirifice diſſentiunt VI. 42, 552



Digitized by Google

*Comitatus* Germaniæ ſub Ottone M. magis hereditarii redditi X. 4, 814
- cur partim Allodiales, partim Feudales VIII. 11. 703. n. 3.
- tot Allodiales, vnde hoc? 703
*Comes Ciuitatis Gothica* V. 2, 356. n. 7
- eius mentio in Capitularibus VI. 3, 417. n. 8
*Comites Germaniæ* olim in prima Claſſe Vaſallorum VIII. 12, 710
- Vaſſi Regii & Dominici dicti VIII 8, 693
- *Hochleute* dicti VIII. 12, 711
- ab iis diſtincti *die Herren und Edlen Herren*. VIII. 11, 702
- quidam ſunt *Frie-Herren* VIII. 10, 699
- fiunt tamen iidem. 703. n. 3
- horum conſenſu Lex Burgundionum Gundebada compoſita VI. 4, 421. n. 6
- horum conſilio & ſubſcriptione Leges apud Francos latæ & firmatæ VI. 10, 430. 433. n. 1
- Regni Gothici ad eosdem Exemplaria Breuiarii Aniani transmiſſa V. 2, 354. 356
- *mit Zwang und Bann* inueſtiti qualem Iurisdictionem acceperint? IX. 21, 799
- in Iudicio Campionum per alios innocentiam ſuam probabant IX 5, 738
- & Barones XII. Adſeſſores olim Iudicii Prouincialis Ranckuilani VI. 33, 512. n. 2
- iis Iudicia negligenter tractantibus, mulcta centum librarum argenti imponitur. VI. 18, 451. n. 2
*Comitia Romanorum*, Scriptores de iisdem indicati I. 41, 143. n. 1
- quot eorundem Species 144. n. 1
- *Calata* 144. n. 1
- *Centuriata* plene deſcripta I. 4, 10. 11. 42, 147
- iis Magiſtratus Maiores creati I. 19, 62. 64. n. 4
- vt & Conſules I. 21, 70
- Iudicia Populi Romani de Criminibus habita I. 48, 182
- *Curiata*, eorum origo, cauſſæ, locus, perſonæ, decrementa I. 4, 10. 11. 41, 143
- iisdem Magiſtratus Minores creati I. 19, 65. n. 4
- Tributa, I. 4, 10. 11. n. 43, 157
- iis Iudicia Populi Romani de Criminibus habita I. 48, 182
- eorum ratio ſub Impp. 161. n 8
- creandorum Conſulum ab Interrege habita I. 25, 96
- qualis eorum Status ſub Auguſto Imp. II. 3, 221
- eorum habendorum cauſſa Romæ peculiares conſtituti Dictatores I. 24, 89
*Comitia Francorum*, in quibus de Legis Salicæ latione agitatum VI. 3, 412
- tempore Ottonum in iisdem Leges latæ VI. 14, 444
- Stelenſia de an. 942. VI. 15, 447
- Germaniæ poſt Pacem Weſtphalicam X, 30, 853
- Germaniæ hodierna, de an. 1663. qua occaſione inſtituta, quid in iisdem actum X. 31, 854
- Germaniæ a Friderico III. Imp. ad

Xxxxx 2 Ru-

Rudolphum II, a quo deſcripta & deſcribenda porro X. 26, 851

*Comitiatum* Romæ quid? I. 43, 162, n.
- auocare quis potuerit apud Romanos I. 19, 65. n. 4

*Comitium* Romæ quid? I. 41, 143

*Commendatum* habere formula medii æui quid ſignificet? VIII. 4, 688. n. 3

*Commentarienſis* cuſtos Carceris I. 48, 188. n.

*Commentarii* in Libros *Baſilικῶν* a quibus ſcripti IV. 3, 339
- in Ius Iuſtinianeum ab ipſo Imp. prohibiti III. 4, 287. 293. n. 2
- in illud poſt Gloſſas primi quales & cuius notæ V. 14, 396. ſeqq
- in illud alii Maiores V. 20, 408

de *Commerciis* Leges Wysbyenſes in Ius Lubecenſe receptæ VI. 27, 498. 503. n. 2

*Comparare Prouinciam*, Locutio illuſtrata I. 40, 139. n. 4

ex *Comparatu* Bona in Germania medio æuo qualia VIII. 1, 677. n. 6

*Compendia* Iuris Ciuilis Romani recentiora & præſtantiora V. 18, 407

*Comperendinatio* Romæ in Iudiciis Publicis quid? I. 46, 173
- etiam locum habebat in Iudiciis Priuatis I. 50, 197

*Compoſitio Amicabilis* ante Actiones Romæ tentata I. 50, 197

*Compurgatores*, quinam olim apud Germanos quando & quot adhibiti IX 10, 760

*Concilia*
- in iisdem ſacer Codex & Codex Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ in medio Conſeſſus expoſiti VII. 4, 580
- ſupra Papam eſſe, in Concilio Conſtantienſi aſſertum & comprobatum VII. 37, 661
- Diœceſeon ſ. Epiſcopatuum eorumque Canones qualem auctoritatem habuerint? VII. 4, 580
- *Baſileenſe* auctoritatem Papalem & Ius Canonicum infringit VII. 37, 661
- aliquot Articulos Iuris Saxonici reprobat VI. 23, 467. 475. n. 7
- *Chalcedonenſe*, huius Acta ex Hiſtoria Iuſtiniani Imp. & Theodoræ vxoris illuſtrata III. 1, 270. 271
- Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ confirmat VII. 4, 580. 583. n. 8
- *Carthaginienſe* Codicem Eccleſiæ Africanæ confirmat VII. 5, 587
- *Conſtantienſe*, Iuris Canonici & Pontificii auctoritatem infringit VII. 37, 661
- *Florentinum*, eius Canones in Librum VII. Decretalium Gregorii XIII. & Sixti V. iuſſu compilatum, relati VII. 34, 657
- *Meldenſe*, an Benedicto Leuitæ Collectionem Capitularium demandarit? VI. 12, 440
- *Moguntinum* d. an. 813. quis huic præfuerit? VI. 12, 441. n. 2
- aliud ſub Rabano Mauro habitum VI. 14, 445. n. 1
- ſub Arnolpho a. 889. ibid.

- *Nicænum*, ſub eius Canonibus etiam particularium Conciliorum anteriorum decreta comprehenſa VII. 4, 579. 581
- *Triburienſe*, d. an. 896. 445. n. 2
- *Tridentinum*, in huius Decreta nullæ vnquam a ICtis Gloſſæ faciendæ? VII. 34, 657

*Concio* Romæ quid? I. 43, 158
- quinam auocare eam ab alio potuerint? ibid.

*Concionem habere*, quid apud Romanos ſignificarit? I. 19, 65. n. 4

*Concordata Nationis Germanicæ* cum Sede Romana quando confecta, Germaniæ nocent. X. 20, 843

*Concordia Canonum* Creſconii qualis? VII. 11, 601
- dicta Io. Scholaſtici Collectio VII. 9, 596
- diſcordantium Canonum Decretum Gratiani nuncupatum VII. 17, 623. 626. n. 4

*Concubinatus* Legibus R. conceſſus III. 5, 299
- a Gratiano in ſuo Decreto permiſſus. VII. 20, 633. n. 3

*Condemnatio* in Iudiciis Publicis Romanorum, qua nota in Tabulis Iudicum deſignata I. 47, 177. 178. n. 4

*Condictio* quid Iure Romano antiquo ſignificet? I. 50, 201. n.

*Confiſcationis Bonorum* pœna Romæ incenſis parata I. 22, 77

*Coniectio Cauſſæ* quid in Iudiciis Romanorum Priuatis I. 51, 101, 205. n. 4

*Coniunctiones* ſæpe pro Disiunctionibus accipiendæ ex mente Labeonis ICti II. 3, 228

in *Coniurationibus* Romæ Dictator peculiaris dictus I. 24, 95. n.

in *Coniurationis* cauſſa Serui contra Dominos Romæ torqueri poterant. I. 46, 174 n. 3

*Coniuratores* quinam olim apud Germanos, quando & quot neceſſarii IX. 10, 760. 761. n. 1

*Connubia* Patriciorum & Plebeiorum Romæ primum prohibita, dein permiſſa I. 32, 119. n. 4
- iuſta quæ? ibid.
- cum Romanis Latii Populis ſpeciatim conceſſa 120
- cum iisdem Municipibus permiſſa aliis, aliis interdicta I. 34, 127 vide etiam *Matrimonium*.

*Conradus I.* Rex Germanorum, an ab Alemannis & Boiis in Regem fuerit electus VI. 21, 453. 454
- an ab eo Iuris Publici Germanici primordia ducenda X. 2, 818

*Conradus II.* Imp. eius LL. Ciuiles enarratæ VI. 16, 448
- an auctor Conſtitutionis de Expeditione Romana ibid.
- eius Conſtitutiones aliquot Feudales VI. 16, 449. n. 3. VIII. 14, 714
- Nepotibus Ius ſuccedendi in Feudis confirmat VIII. 9, 698
- Longobardicas Leges auget V. 5, 360
- Saxonum Legem crudeliſſimam




Digitized by Google

ad eorum voluntatem confirmat VI. 7, 425. 428. n. 2
- Status Germaniæ & Iuris Publici ipſo imperante X. 6, 825. 10, 830
de *Conſecratione* Tractatus Pars Decreti, quomodo adlegetur. VII. 18, 628. 629. 630. n. 1
*Conſenſus* Procerum an ſub Carolingis in Legibus perferendis neceſſarius VI. 10, 434. n 1
*Conſentio*, *ſentio*, *conſciſco*, *mihi placet*, formulæ declarandi conſenſum vbi de Senatusconſulto rogati Romani I. 15, 43, 49. n.
*Conſilia* Bartoli Principibus grata V. 14, 396
*Conſiliarii* Principum Germaniæ olim Doctores Iuris Iuſtinianei VI. 40, 547
*Conſiliorum* Scriptores Iuris Ciuilis V. 21. 409. 410
in *Conſilium* mittere ſolennis in Iudiciis Publicis formula illuſtrata. I. 47, 178. n. 3
*Conſilium* Procerum ſub Carolingis in Legibus ferendis tantum adhibitum VI. 10, 434. n. 1
*Conſiſtoria* per eorum vſus derogatur Iuri Canonico apud Proteſtantes recepto VII. 40, 669
- Saxonicorum Praxis diuerſa VII. 40, 672
- Principum Proteſtantium in Germania vnde orta? VII. 39, 667. 669
- Proteſtantium a Senatu Eccleſiaſtico diſtincta eorum munia VII 41, 672
*Conſtantinus M.* Imp. eius Leges Ciuiles & Eccleſiaſticæ illuſtratæ II. 11, 250. 252
- ei perperam Speculum Saxonicum adſcribitur VI. 21, 456. n. 2. 457. n. 4
*Conſtantinus Porphyrogenitus* Imp. Libros βασιλικῶν in meliorem ordinem redegit IV. 2, 335. 337. n. 4
- eius Promptuarium Legum Iuris Græci IV. 4, 340
*Conſtantinus*, vnus ex Collectoribus Codicis Iuſtinianei III. 2, 279
- compilator Pandectarum III. 3, 283
*Conſtitutiones Apoſtolicæ*, quis earum auctor & auctoritas VII. 3, 569. 578. n. 9
*Conſtitutio Criminalis* Carolina eius occaſio, compoſitio, & intentio IX. 28, 812. ſeqq.
- in eam Commentatores. IX. 29, 815
*Conſtitutiones Electorales* Saxonicæ quis præcipuus earum lator? qui Collectores VI. 42, 551. 552
*Conſtitutiones Imperatoriæ* cur ab Hadriani Imp. temporibus demum colligi cœptæ II. 10, 248
- quo nomine Romanorum Impp. temporibus inſignitæ, quando publicatæ II. 2, 216. 218. n. 3. 219. n. 5. 220. n. 8.
- quinam eas collegerint ante Iuſtinianum. II. 10, 248
- nullæ in Pandectas Iuſtiniani illatæ III. 3, 283. 287
- quales in Codicem Iuſtinianeum redactæ III. 2, 279



Digitized by Google

- quales Corpori Iuris ſubiectæ III. 14,330
- Impp. Græcorum poſt Iuſtinianum IV. 1, 331. 334. n. 7
- a Carolo Labbæo emendatius editæ IV. 4, 343. n. 4
- Principum quando excluſis aliis Legibus ſolæ vigere cœperint II. 7, 240

per *Conſtitutiones Prouinciales* derogatur Iuri Saxonico VI. 23, 470. 475. n. 9

ad *Conſuetudines* ſuas a Francis Victoribus Leges accipiunt Alemanni, VI. 5, 424
- Gentis cuiuslibet ſub poteſtate ſua exiſtentis Theodericus Francorum Rex Leges præſcribit VI. 5, 423

*Conſuetudine* vſi Galli iuxta Iuris Iuſtinianei exemplar V. 13, 386. 389. n. 4

ex *Conſuetudinibus* collectum Speculum Sueuicum VI. 25, 487. n. 489

ad *Conſuetudines* antiquas Sæculo XIII. & XIV. in Germania Iudicia exacta VI. 28, 505

*Conſuetudines* Germanicæ præualent Iuri Iuſtinianeo in Germania VI. 40, 547
- Germaniæ in Iudiciis ſuam habent auctoritatem VI. 41, 549
- harum ignari Profeſſores multum ad receptionem Iuris Iuſtinianei contulerunt VI. 39, 542
- ad eas obſeruandas & Cameræ & Iudicii Aulici Adſeſſores obligati VI. 42, 552. 554
- ad priſcas introducto licet in Germaniam Iure Canonico prouocatur VI. 18, 452. n. 6
- ad eas in Legibus Imperii ſæpius remittitur VI. 28, 505
- his ſaluis receptum Ius Feudale Longobardicum VIII. 21, 722
- Longobardorum in Leges ſcriptas a quo redactæ? V. 5, 362
- vincebant Ius Romanum V. 6, 365
- cuiuslibet Prouinciæ an in Controuerſiis illuſtrium decidendis locum habeant X. 38, 860

*Conſules Romani*, horum origo, officia, poteſtas & inſignia I. 21, 71
- primi, L. Iun. Brutus ac P. Valer. Publicola I. 6, 16
- vnde dicti? I. 6, 17. n.
- horum poteſtas limitata ib I. 7, 20
- abolita Decem Virorum poteſtate iterum Romæ creati I. 10, 30
- ad maiores Magiſtratus Romanorum relati I. 19, 62. 64. n. 4
- horum ætas legitima quæ? I. 20, 66. 67. 68. n. 1
- Dictatori obedientes I. 24, 89
- ad eos ſæpe a Prætore prouocatum I. 47, 177
- Dictatorem Romanum declarabant I. 24, 89
- iis vincula minari poterant Tribuni Plebis I. 27, 105
- horum abſentium vices Prætores ſuſtinebant I. 23, 85
- in quibus Cauſſis Comitia Centuriata conuocarint I. 42, 147
- Comitia Tributa habuerunt I. 43, 158

- quan-

- quandoque Quæſtores Iudiciorum Criminalium conſtituti I. 44, 162
- in Legibus etiam Decuriones Coloniarum dicti I. 32, 133. n. 6
- qualis eorum conditio ſub Impp. Romanis II. 5, 235
- Ordinarii ſub Impp. qui? ibid. qui Suffecti dicti 237. n.
- Munera officium ineuntes ſpargebant ibid.
- hoc nomine cur Auguſtus & reliqui Impp. fuerint vſi? II. 1, 209
- *Lubecenſes*, aurum ferre poſſunt ex Priuilegio Friderici I. Imp. VI. 27, 503. n. 5
vide etiam *Pro-Conſules*.
*Conſulares Viri*, quinam? I. 20, 67. 21. 71
- fiunt Dictatores I. 24, 89
*Conſulenten* apud Romanos quinam? II. 3, 224. n. 7
*Conteſtatio Litis* quo modo Romæ facta? I. 51, 201. 205. n. 1
*Contius*, *Antonius*, eius editio Pandectarum qualis V. 16, 404
- emendationem Iuris Canonici aggreditur VII. 32, 653
*Contractus*, qua Pandectarum parte eorum Tractatio ſuſcepta III. 4. 287
- de his & priuatis Iniuriis Lex Seruii Tullii III. 7, 9
- horum in nominatos & innominatos diſtinctio quo Pacto orta I. 50, 198. n. 7
de *Contractus* validitate Controuerſiæ illuſtrium ex quo Iure decidendæ X. 38, 858
*Controuerſia illuſtrium* Doctrinam Iuris Publici amplificant X. 24, 850. 34. 855
- in his an Ius Iuſtinianeum obtineat VI. 39, 542
- in his Sæculo XV. ad Speculum Sueuicum prouocatum VI. 25, 487. 490
- hæ an ex Iure Ciuili decidendæ X. 38, 858
- plures Pace Weſtphalica deciſæ X. 29, 852
- ad has conducunt Rerum Germanicarum & Francicarum Scriptores X. 23, 848. 849
*Conuentus* in Prouinciis Germanicis quid? I. 49, 195
*Caius Cornelius*, Tribunus Plebis eius Lex de perpetuo Prætorum Iure I. 17, 58. 59. n. 3
*Cornua Tribunalis* quid? I. 51, 203. n. 4
de *Corona aurea* Lex Tarquinii Priſci I. 3, 6
*Corona Muralis* honos per Recuperatores definitus I. 49, 195
*Coronatio Imperatoris* per Aur. Bullam definita X. 17, 840
*Corpus Alarico Theodoſianum* quale? V. 2, 354
- *Canonum* dictus *Codex Eccleſiæ* vniuerſæ VII. 4, 579. 581. n. 3
- *Iuris Canonici*, eiusdemque Partes VII. 29, 651
- huius editiones emendatæ VII. 32, 653. 656. n. 4

- *Iuris*

- *Iuris Ciuilis* Syſtematicum a diverſis ante Iuſtinianum tentatum II. 6, 238
vid. etiam *Corpus Iuris Iuſtinianei.*
- *Iuris Germanici* Io. Stephani Burgermeiſteri quid contineat? VI. 25, 491
- *Iuris Græci* quale? a quibus & quando collectum? IV. 2, 334
- *Iuris Iuſtinianei* quibus partibus conſtet? III. 2, 278. ſeqq. 7, 310
- eius confirmatio & publicatio ib.
- eius Codices per ſigla & notas ſcribi prohibuit Iuſtinianus III. 7, 313
- eius Editiones & Notæ per Dionyſium Gothofredum procuratæ V. 17, 406
- *Gloſſatum* eius Noui editiones & Indices? V. 13, 392. 395. n. 5
- *Iuris Nouum* de eo concinnando varia variorum Conſilia V. 22, 410. VI. 43, 557
- *Receſſum Imperii* quas Conſtitutiones contineat X. 36, 857
- vnde ſuppleri queat ibid.
- quinam illud collegerint? X. 24, 850
- *Iuris Saxonici* VI. 42, 551. 552.
*Correctores*, Præſides Prouinciarum Romanarum ſub Impp. ſic dicti II. 5, 235
*Corsned* apud Francos & Saxones Panis hordeaceus in Purgationibus adhibitus IX. 13, 768
*Coruinus, Matthias*, Rex Ius Iuſtinianeum in Vngaria & recipit & rurſus abolet V. 13, 387. 391. n. 7
*Cottus, Carolus*, quando vixerit? commentator Legum Longobardicarum V. 5, 360. VI. 11, 436. n. 5
*Cratinus*, vnus ex Compilatoribus Pandectarum Iuſtiniani III. 3, 284
*Creditoribus* Romæ Debitores addicti I. 51, 201. 206. n. 6
*Creſconius*, quis fuerit? eius Breuiarium Codicis Eccleſiæ Romanæ VII. 6, 590. 591. n. 3. 8. 595. n. 3
- eius Collectio Canonum VII. 11, 601
*Creuzbiider* in finibus poſitæ, quid ſignificent? VI. 24, 477
*Crimina* Iudiciis Populi Romæ excuſſa & iudicata I. 48, 182
*Criminalia Iudicia* quibus Romæ commiſſa I. 29, 112
*Criminalia* parum recte adminiſtrant Doctores Bononienſes V. 11, 385
- in his admodum durus Bartolus V. 14, 397. 398
in *Crucem* agere Locutio explicata I. 29, 114
*Crucis Iudicium* quale apud Populos antiquos IX. 12, 765
*Crucem* manibus ferre in Iudiciis Italorum quid ſignificet? V. 11, 383. n. 3
*Cruentationis* Ius apud Germanos quale? IX. 14, 768
*Cuiacius, Iacobus*, ſummus Iurisprudentiæ interpres V. 15, 401
- eius Elogia ſtrictim indicata 402
- ICtus tantum Theoreticus 402. n. 3

- eius Collectio Iuris Feudalis VIII. 25, 729

*Cunigunda*, Henrici Sancti Vxor, an per candentes Vomeres innocentiam ſuam plene comprobauerit? IX. 8, 753. n. 5

*Curatores Agrarii* in Coloniis Romanorum quinam? I. 35, 129

- *Coloniarum* Comitiis Tributis Romæ creati I. 43, 157

- variorum negotiorum publicorum cur ab Impp. Romanis conſtituti II. 5, 235

*Curiæ Romanorum* quid & quomodo diſtributæ I. 4, 11. n.

- Senatores in Legibus quinam? I. 32, 133. n. 6

in *Curias diſcedere*, in Comitiis Curiatis Romæ dicebatur I. 41, 143

- in eas diuiſi Ciues Romani I. 33, 123

*Curiales* in Legibus quinam? I. 32, 133. n. 6

*Curiata Comitia* vide *Comitia*

- *Lex* vide *Lex*

*Curiones*, quinam? I. 4, 11. n.

*Curru vehi* Romæ in honore poſitum I. 19, 66. n.

*Curules Magiſtratus* apud Romanos quinam? I. 19, 62. 65. n. 6

- Sellæ quænam? I. 19, 62. 65. n. 1

*Cuſtodes* Romæ in aſſumendis Suffragiis Comitiorum Centuriatorum quinam? I. 42, 148

*Cuſtodia libera* reorum quo modo Romæ facta I. 48, 188. n.

*Cynus*, Iuris Iuſtinianei commentator V. 14, 396

*Cyprianus*, Gloſſator an primus Gloſſas in vnum Corpus collegerit? V. 13, 393. n. 1

D.

*D.* litera in Allegatione Iuris Iuſtinianei quid denotet? III. 4, 287. 290. n. 4

*Dagobertus*, Francorum Rex, Leges paganas ſubditorum ſuorum emendat VI. 5, 423

- Alemannicas Leges emendat & auget VI. 6, 424

- an auctor Legum Friſicarum VI. 4, 420

*Damaſius* Gloſſator Decretalium VII. 25, 644

*Danelaga* apud Anglos qualis Lex P. 30, 52

*Danicæ Leges* ex Speculo Saxonico deſumptæ quæ? VI. 23, 469

de *Debitis* controuerſiæ illuſtrium ex quo iure decidendæ? X. 38, 858

*Debitores* Romæ æs alienum non diſſoluentes acerbiſſime habiti I. 51, 206. n. 6

*Decembris* menſis Idus ſolennes Romæ Magiſtratibus ineundis I, 21, 71

*Decem Viri* ferendarum Legum Romæ conſtituti I. 7, 20. ſeqq. n. 8, 21, 23. n. 25, 96

- horum officium & poteſtas ibid.

- rurſus abolentur I. 10, 30. 25, 96


De-

*DecemViri litibus iudicandis* Romæ quinam? I. 29, 112. 113. 49, 193
*Decimæ* frugum, in Coloniis Romanis vſitatæ I. 35, 132. n. 8
- apud Germanos antiquiſſimi inſtituti VI. 35, 520
- quo modo ſecundum Ius Canonicum præſtandæ 521
- primum Eccleſiaſticis conceſſæ, poſtea a Laicis adquiſitæ ibid.
- harum cauſſæ in Germania ex Iure Canonico deciduntur VII. 38, 666
- ob eas ad Concilium adpellat Io. Semeca VII. 23, 636
*Deciſiones* Cauſarum ex mandato Iuſtiniani ex Corpore Iuris fieri debent III. 7, 310, 312, n. 4
- *L. Iuſtiniani* Imp. cur & quando publicatæ III. 8, 314
- harum Catalogus 315
- per eas Pandectis derogatur 317
*Deciſionum* Scriptores V. 21, 409. 410
*Decius, Philippus* Iuris Iuſtinianei interpres V. 14, 400. n. 4
*Detractores* Romæ acerbiſſime habiti I. 51, 207. n. 6
*Decretales* Epiſtolæ quid fuerint? & a quibus collectæ VII. 12, 637
- diligenter in Chartario Eccleſiæ Romanæ conſeruatæ 638. n. 1.
- a Seculo VIII. relictis fere Conciliorum Canonibus ad firmandam Monarchiam Papalem introductæ 637. 638. n. 3
- harum compilationes indicatæ VII. 22, 637. ſeq.
- ſunt Fontes Iuris Pontificii VII. 1, 561. 15, 611
- primorum Romanorum Pontificum ad Siricium vsque ſunt ſuppoſititiæ VII. 15, 611. 612. ſeq.
- inter Canonicas ſcripturas a Gratiano relatæ VII. 35, 657
- quales in Codice Eccleſiæ Romanæ reperiantur VII. 6, 590
- in Codice Dionyſii Exigui 592
- Gregorii IX. iuſſu per Raymundum de Penna forte collectæ VII. 24, 641. 644
- harum Gloſſatores, VII. 25, 644. ſeqq.
- Liber VI. auctoritate Bonifacii VIII. compilatus 645
- Liber VII. a Petro Matthæo compilatus VII. 33, 656
- alius Liber VII. iuſſu Gregorii XIII. & Sixti V. collectus VII. 34, 656. 657
- per Extrauagantes Ioannis XXII. & Communes ſuppletæ VII. 28, 649. ſeqq.
- ſub Pio IV. & V. vt & Gregorio XIII. emendatæ VII. 32, 653
- in Galliæ Synodis nonnunquam adhibitæ VII. 7, 595. n. 1
- ex iisdem quædam in Speculum Sueuicum relata VI. 25, 487. 489
*Decretiſta* boni Germani Sæculo XIII. VI. 18, 452. n. 6